SAC. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
A
LVDOVICO POSTIO
V. I. D. PERVSINO COLLECTÆ

Ad Tractatum

MANDATI
DE MANVTENENDO,

Siuè summarijssimi possessorij, Interim, nuncupati.

Quarum aliquæ antea impressæ, quamplurimæ de nouo in lucem editæ;

Totam summarijssimi possessorij materiam illustrantes.



AVGVSTÆ TAVRINORVM, MDCXLV.

Apud Hæredes Io. Dominici Tarini.

Superiorum permissu.

DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

In Tractatu

MANDATI

DE MANVTENENDO

ALLEGATÆ.

R. P. D. Pirouano

Aquilana Vnionis Fabricæ

Lunæ 17. Maij 1610.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum adeptæ possessionis, alio tunc in ea non existente, probat possessionem manutenibilem.*
2 *Ampl. eo magis si sit colorata titulo.*

Decisio I.

DAndum esse mandatum de manutenendo Procuratoribus Fabricæ Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Intemperijs Aquilanensis, quia de eorum possessione cõstat ex instrumento illius adeptionis, de quo *in summario num. 1. die 14. Martij* 1507. † quod, alio tunc non existente in possessione probat, & manutenibilis est possessio, *Cæs. de Grass. decis. 5. de caus. poss. & propr. num. 1. Caputaq. decis. 12. alias 149. de restit. spoliat. & sæpissimè resolutum fuit, Rot. diuers. decis. 62. num. 1. par. 2.*

2 Quæ possessio † magis videtur etiam confirmanda, cum sit colorata ex titulo vnionis factæ iuxta formam Sacri Concilij Trident. *sess. 21. cap. 5.* per quem bonum ius resultare videtur, &c.

Cardinali Lancellotto

Cartaginensis Pensionis

Lunæ 13. Martij 1600.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur possidenti.*
2 *Manutentio competit etiam post sententiam, rem iudicatam, & cœptam executionem, vbi est commissa, & pendet æquè principaliter causa nullitatis, & num. seqq.*
3 *Deserta appellatione non dicitur deserta causa nullitatis.*
4 *Clausula in prima cognitione posita censetur repetita in subsequentibus.*
5 *Executio cœpta dicitur per decretum, & reproductionem executorialium, sed si deficiat citatio supersedetur.*

Decisio II.

1 FVit per Dominos conclusum D. Michaelem † esse manutenendum in possessione exigendi pensionem, in qua existit, *§. retinendæ, & ibi Io. Fab. num. 56. Instit. de interd. l. 1. §. huius autem l. ait Prætor. §. quod ait. & ibi Bart. ff. vti possid.* etenim de illius possessione constat tàm ex testibus,

quam ex quietantijs, ita vt ab informantibus pro D. Ferdinando non controuerteretur, sed solummodo opponeretur de sententia in petitorio lata, & in rem iudicatam transacta, nec non de executione illius vigore cepta per executorialium relaxationé, 2 † Quæ tamē Domini minimé obstare existimarunt, cum lis non posset dici in totum finita, nam, cum fuerit commissa causa nullitatis censetur æque principaliter commissa causa appellationis, ac nullitates, *Franc. in cap. dilectus, quæst. 54. de appell. Put.* 3 *dec. 172. lib. 2.* † & ideò, etiam si esset deserta causa appellationis, non tamen dicitur deserta causa nullitatis æque principaliter commissæ, quæ potest etiā prosequi, *Franc. in d. quæst. 54. cuius opinio est communiter recepta, laté Couar. pract. quæst. cap. 24. in fin. Put. d. decis. 172. & fuit tentum in causa Calagnritana Decimarum 20. Februarij 1579. coram bo. me. Cardinali Lancellotto, vbi fuit etiam responsum ad decis. Achil. de rescript.* vnde, cum adhuc duret causa nullitatis, quæ impedit transitum in rem iudicatam, donec super ea iudicium pendet, non est turbandus possessor in sua possessione, & tanto magis quia in prima commissione adest clausula, *sine re-* 4 *tardatione solutionis pensionis*, † quæ censetur repetita in alijs subsequentibus, *Ægid. decis. 916.* Et quamuis per decretum executorialium executio dicatur 5 cepta cum illarum reproductione, † tamen cum deducatur nullitas ex defectu citationis ipsius Emanuelis tam in prima, quam in secunda supersedendum est in executione, *Rot. decis. 3. de except. in nou.* neque interim possessor est turbandus in sua possessione, cum hic non adsint tres conformes, & sententiæ non sunt latæ per cōtradictas, nec pensio fuerit declarata nulla ex aliqua nullitate apparēte, sed ex quo Pensionarius non instificauit suam gratiam, quam modo iustificare intendit, immo dicit ex eisdem actis apparere iustificatam &c.

EODEM

Verulana Præcedentiæ.

Mercurij 26. Iunij 1602.

SVMMARIA.

1. *Status vltimus attendi debet ad effectum mandati de manutenendo.*
2. *Capitulariter factus dicitur actus etiam, quod aliqui non interuenerint.*
3. *Assistentiam iuris habens prosé in dubio manutenendus est.*
4. *Præcedentia in actibus priuatis non infert ad præcedentiam in actibus, & locis publicis.*

Decisio III.

FVit dictum mandatum de manutenendo concedendum esse Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Verulanæ, ad quorum fa- 1 uorem adest vltimus status ante litem motam, † qui attendi debet ad hunc effectum, *vt in §. retinendæ cum ibi not. per Io. Fab. Inst. de interd. cum plu.* g. nam testes probant, quod in vltima Synodo altera pars Canonicorum Cathedralium sedit ad dexteram, & altera ad sinistram Episcopi, Canonici verò Collegiatæ.

Neque hic actus dedit causam liti, cum Canoni- 2 ci Collegiatæ per triennium tacuerint, & † quamuis non interuenerint Abbas, & aliqui Canonici defecerint, tamen satis est, quod actus fuerit factus capitulariter, & non interessentia aliquorum non facit, quia actus non sit capitularis, nec minus operatur, quod non possit acquiri status antiquus, cum idē fuerit obseruatum de tempore Episcoporum Hortensij, & Eugenij, vt deponunt testes. Ex quibus apparet, quod status, qui allegatus ad fauorem Collegiatæ redditur valde turbidus, quo fit, vt in hac dubietate Cathedralis sit manutenenda, quia est di- 3 gnior, †, & ad eius fauorem concurrit assistentia iuris.

Non obstat, quod contrarium fuerit seruatum in quadam Congregatione vltimo loco habita coram Vicario, quia ibi non interuenerunt Canonici solenniter, sed fuit actus priuatus ad tractandum ne- 4 gocia particularia, † ac inde non potest ex illo inferri ad præcedentiam in actibus, & locis publicis, & hoc responderetur etiam ad quasdam Collationes ab Episcopo fieri solitas &c.

EODEM

Hebriensis Beneficij.

Mercurij 4. Decembris 1602.

SVMMARIA.

1. *Possessio instrumentalis capta per procuratorem, alterius possessione non probata, est manutenibilis.*
2. *Possessio semel capta præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis non docto de contrario.*
3. *Testes nulliter examinati non habentur in consideratione.*

Decisio IV.

PRO informante quod sit concedendum mādatum de manutenendo Turno, de cuius possessione constat ex publico instrumento possessionis per eius procuratorem adeptę die 4. Octo- 1 bris 1568. † quæ possessio, licet instrumentalis, est manutenibilis non probata possessione alterius, *l. prædia. cum ibi not. ff. d. acquir. possess. & sæpè deci-* 2 *sum fuit*, † & hæc possessio præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis, cum de contrario non doceatur, *Afflict. decis. 394. num. 2.* & fuit pluries resolutum.

Non obstat, quod prætendatur constare de anteriori possessione q. Bernardini de vnione, siue annexione Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Tanuri per Bernardinum possessæ, quia hæc deducuntur 3 solum ex testibus, † qui, cum fuerint nulliter examinati, vt iam decisum fuit, non sunt habendi in consideratione, nec possunt huiusmodi possessionem, aut annexionem probare &c.

EODEM

Nouariensis Canonicatus.

Lunæ 7. Iunij 1610.

SVMMARIA.

1. *Instrumentum captæ possessionis probat possessionem.*
2. *Possessio est de essentia in manutentione.*
3. *Instrumentalis tantum possessio est manutenibilis.*
4. *Fructuum perceptio actum possessionis certificat.*
5. *Titulus nullum ad manutentionem suffragatur.*

6 *Possef-*

6 *Possessio antiquior præfertur in manutentione iuniori, quæ præsumitur clandestina.*
7 *Possessio no capta capitulariter no est considerabilis.*
8 *Præsertim si non concurrat successiua Capitularium patientia, vel consuetudo Ecclesiæ, & num. seq.*
9 *Consuetudo no inducitur, quando diuersimode actus seruatur.*
10 *Probatio irreleuans non attenditur.*

Decisio V.

PRO Io. Baptista fuit resolutum, dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Sancti Victoris loci intra Nouarien. Diœcesim, quia de sua possessione capitulariter, & legitimè capta docetur per instrumentum suæ possessionis, † per quod probatur possessio, *l. prædia ff de acq. poss. Put. decis. 360. num 8. lib. 1.* † & est essentiale ior emedio retinendæ, *§. retinendæ. Inst. de interd. l. Attilius vbi Castr. ff. de donat.* quæ possessio, † si dumtaxat esset instrumentalis, adhuc esset manutenibilis, *Caputaq. decis. 173. par. 3. & decis. 333. par. 2. Mohed. decis. 12. alias 149. de restit. spol.* verum & cum ea concurrunt perceptio fructuum ab ipso Buratto per aliquot annos, † ex quia actus possessionis magis iustificatur, *Osasc. decis. 43. num. 3. decis. Perus. 29. num. 14. & 15. par. 1.* ac demum de titulo legitimo docet, † qui ad manutentionem plurimum suffragatur, *Verall. dec. 333. par. 2. post Bald. quem allegat, cons. 445. num. 2. lib. 5. Thesaur dec. 206. in fin.*

Non obstat, quod possessio Montani sit antiquior, † & consequenter præferenda, & manutenenda, cū possessio anterior impediat acquisitionem nouæ, & iunior præsumatur clandestina, *cap. licet causam de probat. Menoch. de retin. remed. 3. num. 175. Mohed. dec. 12. de restit. spol.*

Nam † non videtur considerabilis illa possessio, cum non fuerit capitulariter capta, *Innoc. in c. in literis. num. 8. & Imol num. 7. de restit. spoliat. Cassad. decis. 8. de caus. poss. & propr. & sæpius fuit in Rota resolutum præsertim in vna Colimbriensi Canonicatus coram Fabio 5. Octobris 1549. inter impress. par. 3. lib. 3.* † maximè quia non concurrunt pro Montano successiua Canonicorum patientia, aut consuetudo Illius Ecclesiæ, *vt videtur innuere idem Cassad.*

Nec Domini fundamentum fecerunt in allegata per montanum consuetudine dictæ Ecclesiæ ex instrumentis productis *in summario num. 5. & 6.* in quibus apparet per alios Canonicos possessionem bis capitulariter non fuisse captam, quia dicta instrumenta nec antiqua sunt, & de contrario apparet ex possessione Buratti, cui capitulariter fuit tradita. Vnde † consuetudo non solet induci, quando diuersimode actus seruatur, *Dec. cons. 8. col. 3. num. 4. & cons. 11. num. 21. Craueti. cons. 96. num. 5. Ios. Ludou. sua concl. 38 vers. amplia tertio.*

Et vbi etiam non daretur actus contrarius dictis instrumentis, tamen non inferrent necessario ad concludendum consuetudinem, cum possint sustineri ex alia causa, scilicet successiua Canonicorum patientia, *vt ex Cassad. d. decis. 8.* & consequenter tanquam † probatio irreleuans non est attendenda, *c. in præsentia de prob. l. non hoc. C. vnd. cognat.*

Atque ita &c.

R. P. D. Pirouano

Sorana Beneficiorum

Lunæ 14. Iulij 1610.

SVMMARIA.

1 *Instrumentalis possessio capta à procuratore, dum vacabat, suffragatur, & est manutenibilis.*
2 *Possessio, altero in ea existente capta, non est manutenibilis.*
3 *Fatum non præsumitur, sed est probandum.*

Decisio VI.

DIxerunt Domini, dandum esse mandatum de manutenendo Illustrissimo D. Cardinali Lenio, quia de illius possessione constat in actis, & à legitimo procuratore habente expressum mandatum, † captaque possessio, licet instrumentalis, alio tamen non existente in possessione, suffragatur, & manutenibilis est, *Caputaq. decis. 174. par. 3. & decis. 333. par. 2. Mohed. decis. 12. alias 149. de restit. spoliat. & sæpissimè resolutum fuit, vt in Anconitana Capellæ 9. Decembris 1576. inter impress. 62. par. 1. & in Ceruiensi Bonorum coram Illustrissimo Seraphino 30. Maij 1580 inter impress. 681. num. 3. par. 2. & apud me in Aquilana Vnionis 17. Maij 1610.*

Nec obstat, quod informantes pro D. Francisco dicebant, scilicet tempore, quo Illustris. Cardinalis prætendit se possessionem instrumentalem cepisse, tunc D. Franciscus erat in possessione vigore institutionis habitæ ab ordinario, quo fit, † vt, cum plena esset, posterior non sit manutenibilis, *Affl. dec. 395. num. 7.*

Nam tollitur obiectum vnico verbo, quia institutio non præsupponit actum possessionis tanquam quid diuersum, & habens relationem ad factum, † quod omnino probandum est, cum non præsumatur, *l. in bello. § facta de capt. & postlim. reuers.*

Remouetur etiam, quia in actis apparet de mandato illius, qui nomine Illustris. Cardinalis cepit possessionem.

Atque ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Cardinali Lancellotto

Tullensis præceptariæ.

Veneris 25. Iunij 1610.

SVMMARIA.

1 *Possessio de tempore litis motæ est præcipuum necessarium ad manutentionem.*
2 *Instrumentalis possessio sufficit pro manutentione, alio in possessione non existente.*
3 *Ampl. ea magis si sit colorata titulo.*

Decisio VII.

ROta censuit, dandum esse mādatum de manutenendo in officio Præpositaræ Fratri Filippo de Acxeuilla, quia de eius possessione constat per instrumentum *in sum. num. 1. & in proc. fol. 9.* & † de eo tempore litis motę, quod præcipuum est necessarium in remedio retinen *æ, §. retinendæ. Inst. de interd. l. Attilius vbi Castr. de donat.* quæ possessio, † quamuis instrumentalis, suffragatur tamen, & sufficit ad manutentionem, alio non existente in possessione, *Caputaq. decis. 175. par. 3. &*

decis.333.par.2.Mohed.decis.12.alias 149. de restit. spol Coll.in Anconitana Cappellaniæ 21. Nouembris 1576.inter impress.62 par.1.& in Cornien.Bonorum coram Illustrissimo Seraphino 30. Maij 1580. inter impress.69.num.3.par.1.

3 Quæ † etiam magis videtur manutenibilis, cum sit colorata titulo suæ prouisionis, de qua in processu *fol.4.* per quem titulum inducitur præsumptio iustioris, & antiquioris possessionis, *Alex. in apostill. ad Bart. in l. si duo in verb. sunt æquales. vti possid. Bald.in l.post sententiam.col. 2. de senten. Thesaur. decis.206.in fin.&c.*

Rubeo

Burgensis Iurisdictionis

Veneris 12. Ianuarij 1582.

SVMMARIA.

1. *Possidenti datur mandatum de manutenendo.*
2. *Attentata non dicitur possessio capta ex voluntate, & acquiescentia partis.*
3. *Exceptio pendens à negocio principali manutentionem non impedit, & in fin.*
4. *Renunciatio litis quando dicatur facta.*

Decisio VIII.

IN causa Burgen.Iurisdictionis proposita die veneris 12. præsentis mensis Ianuarij 1582. fuit resolutum, dandum esse mandatum de manutenendo Reuerendiss. Domino Archiepiscopo Burgen.quia 1 † de eius quasi possessione constat ex iuribus per eum deductis, vt benè deducunt Informantes pro Archiepiscopo, præsertim stante acquiescētia, & patientia Capituli per plures annos post Sacrum Concilium Tridentinum.

2 Non obstat, quod ex aduerso dicitur, † huiusmodi quasi possessionem tamquam attentatam non esse manutenibilem, quia ex voluntate, & acquiescentia Capituli fuit acquisita, in quibus terminis cessat vitium attentatorum, *vt per Cresc. decis. 17. & Rota sæpissimè hoc resoluit*, prout in materia executorialium, quarum vigore licet possessio capta non seruatis quatuor terminis post intimationem executorialium reproductam seruari solitis dicatur attentata, tamen, vbi possessio capitur de cōsensu partis, possessio est bona, & absque vitio attentatorum, *vt per Cresc.in d.decis.17. & A.in tit.vt lit.pend. num. 2.& 3.& ita quotidie seruamus.*

3 Non obstat, quod minor pars Capituli introduxerit litem contra huiusmodi patiētiam, & acquiescentiam Capituli, † quoniam adhuc non liquet, an adsit iusta causa contradicendi, cum hoc pendeat à negocio principali, interim tamen possessor est manutenendus in sua possessione, *vt per Couar. pract. quæst.cap.17.post Paul.de Castr.in cons.3. volum.2. Plot.in l.si quando num.95.& seq.C.vnde vi.*

4 Præsertim † quia ex actibus Capitularibus, quorum copia data fuit, resultat renunciatio litis, cum in illis Capitulum sæpius dicat, nolle amplius litigare, *vt per Butr.in cap.ex tenore nu. 3. de rescript. gl.in l.postquam liti.C.de pact.vbi Purpur.num.39.* & licet verba non sonent in futurum, nihilominus ratione adducta hoc necessario conferunt, neque facit, quod huiusmodi renunciatio sit facta extraiudicialiter, *vt per Purpur.ibi num. 53.*

Nec etiam obstat, quod magna sit controuersia, an requiratur præsentia, & acceptatio partis, *vt per DD. in dict.l.postquam liti.* quia in casu isto videtur adesse consensus partis, ex quo simul tam Archiepiscopus, quam Capitulum processerunt. Et vlterius quando renunciatio fit propter exacerbationem litis, non videtur intrare huiusmodi difficultas, *vt per Bolognett.in d.l.postquam liti. num. 20.* Præsertim vbi agitur de iure tertij, *vt per Purpur.in d.l. postquam liti.num.69.& Claud.Seissell.num.22.*

Quicquid tamen sit ex huiusmodi litis renunciatione sufficit primum fundamentum collectum ex consensu Capituli, quod est vrgentissimum, &c.

Postremo non obstat error, quoniam hoc pendet à negocio principali, de quo est videndum, interim tamen non est impediendum mandatum de manutenendo, & ita Domini concluserunt: nec seruarunt tamen vnum fundamentum, quod fiebat ex aduerso, quod huiusmodi patientia, & acquiescētia Capituli fuisset præstita per metum, vt prætendebatur, &c.

Cardinali Sacrato

Romana de Bombellis

Veneris 31. Maij 1613.

SVMMARIA.

1. *Immissio data per Iudicem priuat alium sua anteriori possessione.*
2. *Iudex subrogatus non tenetur procedere de voto, vt primus fecit.*
3. *Iudex subrogatus tenetur seruare formam, quam primus seruabat ex necessitate imposita per rescriptum.*
4. *Voti susceptio potest à Iudice omitti, vbi rescriptum non est præcisum, & simplex, sed cum clausula,* In articulis sibi benè visis.
5. *Sed votum susceptum non potest sperni.*
6. *Fatalia non currunt durante tempore ad habendum consilium sapientis.*
7. *Calculatores in eorum arte possunt dici sapientes.*
8. *Peritorum artis, quam non nouit Iudex, consilium, potest Iudex requirere, & sequi tenetur.*
9. *Exequi suam sententiam non potest Iudex subdelegatus sine commissione executoriali.*
10. *Facultas data in commissione primi Iudicis censetur repetita in commissione subrogatoria.*
11. *Concilium Tridentinum disponens de actorum transportatione non procedit in causis prophanis.*
12. *Actorum non integra transportatio reddit sententiā Iudicis ad quem nullam etiam de iure ciuili.*
13. *Nisi deficerent acta partis aduersæ, quæ fuisset negligens in transportando.*
14. *Negligentia partis in transportando acta inducitur per monitionem Iudicis.*
15. *Vel per seruationem terminorum substantialium.*
16. *Executio an, & quando fieri possit post indictas ferias per decretum Visitæ carcerum.*
17. *Sententia iniusta non potest exequi.*
18. *Executionē passo in vim sententiæ iniustæ datur manutentio ratione ciuilis possessionis.*
19. *Decl. si iniustitia sit valdè patens, & notoria, quia tunc æquiparatur nullitati, secus si dubia.& num. 21. & 26.*
20. *Manutentio datur aduersus factum Iudicis nulliter, vel notoriè iniustè procedentis.*
21. *Iudex ad quem non debet ingredi inspectionem negocij principalis ad effectum manutenendi eum, qui passus fuit executionem, quando iniustitia dubia est, sed tantummodo si grauamen sit patens, & notorium.*
22. *Remedium ordinarium aduersus executionem per Indi-*

Iudicem iuris ordine factam non est manutentio, & num. 26.

23 *Sed est restitutio in integrum, vbi prætenditur res iudicata.*

24 *Vel Remissio in petitorio, vbi denegatur appellatio ad effectum suspensiuum.*

25 *Appellatio quoad effectum suspensiuum denegatur in iudicijs possessorijs, & obligationis cameralis.*

27 *Exceptiones concernentes non ius in proprietate quando admittantur in remedijs Spolij l. fin. Quorum bonorum, obligationis cameralis, & simil.*

28 *Manutentio si daretur indistinctè immissionem passo, iudiciorum ordo confunderetur, & frustra lex denegaret remedium appellationis, & nu. 30.*

29 *Appellationis remedium est ordinarium, & fauorabile.*

30 *Manutentionis iudicium est extraordinarium, & summarissimum, & in eo solent admitti leuiores probationes.*

31 *Manutentio dependens à cognitione negocij principalis non expeditur nisi cum negocio principali.*

32 *Iudex moueri non potest ex ijs, quæ sunt extra acta.*

33 *Iniustitia executionis patens est, si illius iustificatio totaliter in actis deficiat.*

34 *Ius de sui natura certum est.*

35 *Exceptioni, quæ non est de natura illius iudicij, & admittitur, si non sit dubia, obstat dubietas tam facti, quam iuris.*

36 *Dubietas iuris ad effectum fauorabile, vt ne recedatur à forma ordinaria iudiciorum, æquiparatur dubietati facti.*

37 *Possessor tota lite pendente manutenendus est.*

38 *Iudex præsumitur rite, & rectè functus esse officio suo.*

39 *Actor immissus à Iudice sustinet vices rei, adeo vt non teneatur ad aliquam probationem.*

40 *Iuste possidet, qui auctore Prætore possidet.*

Decisio IX.

IOannæ dandum esse mandatum de manutenendo fuit resolutum, quia constat de eius possessione ex immissione ei data per Macchiauellũ 1 Iudicem, † qui potuit priuare Helenam eius anteriori possessione, *Angel. in l. qui vniuersas. §. item cũ Prætor. in fin. ff. de acquir. possess. Imol. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 1. vers. si autem occupasset iuridicè. ff. eod. tit. Dec. cons. 103. num. 1. vers. sed tunc insurgit. Mohed. decis. 4. num. 4. de restitut. spoliat.* quæ autem fuerunt pro parte Helenæ deducta ad docen. quod Iudex neque ritè, neque rectè processit, visa fuerunt non obstare.

Et primo, quod D. Macchiauellus processerit absque voto Rotæ, quod facere non poterat, tũ quia fuit subrogatus in locum bon. mem. D. Alueri, qui iam cœperat procedere cum voto Rotæ, tum ex particulari cõmissione D. Macchiauello directa, quod deberet procedere de voto Rotæ. Nam quantum ad 2 primum fuit responsum, † nullo iure caueri, quod si vnus Iudex incepit procedere de voto, alius in eius locum subrogatus teneatur id facere, & quod dici-3 tur † subrogatus teneri seruare formam, quam seruabat ille, in cuius locum est subrogatus, *ex Felin. in cap. cum dilecti. numer. 7 ampliat. 7. de rescript. cum alijs allegat.* procedit, quando ille primus seruabat illam formam ex necessitate, puta quia sic sibi demandatum fuerat, vt procederet sub illa forma, vt amplificat, *Felin. loco allegato.*

Quo verò ad commissionem directam Macchiauello fuit responsum, quod commissio non fuit præcisa, & simplex, quod deberet, procedere de voto Rotæ, sed addita fuerunt illa verba, *in articulis sibi* 4 *benevisis*, & proinde † potuit D. Macchiauellus, in articulis, qui sibi non videbantur digni decisione rotali, omittere susceptionem voti rotalis, & licet replicaretur, quod Macchiauellus nedum omisit suscipere votum rotale, sed in aliquibus processit contra decisiones Rotæ factas ad consultationem D. Alueri anterioris Iudicis in hac causa, quod non videtur 5 potuisse facere, quia † clausula, arbitrio, refertur ad susceptionem voti Rotalis, hoc est, vt possit illud non incipere; non autem vt possit, postquam susceptum est, sperni, Visum fuit motiuum non subsistere in facto, quod scilicet dictus Macchiauellus cõtrauenerit decisionibus Rotalibus, vt latè fuit deductũ per informantes pro Ioanna comparando sententiã cum decisionibus.

Secundo dicebatur de nullitate sententiæ D. Macchiauelli, quia fuit lata post lapsum fatalium, sed in-6 ter alios placuit illa responsio, quod † durante tempore ad habendum consilium sapientis, non currunt fatalia, *Corn. cons. 182. num. 3. lib. 3. Ruin. cons. 172. nu. 8. lib. 4. & cons. 77. numer. 1. lib. 5. Gabr. tit. de arbitr. conclus. 4. num. 3.* in proposito autem casu negocium 7 pendet coram calculatoribus, † qui & ipsi in eorum 8 arte possunt dici sapientes, & exquiritur † illorum consilium, sicut & cœterorum peritorum artis, quã non nouit Iudex, qui propterea tenetur illud sequi, *iuxta notata in cap. fraternitatis, & in cap. fin. de frigid. & malef. facit. text. in cap. fin. de hæres. in 6. vbi DD.*

Tertio opponebatur, quod D. Macchiauellus executus fuit suam sentẽtiam absque commissione exe-9 cutoriali, † quod non potest facere Iudex subdelegatus, *Cassad. decis. 13. num. 4. de rescript.* fuit responsum, quod facultas exequendi fuit data in prima cõ-10 missione directa Domino Aluero, vnde † censetur repetita in commissione subrogatoria D. Macchiauelli *ad decis. Cassad. 8. de rescript. Egid. decis. 41. Rot. in causa Ciuitatis Castelli pensionis inter impress. decis. 44. num. 2. & in Romana Societatis Officij, relata in decis. 321. par. 1. diuers.*

Quartum obiectum fuit de non integra asportatione actorum, & signanter de quadam declaratione facta per Helenam, quod volebat habere vineam pro dote, quæ declaratio multũ faciebat ad causam, vnde inferebatur, sententiam tanquam minimè visis actis per Iudicem probaturijs, etiam sine Conc. 11 Trid. † quod non habet locum in causis prophanis, *vt in Romana lignorum 23. Iunij 1603. corã me fuit* 12 *dictum*, † de iure ciuili fuisse nullam ad *l. properandum. C. de Iudic. vbi Bart. & alij*, sed fuit responsum 13 † obiectũ nõ procedere quandocunque pars, quę dat de non integra transportatione, fuit negligens in transportando, *Rimin. in l. 2. num. 12. vers. limita etiã. Cagnol. nu. 70. C. de eden. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 18. in prima limit. de constit. Rot. in clausula maioricen. officij Pœnitentiariæ, & Canonic. 4. & 18. Februarij 1591. coram Gyptio, & in supradicta Ro-*14 *mana lignorum coram me*; Et licet † ad inducendã prædictam negligentiam requiratur monitio Iudi-15 cis, *Cagnol. d. num. 70.* attamen, † cum in proposito casu fuerint seruati termini substantiales contra Helenam, visum fuit hoc operari effectum monitionis, *vt fuit dictum in dicta maioricen. officij Pœnitentiariæ, & Canonicatus 4. & 18. Februarij 1591. coram bon. mem. Gyptio, & in causa Romana Vineæ 19. Nouembris 1603. coram R. P. D. Decano.*

Quinto fuit oppositum, quod possessio fuit capta 22. Decembris, & sic pendentibus ferijs Natiuitatibus D. N. indictis per decretum Visitæ carcerum, 16 sed † omisso, an istud decretum afficiat Iudices, qui non interfuerunt in dicta Visitatione, ex quo ne-

que reperitur publicstum, vel alias particulariter
intimatum, *iuxta notatu in Auth. vt fact. non. confl.
vers. cur autem culpabimus eos, & per tot. Alex. cōs.
73 num. 8 lib. 3. Castr. cons. 51. num 2. lib. 1. Rol. cons.
8. num. 2. cum plur. seqq. lib. 3. Burbat. in cap. 2. nu. 70
vers & nihilominus, & num. 61. in fin. de constit. Gabr.
tit. de leg. concl. 4. num. 6 Thesaur. decis. 249. nu. 6. &
7 & 10. Rota in causa Calaguritana Beneficij S. Andrea 17. Martij 1593. coram bon. mem. Cardinali Blā-
chetto.* Omissa etiam, an importet nullitatem actus,
vel solum, quod contraueniens mereatur pœnam, ex
quo per dictum decretum neque datur potestas alias
non habenti, neque adest decretum annullatiuum,
*iuxta notatu per glos. in Clement. 1. verb inhibentes. de
iur. patronat.* cessare visa difficultas, quis dictum decretum loquitur de executionibus, quæ fiunt pro debitis, vt patet ex illis verbis ibi, nullus in posterum
possit realiter, nec personaliter molestari, neque carcerari pro debito ciuilis Ioanna autem non fuit immissa in possessionem vineæ, de qua agitur, pro debito Helenæ, & tanquam illius creditrix, sed tanquā
hæres fratris stante quod Helenæ, quæ prædictam
vineam retinebat iure pignoris, iam erat satisfactū.

Denique pro parte Helenæ sententia dicebatur
17 iniusta ex multis, † qua iniustitia stante minimè po-
18 tuit executioni demandari, & † tali casu competit
manutentio ratione ciuilis, quam non spoliatur possessor per factum Iudicis iniustè procedentis, *vt fuit
decisum in causa Gerunden. beneficij 2. Iunij 1602. coram R. P. D. Decano, & in alijs.*

19 Super hoc considerarunt Domini, quod † ille Decisiones procedunt, quando iniustitia est valdè patens, & notaria, quia tunc æquiparatur nullitati,
*cap. inter cæteru. cum ibi not. per scribentes. de re Iud.
Abb. in cap fraternitatis num. 18. de frigid. & malef.
Crauett. cons. 302. num. 2. Rol. cons 6. num. 37. cum duobus seqq. lib. 3. Cas. de Grass. decis. 2. numer. 7. de solut.
Rot. in Romana spolij de Pinis 31. Ianuarij 1605. corū
20 Reuerend. ß. Bononien.* proinde sicut † aduersus factū
Iudicis nulliter procedentis competit manutentio,
quia tunc videtur facere tamquā priuatus, *Corn. cons.
193 num. 4. lib 3. Rot. in causa Penn & Adrien beneficiorum 4. Iunij 1584. coram bon. mem. Card Seraph.
relas. inter diuers. impress decis. 802. num. 7 vers. quia
pro responsione. par. 1. & in causa S. Seuerini beneficiorum 20. Decembris 1610. coram me.* ita competere
debet aduersus factum Iudicis notoriè iniustè procedentis, etiam si alias seruet ordinem iudicij in pro-
21 cedendo. Verum, † quando prætensa iniustitia est
dubia, non debet Iudex ad quem aggredi inspectionem negocij principalis ad effectum manutentionis
22 illius, qui passus fuit executionem, quia † manutentio non est remedium ordinarium, quod det lex aduersus executionem per Iudicem seruato iuris ordi-
23 ne factam, sed † restitutio in integrum, vbi præten-
24 ditur res iudicata, vel † reuisio in petitorio, vbi alias
denegatur appellatio ad effectum suspensiuum, pro-
25 ut † denegatur in iudicijs possessorijs, executione
obligationis cameralis, & similibus, & proinde, cum
26 † manutentio non sit remedium ordinarium, in hoc
iudicio non debet Iudex ad quem illo vti aduersus
factum Iudicis à quo, nisi grauamen sit patens, & no-
27 torium; & videmus in simili, quod † in iudicio spolij, in remedijs *l. fin. C. de Edic. Diu. Adr. toll.* quorum
bonorum, executionis obligationis Cameralis, &
alijs, quia exceptiones concernentes non ius in proprietate minimè sunt de illorum iudiciorum natura,
ita demum admittuntur, si incontinēti, & clarè probentur, secus si sint dubiæ, & requirant altiorem indaginem, vt per scribentes in *d. l. fin. C. de Edic. Diu.
Adr. toll. & in l. fin. C. quorum bonorum. vbi præcipuè
Bart. & Salycet. in princ. Rip. in Rubr. ff. de pignor. nu.
19. Pont. tract. de spol. lib. 3. cap. 3. num. 128. Menoch.
de adipis. remed 3. n. 180. Rot. in causa Romana grani 21. Ianuarij 1574. corā Robusterio inter diuers. im-
28 press. decis. 627. num. 3. par. 1.* Alias † si ista praxis
ita indistinctè admitteretur, prout modernis temporibus ab aliquibus prætenditur, confunderetur ordo
iudiciorum, & frustra lex denegaret remedium ap-
29 pellationis † ordinarium, & fauorabile, *Bald. consil.
148. nu. 10. & 11. lib. 1 Odd. tract. de restit. in integr.
quæst. 17. art. 5. num. 64. Parpur cons. 89. num. 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 130. in præfat. Surd.
30 decis. 38. num. 4.* † si alio extraordinario summariissimo, & in quo solent admitti leuiores probationes,
*Alex. cons. 103. numer. 5 lib. 7. cum alijs per Menoch.
de retinen. remed. vlt. num. 34. Rot. in causa Tuden pēsionis 1. Iulij 1596. coram bon. mem. Card. Pamphilio,
& in causa Lucana bonorum 17. Iunij 1602. corā me,*
posset reuocari, quod seruata forma iudiciorum factum est.

Et prædicta corroborantur alio medio, nempe,
31 quod, † quando manutentio depēdet à negocii principalis cognitione, tunc non expeditur manutentio,
nisi cum ipso negocio principali, *Lancell. de attent.
cap. 24. quæst. 19. num. 4. Rot. in causa Siracusana Abbatissatus 1. Decembris 1597. coram Corduba in Vlixbonen. declarationis cōcordiæ 5. Maij 1599. coram Iusto, & in Romana officiorum 4. Iulij 1601. coram bon.
mem. Cardinali Pamphilio.*

In proposito igitur, cum manutentio illius, qui
passus est executionem à Iudice, qui processit iuris
ordine seruato, dependeat à negocio principali, hoc
est à iustitia, vel iniustitia, non debet expediri, nisi cū
ipso negocio principali per supradicta.

Non obstat, quod iniustitia sit patēs eo ipso, quod
32 executio non iustificatur ex actis, cum † Iudex non
possit moueri ex iis, quę sunt extra acta, *vt latè dixit Rot. in causa Romana hæreditatis 17. Iunij coram
me, & alibi sæpè,* quia re incidit in ea, de quibus su-
33 pra, nempe † esse verum, si iustificatio totaliter deficiat, & ita resultet notorium, & patens grauamen
in exequendo.

Sicut etiam minimè refragatur, quod ex quo Iudex non potuit moueri ex iis, quæ sunt extra acta,
dubietas reducatur ad merum ius, ex quo non expe-
34 ctat post se aliquam probationem facti, † ius autem
de sui natura est certum, *Bald. in l. ancilla num 2. C.
de furt. Olar. cons. 179. num. 1. Natt. cons. 502. num. 9.*
Et consequenter ille, qui dat de iniustitia executionis afferendo processum, videatur incontinenti, &
patenter probare suam intentionem. Quia responde-
35 tur quod, † quando allegatio, siue exceptio minimè
est de natura illius iudicii, in quo fit, sed ita demum
admittitur, si non sit dubia, quod tunc reiicitur, ne
dum propter dubietatem facti, sed etiam propter
dubietatem iuris, *vt fuit dictum in Romana de Peruschis 30. Maij 1580. corā Robusterio, & in causa Conchen. beneficij 4. Maij 1611. coram me,* & merito,
36 quia † dubietas iuris ad effectum fauorabilem, prout est ista, quod non recedatur à forma ordinaria iudiciorū, &c. debet æquiparari dubietati facti, *Felin.
in cap. de quarta. num. 27. de præscript. Curt. iun. cons.
150. num. 15. Ceph. cons. 467. num. 32. Capyc. decis. 10.
num. 10. Bec. cons. 95. num. 10.*

Non denique facit, quod ille, qui passus fuit executionem, habeat fundatam intentionem in suo pri-
37 stino statu, † in quo tota lite pendente sit manutenendum, *ad §. retin. Instit. de interd. cum vulg.* & propterea aduersario incumbat onus probādi immissionem, & quidem iustam, cum aliàs iniusta non debeat
sibi suffragari, & sic videatur, quod onus probandi
iustitiam incumbat illi, qui obtinuit executionem,
non autem iniustitiam illi, qui eam passus fuit; Vnde
infertur,

infertur, quod, si adest aliqua dubietas, illa facit cōtra illum, qui obtinuit executionem, non autem pro se; 38 quia respondetur quod, † stante præsumptione iuris, quæ cōcomitatur nouum factum Iudicis, etiam pro illo præsumitur, quod rectè fuerit functus officio suo, *l. 2. cum ibi not. C. de offic. ciuil. Iud. Abb. cons. 41. num. 2. vers. præsumitur lib. 1. Alex. in l. qui Romæ §. qui duos fratres num. 10 ff. de verb. oblig. Crouett. cōs. 188. num. 8. cum alijs per Gabr. tit. de sent. conclus. in princ.* non attenditur ille primæuus status, sed iste 39 nouus, per quem ille, † qui alias erat actor substinet vices rei, nec tenetur ad aliquam probationem, *vt est bonus tex. in l. cum de indebito. ff. de probat. & fuit latius dictum in causa Comen. decimarum die 8. Iunij 1602. coram me*, & proinde cum ille, qui prius erat reus, fiat actor, debet docere de iure suo, vel via ordinaria, & petitorio, vel quatenus aggrediatur viam extraordinariam manutentionis, docendo incontinenti de iniustitia absque vlla dubietate facti, vel iu- 40 ris, aliàs immissus est manutenendus, quia † iustè possidet, qui authore Prætore possidet, *l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. cum alijs supra in princip. allegatis.*

Iniustitia verò ex multis deducta pro parte Helenæ visa fuit plusquam dubia ex replicatis pro parte Ioannę, quam propterea Domini reseruauerunt videre suis loco, & temporę, &c.

Manzanedo
Imolensis Præceptoria
Veneris 30. Martij 1607.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alio in eadem non existente, est manutenibilis.*
2. *Possessio posterior censetur clandestina, & vitiosa.*
3. *Possessio acquiri potest per procuratorem habentem speciale mandatum.*
4. *Ampl. vt sufficiat etiam mandatum generale ad apprehendendam quamcunque possessionem.*
5. *Ætatis defectus exceptio respicit petitorium, & nō est examinanda in manutensione.*
6. *Mandatum de manutenendo datur etiam mero detētori, & spoliatori contra spoliatum.*
7. *Iudex dat mandatum de manutenendo detentori, vt tollat occasionem spolij, & scandalis præseruando parti iura in petitorio, & possessorio ordinario.*

Decisio X.

Domino Equite Tesauro tantum informante, Domini dandum esse mādatum de manutenendo dixerunt, cum vacante Præceptoria Sancti Bazzar de Imola per obitum Equitis Scipionis Lactantis fuerit de illa prouisus à Serenissimo Sabaudię Duce Religionis SS. Mauritii, & Lazari Magno Magistro de anno 1602. idem D. Eques Tesaurus, & eodem anno de mense Decembris fue- 1 cit adeptus possessionem illius, † quę, & si instrumētalis, cum fuerit capta alio non existente in possessione, est manutenibilis, *iux. Rot. decis. 202 num. 3. & 802. in princ. par. 1. & decis. 62. num. 1. par. 2. diuers. & sæpius fuit dictum.*

Quibus non obstat prouisio Apostolica de eadem Pręceptoria postea de mense Maii anni 1603. D. Equiti Ioanni Baptistæ Galanti facta, nec possessio 2 virtute illius capta, cum † illa tamquam posterior censeatur clandestina, & vitiosa, *iuxta prædictam decis. 802. & tradit Bart. in l. si duo. numer. 4. ff. vti possid.*

Minus obstat D. Equitem Tesaurum non appręhēdisse prædictam possessionem per se ipsum, nec apprehenderit illam per procuratorem ad id consti- 3 tutum, † quod sufficit, *ad tex. in l. 1. §. per procurato-* 4 *rem. ff. de acqu. poss.* quia † etiam sufficiebat mandatum generale ad appræhendendam possessionem quarumcumque Commendarum, *ad tradita per Abb. in cap. accedens. nu. 5. de præben. & ibi Doct. Alex. in d. l. 1. §. per procuratorem ff. de acq. poss. & benè Herca. num. 5. par. 5. & Lap. tract. & Ferr. alios referens cons. 220. num. 12. vers. non obstat decisio.*

5 Nec † facit quęstio de defectu ętatis, cum respiciat petitorium, & non veniat examinanda in sum- 6 marissimo iudicio manutentionis, † quę datur etiā mero detentori, & spoliatori contra spoliatū, *Castr. in l. Aquilius Regulus. numer. 5. de donat. cum adduct. per Nenizzio cons. 80. num. 3.*

7 Vnde † Iudex in illo iudicio non intendit aliud, quam manutenere detentorem in statu, in quo existit, vt tollat occasionem spolijs, & scandalis, in cæteris autem pręseruat parti omnia iura tā in possessorio ordinario, quā in petitorio, *ex adductis in dec. 641. num. 8. par. 1. diuers. &c.*

Remboldo
Aquilana Bonorum
Lunæ 17. Iunij 1624.

S V M M A R I A.

1. *Possessio probatur ex narratiua literarum, si in euidentem, & ex instrumento concessionis in emphyteusim. contra ipsam conductorem.*
2. *Ecclesiæ in bonis concessis in emphyteusim dat manutentio, si non habuerit se pro spoliata, vel reintegratio, si se pro spoliata habuerit.*
3. *Executoribus specialibus in literis datis non potest A.C. nec alius se intromittere.*
4. *Causa intra biennium non expedita an, & quando deuoluatur ad A.C. seu Curiam.*
5. *Clausula, Vocatis vocandis, & clausula, si tibi constiterit, important, vt sint citandi habentes interesse.*
6. *Mandati comparentis defectus causat nullitatem sententiæ.*
7. *Specificatio bonorum requiritur in processu super caidentati vtilitate Ecclesiæ, alios nulliter agitur, & super ea consistis præcipua vtilitas.*
8. *Ecclesiæ bonorum concessionis validitas pendet ab vtilitate.*
9. *Iudex executor non valet cognoscere vtilitatem Ecclesiæ in concessione, nisi bona specificentur.*
10. *Litera, si in euidentem, super concessione bonorum Ecclesiæ non facta mentione litis non suffragantur in præiudicium partis aduersæ.*
11. *Beneficiatus, contra quem agitur ad beneficij probationem, potest officium suum ministrare lite pendente, sed non alienare bona.*
12. *Sententia semel etiam nulliter lata expirat Iudicis delegati iurisdictio.*

Decisio XI.

Lite pendente in Rota inter Fabricium Manerium prouisum ab Abbate S. Spiritus, & Hieronymum Abrulcam prouisum Apostolicum

licum super beneficio S.Luciæ de Pila dictæ Abbatiæ Grangia dictus Hieronymus omnia bona dictæ Grangię in emphyteusim ad tertiam generationem concessit Fabio Viuo cum reseruatione beneplaciti Sedis Apostolicę,& literis,si in euidentem,desuper expeditis, obtinuit a deputato ab A. C. etiam quod dictæ Literæ essen. Archidiacono,& Vicario Episcopi Ecclesiæ Aquilanæ directæ dictam concessionem,nulliter tamen,vt infra dicetur, confirmari.

Vnde lata sententia Rotali ad fauorem Fabritij prouisi ab Abbate, qua eidem fuit dictum beneficiũ adiudicatum,dubitari contigit, An dicta Ecclesia S.Luciæ sit manutenenda,seu quatenus opus sit reintegranda ad possessionem dictorum bonorum, & Domini absque difficultate affirmatiuè responderunt.

1 Nam de possessione Ecclesiæ abundè constat † tã ex dictis literis in forma,si in euidentem,expeditis, in quibus narratur Hieronymum,& Fabium Rectorem Ecclesiæ,& fructuum conductorem,seu emphyteutam respectiuè supplicasse pro licentia alienãdi, seu concedendi bona ibi expressa ad tertiam generationem dicto Fabio, quam etiam ex instrumento dictæ concessionis, quia dicta narratiua, & multo magis etiam ipsa concessio plenè probat possessionem contra ipsum conductorem, *Bald. in l.quædam mulier.num.2.& ibid.Angel.sub num.2. post mediũ vers. item attende. vbi quod per solam inuestituram probatur possessio inter ipsos contrahentes nullo alio probato.ff.de rei vendic.Paris.cons.111.num.44.vol.1.Ruin.cons.46.num.13.vol.4. cum alijs per Gabr. in tit.de locat.concl.vlt.num.14. & fuit in terminis dictum in Neritonen. Massariarum 13.Martij 1603.coram bon. mem. Litta*,

2 † nec propterea potest dictæ Ecclesiæ denegari manutentio, quatenus se non habuerit pro spoliata,vt in dicta Neritonen.Massariarum,vel saltem erit danda reintegratio,quatenus se habuerit pro spoliata, *Caputaq.decis.170.& 181.par.3.Rot.decis.755.num.6.par.2.in recent.* Nec obstat, quod dicta concessio fuit vigore dictarum literarum in forma,si euidentem, expeditarum confirmata,quia dicta confirmatio fuit nulla ex pluribus.

Et primo,quia, cum essent in dictis literis deputati certi executores, videlicet Archidiaconus, & Vicarius Episcopi Ecclesiæ Aquilanæ, non potuit

3 pro dictarum literarũ executione A.C.adiri,† quando enim Papa dat speciales executores, non potest alius se in huiusmodi executione se intromittere, *cap.vt nostram.de appell.Felin.in cap fin.num.38. de præsumpt.Card.Seraph.decis 1003.num.3.in fin.*

Idque etiam in specie d. A. C. disponitur *in reformatione Sanct.mem.Pauli V.in tit.de A.C.vers.literas Apostolicas.* vbi dicitur,quod literas Apostolicis,quibus est datus certus executor,nullo modo A.C.exequatur.

4 Nec obstat, † quod,cum dicti speciales executores non expediuerint causam intra biennium, fuit eorum iurisdictio ad A.C. deuoluta vigore decreti Sac.Conc. Tridentini *Sess.24.cap.20.de reform.quia*, præterquam quod non constat, quod dicti executores fuerint requisiti, vt dictas literas debitè executioni demandarent,quodque à die huiusmodi requisitionis lapsum esset biennium,vt requiritur per decretum Sac.Conc. ibi à die motæ litis, &c. & quod per eos steterit, quominus procederetur ad executionem dictarum literarum, *iuxta not.per Rebuff.super concordia tit.de form.lit.execut.mandat. Apostol. in verb recusauerint,& verb.negligenter fuerint.Rot.decis.273.sub num.1.par.2.in recent.*

Non loquitur etiam dictum decretum de executoribus specialiter delegatis,sed de Iudicibus ordinarijs, & vlterius etiam locum habere videtur in causis tantum contentiosis, non autem gratiosis, in quibus non datur instãtia, nec executoris iurisdictio perimitur,nisi perempta gratia, *cap.super gratia de offic.deleg in 6.*

Atque ex hac ratione aduertit *Moder. in praxi. Episcopali,decretum dicti* Conc.nõ habere locum in Rom.Cur.quia scilicet lis,seu instãtia in Rom.Cur. nunquam extinguitur, quod euenit propter facultatem prorogandi fatalia.

Secundo confirmatio dictæ concessionis fuit nulla, quia non fuerunt citati Abbas Monasterij, cuius est Grangia,nec prouisus ab Abbate,qui habebat in-

5 teresse, cum tamen † omnes prædicti essent citandi,tam vigore clausulæ,vocatis vocandis, de qua in dictis literis,*cap.exhibita.vbi Abb.in vltimo not. de Iudic.Card. cons.73.in princip.* & in puncto similis confirmationis,*Rot.decis.624.num.4.par.1.in recent.* quam etiam vigore alterius clausulæ, si tibi constiterit,*Doct.in cap.præsenti.in verb.constiterit. de cens. Abb.in cap.conquerente.num.9.de restit.spoliat.Card. Seraph.decis.601.*

6 Tertio fuit etiam nulla dicta confirmatio † ex defectu mandati competentis pro Fabio conductore bonorum,*iuxta tradita per Vant.de nullit. ex defect. mand.num.59.& seqq.*

Quarto fuit nulla, quia non fuerunt specificata

7 bona coram prætenso executore, prout † requirebatur iuxta formam in dictis literis traditam,*cap.cum dilecta,& ibi Doct.de rescript.Abb.cons.41. num. 8. lib.1.Card.Seraph.decis.337.num.6.*

Et dicta nullitas eo magis afficit dictam confirmationem, quod in dicta specificatione cõsistit præ-

8 cipua vtilitas Ecclesiæ,† à qua tota pendet validitas concessionis,*cap.sine exceptione.12.quæst.2.cap. 1. de reb.Eccles.non alien.in 6.Card.Seraph. decis. 508. in princ.& num.11.* quia, non facta dicta specificatione, Ecclesia scire non poterat, quæ bona essent ad eam deuoluenda post finitam tertiam generationem,& fuisset coacta litigare super illorum liquidatione,*vt optimè fuit ponderatum in d.decis.624.num.2.par.1.& in decis.678.num.2.& 731.num.3. par.2.in recent.*

9 His accedit, quod † nec dictus executor absque eo,quod dicta bona coram eo specificarentur,potuit cognoscere, an dicta concessio esset vtilis dictæ Ecclesiæ, vnde eo minus potuit forma in dictis literis tradita præteriri,*vt in dictis decis.624.par.1.& dec.678.& 731.par.1.in recent.*

Et denique est aduertendum, quod dictæ literæ fuerunt extortæ lite pendente inter dictum Hieronymum in dicta Grangia intrusum,& Abbatem, ac prouisum ab eo de dicta Grangia non facta mentio-

10 ne litis, nec † propterea possunt dicto Hieronymo, aut Fabio habenti causam ab eo in præiudicium Abbatis,& ab ipso prouisi suffragari,si quidem Papa, si sciuisset dictam litem pendere inter dictum Hieronymum alienãtem,& Abbatem, ac prouisum ab eo, verisimiliter non concessisset Hieronymo facultatẽ alienandi bona dictæ Grangiæ, super qua pendebat controuersia,*iuxta trad.per Doct.in cap.Prælatorum,*

11 *& præcipuè Felin.num.3.de accusat.*vbi,quod † ille, contra quem agitur ad priuationem beneficij, licet possit officium suum ministrare lite pendente, non potest tamen alienare bona Ecclesiæ.

Nec dicatur,quod,quatenus literæ,si ineuidẽtem, fuerint nulliter executæ, possint iterum executioni demandari,quia huic etiam obiecto fuit satisfactum *in dictis decis.631.num.8.& 678.numer.3.par.2.in*

12 *recent.*in quibus dicitur,quod † post sententiam semel etiam nulliter latam Iudicis delegati iurisdictio expirat,*l.sicut proponis.quomodo,aut quãdo Iud. l.Iudex postea quam,& ibi Glos. ff.de re iudic. & in*

terminis

terminis executionis literarũ Apostolicarum, Archidiaconus in cap. si cui. in verb. cotradictos. de prab. in sex. Rot. decis. 16. de re iudic. in non. & fuit dictum in Casalensi Canonicatus 22. Iunij 1615. coram D. Atrebaten. & in alijs dictis decis. 631. & 678. par. 2. in recent. relat.

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Perusina Bonorum de Alphanis

Luna 5. Iulij 1620.

SVMMARIA.

1. *Baiuli relatio de tradita possessione, seu tenuta capta in vim sententia probat possessionem.*
2. *Immisso in vim primi decreti manutentio non debetur.*
3. *Deci. secus si immissio non loquetur de prima tenuta, nec ad effectum subhastandi.*

Decisio XII.

FVit resolutum mandatum concessum ad fauorem Alexandri esse confirmadum, quia docet de sua possessione præuia sententia. Baiulus enim retulit die 8. Nouembris 1605. se tradidisse possessionem Alexandro, & in signum realis, & corporalis tenutæ fuisse ingressum in tenutam, deambulando, &c. † cui creditur, cum hoc sit de pertinentibus ad eius officium, *Alciat. de præsump. reg. 3. præsum. 14 Sard. cons. 70. num. 47.*

Non obstat, quod Alexander fuerit immissus vigore primi decreti, † & ideò ei non debeatur manutentio ex allegatis in causa Perusina Bonorum 7. Aprilis 1617. coram R.P.D. meo Buratto, nam fuit responsum, † quod sententia, cuius vigore fuit concessa immissio, non loquitur de prima tenuta, neque ad effectum subhastandi, sed instrumentum esse purum, & liquidũ quoad expēsas, & interesse, & quoad pretium euictionis, vnde negari non potest, quin saltem officio Iudicis in vim detentionis ei debeatur manutentio, *glo. in Ver. non posse. in l. 3. §. creditores. ff. vti possid. Castr. in l. à quibus num. 5. ff. de donat. cum allegatis in alia Perusina Bonorum 27. Iunij 1616. coram eodem D. Buratto.*

Et ita, &c.

R. P. D. Pirouano

Perusina fideicõmissi de Baptistis.

Luna 10. Martij 1625.

SVMMARIA.

1. *Possessio instrumentalis, alio in possessione non existente, suffragatur ad effectum manutentionis.*
2. *Possessio in vim sententia Iudicis ritè, & rectè procedentis est manutenibilis, & priuat primum possessorem naturali, & ciuili possessione, & num. 5.*
3. *Possessio anterior præfertur in manutentione posteriori, qua improba, & clandestina præsumitur.*
4. *Lim. si anterior sit nulla, & infecta.*
5. *Lim. si posterior sit vigore sententia.*
6. *Appellatio a sententia in mero possessorio non habet effectum suspensiuum propter Aegidianam.*
7. *Sententia nulla, vel iniusta non priuat possessorem sua possessione.*
8. *Fideicõmissarius non potest nec auctoritate propria, nec cum Iudicis licentia, capere possessionem parte non citata, sed debet illam habere de manu hæredis, & redditur ratio.*

Decisio XIII.

IN hac causa prius fuerat dubitatum, an constaret de attentatis per Dominam Beatricem pẽdente appellatione in Rota a sententia V. Legati Perusiæ, quæ venirent reuocanda; verum quia materia Dominis visa fuit turbida, voluerũt omissa prędicta disputatione, vt procederetur ad vlteriora in negocio principali, quod, cum respicere poterat tam petitorium, quam possessorium retinendæ, & in hoc partes essent discordes, vt procedendum esset magis in petitorio, quàm in possessorio, placuit etiam determinare dubium disputandum, an scilicet constare de bono iure ad effectum manutentionis, & hodie proposito dictum fuit Beatricem esse manutenendam.

Constat enim de illius possessione capta sub diebus 6. 7. 8. Aprilis 1621. & ex sententia V. Legati Perusiæ die 19. Iunij 1623. super manutentione, & immissione respectiuè lata, cum possessione vigore illius subsecuta die prima Iulij, quæ † possessio ante sententiam quamuis instrumentalis, alio tamen antea non existente in possessione, suffragari solet ad huiusmodi effectũ manutentionis, *l. prædia. vbi Bart. num. 1. ff. de acquir. possess. decis. 360. num. 8. lib. 1. Rot. decis. 9. num. 5. 138. num. 2. 268. num. 1. coram P. P. Gregor. XV.* Secunda pariter subsequens † possessio vigore sententiæ manutenibilis est tamquam prouemiens ex Iudicis auctoritate, qui ritè, & rectè procedendo potens est priuare possessorem tam naturali, quam ciuili possessione, *Mohed. decis. 4. num. 4. de restit. spol. Rot. decis. 802. num. 6. par. 1. diuers. & decis. 273. num. 2. 293. num. 5. par. 1. recent.*

Non obstat anterior, possessio D. Antinori de Baptistis capta vsque de anno 1611. 4. Martij per instrumentum, quod datur *sub num.* 4. tam nomine suo proprio, quam tutorio, & curatorio nomine Io. Baptistæ, & Hieronymi eius fratrum post mortem Petri Iacobi patris eorumdem, in bonis tamen, & hæreditate Baptistæ Aui existentium, & vigore fideicommissi eiusdem, & postmodum de anno 1621. 10. Aprilis post mortem Io. Baptistæ, & Hieronymi illa continuando denuo appræhensa per instrumentum, *quod datur num.* 10. quæ † tamquam anterior dicebatur manutenibilis, & impediens posteriorem tamquam improbam, & clandestinam, *Rot. decis. 268. num. 1. coram P. P. Greg XV. & in recent. decis. 206. num. 8. & 269. num. 3. par. 2.*

Quia quidquid sit de inualiditate illius actus possessorij commixti cum auctoritate tutelari, quem pupilli ignorarunt, & scientes contradicere non poterant, nisi D. Antinoro à tutela remoto, † quo casu etiam anterior possessio nulla, & infecta non posset impedire acquisitionem posterioris, *Crescen. decis. 1. de caus. poss. & propr. & idem fuit firmatum in Beneuentana beneficij 14. Decẽbris 1601. relata per Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 418.*

Attamen, quia, postmodum Domina Beatrix in iudicio immissionis obtinuit, & in executionem sẽtentiæ subsecutæ denuo possessionem intrauit, inde † consequitur tam naturalis, quam ciuilis possessionis priuatio, quam D. Antinorus obtinebat, aut prætendere poterat ex illo antiquo actu secuto de anno 1611. post mortem Petri Iacobi communis eorum Patris.

Neque obstat, quod sententia illa V. Legati Perusiæ sit suspensa per appellationem, quia † tamquam

lata

lata in mero possessorio propter Constitutionẽ Ægidianam non habet effectum suspensiuum executionis, vt in verbis disponit eadem constitutio.

7 Non obstat, quod † sententia Iudicis, quando est nulla, aut iniusta priuare non possit possessorem sua naturali, & ciuili possessione, quia vera est conclusio, sed difficultas est improbanda nullitate, aut iniustitia; nam quantum ad nullitatem ex reuolutione processus de ea non constat, nec D. Antinorus in ea se fundat.

Quantum autem ad iniustitiam, in cuius discussione cadit iustificatio boni Iuris, de quo Domini voluerunt videre ad effectum manutentionis, cum D. Antinorus illud possit deducere ex testamento Baptistæ, & ex testamento Petri Iacobi.

Visum fuit ex testamento Petri Iacobi non constare de aliquo eius iure, neque in petitorio, neque in possessorio, quia tamquam naturalis, quamuis legitimatus, instituitur in re particulari; Hieronymus autem, & Io. Baptista filij instituuntur hæredes vniuersales, & in defectum descẽdentium masculorum legitimorum, & de legitimo matrimonio procreatorum vocauit proprias filias fœminas, inter quas D. Beatrix reperitur, nec de Antinoro fuit facta aliqua meotio, nec docere potest habere qualitatem legitimitatis de vero matrimonio.

Similiter etiam quoad testamentum Baptistæ, quidquid dici possit ad effectum petitorij, in quo multa se offerunt discutienda, ad effectum tamen possessorij, ad quod dubium fuit restrictum, visum fuit non constare de aliquo bono iure D. Antinori, quia

8 ipse † non poterat propria auctoritate, aut Iudicis licentia parte non citata capere possessionem bonorum Baptistæ; sed petere tenebatur de manu hæredum vltimi grauati propter detractiones legitimarum, ac æris alieni, & melioramentorum, ac aliorum, quæ possunt hæreditatem minuere, pro quibus semper expectanda est separatio, & liquidatio, antequam immissio concedatur, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 631. Surd. cons. 248. numer. 14. lib. 2. Rot. decis. 115. par. 1. recent. vbi articulus fuit latissimè discussus.*

Et ita, &c.

EODEM

Eadem

Veneris 12. Decembris 1625.

SVMMARIA.

1 *Ius summarijssimi retinendæ deduci solet ex possessione.*
2 *Tutoris confessio in inuentario, quod bona sint pupilli in illius præiudicium probat, ita esse.*
3 *Et quod illa possidet pupilli nomine.*
4 *Possessione præsumptiuè plena existente alia subsequens, & simultanea etiam de Iudicis licentia primo possessore non citato non est manutenibilis, sed clandestina, & improba.*
5 *Tutor volens tamquam extraneus acquirere possessionem rei, quam scit esse pupilli, tenetur prius facere illi deputare alium tutorem, seu curatorem.*
6 *Tutor vti tutor potest propria auctoritate possessionẽ capere rei sibi à pupillo debita.*
7 *Decl. si tutor in ea re dominium habeat, aliàs non potest capere rem pupilli, nec pecuniam ad emptionem prædiorum destinatam sine Iudicis decreto, & causæ cognitione.*
8 *Fideicommissarius debet bona vinculata non propria auctoritate, sed de manu hæredis capere.*
9 *Possessio non acquiritur ex actu nullo.*
10 *Pupillo mortuo non vacat possessio bonorum, sed remanet penes tutorem ratione custodiæ.*
11 *Mutatio causæ possessionis præsumitur ex nouo titulo superueniente absque alia declaratione.*
12 *Nisi constet de declaratione de prima possessione cõtinuanda.*
13 *Præsumptio versatur circa rem dubiam, & id, quod ignoratur qualiter gestum.*
14 *Præsumptio cedit veritati.*
15 *Possessio concessa cum clausula,* Dummodo vacant, & sine præiudicio cuiuscumque interesse habentis *dicitur inanis tamquam sub conditione posita.*
16 *Et inhabilis ad possessionem acquirendam.*
17 *Intellige, vt dicta clausula non impediat acquisitionẽ possessionis, sed eam acquisitam resoluat constito de possessione non vacanti.*
18 *Immissionem petens declarat se non possidere.*
19 *Decl. secus si petita, & data sit manutentio, & quatenus opus sit immissio.*
20 *Iudex inutilè immittendo non dat possessionem.*
21 *Decl. dummodo, qui passus est immissionem clarè, & plenè de iniustitia doceat.*

Decisio XIV.

Domini confirmauerũt resoluta in hac causa pro manutentione D. Beatricis sub die 10. Martij præteriti.

Quia indubitanter cõstat de possessione illius capta tam in diebus 6. 7. 8. Aprilis 1621. quam die prima Iulii 1623. vigore sententiæ Reuerendissimi D.

1 Coccini tunc Perusiæ V. Legati, † ex quibus solet deduci ius summarissimi retinendæ ex allegatis in eadem decisione, quæ reuidetur.

Neque obstant actus possessorii per D. Antinorũ allegati præcedentes possessionem D. Beatricis, nẽpè de anno 1611. 4. Martii, & de tẽpore obitus Hieronymi filii Petri Iacobi in instãti eius mortis propter mutationem causæ possidendi de iure concessã absque declaratione, ac demum de anno 1621. 10. Aprilis, quæ similiter post obitum Hieronymi formiter capta fuit.

Quia quantum ad primam, & tertiam, quæ est ab eadem prima dependens vti capta de nouo continuando primam fuit primo responsum illam fuisse nullam, & inualidam, præcesserat enim inuentarium de anno 1610. 6. Decembris, in quo idem D. Antinorus vti tutor, & curator Io. Baptistæ, & Hieronymi possidebat bona hæreditaria Petri Iacobi, & super quibus nunc est controuersia, confitendo ibidem descripta esse ipsorum pupillorum, Vnde duo inferuntur, primum quod bona inuentaria essent ipsorũ pupillorum ex propria tutoris confessione in inuen-

2 tario, † quod ad eius præiudicium probat, *l. fin. C. arb. tut. Alex. cons. 45. in princip. lib. 1. Socin. sen. cons. 159. num. 1. lib. 2. Caualcan. de Tutor. nu. 66.* secundũ quod

3 ipse † Tutor eadem bona nomine pupillorum possideret, *Bald. cons. 85. num. 1. vers. sed vnum est aduertendum lib. 3. dicens esse aduertendum ad verba Iacobi de Arena ad l. veteris. C. arbitr. tutel.* quod, & si tutor non teneatur facere rem pupilli, quæ erat alterius; attamen per inuentarium patet, quod possidebat nomine pupilli, atque ita † dicta possessione ple-

4 na ex præsumptione resultante ex inuentario, alia subsequens, & simultanea cum pupillis de Iudicis licentia non est manutenibilis, sed clandestina, & improba, *Cæsar de Grass. decis. 5. de caus. poss. & propr. & decis. 9. nu. 7. & 14. num. 2. coram P. P. Greg. XV.*

Secundo fuit responsum ex sola confessione emanata in inuentario, quod bona pertinerent ad pupillos, possessionem esse nullam, & inualidam; nam, aut tutor tamquam habens, vel habere præsumens duas personas, nempè vti extraneam, & vti tutorem, pro-

cessit

cessit tamquam extraneus ad possessionis apprę-
5 hensionem, & cum † tamquam sciens bona spectare ad pupillos, & affirmans in inuentario, & propter iuramento do gerendo vtilia minorum, & de eos defendendo, non potuit aliqua in præiudicium minorum gerere ipsis minoribus indefensis, sed tenebatur prius illis alium tutorem, vel curatorem deputare, alias ex illo actu minor, & pupillus nullum præiudicium sentire potest, *Mathesil. sing. 135. Aretin. in §. desinunt. num. 1. Instit. quib. mod. tut. Canalcan. Tutor. num. 191. Rot. decis. 461. num. 4. & decis. 492.*
6 *nu. 11. par. 1. recent.* Si verò † tamquam tutor prætendit sibi licuisse propria auctoritate capere possessionem per *l. fistulas. §. 1. ff. de contrah. empt. l. quoties. §. sicut. ff. de admin. tut. Gutier. de tutel. par. 2. cap. 9. num. 41. Surd. cons. 213. nu. 14. ex traditis per eundē Surd. num. superiori vers. & quamuis*, patet responsio quia
7 † tutor non potest capere rem pupilli, nec pecuniam ad emptionem prædiorum destinatā absque decreto Iudicis, & causæ cognitione, nisi tutor in re dominium habeat, quod tamen non habere iam ex inuentario patet continente confessionem tutoris dominii contrariam, & etiam aduersante iuris disposi-
8 tione, vt † bona vinculata propria non possit auctoritate capere, sed de manu heredis, *Peregr. de fideicomm. art. 47. num. 55. & Rot decis. 115. num. 3. par.*
9 *1. recent.* † actu autem possessorio inualido existente, inde consequitur impotentia acquisitionis possessionis, *Crescen. decis. 1. de caus. poss. & propr. cum aliis allegatis in prima decis.*

Quo verò ad secundum actum possessionis resultantem ex anteriore possessione tutelari, & mutatæ in instāti obitus Hieronymi absque alia declaratione propter causam successionis superuenientem,
10 † quamuis de tempore obitus Hieronymi possessio posset prętendi plena ratione custodiæ, *Seraph. dec.*
11 *82. nu. 4. & 5.* & inde † mutabilis ex causa successionis superueniente absque alia declaratione, *Crescen. decis. 5. num. 2. de restit. spol. Surd. decis. 51. num. 19. Rot. decis. 120. nu. 2. par. 2. recent.* Attamen, cum ipse D. Antinorus declarauerit post obitum Hieronymi ex actu possessorio diei 10. Aprilis 1621. se velle continuare possessionem captam anno 1611.
12 † magis voluntati declaratæ de prima possessione continuanda, quam pręsumptę de mutanda causa custodię in aliam causam superuenientem standum est,
13 quia † pręsumptio versatur semper circa rem dubiam, & circa id, quod gestū est, sed ignoratur qualiter gestum, *Menoch. præsumpt. 8. num. 3. lib. 1.* pro-
14 pterea † superueniente veritate semper illa cedit, *idem Menoch. præsumpt. 75. nu. 27. lib. 2. & præsump. 132. num. 84. lib. 3.*

Neque obstant, quę replicantur contra possessionem D. Beatricis, & primo contra illam sub diebus 6. 7. 8. Aprilis 1621. quę à Iudice fuit concessa cum clausula, dummodo possessio sit vacuus, & sine
15 pręiudicio cuiuscumque interesse habentis, † quę dicebatur inanis tamquam sub conditione posita, *Put.*
16 *decis. 32. par. 2.* & † inhabilis ad acquirendam possessionem, *Cas. de Grass. decis. 2. de verb. signific. Rot. decis. 513. num. 3. par. 1. recent.*

Quia eadem decisio 513. declarat decis. Put. 32.
17 † quo ad acquisitionem possessionis impediendam vt illa non procedat, sed ad iam tequisitam resoluendam constito de possessione non vacanti, & sic de pręiudicio alterius preseruato, quę qualitas in pręsenti non probatur; ex quo iam firmatam fuit, possessionem non fuisse plenam ex actu possessorio facta per D. Antinorum de anno 1611. 4. Martii.

Similiter non etiam obstant, quę dicuntur contra possessionem captam vigore sententię V. Legati Pe-
18 rusię prima Iulii 1625. quę † ex libello per D. Beatricem porrecto destrui videbatur petendo immis-

sionem, quam prius obtinuerat, *Card. Mant. decis. 20. & 146. num. 4. coram P. P. Gregor. XV. & idem fuit dictum coram me in Romana hęreditatis de Ciacus*
19 *15. Decembris 1623.* & ex alio, quia † Iudex iniustè procedendo nō potuerit dare possessionem D. Beatrici.

20 Quia quantum ad deducta in libello, † cum non fuerint simpliciter expressa, tom. immissione, sed etiam pro manutentione respectiuè, & sententia cumulatiuè contineat, & immissionem, & manutentionem, cessat omnis pręsumpta renunciatio anterioris possessionis ex incompatibili petitione, quia semper interpretatur quo ad manutentionem respectu bonorum, quę possidebantur etiam ciuiliter, & circa immissionem, quo ad recuperationem naturalis, *Menoch. de retin. remed. 3. numer. 507. Surd. cons. 160. num. 72. lib. 2. Rot. in recent. decis. 560. numer. 4. par. 1.*

Respectu verò iniustitię ipsius sententię de ea nō
21 docet D. Antinorus clarè, & plenè † prout ad eum effectum necessariam esse passim tenuit *Rota, vt in Romana de Bombellis 31. May 1613. coram bo. mem. Card. Sacrato, quam postmodum in aliis causis secuta fuit. vt in Nepesina laudi 13. February 1615. coram D. meo Caualerio, & in Romana meliorumentorum 9. Decembris 1616. coram D. meo Vbaldo. & in Ciuitatis Castelli census 21. Aprilis præteriti coram me*, Quinimmo magis vrgebant rationes, & fundamenta iustitię ex lectura testamenti Petri Iacobi, vt in prima decisione fuit ponderatum.

Et ita, &c.

M. Andrea

Regiensis Præceptoria

Mercurij 13. Iunij 1618.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum captæ possessionis, alio in ea non existente, probat ad effectum manutentionis.*
2 *Possessio anterior præfertur iuniori.*
3 *Possessio iunior præsumitur clādestinā, & turbatiua.*
4. *Resignatione amittitur omne ius, & possessio ciuilis, & naturalis.*
5 *Manuteneri non debet, qui facto proprio à possessione cecidit.*
6 *Resignatione amittitur omne ius, & possessio, præsertim vbi resignatarius fuit etiam immissus.*
7 *Secus facta resignatione, seu mādato ad effectum sulpandi beneficium, & non abdicandi à se, quia deficit consensus.*
8 *Resignans nihiliter, qui non habuit se pro spoliato, venit manutenendus.*
9 *Resignans vt manuteneatur, sufficit, quod validitas consensus reuocetur in dubium, & incumbat possessioni, seu detentationi.*
10 *Mandatum de manutenendo summarissimum datur cuicumque possessori etiam de facto, & mero detentori.*
11 *Mandatū procura quid contineat sequentia declarāt.*
12 *Exceptio non publicationis resignationis in tempore dicitur altioris indaginis, & non impedit manutentionem.*

Decisio XV.

D Vbitatū cū esset dandum mandatum de manutenendo, & Rota esse dandum Masseo censuit. De possessione enim illius con-

constabat ex publico Instrumento, *Summario nu.* 2. 1 † quod alio non possidente eam probat sufficienter etiam ad effectum manutentionis, *l. pradia. vbi Doct. ff. de acqu. poss. Fastol. dub.* 41. *Cas. de Grass. decis. 5. In princ. de caus. poss. & propr.* cumque illa sit † 2 anterior per plures annos possessione Prosperi, venit ei præferenda, quia † secunda, & iunior præsumitur 3 clandestina, & turbatiua, *c. licet causam, vbi post alios Felin. nu.* 8. *vers.* 3. *causa de probat. Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 725. *Rot. dec.* 506. *nu.* 5. *&* 6. *par.* 1. *& dec.* 19. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers. & aliàs sæpiùs.*

Neque obstare resignationem factam Prospero in vim specialis mandati procuræ datæ ab eodem Maffeo in persona Illustriss. Card. eius Auunculi, 4 *Summario Prosperi num.* 1. † per quam resignationẽ amittitur omne ius, omnisq; possessio, tã ciuilis quã naturalis, *Rot. in antiq. dec.* 2. *de renunc. &* 4. *eod. tit. in nou. Crescen. dec.* 14. *num.* 3. *de renunc.* cum alijs al-5 legatis. † Vnde, cum facto proprio Maffeus ab ea ceciderit, manuteneri non debet; *vt in specie fuit dictum in Mutinen. Canonicatus* 17. *Martij* 1602. *corã* 6 *bo: mem: Litta,* & præsertim quia † Prosper resignatarius authoritate Iudicis exequutoris possessionẽ beneficij resignaei fuit adeptus, *vt in d. Mutinen.* Quia ex literis datis in *Summario Antonij num.* 5. 7 *& in responsione, num.* 1. constat quod † tale mandatum fuit datum, ac etiam receptum per Illustrissimum D. Cardinalem solum ad effectum saluandi Beneficium in casu obitus Maffei, non autem ad effectum illud à se abdicandi. Vnde deficiente cõsen-8 su non valuit resignatio, & † cum Maffeus non se habuerit pro spoliato, iure merito restit manutenẽdus, *vt fuit dictum in Hispalen. & Caurien. Permutationis* 4. *Decembris* 1595. *coram Gyptio, & in Tarraconen. Cameraria* 10. *Nouembris* 1597. *coram Litta & in similibus terminis in causa Hispalen. Beneficij* 21. *Maij* 1610. *coram bon. mem. Penia.*

Nec placuit responsio, quod verba dd. literarum sint Curialia, & scripta ex vrbanitate, & vt dici solet per ceremonia; Quia vt patet ex earum lectura potius continent asseuerationem, & promissionem ipsius D. Cardin. offerentis, & causam cur petierit, & receperit, mandatum ad resignandum nempè, vt si euenisset mora dicti Maffei posset haberi Supplicatio signata ad assecurandam Præposituram, ibi, *Io ho dato vna supplica, la quale si spedirà senza prestar consenso, perche cosi non vi nocerà, e non ve ne priuarete, & se Iddio disponesse altro di voi, si corre risico, & speranza saluar essa Precettoria,* & ibi *Perche in la precettoria, ne in la Prepositura, prestarò mai il consenso in vostro pregiuditio, mà bene so passarà la supplica che non vi pregiudicherà à voi per assicurar, che non vaca, & di questo state sicurissimo,* quę ver-9 ba sunt clara, & tamen † sufficit quod validitas præstiti consensus fuerit reuocata in dubium, & deducta in controuersiam ad hoc, vt, donec discutitur de validitate dicti consensus, resignans, qui incumbit possessioni, seu detentationi sui Beneficij, illa priuari non debeat, *Rot. dec.* 1. *de renunc. in nou. & in Hispalen. & Corduben. Præstimoniorum* 14. *Iunij, &* 15. *Decembris* 1500. *coram Illustriss. Lancellotto, & in Brixien. Parrochialis* 13. *Iunij* 1612. *corã R. P. D.* 10 *meo Manzanedo,* clari autem iuris est, quod † mandatum de manutenendo summarijssimum datur cuicumque possidenti etiam de facto, & mero detentori, *Castren. in l. Aquilius, num.* 5. *ff. de donat. Couar. pract. cap.* 17. *num.* 5. *vers. sic sanè, Menoch. de retin. remed. vlt. num.* 18. *Rot. dec.* 641. *num.* 8. *par.* 1. *& fuit decisum in illa Mutinen. de qua supra coram Litta, & in Imolen. Præceptoriæ* 30. *Martij* 1607. *coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Non etiam obstare visum fuit, quod literæ sint 11 scriptę post dictum mandatum, quia † ex sequentibus infertur, quid in mandato fuerit comprehensũ, *vt bene in istis terminis tradit Alex. cons.* 146. *num.* 22. *lib.* 5. *& sequitur Rot. dec.* 257. *num.* 2. *vers. idem etiam, par.* 2. *diuers.*

Vltimò, nec placuerunt adducta circa non ius Maffei ex eo, quod fuerit prouisus ob resignationẽ, quæ non fuit publicata in tempore, & sic incideret in pœnas Constitutionis Gregorij XIII. de publicã-12 dis. Hęc enim † exigunt altiorem indaginem, nec sunt discutienda in illo iudicio summariæ manutentionis, *secundum Bald. in l.* 2. *in fin. C. de seru. fugit. Menoch. de retin. remed. vlt. num.* 30. *Capic. decis.* 13. *n.* 1. *vers. item sciendum, & seq. Boer. decis.* 238. *nu.* 5. *vers. aut loquitur in possessorio retinenda, & fuit dictum in Romana Census* 22. *Maij* 1606. *coram bo. me. Penia, & in Leodien. Canonicatus* 21. *Aprilis* 1611. *coram R. P. D. meo Pirouano, & sæpè in alijs.*

Et ita conclusum.

Litta.

Senensis Beneficij

Lunæ 6. Iunij 1594.

S V M M A R I A.

1. *Turbida possessio contendentium de stylo Rotæ sequestratur, donec videatur de bono iure.*
2. *Attentata dicitur possessio capta post appellationẽ, vel pendente tempore ad appellandum.*
3. *Attentata possessio vti improba nullius est considerationis.*
4. *Immissio data ab Executore effecto de mero mixto ob oppositionem partis in possessione existentis est nulla.*
5. *Tenuta nulliter data non est confirmanda, quando nõ constat, quod sit danda de nouo, vel quod sit data nulliter, & spoliatiuè.*

Decis. XVI.

1 Domini resoluerunt possessionem sequestrari debere, † nam vbicumq; turbida apparet possessio contendentium de ea tunc de stylo huius tribunalis sub sequestro apponitur, donec videatur de bono iure, *Put. decis.* 371. *lib.* 2. *fuit dictum in illa Maceratensi bonorum, seu hæreditatis* 27. *Nouembris* 1589. *coram R. P. D. Pamphilio, & in illa Visen. fructuum* 28. *Iunij* 1593. *coram eodem.*

Turbida autem visa est Dominis possessio vtriusque, nam illa D. Ottauiani † apparet attentata vti 2 capta post interpositam appellationem ab institutione de eo facta, vel saltem durante tempore ad appellandum, *Guidob. dec.* 104. *Rot. diuer. dec.* 6. *num.* 3 3. *par.* 2. quo fit vt tamquam † improba nullius cõsiderationis esse debeat, *vulgata l. improba. C. de acq. poss.* illa autẽ Metelli apparet capta virtute decreti 4 de immittendo, † quod fuit nullum ex eo, quod D. Ottauianus de facto erat in possessione, & coram Executore opposuerat de subreptione literarum, quo casu de mero mixtus fuerat effectus Executor, & hoc in casu tenebatur assumere partes Iudicis, & non ita de facto procedere, *vt fuit dictum in illa Pisan. seu nullius* 21. *Ianuarij* 1578. *coram Sanctiss. & in illa Mediolanen. Parochialis* 21. *Nouembris* 1586. *coram Illustrissimo Plate.*

5 Nec obstare dixerũt DD., quod † tenuta ab Executore nulliter data, sit regulariter confirmanda, quando constat, quod de nouo esset danda, quia fuit responsum, adhuc non constare, quod de nouo esset

danda

danda D. Matello in præiudicium D. Ottauiani presentati à patronis ad beneficium, de quo agitur, & instituti ab Ordinario; vltra quod clarum est, regulam illam non procedere, vbi tenuta fuit data nulliter, & spoliatiuè, prout hoc in casu factum fuit, *Anchar. cons. 292. num. 2. vers. item ibi dicis.* & ideò Domini mandarunt apponi sequestrum.

Cardinali Blanchetto

Calaguritana de Nauarette

Lunæ 16. Junij 1586.

SVMMARIA.

1 *In interdictis possessorijs veniunt fructus à die motæ litis.*
2 *Manutenendus est vnusquisque in possessione, in qua est tempore litis motæ.*
3 *Fructus comprehenduntur in mandato de manutenendo, etiam quod de illis in decreto non fiat mentio, non vti fructus, sed vti pars possessionis.*
4 *Fructus debentur officio Iudicis.*
5 *Manutentio pendet ab officio Iudicis.*
6 *Damna, & interesse non sunt pars possessionis, sicuti sunt fructus.*
7 *Fructus consumpti respectu liquidationis faciendæ debentur via ordinaria.*
8 *Declaratoria ferri potest pro fructibus extantibus, & liquidis, alias expectanda est liquidatio.*

Decisio XVII.

1 FVit resolutum per Dominos, Beneficiatos † teneri afferre fructus extantes à die litis motę *l. 3. ff. de interd. vbi gl. Fab. Inst. eod. tit. §. retinendæ nu. 12. Menoch. de retin. remed.* 2 *3. num. 289.* quia cum † quis veniat manutenendus in illa possessione, in qua reperitur de tēpore motę litis, si tunc temporis erat in possessione percipiendi fructus, si illi non comprehenderentur in mandato, in alia possessione manuteneretur, quam 3 in illa, in qua existebat, & ideo † comprehenduntur fructus non vti fructus, sed vti pars possessionis, licet in decreto de illis nulla fiat mentio.

4 Nec obstat, quod † fructus debeantur officio Iu-5 dicis, quia † hoc remedium est eiusdem naturæ, cū ab officio Iudicis pendeat.

Non obstat *dec. Put. 61. lib. 3.* quia procedit in 6 damnis, & interesse, † quę non sunt pars possessionis, sicut fructus *Prob. ad Monac. in c. si tibi commis. num. 1. de præb. in 6. Sarnen. q. 47. in princ.*

7 Sed si † fructus sint consumpti, tunc, quia sunt liquidandi, procederetur via ordinaria, *Cuman. cons.* 8 *21. nu. 62.* Ideò † pro extantibus, & liquidis poterit ferri declaratoria, alias erunt liquidandi &c.

Cardinali Lancellotto

Ciuitatis Castellanæ Molendini

Veneris 26. Nouembris 1599.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio personarum in quolibet iudicio, etiam summario, necessaria est parte opponente.*
2 *Legitimationis personarum exceptio potest opponi in qualibet parte iudicij ad illud inualidandum.*
3 *Legitimationis personarum protestatio suffragatur, etiam quod sit generalis.*
4 *Legitimatio personarum facta in secunda instantia non præiudicat potestanti in prima instantia.*

Decisio XVIII.

STante protestatione in actis facta, neminem ex aduerso comparētem audiri, nisi legitimatis legitimandis, Domini dixerunt, sententiā A. C. esse nullam ex defectu legitimationis 1 personarum, † quæ est necessaria in quolibet iudicio, etiam summario, ita vt eius omissio parte opponente reddat processum nullum, *l. si quæramus. ff. de testam. l. 1. §. ita, & ibi gl. ff. de ventr. in poss. mitt. Bald. in l. fin. quæst. 5. §. octaua studeat. C. de edict. diu. Adr. toll. notant Doct. in l. 2. C. eod. tit. Alex. cons. 59. n. 2. lib. 2. cum alijs per Vant. de null. tit. qui poss. dic. de null. nu. 44. & per Menoch. de recup. poss. remed. 15. nu. 137. & de adipisc. remed. 4. nu. 441.*

Nam non constat in actis, quod Domini Stella, & litis Consortes sint hæredes q. Ioannis, & Antonij de Pandolphinis, ad quorum instantiam emanauerat monitorium de retrouendendo.

Neq; obstare, quod de hac legitimatione debuisset opponi ante litis contestationem, ita vt opponēti post litem contestatam incumbat onus probandi, aduersarium non habere legitimam personam stādi in iudicio, quia quidquid sit dicendum de exceptione dilatoria, quod aliquis non possit stare in iudicio, hoc non procedit ad effectum inualiditatis 2 actorum, quia † ad effectum inualidandi processum opponi potest in qualibet parte iudicij, etiam post litem contestatam, *Bald. in l. licet in princ. C. de proc. & ibi Bar. Salic. & alij. Bar. in l. Pomponius §. ratihabitionis. ff. de procurat. Alex. cons. 72. num. 2. lib. 4. & post alios Vant. tit. ex inhabil. seu defect. mand. compar. num. 63.*

Et quamuis dicatur, fuisse datos articulos, inductos testes, data interrogatoria, publicata eorum dicta, & datas exceptiones contra eorum personas, tamē ex hoc bene infertur, quod testes fuerint examinati, non autem hinc sequitur, quod testes probent ea, ad quæ fuerunt inducti.

3 Nec placuit Dominis, quod † protestatio esset nimis generalis, quia illa fuit sufficiens, cum fuerit dictum, neminem audiri, nisi legitimatis legitimandis, & non est dubium, quod saltem de stylo admittitur.

4 Quod autem † pars passa fuerit in secunda instātia fieri hanc legitimationem, id non potest ei prę iudicium inferre, cum sciret, esse sibi saluum ius dicendi de nullitate sententię &c.

R. P. D. Verospio

Reatina Iuris redimendi

Veneris 4. Iulij 1631.

SVMMARIA.

1 *Obligatio retrouendendi amplectitur etiam fructus, eoq; magis si sit etiam ad damna, & interesse.*
2 *Fructus veniunt appellatione damnorū, & interesse.*
3 *Fructus ex pacto retrouendendi debentur hæredi, & cessionario, non secus ac debeantur defuncto, & cedenti.*
4 *Fructus in obligatione retrouendendi debentur à die oblati, & depositi pretij, & num. 6. in fin.*

5 *Fru-*

5 *Fructus percepti in iudicio manutẽtionis,& in vim mandati de manutenendo restituuntur Aduersario, qui deinde in manutentione, seu in negotio principali obtinuerit.*
6 *Fructus ante propositum interdictum possessorium peti non possunt.*
7 *Fructus in interdicto vnde vi veniunt à die motæ litis.*
8 *Fructuum condemnatio requirit præcedentem petitionem, & liquidationem.*
9 *Manutentionis iudicium regulatur ad similitudinem interdicti retinendæ.*
10 *Interdictum retinendæ est vtrique parti commune.*
11 *Fructuum æstimatio, seu taxatio quomodo facienda.*
12 *Census validitas requirit, vt fructus fundi æquent illius precium.*
13 *Fructus annorum viginti præsumuntur æquare precium fundi deductis omnibus expensis, & hæc est vera fundi æstimatio.*
14 *Fructuum quantitas vbi est difficilis probationis,& de perceptione in genere non dubitatur, probatur leuioribus probationibus, atq; etiam per indicia, & coniecturas.*
15 *Ampl. vt sufficiat etiam æstimatio desumpta ex coniectura liquidationis facta inter diuersas personas.*

Decisio XIX.

SVB vno,eodemq; dubio,quod ad instantiam Dominorũ de Cappellettis hodie proposui, dubitaui, an ipsis debiti essent fructus huius prędij, cuius possessionem cum obtinuissent ex mãdato de immittendo sibi concesso ab A.C.eamdem possessionem postea recuperauerat D. Hypolitus Vincentinus impetrato mandato de manutenendo coram Iudice,ad quẽ deuoluta fuerat causa appellationis, & ad quam summam; Atq; etiam à quo tempore debiti essent ijdem fructus.

Et super primo articulo, An scilicet fructus deberentur, non habuerunt Domini difficultatem,cũ post decisiones,quæ factę fuerunt in hac causa,& in quibus firmata fuit iustitia decreti A.C.qui immissionem concessit,& quod ex obligatione Hypoliti Vincentini de retrouendendo hoc prędium Claudio Dilecto agere etiam potuerint Cappelletti, vt latius in eisdem decisionibus deductum,& comprobatum fuit, 1 † intraret hæc Vincentini obligatio etiam respectu fructuum,ne dum ratione obligationis contractæ vigore pacti de retrouendendo, *vt in l.2.C. de pact.int.empt. & vend.ex qua post glos.in verb.oblatam.omnes id notant. Socin.sen.cons.80.nu.4.vol.3.Tiraq. de retract.conuent.§.4.gl.6.num.4.§.5.gl.2.num.4.& gl. 4.num.6. Card.Mantic.de tacit.lib.4.tit.32.num.5.* Verum etiam propter stipulationem damnorum,& interesse promissorum tam in instrumento retrouenditionis factę ab A.C.ex officio quam ex eodem instrumento, in quo Vincentinus se obligauit ad eandem retrouenditionem, cum & 2 † horum damnorum, & interesse appellatione etiã fructus continerentur, *l.loci corpus.§.in confessoriam.& ibi Ang.ff.si seruit.vendic.Bald.in l.si quid pars.n.3.C.de seruit. & aqua.Rot. decis.156.num.9.coram* 3 *Ludouisio.*& † hæc actio, quæ super iure redimendi, ac pro eisdem damnis Claudio competebat, transiuerit in Ægidium, & Prudentiam illius hęredes,& ab ipsis in Dominos de Capellettis, qui erant creditores Ægidij, & cessionem obtinuerant à Prudentia, vt etiam dictum fuit in eisdem decisionibus.

Super Secundo articulo, A quo tempore deberẽtur ijdem fructus, cum hanc suam petitionem restringerent Cappelletti ad diem,quo per manutentionem Vincentino concessam fuit ab illis auocata possessio; Neque etiam Domini dubitarunt, an pro 4 eo tempore dd.fructus peti possent. Quia,† cum iã factus esset locus huic obligationi Vincentini à die, quo pretium retrouenditionis oblatum, & depositũ fuit, *vt etiam disponitur in eadem l.2. C.de pact.int.* 5 *empt.& vendit.* † multo minus poterat dubitari,an ipse Vincentinus restituere teneretur eosdem fructus,quos perceperat in iudicio manutẽtionis,postquam idem mandatum de manutenendo,cuius causa erat in possessione,concessum fuit Cappellettis, cum reuocata eadem sententia, ac decreto factus fuerit debitor tam ipsius prædij,quam omnium fructuum,quos in vim sententiæ perceperat, *l. filio.§.contra tabulas. ff.de inoffic. testa n.c.2.in fin.vt lit.nõ contest.c.cum super,& ibi glos.in verb.restituendum.de caus.poss.& propriet.Roman.cons.454.nu.26.Natt.cons.535.num.12.Franch.dec.288.in fin.Surd.dec.47.nu.11.Rot.dec.7.de caus.possess.& propriet.in antiq.& dec. 18. de re indic.in nou.*

Et licet à tempore, quo Vincentino fuit concessa manutentio litem aliquam super possessione non instituissent Cappelletti,qui solum petierunt mandatum de manutenendo longe, postquam decretum fuit per Iudicem appellationis, vt manuteneri deberet Vincentinus in eadem possessione, ad quam ipsi ex decreto A.C.fuerant immissi,ex quo infere-6 bat ipse Vincentinus, vt † fructus aliqui peti non possent ante propositum interdictum, *ex reg. tex.in l.interdictis. ff.de interd.l.1.§.ex die. ff.de vi,& vi ar m.l.quæsitum.8.§.ex hoc.& ibi gl.in verb.edictum* 7 *ff.de precar.Rot.dec.317.num.1. par.1.recent.* † cum hoc solum sit præcipuum in interdicto vnde vi, vt etiam à die motæ litis ijdem fructus debiti sint propter naturam eius interdicti, *vt in d.l.1.§.ex die,vbi etiam glos.in verbo interdicitur. ff. de vi,& vi armat. Specul in tit.de fruct. & interess.§.1.num.9.*

Quia tamen hos fructus,vt dicebam,consequi poterant Cappelletti etiam à die factę oblationis, & 8 illos petebant in iudicio ordinario, † vt præmissa liquidatione condemnari posset ipse Vincentinus in sententia etiam in fructibus, *iuxta notata in l.ex diuerso.§.vbi autem. ff.de rei vendic.& per Rot.dec.4.de restit.spoliat.in nou.*quod solum illos peterent à tempore, quo fuit Vincentinus in possessione prędij, id non fiebat à Cappellettis ex causa manutentionis sibi concessæ,sed quia ante id tempus,vel aliqui fructus non extabant, vel etiam quis illos non petebant,quamuis propter manutentionem petitã à Vincentino dici etiam posset,quod sub eo iudicio 9 ijdem fructus peti potuerint,cum † interdictum retinendę,ad cuius similitudinem procedit,& regulatur iudicium manutentionis, *Verall.dec.220.par.2.* 10 † sit vtrique parti commune,tamquam ex eo genere iudiciorum,quæ duplicia dicuntur, *§.retinendæ.& in §.tertia diuisio.Instit.de interd. & fuit dictum in Valentina Pensionis 31.Ianuarij 1600.coram Mãzanedo,& coram Greg.XV.dec.64.nu.5.*

Super quantitate eorumdem fructuum, quæ erat 11 tertia pars dubij,† sequuti fuerunt Domini ęstimationem, *gl.in auth. præterea.C.de sacrosanct.Eccles.* quam etiam propria confessione videbatur approbasse ipsemet Vincentinus, cum enim à tempore, quo penes se fuit possessio huius prędii,tres census super eodem prędio imposuisset, colligebatur inde non solum æstimatio in genere ipsius fundi pro rata scutorum 2200.vsque ad quam summam ascendebat precium censuum venditorum propter assertionem iuratam ipsius Vincentini, sed etiam probatio in specie quantitatis fructuum,qui ex eodem fundo 12 percipi potuerunt, † cum id requireretur ad validitatem ipsorum censuum, vt fructus fundi ęquarẽt eorumdem censuum valorem, *vt post Nouar. in*

coment.

coment. de vsur. notab. 22. numer. 79. notant. Modern. Peras. de extensib. par. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. nu. 9. Menoch. cons 445. an. 12. & fuit etiam dictum in dec. 388. nu. 3. coram Ludouisio.

Cum vero iidem fructus taxati fuissent à Vincentino ad rationem septem, non poterat impugnari 13 æstimatio facta ad rationem quinq, quia † propter præsumptionem, quam de iure habent stabilia, vt viginti annorum fructus æquent, & conficiant deductis omnibus expensis precium ipsius fundi, quod pro vera æstimatione annui reditus obseruauit inter cęteros *Couar. var. resol. lib. 3. c. 9. num. 5.* satis etiam esset in huiusmodi materia liquidationis hæc probatio, quę colligebatur, vt dicebam ex eiusdem Vin- 14 centini, confessione sępius repetita, ac iurata, † cũ tanquam difficilis probationis admitteret leuiores probationes, etiam per indicia, & coniecturas, quãdo propter possessionem, vt erat hoc casu, non poterat dubitari de perceptione fructuum in genere, sed erat controuersa sola quantitas ipsorum fructuũ, *Achill. dec. 22. de restit. spoliat. vbi declaratur doctrina Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit expens. Sard. cõs. 293. nu. 31. vol. 2. Menoch. præsumpt. 9. nu. 2. lib. 3. Card. Seraph. dec. 1397. num. 3. & fuit latissime probatum in Bononien. fideicommissi de Turre 8. Nouembris corã* 15 *R. P. D. meo Merlino.* † Idque etiam procedere, quamuis ea æstimatio, ex qua hęc coniectura liquidationis desumitur, facta esset inter diuersas personas, dixit in his terminis *Alciat. cons. 16. num. 4. lib. 5. & fuit deductũ in Bononien. fideicõmissi de Guidu' ctis 24. Maij 1619. coram bo: me: Cardinali Canalerio.*

Et ita &c. vtraque &c.

Ortembergo

Perusina Bonorum de Venturinis

Luna 19. Ianuarij 1603.

S V M M A R I A.

1. *Possidens tempore mota litis est manutenendus.*
2. *Possessio probatur testibus deponentibus de fructuũ perceptione.*
3. *Et ex locatione cum fructuum perceptione.*
4. *Possessio probata de tempore ante motã litem præsumitur durasse vsque ad tempus motæ litis, nisi actus intermedius interrumpens interuenerit.*
5. *Possessio posterior censetur clandestina.*
6. *Subscribens se locationi vel testis non potest locationem, & actum illum impugnare.*
7. *Colonus vnius conducens ab alio, cui etiam pensiones soluat, non interrumpit primi locatoris possessionẽ illo inscio.*
8. *Iuditem qui statim adit, dicitur retinere ciuilem possessionem, ob quam ei competit manutentia.*
9. *Immissus, seu tenutam habens ex primo decreto non secuta subhastatione, & deliberatione, vel adiudicatione non facit fructus suos. sim. vt nu. 12.*
10. *Solemnitates præsumuntur ex spacio 20. vel etiam 10. annorum.*
11. *Exceptio, quod quis sit in possessione ex primo decreto tantum, & non faciat fructus suos, non impedit manutentionem sed respicit, & discuti debet in petitorio.*

Decisio XX.

VNA parte tantum informante fuit resolutũ, Venturinos esse manutenendos in possessione fundi nomine Sancti Martini in 1 Campo i † constat enim de illorum possessione

tempore motę litis, *§. retinendæ, & ibi Aret. Inst. de interd. Bar. in l. 1. §. fin ff. vti possid. Alex. cons. 28. nu.* 2 *3. lib. 5.* † Possessio probatur ex testibus deponentibus de perceptione fructuum, *Bart. & alij relati per Dec. cons. 57. numer. 3. ver. primus enim testis. Cæs. de* 3 *Grass. dec. 21. num. 3.* Item † ex locatione iuncta fructuum perceptione, *Natt. cons. 672. num. 2. Gabr. de locat. concl. 4. num. 2.*

4 Præsumitur † autem durasse vsq; ad tempus motę litis, nisi actus intermedius interrumpens interuenerit, *l. fine possidetis. C. de prob. Alciat. præsumpt. 21. fuit dictum in Hispalen. iuris visitandi 16. Martij* 5 *1575. coram bo: me: Laureтano.* Pro vt † possessio posterior censetur clandestina, *cap. licet causam de prob. Bart. in l. si dao. in princ. num 41. ff. vti possid.* 6 Preterea, † cum aduersarius vt testis se subscripserit dictæ locationi à Venturinis factæ, non potest impugnare actum à se approbatum, quem poterat impedire saltem reclamando, *Gabr. de rer. alien. concl. 2. num. 5.*

Non obstat, quod idem colonus, qui conduxerat à Venturinis, postea conduxit etiam à Lupattellis aduersariis, qui vigore istius locationis exegerint 7 pensiones, quia, † cũ ista locatio fuerit facta insciis Venturinis, colonus non potuit interrumpere illorum possessionem tam ex statuto Perusiæ, quam ex dispositione iuris, *l. vltima. C. de acq. possess. Socin. cons. 18. num. 28. lib. 1. Dec. cons. 400. num. 9. Gozad. cons. 86. num. 16.* etiam respondendo de fructibus. *l. quamuis. §. si conductor. ff. de acq. poss. Benint. decis. 83. num. 3.*

Accedit, quod Venturini statim habita noticia de locatione facta suo colono à Lupattellis adierũt 8 Iudicem, † propter quam aditionem retinuerunt ciuilem, propter quam competit manutentio, *Bald. in cap. querelam, num. 9. de elect. Put. decis. 419. num. 2. lib. 2.*

Similiter non obstat, quod Venturini fuerint immissi in possessionem istorum bonorum ex primo decreto absque subhastation e, deliberatione, seu ad- 9 iudicatione, ac proinde tamquam † incumbentes pignori pretorio, seu iudicario non fecerint fructus suos, *l. 1. & 2. C. de pignor. act.* Primum enim nega- 10 tur, & † solemnitates præsumuntur spacio 20. annorum interuenisse, *Ruya, cons. 154. num. 14. in fin. ver. & prima, quod requiritur lib. 5.* vbi tradit sufficere decennium. deinde † hoc respicit petitorium, in 11 quo poterit discuti, & est doctrina *Alex. & Ias. quos refert, & sequitur Negus. de pignor. prima membr. 3.* 12 *par. num. 30.* quod † quando res fuit pignorata pro tanta quantitate, quod non est verisimilis spes luitionis, facit fructus suos.

Vbaldo

Perusina Societatis,

Mercurij 31. Iulij 1624.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2. *Possessio alicuius de tempore motæ litis probatur ex mandato, subhastatione, & deliberatione eorund. bonorum contra ipsam facta.*
3. *Priuatio supponit habitum.*
4. *Carentia est habentis.*
5. *Iudex nulliter, & iniuste procedens non priuat possessione, nisi quis se pro spoliato habuerit.*
6. *Manutentio datur etiam in articulo restitutionis in integrum.*

Decisio XXI.

POST resolutionem iam factam die 20. Maij præteriti, constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam, & rem iudicatam totalem, fuit pro parte Iulij Vrbani petitū mandatum de manutenendo in possessione suorum bonorum, quæ vigore dictæ rei iudicatæ fuerunt subhastata, & Domini in relationibus causarum in Congregatione concedendum existimarunt, quia 1 † manutentio datur possidenti de tempore motæ litis, *§. hodie. Inst. de interd.* 2 † De possessione autem Iulij satis dicitur constare ex ipso mandato, & subhastatione, & deliberatione dd. bonorum contra eū facta, *vt in similibus terminis fuit dictum in causa Bononien. Porton. 17. Decembris 1607. coram Reuerendissimo Lugdunen.* vbi consideratur, vulgaria regula, quod 3 † priuatio supponat habitum, *l. decem. ff. de ve. & verb. oblig.* & 4 † carentia est habentis, *Bald. in l. licet nu. 2. in fin. C. loc. & bene facit dec. 351. nu. 2. par. 2. recent.*

Neq; obstat, quod prędicta fuerint facta de mandato Iudicis, quia verum est, 5 † Iudicem nulliter, & iniuste procedentem non priuare possessorem, nisi quia se habuerit pro spoliato, *vt in dicta Bononiensi Portoni., & fuit dictum in Romana de Pinis 27. Ianuarij 1614. coram bo. me. Cardinali Sacrato, & millies fuit resolutum.* Quod autem Iudex nulliter, & iniuste processerit, apparet ex decisione in causa facta, de qua supra, sicuti etiam 6 † dubitari non potest quin in articulo dictæ restitutionis in integrum, in quo versamur, detur manutentio, *Rot. dec. 350. in fin. par. 1. diuers. fuit dictum in causa Teodonen. Pensionis 16. Februarij 1617. coram me, & alias sæpe.*

Et ita &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Perusina Bonorum

Lunæ 3. Maij 1612.

S V M M A R I A.

1. *Termini quatuor ad docendum de appellatione, & legitima prosecutione seruari debent pro executione rei iudicatæ ob non appellationem, vel desertionem ad euitandam desuper pronunciam.*
2. *Fallit si ex actis Iudici constet de non legitima appellatione, vel non legitima prosecutione.*
3. *Apostolis non petitis constat de non legitima appellatione.*
4. *Apostolos non fuisse petitos constat ex inspectione processus.*
5. *Rescriptum primæ commissionis censetur repetitum in secunda.*
6. *Intellige si rescripta primæ, & secundæ commissionis se inuicem compatiantur, alias secus.*
7. *Termini vnius præfixio subrogatur ex gratia per signaturam loco seruationis quatuor terminorum ad docendum de appellatione.*
8. *Termini vnius præfixio ex forma rescripti ad docendum de appellatione &c. potest a Iudice omitti, vbi ei constat ex actis de non legitima appellatione, vel de desertione.*
9. *Subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur.*

Decisio XXII.

1 VEritas est, quod, † quando petitur executio rei iudicatæ, quæ prouenit ob non interpositam appellationem, vel desertam, debeant seruari quatuor termini ad euitandam pronūciationem super prædictis scilicet ad docendum de appellatione, & eius legitima prosecutione, primo pro prima, item pro secunda, item pro tertia, & denique pro quarta dilatione, *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vltimo num. 8.*

2 Sed huiusmodi conclusio † fallit, si ex actis Iudici constat de non legitima appellatione, vel eius legitima prosecutione, quia tunc non est opus ad legitimam seruationem terminorum, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 39. & 40. Baer. dec. 206. nu. 11. Rot. dec. 1. 14. & 19. de appell. in nou. Mohed. dec. 3. de sent. & re iudic. & ita fuit resolutum card. Achille de Grass. vt refert Mandos. in comm. executoriali in verb. executariales. q. 1.* in casu autem, de quo 3 agitur, † constat ex actis, apostolos non fuisse petitos, & appellationem nullius fuisse momenti, *Rot. dec. 46. de appell. in nou. Lancell. de attentat. par. 2. c. 12. lim. 50. num. 195. & seqq. vers. 6. causa.* 4 † huiusmodi autem negatiua probatur ex ipsa inspectione processus, *Millo in repert. in verb. Processus appellat. &c.* & sunt Apostoli de substantia appellationis, & pars illius, *Rot. dec. 50. num. 3. de appell. in nou. Lancellott. de attent. cap. 12. lim. 50. num. 202. Surd. cons. 226. num. 4. vol. 2.* Cumque ex inspectione ipsius processus non reperiantur petiti, satis ex hoc probatur negatiua non petitionis, cum sit coarctata ad processum ipsum, *Alex. cons. 123. nu 23. lib. 4. Vant. de nullit. tit. a quo, & quib. mod. num. 12. & seq. Milis. in verb. sententia, a qua non est appellatū. circa princip.*

Nec obstat, quod in prima commissione adesset clausula, quod præfigeretur Monaeis tempus ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosecutione, 5 † quod rescriptum cum censeatur repetitum in secunda commissione, & non fuerit præfixus, vtique gesta remaneant nulla.

6 Quia fuit responsum, quod, cum † rescripta primæ, & secundæ commissionis non se compatiantur ad inuicem, rescriptum prędictam non censetur repetitum in alia commissione, vt in prima decisione dictum fuit; Quibus addebant aliqui ex Dominis, 7 quod † huiusmodi præfixio termini solet subrogari ex gratia per signaturam loco seruationis quatuor terminorum, *vt per Vestr. loca prææallegato.* Vnde 8 † etiam in casu istius præfixionis termini Iudex potest abstinere non præfigendo, si ex actis constat, appellationem non fuisse bene interpositam, aut desertam, quia non videtur adesse diuersitatis ratio, quando seruandi sint quatuor termini, & quando est præfigendus terminus; maxime quia ista facultas præfigendi terminum subrogatur ex gratia loco quatuor terminorum, & ideo videtur intrare 9 regula, quod † subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur.

Aliæ nullitates tolluntur ex responsionibus datis in prima decisione, quæ placuerunt Dominis, &c.

Rem.

Rembolдо

Assisiensis Bonorum

Veneris 26. Iunij 1626.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur probanti possessionē de tempore mota litis ex testibus, & instrumento emptionum.*

2 *Sententia, qua non iustificatur ex actis, non priuat quem possessione.*

3 *Inuestitura sola non probat nec dominium, nec possessionem.*

4 *Examen est nullum ex defectu citationis ad videndum iurare testes, & commissionis illius.*

5 *Appellatio datur à sententia data per cedulam super manutentione.*

6 *Sententia habens conditionem non potest exequi non purificata conditione.*

7 *Melioramentis in specie probatis non est danda immissio, nisi illis prius refectis.*

8 *Appellatio datur in possessorio ratione mixturæ.*

Decisio XXIII.

FVit dictum Communitati Asisij dandum esse mandatum de manutenendo, quia † de eius possessione tempore motæ litis constat ex testibus iuncto instrumento emptionum bonorum, de quibus agitur, vnde ipsi est danda manutentio *vulg. §. retinendæ. Inst. de interd. Rot. coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 325. num. 2.*

Non obstat, quod communitas Asisij fuerit d. eius possessione priuata Iudicis auctoritate, quia declarauit, Communitati Bittonij deberi manutentionē ratione ciuilis possessionis, quæ semper penes ipsam Communitatem Bittonii remansit, & reintegrationem pro naturali, quia † d. sententia non iustificatur ex actis.

Nam, preterquam quod † sola inuestitura facta anno 1524. non probat nec dominium, nec possessionem Communitatis, *vt fuit dictum in Leodien. Dominij coram bo. me. Cardinali Sacrato sub die 12. Iuny 1620. & in eadem coram R. P. D. meo Merlino sub die 24. May 1624.* & inuestitura continet tantū bona nuncupata, *delle fosse*, non autem predium nuncupatum, *delle vacchette*, distinctum, & separatum à bonis, *delle foss.*; non constat etiam, quod generatio, ad quam fuerunt concessa, & pretenditur d. bona DD. de Baleonibus esset finita, cum testes ad hoc probandum inducti vltra † nullitatē examinis per informantes pro communitate Asisii deductas, nēpe citationis ad videndum iurare testes, & commissionis examinis de iure necessarias, in dicto eorum non concludant obitum comprehensorum in inuestitura.

Accedit, quod d. sententia est lata per cedulam, † à qua datur appellatio, *Rot. in recens. par. 2. decis. 183. num. 12. & dec. 287. num. 7. in fin. & in Neapolitana Grani 15. Martij 1619. coram bo. me. Vbaldo*, & habet in ventre conditionem, data cautione pro melioramentis, quæ cautio non constat fuisse prestitam, & † propterea non potuit non purificata d. cōditione sententia executioni demandari. Quinimmo cum † melioramenta essent iam probata in genere, & in specie, vt deducitur per informantes pro Cōmunitate Asisii, sunt reficienda, nec interim potest ad immissionem deueniri, *Put. dec. 10. de re iud. Rot. dec. 161. n. 1. p. 2. recēt. & fuit dictū in Roma. de Thesauris relatā per Marches. de comm. par. 1. fol. 1037. num. 2.* & in omnem casum lata videtur † in possessorio mixto procedente à contractu inuestiture, quo casu intrare videtur appellatio *ad cons. Bald. 330. n. 5. lib. 1.* & in simili de statuto dixit *Rot. in Ferrarien. de Tassonis coram Reuerendissimo D. Patriarcha Antiocheno, quæ est dec. 513. num. 8. par. 1. recent. & benefacit Rot. coram fel. record Greg. XV. dec. 105. num. 13. & 18. & ibi Add. in littera A. &c.*

Eminentiss. D. Cardinali Virili

Eadem.

Mercurii 2. Iulii 1627.

SVMMARIA.

1 *Possessio acquiritur manutenibilis ex immissione per Iudicem ritè, & rectè data, & ea priuatur primus possessor.*

2 *Immissus à Iudice est manutenendus, nisi immissionis iniustitia, vel nullitas exaduerso probetur.*

3 *Domino directo in bonis ad tertiam generationem cōcessis cum clausula, Constituti generatione finita datur manutentio ratione ciuilis possessionis pro recuperatione naturalis.*

4 *Inuestitura iunctis adminiculis probat dominium, & possessionem, vt canonis solutio, testes de fama, instrumentum mentionem faciens de canone.*

5 *Inuestitura cum adminiculis probat dominium, & possessionem ad effectum deuolutionis inter locatorem, & conductorem, & habentem causam ab ipsis, & etiam tertium.*

6 *Dominij probatio est superflua contra habentē causam ab inuestitis cum clausula constituti.*

7 *Vocabula prædiorum verisimiliter cursu longi temporis mutari possunt.*

8 *Identitas in antiquis probatur concurrentibus pluribus demonstrationibus, quamuis aliqua deficiant.*

9 *Bona omnia possessa per habentem causam ab inuestitis ex nouo titulo intra confines contenta in eodem loco eadem præsumuntur, de quibus loquitur antiqua inuestitura.*

10 *Linea tertia generationis finita præsumitur, vbi nemo comparet, qui prætendat esse de comprahēsis in ea.*

10 *Lineæ deficientia probatur, si concurrant testes de fama, fides libri mortuorum, confessio, & allegatio fœminas esse auctrices.*

12 *Præsentia procuratoris moniti supplet defectum citationis ad videndum iurare testes, & commissionis receptionis iuramenti.*

13 *Examinatoris facultas probatur ex generali illius deputatione in loco, de qua attestetur notarius actuarius.*

14 *Melioramentis in termino ad liquidandum in specie non liquidatis locus est cautioni, & immissioni.*

15 *Ægidiana excludit appellationem in possessorio ad effectum suspensiuum, etiam quod sententia sit lata per cedulam.*

16 *Ægidiana intrat in locis immediate subiectis Sedi Apostolicæ.*

17 *Ægidiana vt locus sit, tenor tantum sententiæ attēditur.*

Decisio XXIV.

CORam bo.me. Remboldo sub die 26. Iunij 1626. fuit dictum, dandum esse mandatum de manutenẽdo Communitati Asisij ex rationibus in dicta decisione deductis, sed disputato dubio coram me, an esset recedẽdum à decisis, Domini à dicta decisione recesserunt, & dixerunt Cõmunitati Bittonij, dandum esse mandatum de manutenendo, quia fundamenta supradictæ decisionis visa fuerunt non subsistere, & etiam ex nouiter deductis euacuari.

Primum enim fundamentum, quod Communitas Asisii doceat de instrumento emptionis, & posses-1 sione tollitur duplici ratione, prima est, † quod, cũ R.P.D. Verospius ritè, & rectè processerit, vtique Communitas Bittonii immissa auctoritate Iudicis acquisiuit possessionem manutenibilem, & Communitas Asisij remansit priuata possessione anteriori, si quam habebat, *Ang. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. vbi Alex. num. 2. Ias. num. 20. ff. de acquir. poss. l. qui vniuersas §. item cum Prætor. ff. eod. Seraph. dec. 1325. num. 1. Greg. dec. 582. num. 2. & in recent. dec. 173. nu. 1. par. 1. & 557. nu. 2. par. 2.*

2 &, † si non probetur, immissionem fuisse nulliter, & iniuste datam, Communitas Bittonii immissa est manutenenda, *Rot. dec. 802. num. 7. par. 1. diuer. & fuit dictum in Romana Melioramentorum 9. Decẽbr. 1616. coram bo. me: Vbaldo, & in Romana de Bombellis 21. Maij 1613. coram bo. mem. Cardinali Sacruto.*

3 Secundo † quia, cum Communitas Bittonii domina directa concesserit ad tertiam generationem cum clausula *Constituti q.* Brachio de Balleonibus, vtique finita generatione, vt infra dicetur, Communitati Bittonii dominæ directæ datur manutentio ratione ciuilis possessionis pro recuperatione naturalis, nam, dum detentor non vult restituere, turbat in ciuili possessione, & vt à turbatione desistat, datur manutentio domino directo ratione ciuilis, *Bart. in l. 1. §. fin. num. 17. & ibi gl. in ver. possid. ff. vti possid. Bero. cons. 102. num. 43. lib. 1. & cons. 45. num. 23. & seqq. lib. 3. Menoch. de retin. remed. 3. num. 22. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli Bonorum 8. Nouembris 1589. coram bonæ memoria Cardinali Pamphuio.*

Secundum fundamentum decisionis, quod sententia R.P.D. Verospii non iustificetur ex actis, ex quo inuestitura de anno 1524. non probat dominium, 4 nec possessionem, † esset verum, si non concurrerẽt adminicula, quæ sufficienter hic concurrerũt, primo solutio vnius Archibusii pro canone iuxta conuentionem supradictæ inuestituræ, tàm per ipsos inuestitos, quam per Communitatem Asisii facta, quæ canonis solutio per plures annos deseruit pro adminiculo ad effectum dominii, *Specul. tit. de emphit. §. nunc aliqua. vers. 53. Roman. cons. 127. num. 1. Abb. cons. 74. in princ. lib. 1. Rot. in recent. dec. 290. num. 4. par. 1.* Secundo, testes de fama, qui in antiquis probant, *Ias. in l. admonendi in 2. lect. num. 143. ff. de iure iur. Seraph. dec. 1461. num. 2.* Tertio titulus emptionis factæ per Communitatem Asisii à Dominis de Balleonibus, vbi enunciatur canon dicti Archibusii, quod deseruit pro adminiculo, *vt fuit dictum in Sublacen. bonorum 21. Maij 1604. coram bo. me. Litta*

5 † ex inuestitura autem cum tot adminiculis probatur dominium, & possessio ad effectum deuolutionis, tàm inter locatorem, & conductorem, quam contra Communitatem Asisii habentem causam à Dominis de Balleonibus conductoribus, quàm etiam contra tertium, *Rip. in l. si rem aliquam numer. 39. ff. de acq. poss. Soc. sen. cons. 187. num 26. & seqq. lib. 2. Dec. cons. 146. num. 14. Rot. diuers. dec. 91. & 591. par. 4. & in recent. dec. 290. num. 1. & decis. 400. num. 1. & 6. par. 1. Cæs. de Graß. decis. 10. num. 7. de caus. poss. & propr. Seraph. dec. 896. num. 2.* præserrim cum Communitas Asisii habeat causam à Dominis de Bal-6 leonibus inuestitis, vnde † probato locationem esse finitam, non requiritur alia probatio dominii, stante præsertim clausula *Constituti* sed agitur ex *l. si quis conductionis. C. loc. Bald. cons. 177. nu. 4. lib. 3. Dec. cons. 28. nu. 3. Rot. dec. 290. nu. 9. & 10. par. 1. recent.*

Tertium fundamentum, quod inuestitura contineat tantum prædium, *delle fosse*, non autem prędii, *delle vacchette*, videtur sublatum ex eo, quod, cum inuestitura loquatur de duabus tenutis, nempe *delle* 7 *fosse, e delle ose*, vtique † ex cursu centum annorum nomen mutari potuit, *Decia. cons. 19. num. 14. & seq. lib. 3. & fuit dictum in Romana Deuolutionis 28. Maij* 8 *1625. coram R.P.D. Pirouano*, & propterea † sat est, quod respectu prædii, *delle Vacchette*, verificentur tres demonstrationes inuestiturę, & respectu prędii, *delle fosse*, concurrant quatuor demonstrationes, quamuis aliqua deficeret, *Bart. in l. demonstratio falsa. num. 14. & seqq. de cond. & demonstr. Decian. cons. 17. num. 8. 9. & 21 lib. 3. Surd. cons. 44. numer. 15. & seq. lib. 1. Rot. in recent. decis. 459. num. 1. in fin. par. 1.* 9 *Greg. dec. 575. num. 4.* immo, † donec Communitas Asisii, quæ habet causam à Balleonibus inuestitis, doceat de nouo titulo acquisitionis, omnia bona intra confines contenta, & existentia in eodem loco præsumuntur eadem, de quibus loquitur inuestitura antiqua, *Bald. cons. 265. num. 2. lib. 2. Ruin. cons. 50. nu. 14. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 23. Rot. in recent. dec. 508. num. 1. par. 1.*

Quartum fundamentum, quod tertia generatio 10 non fuerit finita, non subsistit, quia, vltra quod, † cũ nemo comparear, qui prętendat esse de comprehensis, prçsumitur deficientia, *Bart. in l. & si certus. §. si vnus. num. 1. ff. ad Syllan. Dec. cons. 652. num. 3. Surd. cons. 530. num. 37. lib. 4. & fuit dictum in Romana Domorum 12. Iunij 1589. coram bo. me. Comitulo*, ad probandum deficientiam lineę concurrunt testes de fama, & fides libri mortuorum, confessio, & alle-11 gatio, fœminas esse auctrices, † quibus omnibus simul iunctis deficientia generationis remanet probata, *Bald. cons. 398. nu. 1. lib. 2. Alexan. cons. 27. nu. 4. in fin. lib. 7. & cons. 172. nu. 8. lib. 6. Corn. cons. 204. nu. 6. lib. 3. Rot. in recent. dec. 496. num. 2. par. 2.*

Quod autem fœminę in inuestitura non comprehendantur, patet, dum inuestitura subdit, Et si nullus ex filiis masculis extiterit, vnde requirit, & quod sit masculus, & quod descendat ex masculo, & ideo fœminæ sunt exclusę, & cessat decisio in *Romana de Nocchiellis 27. Iunij 1622. coram bo me. Vbaldo.*

Quintum fundamentum nullitatis examinis tol-12 litur, quia † præsentia Procuratoris in monitione Iudicis ad vidẽdum iurare testes, & in commissione examinis ob mandatum de recipiendo iuramenta supplet defectum citationis, *Seraph. decis. 388.* 13 *num. 4. Greg. decis. 576. num. 1. & seqq.* & † facultas Examinatoris probatur, cum sit Notarius ordinarius examinator deputatus in Ciuitate, & Notario actuario circa hoc creditur, *Farall. dec. 245. par. 2. Rot. in recent. dec. 699. nu. 3. par. 1. & dec. 301. nu. 2. par. 2.*

Sextum fundamentum, quod sententia habeat in ventre conditionem, data cautione pro melioramentis, non nocet, quia datur instrumentum cautionis, & cum præfixus fuerit terminus ad liquidanda me-14 lioramenta in specie, † illis non liquidatis in quantitate, & valore, locus erat cautioni, & immissioni,

Put.

put.dec.461.lib.2.in correct.Rot.dec.137 nu.3.p.2. in recent.& diuer.112.in fin.par.2.

Septimum, quod sententia sit per cedulam, non obstat, quia quidquid sit vel de iure Canonico, vel in secunda sententia euocatoria primæ sententiæ

15 pro manutencione, vtique † in primis senectia super possessorio etiam per cedulam intrat Ægidiana, quæ excludit appellationem ad effectum suspensiuu, etiā si sententia sit per ceduiā, si sit in possessorio, *Paris. cons.108.num.2 3.lib.1.Lancell.de attent.par.2 par. 12.limit.25.num.4. Rot.decis.173.num.3.part.1.in recēt.& fuit dictum in Neapolitana Grani, & Hordei 18.Martij 1619. coram bo.me.Vbaldo.*

16 Ægidiana autem † hic intrat, cum vtraq; Communitas sit subiecta immediate Sedi Apostolicæ, & & lis fuerit in Ciuitate Perusiæ, & nunc in Rota, *Contard.ad l.vnic.C.si de moment.poss.q.6.num.2.& 7.& limit.4.rat.can. reinteg.num.11.& 22.*

Octauo non obstat, quod simus in possessorio mixto procedente à contractu inuestituræ, quia, cum inuestitura fuerit deducta ad effectum possessorii, &

17 ad illud colorandum, † sat est, vt sit locus Ægidianæ, quod tenor sententiæ non contineat mixturam, nec canonizet inuestituram, sed sit in mero possessorio, & ad istum effectum tenor tantum sententiæ attenditur, *iuxta cons.Corn.10.num.3.lib.4 & Dec.28. num.2.sæpiùs à Rota approbatum dec.265.par.1.diuers.Seraph.dec.452.num.1.& 603.num.1. & fuit dictum in Recanaten.Bonorum 26 Iunij 1587.coram bo.me.Pamphilio, & in Fauentina Bonorū 15. Aprilis 1580.coram Seraphino, quæ est inter eius impress. 652.*

Ex quibus vtraq; parte informante sæpiùs causa proposita fuit ita resolutum, & recessum à decisis coram bo.me.Remboldo.

EODEM

Eadem.

Veneris 3. Decembris 1627.

SVMMARIA.

1 *Dominus directus non dicitur amisisse possessionem ciuilem ex illius interuersione mediante alienatione rei facta per emphyteutam vti liberæ non constito de ipsius domini scientia, & patientia.*

2 *Vel si fuerit reseruata solutio canonis.*

3 *Venditione facta de pluribus bonis in simul cum expressione, quod venderentur vti libera, & pleno iure, & reseruatione solutionis canonis singula singulis facienda est relatio, vt, quæ essent libera, vti libera, & pleno iure venderentur, & alia vti de dominio alterius.*

4 *Canonis reseruatio infert ad dominium eius, ad cuius fauorem reseruatur.*

5 *Canonis solutione, & receptione censetur præseruata & animo retenta ciuilis possessio, & num.6.*

6 *Possessio ciuilis vt præseruata dicatur, sat est, vt illam habens non habuerit se pro spoliato.*

7 *Nec amittitur ex prætermissione solutionis canonis de aliquo tempore, & eo magis, si aliæ postea solutiones factæ fuerint.*

8 *Canon, & Census sunt sinonima, & vnus pro alio accipitur.*

9 *Solutio sub nomine census, quod censeatur facta pro canone, declaratur ex inuestitura, & alijs enunciatiuis, & testibus.*

10 *Dominium probatur ex instrumento inuestituræ, & adminiculis, & quibus.*

11 *Domino directo deficiente linea conductoram datur manutentio ex ciuili possessione pro recuperatione naturalis, etiam quod in inuestitura non adsit clausula constituti.*

12 *Identitas rei probata dicitur duabus demonstrationibus.*

13 *Vel etiam per identitatem loci cum vno confine.*

14 *Confinibus duobus remanentibus nec mutatio nominis, nec alia alteratio attendenda est in antiquis.*

15 *Appellatio non datur à mādato de manutenēdo dato per cedulam, vbi intrat Ægidiana, quæ respicit ordinatoria.*

16 *Fori ius, in quo litigatur, seruandum est.*

17 *Ægidiana locum habet etiā contra mediate subiectos Sedi Apostolicæ respectu litis in loco, & foro, in quo ipsa intrat.*

Decisio XXV.

PVtarunt Domini non esse recedendum à decisis coram me sub die 2. Iunii 1627.

Nec obstat interuersio possessionis ciuilis ex eo, quod bona fuerint vendita, vt libera pleno iure

1 vtilis, & directi dominii, primo quia † non constat de scientia, & patientia communis Bittonii, ita vt possessio ciuilis non fuerit amissa, *Innoc.in cap bonæ il 2.num.1. vers.item de illo, & ibi Abb.num.10.de postulat.prælat.Bald.in l.2. num.12. ff de seruit.& aqu.Seraph.dec.337.num.* 8. & huiusmodi assertio vti res inter alios acta non nocet.

2 Secundo † quia fuit reseruata solutio Canonis, *Rot.dec.281.num.1.par.1.diuers.* & cū insimul alia

3 bona fuerint vendita, † singula singulis facienda est relatio, nempe quod alia venderentur libera, & pleno iure, & ista, de quibus agitur, essent de dominio Communitatis Bittonii, pro quibus canon solueretur, *Aym.cons.98.num.11.Greg. dec.297.num.*

4 *9.* † ex reseruatione enim canonis infertur ad dominium communitatis Bittonii, *clem.1.& ibi Vitalin. numer.8. vers.vbi verum totum est. de iur.patr.Rot. in recent.decis.102.num.4.ad fin. & decis.258.num. 2.par.1.*

Tertio quia fuit subsecuta solutio canonis reser-

5 uati, vnde † censetur præseruata possessio ciuilis & animo retenta, *l.3.§ in amittenda. ff. de acq.poss.*

6 *Greg.dec.307.num.9.* & † sat est, quod communitas Bittonii non habuerit se pro spoliata, immo per receptionem canonum possessionem ciuilem retinuisse censetur, *Aym.cons.106.nu.9.Greg.d.dec.307. nu.9.11.& 13.*

Non obstat, quod quolibet biennio esset facienda præstatio Archibusii, & tamen singulis annis facta fuerit, quia vbi magis solutiones fuerunt continuatæ, & geminatæ, eo magis fauent communitati Dominæ directæ.

Nec obstat, quod solutiones canonum de aliquo tempore fuerint prætermissæ, quia forsan id fuit, quia aliis temporibus quolibet anno fuerunt solutę,

7 & † ex prætermissione alicuius temporis nō amittitur possessio ciuilis, maximè cum subsequantur postea alię solutiones dicti Archibusii, ex quibus arguitur animus non amittendi, *d.l.3.§.in amittenda. ff.de acq. poss.*

Nec noceret, si aliquæ solutiones dicerent pro Censu, quia aliæ plures solutiones dicunt pro cano-

8 ne, & † census, & canon dicuntur sinonima, & vnus multoties accipitur pro alio, *Seraph.dec.1235.nu.*

9 *1.* & † ex inuestitura, & aliis enunciatiuis, & testibus satis declaratur, quod solutio fuit pro canone, *Rot. diuers. dec.141.nu.3.& 7.par.2.& dec.289.num.4. par.1.recent.*

10 De dominio † autem Communitatis Bittonii censuerunt Domini constare ex instrumento inuestituræ iunctis adminiculis, ex testibus de fama, ex

enunciatiuis, & ex solutionibus canonum, ex quibus probatio dominij remanet clara, *Soc.Sen.cons.182. num.2.& seqq.& num.17.lib.2. Rot.in recent.decis. 661.num.2.par.1.& dec.573.num.3.& seqq.par.2. & fuit dictum in Ferrarien. seu Comacbien.de Nasellis 7.Iunij 1627 coram R.P.D. Coccino Decano.*

Non obstat, quod non adsit clausula constituti, quia ex natura emphijteusis possessio ciuilis remanet penes dominium directum, & possessio natu-11 ralis penes emphijteutam, † ita vt deficiente linea conductorum detur manutẽtio pro ciuili pro recuperatione naturalis accumulando eam antiquæ possessioni ciuili, *Bart.in l.1.§.fin.num.17. ff.vti possid. Corbul.de iur. emphijt.de caus. priuat.ob lin. finit. num.1. & fuit dictum in Bonomien. Deuolutionis 7. Nouembris 1595.coram bo.me.Penia & in Romana Deuolutionis. 28.Maij 1625.coram R.P.D.meo Pirouano.*

Identitas fuodi, *delle Vacchette*, remanet probata, nam licet hoc oomeo non conueniat cum illo prædio, *delle Ose*, tamen concurrunt tres demonstra-12 tiones, & tamen † duæ demonstrationes sufficiunt, *Bart.in l.demonstratio falsa.numer.14. ff.de cond.& demonstr.Soc.Sen.cons.89.num.2. lib.1. Rol.cons.67. numer.4.lib.2.Ruyn.cons.115.nume.10.lib.5.* immo 13 † sufficit sola identitas loci cum vno confine, *Rot.* 14 *dec.710.num.3. par.1.diuers.* & † in antiquis nec mutatio nominis, nec alia alteratio attendi debet, dummodo remaneant duo confinia, vel demonstrationes, *Ruyn.cons.50.numer.17.lib.1.Decian.cons.17. num.8.9.& 14. lib.3. & fuit dictum in supradicta Romana Deuolutionis 28. Maij 1625. coram R.P.D. Pirouano, & in Ferrarien.seu Comachien.Bonorum de Nasellis 7.Iunij 1627.coram R.P.D.Coccino Decano & in Bononien. fideicommissi de desiderijs 14. Iunij 1627.coram.R.P.D.Merlino.* Quamuis enim Riuulus Tringuiliani decurrat inter hæc prædia, quædam connexitas non tollitur, cum prædium aliquod non sit intermedium, & videtur verisimile, quod nomẽ, *delle Ose*, fuerit assumptum propter decursum fluminis eiusdem nominis, *Ose*, à pede, & tamen vocetur etiam prędium, *delle Vacchette*, cum tres demõstrationes concurrant, quæ sufficiunt ad probandum identitatem fundi, *delle Vacchette*, ex supra deductis.

15 Tandem non placuit Dominis, quod † à mandato de manutenendo dato per cedulam detur appellatio, nam, cum iudicium fuerit actum Perusię, & nunc in Rota, & Ægidiana respiciat ordinatoris 16 iudicij, vtique illa intrat, cum † debeat seruari ius 17 fori, in quo litigatur, † siue communitas sit immediatè, siue mediatè subiecta Sedi Apostolicæ, *Cotard. de moment.poss.limit.4.ration.can.reinteg.numer.11. & 12.& in Ver.Ægidiana quæst.6.num.2.& 7.fol. 642.* & per istam rationem n fuit *Rota in reatina Confinium 9. Iunij 1606.coram bon.mem.Cardinali Lancellotto* amplecti motiuum, quod Communitates, quæ litigabant, non essent immediatè subiectæ, quia vt intraret Ægidiana, sat erat, quod litigaretur in Rota.

Et ita vtraque parte Informante fuit decisũ &c.

Remboldo

Romana Bonorum

Mercurij 12. Nouembris 1619.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo non datur nisi possidenti de tempore motæ litis.*

2 *Cessione absq; corporali apprehensione possessio non acquiritur, & num.4.*

3 *Constituti clausula transfertur in constitutarium ciuilis, & naturalis, possessio.*

4 *Cessione datur facultas ingrediẽdi possessionem propria authoritate.*

5 *Possessio capta alio existente in possessione præsumitur clandestina, & turbatiua, nec est manutenibilis.*

6 *Possessio capta de prædio intelligitur etiam capta de illius pertinentijs, & impedit acquisitionem alterius.*

7 *Possessio in vim decreti Iudicis non citato possessore, nec verificatis verificandis nihil operatur.*

8 *Facultas ingrediendi possessionem propria authoritate an suffragetur possessione plena existente, vel post Iudicis aditionem, & num.10.*

9 *Possessio absq; citatione nemini debet auferri, etiam si iniuste videatur possidere.*

11 *Deuolutio ante immissionem per Iudicem declaranda est, vbi non prætenditur ratione canonis non soluti.*

Decisio XXVI.

Dictum fuit neutri esse dandum mandatum de manutenendo.

Nam quoad Herculem res videbatur tran-1 sire de plano, nam † dictum mandatum non datur nisi possidenti de tẽpore motæ litis, & nullibi probatur dicti Herculis possessio.

Neque enim ad hunc effectum ei suffragatur instrumentũ cessionis ipsi factæ à Monte Pietatis, qua mediante prætenditur fuisse acquisitam ab eo dictã 2 possessionem, quia † per simplicem cessionem absq; corporali appræhensione non acquiritur possessio, *Natt.cons.798.numer.3.& seq.Siluan.cons.55.num. 8. cum alijs per Menoch.de retin.remed.3.num.26. & seqq.*

3 Nec dicatur, † quod fuit quæsita d. Herculi possessio virtute clausulæ *Constituti*, quæ operatur, vt censeatur vtraque possessio tam ciuilis, quam naturalis in constitutarium translata, *l.quod meo.in prin. & l.interdum.de acq.poss.Felin. cons.50.numer.2.& seq.cum alijs per Card.Mantic.de tacit.lib.13.tit.23. nu 4.* Quia d.clausula in instrumento cessionis non legitur.

4 Minus facit, quod saltim † vigore d.cessionis fuit data facultas d. Herculi ingrediendi possessionem *Natt.d.cons.398.nu.19.cum aliis.* Quia neque hoc sufficit ad hoc, vt posit dici ei acquisita d.possessio, cum iste non sit modus transferẽdi possessionem, sed necesse sit ad hunc effectũ, quod d.facultas fuerit redacta ad actum per corporalem appræhensionem, de qua oon constat.

Quo vero ad Reuerendissimum D. Episcopum non videbatur ei dandum dict. mandatum quia ipsius possessio apparet capta existente iam prius in possessione Monte Pietatis hęrede vniuersali Ca-5 mellæ, vnde † præsumitur clandestina, & turbatiua, nec propterea est manutenibilis, *cap.licet causam cum ibi not.de probat.Bart.in l. si duo.numer.4. ff.vti possid. Menoch.de retin.remed.3.numer.226.cum ibi alleg.*

Non obstat, quod dicitur, ministros d.Montis accepisse possessionem de aliis bonis diuersis ab illis, quorum possessio fuit à D. Episcopo capta, quia ex lectura instrumenti possessionis captæ per d.Ministros apparet fuisse per eos appręhensam possessionem ne dum domorum existentium in loco vulgariter detto, la Cattania, sed etiam prædii, & terrarũ 6 ac propterea, † cum bona, quorum D.Episcopus accepit possessionem, sint de d.prędii pertinentiis,

dis-

dubitari non potest, quin etiam de illis priùs fuerit per d. Ministros capta possessio.

Non obstat, quod possessio per D. Episcopum capta fuerit mediante Iudicis decreto, quia, † cùm Iudex processerit non citato possessore, nec verificatis verificandis, ipsius auctoritas nihil operatur, *Soccin. in c. quoniam. in §. quod si super. nu. 152. ante med. vers. secus autem in Iudice. vt lit. non contest. Ang. in leg. clam. possidere. §. qui ad nundinas. numer. 2. in fin. ff. de acq. poss. Rot. decis. 802. numer. 7. par. 1. diuers.*

Nec obstat, quod † Episcopus potuit absq; alia citatione immitti, cum potuisset etiam vigore pacti appositi in instrumento cessionis propria auctoritate dd. bonorum possessionem capere, quia, quidquid esset dicendum, si possessio fuisset vacua, & D. Episcopus non elegisset viam iudiciariam, cessat difficultas, ne dum quia, vt supra firmatū fuit, Mōs Pietatis erat in possessione, quia hoc stante non potuit D. Episcopus propria auctoritate d. possessionē capere cum alioquin in ipso arbitrio fuisset iniquū, cum † nemini debeat sua possessio auferri, etiam si iniuste videatur possidere, nisi fuerit citatus, *c. licet Episcopus. de preb. in 6. cap. in literis de restit. spol. & fuit in his terminis dictum in vna Cesenaten. Spolij 22. Iunij 1592. corā bo. me. Cardinali Mantic.* sed etiā quia † eo ipso, quod D. Episcopus adiuit Iudicem, sibi præiudicauit, cum non potuerit à d. Iudice in possessionem immitti absq; citatione, vt notabiliter distinguit *Ias. in l. 2. nu. 113. C. de iur. emph. Vtill. ad Affl. dec. 226. & fuit dictum in alia Regien. Bonorum 20. Decembris 1613. coram R. P. D. Dunozetto, & alias sepissimè*, quinimo † debebat Iudex, prius, quam ad immissionem procederet, per suam sententiam declarare, bona fuisse Ecclesiæ deuoluta, præsertim cum non prætenderetur deuolutū ob nō solum canonem, *Rom. cons. 212. num. 9. Gabr. cons. 88. num. 23. lib. 1. &c.*

Dunozetto

Romana Vinea.

Veneris 7. Febr. 1620.

S V M M A R I A.

1. *Iudex potest per sententiam seruatis seruandis possessionem adiudicare, & ea remanet priuatus anterior possessor.*
2. *Immissus auctoritate Iudicis est in dubio manutenendus, nisi exaduerso clarè, & concludenter probetur nullitas, & iniustitia.*
3. *Commissio causa appellationis cum clausula Quam, & quas, & toto negotio principali, non comprehēditur in actis Iudicis à quo numquam ad speciem deductum, & ideo potest in eo Iudex à quo procedere absq; vitio attentatorum.*
4. *Attentare vt dicatur iudex à quo, debet esse talis connexitas causarum, vt sententia in vna parte, vel capite pariat exceptionem rei iudicatæ in alia.*
5. *Possessio capta in vim sententiæ, & vel iudicata reuocari non potest per viam manutentionis ex capite iniustitia, nisi sit ita patēs, & notoria, vt nullo velamine offuscari possit, sed reuocāda est per remedia ordinaria.*
6. *Ægidiana vt in possessorio locus non sit, requiritur notorium grauamen.*
7. *Notorium vt inducatur requiritur confessio, vel res iudicata.*
8. *Notorium grauamen ad excludendum sufficit, quod sententia Iudicis possit aliquo iustitia colore velari, & oriri probabilis dubitatio, vbi exemplum.*
9. *Possessio capta in vim sententia de sui natura nō appellabilis intra decem dies ad appellandum non est attentata, nisi constet incontinenti de notorio grauamine vel iniustitia ad effectū maximè manutentionis.*

Decisio XXVII.

DOmini dixerunt Io. Baptistæ mandatum de manutenendo non esse cōcedendum quoad medietatem Vineę, quia † ea priuatus fuit authore Prætore, qui per sententiam potuit alteri seruatis seruandis possessionem adiudicare, *l. iuste possidet. ff. de acq. poss. & ibi Bart. & alii. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Ias. num. 2. ff. eod. Rot. dec. 802. num. 6. & 7. par. 1. diuer*, Vnde † Petrus, & fratres Io: Baptistæ ex fratre nepotes dè mandato Iudicis immissi in possessionem in dubio sunt manutenendi, nisi Io: Baptista clarè, & concludenter probet nullitates, & iniustitiam dictæ sententiæ, *Rot. d. dec. 802. numer. 7. cum simil.*

Nec visum fuit adduci nullitates considerabiles, quia illa, quæ deducitur ex eo, quod causa appellationis fuerit commissa in Rota à sententia restricta ad domos cum toto negocio principiali, vnde † dici posset vigore clausulæ, *Quam, & quas*, causam etiam super vinea fuisse commissam in Rota, sicq; sine vitio attentatorum non potuisse A. C. prosequi iudicium super vinea, tollitur enim obiectio ex eo, quod tale ius in actis nunquam fuit deductum ad speciem, quo stante potuit Iudex procedere in causa, quæ continebat articulos diuersos, & diuersa bona, † ad effectum si quidem attentatorum debet esse talis connexitas causarum, vt sentētia in vna parte, seu capite lata pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, vt ex multis concludit *Lancell. de attent. app. pend. limit. 2. num. 28.* nec erat inconueniens, vt Petrus, & fratres succumberent in iudicio possessionis domus, & in eo super Vinea moto, victoriam reportarent, *vt considerat Rota in illa Lucana Molendini, coram R. P. D. Verospio relatam per Farin. decis. 427. par. 2. in recent.*

Nec etiam potest ex eo, quod in hac causa fuit decisum, sententiam, vigore cuius Petrus, & fratres fuerunt immissi in possessionem Vineæ, fuisse iniustam, quia agentes interdicto. Quorum bonorum non satis concludenter probauerint possessionē sui authoris; † cum enim sententia lata sit in mero possessorio, & ab ea regulariter non detur appellatio, possessio vigore d. sententiæ capta nihilominus reuocari non potest, nisi talis iniustitia probetur, vt sit patens, & notoria, ita vt nullo velamine offuscari possit, quia si Iudex aliquē habuerit colorem ita iudicandi, reuocabitur si quidem eius sententia ex capite iniustitiæ per remedia iuris ordinaria, sed non per viam manutentionis, alias omnis tela iudiciaria subuerteretur, *vt fuit latissimè deductum, & comprobatum in causa Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & postea in vna Nepesina Laudi 13. Febr. 1615. coram R. P. D. meo Coccino, & prius fuerat decisum in dec. Seraph. 867. numer. 1. par. 1.* idque maxima ratione, quia † Constitutio Ægidiana expresse requirit notorium grauamen, & † ad effectum inducendi notorium requiritur cōfessio, vel res iudicata, *vt multoties Rota firmauit, & præcipuè in vna Romana Melioramentorum 9. Decembris 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo, in qua plurima decisiones cumulantur.*

In hac autem facti specie non potest dici notoria in-

iniustitia satis colligi, quia, licet Petrus, & fratres in concursu probationum factarum per Io. Baptistã non satis concludenter probassent suam intentionẽ, vt fuit in hac causa decisum, nihilominus non aderat defectus totalis probationis, quia vnicus testis, vt firmat decisio prætensam communionem probabat; multaque adminicula adducebantur pro ipsis, quibus simul iunctis sententia Iudicis potuit aliquo iustitiæ colore velari, oririque probabilis dubitatio, 8 † quo sufficit ad excludendum notorium grauamen. Vltra quod etiam dantur depositiones testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam, & instrumenta centum, ex quibus probabilis fumus oriri potest pro colorãda sententia.

Nec placuit quod dicitur dd. Petri, & fratrum possessionem fuisse attentatam, cũ fuerit capta post appellationem, vel saltim pendente termino dato ad appellandum, placuit enim responsio, nunquam pro parte Ioannis Baptistæ fuisse appellatũ, nec probari infra decem dies fuisse captam possessionem, 9 & † si id probaretur, semper res incideret in idem, cum vigore Constitutionis Ægidianæ à sententia lata in mero possessorio nõ detur appellatio, eaq; pendente etiam termino possit executioni demandari, nisi constet incontinenti de notorio grauamine, vel iniustitia euidenti dictæ sententiæ, de qua nõ constat, saltim ad effectum interdicti retinendæ ex supradictis.

Et ita decisum vtraq; parte informante &c.

R. P. D. Pirouano

Romana Hæreditatis de Cincijs

Lunæ 19. Decembris 1622.

SVMMARIA.

1 *Constituto transfertur ciuilis, & naturalis possessio manutenibilis.*
2 *Etiam contra tertios possessores.*
3 *Declaratio per mulierem facta post viri mortẽ super mutatione causæ sua possessionis circa viri bona pro restitutione sua dotis illi suffragatur ad possessionem conseruandam. Limit. vt num. 5.*
4 *Constitutum non operatur post mortem constituentis.*
6 *Lim. si effectus suspendatur post mortem.*
7 *Mulieris possessio bonorum viri dicitur resoluta per restitutionem dotis.*
8 *Lim. nisi habeat etiam aliam titulum, puta hæreditarium, & num. 11.*
9 *Sublimit. nisi causæ, seu tituli sint inter se contrarij.*
10 *Possessio iunior, & clandestina non substinetur.*
12 *Retentio, quam fecit vxor bonorum viri pro dotibus non impedit mandatum de manutenendo ad fauorem hæred's. Lim vt nu. 13.*
13 *Debitor, & creditor possunt simul rem debitoris possidere.*
14 *Ad iustitiam possessionis pertinentia in iudicia manutentionis non admittantur.*

Decisio XXVIII.

Resolutum fuit, D. Pantasileam esse manutenendam in possessione omnium bonorum exceptis locis montiũ, de quibus erit particulariter videndum: Constat enim de possessione illius quæsita adhuc viuente marito vigore facti cõstituti in instrumento dotis apposit, dum Io. Baptista in casu restitutionis dotis obligauit se in forma amplissima; & interim, & donec restitueretur constituit se tenere, & possidere omnia bona sua nomine dictæ Pantasileæ suæ vxoris: vnde † cum per Cõ-1 stitutum possit transferri, & transferatur ciuilis, & naturalis possessio, *l. quod meo. ff. de acq. poss. Tiraq. de iur. constit. poss. par. 1. num. 2. & 4. Rot. dec. 549. nu. 1. par. 1. diuer. Surd. cons. 481. numer. 6.* inde sequitur, quod sic translata sit manutenibilis, *Menoch. de recup. poss. remed. 14. num. 31. Osasch. decis. 133. num. 6. Boer. dec. 200. num. 8. & sæpe Rota recepit hanc opinionem, vt in Clusina, seu Perusina Postæ 27. Ianuarij 1603. coram Litta; & in Romana de Iacoronatis 29. Aprilis 1616. & 10. Februarij 1617. corã Vbaldo.* Et in Vxore repetente dotem post mortem viri 2 † contra tertios possessores, *in Bononien. Bonorũ 18. Maij 1616. coram Buratto.* Quæ possessio etiam ex actu positiue facto per D. Pantasileam fuit confirmata, nempe ex declaratione statim, & eadem hora 10. cum dimidia 27. Maij præteriti, in qua decessit D. Io. Baptista eius maritus quoad omnia bona ad eius virum spectantia, mutando sibi causam pos-3 sessionis, quæ retinebat, & possidebat ratione suæ dotis, & quarti, † quam declarationem etiam suffragari ad conseruandam possessionem, *sæpe Rota respondit, vt in dec. 324. nu. 2. par. 1. diuers. & dec. 557. num. 2. par. 1. in recent. & nouissimè in Romana bonorum 8. Aprilis præteriti coram Buratto.*

4 Non obstat, quod † Constitutum nihil operetur post mortem constituentis, *Paris. cons. 98. lib. 2. num. 21. Bero. cons. 58. nu. 14. vol. 3. cum alijs allegatis per* 5 *Surd. cons. 166. num. 25.* & eo circumscripto † declarationem non operari effectum suum vltra bona, in quibus ipsa cum marito insistebat *Gabr. cons. 34. nu. 1. lib. 1.*

Quia attentis verbis Constituti visum fuit, vt vnũ tempus censeatur alteri inesse, & sic valet tempus 6 in futuro, & econuerso, quia † Constitutum ex pacto potest firmari à die contractus suspenso effectu in aliud tempus secundum casus contingentiam, *Negusant. de pignor membr. 2. par. 2. num. 5. & ita declarat Surd. cons. 221. nu. 53 quem Rota recepit in vtraque deci. Bononien Bonor. corã Buratto superius allegatis*, & durante effectu Constituti cessat quæstio, de qua parte bonorum sit intelligenda mutatio possessionis ex titulo familiaritatis in causam propriam occasione dotis, ex quo iure hypothecæ omnia cõpræhenduntur.

7 Non obstat, quod † per solutionem dotis mediãte oblatione cædulæ Montis Pietatis sit resoluta omnis possessio occasione eiusdem retenta, dum illa durare non possit, nisi quatenus dotes non restituantur, *Castr. in l. 1. §. pænum. numer. 2. ff. de acquir. poss. Rota in Iannen. fideicommissi 4. Maij 1599. coram Cardinali Platta Menoch. cons. 452. num. 7. vol. 9.* & ideo non veniat amplius manutenenda.

Quia, & si dici posset terminata possessio antiqua occasione dotis retenta per solutionem, aut de-8 positum legitimè factum; attamen † quia superuenit titulus hereditarius ex testamento sui mariti, multiplicando causas possessionis potuit, & potest retinere eandem possessionem, illamque continuare ex eadem causa, *l. 3. §. ex pluribus de acq. poss. vbi Alex.* 9 *num. 22.* id admittit † modo causæ non sint inter se contrariæ, *per l. si quis ante. cod. tit. Surd. dec. 51. num. 19.* quæ contrarietas causarum in præsenti considerari, aut concurrere non potest, dum D. Pantasilea adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij præseruando iura propria dotalia à confusione actionum hereditariarũ, propterea non obstat possessio capta per dictos fratres ab intestato venientes quia illa semper inuenit anteriorem, quæ plena erat 10 & ideo † tamquam iunior, & clandestina substineri non potest, *Mohed. dec. 4. de restit. spol.* statim enim

secu ta

secuta morte Ioannis Baptistæ per obitum illius superuenit titulus hæreditarius D. Pantasileæ, & ex eo causa possidendi, quæ concomitatur anteriorem ex constituto absque temporis interuallo, & declaratione, cum illi sufficiat excipere de secunda causa possidendi, quatenus prima per solutionem extinguitur.

Et ex prædictis colligitur, quod D. Pantasilea non possit mutare causam possidendi in præiudicium possessionis acquisitæ per dd. fratres ante declara-
11 tionem, quia † hæc possessio fuit accumulata possessioni ex constituto de tempore mortis Io. Baptistæ ratione tituli hæreditarii superuenientis absque interuallo, de quo tempore fratres isti possessionē non ceperant, nec capere potuerunt, non autem de tempore oblatæ dotis per cedulam Montis Pietatis mutatam.

12 Nec dicatur, quod † retentio, quam fecit vxor pro dotibus, non impediat, quominus detur mandatum de manutenendo hæredi, *Surd. cons. 481. numer. 8. & 14. Rot. in Romana S. Crucis 4. Iunij 1610. coram Sa-*
13 *crato*, Quia, † si D. Pantasilea esset debitrix, & dd. fratres creditores, bene procederet conclusio rationis compatibilitatis, dum creditor possidet iure debitoris, nec prohibetur debitor stare in sua possessione cum creditore, sed in præsenti contrariū contingit, quia ipsi fratres fecerunt se debitores, dum offerunt dotem per cedulam Montis Pietatis. Præterea, dum esset contentio super paritate tituli, ex quo, vt ipsa Pantasilea prætendit se hæredem ex testamento sui viri, non potest admitti compatibilitas possessionis, quia alter ab altero expellitur.

Quæ autem dicuntur ex opposito fideicommisso,
14 † pertinent ad iustitiam possessionis D. Pantasileæ, quæ non admittuntur in hoc summario possessorio retinendæ, *Bald. in l. ordinarij iuris, numer. 7. C. de rei vendic. Calder. conf. 95. num. 4 vol. 1.*

Eminentiss. D. Card. Pamphilio

Hispalen. Primitiarum.

Veneris 17. Iunij 1616.

S V M M A R I A.

1. *Verbum, Citra, cum Copula, Et, à teste prolatū quid importet.*
2. *Dictio, semper, & toto tempore, denotāt temporis continuationem.*
3. *Testes inter alios, & in alia causa examinati faciūt magnam præsumptionem.*
4. *Maximè si ex eis fuerit obtentum.*
5. *Confessio Antecessoris præbet maximum inditiū veritatis.*
6. *Præsertim si sit geminata.*
7. *Confessio Prælati iunctis adminiculis nocet Ecclesiæ, & successori.*
8. *Primitiarum quasi possessio iustificatur ex assignatione facta in Constitutionibus sinodalibus.*

Decisio XXIX.

IN causa sub die 29. Aprilis 1613. fuerat resolutum, mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi oblationes ratione administrationis Sacramentorum Baptismi, & Matrimonij, nec non primitias, de quibus agitur, dādum esse Archiepiscopo, & Curatis ab ipso deputatis ex rationibus, & fundamentis, de quibus in decisione. Cūque agentes pro Dominis Beneficiatis supradictæ resolutioni non acquiescerent, die 21. Iunij eiusdem anni reproposui causam super eisdem, & Domini steterunt in decisis ex eisdem rationibus, & fundamentis in prima decisione deductis, reseruato tamē quod particulariter videretur, An mandatū de manutenendo esset expediendum, antequam veniret remissoria iam tunc ad partes transmissa, prout iustis de causis Dominis placuit illam expectare; ea autem executa, & ad Curiam reuersa, & aperta dicta die 17. Iunij 1616. dubitaui, an esset recedendū à supradictis resolutionibus.

Quo dubio per me proposito; quia contra testes vigore d. remissoriæ examinatos, & contra illorum examen pro parte Domini Archiepiscopi multa opponebantur, quæ vnica positione discuti non poterant, placuit Dominis tūc solum firmare, testes præfatos concludere in dicto, Possessionem Beneficiatorum percipiendi oblationes, & primitias, de quibus controuertitur; & eamdem esse coadiuuatam ex aliis probationibus, & de reliquis videatur.

Nam d. testes explicitè deponunt, non solum de auditu à maioribus, & de publica voce, & fama, sed etiam de visu, & certa scientia, quod Beneficiati perceperunt ex Baptismis capuccium, & candelam & ex Sponsalitiis arras, & una Missæ, quæ à Beneficiatis non prætenduntur, & ista Beneficiatorum perceptio remanet probata per multum tempus cōtinuatum, de quo deponunt testes; qui loquuntur
1 † vel per verbum, *Citra*, cum copula, *Et*, iuxta theoricam *Bart. in l. Celsus. num. 23. & 24. & ibi Abb. Bald. par. 4. numer. 10. ff. de vsucap. & idem Bart. ad l. 1. §. quod autem. numer. 1. ff. de aqu. quotid. & æstiu. Felin. in cap. licet causam num. 3. circa med. de prob.* vel per dictiones denotantes temporis continuatio-
2 nem, nempe, † semper, & Toto tempore, *Bart. in d. l. 1. §. quod autem. sub numer. 1. & in d. l. Celsus. num. 25. Bald. d. par. 4. nume. 11. Felin. vbi supra. vers. secus dicit. & fuit dictum in Toletana Decimarum 20. Martij 1600. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio.*

Istorum autem testium probatio coadiuuatur primo ex quam pluribus aliis testibus tam ab Archiepiscopo, quā à Comite de Oliuarez de annō 1594. examinatis in causa tunc inter eos vertente de eadē
3 perceptione Beneficiatorū deponentibus, † qui, licet fuerint examinati in aliā causa, & inter alias personas, faciunt tamen magnam præsumptionem, *gl. fin. & ibi Doct. in l. 2. & præ cæteris Ang. in fin. vers. quod autem dixi. Dec. nu. 45. & seq. C. de edend. Felin. in cap. causam. il primo numer. 19. de testib.*
4 maxime, † cum eorum depositiones per sententiam Nuncii Hispaniarum fuerint approbatæ, *Rom. cons. 343. sub num. 17. Alex. in l. sæpe. num. 70. & seq. ff. de re iud.*

Secundo ex confessione Cardinalis de Castro tunc temporis Archiepiscopi facta tam in articulis per eum contra Comitem de Oliuarez in prædicta causa datis, in quibus explicitè dixit, in toto Archiepiscopatu esse vniuersalem consuetudinem, quod primitiæ sint Beneficiatorum, quodque ea vniuersaliter seruatur., quam in Breue per eum obtento à fel. record. Greg. XIII quod scilicet oblationes, primitiæ, & alia emolumenta à Beneficiatis percepti, & inter ipsos æqualiter distribui consueue-
5 runt, † Ista enim confessio maximum indicium veritatis præbet, *Rot. dec. 293. num. 2. par. 1. diuers.* præ-
6 cipuè † quod est geminata, *l. Balista. cum ibi not. ad trebell. Rom. cons. 346. num. 10. & seqq. Surd. dec. 10. num. 8. & dec. 430. num. 9. & seqq.* & cum ea concurrant vlterius alia plura adminicula, quo casu
7 † confessio Prælati nocet Ecclesiæ, & illius successori, *gl. in cap. dudum. il 2. in verbo de veritate. vers. qui tale, & ibi Doct. de elect. Bald. in auth. hoc ius*

por-

porrectum.nu.8.C.de sacrosf.eccles.Card.Seraph. dec. 291.num.3.& dec.436.num.7.& dec. 442.num.20. ver. ex hoc,

Tertio ex multis testibus examinatis tã pro parte Beneficiatorũ in prima instantia, quam pro parte Archiepiscopi vigore remissoriæ per eum obtentæ de anno 1586.similiter de eadem Beneficiatorũ oblationum,& primitiarum perceptione attestantibus.

Quarto,& vltimo ex Constitutionibus Sinodalibus plurium Archiepiscoporum, in quibus iura, de quibus agitur, assignantur Beneficiatis Ecclesiarũ
8 in quibus percipiuntur; † ex illis enim iustificatur possessio Beneficiatorum, *iuxta doctrinam Bald.in l.data opera.in fin.C.de his qui accus.non poss.* & cum hodie fuerint exhibiti libri earundem Constitutionum impressi in Ciuitate Hispalen. de mandato Archiepiscoporum à quibus editæ fuerunt, cessat, quod aliàs dicebatur, eas non esse in forma probanti.

Et ita &c.

R. P. D. Durano

Romana Domus

Veneris 25. Iunij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Possessio capta in vim trium sententiarum conformium, & executorialium est manutenenda, & alijs præferenda.*
2. *Possessio instrumentalis capta, alio tunc possidente, non est manutenibilis.*
3. *Etiam quod adsit quietatio solutionis.*
4. *Possessor potest dare de iure tertij ad suam possessionem tuendam.*
5. *Domino directo non suffragatur possessio propria auctoritate capta, vbi deuolutio est turbida. vbi exemplum.*

Decisio XXX.

FVIT resolutum, Iulium Pocabellũ esse manutenendũ in possessione domus, de qua agitur, capta in vim trium sententiarum Rotalium conformium, & literarum executorialium,
1 † quæ propterea est manutenenda,& alijs præferenda, *Ang. in l.clam possidere. num.2. in fin. ff.de acq. poss. vbi Imol.nu.1.& Rom.nu.3.Rot.decis. 802.num. 6.par.1.diuers.& Greg.XV.dec. 582.nu.5. vbi Add. num. 8.*

Non obstat Capitulum,& Canonici S.Mariæ ad Rotundam dum prætendunt habere possessionem
2 nam † fuit mere instrumentalis, quæ ideo,cum capta fuerit possidente Cesare Magnolo, non est manutenibilis, *Greg. XV.dec.69.num.1. & dec.159.nu. 1.& dec.582.num.4.*

Non obstat,si dicatur,quod possessio Capituli nõ sit mere instrumentalis,cum habeat quietantiam so-
3 lutionum pensionis,† quia,vltra quod sunt quietantiæ factæ à Canonicis,quę potuerũt ab ipsis quandocumq; fieri ad proprium commodum,hoc non tollit quin illa possessio fuerit mere instrumentalis, nec quod Magnolus non possideret.

Non obstat, quod Pocabellus non possit dare de
4 iure tertij,† quia immo potest ad tuendam suã possessionem, *Surd.cons.415.num.16. Rot.dec.21.de restit. spol.& in Maceraten.hæreditatis 27.Nouembris 1599.coram bo:me:Cardinali Seraphino.*

Demum non obstat, quod Capitulum vti Dominus directus potuerit capere possessionem propria authoritate ob finitam lineam illorum de Mãcinis, à quibus causam habere dicitur Pocabellus, quia,
5 † cum dicta deuolutio esset turbida, licentia capiẽdi possessionem propria authoritate nõ suffragatur, *Seraph.dec.807.num.2.Mantic.dec. 194.nu.2.& 3.* Quod autem deuolutio fuerit turbida est clarum,ex quo pendebat lis super dicta deuolutione inter Capitulum,& Pocabellum.

Et ita vtraq; &c.

Eminentiss. D. Card. Vbaldo

Casalen. Pensionis

Veneris 3. Decembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Executorialium vigore capi non potest possessio nisi illis prius intimatis, & reproductis, & quatuor terminis seruatis, & alijs vsq; ad inuocationem brachij secularis.*
2. *Lim.si loco executorialium decernatur mãdatũ executiuum.*
3. *Executorialium loco plerumq; decernitur mandatũ executiuum,tam in prophanis, quam in beneficialibus.*
4. *Executoriales monent, seu requirunt, vt quis soluat.*
5. *Mandatum executiuum compellit ad satisfaciendũ illicò, nec in eo requiruntur monitiones,neq; alia executorialibus necessaria.*
6. *Mandata executiua pro executione sententiarum nõ possunt à Rota relaxari sine speciali commissione executoriali.*
7. *Decl.procedere de stylo antiquo, secus hodie ex bullis Innocentij 8.Pij.4. & Pauli V.*
8. *Rota vltra Montes,& extra Statum Ecclesiasticum solet procedere per viam executorialium,non mãdati executiui.*
9. *Decl.vt non tamen nulliter procedat,si procedat per viam mandati executiui.*

Decisio XXXI.

FVit in hac causa resolutum die 11. Decẽbris 1626. coram me, esse dandum mandatum de manutenendo Ioanni Baptistæ Iberto in quasi possessione exigendi pensionem,& cum iuxta formã decisionis esset relaxandum mandatum de manutenendo,dictus Ibertus habita notitia, quod Guaraldus aduersarius permutauerat Parochialem, super qua erat imposita pensio,& considerans,quod expeditio mandati de manutenendo contra dictum Guaraldum in futurum ei prodesse non poterat,institit solum pro mandato executiuo, à qua executione cũ fuerit per Guaraldum reclamatum sub prætextu,quod fuerit ad dictam executionem deuentum non seruatis de iure seruandis, Domini in relationibus causarum hodie dixerunt,mãdatum fuisse bene relaxa-
1 tum,& executum; † nam, licet,antequam capiatur possessio vigore executorialium, executoriales sint intimandæ,& reproducendæ,& quatuor termini seruandi, & alia vsq; ad inuocationem auxilii brachij secularis, *Rot.diuers. dec.277.nu.2.par.3.lib.3. Ant.*
2 *Eug.in epis.de exequut.§.vltimo.*† attamen prędicta non sunt aliquo modo seruanda,quando loco execu-
3 torialium decernitur mandatum executiuum, † vt plerumque fieri solet, non solum in prophanis,sed

etiam

etiam io beneficialibus, *Cassad.decis.6.numer.11.de caus.poss.& propr.Rot.dec. 3.de rescript.in non. sub num.53.vers.quod Auditor. Greg.XV.dec.43.in fin. Mandos.commiss.24.in vers. loco literarum exequtorialium,* & in hoc est differentia inter exequtoriales, & mandatum exequtiuum, quod † exequtoriales monent, seu requirunt, vt quis soluat, *Lud. Rom.cons.136.circa propositum.num.4.ibi,requisitus fueris de parendo sententijs,& num.7. Rot.d.decis.3. de rescript in non.sub numer.53.vers. & quia forma exequtorialium hoc dictat.* mandatum † vero exequtiuum compellit ad satisfaciendum illicò, nec aliquę monitiones, neque alia requisita necessaria in exequtorialibus requiruntur, *vt bene colligitur ex traditis per Mandos.vt d.commiss.24 sub dicto vers. loco literorum iuxta fin.*

Non obstat, quod ad hoc, vt posit procedi per viam mandati exequtiui, † sit necessaria specialis commissio Papæ, vt præsupponit *Cassad.d.dec.6.nu.11.& Rot.in dec.2.& Mandos.vbi supra.* Quia † loquuntur de stylo antiquo, secundum quem neq; Rotæ Auditores absq; speciali commissione sententias exequi poterant, idq; propter prępentiam Principis *vt lote per Mãdos.vbi supra in ver. caus.auditure ibi, contrarium concludendum est Rot.dec.39.de re ind.in antiq.* hodie autem huiusmodi commissiones particulares super exequtione non requiruntur, quia vigore Bullæ Innocentii VIII & Pii IIII. vnica sufficit commissio, cuius vigore possunt Auditores omnis facere vsq; ad finalem sententiarum suarũ executionem inclusiue, vt recensendo, & confirmando dd.Bullas *tradit Constit.fel.record.Pauli V.super reformat.tribunal.Vrb.in tit.de Audit.Rot.*

Non obstat, † quod de stylo Rotæ vltra Montes procedatur per viam exequtorialium, non mandati, & id etiam fieri consueuerit extra Statum, quia, † si Iudex contrarium faciat, nõ inde sequitur, quod nulliter procedat, *vt fuit factum in d.dec.43.fel.record.Greg. XV.* in qua fuit relaxatum mandatum in causa, quæ erat extra statum, videlicet in oppido Carpi, & Rota non habuit mandatum pro nullo, & ideo idem dicendum est in casu, de quo agitur, rationibus supra deductis.

Et ita decisum &c.

Eminetiss.D.Card.Vbaldo.

Coloniensis Præcedentiæ.

Mercurij 9.Iunij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Possessio, vel quasi sola attenditur in iudicio manutionis.*
2 *Possessio probatur ex confessione aduersarij in Breue.*
3 *Confessione aduersarij non potest afferri melior probatio.*
4 *Probationes etiam leuiores sufficiunt ad mandatum de manutenendo.*
5 *Possessio an suffragetur contra iuris assistentiam, quã habet pars aduersa.*
6 *Præcedentiarum in materia ius defert consuetudini.*
7 *Etiam si consuetudo iuri repugnet.*
8 *Possessio contra ius est manutenibilis, quando est alicuius temporis considerabilis.*
9 *Possessio iure familiaritis, seu facultatis excluditur ex multiplicitate actuum, & continuata possessione per longum tempus.*
10 *Ordinarij possunt prouidere controuersijs, quæ oriũtur in Processionibus.*
11 *Prouisione facta per Ordinarium circa præcedentias in processionibus est executioni demandanda.*
12 *Sed ab ea datur appellatio deuolutiua, & in illius gradu manutenetur possessor*
13 *Episcupus manuteneri debet in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium, nisi in contrarium adsit immemorabilis per tres sententios conformes canonizata.*
14 *Transportatiu actorum præsumitur integro.*
15 *Transportatio non est facitudo nisi de actis causa, de qua agitur.*
16 *Transportare non est necesse acta, quæ non controuertuntur.*

Decisio XXXII.

FVit hodie resolutum, manutentionem esse cõcedendam Prælatis, & Dignitatibus Collegiatorũ in quasi possessione præcedendi Canonicos Metropolitanæ Colonien.in processionibus, alijsq; actibus tam publicis, quam priuatis.

1 Quia quasi possessio dd. Dignitatum, † quæ sola attenditur in hoc iudicio manutentionis, *§. retinenda.Inst.de interd.Rot.dec.641.num.8.par.diuers.* 2 remanet sufficienter † probata ex confessione eorumdemmet Canonicorum emanata in Breui Innocentii VIII. vbi afferunt Dignitates digniorem locum occupasse, & de præsenti occupare, tam in actibus publicis, quam priuatis, vt patet ex lectura 3 Breuis, quod datur *summario in num.1.*& † ista cõfessione non potest afferri melior probatio, *l. cum precum.C.de liber.caus.Gabr.de confess.concl.4.num.1.& seq.fel.record.Greg.XV.dec.200.nu.2.& dec.458 num.3.*

Deinde dicta quasi possessio probatur ex testibus quorum vnus fuit examinatus ad perpetuam rei memoriam, & alij duo fuerũt examinati formiter hic in Curia, & omnes optime deponunt de hac quasi possessione præcedentiæ de visu, & de certa scientia absq; aliqua contradictione, & deponunt de toto tẽpore sui recordatus, & vltra de auditu à maioribus vt patet ex lectura depositionum, quę dantur *in summario.num.5.& 6.* Vnde manutentio denegari non potest stantibus supradictis, & plenissimis probationibus, cum † sufficiant etiam leuiores, *Menoch. de retin.remed.vlt.num.34.Rot.dec.196.nu.6.par.1.& decis.375.numer.2.lib.3.part.3.diuers. Seraph.decis.1113.numer.1.fel.record.Greg.XV.decis.258.num.3.*

5 Non obstat, † quod ista possessio Dignitatũ nõ suffragetur contra iuris assistentiam, quam habent Canonici Metropol.quia, quidquid sit de hac iuris assistentia, quæ videtur valde controuersa à *Doct. vt patet ex late traditis per Cassan.Cathalog.glor.mũd.consid.32. per tot.* Dominis placuit responsio, quod 6 in omnem casum † in hac materia præcedentiarũ ius defert consuetudini, *Bold.in c.cum olim.num.1.& seq.de consuetud. Felin.in cap.Statuimus.in princ. de maior.& obedient.Card.cons. 62.num.1.Dec.in l.cum quid.num.39 & ibi Cagnol.nu.42.ff. si cert.pet. Rim.iun.cons.95.nu.22.lib.1. & dixit Rot.*in Seguntina Præcedentiæ 22. Iunij 1609. coram Reuerendiss.D.meo Patriarcha Antiocheno, & in eadem 8. Martii 1613.coram bo.me. Domino meo Vbaldo, 7 † quod procedit etiam si consuetudo iuri repugnet, *Menoch.cons.51.nu.51.Seraph.decis.964.num.1.fel. record.Greg.XV.dec.124.num.2.& 4* & ideo † etiã 8 si possessio sit contra ius, est manutenibilis, quando est alicuius temporis considerabilis, vt in casu nostro, *Franc.in c.ad decimas.nu.8 in 4. limit de restit. spol.in 6.Couar,pract.quaest.cap.17. sub.num.6.vers. quarto.Rot.dec.534.num.7.& dec.595.num.4. par. 1. di-*

1.*diuers.* & *in recent.dec.* 685.*num.*3.*par.*1.*fel.record.Greg.XV.dec.*370.*vbi Add.sub num.*10.& *dixit Rot.* in Calciuten. Decimarum 10. Iunii 1611. coràm Reuerendiss.D.meo Patriarcha Antiocheno, & in Osten.Iurisdictionis 22. Martii præteriti corā me.

Non obstat, quod actus præcedendi potuerint esse 9 facultatiui, & iure familiaritatis, quia † ista præsumptio excluditur ex multiplicitate actuum, & ex continuata possessione per longum tempus, de qua deponunt supradicti, *Cas.de Grass.dec.* 1.*nomer.* 3.*de caus.poss.* & *propr.fel.record.Greg.XV.decis.*572.*vbi Add.num.*8.

Non obstat, quod in Concilio Tridentino *sess.*25. 10 *cap.*13.*de regul.* disponatur, † quod Ordinarii possint prouidere controuersiis subortis in processionibus, & ideo, cum Ordinarius in casu nostro decretauerit per modum prouisionis ordinem seruandum 11 in istis præcedentiis, † non possit ordo alterari, & dari manutentio Dignitatibus, donec per rem iudicatam sit negotium terminatum, iuxta *dec.Rot.in recent.*332.*num.*4.& 491.*num.*1.*par.*1. placuit enim Dominis responsio, quod Concilium solummodo disponit, vt Episcopus possit prouidere, & ordinare, quod sibi videbitur ad euitanda scandala, & ordinatum ab eo debet quidem executioni demādari, 12 sed † non tollit appellationem deuolutiuam, in cuius gradu bene datur manutentio possessori, vt alias censuit *Rot.in Hispalen.* & *Courien. Permutationis* 11.*Martij* 1596.*corā Gyptio,* & *in Virdunen. Vicariæ prima Iunij* 1616.*coram bo. mem.Buratto. Nec supradicta dec. in recentior.* applicantur casui 13 nostro, cum † loquantur in diuersis terminis de manutentione debita Episcopo in cognitione causarū criminalium, & matrimonialium ex forma concilii Tridentini, nisi adsit in contrarium immemorabilis canonizata per tres conformes, vt patet ex lectura dd. decisionum.

Non obstat defectus non integræ transportatio-14 nis actorum, tum quia † præsumptio stat pro integra transportatione, *Rot. dec.*64.*num.*4.*par.*1.*diuer. Aym.de antiq. temp. par.* 2.*num.* 55.& *fuit dictum in Rigien. Deuolutionis terrorum* 3.*Iulij* 1617.*coram bo. mem.D.meo Vbaldo*, tum quia prætenditur non fuisse transportatum decretum enunciatum in decreto, à quo fuit appellatum, vnde, vel illud primū decretum, quatenus extet, non videtur transportandum, cum ab eo non fuerit appellatum, & non sit de 15 ista causa, ex quo † non sunt transportanda, nisi quę sunt de actis causæ, de qua agitur, *Rot. diuers.decis.* 884.*num.*1.*par* 4. & *in recent.dec.* 561.*nu.*12.*par.*1.*fel.record.Greg.XV.dec.*55.& *dec.*300.*num.*1. tum denique quia pro parte Dignitatum dictum decre-16 tum enunciatum nō controuertitur, † idem esset superflua transportatio, quæ propterea obstare non debet, *Rot.dec.*564.*num.*4.*par.*2.*recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

E O D E M

Eadem

Lunæ 26. Iunij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Possessio ciuilis spacio decem annorum omissa præsumitur, quando concurrit negligentia, & animus non possidendi, & ab alio fuit occupata possessio.*
2 *Possessionis extremis probatis media præsumuntur.*
3 *Possessio semel probata censetur continuata eo ipso, quod interrupta non apparet.*
4 *Testium depositiones recipiunt declarationem ab articulis.*
5 *Præcedentia in materia ius defert consuetudini, etiā si ius repugnet.*
6 *Possessio contra ius est manutenibilis, vbi est alicuius temporis considerabilis.*
7 *Transportatio actorum integra præsumitur.*
8 *Non est necessaria de actibus extraiudicialibus.*
9 *Nec de iis, quæ à partibus non controuertuntur.*

Decisio XXXIII.

Domini steterūt in decisis sub die nona Iunii 1627. videlicet manutentionem esse dandam Prælatis, & Dignitatibus Collegiatarum in quasi possessione præcedendi Canonicos Metropolitanæ Colonien. in Processionibus, aliisq; actibus tàm publicis, quàm priuatis, quia ista quasi possessio dd. Dignitatum remanet probata tā ex testibus in causa examinatis, quam ex confessione Canonicorū emanata in Breue Innocētii VIII. vt latè deducitur in decisione, cui non obstat, quod confessio dd. Canonicorum sit supra centum annos, 1 † spacio decennii præsumatur amissa possessio ciuilis, quia id procedit, quando concurrit negligentia, & animus non possidendi, & ab alio fuit occupata possessio *Rol. cons.*9 *num.*47.*lib.*3.*Rot.dec.*378.*nu.*3.*par.*1.*diuers.* & *in Romana fructuum* 9.*Aprilis* 1601.*coram Corduba,* & *in Cusentina Pensionis* 12.*Februarij* 1618.*coram bo.me. D.meo Vbaldo.* In hoc autem casu prædicta non concurrunt, immo constat de contrario ex supradictis testibus deponētibus de possessione de presēti, & de visu, & de auditu à maioribus; qui testes si considerentur vna cum supradicta confessione Canonicorum bene applicatur con-2 clusio, quod † probatis extremis media etiam præsumuntur, *Menoch.de retin.remed.* 3.*num.* 557.*Surd. cons.*7.*num.*46.& *seq lib.*1.*Rot.diuer.dec.*129.*num.*2.& *dec.*62.*num.* 6.*par.*2. & *dixit Rot. in Romana Saluiani* 16.*Maij* 1612.& *in Lunen.Sarzanen.Cappellaniæ* 13.*Iunij* 1611.*coram bo.me. D.meo Vbaldo* 3 idque presertim, cum † possessio semel probata presumatur continuata eo ipso, quod non apparet interrupta, *Rot.diuer.dec.*4.*num.*14.*par.*2.

Nec obstat, quod testes se restringant ad actum delationis Sanctissimi Sacramenti, quia immo 4 loquuntur generaliter, & indefinitè, & † recipiunt declarationem ab articulis, in quibus præcedentia articulatur tàm in actibus publicis, quàm priuatis, *Alex.cons.*88.*num.*26.*lib.*5.*fel.record.Greg.XV.dec.*194.*num.*2.& *ibi Add.*

Non obstat, quod Capitulum Cathedralis de iure præcedit Prælatos Collegiatarū, quia placuit re-5 sponsio data in decisione, quod † in materia præcedentiæ ius defert consuetudini, etiam si ius consuetudini repugnet, *fel.record.Greg.XV.dec.*124.*num.*2. 6 *vbi etiam Add.num.*4.& ideo † possessio est manutenibilis, quando est alicuius temporis considerabilis ex late deductis in dicta decisione, vbi etiam fuit sublatum obiectum de non integra trāsportatione actorum, nam vel fuerunt integre trāsportata, quod 7 † præsumitur, *Rot.dec.*64.*num.*4.*par.*1.*diuers.* vel si 8 quæ sunt acta non transportata, † illorum transportatio nō fuit necessaria, cum sint acta extraiudicia-9 lia, & decretum, à quo non fuit appellatum, † neque erat transportandum, cum illud non controuertatur à Dignitatibus, *Rot.dec.*564.*num.*4.*par.*2.*in recent.*

Et ita decisum vtraq; &c.

Vbal-

Vbaldo Seniore

Cæsaraugustana Dismẽbrationis

Lunæ 16. Ianuarij 1623.

SVMMARIA.

1 *Citari debet Aeconomus pro Ecclsia vacante, vel dandus est illi curator, & num. 3. & 5.*
2 *Aeconomus constituitur ad conseruandum, non ad agendum.*
4 *Curator dari potest Ecclesiæ vacanti ad agẽdum, & defendendum, & num. 3.*
6 *Immissione, seu executione contra Ecclesiam vacantem facta Ecclesia non legitimè citata, datur eidẽ Ecclesiæ manutentio.*
7 *Rescripti, & commissionis verba sunt strictè intelligenda.*
8 *Obligationis cameralis vigore non proceditur absq; citatione.*
9 *Clausula*, Consiito, *In literis Apostolicis apposita facit executorem mixtum.*
10 *Executor mixtus debet procedere cũ citatione partis.*
11 *Sententia absque citatione non dicitur nulla, sed non afficit non citatos.*
12 *Intellige si sententia sit valida quoad citatos, secus si sit lata nemine citato.*
13 *Sententia nulla non potest exeutioni demãdari.*
14 *Dismembratione fructuum non læditur facultas conferendi.*
15 *Secus secundum modernas regulas Cancellariæ.*
16 *Vnio, seu dismembratio fructuum non dicitur effectuata nisi secuta possessione.*
17 *Mandati de manutenendo concessione dicitur improbata possessio alterius.*
18 *Pensio antiqua dismembratis fructibus solui debet à possessore, & percipiente fructus, quorum ratione debentur.*
19 *Regula reuocatoria expressè derogat vnionibus non effectuatis, etiam si in ijs esset decretum, illas ex nunc effectum fuisse sortitas.*
20 *Recursus factus ab Aeconomo ad Iudices laicos nõ nocet Prouiso, de cuius ordine, seu scientia non constet.*

Decisio XXXIV.

SIXTVS Quintus Fel. recor. dismembrauit ab Ecclesia Parochiali loco de Bello fructus, eosque applicauit mensæ capitulari Ecclesiæ Darocæ Cæsaraugustanæ Diœcesis demptis centum ducatis pro Rectore, & sine præiudicio Romei tunc Rectoris, Quo mortuo post obitum Sixti, & sic dismembratione reuocata per regulas subsequentium summorum Pontificum, illa fuit iterum reualidata per Sanctæ me: Clementem VIII. Sed orta controuersia inter Iacobum Romei successorem, & Capitulum post plures decisiones in causa factas coram Illustris. Cardinali Sacrato tunc Rotæ Auditore fuit inita inter partes concordia, in qua inter cętera fuit conuentum, vt, donec Iacobus viueret, integris Ecclesię fructibus frueretur, eo verò mortuo dimidia pars fructuum pertineret ad Capitulum, cuius concordiæ confirmationem Paulus V. Sanctæ mem. commisit Doctori Isquiredo tunc Officiali Cęsaraugustano cum clausula, *Consiito de præmissis*, qui eam per sententiam diffinitiuam confirmauit de anno 1615. Et cum Iacobus obierit 16. Ianuarij 1621. Capitulum produxit concordiam confirmatã coram Petro de Molina moderno Officiali Cęsaraugustano, & ab eo obtinuit immissionem iuxta formam dictę concordiæ die 27. Martij eiusdem anni 1621. A qua sententia immissionis Bartholomeus modernus Rector appellauit, & obtinuit causam cõcommitti in Rota, & cum fuerit dubitatum, an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda Domini matura discussione esse infirmandam censuerunt ex capite nullitatis, & iniustitiæ.

Nullitas deducebatur ex eo, quod post obitum Iacobi fuit datus Ecclesię vacanti Æconomus, Vnde, quidquid esset dicendum, an esset citandus Bartholomeus, qui iam erat approbatus in concursu, 1 † debuit citari Æconomus, ne Ecclesia priuaretur sua possessione absq; citatione. Et quatenus diceretur, 2 † Æconomum constitui ad conseruandum, non ad agendum, *cap. cum vos vbi gl. in verb. Aeconomos de offic. ordin. cap. quoniã 75. distinct.* Tamen saltem 3 † erat dandus legitimus defensor, seu curator Ecclesiæ vacanti, *cap. 1. vbi gl. de reb. eccles. non alien. in 6. Abb. in c. 1. num. 7. ne sed vac. Cresc. dec. 9. num. 4. de re iud. Paris. de resignat. lib. 7. q. 21. num. 1. & seq. Rot. decis. 119 in fin. part. 1. recent. & in Vicen. Parochialis prima Februarij 1613. coram me, & fuit dictũ in Rota præterita in causa Segobien. Cappellaniæ coram me* 4 † qui quidem curator potest etiam dari ad agendum, *l. omnis. § hoc nihilominus. vbi gl. in verb. defensoris. Cod. de Episc. & Cleric. c. Imperatorum. de iuram. cal. c. dilectus. de capell. Monac. c. constitutus. de relig. dom. glos. in d. cap. cum vos in verb. Aeconomos. de offic. ordin.* 5 † quo non legitimè citato sententia remanet nulla, cum Ecclesia remaneat priuata sua possessione fructuũ sine citatione, *Cassad. dec. 1. num. 7. de restit. spoliat. Mohed. decis. 11. num. 2. eod. tit. fuit dictum in Pampilonen. Beneficij 6. Febr. 1615. coram me, & alias sæpè, & pluribus tradit Garz. de benefic. par. 12. cap. 3. numer. 3.* & 6 † ob hunc defectum citationis dedit alias Rota eidem Ecclesiæ Parochiali mandatum de manutenendo, dũ hæc causa ageretur inter Iacobum Rectorem tunc viuentem, & eandem Collegiatam, de Darora *vt in decis. 25. Iunij 1607. coram Illustrissimo Sacrato.*

Præterea considerabãt Domini, quod iste modernus Officialis Cęsaraugustanus, de cuius sententia agitur, aut processit ad immissionem Capituli vigore primæ commissionis, & hoc facere non potuit quia in ea non legitur data facultas nisi confirmandi concordiam de mandato Papæ, non autem eam exequendi, vel immittendi Capitulum in possessionem, & certum est 7 † verba rescripti, & commissionis esse strictè interpretanda, *c. significanti. in fin. de rescript. Abb. in cap. Rodolphus. num. 1. eod. tit. fuit dictum in Romana Dotis 27. Februarij 1617. coram me* Vnde vigore dictæ commissionis non potuit procedi ad d. executionem ex defectu iurisdictionis. Aut processit tamquam Ordinarius ad exequtionẽ concordiæ iam confirmatæ per primam sententiam, & hoc, quatenus facere potuerit, facere debuit seruatis seruandis, & sic citatis interesse habentibus, & defensore legitimo Ecclesiæ ex supradictis, Et confir- 8 mabatur optimè à simili, quia neq; † in obligatione camerali, quę habet exequtionem paratam, proceditur ex abrupto absque partis citatione, *vt dixit Rot. in Tiburtina Domus 17. Maij 1595. corã Giptio, quæ est apud Modern. de oblig. camer. dec. 154. nu. 7.* Vnde nec in exequtione concordiæ confirmatæ, & approbatæ à partibus debuit procedi sine citatione: Maxime quia cõcessit immissionem iuxta tenorem literarum Apostolicarum super confirmatione cõ- 9 cordiæ, in quibus aderat clausula, *Consiito*, † quæ facit exequtorem mixtum, *Rot. dec. 659. lib. 3. par. 3. diuers. dec. 91. num. 2. coram Sanctissimo, & sæpissima alia,*

10 *alias,* † qui debet procedere cum citatione partis, *Rot.dec.21.de rescript.in antiq.cum similibus.*

11 Nec facit, quod † sententia non dicatur nulla, sed 12 non afficiat non citatos, quia † id procederet, si sẽtentia esset valida quoad citatos, iuxta *not. in l.de vnoquoq. ff. de re indic.* Sed hic fuit lata sententia contra Ecclesiam nemine pro ea citato, nec pro alijs interesse habentibus, & hæc quoad nullitatem.

Quo vero ad iniustitiam illa deducebatur ex eo, quod Officialis processit ad exequtionem concordiæ super dismembratione fructuum, & illorũ vnione facta Capitulo, quæ tamen vnio, seu dismembratio, antequam esset effectuata, fuerat reuocata per regulam reuocatoriam S.D.N. quæ emanauit die 9. 13 Februarij 1621. Sicut in simili † sententia nulla non potest executioni demandari, *Bald.cons.225.in causa vertente in princ.lib 5. Alex.cons.109.in prin. lib.5. Afflict.dec. 283.per tot.* mandatum autem de immittendo emanauit die 27. Martij eiusdem anni, & quod non esset effectuata patet, quia effectum sortiri non poterat, nisi post mortem Iacobi Rectoris, cum quo fuerat inita concordia, qui obijt die 16. Ianuarij d. anni.

Non obstat, quod regula non procedat in dismẽ14 bratione fructuum, ex quo † per eam non lęditur facultas conferendi, *Seraph.dec.932.nu.2. Mandos. super reg.12.qu.2.nu.6.in fin.* Quia, quidquid dicendum esset in terminis regulæ antiquę, super qua scri15 psit Mandos. † contrarium censuit Rota secundum regulas modernas *in causa Valētina Subsidij 4. Maij 1616. coram R.P.D. meo Pamphilia.*

Non obstat, quod, per obitum d. Iacobi Rectoris cõ16 cordia videatur effectum sortita, quia † nullo modo fuit effectuata vnio, seu dismembratio fructuum ad cuius effectum requiritur saltim possessio, *ad late tradita per Mandos.* ad *reg.12. quæst.5.num.3.& seq.*

Nec fiat vis in possessione capta in vita Iacobi 17 post mortem Romei, quia † illa possessio fuit improbata per Rot. in decisionibus coram Illustrissimo Sacrato, & datum mandatum de manutenendo Ecclesiæ, vt supra dictum est.

Nec rursum dicatur, per solutionem pensionis factam à Iacobo, dum vixit, fuisse effectuatam concordiam, in qua fuit cautum circa solutionem d. pen18 sionis, quia illa erat pensio antiqua, † debebat solui à possessore, & percipiente fructus, quorum ratione debetur, *Gig. de pens.q.39.num.1.& 53.num.2.cum alijs per Rot.dec.508.num.3.par.2.recent. Gabr.cons. 191.nu.2.lib 2.* Vnde, cum Iacobus, donec viueret, deberet percipere omnes fructus ex tenore concordię; non mirum si debuit etiam pensionem soluere, cuius solutio post eius mortẽ pro rata fructuum dismembratorum pertinet etiam ad Capitulum ideo, cum Capitulum nihil soluerit pro pensione, eo magis arguitur non effectuatio concordiæ, & sic obiectum retorquetur.

Non obstat clausula, *Nunc prout ex tunc*, apposi19 ta in d. concordia, quia † regula reuocatoria expresse derogat vnionibus non effectuatis, etiam si in iis esset decretum. Illas ex nunc effectum fuisse sortitas, *vt in reg.13.S.D.N. & fuit in his terminis dictum in Toletana Cappellaniæ de Pastrana 27. Ianuarij 1608. coram R.P.D. Pamphilio*, quæ derogatio non legebatur in regulis antiquis, super quibus emanauit decisio *in causa Placentina fructuum coram R.P.D. meo Rembolda* exaduerso allegata. Vltra quod ibi agebatur ad effectum, an esset necessaria derogatio regulę, de iure quæsito non tollendo, vt ibi patet, non autem ad effectum, de quo hodiè agitur.

Denum non obstant recursus habiti ad Iudices 20 laicos, quia † non constat de ordine, vel cum scientia Bartholomei fuisse habitos, sed Æconomus recurrit pro suo interesse, quibus etiam cessit, prout etiam cedere poterit ad cautellã ipse Rector, quod ipse fuerit prouisus à Summo Pontefice constat ex literis Apostolicis exhibitis in Rota, quæ etiam poterunt, si opus erit in actis produci.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante, &c.

Reuerendiss D. Coccino.

Cæsaraugustana Præminentiarũ

Luna 26. Aprilis 1627.

SVMMARIA.

1 *Testes informiter examinati, nõ constito qua auctoritate, & non de actis non probant.*

2 *Capitulũ Metropolitanæ, & Ecclesiæ maioris debet de iure præcedere alios Beneficiatos, & Prælatos Ecclesiarum inferiorum.*

3 *Exceptiones testium non admittuntur in iudicio manutentionis.*

4 *Capitulum, seu alius, qui præcedere debet in processione, præcedere etiam debet in sedenda in Ecclesijs, ad quas processionaliter itur.*

5 *Nomen singulare, vbi potest ad plura congrue referri, ad omnia referri debet.*

Decisio XXXV.

FVerunt proposita per partes quinque quæsita, vt Rota videret, in quibus, & quomodo sit exequendum mandatũ de manutenendo alias relaxatũ per bo: me: D. de Rubeis, & postea per Illustrimum D. meum Cardinalem Mellinum executum. Quorum primum erat, An Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ debeatur manus dextera in Ecclesia Regulari Collegiata Beatæ Mariæ de Pilari, cum illam certis diebus accedunt.

Circa quod partes conueniebãt, quod Canonicis Metropolitanę vigore mandati de manutenẽdo illa debeatur, sed Ecclesia de Pilari solum in cõtrouersiam deducebat, quod non deberetur quoad Priorem d. Ecclesiæ del Pilar, cum ipse esset in possessione præcedendi etiam Capitulum Metropolitanæ, vt satis clare deponunt 12. testes.

Cęterum contrarium visum fuit Dominis, quia 1 isti testes non fuerunt formiter examinati, nec constat qua auctoritate, & non sunt in actis: Vnde, cum mandatum de manutenendo contineat, quod Prior, Canonici, & Capitulum de Pilari teneantur Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Sancti Saluatoris Metropolitanæ honorefice recipere diebus, quibus ad Ecclesiam de Pilari teneatur ex vi quasi possessionis hanc præcedentiam dare, cum in mandato de manutenendo concedatur Decano, Canonicis, & Capitulo Ecclesię Metropolitanæ aduersus Priorem Canonicos, & Capitulum de Pilari, & sic omnes includat.

Quæ quidem coadiuuatur ex assistentia iuris quã habet Capitulum Metropolitanæ, *vt fuit ponderatũ in decisionibus factis 13. Februarij, & 22. Iunij superioris anni*, & in puncto, † quod Capitulum Ecclesię 2 Maioris debeat de iure præcedere alios Beneficiatos, & Prælatos Ecclesiarum inferiorum *dicit Felin. in c.cum non liceat.numer.2.vers. dictis Abbatis.de præscript.* vbi quod illud procedit etiam in Ecclesia Prælati inferioris.

Con-

Concurrunt etiam sententię Sanctij, & Dalmatii, nec non laudū Archiepiscopi Alphonsi latū de anno 1573. de quibus in prædictis decisionibus. Et tandem pro maiori corroboratione dantur testes pro parte Ecclesiæ Metropolitanę, cōtra quos licet opponantur exceptiones; attamen quidquid de his exceptionibus dicendum sit, cum eorum dicta ex prædictis coadiuuentur, 3 † illę exceptiones non sunt habendę in consideratione.

Secundum quæsitum fuit, An Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ, vel Priori, & Canonicis de Pilari sit danda manus dextera, dum sedent in aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, ad quę processionaliter itur pro Missa cantanda, & concione facienda. Visum est Dominis, cum concedatur mandatum de manutenendo Ecclesiæ de Pilari in processionibus, & iste sit vnicus actus processionis, cum processio possit fieri, vt reuertatur ad eandem Ecclesiam, & ad aliam etiam peruenlatur, quæ est processio habens vim stationis, *vt per Cresper. in summa in ver. Processiones, & in ver. Litania.* ideo 4 † sicut debetur in actu ipsius processionis ita etiam debetur in Ecclesia, ad quam itur, cum illę etiam sit actus processionis, licet in illa Ecclesia decantetur Missa, aut Concio audiatur quia, vt dictum est, processio est ad illam stationem.

Tertium quæsitum fuit, an liceat Ecclesiæ Collegiatę de Pilari deferre in processionibus generalibus, & cum ad Metropolitanam accedit, Crucem, Hastam, Perticam, & Mazzam deauratas. Et negatiuè fuis dictum, & pro resolutione firmatum, quod, dum mandatum de manutenēdo loquitur de Ecclesia Metropolitana, dicit, illam debere accedere cū Cruce, & Pertica, seu Hasta deaurata, seu honorabiliori arbitrio eiusdem Capituli Metropolitanæ, dum vero loquitur de Collegiata cum Cruce, & Pertica, seu Hasta argentea, non tamen aurea, ac sceptro, & mazzi argenteis, Ex quibus dixerūt Domini, quod, quando mandatum de manutenendo voluit. Crucem esse auream, hoc expressis verbis dixit & propterea illa verba (cum Cruce in pertica argentea, non tamen aurea) sunt intelligenda ne dum de hasta, & pertica, sed etiam de Cruce, quia secundum Grammaticos poterat ita dici per nomen singulare referendo ad omnia, sicut per nomen plurale, videlicet vtendo verbo Argenteis, qua propter, 5 cum † illud nomen singulare possit congrue referri ad omnia est referēdū; maximè quia, quādo mādatū locutū est de Cruce aurea, id expressis verbis dixit.

Quartum quæsitum fuit, An Portionarii noniter instituti in Ecclesia del Pilar ad nutum amouibiles sint in dictis processionibus pręferēdi Portionatus titularibus Metropolitanę. Et negatiuè resolutum est, fuit enim consideratum, quod mandatum de manutenendo, licet dicatur, fuisse datum Ecclesię de Pilari tamquam Collegio, siue corpori, non tamen fuit factum simpliciter, sed ita vt Dignitates, Canonici, Portionarii respectiuè, nō autem in vniuersum, & ideò isti Portionarij amouibiles non debent præcedere, quia alias sequeretur absurdum, quod Portionarii amouibiles non æquales Portionariis Metropolitanæ de nouo erecti, & qui non erant in rerum natura de tempore mandati de manutenendo, deberent præcedere.

Quintum, & vltimum quæsitum est, An Prior del Pilar in absentia Decani Metropolitanæ debeat incedere solus in nobiliori loco exclusis aliis primioribus Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanę. Et affirmatiuè fuit resolutum, cum in mandato dicatur quod occurrente casu absentię alterius ex Prioribus non liceat aliis Dignitatibus ascendere ad locum Prioris absentis, & ideo tollitur omnia difficultas, cum sit sublata ex decisionibus Rotalibus, quarum vigore præscriptum mandatum fuit relaxatum.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Brundusina Archiepiscopatus

Veneris 2. May 1625.

S V M M A R I A.

1 *Executor non potest ad executionem mādati de manutenendo procedere, sed illud debet intimari, & parte nō parēte reproduci, aliàs Rota de stylo executionem vti attentatam reuocat.*
2 *Declaratoria non datur, vbi non fuit legitimè processum, quia deficit contemptus Iudicis, & sic contumacia, ex qua declaratoria conceditur, & num. 4.*
3 *Attentat Iudex procedens post inhibitionem.*
4 *Declaratoria non datur non intimato mādato de manutenendo, nec contra non comprehensum, nec citatum in eo.*

Decisio XXXVI.

PRopositi dubium per Reuerendissimum Dominum meum Archiepiscopum Seleucien. datum. An scilicet cōtra Rodium, & Capitulum sit danda declaratoria, vel potiùs constet de attentatis ita vt non sit danda declaratoria. Nam quamuis Paladinus obtinuisset mandatum de manutenendo, & illud præsentasset Episcopo Neritonen. Executor, 1 † non potuit absq; vitio attētatorum procedere ad illius executionem, sed illud erat intimandum, & parte non parente reproducendum iuxta stylū Rotę, *de quo Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 16. in fin. vers. & quamuis idem,* secundum quem stylum Rota semper reuocat huiusmodi executiones tamquam 2 attentatas. Qua propter, † cum non fuerit legitimè processum, sequitur, quod declaratoria danda non sit quia non est contēptus Iudicis, & sic contumacia, ex qua conceditur declaratoria, *Cassad. dec. 5. de cōstitut. Abb. in c. tum. 10. de iudic.*

Prętertim cum ex alio capite constet de attentatis, & quod declaratoria danda non sit, De attētatis, 3 quia † Episcopus Neritonen. post inhibitionem R. P. D. mei Reinboldi sibi intimatam processit, *Pus. dec. 385. lib. 2. Rot. decis. 26. de appell. in nou.* Quod verò declaratoria sit denēganda aduersus Rodium, 4 & Capitulum, aliud est in causa, quia † illis nō fuit intimatum mandatum, vnde cessat contemptus Iudicis. Ita pariter non est danda aduersus Vitalem, cōtra quem nempe non fuit relaxatum mandatum de manutenendo, nec interuenit citatio in ipsius relaxatione.

Et ita vna parte informante conclusum &c.

R. P. D. Merlino

Romana Confiscationis

Veneris 18. Aprilis 1625.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum apprehensionis possessionis, alio non possidēte, vt præsumitur, probat possessionem manutenibilem.*
2 *Possessio probatur ex testibus de ea, & fructuū perceptione deponentibus.*

3 Pos-

3 *Possessio præsumptiua continuata est manutenenda non obstante immissione alterius in vim sententiæ ex actis non iustificatæ.*

4 *Possessio ciuilis animo retenta operatur, vt per viã manutentionis agi possit ad recuperationem naturalis.*

5 *Possessio iunior, & sic secundum extremum ad effectum spolij probatur ex litis substentatione iunctis adminiculis.*

6 *Bannito plenaria gratia restituto competit remediũ reintegrandæ ad bona. Ampl. vt num. 9.*

7 *Confiscari non possunt bona filij delinquentis in præiudicium patris illa possidentis, siue sint ex peculio profectitio, siue aduentitio, siue castrensi.*

8 *Confiscatio bonorum vassalli an fieri debeat ad fauorem R.C.A. vel Baronis.*

Decisio XXXVII.

PEtrus fuerat in foro Reuerendiss. D. Gubernatoris condemnatus in contumaciam ob receptationem Bannitorum in pęnam vitę, & confiscationis bonorum C. A. applicandorum, post quam sententiam absque alia immediate ab Officialibus Excellentiss. D. Ducis Vrsini fuerunt occupata bona eiusdẽ Petri existẽtia in Terra Scãdrisiæ, & Montis Libretti. Verum, cum deinde Petrus obtenuisset plenariam restitutionẽ, & reintegrationẽ à S. Me: Greg. XV. & gratiam, quam sibi prodesse pretendebat etiam pro dictorum bonorum libera recuperatione, instetit tam nomine proprio, quam Diomedis patris me proponente manuteneri, & quatenus opus esset reintegrari ad possessionem dd. bonorum in prædictis Castris confiscatorũ; super quibus proposito dubio sub die 14. Iunii preteriti, cum possessio anterior Petri, & Diomedis concludenter nõ visa fuerit probari, tunc Dominis placuit solum firmare gratiam prędictam restitutionis, & reintegrationis à S. Me: Greg. XV. concessam Petro cõprehẽdere etiam bona, vt in decisione, modo autem examinatis testibus, & aliis absolutis probationibus super possessione anteriori Diomedis, & Petri, hodie reproposito eodẽ dubio Domini responderunt, prædictum Diomedem, & Petrum esse manutenendos, & quatenus opus sit reintegrandos.

Et moti sunt, quoniam quoad manutentionẽ probat Diomedes, & Petrus, se appręhẽdisse possessionem dd. bonorũ in vim tẽstamenti Egidii Aui materni dicti Petri, vt ex ipso instrumento apprehen-
1 sionis, † quod, alio non possidente, vt presumitur, bene probat possessionem, & quidem manutenibilẽ, *l. prædia. vbi Alex. & alii ff. de acq. poss. Cas. de Grass.*
2 *dec. 4. nu. 1.* † preteream iuncta trium testium dicto, qui concludenter de possessione Petri, & Diomedis deponunt cum fructuum perceptione, *l. Titia. ff. de solut. l. testibus. C. de agris. & censit. lib. XI. Crauett. cons. 107. num. 2. Rot. coram eodem S. Me: Greg. XV.*
3 *dec. 160. nu. 2. & in recent. dec. 131. nu. 2. par. 1.* † quę quidem possessio, cum presumatur continuata, videtur consequenter danda manutentio, non obstante, quod vigore sententiæ confiscationis Officialis dicti Excellentiss. Ducis se intruserint, quia, cum dicta sententia nõ iustificetur ex actis, & ipsi Diome-
4 des, & Petrus non habuerint se pro spoliatis, & † ciuilem possessionẽ animo retinuerint, sequitur, quod per viam manutentionis possint agere ad recuperationem possessionis naturalis.

At quidquid esset de manutentione Domini facilius inclinarunt pro reintegratione, quia duo extrema, quę in hoc remedio sunt necessaria, nempe possessio anterior, & posterior rei conuenti satis, superq; videtur iustificata quoad possessionem antiquiorem Petri, & Diomedis, vt supra, fuit ostensum appręhensionis possessionis instrumentum, & testes concludenter deponentes.

Quo vero ad possessionem recentem ipsius D.
5 Ducis adest litis substentatio, † quæ iuncta adminiculis sufficit pro iustificatione secundi extremi, *Caputaq. dec. 169. par. 2. Cas. de Grass. decis. 4. num. 2. de restit. spoliat. Rot. coram S. Me: Greg. XV. dec. 485. num. 1. & in Romana Saluiani 15. Aprilis 1622. coram me.* concurrunt hic autem adminicula, nempe confessio facta in schedula ipsius Excellentiss. D. Duci signata, & secundus testis iuxta 12. ibi, *& hoggi non possiede, ma li possiede la Corte, cioè S. E.*

Nec obstare visum fuit predictam sententiã confiscationis, quia ea fuit sublata per subsequentem restitutionem, & reintegrationem sub amplissimis verbis conceptam, quæ, vt alia decisione fuit firmatum, trahitur etiam ad recuperationem bonorum, licet de eis expressa mentio facta non fuerit, quia,
6 † stante gratia plenaria restitutionis, competit huiusmodi restitutis, & gratiatis remediũ reintegrandę pro recuperanda possessione bonorum, *Bald. in l. pen. nu. 1. C. de capt. & postlim. reuers. Barzazz. cons. ciuil. 20. num. 29. & seq. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. numer. 65. Odd. de restit. in integr. quæst. 99. art. 3. num. 24.*

Quibus addebant, quod dicta confiscatio, & sententia non iustificatur ex actis, & amplius illius vigore non potuerant hec bona auferri, tam quoad Diomedem patrem; quam quoad Petrum filium.
7 Quoad Diomedem patrem, † quia ex delicto Petri filii non potuerunt confiscari bona in præiudicium patris illa possidentis, siue enim considerentur huiusmodi bona, vt peculiũ profectitiũ filii, *ad not. per Doct. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. inf. Rip. in l. fin. q. 70. de reuoc. donat. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 8. num. 7. vers. si delinquitur. Clar. in §. fin. q. 78. vers. præterea quæro. vbi asserit in hoc neminem dubitare. Hond. cons. 95. num. 36. lib. 1.* siue vt peculiũ aduentitium, vt in præsenti, hęc enim bona peruenerunt ad filium ex hereditate Aui materni, in quibus pater habet vsumfructum, *l. cum oporteat. C. de bon. quæ lib.* & in his aduentitiis pater ad aliquid non tenetur pro delicto filii, *Bart. in d. §. si de vectigalibus. num. 12. Alex. num. 44. Clar. in ead. qu. 78. vers. sed quid in aduentitiis. Hond. eod. cons. 95. nu. 35. Farin. in prax. q. 24. nu. 5.* & quod magis est, nec in bonis castrensibus fieri potest confiscatio, sed patri omnia reseruantur in solatium ipsius patriæ potestatis, *ad l. 3. C. de bon. proscript. & ibi not. Odofred. Cyn. Bart. Alberic. & alij. Couar. & alij loc. cit. nu. 7. vers. hinc apparet. latè Farin. d. q. 24. nu. 11. & seqq. vers. quibus tamẽ. qui de veriori, receptiori, & æquiori testatur, & secuta est Rot. in Cesenaten. de Cuctiag. 2. Februarij 1600. coram bo. mem. Litta, quæ est decis. 145. num. 1. post 2. vol. cons. Farin.*

Quo verò ad Petrum, quia & Constitutio Fel. record. Sixti V. contra receptatores Bannitorum, & & ipsa sententia Reuerendiss. D. Gubernatoris cõ-
8 tra Petrum lata expressim † mandant, bona confiscari, & illa applicari R. C. A. & fisco Pontificio, quorum verborum sensus etiam vsu comprobatus est, vt Camera Apostolica, non autem Barones confiscent, quemadmodum de huiusmodi consuetudine attestatur bo: me. *Lomellinus olim Cameræ Apostolicæ Commissarius post cons. parn. impress. apud Menoch. cons. 605.* & similibus consuetudinibus in hac materia confiscationis standum esse, *post Crauett. Gasp. Ant. Thesaur. ad dec. Patris 132. num. 37. post princ.* & sanę menti consonum omnino repugnat, quod appellatione Camerę Apostolicę, & Fisci Pontificis veniant Barones: vel in omnem euentum Officiales D. Ducis, vt ritè potuissent confiscare bona in territorio Scandrilię existentia, debebant acta coram D. Gubernatore Vrbis transportare, vel alium pro-

cessum,

cessum, & condemnationem facere, non autem niti solum sententia D. Gubernatoris Vrbis, quia illa strictè mandat, bona Petri applicari Cameræ Apostolicæ, & dicta sententia debebat acceptari, & exequi, prout loquebatur, & cum D. Dux nitatur solum dicta sententia Iudicis Pontificii, sequitur, quod 9 † gratia reintegratoria, obtenta postea ab eodem Summo Pontifice suffragetur etiam pro eisdem bonis per D. Ducem confiscatis, ad *Pacif. cons. 57. nu. 52. lib. 4. cum aliis relatis in d. prima dec. in fin.* tanto magis cum Papa iubeat in dicta gratia cassari processum, & sententiam cum omnibus inde secutis tã in Curia, quam alibi.

Et ita responsum fuit &c.

R.P.D. Merlino.

Squillacensis Abbatiæ

Mercurij 21. Maij 1625.

SVMMARIA.

1. *Possessio Iudicis auctoritate capta iustu, & manutenibilis est*
2. *Immissio per Iudicem data priuat primum possessorem omni possessione.*
3. *Decl. si tamen Index ritè, & rectè processerit.*
4. *Executionem passus vt excludatur à manutentione, & includatur immissus à Iudice, sat est, nullitatẽ vel iniustitiã aliqua excusatione, seu ratione velari posse.*
5. *Validitas sententiæ dignoscitur ex seruatione omniũ requisitorum.*
6. *Subrogatus gratiose quid probare debeat pro immissione.*
7. *Reseruatio quando resultet in vim* reg. 3. de subrog. qu. 15.
8. *Committens causam cũ clausula, Parito Breui, quod continet ipsius priuationem possessionis, non venit manutenendus.*

Decisio XXXVIII.

ABbati M. Antonio Viano prouiso Apostolico de Monasterio, & Abbatiæ S. Basilii dixerunt Domini esse dandum mandatum de manutenendo, quia constat in vim sententiæ A. C. ipsum M. Antonium apprehendisse possessionem 1 dictæ Abbatiæ, & illius bonorum, † quia possessio tamquam capta Iudicis auctoritate iusta, & manutenibilis est, *l. iuste possider. ff. de acq. poss. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. ff eod.* Rot. *dec. 62. nu. 3. par. 2. diuer. & dec. 173. num. 1. & dec. 634. num. 1. par. 1. recent.*

Nec refragari putarunt Domini, quòd Scipio prouisus ab Ordinario prius apprehenderit possessionem eiusdem Monasterii, vnde ipsi tamquam anteriori possessori potius debita videatur manutentio 2 quoniam † Scipio per dictam sententiam A. C. fuit priuatus quacumque possessione, quam prius nactus fuisset, *vt tradit Ang. in d. §. qui ad nundinas. num. 2.* 3 *cum aliis supra citatis*, & † quamuis hoc sibi locum vendicet, dummodo Iudex ritè, & rectè processerit, vt millies dictum fuit in Rota, attamen hic & de validitate, & iustitia sententiæ A. C. satis liquet saltim ad hunc effectum confouendi videlicet in possessione ipsum immissum à Iudice, & excludendi à manutentione eum, qui passus est executionem, 4 † sufficit enim nullitatem, vel iniustitiam non esse adeo euidentem, ac notoriam, vt aliqua excusatione,

ne, seu ratione velari non possit, Rot. *dec. 674. num. 3. par. 1. & dec. 646. num. 1. par. 2. recent. & in Romana de Bombellis 31. May 1613. coram bo. mem. Cardinali Sacrato, quam postea sæpe secuta est in aliis causis.*

5 Validitas † autem sententiæ hic deprehendebatur, quia fuerũt seruata omnia requisita, *Caputaq. dec. 262. par. 2.* & ex relatione Notarii A. C. constat citationem, quæ Scipionem vigebat ad sententiam sub die 25. Octobris, cecidisse in diem 10. Nouembris eo, quod dicta citatio fuit facta ad sextam diẽ iuridicam.

Iustitia vero deducitur, quia ipse Abbas M. Antonius subrogatus gratiosè ad possessionem q. Ioan-6 nis Serræ vltimi possessoris † probauerat tria illa necessaria, nimirum proprium Clericatum ex literis patentibus, obitum in possessione dicti Serræ ex prouisione eiusdem Scipionis, & reseruationẽ, quibus probatis immissio non denegatur subrogato, *Mohed dec. 11. vt lit. pend. &* Rot. *coram S. me. Greg. XV. dec. 103. cum aliis vulg.*

7 Reseruatio † vero bene insurgebat, quia dictum Monasteriũ est Ordinis S. Basilii, & Dignitas in Ecclesia Conuentuali, vbi Abbas degit, & quatuor Monaci, & vnus Diaconus, vt legitur in relatione Visitationis Apostolici de anno 1607. data in summario M. Antonii *num. 5.* & est solitum dari in cõmendam, prout in commendã habuit Ioannes Baptista Caraffa, qui eidem Serræ vltimo possessori resignauit, & ex his bene resultat reseruatio vigore, *reg. 2. de subrog. q. 15. Mandos. ad d. reg. 2. q. 3. nu. 2. Card. Seraph. dec. 1498. num 2. & 6.*

Et tandem cessare visa est omnis difficultas, quià Scipio priuatus fuit, ne dum sua prima possessione per sententiam A. C. sed ea prius priuatus fuerat p Breue S. Me. Greg. XV. & quidquid esset de sententia, certum est non posse per Scipionem impugnari 8 d. Breue, † quia ipse obtinuit causam committi in Rota cum clausula *Parito breui*, vnde debet Scipio dicto Breui obtemperando possessionem dimittere, & vacuam cedere M. Antonio, & sic per dictam clausulam Scipioni prohibita est manutentio contra M. Antonium qui nititur dicto Breui, *vt in his terminis fuit resolutum in Cunchen. Præstimonii 11. Decembris 1596. coram Cardinali Seraphino, quæ nũ est inter eius impressas, & secuta est in Regien. Beneficii 13. Ianuarii 1597. coram bo. me. Litta.*

Et ita vtraque parte informante &c.

Manzanedo

Romana Deuolutionis Domus

Veneris 29. Aprilis 1622.

SVMMARIA.

1. *Caducitas non inducitur ob subhastationem, & deliberationem auctore Iudice factam irrequisito domino directo.*
2. *Emphyteutica bona non comprehenduntur in obligatione generali.*
3. *In inuestitura pluribus concessa cum verbo,* Insolidum, *aut alio distributiuo, quod idem importet, habet locum ius accrescendi, vbi exempla.*
4. *Melioramenta ex conuentione facienda per emphyteutam longo temporis spatio facta præsumuntur, & post triginta annos actio præscripta dicitur.*
Actio omnis realis spacio 30. annorum præscribitur.
5. *Caducitas ob melioramenta non facta remissa censetur ex canonum receptione.*

Decisio XXXIX.

CVM proposuissem istam causam 17. Iunii 1619. super mandato de manutenendo,& Cęsare tantum informante, fuissetque pro illo capta resolutio,& postea vtraq; parte informãte super eadem causa proposita 4. Februarii 1620. fuit dictum,quod videretur de bono iure,super quo 25. Iunii 1621. causam iterum proposui,& Monasterium fundante suam intentionem in deuolutione ex diuersis capitibus tūc fuit dictum, deuolutionem non intrare quoad canonem non solutum, & quod de aliis videretur. Vnde hodie super aliis dubitaui & pro parte Monasterii ex tribus deuolutio prętendebatur,nempe ob alienationem mansiunculę istius domus irrequisito domino factam,Secundo ob lineã finitam per mortem Francisci,& Antonii fratrum, qui primo loco fuerunt inuestiti; Tertio, & vltimo ob non obseruantiam pactorum respicientium melioramenta conuenta.

Quoad primum non potest dubitari in facto de alienatione irrequisito Domino facta,attamen instantibus creditoribus Antonii,& auctore Iudice,& sic coactè fuit subhastata,& deliberata pars domus, 1 †quo casu nō causatur caducitas,cum ab emphyteuta facta non videatur, *Afflict.dec.191.num.2.& 4. Corbul.de cauf. priuat.ob alienat.lim.23.nu.1.& seq. Surd.dec.220.nu.39.& seqq.*

Non obstat,quod caducitas ne dum deducatur ex illo actu iudiciali subhastationis,& deliberationis, sed etiam ex ipsa hypotecatione voluntariè facta per Antonium, quę eodem modo prohibita est etiã sub pęna caducitatis, quo, & ipsa alienatio, fuit enim responsum de tali speciali hypoteca non cō- 2 stare,& † obligationem generalem omnium bonorũ non compręhendere bona alienari prohibita,etiam quod alienans incurreret caducitatem, *Bald.in l.voluntas.num.14. de fideicom. Alex.conf.41.num.2.& conf.45.nu.1.lib.6.Mantic. de tacit.& ambig.lib.22. tit.28 nu 54.*

Quo vero ad secundum caput deuolutionis ob lineam Francisci, & Antonii finitam visum fuit non intrare, tum quia Cęsar probat se filium Antonii inuestiti ex fide baptismi data, tum etiam quia non constat de morte Francisci vnius ex duobus fratribus inuestitis,& quamuis constaret,non obstaret,quia versamur in casu, in quo est locus iuri accrescendi, & cessat reuersio ad Ecclesiam, quod probatur, quia 3 † quotiescumq; in inuestitura concessa duobus fratribus adsūt verba, *Insolidū*, vel alia distributiua,quę idem importent,intrat hoc ius accrescendi, *l. hoc articulo.ff.de hęred.instit.l.si pluribus,& ibi gl.ff.de leg.2.Ladere.conf.40.num 7. Aliob.conf 68.nu.7.lib.1.Mantic.vbi supra lib.22.tit.24.num.28. & fuit dictum in vna Forojulien. Bonorum 14.Decēbris 1618. coram R.P.D.meo Remboldo.* sed sic est,quod in inuestitura prędictis fratribus concessa ad tertiã ipsorum generationem videlicet ad vitam ipsorum Francisci,& Antonii, & filiorum suorum masculorum,& nepotum, et in defectu eorum generationis ad tertiam nominationē, similiter ab illis fratribus incipiendam videlicet ad vitam ipsorum fratrum, vel alterius personę per ipsos fratres, seu alterum eorum superuiuentem nominandę,prædicta Dictio, Seu per alterum eorum superuiuentem nominandæ, est distributiua,et inductiuã iuris accrescendi, *vt bene tradit Bald.conf.25.num.2.vers. sed tenor scripturæ,& num.3.Corbul.de cauf. priuat. ob lin.fin.nu.21. & seqq.* quod multo magis denotat illud participiũ, seu per alterum eorum superuiuentium, ex quo datur intelligi, seu compręhenso in tertia generatione superuiuenti, illi competere ius accrescēdi,quod clarius confirmatur ex eadem inuestitura habente clausulam, *Itaque extincta d.generatione, sine nominatione, tertia in defectu d. tertiæ generationis domus prædicta redeat ad Monasterium*, quæ clausula arguit,actam esse,vt, donec aliquis viueret ex ibi expressis,domus non reuertatur ad Ecclesiam,sed inducatur ius accrescendi,seu non decrescendi, *vt not. Specul.in tit.locat.§.nunc aliqua, quæst.155.nu.183. Ias.in l.2.q.17.nu. 101.C.de iur.emphyt. Castr.conf.46.num.1.lib.2. Alex. conf.17.nu.9.lib.5.Corbul.vbi de communi, & plures pro ista sententia adducit de communi testantes.* Clarum est enim, contrahentes noluisse domum reuerte ad Ecclesiã, nisi post mortē dd. duorũ fratrũ inuestitorũ,& reliquorũ omniũ in tertia generatione,seu tertia nominatione compręhensorum,& ante reuersionem debere domum peruenire ad omnes supradictos, ita vt ante casum reuersionis specificatum intret ius accrescendi, seu nō decrescendi ad fauorem supradictorum ex doctrinis supra allegatis.

Quoad tertium caput propter melioramenta cō- 4 uenta non facta, fuit responsum, † quod, cum ista concessio emphyteusis facta de anno 1550.per cursum 70. annorum qui effluxerunt, præsumuntur d. melioramenta facta,aut saltem actio præscripta,cũ 5 † omnis actio realis spatio 30.annorũ pręscribatur, *Gabr. de præscript.concl.7. per tot.* tum etiam quia, 6 † cum isto medio tempore fuerint canones soluti, & recepti pro parte Monasterii,& ex quo inducitur prædictæ caducitatis remissio, *vt per Dec.conf.329. num.3.vers. sed replicari potest Mantic. vbi sup dd. lib.22.tit. 33.numer.10.vers. simili modo.Corbul.de cauf. priuat.ob alienat. limit.4. vbi plures adducit,* videtur hodie non esse locum caducitati ex dicto capite 3.

Ex quibus non constare de bono iure Monasterii fuit resolutum &c.

Eminentiss.D.Card.Verospio.

Tusculana Siluarum

Mercurij 18. Maij 1616.

S V M M A R I A.

1. *Possessio probatur ex testibus deponentibus de visu, publica voce,& Fama,& auditu à maioribus.*
2. *Manutentio competit probata possessione.*
3. *Præsumitur quis in dubio possidere iure proprio,non alieno, seu precario.*
4. *Communitas habet iuris assistentiam,quod Pastua, & Silua ad illam pertineant.*
5. *Solutio facta sub nomine gabellæ censetur facta respectu iurisdictionis, non autem dominij.*
6. *Res vna,& eadem diuersis respectibus potest à pluribus possideri.*

Decisio XXXX.

VNiuersitas,& homines Terrę Rocchę Papæ,cum se grauatos prætenderent ab Excellentissimo D.Comestabili,qui per certa bannimenta prohibuit ipsos in siluis in eo territorio existentibus incidere ligna, recursum habuerunt ad Sanctissimum, & causa coram me tamquã ab A.C.deputato introducta dubitaui, an d.Hominibus dandum esset mandatum de manutenēdo in siluis,de quibus agitur, cedendi ligna,nec non carbones conficiendi,& ,nullo pro parte D.Comestabilis in-

informante, fuit per D.D. affirmatiue responsum.

1 Nam † constat de huiusmodi possessione per testes qui deponunt de visu per 40. annos, & vltra, de publica voce, & fama, & de auditu a maioribus, ex quibus dictorum possessio bene probatur, *Alex. consf. 103. numer. 3. lib. 3. Rot. dec. 375. num. 1. par. 3. lib. 2. diuer. cum alijs per Menoch. de retin. remed. vlt. num.*

2 *34.* & † sic competit manutentio, *§. retinenda, Inst. de interd. l. 1. §. huius autem. vbi Bart. in princ. ff. vti possid. Decian l. fin. num. 7. C. de edict. diu. Adr. toll.*

Nec ista possessio fuit precaria, videlicet de licentia D.D. de Columna, id enim in facto negatur,

3 & † in dubio quis iure proprio, nō alieno possidere præsumitur, *l. titia. ff. de solut. gl. in l. 2. in verb. vt dominum, vbi Bart. & Salic. C. de acq. poss. Surd. cons.*

4 *135. num. 24.* tanto magis cum hic, † vltra iuris assistentiam pro Communitate, quod pascua, & siluæ ad illam pertineant, *l. omnes. la seconda. C. de oper. public. l. omne territorium. C. de censib. lib. 11. Conar. pract. quæst. cap. 37. num. 7. Menoch. cons. 437. nom. 2. & cons. 944. numer. 62. & idem tenuit Rot. in causa Tiburtina Castri Sancti Pauli 19. Iunij 1592. coram Litta,* ex testibus pro eadem examinatis apparet dd. hominum possessio in huiusmodi siluis, quæ semper Communitatis reputatæ, & nuncupatæ fuerunt.

Non obstat solutio Domino Castri pro tempore

5 ab ipsis facta, quia † solum ad euenit pro gabellis respectu iurisdictionis, vnde fuit tantummodo soluendum, vbi carbones, & ligna de territorio extrahebantur, non autem quando pro vsu illorum hominū inseruiebant; nec id esse potuit respectu dominij, cum illa sub nomine gabellæ, non autem recognitionis soluerint, prout non solum ex testium depositione constat, sed ex bannimentis ipsius D. Comestabilis, in quibus habetur dd. homines cum solita gabellæ recognitione in siluis, de quibus agitur incidisse ligna, & carbones confecisse, nec aliud pro parte Communitatis prætenditur.

Vnde non controuertitur in eisdem siluis D. Comestabili competere ius glandium, quod non repu-

6 gnat iuri Communitatis, cum † vna, & eadem res diuersis respectibus valeat à pluribus possideri, *Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possid. Alex. cons. 99. num. 23. lib. 5. Rimin. Sen. cons. 219. num. 21. Oldrad. cons. 227. Rot. dec. 363. num. 3. par. 1. diuers.*

EODEM.

Eadem.

Lunæ 6. Iunij 1616.

S V M M A R I A.

1 *Communitatis possessio non probatur ex possessione singulorum, cum aliud sit communitas, aliud singuli de communitate.*

2 *Nisi actus fecerint tamquam in loco Communitatis, & de illius scientia, & patientia, qua dicitur apparere ex actibus per longissimum tempus continuatis, & ex conuocatione Consilij desuper facta.*

3 *Extende limitationem etiam si possessionis vtilitas in vsum particularium conuertatur.*

4 *Solutio gabellæ respicit iurisdictionem, non dominium.*

5 *Illatio non fit de vna possessione ad aliam diuersam.*

6 *Res vna, & eadē potest à pluribus diuersis respectibus possideri.*

7 *Licentia ad aliquid petita Domino Castri ab aliquibus de Communitate non præiudicat Communitati.*

8 *Præsumptio facultatiua possessionis tollitur ex multiplicatis actibus per antiquissimum tempus.*

9 *Prohibitio de vna re ad aliam non infertur.*

10 *Præsumptio clandestina, & turbatiua possessionis tollitur ex longa continuatione.*

11 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda & ad concordiam reducenda.*

12 *Dominium concernentia non discutiuntur in summarissimo possessorio, sed reijciuntur ad petitorium.*

Decisio XXXXI.

FIrmato coram me sub die 18. Maij præteriti, quod Vniuersitati, & hominibus Rocchæ Papæ dandum esset mandatum de manutenendo pro lignorum incisione, nec non confectione carbonum in siluis in eo territorio existentibus, ex quo pro parte Excellentiss. D. Comestabilis informatū non fuerat, denuo causa ipso audito per me proposita visum Dominis fuit standum in decisis non obstātibus in contrarium adductis.

1 Et primo non releuat † Communitatis possessionem ex possessione singulorum non probari, cum aliud sit ipsa Communitas, aliud singuli de Communitate, cessat enim obiectum ex testium depo-

2 sitionibus, ex quibus † probatur singulos tamquam in silua Communitatis incidisse ligna, nec non de scientia, & patientia eiusdem Communitatis apparet ex continuata siluarum incisione per longissimū tempus, & ex alijs actibus conuocato Consilio pro ipsius siluæ defensione factis, ex quibus per singulos bene dicitur acquisita, & conseruata Communitatis possessio, *vt per Capoll. de seruit. rustic. præd. tit. de seruit. iur. pasc. cap. 9. num. 28. & seq. Paris. cons. 11. num. 72. lib. 1. Surd. cons. 28. num. 32. & seq. Affl. dec. 376. num. 6.*

3 Et licet † isti particulares possessionis vtilitatē in vsum proprium conuerterint, non tamen implicat ius esse vniuersitatis, vtilitatem vero singulorū, *glos. in l. sicut. in ver. non debetur. in fin. ff. quod cuiusque vniuersit. Paul. de Castr. in d. l. sicut. §. si quid vni. num. 6.*

Non obstat ab antiquissimo tempore DD. Columnenses locasse siluaticum, & pretium recepisse, quia possessioni dd. hominum id non repugnat, cum

4 † solutio facta fuerit pro gabella respectu iurisdictionis in extractione, vt ex testibus etiam colligitur, qui deponunt solutioni dumtaxat locum fuisse, vbi carbones, & ligna de territorio extrahebantur, non autem quando pro vsu dd. hominum inseruiebant.

Non obstat pariter eosdem homines de certis vineis, & arundinetis D. Comestabili certam portio-

5 tionem respondere, nam † inde ad possessionem, de qua agitur, inferri non valet; sicut etiam non releuat, absque licentia D. D. Columnensium dd. siluas ad culturam redigi non posse, hæc enim ad præsentem casum non influunt, cum hodie solum de lignis incidendis, & conficiendis carbonibus agatur.

Non obstat Comestabilē esse in possessione glandeandi pascua, nec non custodes apponendi, quia talis possessio non præiudicat possessioni Commu-

6 nitatis respectu iuris incidendi arbores, cum † vna & eadem res diuersis respectibus, valeat à pluribus possideri, *Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possid. Alex. cons. 99. numer. 25. lib. 5. Rimin. Sen. cons. 219. num. 11. Oldrad. cons. 227. Rot. dec. 363. num. 3. par. 1. diuers.*

Quod excipitur, nonnullos de Vniuersitate pe-

 sijsse

uisse licentiam incidendi ligna pro domibus reparandis, non officit, † cum d. licétia ab aliquibus petita vniuersis de Communitate preiudicare non potuerit, *Rim. cons. 107. num. 4. lib 1. Surd. cons. 323. nu. 10 & seq lib. 3.* Et licet ex aduerso prætendatur huiusmodi licentia fuisse concessam Vniuersitati, & sic eius possessionem esse facultatiuam; fuit tamen responsum illā pro domorum tantū reparatione emanasse pro scandulis conficiendis, quę, vt testes deponunt, fiunt solum de arboribus glandiferis, quorum incisio per D. Comestabilem impeditur ob interesse iuris glandeandi, quod habet, Vnde non mirum si d. incisio ab eo veniat approbanda: de licentia vero carbonum non apparet, nec quod illa fuerit effectuata, immo ex quadam copia pro parte D. Comestabilis producta colligitur, illam solū emanasse ad effectum catractionis, quæ possessioni, de qua agitur non præiudicat, & in omnem euentum † ex multiplicitatis actibus per antiquissimum tempus facultatiuæ possessionis præsumptio tolleretur, *Rip. in c. cum Ecclesia sutrina. num. 55. de caus. poss. & propr. Seraph. dec. 212 num. 2.*

Non obstat, DD. Columnenses per publica bannimenta lignorum incisionem in silua nuncupata, Cōmunitatis, prohibuisse, nō enim constat de prohibitione effectum sortita, quamuis in silua particulari ipsius Domini prohibitio verificetur, † de vna autem silua ad aliam inferri non potest, *Din. cons. 21. in fin. Soc. Iun. cons. 79. num. 21. lib. 3.*

Non obstat dicere Communitatis possessionem vel clandestinam, vel turbatiuam non releuare, quia probatur ex testibus illam antiquissimam, & continuatam extitisse, vnde † præsumptio clandestinæ, & turbatiuæ possessionis tollitur, *Bald. cons. 161. num. 2. vers. item non dicitur illa clandestina. lib. 3. Alex. cons. 110. in prin. lib. 2.*

Circa prætensas contrarietates, quæ testibus Cōmunitatis obijciuntur, bene videntur illę tolli per informantes, vltra quod † cauillanda non sunt dicta testium, sed potiùs coadiuuanda veniunt, & ad concordiam reducenda, *Alex. cons. 186. num. 4. lib. 7. Dec. cons. 270. num. 7. par. 3.*

Cætera verò in contrarium adducta, vel compatibilia sunt cum possessione cedendi ligna, & carbones conficiendi, vel concernunt dominium, † de quo discutiendū non est in hoc summarijssimo possessorio, sed ad petitorium illud venit reijciendum, *Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 3. ff. de acq. poss. Natt. cons. 419. nu. 5. lib. 2. Capic. dec. 121. nu. 30. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 675.*

Et ita &c.

Seleucien.

Veronen. Contributionum

Lunæ 17. Iunij 1624.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio datur ex possessione probata de tempore mota litis.*
2. *Probatio semiplena sufficit in summarijssimo possessorio.*
3. *Titulo superueniente præsumitur quis absq. alia declaratione mutasse causam possessionis.*
4. *Possessio nō censetur amissa lapsu decennij, vbi quis fecit diligentias in Signatura, & Rota.*
5. *Possessio metienda est ex parte possidentis, nec variatur ex mutatione personarum, contra quas fuit acquisita.*

Decisio XLII.

ROta censuit, esse dandum mandatum de manutenendo Rectori loci de Pazzono in possessione exigendi plaustrum frumenti, & fabarum, nec non certas mensuras vulgariter dictas, Bazzettas olei, ab Archipręsbytero Sanctæ Mariæ de Caprino pro supplemento eius congruæ, 1 quia † de eius possessione constat de tempore motę litis, *vulgat. §. retinendæ. Inst. de interd.*

De hac enim deponunt duo testes examinati in Curia, quorum primus deponit de confessione extraiudiciali Rocchi Archipręsbyteri defuncti pluries facta dicto Rectori, alius verò dicit, se vidisse quietantias huiusmodi solutionū pręstationis factas per Rectorem ad fauorem Archipręsbyteri, & vterque testis deponit de publica voce, & fama per verba, fuit, & est, quæ depositiones coniunctæ cum alijs adminiculis satis probāt in hoc iudicio summarissimo, 2 † in quo sufficit semiplena probatio, *Menoch. de retin. remed. vlt. numer. 134. Seraph. decis. 392. & dec. 561. in princ. Rot. decis. 214. num. 3. par. 1. recent.*

Adminiculatur etiā quasi possessio ex titulo prębendo, scilicet per sententiam Ordinarii Brixien. delegati à Congregatione Sacri Concilii, in qua sententia Curato adiudicatur dictum Plaustrum frumenti vna cum alijs, in quibus petitur manutentio, 3 † ex quo titulo potuit absq; aliæ animi declaratione dictus Rector sibi mutare causam possessionis, *Achill. dec. 4. de caus. poss. & propriet. Cresc. dec. 3. nu. 3. de restit. spol.*

Nec potest dici, dictum Rectorem amisisse possessionem per lapsum decennii, 4 † quia constat, ipsum multas diligentias fecisse, tàm in signatura, quàm in Rota, vt patet ex decreto Reuerendiss. D. mei Decani, nec non ex decisione in hac causa corā me facta sub die 30. Ianuarii 1617. in qua canoniżatur bonum ius Rectoris.

Non obstat deniq; quod non probetur possessio 5 contra modernum Archipresbyterum, quia † possessio metienda est ex parte possidentis, nec variatur ex mutatione personarum, contra quas fuit acquisita possessio, *iuxta decis. Guid. Pap. 619. Seraph decis. 878. num. 1, & 2. & coram fel. record. Greg. dec. 275. num. 2.* Idq; tanto magis, quia Rector agit contra Archipręsbyterū pro prǽstatione annua debita Rectoriæ super fructibus, & decimis Archipręsbyteratus.

Et ita decisum vna tantū parte informante, altera verò citata, & non comparente &c.

Manzanedo

Parmen. Canonicatus, & Beneficij

Veneris 9. Iunij 1623.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alio in ea non existente, est manutenibilis.*
2. *Confessione aduersarij in actis probatur possessio.*
3. *Manutentio non denegatur anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.*
4. *Clausula, vocatis vocandis, in literis Apostolicis posita facit, vt immissio data nō citato anteriori possessori sit nulla, & ipsum non priuet.*
5. *Citatio ad valuas non solet fieri nisi grauis contumacia.*

Decisio XLIII.

PRO Camillo informante fuit resolutum, nempè illi esse dandam manutentionem in possessione Canonicatus, & Beneficii, de quibus agitur, cũ de ea constet ex instrumento apprehensionis, illius, 1 † quæ, licet instrumentalis, alio tamen non existente in possessione, est manutenibilis, *l. fundum. vbi Bart. ff. de acq. poss. Rot. decis. 171. par. 2. recent. & fuit sæpissimè decisum*, & quamuis non appareat de mandato procuratoris, qui possessionem dicti Beneficii cepit 2 nomine Camilli, † de illa visum fuit satis constare ex confessione Petri Martini aduersarii in quadam comparitione per ipsum facta, in qua asseruit, dictũ Camillum poss. disse, & nõ habuisse se pro spoliato, 3 † quo casu illi denegari non debet manutentio, *Rot. diuer. dec. 802. par. 1. & dec. 19. nu. 12. par. 2. Seraph. dec. 1471.*

Non obstat possessio postea capta per Petrum Martinum vigore decreti Vicarii Regien. executo-4 ris literarum Apostolicarum, † quia, cum dictæ literæ habeant clausulam, vocatis vocandis, nempè d. Camillo, & aliis, & cũ Camillus nõ fuerit citatus, dictus executor nulliter processit ad immissionem ad fauorem Petri Martini, & sic non priuauit Camillum sua anteriori possessione, *Rot. dec. 302. par. 1. diuers.* & quamuis fuerit citatus procurator Ca-5 milli, attamen reperitur citatus ad valuas, † quod non solet fieri, nisi præuia cõtumacia, *Vestr. in prax. cap. 4. lib. 4.* quæ contumacia non apparet in casu nostro: præsertim cum dicatur executa ad valuas Ecclesiæ Mutinen. & non Parmen.

Et ita &c.

E O D E M

Romana Spolii Domus

Veneris 10. Maii 1624.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum possessionis in vim mandati Iudicis plene probat etiam ad effectum manutentionis.*
2. *Monitorio partis aduersæ in spolio probatur possessio.*
3. *Sententia reintegratoria iusta, & valida priuat spoliantem naturali, & ciuili possessione.*
4. *Citatio non facta de aliquo ex fratribus pro indiuiso possidente reddit sententiam, & immissionem nullam quoad omnes.*
5. *Sententia in spolio ex capite nullitatis subhastationis dicitur iniusta ob nõ trasportationem omniũ actorum subhastationis, & deliberationis.*
6. *Spolii actio non competit post lapsum 30. annorum.*
7. *Intellige inter laicos, secus quoad Ecclesiam, contra quam requiritur præscriptio 40. annorum.*
8. *Mandatum de reintegrando dicitur iniustum ratione excessus, si datum sit ad instantiam vnius ad totam rem communem cum aliis.*

Decisio XLIV.

CVM de anno 1587. fuisset relaxatum mandatum ab A. C. ad instantiam Grippæ creditoris Octauii Ferri, & illius vigore facta executio, super quadam parte domus ad dictũ Octauium spectantis, superuenit postea de anno 1589. Prudentia altera creditrix Octauii, & aliorum fratrum de Ferris, & in vim huius crediti fecit executionem super tota dicta domo, & illa per viam deliberationis fuit subhastata Comiti Santinello, ob quam executionem, vti factam non citato Grippa possessore, Floreni vti successores dicti Grippæ intentarunt iudicium spolii contra dictum Comitem Santinellum, & in Rota vigore sententiarum trium conformium obtinuerunt mandatum de reintegrando, quo executo, deinde Alfonsus Ferrus heres dicti Octauii, altero iudicio spolii coram A. C. contra prædictos Florenos intentato, & introducto, obtinuit pariter mandatum de reintegrando, a quo, cum pro parte dictorum de Florenis fuisset intra legitima tempora appellatum, & à signatura commissa causa in Rota cum facultate manutenendi quem de iure, fuit coram me dubitatum, an esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini dixerunt, dandum esse Florenis, quia de illorum anteriori possessione constat non solum ex instrumento apprehensionis in 1 vim mandati Rotalis, † quod sine dubio plene probat etiam ad effectum manutentionis, *iuxta tex. in l. prædia. ff. de acq. poss. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 575. Rot. dec. 506. num. 1. par. 1. & dec. 62. nu. 1. par. 2 2. diuers.* sed etiam † ex Monitorio per partem producto, in quo, dum petit se reintegrari ad possessionem, sine dubio d. Florenos possessores facit, *Menoc. de retin. remed. 3. num. 596. Rot. dec. 802. num. 1. par. 1. diuers. & dec. 561. num. 2. & dec. 661. num. 2. par. 1. recent. & coram S. me. Greg. XV. dec. 200. num. 2.*

Non obstat sententia reintegratoria obtenta per 3 Alfonsum Ferrum, † ex qua, si iusta, & valida sit dicuntur priuati Floreni suo naturali, & ciuili possessione, *iuxta Mohed. dec. 4. num. 4. de restit. spol.* quia fuit respectu validitatis responsum fuisse nullam ex defectu citationis Barnabæ alterius ex fratribus de 4 Florenis possessoris pro indiuiso vna cum aliis † cuius omissio operatur nullitatem sententiæ etiã quoad omnes alios citatos pro indiuiso possidentes, *Gabr. cons. 56. numer. 18. lib. 1. Rot. decis. 471. num. 6. par. 2. recent. & coram Sancta me. Greg. XV. dec. 319. num. 1.*

Quo vero ad illius instantiã Dominis visum fuit, 5 sententiam esse iniustam tum † ex non facta transportatione omnium actorum subhastationis, & deliberationis, sine quibus propterea Iudex dicatur cõcessisse dictum mandatum de reintegrando non visis actis, ex quibus facile poterat iustificari creditũ Grippæ, & ideò cum hoc non iustificetur, vel debeat iustificari per Ferros, non debent interim Floreni 6 amoueri ab eorum possessione, tum † quia cũ à die factæ executionis essent elapsi plusquam 30. anni, nõ competebat amplius Ferris actio spolii, sed illa decebatur per dictum tempus præscripta, *iuxta dec. Seraph. 1360.*

Non obstat, quod requirebatur ad minus spatium 40. annorum ad præscribendum aduersus spolium, 7 *vt in dec. 97. par. 2. recent.* Quia † dicta decisio loquitur, quando agitur contra Ecclesiam, secus vero inter laicos, inter quos sufficit dictum tempus 30. annorum, *iuxta d. dec. Seraph. quam Rota sequutur in illa Romana Spolii 2. Iunii 1614. coram R. P. D. Verospio, quæ est inter impressas post tract. Pacif. de Salu. 68. num. 6.*

Tum etiam quia fuit concessum d. mandatum de reintegrando Alfonso Ferro agenti ex persona Octauii ad totam domum, & tamen Octauius erat do-8 minus tantũ quintæ partis domus deliberatæ; † Vnde respectu illius excessus fuit quoq; mandatum iniustum.

Ex quibus Florenis dandum esse mandatum de manutenendo fuit resolutum &c.

EODEM

Eadem

Mercurii 5. Junij 1624.

SVMMARIA.

1 *Sententia nulla, & iniusta nō priuat anteriorem possessorem.*

2 *Ampl. etiam quod non constet de appellatione, sed reperiatur appellatio commissa simpliciter cū facultate manutenendi quem de iure.*

3 *Appellatio non est necessaria à sententia nulla, & iniusta, quia non transit in iudicatum.*

4 *Citationes factæ per diligentias, & ad valuas non releuant, nisi præcesserit citatio personalis.*

5 *Monitorium præsentari debet ipsi principali, vel eius legitimo procuratori, & vti tali, & quid vbi principalis est præsens in Curia.*

6 *Repetitio actorum existentium penes Notariū causa habet vim productionis, & trāsportationis, sed particularium actorum nō suffragatur quoad omnia acta.*

7 *Iudex procedens non visis actis, & probationibus nulliter, & iniuste procedit.*

8 *Præscriptio non habet locum sine possessione per idē spacium.*

9 *Decl. 1. procedere ad effectum acquirendi ex præscriptione commune ius, secus ad effectum se defendendi contra alterius actionem, quia tunc sufficit cursus temporis sine possessione.*

10 *Decl. 2. non procedere in præscriptione longissimi tēporis, in qua sufficit sola negligentia.*

Decisio XLV.

DOmini persteterunt in decisis, nempe mādatum de manutenendo esse dandum Florenis docentibus de eorum anteriori possessione, 1 † qua non potest dici fuisse priuatos per sententiam reintegratoriam postea latam in iudicio spolii à R. P. D. Sacchetto ad fauorem Alfonsi Ferri, quia illa fuit nulla, & iniusta ex rationibus, & fūdamentis adductis in decisione.

Quibus visum fuit non obstare, quod hodie dicitur ex aduerso à sententia prædicta non fuisse appellatum, quia fuit responsum, 2 † satisfuisse, quod per signaturam ad illorum instantiam fuerit causa appellationis simpliciter commissa cum facultate manutenendi quem de iure, *vt nor. Vestr. in prax. libr. 7. c. fin. num. 5.* Vltra quod, 3 † stante dicta nullitate, & iniustitia, non erat necessaria dicta appellatio, cum sententia nulla, & iniusta nunquam transeat in iudicatum, *Felin. in c. inter cæteros. numer. 10. in fin. de re indic. & in c. super literis. nu. 15. de rescript. Rot. dec. 311. numer. 2. par. 2. & decis. 427. num. 2. lib. 3. par. 3. diuers.*

Nec videbatur sublata nullitas prædictæ sententiæ causata ex ommissione citationis Fabii Barnabe per citationem postea factam pro parte Alfonsi ad dicendum contra acta producta, & aliam citationem in seruatione terminorum substantialium factam Iulio Cesari Floreno etiam vti procuratori dicti Fabij, quia huiusmodi citationes fuerunt factæ per diligentias, & valuas, & ideo non releuant, 4 cum non præcesserit citatio prima personalis † prout præcedere debebat, antequam deueniretur ad citationem per diligentias, *Vestr. in prax. lib. 1. cap. 5. nu. 4. vers. hanc facultatem. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 110. & 114. Put. decis. 371. in fin. lib. 2. in nou. Rot. dec. 12. de dol. & contum. in antiq. & dec. 10. de re iud. in nou.* Deinde non apparet, Monitoriū fuisse præsentatum dicto Iulio Cesari vti procuratori 5 Fabii, † prout erat eidem Fabio, seu eius legitimo procuratori præsentandum, vt iudicium validum redderetur, ad cuius effectum, dicebat amplius vnus ex Dominis, nec etiam sufficere, monitorium fuisse præsentatum procuratori generali dicti Fabij, præsertim si ille tunc erat præsens in Curia, *ex adductis per Laderch. cons. 15. num. 3. & seqq.*

Quo vero ad aliam nullitatem in decisione adductam, & causatam ex non integra transportatione 6 actorum opponebatur pro parte Alfonsi, † sufficere repetitionem omnium actorum, quę erant penes Notarium, in cuius officio causa agitabatur; sed respondebatur, prædicta bene procedere, si prædicta repetitio fuisset generalis omnium actorum, secus quando, vt in casu nostro dicta repetitio fuit particularis quorundam iurium, vt apparet in summario dato per Alfonsum, in quo non leguntur mandata executiua, subhastatio, adiudicatio, & alia, quæ poterant iustificare acquisitionem dictę domus factam 7 per Florenos, † quibus per Iudicem non visis, sequitur dicendum, illum non minus nulliter, quam iniuste ad dictam sententiam reinterrogatoriam processisse, *vt fuit dictum in decisione, & latè probat Cagnol. in leg. 2. num. 68. cap. de edend. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 16. circa fin. vers. ad idem. de constit.*

Non obstat, quod actio spolii, quam prætendebat habere Alfonsus, & fratres de Ferreis per lapsum plusquam 30. annorum nō potuerit præscribi ex eo, quod Floreni nō possiderint domum, de qua agitur, 8 spatio dd. annorum, † sine qua possessione non præscribitur *iuxta regulam tex. in l. sine possessione ff. de* 9 *vsucap. cum alijs.* Quia fuit responsum † tunc esse necessariam possessionem ad hunc effectum, quando quis vult acquirere mediante præscriptione nouum ius, secus vero quando quis inducit præscriptionem ad se defendendum contra alterius actionem, quia tunc præscriptio perficitur absq; alia possessione ex solo cursu temporis, cum alias nunquam præscriberetur contra actionem, *Cravett. cons. 121. numer. 20. Surd. cons. 73. nu. 48. vbi etiam alios allegat.* Deinde 10 † regula supradicta nō procedit in præscriptione lōgissimi temporis, quia illa inducitur ex sola negligentia petentis absq; alio facto, & ministerio præscribentis, *vt tradit idem Surd. d. cons. 73. num. 49. & probat etiam Cravett. in d. cons. 121. numer. 20. vers. rursus.*

Ex quibus ita &c.

Remboldo

Romana Situs, seu Casaleni

Lunæ 15. Aprilis 1619.

SVMMARIA.

1 *Manutenendus est, qui probat possessionem.*

2 *Præsertim si in ea fuerit immissus Iudicis auctoritate.*

3 *Locationum pensionum perceptione probat possessionem.*

4 *Immissio data citatis possessoribus non dicitur nulla ob citationem non factam de aliquo, qui non possidebat, sed lædi poterat.*

5 *Actus clandestini, & turbatiui, seu iure familiaritatis,*

tis, aut precario in re ab alio possessa non inferunt ad possessionem.
6 *Rem eamdem duo insolidum possidere non possunt.*
7 *Actus dubij, & aequiuoci pro possessione non sufficiunt.*
8 *Actus possessorij facti in re ab alio possessa sine illius scientia, & patientia ad acquirendam possessionẽ non suffragantur.*

Decisio XLVI.

FVit resolutum, Iuliano dandum esse mandatum de manutenendo in possessione situs, seu Casaleni, de quo agitur, quia de illius possessione constat ex testibus datis *summario numer.* 6. 1 † in qua propterea venit manutenendus, *§. retinendæ. Inst. de interd. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 556.* 2 cum † præsertim fuerit in eamdem possessionẽ Iudicis auctoritate immissus, *l. iuste possidet. ff. de acq. poss. Abb. in c. cum nobis num. 3. vers. ego vero dico. de præscript. Menoch. de retin. remed. 3. num. 575.*

Non obstat, quod dicitur, dictam immissionem fuisse nullam, cum sit facta non citata Confraternitate, quia placuit Dominis responsio, quod, cum tũc temporis possideretur dictum Casalenum à Rectore dictæ Ecclesiæ, & pro eo naturaliter à Dominis de Lenis, prout patet ex concessione alias facta p dictum Rectorem dictis Dominis de Lenis, & subsecutis canonum solutionibus, ac etiam ex locatione per dictos de Lenis facta cuidam Antonio cum 3 pensionum perceptione, † per quam sufficiẽter probatur possessio, *Bart. Aret. & alij in l. qui vniuersas §. quod per colonum. ff. de acq. poss. Soc. cons. 106. num. 2. & seqq. lib. 3. Gabr. in tit. de locat concl. 4. num. 2.* 4 *& 3.* sufficit, vt dicta immissio sit iusta, † atque Iuliano ad dictum effectum suffragatur, quod dictus Rector, & DD. de Lenis tũc temporis possessores, & contra quos principaliter iudicium dirigebatur, fuerint citati, licet nõ fuerit citata Confraternitas, penes quam nulla prorsus possessio existebat, etiam quod illa in consequentiam fuisset per dictam immissionem læsa, *glos. in l. de vnoquoq; ff. de re indic. Ang. l. filiusfamil. §. Diuus Seuerus. il secundo in fin. ff. de leg. 1. Alex. cons. 86. num. 3. lib. 2.*

Non obstant actus quidam possessorii per Confraternitatem facti, quia, cum eodem tempore in possessione dicti Casaleni existeret Antonius, qui illud, vt dictum est, à Dominis de Lenis cõducerat, 5 atque pensionem soluebat, † actus per dictam Confraternitatem gesti vel fuerunt clandestini, & turbatiui, vel fuerunt de eiusdem Antonii consensu gesti iure quodam familiaritatis, siue precario non 6 animo acquirendi possessionem, † cum duo in solidum eamdem rem possidere non possint, *l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. l. si duo insolidum. ff. de prec. Corn. cons. 35. num. 15. lib. 2.*

7 Et in omnem euentum † dicti actus redduntur dubii, & æquiuoci ex eo, quod similes quoque ab eadem Confraternitate facti fuerunt in aliis parietatibus domorum vicinorum.

Et non possunt dictæ Confraternitati suffragari, 8 † quia non constat, quod facti fuerint cum scientia, & patientia Rectoris, & Dominorũ de Lenis, prout ad effectum, vt possit dici fuisse quæsitum dictæ Cõfraternitati possessionem contra eos, qui antea possidebant, requiritur, *Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina. n. 25. & ibidem Rip. numer. 64. de caus. poss. & propr. Paris. cons. 112. nu. 46. lib. 1. Card. Seraph. dec. 1463. num. 5.*

Eoq; minus quod per concessionem à Clẽ. VIII. dictæ Confraternitati factã apparet fuisse concessam Ecclesiam cum domibus, nec in illa dictum Situm, seu Casalenum fuisse comprehenditur.

Quod etiam ex eo probatur, quod cõstat fuisse de tempore dictæ concessionis dictum Situ in emphyteusim datum dictis Dominis de Lenis, & quia in diuisione vigore dicti Breuis facta canon, qui ex d. Situ percipiebatur, assignatus fuit Ecclesiæ Sanctę Matris de Monterone, quod, & alias ipsa quoq; Cõfraternitas fassa fuit in commissione S. D. N. porrecta summario num. 10. vigore cuius obtinuit committi causam super retractu dicti Casaleni ad effectum ampliandi Ecclesiam. Ex quibus vel in totum corruit probatio dictæ Confraternitatis, vel saltem apparet in concursu harum probationum magis attendendam esse probationem factam per Iulianum.

Ex quibus &c.

Vbaldo Seniore

Parmen. Pensionis

Lunæ 17. Februarij 1625.

SVMMARIA.

1 *Quietantia quando probet solutionem, & veram numerationem.*
2 *Mandatum præsumitur ex solutione notabilis quantitatis.*
3 *Præsertim concurrentibus adminiculis.*
4 *Mandatum habens, cum libera, potest omnia, quæ potest principalis.*
5 *Et potest declarare animum ipsius principalis.*
6 *Animus potissimè spectatur ad constituendum aliquẽ in possessione.*
7 *Quasi possessio exigendi contra consentientem pensioni suffragatur etiam contra titulares illius successores.*
8 *Compensatio vim habet solutionis ad effectum liberationis, secus ad effectum constituendi in quasi possessione exigendi.*
9 *Transportationis actorum defectus impedit mandatũ de manutenendo, & processum ad vlteriora, præsertim in Ecclesiasticis.*
10 *Transportatio nõ integra probatur ex cõfessione partis in commissione narrando acta, quæ non apparent transportata.*
11 *Transportatio actorum facienda est, etiam si in commissione adsit clausula, quã; & quas, quæ dat facultatem procedendi tamquam in prima.*

Decisio XLVII.

DOmini dixerunt constare de quasi possessione Dominici Mariæ exigendi pensionem scutorum centum aureorũ ex quietantia facta à dicto Dominico de scutis 73 pro rata primi termini, & de scutis 30. pro alio termino huius Gaud. procuratori titularis soluenti, & numeranti nomine, & vice d. titularis, & de pecuniis ad hunc effectum habitis, & receptis per dictum Gaudentium à titulari, quam quietantiam fecit, quia habuit realiter, vt supra, in numerata pecunia hic in 1 præsentia &c. † quæ verba significant actualem numerationem, cum verbum, in præsentia, sit ceteratum, & extendatur, in præsentia mei notarii, & testium, & sic non versemur in confessione simplici de recepto, sed mediante vera numeratione, *Bart. sin l. singularia. num. 22. vbi Alex. cons. 179. num. 6. lib. 2. & fuit dictum in vna Romana Dotis 9. Decembris 1623. & in Terdonen. Pensionis 17. Iunij 1616. coram me.*

 Nec

Nec obstare visum fuit, quod dicta solutio fuerit facta à procuratore non habente speciale mandatū ad soluendum pensionem, quia, vltra generalē præ-
2 sumptionem, quod † nemo præsumitur soluere de proprio, præsertim in notabili quātitate, *vt hic, Rot. dec. 2. de cauf. poss. & propr. in antiq. & dec. 241. nu. 5. par. 1. recent. & nouissimè in Alexien. Pensionis co-*
3 *ram Reuerendiss. D. meo Decano*, † præsertim concurrentibus adminiculis reseruationis pēsionis, & reiteratæ solutionis, *vt in summaria nu. 3. prout fuit sæpe consideratum in Rota, præsertim in Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. coram me, & alias sæpissime*; videbatur cessare difficultas, quia dictus Gaudentius habebat mandatum cum libera, *vt in summario nu. 4.*
4 † & ideò poterat omnia, quæ poterat dominus, *l.*
5 *procurator cū libera ff. de procur.* & † in specie declarare animum sui principalis, *Seraph. dec. 238. nu. 3.*
6 *& seqq.* quia † animus potissimè spectatur ad effectum cōstituendi aliquem in possessione, *vt fuit dictū in allegata Spoletana Pēsionis prima Iulij 1620.*
7 *coram me*, † data enim quasi possessione exigendi aduersus eum, qui pensioni consensit, non est dubiū, eam, censeri acquisitam contra titulares successores, *iuxta dec. Guid. Pap. 629. quam Rota sequitur.* Et nihilominus accedunt etiam solutiones factæ successiuis temporibus citra Canonicatu vacante ab Economo de mandato Vicarij Parmen. & canonizantis d. quasi possessionem exigendi, vt in summario num. 5.

Altera solutio probatur à Hieronymo Succia antecessore Brusi hodierni Canonici, vt probatur ex illis verbis, dant. & soluen. vt in summario num. 8. & infra, qui habuit in præsentia &c. in solutionibus autem, quæ allegantur factæ à Malaspina antecessore dicti Brusi per viam compensationis, de quibus in summario num. 6. & 7. Domini non fecerunt magnā
8 vim, quia, licet † compensatio habeat vim solutionis ad effectum liberationis, non tamen ad effectum constituendi in quasi possessione exigendi, *vt in puncto Seraph. dec. 302. per tot. Grat. disc. for. c. 728. num. 9. & 10.*

Ex quibus Dominis videbatur constare de quasi
9 possessione exigendi pensionem, sed † quoad effectum dandi mandatum de manutenendo pensionario dubitabant ob defectum exaduerso allegatum nō integræ transportationis actorum, cuius defectus impedit progressum ad vlteriora, præsertim in causa Ecclesiastica, qualis est ista, *iuxta decretum Sacri*
10 *Concilij Tridentini sess. 24 cap. 2. de reformat.* & † de ista non integra transportatione videbatur constare ex confessione partis in commissione, in qua narrauit fuisse latum in partibus decretum diffinitiuū cum absolutione Nicolai à petitis, à quo ipse pēsionarius appellauit, & tamen d. absolutio non apparet in actis.

Nec videtur satisfacere respōsio data, quod illud decretū fuerit de procedendo ad vlteriora non obstante manutentione petita per pensionarium cum suspēsione petitorii, à quo decreto fuit appellatum, & hoc est in processu, quia istud decretum non cōtinet absolutionem à petitis, & sic non videtur posse verificari in decreto, cuius fit mētio in commissione.

Nec facit, quod stante clausula, *Quam, & quas,*
11 eius vigore possit procedi tamquā in prima, † quia non propterea cessat necessitas transportandi acta prioris instantiæ; *vt in puncto fuit decisum in decis. 77. & 114. post secundum vol. cons. Faria.*

Et ita fuit decisum coram Reuerend. Selucien. & postea ordinatum, vt ego subrogatus in eius locum extenderem decisionem iuxta vota Dominorū prout feci.

Manzanedo

Imolensis Praeceptoria

Lunæ 14. Maij 1607.

SVMMARIA.

1 *Minor 14. annorum an possit absque Iudicis auctoritate constituere procuratorem ad capiendum possessionem, & nu. 3. & seqq.*
2 *Minor 14. annorum potest possessionē acquirere per se ipsum.*
4 *Minor vbicumque habet legitimam personam standi in iudicio, potest etiam procuratorem constituere.*
5 *Qui aliquid potest per se potest illud etiam per aliū gerere.*
6 *Minor in sibi vtilibus non eget alterius auctoritate.*
7 *Minori ætas in damnosis subuenire, non in rebus prospere gestis obesse conuenit, & num. 8.*
8 *Adultus tutore, & curatore carens potest in extraiudicialibus omnia facere, quæ potest maior, licet secus in iudicialibus.*
9 Cap. fin. de conces. preb. declaratio.
10 *Sequestri petitio facta à procuratore non operatur amissionē possessionis ciuilis, quæ ab animo principalis pendet.*
11 *Sequestri fructuum petitione non amittitur possessio rei.*
12 *Sequestri petitione cum protestatione, sine præiudicio possessionis, non amittitur possessio.*

Decisio XLVIII.

STandum esse in decisis 30. Martii huius præsentis anni, & sic D. Equitem Thesaurū manutenendum, Domini dixerunt ex adductis in prima decisione; quibus non obstat D. Thesaurum
1 † tamquam minorem 14. annorum nulliter constituisse procuratorem ad capiendam possessionem sine Iudicis auctoritate, *ad tex. in l. neque tutores. C.*
2 *de procur.* quia respondetur, quod, cum † minor 14. annorum per se posset huiusmodi possessionem acquirere, *per tex. in l. 1. §. adipiscimur. & ibi not. ff. de*
3 *acq. poss. Natt. cons. 448. num. 6.* ita † potuit etiam procuratorem pro se ad eandem capiendam constituere, quam consequentiam facit *Put. in dec. 161. n. 2. lib. 2. & faciunt pro ista parte tradita à Barr. in l. diuus. § curatorem. ff. qui pet. tut. & cur. & Franc. in*
4 *cap. fin. in vlt. not. de feud. lib. 6.* quod † vbicumq; minor habet legitimam personam standi in iudicio p se, potest etiam procuratorem constituere pro se,
5 & intrat regula, quod, † qui potest per se, potest per alium gerere; præcipuè cum simus in acquisitione possessionis Preceptoriæ, quæ dicitur beneuola, &
6 proficua minori actio, † in quibus ipse non eget alterius auctoritate, *Inst. de tutel. in princ. & Inst de auctor. tut. circa princ. l. 1. C. de auctor. præst. Mandos. in tract. de ætat. min. q. 30. Paris. de resignat. lib. 4. q.*
7 *9. num. 53.* † minoribus enim ætas in damnosis subuenire, nō in rebus prospere gestis obesse conuenit, *l. non eo minus. C. de procur.*

Quibus non obstat *tex. in cap. fin. de iudic. in 6. nec*
8 *tex. in d. l. neque tutores. C. de procur.* † cum loquantur de iudicialibus, secus, autem sit de extraiudicialibus, circa quæ adultus carens tutore, & curatore potest omnia facere, sicut maior, *Ias. in l. neq. tutores num. 3. vers. ex hoc sequitur.* & in iudicialibus etiam

pro-

procedunt adducta *per Cassad. super regul. decis. 40. nu. 9.* & cætera, quæ in contrarium adducuntur maiori ex parte loquuntur, quãdo minor abdicaret à se beneficium, aut gereret aliquem actum vel sibi, vel Ecclesiç damnosum, tunc enim requireretur Superioris auctoritas. Nec obstant adducta de coniuncta persona non valenti capere possessionem beneficii quia non sumus in istis terminis, sed in vero procuratore.

Minus obstat *tex. in c. fin. de concess. preb.* † qui loquitur in mãdato de capiendo possessionem, & licet diuersum, cum habeat non solum tacitam, sed expressam conditionem, quatenus sibi conferatur, & cum sit generale ad quascumque alias Preceptorias, non potest ita considerari votum captandæ mortis possessionis Preceptoriç, de qua fit mentio particularis, cum potuisset euenire prius casus, quod vacaret aliqua Preceptoria.

Nec etiam obstat oppositio petitionis sequestri per quam D. Equitem Thesaurum eiusdem posses-
10 sionem amisisse dicitur, quia † talis petitio non obstat, cum fuerit facta à procuratore, qui non potuit suo principali preiudicare, nec facit ipsum desinere possidere, cũ hoc ab animo sui principalis pendeat, *l. 3. §. in amittenda. ff. de acq. poss.* Vlterius quia fuit petitum sequestrari fructus, non vero ipsa Precep-
11 toria, † quo casu illius possessio non amittitur, *vt fuit dictum coram R. P. D. meo Ludouisio in illa Burgen. Canonicatus 30. Martij huius anni.* Tum etiam quia talis petitio fuit facta cum protestatione preseruatiua, quod non preiudicaret sibi in possessione,
12 nec aliquo modo, † quo casu possessio conseruatur, *iuxta doctrinam Card. in clem. vnic. numer. 32. de sequestr. poss. & fruct. quam pluries Rota fuit sequuta, præcipue in vna Celsonen. Preceptoria 14. Nouẽbris, 1606. coram R. P. D. meo Iusto, & in alia Papilonen. Vicaria de Nuarte 4. Maij 1607. coram R. P. D. meo Marcomontio &c.*

R. P. D. Durano.

Romana Quarta

Luna 27. Aprilis 1626.

S V M M A R I A.

1. *Mulier pauper, quæ sine dote nupsit, premoriente viro lucratur quartam.*
2. *Possessio habens horam præsumitur anterior altera eadem die capta.*
3. *Possessio anterior manutenenda est.*
4. *Possessio dicitur anterior etiam respectu hora probata per testes.*
5. *Probationes leuiores sufficiunt in manutentione.*
6. *Possessio vnius dicitur prius capta, etiam quod alter in ipsius actu fuerit præsens, & non contradixerit.*

Decisio XLIX.

1 VEneranda Augusta, quç, † cum esset pauper, nupsit sine dote Iacobo Iannotto, pretendens illo defuncto succedere in quarta eiusdem bonorum parte, *iuxta dispositionem tex. in auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor.* obtinuit ab A. C. immitti in possessionem d. quartæ partis, quã adepta fuit die 30. Augusti anni preteriti. Sed quia Curius de Annibalis heres testamentarius d. Iannotti etiam eadem die vigore alterius mandati eorumdem bonorum possessionem accepit, causa in Rota commissa.

Dubitaui, quis eorum deberet manuteneri, & Domini quoad quartam partem domus magnæ, & mobilium in ea existentium Venerandç, in reliquis vero bonis Curio manutentionem esse dandam censuerunt.

Nam, quod manutentio sit danda Curio in aliis bonis præter quartam partẽ domus magnæ, & mobilium in ea repertorum, res vtiq fuit clara, quia licet eadem die acceperit possessionem, tamen, quia
2 † possessio Curii habet horam certam, præsumitur anterior possessione Venerãdæ, quç horam non habet, *Bald. in l. Imperator. in prima in prima lect. num. 24. vers. & nota. ff. de stat. hom. Modern. de prob. concl. 1171. Mohed. dec. 12. nũm. 2. de restit. spol. Cassad. dec. 20. de preb. Rot. in Romana Hæreditatis 31. Maij*
3 *1623. coram bo. me. Vbaldo*, & consequenter † vti anterior est manutenibilis, *Rot. in recent. decis. 322. num. 2. & dec. 600. num. 1. par. 1.*

Exaduerso autem ob eandem rationem est manutenenda Venerãda in possessione quartæ partis domus, & mobilium in ea repertorum, quia, quamuis in instrumento adeptæ possessionis non adsit hora, & ideo videretur, quod etiam in istis bonis esset preferẽda possessio Curii, quæ horam habet, cessat tamen in casu isto præsumptio anterioritatis, quç ex adnotatione horç præsumitur ex probationibus pro parte Venerandç factis, ex quibus apparet, quod ipsa cepit possessionem quartç partis domus, & mobilium in ea repertorum hora 18. vel 19. & sic circiter per duas horas ante horam adnotatam in instrumento adeptç possessionis Curii.

Non obstant exceptiones datç contra testes, quia vltra quod videbantur Dominis non releuare, quæ dabantur contra Notarium, & Executorem, ex quo
4 vltra illos adest depositio alterius testis, † cum versemur in manutentione sufficiunt leuiores probationes, *Alex cons. 103. num. 3. lib. 2. Conrar. pract. q. c. 17. num. 4. Menoch. de retin. poss. remed. vlt. num. 34. Seraph. dec. 624. nu. 5. & dec. 1417. nu. 1.*

Demum non obstat, quod ex instrumento captæ possessionis per Venerandam constet, quod in actu
5 adeptionis aderat Curius, † quia ex quo non contradixit eo magis comprobatur, quod tunc per ipsũ non erat capta possessio.

Et ita &c.

Cardinali Pamphylio Seniore

Burgensis Fructuum

Luna 28. Maii 1590.

S V M M A R I A.

1. *Compulsorialium in executione quid seruandum.*
2. *Rotæ Auditor, an, & quãdo possit loco alterius Coauditoris decreta interponere, & sententias subscribere.*

Decisio L.

DOminis non placuerunt nullitates deductç per informantem pro capitulo, nam quantum attinet ad processum, is est in forma probanti, quia fuit extractus vigore compulsorialiũ
1 Rotç, † ex parte citata, ac seruatis omnibus aliis solemnitatibus, de quibus *in cap. fin. de fid. instr. & in auth. si quis in aliquo. C. de edend. cum vtrobiq. not. per Doct.*

Nec refert, quod literç compulsoriales fuerint
2 decretatç per R. P. D. meũ Oranũ, † nã ad eumã las

expensas

expensas substinetur compulsatio facta ab alio Auditore præsertim parte non opponente, quia, *vt inquit Put. dec. 340. lib. 3.* omnes Auditores faciunt vnum tribunal, & vnus dicitur esse subrogatus alterius, adeo quod vnus potest etiam subscribere sententiam aliorum absque alia citatione, *Pereg. dec. 136. lib. 2. Put. dec. 248. lib. 1.*

R. P. D. Pirouano

Albanensis Diuisionis

Luna 23. Martij 1620.

S V M M A R I A.

1 *Locandi actibus, præsertim multiplicatis, quæritur possessio.*
2 *Lim. non procedere contra tertium.*
3 *Sublim. nisi concurrant adminicula.*
4 *Affictuum perceptio signum euidens est possessionis.*
5 *Productione instrumentorum oritur confessio contentorum in eis.*
6 *Possessio probatur ex confessione partis.*
7 *Locandi actus simultaneus qa infertur ad possessorium retinenda:*
8 *Manutentio datur ad statum etiam pro minimo interesse.*
9 *Incommodum qui sentit, debet sentire commodum.*

Decisio LI.

Dictum fuit ex locationibus, quæ fiunt pro scutis 3500. annuis dandum esse mandatū de manutenendo D. Duci Cesarino pro scut. mille, & si pensio augeatur, vel minuatur pro rata, in reliquis videatur de bono iure.

Constat enim ex tribus instrumentis locationum quæ data fuerunt, D. Ducem simul locasse Castrum Ardeę, & Casalia nuncupata, *il Quarto de confini*, pretio scutorum 3500. cum expressione scutorum mille pro Castro Ardeę, & scutorum 2500. pro dicto *Quarto de confini*, quæ sunt diuidenda in nouem partes, quarum sex cum dimidia ad D. Ducem, aliæ duæ cum dimidia ad Dominos Caffarellos pertinere debent, 1 † ex quibus actibus talliter locandi, & quidem multiplicatis, per quem solet quæri possessio, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. numer. 53. de caus. poss. & propr. Caputaq. dec. 332. par. 2. Seraph. dec. 1417.*

2 Et quamuis † ex sola locatione regulariter non probetur possessio contra tertium, *l. inter dilectos. de fid. instrum. cum alijs allegatis per scribentes in l. cum* 3 *Bertoldus. de re iudic.* † tamen concurrentibus adminiculis concludēter probari responderunt *Soc. cons. 187. nu. 16. lib. 2. Grat. cons. 30. nu. 49. lib. 1. & plene probauit Gabr. de locat. concl. 4. num. 16. Cæs. de Graff. dec. 10. de caus. poss. & propr.*

Adminicula autem plura ponderantur, nempe 4 affictuum perceptio, † quod est inter cętera signum euidens possessionis *Cæs. de Graff. dict. decis. 10. de causs. poss. & propr. & Affl. dec. 325. nu. 1.* & de quibus testes dati deponunt, secundo ratificatio DD. Caffarellis secuta per receptionem pensionum, & earundem locationum instrumentorum productio- 5 nem, † ex qua oritur confessio contentorum in eis, *Caputaq. dec. 188. num. 4. Rot. in recent. dec. 555. num.* 6 *9. par. 1.* † per quam optime iustificatur possessio, *late Tiraq. de iur. const. par. 2. ampl. 2. nu. 1. Seraph. dec. 1417. nu. 1. & in recent. dec. 573. nu. 2. par. 2.*

Non obstat, quod huiusmodi locatio fuerit disiūctiue, & separatim de Casali, & de Castro Ardeę cū distinctis pensionibus facta, nihilq; D. Caffarellis in 7 dicto Castro, nec eius redditu prætendant, † ita vt ex actu simultaneo affictandi nihil inferri possit, quod pertineat ad huiusmodi possessorium retinēdæ, *l. cū eiusdem. & l. si plura. ff. de adil. edict. Rot. diuers. dec. 209. num. 7. par. 1.*

Quia negari nō potest, quin locare rem alienam, scilicet consortum, & simultaneé cum proprio Castro imprimat quemdā statū taliter locandi quāuis 8 cum separato pretio, † vnde propter interesse etiam minimum datur manutentio ad statum, *gl. in c. nullus 2. q. 2. c. fin. de restit. spol. Ant. de Butr. in c. querelam. nu. 37. Abb. nu. 12. & 13. de elect. Affl. dec. 395. nu. 5.* 9 & si status pensionis alteratur, † sicut in diminutione D. Dux incommodum pro rata sentire debet, ita & in augmento commodum ad eandem ratā percipere debet, per regulam, qui sentit onus. *de reg. iur. in 6. l. secundum naturam. eod. tit. Hondad. cons. 62. num. 2. vol. 1.*

Et ita conclusum &c.

Cardinali Pamphilo Seniore

Montisfalisci Fideicommissi.

Luna 12. Maii 1603.

S V M M A R I A.

1 *Fideicommittentis possessione probata, dicitur probatum, rem possessam fuisse in bonis fideicommittentis.*
2 *Testis indefinite deponens de possessione declaratur ex articulis.*
3 *Contrarietates testis, quæ non respiciunt substantiam negocij non attenduntur.*
4 *Testes in alia causa examinati præbent adminiculum.*

Decisio LII.

Visum fuit Dominis, probari tenutam Florentini fuisse in bonis quondam Nicolai fideicommittentis ex testibus examinatis 1 in causa, † qui probant possessionem Nicolai, *Innoc. in cap. cum olim. il 2. num. 4. in fin. de priuil. Bald. in l. data opera. num. 34. vers. item nota, quod testes. C. de his, qui accus. non poss. Dec. in l. stipulatio ista §. hæc quoque vbi Bart. nu. 1. & seqq. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 51. num. 6. lib. 1.*

Et quatenus primus testis indefinite loquatur de 2 possessione tantum, † eius tamen dictum declaratur ex articulis, *Bart. in l. labeo. nu mer. 8. ff. de supell. legat.* & sufficit, quod in eis fuit articulata tota tenuta, *Claud. de seisell. in l. Celsus. num. 57. in fin. ff. de vsucap. Felin. in c. auditis. sub num. 24. vers. quod autē de præscript.*

Contrarietates, quæ huic testi obijcierunt, non 3 placuerunt Dominis, † cum non respiciant substantiam negocij principalis, *Bart. in l. eos. num. 5. ff. de fals. Alex. cons. 5. num. 10. lib. 1.* maximè quod eius depositio coadiuuatur ex alijs testibus, quamuis in diuersa causa examinatis, qui dicunt, Nicolaum 4 possedisse tenutam Florentini, † & huic causæ magnum præbent adminiculum, *Felin. in c. causam, quæ. il primo nu. 19. de testib. Dec. in l. 2. nu. 45. C. de edend.*

Vbal-

Vbaldo Seniore

Maceraten. Legitima

Mercurii 10. Maii 1617.

S V M M A R I A.

1 *Apocha non recognita nullam meretur fidem.*
2 *Scriptura antiqua, & adminiculata probat etiam nõ recognita.*
3 *Decl. procedere in instrumentis habentibus faciem publicorum instrumentorum; secus in scripturis priuatis.*
5 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & non manutenibilis.*
7 *Iudex potest priuare, ac priuat primum possessorem danda possessionem alteri.*
8 *Lim. si tamen rite, & recte procedat.*
9 *Iudex executor in literis cum clausula, Amoto, dicitur mixtus, & tenetur assumere partes Iudicis, & possessorem citare; alias nulliter, & iniuste procedit.*
10 *Ampl. præsertim si literæ sint in forma dignum, & sit etiam possessor prouisus apostolicus.*
11 *Executiuè procedi non potest contra habeatem parem titulam.*
12 *Iudicis assertioni non statur in his, quæ tendunt ad validitatem sua sententia.*
13 *Immissio secuta intra decem dies ad appellandum in vim sententia Iudicis executoris mixti dicitur attentata, & nulla.*
14 *Appellatio datur a sententia mixti executoris.*
15 *Notario enunciante non creditur.*

Decisio LIII.

DEcisio in hac causa facta 12. Iunii 1615. impugnabatur per heredes Francisci Viei tantum in ea parte, in qua fuit dictum, quoad dotem Camillæ constare de solutione residui scutum a 30. facta per Franciscum, vt habetur in publico instrumento quietantiæ inter partes celebrato de anno 1541. sed coadiuuandas esse probationes, quæ coadiuatæ prætenduntur per hæredes: iterum proposui dubium super eisdem, sed Rota permansit in decisis ex rationibus in decisione deductis.

Quibus non obstat præcipuum fundamentum ex aduerso factum in apocha continente plures quietãtias diuersarum summarum, quas Hieronymus Ferrettus maritus Camillę fatetur recepisse à Francisco ad computum d. dotis. Quia, vt dicebatur in de-1 cisione, nõ est recognita † ideo nullã meretur fidem *l. publica. in fin. ff. depos. Bart. in l. admonendi. nu. 26. ff. de iureiur. vbi etiam communiter Doct. cum aliis per Surd. cons. 368 nu. 19. lib. 3.*

2 Nec obstare visum fuit, † quod stante antiquitate, & adminiculis probet etiam non recognita, *ad dec. Pat. 131. lib. 1. Verall. decis. par. 3. cum alleg. in* 3 *decisione.* Quia aduertendũ putabant Domini, † quod illa bene procedunt in instrumentis habentibus faciem publicorum instrumentorum, vt puta cũ clausula, *Actam, &c.* cum testibus, & aliis substãtialibus ad publicum instrumentum, *prout in his terminis loquuntur Affl. dec. 245. numer. 3. & dec. 251. num. 6. Couarr. pract. q. c. 21. nu. 7. vers. secundus casus. Rot. dec. 54. par. 1. diuer. Seraph. dec. 528. nu. 1.* non autem in scripturis priuatis, quæ non habent pro se aliquã præsumptionem, immo faciliè redduntur suspectę propter antedatas *l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 7. nu. 48.*

Vbaldo Seniore

Vercellensis Capellania

Lunæ 14. Martii 1622.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum capta possessionis ipsam possessionẽ probat.*
2 *Intellige altero in possessione non existente, & num. 6.*
3 *Mandatum speciale requiritur ad capiendam possessionem.*
4 *Possessio in dubio præsumitur vacua, nisi per partẽ doceatur de contrario.*

Decisio LIV.

FVit responsum pro informante, videlicet D. Castellano dandum esse mandatum de manutenendo, quia † de eius possessione capta 1 28. Iunii preteriti constat ex publico instrumento, quod illam probat, *Rot. dec. 56. num. 1. par. 2. recent.* 2 & quamuis instrumentalis suffragetur alio non existẽte in possessione, *l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. Rot. dec. 202. num. 3. par. 1. diuers. dec. 72. num. 1. par. 1. recen. & alias sæpissime.* quia possessio fuit capta à 3 procuratore specialiter constituto, † prout requiritur, *gl. in cap. si tibi absenti. vbi Gemin. num. 14. in fin. de preb. in 6. Abb. & alij in cap. accedens. extra eod. tit. Aym. cons. 104. num. 15. Ferret. cons. 202. sub num. 32. fuit dictũ in Auersana Beneficij prima Iulij 1620. & in Ladien. Canonicatus 5. Iulij preteriti coram me.* 4 & † quod esset vacua possessio præsumitur, cum non doceatur de alia possessione, nisi Simonis, quę superuenit de Mense Octobris, vt iam dicetur, &, quod fuerit plena, debet probari per allegantem, *Seraph. dec. 322. num. 3.*

Nõ obstat igitur possessio Simonis nomine capta 5 die 11. Octobris eiusdem anni, quia † tamquam posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & non manutenibilis, *cap. licet causam. vbi Doct. de prob. Rot. decis. 27. numer. 7. par. 1. diuers. & d. dec. 62. nu. 1. par. 2. & dec. 112. num. 1. d. dec. 293. num. 3. par. 1.* 6 *in recent.* & † alio, videlicet D. Castellano, existente in possessione sola instrumentalis nõ suffragatur ex supra deductis, *Rot. dec. 27. nu. 4. par. 2. recent.*

Non obstat, quod ista possessio fuerit data à Iudi-7 ce, seu Executore literarum Apostolicarum, † qui potuit priuare D. Castellanum sua possessione, *ad l. iuste possidet. vbi Bart. ff. de acq. poss. cum aliis per* 8 *Rot. d. dec. 293. nu. 5.* Quia certa est † limitatio, procedere, si Iudex rite, & recte processerit, *Rot. diuers. dec. 802. num. 8. vers. quia pro responsione. par. 1. diuer. & dec. 135. num. 3. par. 1. in recent. & d. decis. 35. nu. 4. par. 2.*

In proposito autem Executor non rite, & recte 9 processit, † quia, cum in literis adesset clausula, *Amoto*, erat mixtus, & tenebatur assumere partes Iudicis, & citare possessorem, alias dicitur nulliter, & iniuste egisse, & non priuasse D. Castellanum sua possessione, qui non habuit se pro spoliato, *Felin. in cap. fin. num. 23. & seq. de præsumpt. Achill. dec. 6. nu. 3. & 4. super reg. de trienn. Rot. dec. 515. num. 3. par.* 10 *1. in recent. & dec. 159. num. 3.* vbi † etiam consideratur, quod literæ erant in forma Dignum, prout in casu nostro, *& dec. 523. nu. 4. par. 2.* maxime cum 11 possessor esset etiam prouisus Apostolicus, † quo casu

casu nec etiam executiuè agi potuit, *Rot. dec. 56. nu. 3. par. 2. in recent.*

Nec facit, quod in sententia fuerit dictum citato 12 procuratore D. Castellani, quia non statur assertioni Iudicis in his, quæ spectant ad validitatem eius sententiæ, *cap. quoniã contra. de prob. Aym. cons. 93. sub num. 1. Menoch. de arbitr. cas. 73. num. 8.* & quando 13 do etiam citatio emanasset, † immissio data Simoni non careret vitio attentatorum, vel nullitatis, cũ fuerit data intra decem dies datos ad appellãdum, *cap. non solum. de appell. in 6. Card. cons. 63. num. 1.* 14 *Rot. d. dec. 159. numer. 1. par. 2. in recent.* † cum enim esset mixtus eo prædictis, ab eo debebatur appellatio, *cap. exhibita. de iudic. Rot. dec. 29. n. 1. par. 2. in recent. Seraph. dec. 817. in princ. fuit dictum in Hidunsina Beneficij 7. Nouembris 1618. coram me.*

Quibus accedat, quod possessio Simonis nomine fuit capta à quodã Vercellano vti substituto à procuratore eiusdem Simonis, & tamen nec de substitutione docetur, nisi ex enunciatiuá Notarij de immissione rogati, † cui non creditur, *Cuputaq. decis. 285. num. 1. & 8. par. 3. Rot. dec. 393. sub num. 8. par. 1. recent. & in his terminis Rot. dec. 476. nu. 1. par. 1. in recent. & 466. num. 3. par. 2.*

Cardinali Pamphilio Seniore

Romana Census

Luna 3. Iunij 1602.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum procuræ, parte non opponente, sufficit exhibitum quandocumque.*
2 *Ampl. etiam stante protestatione ante sententiam, seu sententias, quod de eo doceretur, vbi non constat de mandato protestantis, vel protestatio non fuit repetita.*

Decisio LV.

DOmini steterunt in resolutis, quod sententiæ latæ in fauorem D. Gineuræ sint exequendæ.

Non obstant nullitates allegatæ, quia in aliis positionibus huius causæ tam coram bonæ: Orano quam D. meo Corduba visæ fuerunt Dominis admodum turbidæ, ita vt illis omissis agi poterit de iustitia mandatorum.

Præsertim quod principalis nullitas, quæ deducitur ex defectu mandati illius, qui obtinuit ab A. C. facilè tollitur, cum hodie exhibeatur mandatum, † & hoc sufficiat *Rot. dec. 19. de procur. in* 1 *antiq. Put. decis. 383.* † non obstante protestatione, quod de eo doceretur, quia non constat de mandato illius, qui fecit protestationem *Alex.* 2 *cons. 78. numer. 7. lib. 5.* † & protestatio non fuit in actis repetita, *Mohed. decis. 44. Put. 226. numer. 2. & 4. de re iudic. Cuputaq. decis. 402. par. 2. &c.*

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Montis Falisci fideicommissi

Veneris 4. Februarij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Possessio capta in vim mandati Iudicis, & consensus aduersarij per diuisionem facit perdere omnem possessionem ipsi aduersario.*
2 *Immissioni aduersarij acquiescens consentiendo diuisioni non potest manuteneri.*
3 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*

Decisio LVI.

CVM Vigore mandati Rotalis Bisentij ceperint possessionẽ pro indiuiso, Angelellus 1 consensit diuisioni postea factæ, † Vnde omnem possessionem censetur amisisse, ex *deductis per Rot. in dec. 641. num. 2. vers. multo magis. & num. 6.* 2 *vers. quoniam, vt dictum est. par. diuers.* quare † non potest petere manutentionem, cum consentiendo diuisioni acquieuerit immissioni concessæ, & sic *l. 3. §. si quis nunciet. & l. & si noluit. 7. & l. si quod. 25. §. fin. circa fin. ff. de acq. poss.*

Non obstat, quod prædictus consensus fuit præstitus cum protestatione, scilicet, sine præiudicio 3 iurium suorum, † quia illa protestatio tamquam cõtraria facto nihil operatur, *cap. cum M. Ferrariensis. vbi Doct. de constit. c. sollicitudine. de appell. & in his terminis Mantic. dec. 332. num. 2. & 3.*

An autem Angelellus possit agere spolio pendet à iustitia diuisionis, de qua, si opus erit, suo loco videbitur &c.

R. P. D. Merlino

Alexandrina Archipræsbyteratus

Luna 28. Iulij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Possessio capitulariter capta probatur ex actibus factis præsentibus aliis Canonicis.*
2 *Causa possidendi est quid diuersum ab ipsa possessione.*
3 *Titulo nouo superueniente sola continuatione in possessione potest de facto mutari causa possidendi.*
4 *Mutatio causæ possidendi statim ipso iure facta intelligitur absq. alia declaratione data notitia noui tituli.*
5 *Canonico falso in possessione existenti, & postea obtinenti prouisionem à Papa non est necessaria noua apprehensio, & installatio, sed ipso iure fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniẽte, & num. 19.*
6 *Lim. nisi ante prouisionem Papæ ius tertio fuerit quæsitum.*
7 *Retinens possessionem de facto, cui superuenit nouum ius possidendi, est manutenendus ad statum suæ possessionis, & num. 17.*
8 *Factum nudum, & sola detentio in manutentione cõsideratur.*
9 *Animus requiritur ad dimittendam possessionem.*
10 *Renunciatio est strictè interpretanda, vt minus, quã fieri possit, renunciantem lædat.*

11 Re-

11 *Renunciatio restricta ad præsentationem, & possessionem inde secutam non est trahenda ad omnem possessionem.*
12 *Renuncians, accedens libere, quamuis de iure perdat dominium, & possessionem si tamen de facto adhuc incumbat, & realiter inhæreat possessioni, est ad huiusmodi statum manutenendus, & etiam reintegrandus.*
13 *Ampl. etiam in beneficialibus, & in habente etiam titulum præsumptum.*
14 *Cumulari potest possessio possessioni.*
15 *Manutentionis in iudicio attendi debet, quod factum est, non quod fieri debebat.*
16 *Scientia possessionis ex actibus inferri, & præsumi potest.*
17 *Ampl. præsertim vbi agitur nō de noua apprehēsione, sed de continuatione possessionis mutato solo titulo, & ad effectum manutentionis.*
18 *Scientia aduersarij de possessione non videtur necessaria ad manutentionem.*
19 *Canonicatus possessio capitulariter capi, & approbari debet.*
20 *Decl. vt de facto possidens possit petere manutentionem, & quatenus opus sit admitti Capitulariter, & denegantibus Canonicis, vnde vrgente ratione habetur possessio pro capitulariter capta.*

Decisio LVII.

MAssobrius fuit præsentatus ab Amurio, & ab Episcopo obtenta institutione, apprehēdit capitulariter possessionē Archipresbyteratus, pluresque actus concernentes officium huiusmodi Dignitatis, nec non etiam curam animarum illi annexam exercuit. Verum monitus assertum ius patronatus non subsistere, immo, cum vacatio contingerit de mense Augusti, illius collationem spectare ad Sanctissimum, ab eo impetrauit prouisionem cum solito tamen decreto, quod renunciaret dictæ præsentationi, prout his verbis decreto paruit, renunciauit præsentationi, & institutioni, ac possessioni exinde secutæ, & dictum Archipresbyteratum vti reseruatum, & non aliter in futurum possidere velle declarauit, & continuando in reali possessione post huiusmodi renunciationem interfuit Choro, Processionibus, & alijs functionibus capitularibus. Vnde fuit dubitatum, An eidem Massobrio dandum esset mandatum de manutenendo, & Dominiter, ac maturè discusso articulo affirmatiuè responderunt.

De possessione enim illius non potest dubitari, & constat de prima apprehensione solemniter, & capitulariter facta, & post renunciationem dantur testes, qui deponunt de visu, quod Massobrius tamquam Archipresbyter interuenit publicis functionibus cum alijs Canonicis, & constat, quod congregato Capitulo pro tradenda possessione alteri Canonico idem Massobrius recepit iuramentum ab eo, 1 † ex quibus actibus factis præsentibus alijs Canonicis probatur possessio capitulariter capta, *Rot. decis. 17. de præb. in nou. Cassad. dec. 8. de caus. poss. & decis. 3. num. 3. de iur. patron. Verall. dec. 27. lib. 1. in manuscript. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 235. nu. 12. in eius impress.*

Nec obstare visum fuit, quod pro Scipione adducebatur, scilicet primam possessionem Massobrij capitulariter captam non esse attendendam, nec manutenibilem, cum illi renunciauerit, nec etiam secundam, postquā renunciauit, quia non fuit apprehensa capitulariter, & actus illi, quamuis gesti præsentibus Canonicis, non tamen sunt gesti cum scientia eorumdem, quod scilicet Massobrius possideret in vim prouisionis Apostolicę, cum potuerint credere, ipsum continuasse tamquam præsentatum à patrono. Quoniam, & vtramque possessionem Rota credidit validam esse, & manutenibilem.

Et quoad primam attentandum est, Massobrium non renunciasse possessioni reali, & illi, quę de facto est, vt apparet ex illis verbis, renunciat præsentationi, & institutioni, ac possessioni inde secutæ, & declarat se velle possidere dictum Archipresbyteratum tamquam reseruatum, vnde non possessioni in totum, & absolute renunciauit, sed possessioni tamquam ex antecedente præsentationi prouenienti, & sic solummodo renunciauit titulo, & causę possidē2 di, † quę causa possidendi est quid diuersum ab ipsa possessione, *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poss.*

3 Igitur merito Massobrius † superueniente sibi nouo titulo, scilicet, prouisione Apostolica potuit continuare possessionem ipsam de facto mutato solum primo iure, & titulo possessionis, *l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. 3. §. illud. l. qui bona. §. 1. cum ibi not. ff. de acq. poss. Rot. apud Achill. decis. 4. de caus. poss. & propr. Pui dec. 165. num. 3. lib. 1. & dec. 441. eod. & in recent. dec. 200. nu. 8. par. 1. Gabr. cons.* 4 *51. num. 1. & 28. lib. 1.* † Quę mutatio ipso iure statim facta intelligitur data notitia secūdi tituli, etiā absque alia declaratione, *iuxta cons. Dec. 420. quod sequitur Rota, vt per Achill. d. dec. 4. Pui. d. dec. 441. lib. 1. Cresc. dec. 368. alias 5. de restit. spol. Rot. decis. 224. nu. 2. par. 1. diuers. & decis. 601. num. 3. par. 3. diuers. Card. Mant. dec. 71. num. 1.* neque opus erat, vt exiret de possessione, & postea iterum ingrederetur *ad l. cum nemo. & ibi gl. in verb. extrinsecus. C. de acq. poss. Pui. d. decis. 441. lib. 1. & Achill. d. decis. 4.* vbi, quod hęc opinio est magis ęquia, & consona iuribus, & semper seruatur à Rota, *vt in decis. 345. num. 4. & dec. 613. num. 5. par. 1. & decis. 143. num. 4. par. 2. diuers. & in Tuden. Parochialis 4. Nouembris 1592. coram bo. me. Cardinali Pamphilio,* in quibus fuit reprobatum *cons. 132. lib. 1. Soc. Sen.* contrarium sententis.

Et in puncto dixit *Bald. in l. 2. numer. 63. vers. sed* 5 *pone. C. de seru. & aqu.* † quod si falsus Canonicus diu steterit in possessione, & deinde à Papa obtinuit prouisionem, non est necessaria noua apprehensio, & installatio, quia ipso iure fit quędam conuersio ex nouo titulo superueniente, *Bald. sequitur Cranett. cons. 171. num. 1. vers. 2. pro hac* & licet *sub num. 19.* 6 declaret Baldi sententiam † non procedere, quando ante prouisionem Papę ius tertio fuerit quęsitū, & *Cranett. sequitur Rimin. iun. cons. 100. num. 25.* attamen non applicatur casui nostro hęc limitatio, quia ante prouisionem Apostolicam Massobrij nul7 lum ius erat quęsitū Scipioni, & propterea, † si Massobrius retinuit possessionem de facto, mutauitque sibi solummodo ius, & titulum possidendi, adhuc ei manutentio danda est ad statum suę possessionis, *cap. querelam. cum ibi not. de elect. l. Aquilius. vbi Castr. num. 5. ff. de donat. Cassad. dec. 14. num. 8. super reg. & Rot. coram Sanctiss. Greg. XV. dec. 560. nu. 1.* 8 † in manutentione enim nudum factum, & sola detentio consideratur, *Castr. in d. l. Aquilius. sub num. 5. de donat. Cephal. cons. 16. sub num. 5. lib. 1. Card. Seraph. dec. 582. nu. 5. Rot. diuers. dec. 59. nu. 29. & dec. 64. num. 2. par. 2.*

Hęcque videntur cessare, quia Massobrius sibi prouidit, & conseruauit suam primā possessionem de facto per declarationem, quod volebat possidere ex titulo prouisionis Apostolicæ Archipresbyteratum, quem prius possidebat ex titulo præsentationis, & in eodem instanti renuncias & declarat, & sic renunciatio est retrospectiua ad declarationem, eatenus enim renunciauit, quatenus credidit esse consultum suę possessioni, & continuationi, sique hęc declaratio non suffragaretur, renunciatio quoque ex defectu consensus non operaretur & consequenter primam possessionem à se non di-

9 dicasset Massobrius, † ad dimittendam enim possessionem requiritur animus, *d.l.3. §.in amittenda. ibi Alex.ff.de acq.poss.Cassad dec.4.n.3.de restit.spoliat.Paris.cons.114.numer.7. lib.4.Rot.apud. Achill.* 10 *decis. 11. de pens.* † & renunciatio stricte est interpraetanda, vt minus lędat renunciantem, quã fieri possit, *l.si domins.ff.de seru.vrb. praed.Berc.cons.111. sub num.34.Surd. cons.446.numer.22.* & propterea 11 † renunciatio restrictiue ad presentationem, & possessionem inde secutam non est trahenda ad omnẽ possessionem, *ad clem.quod circa.de elect.Bald.in l. 2.num.2.C.de legat. Rol.cons.86.numer.33.lib.2.* & haec duo, scilicet, quod quis renunciet praesentationi, & possessioni inde sequutae, & quod velit possidere ex prouisione Apostolica non inuicem repugnant, quia vult insistere in possessione de facto, & reijcere primum titulum possessionis.

Secunda quoque possessio, (scilicet, postquam 12 renunciauit) est manutenibilis, † quia etiam libere cedens, & renuncians, licet dicatur perdere dominium, & possessionem saltem de iure, attamẽ si postea incumbat de facto, & realiter inhęreat possessioni, adhuc ad statum est manutenendus, immo & reintegrandus, si spolietur, *Innoc.in cap. super hoc.de renunc.Calderin.cons.4.eod.tit. & sequitur Rot.dec.1. num.2.in nou.eod.tit.& Cassad.d.dec.4.restit.spoliat. num.2.& 4.vers.credit tamen*, vbi firmat dictam In-13 nocentii † procedere etiam in beneficialibus, si incumbens possessioni de facto habeat titulum pręsumptum, vnde multo magis quando habet verum, & canonicum ex prouisione Apostolica, *& sequitur Gomes.super reg.de ann.q.57.in prin.Paris.de resign. lib.1.q.5.nu.28.*

Neque obstat, quod renunciatio Massobrii fuerit in executionem decreti literarum Apostolicarum, in quibus cõmittitur executori, vt Massobrium introducat in possessionem, quia acquisitio nouae possessionis de manu executoris non contradicit retẽtioni primę possessionis naturalis, & menti Papae 14 aliquibus ex Dominis satisfactum videbatur, † si intelligatur dictum decretum ad cumulandum possessionem possessioni, *ad tradita per Cassad.d.decis. 4.num.1.& seq.de restit.spoliat.Menoch.de adipisc. remed.4.q.43.nu.337.& seq.Gabr.concl.7.nu.6.de acq.poss.* vbi quod vtraque possessio de per se est cõ-15 siderabilis. Et demum † in hoc summariissimo iudicio retinendae attendi debet, quod Massobrius fecit, non quod facere debebat.

Nec obstat, quod Canonici ignorauerint, vel ignorare potuerint huiusmodi mutationem tituli in Massobrio, quoniam quidquid sit, an requiratur talis 16 scientia &c. † ex tot actibus, & ex ipsa facti serie scientia hęc bene inferri, & praesumi potest, *Abb.in cap.cum Ecclesia.num.25. de caus. poss.Rot.dec.179. num.2.par.1.diuers.& decis.685.nu.4.par.1.recent.* 17 † praesertim quia non agitur de appręhensione de nouo facienda, sed de continuanda possessione mutato solum titulo, *Innoc.in cap. bene.il secundo nu.6. vers.pro prima.de postul.praelat. Rip.in cap.cum Ecclesia sutrina.num.64.vers.3.declara. de caus.poss.& propr.* & agitur ad effectum manutentionis, quę da-18 tur ad statum, vt dixi, † quo casu nec scientia videtur necessaria, *iuxta Rot.dec. 67.num.7.par.2.diuer. a qua nec recessit in recẽt.d.dec.685.n.4.par.1.* & in plenario possessorio poterit Massobrius docere de scientia Capituli.

19 His etiam intelligimus non obstare, † quod capitulariter non fuerit appręhẽsa possessio per Massobrium, *iuxta dec.8. Cassad.de caus.poss.* quoniam si attendimus primam possessionem, illa fuit capitulariter appręhensa, & in mutatione tituli non est opus noua appręhensione, & installatione, *vt supra ex Bald. & Crauett. dictum est*, si vero actus posteriores consideremus tamquam inducentes secũdam, & nouam apprehensionem possessionis, non autem continuatiue ad primam possessionem capitulariter 20 obtentam, † tunc sat est, quod Massobrius petierit manuteneri, & quatenus opus sit admitti capitulariter, atque Canonici nulla vrgente ratione denegauerint huiusmodi capitularẽ receptionẽ, hoc enim casu habetur pro capitulariter capta, *Rot.coram Sa. me.Greg.XV.dec.364.num.2.& in Pistorien.Canonicatus 16.Iunij 1625. coram Illustrissimo D.Cardinali Caualerio, & in Leodien. Canonicatus 3. Iulij 1617. coram eod. quas secuta etiam fuit in Caesaraugustana Oneram.5.Iulij 1623.coram R.P.D. meo Pirouano.* Et ex actis supra ponderatis, quę coram Canonicis capitulariter congregatis gesta sunt, resultat etiam apprehensio capitulariter facta, vt supra in principio dictum fuit.

Et ita conclusum fuit &c.

R.P.D. Durano

Ariminen. Bonorum

Lunae 26. Maii 1627.

S V M M A R I A.

1 *Constituto transfertur vera possessio.*
2 *Vsusfructus reseruatione transfertur possessio.*
3 *Immissio prior ex pluribus eadem die praesumitur, quae horam expressam habet.*
4 *Possessio posterior praesumitur clandestina.*
5 *Donator in actu donandi potest apponere conditiones sibi beneuisas.*
6 *Constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur.*
7 *Possessio plena dicitur, vbi occupatur a Colonis.*
8 *Coloni in adipiscenda possessione sunt eijciendi, vel ab eis habenda recognitio.*
9 *Haereditati iacenti dari debet curator ad effectum illam occupandi ex titulo donationis.*
10 *Possessio tradita cum clausula, sine preiudicio habẽtium meliora iura, nihil operatur, nisi purificata conditione quoad interesse haeredis.*
11 *Haeres habet intentionem fundatam quoad potiora iura, quousque alter non probet habere meliora.*
12 *Contractus conditionales vltro, citroque obligatorij ad haeredes transeunt, non autem donatio.*
13 *Donatio quando reputetur inter viuos, etiam quod in ea fuerit facta mentio mortis, & num. seq.*
14 *Vsusfructus morte finitur.*
15 *Donatio inter viuos ad haeredes transmittitur, secus in donatione causa mortis, & num.23.*
16 *Donatio inter viuos requirit solammodo duos testes.*
17 *Donatio inter viuos facta praesenti, & acceptanti est perfecta, & irreuocabilis.*
18 *Donatarij in persona dicitur translatum, & radicatum dominium ex Clausula Constituti.*
19 *Donans non potest amplius de rebus donatis disponere, nec illas alteri obligare.*
20 *Clausula Constituti est possessionis, & dominij translatiua, si concurrat titulus habilis ad dominium transferendum.*
21 *Vsusfructus reseruatio est translatiua possessionis, & dominij, si concurrat titulus habilis.*
22 *Donatarius quãdo praeferatur possessori, cui fuit postea facta realis traditio rei donatae.*
24 *Donans cum clausula Constituti, & reseruatione vsusfructus transfert possessionem ciuilem, & retinet sibi naturalem.*

25 *Vsu-*

25 *Vsufructuarij morte fit proprietarius dominus pleno iure.*

26 *Insinuationis defectus suppletur iuramento.*

27 *Constitutiones Marchiæ quoad Carpenses non ligant extra prouinciam Marchiæ, & num. 28.*

28 *Constitutionis confirmatio non ligat non comprehensos in Constitutione.*

29 *Hæred. Constitutarij suffragatur possessio virtute cōstituti ad effectum manutentionis, vbi constitutū cantat etiam ad fauorem hæredis.*

30 *Possessio dicitur continuata in hæredem constitutorij pro quo quis constituit se possidere.*

31 *Vsufructuarij morte extinguitur illius naturalis possessio, & causa possidendi.*

32 *Possessio non transit ad hæredes, vbi nec causa possidendi est ad illos transitoria.*

Decisio LVIII.

LAuinia Cesaronia de anno 1500. donauit Margaritæ eius filiæ iam nuptui traditæ Francisco Cesaronio, præsenti, & acceptanti pro se, & eius hęredibus omnia, & quęcumque eius bona, & iura pręsentia cum clausula Constituti, & reseruatione vsusfructus durante Donatricis vita, & scutorum 200. auri ad testandum, volens etiam (verba sunt donationis) quod in continenti secuta eius morte, petitio, exactio, recuperatio, & possessio rerum donatarum illicò ipsi Margaritę pleno iure competat, & non antea nec alio modo; prędecessit Donataria Donatrici superstite Pompeio eius filio, & hęrede, qui virtute dictę donationis, nec non Ginobria Pancterta vti filia, & hęres donatricis immissi fuerunt in possionem bonorum, de quibus agitur, per Gubernatorem Arimini, & cum fuerit inter eos disceptatum, cuius possessio esset manutenenda, tam coram dicto Gubernatore, quam A.C. obtinuit prędicta Ginebria, quorum sententiæ ob non reuersionem pro apostolis fecerunt transitum in rem iudicatam. Vnde, cum mihi Signaturæ commissa causa restitutionis in integrum, dubitaui, An præsupposita re iudicata cōstet de causis restitutionis.

Et pro Pompeio dicebatur, quod eius possessio
1 erat prior virtute constituti, † per quod transfertur vera possessio, *l. quædam mulier ff. de rei vendic. Ti-*
2 *raq. de iur. const. par. 2 ampl. prima nu. 2.* † & reseruatione vsusfructus, *l. quisquis, & l. si quis argentum. § at si quis. C. de donat. Alex in l. 3. in prin. num. 14. ff de acq. poss.* nec non ex actuali immissione post mortem donatricis virtute eiusdem donationis, quæ fuit anterior immissione Ginebriæ; quia, quamuis vtraque fuerit eadem die, nempe 4. Iulii, tamen illa
3 Pompeii fuit cum expressione horæ, † quæ propterea præsumitur prior in concursu alterius possessionis, quæ non habet horam, licet capta eadem die 4. *Meno. h. de adip. poss. remed 4 num. 292. Rot. dec. 19. nu. 2. cum seq. par. 2. diuers. & in recent. dec. 135. num. 1. vers. & sufficit par. 1. & dec. 514. nu. 1. par. 2. & in Romana Quartæ 27 Aprilis 1626 coram me.* Vnde videbatur constare de causis restitutionis in integrū, & sic Pompeio potius dandum esse mandatū de ma-
4 nutenēdo, quā Ginebriæ, † cuius possessio tamquā posterior præsumitur clandestina, *c. licet causam vbi Felin. num. 8. vers. tertia causa. de prob. Coputaq. dec. 334. num. 2 par. 2.*

Sed Domini contrarium resolnerunt, & resolutionis ratio fuit, quia Pompeius nec se iuuare potest possessione virtute Constituti, nec alia capta dicta die 4. Iulii post mortem donatricis: In primis non possessione cōstituti, quia donatio fuit collata post mortem donatricis constituentis ex prędictis verbis donationis, ibi, *Volens dicta donatrix, quod &c.* vnde versamur in claris, quod in vita donatricis possessio non fuit translata per constitutum, quia, ne transiret, fuit expressè conuentum, & verum est,
5 † quod donatrix in actu donandi potuit apponere conditiones sibi bene visas *l. legem. C. de donat. & l. 1. de donat. quæ sub mod. Bald. cons. 143. lib. 4. &*
6 *Castr. cons. 366. lib. 1.* † post mortem autem donatricis constitutum nihil operatur, quia confertur in tēpus, in quo non est possessio penes constituentem, immo extincta per eius mortem, *Bald. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. numer. 13. Ang. Perusin. in l. quamuis. § si conductor. numer. 1. ff. de acq. poss. & ibi Cuman. num. 2. Ias. in l. nemo potest nu. 35. ff. de legat. 1. Tiraq. de iur. const. par. 3. limit. 3. & dixit Rota in florentino Subdecanatus 27. Ianuarij currentis anni coram me.*

Deinde nec Pompeius se iuuare potest possessio-
7 ne Iudicis auctoritate capta dicta dię 4. Iulii, † tum quia, cum esset occupata per colonos, erat plena,
8 *Seraph. dec. 71. num 4.* Vnde † vel coloni erant eiiciendi, vel ab eis erat habenda recognitio, *l. peregrē § quibus. ff. de acq. poss. Gozad. cons. 86. nu. 10. Afflict. dec. 325. num. 3. & Seraph. dec. 342.* tum etiam quia
9 tunc hęreditas donatricis erat iacens, † cui cum curator datus non fuerit, bona in ea reperta fuerunt malè occupata, *Rol. cons. 78. num. 20. lib. 3. Greg. XV. dec. 206. num. 7.* & demum, ac potissimè, quia Iudex tradidit Pompeio possessionem cum clausula, sine
10 pręiudicio habentium meliora iura, † quæ præseruat iura hęredis, & nihil operatur, nisi purificata conditione, *Ioseph. Ludou. decis. perus. 27. num. 22. & Surd. dec. 373. nu. 10. & seq. post cons.* vbi quod dicta clausula facit, vt habeatur pro non possessione quo ad interesse hęredis, *Rot. dec. 325. nu. 1. par. 1. diuers. & dec. 522. nu. 2. par. 1. recent.*

Quod autē iura Ginebrię vti hęredis sint potio-
11 ra, inde desumebatur, quod ipsa † vti hęres habet intentionem fundatam, quousque alter non probat habere meliora iura, *l. 3. C. de edict. diu. Adrian. toll.* Pompeii autem ius totum in dicta donatione fundatur, quę ei non suffragatur, quia fuit post mortem collata ex prędictis verbis donationis, ibi, volens ipsa donatrix &c. vnde, cum Margarita donataria eius matri prędecesserit donatrici, donatio non transmittitur ad Pompeium filium, & hęredem, quia *tex. in § ex conditionali. Inst. de verb. oblig. & l. necesse. § 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* qui dicunt
12 † contractus conditionales ad hęredes transmitti loquuntur in contractibus vltro, citroque obligatoriis, non autem in donatione, *vt declarat gl. in d. § ex conditione, & ibi Doct.* & rationem differentię assignat *Menoch. cons. 388. num. 55.*

Verum in extensione decisionis fecit mihi difficultatem, quam etiam vnus Dominorum cognouit,
13 † quod hęc donatio fuit inter viuos, etiam quod fuerit facta mentio mortis, ex quo expressè dictum fuit donatio pura, simplex, & inter viuos, *Crauett. cons. 35. num. 3. Roder. Suar. alleg. 20. num. 3. & seqq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 17. num. 1.* & ex
14 retentione vsusfructus, † qui morte finitur, *Alex. cōs. 14. lib. 1. n. 3. vers* hoc etiam, nec non ex clausula *Constituti*, quę esset superflua, & nihil operaretur post mortem constituentis, vt supra dictum est, tum etiam quia donatrix promisit donationem perpetuo firmam habere, & etiam non reuocare *vulg. tex. in l. vbi ita donatur. ff. de mort. cau. donat. Suar. vbi sup. Marzar. cons. 61. num. 4. Ant. Gomez. de donat. cap. 4.* prętereà quia donatrix iurauit obseruantiam donationis, *Clar. in § donat. q. 4.* & quia donataria fuit
15 stipulata etiam pro hęredibus, † cum tamen donatio inter viuos ad hęredes transmittatur, non autē donatio causa mortis, *Alex. cons. 14. num. 4. vol. 1.* vlterius quia adhibiti fuerunt solūmodo duo testes,
16 † qui sufficiunt in donatione inter viuos, *Alex. in d. l.*

d.l.qua dotis.num.13. vers.vltimo fall.c.ff. sol. Matr. Paul.de Castr.cons.76.vol.2. & demum ex quo donatio facta fuit coniunctæ personæ, nẽpe filiæ, *Imol. & Roman.in d.l.quæ dotis, & late Riminald.iun.cons. 274.num.70.vol.3.*

Vnde cum dicta donatio fuerit inter viuos simplex, pura, 27 † & facta præsenti, & acceptanti, fuit à principio perfecta, & irreuocabilis, *§.aliæ. Inst.de* 18 *donat.* & † per traditionem virtute constituti fuit ius in persona donatariæ radicatum, & ei dominiũ acquisitum, *l.1.ff.de donat.caus.mort.Capr.cons.144. num.5.Ioseph.Ludouic.dec.perus.29.num.6.cum seqq.* 19 adeo quod † donatrix non potuit amplius de rebus donatis disponere; nec eas in alium tradere, seu alteri obligare, *Bart.in l.1. C.de iur. fisc. lib.11.Corsett. sing.88.verb.donatio. Cels. Vgo.cons.53.nu.2.& cons. 58.numer.6.& 3. Vin.dec.421.num.10.& Ludouic. Peguer.decis.crimin.48. numer.8* & ratio est, quia 20 † clausula *Constituti* non solum possessionis, sed etiã dominij translatiua est, si, vt hic, concurrit titulus habilis ad transferendum dominium, *gl.communiter approbata in l. ab emptione. ff. de pact. & cap.cum* 21 *venissent.de restit. spol.* prout etiam † idem dicendũ est de retentione vsusfructus rei donatę, *d.l.quisquis & ibi Salic.post gl.& l.si quis argentum.§.sed si qui-* 22 *dem.C.de donat.Guid.Pap.dec.406.num.102.* † quo casu donatarius præfertur alio cuilibet possessori, cui postea fit realis traditio rei donatæ, *vt notant communiter Doct.in l.quoties. C.de rei vindic.Io.Andr. addit.ad Specul.tit.de empt.& vendit.§.1.in additione qua incipit, Nota, quod,ĩ res.Bertrand. cons.177. num.17.in fin.lib.1.& Guid.Pap.vbi supra.*

Vnde, cum per dictam donationem in casu nostro fuerit donatariæ ius quæsitum, & dominium in 23 eius persona radicatum, † consequenter eius morte superstite donatrice donatio non fuit extincta, sed transiuit ad Pompeium eius filium, & hæredem, *l.quis argentum §.fin.C.de donat.* ibi, non solum eos, *dum supersunt, sed etiam eorum successores reddere compelli non tantum his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum hæredibus.Bart.in l.ita stipulatus. 115. num.41.in fin. ff.de verb.oblig. Rebuff.in l.alienatum 67.§.donationis verb. vers. tertio donatio. ff.de verb. sig.Thesaur.dec.70 nu.5. vers dico autem. Vin.d dec. 421.probat.* & quando, vt hic, hęredum facta est mentio nulla, est dubitatio, *Menoch.d.cons.388.num. 55.Borg.Caualc.dec.42.per tot. Raculem.de Analog. cap.37.nu.702.Ant.Fab.in suo Codic.in tit.de reuoc. donat.defin.21.*

Neq; obstant prædicta verba, ibi, *Volens ipsa donatrix, quod petitio &c.* quæ non important conditionem, ita vt sint posita in substantia donationis, quæ iam erat perfectè concepta iuxta omnes suas partes substantiales, sed solum respiciunt donationis executionem, quod clare patet.

Primo quia dicta verba de se executionẽ, & effectum donationis respiciunt, quando quidem, vt iure locus esse posit petitioni, exactioni, seu recuperationi, necessario præsupponi debet perfectio donationis. Secundo ex clausulis Constituti, & retentionis vsusfructus, quæ alioquin essent inutiles, & nihil operarentur, & donatrix sibi ipsi contradiceret. Tertio, & tandem quia mentio mortis non fit per modũ causæ finalis, sed solum ad demonstrandum, & limitandum tempus, quod donatarii debet gaudere bonis sibi iam donatis, & acquisitis, *prout in puncto Oldrad.cons.114.Alex.cõs.78.per tot.vol.4. Menoc. d.cons.388.num.33.& Borgn.Caualc.in d.dec.42.nu. 21.Rot.in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616.* 24 *coram bo:me:* Vbaldo † Vnde quod possesio donatariæ non acquiratur nisi per mortem donatricis, nõ est intelligendum de possessione ciuili, quia iam translata fuit per Constitutum, & vsusfructus retentionem, sed de possessione naturali, quæ remansit penes donantem ratione vsusfructus, *l. naturaliter. in princ.ff.de acq. poss. prout in his terminis loquitur Rot.in d. Romana de Incoronatis vers. rursus nec videbatur. prout in simili vt eius etiam contrarietas distinguit Alex.d.cons. 78 num. 2.vers.* & quod dictu donatio, & innuunt verba donationis, ibi, secutu di-25 cta morte pleno iure competant, & non antea, † ita vt in dicto casu ex consolidatione vsusfructus cum proprietate per mortem donatricis donataria, quæ antea erat nuda proprietaria, fiat domina pleno iure, *§.fin. inst.de vsufr.*

26 Non obstat defectus insinuationis, † quia non est necessaria stante iuramento, quod supplet defectum insinuationis *iuxta opinionem, quam pluries tenuit Rota, Capitaq. dec.286. par. 1.Seraph.dec.472.num. 14.& dec.246. num.8. & in recent.decis.588.num. 2.vers.tertio instrumentum.par.1.& apud Greg.XV. dec.391.num.5.& ibi Add.num.10.* nec Constitutio Marchiæ Cardinalis Carpen. per quam Ægidiana, quæ in contractibus minorem requirit vtrumque, nempe iuramentum, & insinuationem, *extensa fuit* ad omnes contractus mulierum, applicatur casui nostro, quia Cardinalis Carpen. erat Legatus in dicta 27 Prouincia Marchiæ, † cuius iurisdictio vltra dictã Prouinciam non se extendebat, & licet dicta consti-28 tutio fuerit per Papam confirmatam, † tamen confirmatio non ligat eos, qui non compræhenduntur in dicta Constitutione confirmata, *prout in terminis Rot.dec.6.nu.3.par.2.recent.Add.ad Greg.XV.decis. 260.num.17.*

Ex quibus videtur iura Pompei esse potiora, & 29 ideo, † quod ei vti hæredi suffragetur possesio virtute Constituti ad effectum manutentionis, *vt in puncto Menoch.cons. 139. per tot.* non autem Ginebriæ 30 possesio Lauiniæ vsufructuariæ eius matris, † ex quo enim Lauinia constituit se possidere etiam pro hæredibus donatariæ, continuatur in eos possesio etiam mortua donataria, *Tiraq. in retract. de iur. constit.par.2. ampl.12. Menoch. vbi supra numer. 9.* 31 *& clarius num.30.* † possesio verò naturalis Lauiniæ vsufructuariæ eius morte fuit extincta, sicut finita etiam fuit causa possidendi, nempe vsusfructus, *Tiraq.in tract.le mort.sais.decl.prima in princ.* 32 *Menoch.vbi supra nu.14.vers.2.admissu.* † quæ propterea non datur hæredibus proprietariæ, *vt in terminis Natt.cons.419.& Menoch. ibidem.* Vnde cum Pompeius bene legitimauerit suam personam, & de identitate rerum donatarum clare constet ex datis in summario, videtur Dominos super his esse iterũ merito consulendos.

Et ita, &c.

Vbaldo Seniore

Anconitana Hæreditatis

Veneris 11. Martii 1616.

S V M M A R I A.

1 *Causa semel effecta appellabilis quoad vnum remanet appellabilis etiam quoad partem aduersam.*
2 *Sententia contra sententiam prima non reuocata est nulla.*
3 *Ægidiana locus non est, si sententia sit nulla.*
4 *Iudex appellationis non valet pronunciare prout in prima absque commissione cum clausula,* quam, & quas, vel cum toto negocio principali.
5 *Sententia prioris reuocatio non videtur necessaria si eagrauamen non contineat.*

6 *Clau-*

5 *Scientiæ prioris reuocatio non videtur necessaria si ea grauamen non contineat.*

6 *Clausula*, sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura in sententia immissionis apposita operatur quoad personas non expressas in sententia.

7 *Clausula*, sine præiuditio habentium meliora, & potiora iura, *non operatur, si tunc alius in possessione non erat.*

8 *Immissio non potest dici præcipitanter data, & in die feriata, vbi eodem modo, & eadem die immissio alteri data fuit.*

9 *Examen nullum dici non potest ab eo, qui eumdem modum in alio suo proprio examine seruauit.*

10 *Sententia dicitur conditionalis, in qua data sit immissio, detractis bonis fideicommisso subiectis.*

11 *Exequens sententiam conditionalem dicitur illi acquiescere, & conditionem acceptare.*

12 *Contradictor legitimus dicitur, qui offert in continenti docere de iure suo.*

13 *Immissio facta auctoritate Iudicis non dicitur vitiosa.*

14 *Ægidiana cessat stante iniustitia sententiæ.*

Decisio LIX.

ROTA censuit nõ esse locũ Ægidianæ, quia sententia lata in partibus pro immissione Io. Baptistę tamquã vocati ad fideicõmissũ vigore testamenti tã Galeatij sui Aui, quã Francisci sui Patrui magni, fuerat pro parte mulierũ hæredũ Bartholomei vltimi grauati appellatũ, & causa 1 introducta coram A. C. ideo † remãsit appellabilis etiam quoad Io: Baptistam *ex reg. c. non licet actori. de reg. iur. in 6. Ros. decis. 152. num. 1. par. 2. diuers. & fuit dictum in Romana Saluiani 11. Februarij 1604. coram bo: me: Iusto, & in Perusina Dotis 9. Aprilis 1607. coram bo. mem. Penia, & sæpe in alijs*, Item quia A. C. seu Iudex ab eo deputatus protulit sententiam, seu decretum de immittendo dd. mulieres nõ reuocata prima sententia ad fauorem Ioannis Ba- 2 ptistæ, vnde † sententia tamquam contra sententiã lata remanet nulla, *l. 1. C. quand. prouoc. non est necess. Aym. cons. 103 num. 4. Alex. cons. 79. num 4. lib. 1. & fuit dictum in dicta Perusina Dotis coram Pe-* 3 *nia*, & † stante nullitate certum est, non esse locum Ægidianæ, *Put. dec. 4. de aegid. & fuit dictum in Romana Saluiani 14 Decembris 1598. coram Illustriß. Cardinali Lancellotto.*

Nec obstat, quod Iudex deputatus pronunciauerit prout in prima, quia, cum esset Iudex appellationis 4 deputatus ab A. C. † non potuit procedere sicut in prima absque alia commissione cum clausula, *Quã, & quas*, vel cum toto negocio principali, *Achill. decis. 14. de rescript. Cæs. de Graß. decis. 2. nu. 6. & 7. eodem tit. Seraph. dec. 603. nu. 2. par. 1.*

Nec facit, quod prima sententia non videatur continere aliquod grauamen propter illam clausulam, *sine præiudicio habentium meliora, & potiora* 5 *iura*, & † propterea non fuerit necessaria reuocatio, præsertim docto de melioribus iuribus hæredum, 6 quia, præter id, † quod dicta clausula operatur quoad aliàs personas non expressas in sententia, *Oldrad.* 7 *cons. 330. in fin. fuit responsum*, † quod, cum hæredes tempore sententiæ non possiderent, dicta clausula nihil operatur, *vt fuit in terminis resolutum in illa Ferrarien. de Tassonibus 26. Iunij 1613. corã R. P. D. meo Pamphilio.*

8 Nec refragari visum fuit, † quod prima sententia ad fauorem Ioannis Baptistæ esset nulla tamquã præcipitanter lata, & die feriata, quia eodem modo, & eadem die fuit pronunciatum ab eodem Iudice pro mulieribus immittendis in possessionem bonorum Bartholomei, & ideò, cum ipse sententiam pro se latam acceptauerint, & executioni demandauerint apprehendendo possessionẽ bonorũ, æquum est, vt de alia contra se lata non conquærantur, vt iudicii æqualitas seruetur, *l. vlt. C. de fruct. & lit. expens.* 9 vt in simili, † quando idem modus fuit seruatus in examine testium ab vtraque parte, non potest altera pars dare de nullitate, *vt per Modern. ad reg. 8. glos. 9. §. 1. in annot. consensi nulliter. nu. 73. vbi allegat decisionem in causa Auximana Tutelæ 16. Februarij 1592. coram Penia, & fuit dictum in Ianuen. Pecuniaria 18. Iunij 1612. coram me.*

Quibus accedit, quod primus Iudex per duas sẽtentias pronunciauit, mulieres esse immittendas 10 detractis bonis fideicõmisso subiectis, † & sic sententiæ erant conditionales, *iuxta latè tradita per Surd. cons. 186. numer. 9. & seq.* à quibus non constat 11 illas appellasse, † immò videntur acquieuisse exequendo mandata immissiua in eorum executione relaxata, vt supra dixi, & sic cum illa conditione detractionis bonorum subiectorum fideicommisso, *Aym. cons. 108. num. 3.* vnde non videntur potuisse à secundo Iudice obtinere immissionem sine illa cõditione detractionis absq; euidenti grauamine Ioãnis Baptistæ; & demum addebatur, quod Ioannes Baptista iam immissus in possessionem auctoritate 12 sententiarum de partibus, † cum offerret in continenti docere de iure suo, videbatur legitimus contradictor, *iuxta Bart. in l. fin. nu. 22. vers. aut possidet. C. de edict. diu. Adr. toll. Menoch. de adipisc. remed. 4.* 13 *num. 634.* nec † immissio videtur vitiosa tamquam facta auctoritate Iudicis, *ad l. iust. possid. de acq. poss.* & citatis mulieribus, & acceptantibus sententias pro se latas cũ conditione detractionis, vt dictũ est, ex quibus arguitur iniustitia sententiæ A. C. 14 † cuius ratione etiam cessat Ægidiana, *Contard. ad l. vnic. C. si de moment. poss. limit. 9. num. 1. & per tot. & de Ægid q. 4. num. 6. Gabr. cons. 36. in princ. lib. 2. vbi de commun.*

Et ita &c.

EODEM

Bononien. de Poesis

Mercurij 16. Ianuarij 1619.

SVMMARIA.

1 *Scripturæ existentia penes exhibere debentem probari debet, vel quod eam dolo, vel culpa desierit possidere, vt ad exhibendum compelli possit.*

2 *Ampl. vt requiratur plena probatio, & non sufficiat præsumptio.*

3 *Dictio*, Tenoris, & c. *in productione apposita importat realem productionem.*

4 *Scriptura producta remanere debet penes Notarium.*

5 *Decl. vt possit tamen à producente recuperari originale dimissa copia præuio decreto Iudicis, & præstito iuramento de reportando.*

6 *Notarius tenetur exhibere scripturam in eius actis productam, alias agitur contra ipsum ad interesse.*

7 *Nemo tenetur ex casu fortuito sine propria culpa.*

Decisio LX.

FVit dictum, Theodosium non teneri exhibere apocham, de qua agitur, quia non constat de eius existentia penes ipsum, & 1 † ad hunc effectum illa probari omnino debet, vel quod dolo, vel culpa ipsius desierit possidere, *l. thesaurus. ff. ad exhib. l. 1. in prin. ff. de tab. exhib. Ruyn. cons. 20. num. 4. vers. ecce ergo. lib. 5. Natt. cons. 8. num. 3. Osusc. dec. 16. num. 3. & fuit dictum in Marsicana Thesauraria 15. Decembr. 1604. coram Illustriss. Cardinali Ludouisio.* vbi etiam fuit additum, 2 † non sufficere præsumptionem existentiæ, sed requiri plenam, & concludentem probationem, in proposito autem tantum abest, vt talis existentia, vel culpa Theodosii probetur, vt immo potiùs constet de contrario, cũ scriptura fuerit per ipsius partem in actis huius causæ 3 coram Notario producta, & quidem realiter, † vt constat ex dictione, *Tenoris, &c. vt fuit dictum in Ferrarien. Bonorum 9. Maij 1594. coram bo. me. Cardinali Blanchetto, in Mediolanen. Decimarum 17. Nouẽbris 1617. corã R. P. D. meo Decano in Ariminen. Bonorum 17. Decembris præteriti coram Reuerendiss. Archiepiscopo Damasceno, & alias sæpè*, 4 † & ideò apocha producta debuit remanere penes Notarium causæ, *cap. quoniam contra. cap. fin. de prob.* & de stylo 5 Curiæ solum † potest ad instantiam partis recuperari originale dimissa in actis copia, & cum decreto Auditoris, & præstito iuramento de reportando *iuxta dem. 18. de fid. instr. in antiq.* de quibus in proposito nullo pacto constat, 6 † & cum non appareat fuisse factam talem restitutionem, Notarius tenetur illã exhibere, ad aliàs interesse agi potest, *secundum Bald. in l. fin. num. 23. C. de edend. Lanfranc. in tract. de fid. instr. nu. 22. & fuit sæpè dictum.*

Placebat tamẽ nonnullis ex Dominis, vt Theodosius faceret diligentias contra Notarium, & cum fuerit compertum, apocham fuisse amissam, talis amissio tamquam casus fortuitus non debeat nocere Theodosio, ita vt non possit progredi in causa, cũ 7 † nemo ex casu fortuito sine propria culpa contingente teneri, debeat, *l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. exceptione, & ibi Bart. ff de fideiuss. Alex. cons. 57. nu. 4. lib. 1.*

Et ita fuit decisum &c.

E O D E M

Sabinensis Terrarum

Luna 11. Decembris 1617.

S V M M A R I A.

1. *Iudex delegatus tenetur seruare formam commissionis.*
2. *Iudex delegatus cum clausula, vt procedat ad legitimã executionem, ad executionem procedere potest, si illi locus sit, & quatenus locus non sit, abstinere non autem reuocare mandata præcedentia.*
3. *Iudex datus super executione an, & quando possit cognoscere super meritis.*
4. *Iudex allegatus suspectus cum expressione causæ, & appellatione ab vlteriori processu non potest nisi nulliter ad vlteriora procedere.*
6. *Ampl. etiam si appellans non fuerit appellationem prosecutus, quia sufficit interpositã.*
6. *Catastrum non probat possessionem contra tertium.*
7. *Apocha confessionis debiti non probata exactione non probat quasi possessionem exigendi.*
8. *Debitum, & possessio nihil inter se habent commune, cum possessio requirat factum.*

Decisio LXI.

SEntentia lata extra Rotam reuocatoria mandati de manutenendo, & reintegrando respectiuè aliàs decreti, & relaxati ad fauorem Archipresbyteri arguebatur pro eius parte de nullitate, & iniustitia, Domini tamen dixerunt prędictã sententiam esse nullam, sed iustam.

Nullitas deducebatur in primis ex defectu iurisdictionis, quia rescriptũ commissionis Iudici directum erat restrictum, & limitatum, vt procederet ad legitimam executionem, 1 † proinde tenebatur seruare formam commissionis, *cap. cum dilectus de rescript. Vant. de null. ex def. iurisd. numer. 9. Seraph. dec. 171. num. 2. & dec. 664. num. 5.* 2 † & ideò debebat procedere ad executionem legitimam, quatenus illi fuisset locus, *iuxta doctr. Affl. in cap. 2. vers. quod nota, & vers. & hic notabit. de treg. & pac. Felin. in c. super literis. numer. 10. vers. limita. de rescript. & in istis terminis fuit tentum in vna Alexandrina Beneficij 19. Decembris 1614 coram R. P. D. meo Buratto*, & quatenus non fuisset locus, poterat abstinere declarando non esse locum vlteriori executioni, non autem habebat facultatẽ reuocandi mandata pręcedẽtia, prout fecit, *vt pluribus firmauit Rota in vna Arionen. Arresti 19. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Dunozetto.*

3 Non obstat, † quod, cum Iudex esset datus super legitima executione, posset etiam cognoscere super meritis, *ad tex. in l. & si nõ cognitio. C. si cont. ius, vel vtil. publ.* Quia respondebat vnus ex Dominis tum quod dispositio d. legis procedit, quando nulla præcessit sententia, sed simpliciter fuit commissa executio alicuius facti, tunc enim commissa executione censetur etiam commissa cognitio super veritate illius facti, secus verò, quando præcessit sententia, & eius executio commissa est, vt in casu nostrõ, *l. si vt proponis. C. de execut. rei iudic. & declarat Bart. in d. l. & si non cognitio.* tum etiam quod, quatenus Iudex potuisset cognoscere super exceptionibus, quæ directo venirent contra sententiam & eam impugnarent, vt de nullitate, vel quod sit lata prætextu falsorum instrumentorum, & similibus, tamen eatenus potuit cognoscere, vt supersederet in executione, vt dictum est, & ad superiorẽ remitteret, *Bart. in l. à Diuo Pio. in prin. num. 9 quem ibi sequitur Ang. numer. 4. Alex. numer. 9. & 10. & cõmuniter Doct. vt testatur ibi Ias. nu. 12. ff. de re iud.*

Non displicebat etiam pluribus ex Dominis alia nullitas ex eo, quod Iudex fuerit allegatus suspectus cum expressione causæ, & appellatione ab vlteriori 4 processu, † vnde non potuit absque vitio nullitatis ad vlteriora procedi, *Achill. decis. 3. de except. Rot. decis. 2. numer. 6. par. 2. diuers. Lancell. de attent. post recusat. par. 2. cap. 6. numer. 4. & seqq.* 5 † etiam si appellatio non fuerit prosecuta, quia sufficit fuisse interposita, *Rot. d. decis. 2. numer. 18. Lancell. vbi supra num. 6.*

Iustam vero dixerunt Domini esse dictam sententiam, quia sententia Vicarij, & bo. me. Orsini quæ reuocatur per dictam vltimam sententiam, de qua agitur, videbatur non posse substineri, cum emanauerit in iudicio retinendæ, & reintegrandæ, ad fauorem Archipręsbyteri, qui tamen nõ videtur probasse possessionem, quod est primum extremum in vtroque iudicio, *§. retinendæ. & §. recuperandæ, cum ibi not. Inst. de interd.* nam duplex catastrum pro eo allegatur, vetus, & nouum, in quo annunciatur, Ec-

clesiam

clesiam possidere rubra quinquaginta terræ, vltra quod dubitabatur, an esset in forma probanti, 6 † dicebatur non probare pro Ecclesia contra tertium, *vt per Craueтт. de antiq. tempor. par.1.§.quid in libro num.2. & fuit dictum in Salernitana Contributionis 10.Ianuarij 1600.coram bo.mem. Cardinali Pamphilio.*

Non obstat apocha auctoris D.Fránciotti de anno 1582. in qua videtur fateri, se respondere 33.cognatellos musti ipsi Ecclesiæ, 7 † quia ex illa non probatur exactio, vel quasi possessio exigendi, nec ab eo tempore Archipresbyter probat se vnquam exegisse; vnde, quidquid sit dicendum an D.Franciottus sit debitor, non tamen inde sequitur, quod Archipresbiter contra eum fuerit, vel sit in quasi possessione 8 exigendi, † cum alias certum sit, debitum, & possessionem nihil inter se habere commune, cum hoc in facto consistat, & requirat factum, & actualem apprehensionem, *l.naturaliter.§.nihil commune.l.1.& l.3.ff. de acq. poss.cum alleg.Gaill.lib.2.obserua.c.152.num.9.& seqq.*

Et ita fuit decisum &c.

R. P. D. Pirouano

Albanensis Confinium

Veneris 22. Aprilis 1622.

SVMMARIA.

1. *Arbitrium à Principe conceditur secundū iuris regulas cum aliqua remissione earum rigoris, æquitate attenta, & num.12.*
2. *Testium numerus refrænari debet.*
3. *Testium numeri refrenatio arbitrio Iudicis remissa est, vbi statutum hoc non determinat.*
4. *Statuta auctoritate Apostolica confirmata cum decreto irritanti, & clausula sublata ligant manus Iudicantium.*
5. *Termini præfixio ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis operatur cōclusionem in causa, & quærit ius parti, vt post terminum aduersarius non audiatur.*
6. *Testes non licet recipere post publicatas attestationes.*
7. *Decl. procedere vbi partes testificata didicerint, secus si non didicerint.*
8. *Sub decl.non procedere, quando altera parte inscia sit publicatio, sed si ea petente, seu consentiente.*
9. *Publicatio examinis testium facit præsumere, quod pars testificata etiam didicerit.*
10. *Copia examinis testium petita, & habita post publicationem ipsam publicationem approbat.*
11. *Et impedit nouam productionem testium, etiam si nō præcesserit publicatio, propter timorem subornationis.*
12. *Publicatio examinis petita cum clausula, ex quo pro nunc non vult alios testes examinare, non iuuat petentem ad effectum examinandi postea alios testes tamquam protestatio contraria facto.*
13. *Probationum defectu ne pereat ius partis solent leges inclinare.*
14. *Clausula, Arbitrio, non dat facultatem auferendi, vel lædendi ius partis sibi iam quæsitum.*
15. *Subornationis timor cadere non potest in teste ad coadiunandum examinando.*
16. *Examinandi facultas ad effectum coadiunandi post tempora lapsa, & didicita testificata non datur, nisi dicta, vel personæ fuerint approbatæ per aduersarium.*
17. *Subornationis timor cessat respectu testium, qui iam apparent examinati ad perpetuam rei memoriam.*
18. *Intellige, si alij testes non fuerint iam in causa examinati, secus si examinati.*
19. *Æquitas nulla considerari potest in examine faciēdo ad supplendam voluntariam amissionem, & negligentiam.*
20. *Examen nouum admittitur post didicita testificata quoad nouas materias, & diuersum iudicium.*

Decisio LXII. la prima.

1 R Esolutum fuit non intrare arbitrium pro nouo examine faciendo, † illud enim solet à Principe concedi, secundum iuris regulas, quamuis cum aliqua remissione rigoris earum de attenta æquitate, *Cæs.de Grass.dec.7. numer.8.de sent. & re iudic. Rot. decis. 179.235. 538.par.1.in recent.*

In præsenti autem omnes regulæ arbitrio aduersantur, nec aliqua æquitas suadet, vt ab eis recedatur.

Versamur enim in summarijssimo possessorio, in quo D. Caffarellus examinauit sexdecim testes, 2 † & numerus testium vtroque iure tam communi, quam municipali debet refrenari, *l.1.§.vlt. ff.de testib.cap.cum causam. §.vltimo c. significauerunt eod. tit.l.quoties, & ibi Bart. C.de naufrag. lib.11.& in Statuto Vrbis cap.73.lib.1.*& ne contingat dubitari, 3 quando effrenata multitudo dicatur, † solet remitti Iudicis arbitrio, vbi Statuta hoc determinantia non vigent, *Aldobrād.cons.145.Abb.in cap cum causam num.3.de testib.Rebuff.in l.vnic.num.6.C.de sent.quæ pro eo, Menoch.de arbitr.cas.249.nu.3.*& cum in præsenti adsit d. Statutum *cap.73.lib.1.* inter Romanos determinans, vt in quolibet causa vltra septem testes non recipiantur super quolibet articulo, seu capitulo, non erit super hac determinatione insistendum, neque dubitandum de sufficienti numero producto, cum fuerit Apostolica auctoritate confirmatum addito decreto irritanti, & clausula, sublata, 4 † quæ solent ligare manus iudicātiū in vlteriori cognitione, *Caputaq.dec. 174.par.3. Rot.in recent.dec. 180.par.2.*

Præterea fuit eidem D. Caffarello præfixus terminus ad probandum, & probatum habendum per 5 omne genus probationis, † quæ termini præfixio solet operari conclusionem in causa, & quærere in cōsequenti ius parti, vt post terminum noua audientia non admittatur, *Marant.de ord.iud. par.6.in 3.act. de dilat.num.19.Rot.decis.22.de testib.in antiq.Surd. cons.8.numer.12. Vestr.in prax.lib.6.cap.1.vbi add. num.60.*

Demum instante D.Caffarello fuerunt aperta, & publicata testium dicta, vt patet ex actu publicatio- 6 nis, qui datus fuit, vnde regula est certa, † quod publicatis attestationibus non licet vlteriores testes recipere, *cap. fraternitatis.cap. intimauit de testib. clem.fin.eod.tit.auth.at qui semel.C.de prob.latissime Surd.cons.136.num.3.& seqq.*& quamuis ab eodem 7 Surdo referatur opinio tenentium, † regulam procedere, si partes didicerint testificata, alias partem non excludi ab vlteriori productione, *§.quia vero. Aut.de testib.Specul.in tit. de testib §.satis vtiliter.n. 9.Bald.& alij per Gabr.alleg.de testib.concl.21.num.* 8 *27.* † attamen & illorum sensus declaratur, quando altera parte inscia, & inuita sit publicatio, secus autem si ea petente, & volente, quā distinctionem facit *Bart.in d.auth.atqui semel.num.17.C.de prob & post alios latissime comprobat idem Surd.d.cons.176. num.4.*

9 *num.4.& seqq.* dicens *sub num.*8.† quod ex publicatione oritur præsumptio, quod pars testificata didicerit, & quod ideò iura canonica ponderant solum publicationem, non autem percuntationem, verum in præsenti magis certificatur percuntatio ex ipso 10 facto, & egredimur controuersiam,† quia petita fuit copia attestationum, & habita post publicationem, quæ solet approbare actum præcedentem publicationis, *Purpur.cons.*59.*num.*1. & quod plus est D. Caffarellus cum impetrata copia causam semel & bis discussit disputando in Rota articulum manutentionis, qui postmodum ad fauorem D. Ducis fuit resolutus, ita vt de percuntatione dictorum te-11 stium non sit ambigendum,† quæ tamen attendi solent ad effectum excludendi nouam productionem propter timorem subornationis, etiam quod publicatio non præcesserit, si tamen copia attestationum sit tradita à Notario, & sic etiam pars ea vsa fuerit in disputatione causç, *vt in his terminis firmauit Rot. apud Seraph. dec.*688. *& in causa Ianuen. Iurisdictionis coram S.D.N. inter impress. dec.*328. *par.*2. *in recent.*

Neque quidquam releuat clausula adiecta petitioni publicationis, dum procurator dixit, nolle pro nunc alios testes examinare facere in præsenti causa petens publicari etiam depositionem suorum te-12 stium pro parte instantis examinatorum † Quia idē est, ac si dixisset, quod pro nunc vult didicere, & percuntari testificata, quamuis nolit alios testes pro nunc examinare, quod pugnat contra publicationē, quæ implicat scientiam depositionum testium, *vt ponderat Surd.d.cons.*176. *num.*4 *lib.*2. dicens tales protestationes tāquā contrarias facto non releuare.

Non obstat, quod examen fuerit commissum arbitrio Rotæ, & eo casu recedatur à rigore iuris suadente çquitate, vt iam firmatum fuit; quia conclusio in se est vera, sed probatio æquitatis deficit.

13 Ratio enim primo ponderata † ne ius partis pereat defectu probationum, pro qua leges solent inclinare, *Rot.dec.*73.*de appell.in antiq.Cas.de Grass. dec.*1.*num.*8.*de dilat.* tollitur maiori çquitate posita in iura alteri quæsito per publicationem testium, & 14 lapsum termini,† quod propterea læsionem, & prçiudicium afferre non debet, *Bart. in l.ambitioni.nu.*12.*ff.de decret.ab.ord.faciend. Ofasc. dec.*2.*num.*12. *Menoch. de arbitr.lib.*1.*q.*48.*in princ.Rot.decis.*652. *num.*2.*par.*2.*in recent.*

Similiter nec secunda ratio releuat, quod scilicet huiusmodi probatio non sit noua, sed comprobans iam factam intra tempus statutum, quæ etiam post 15 publicationem admitti debeat,† ex quo timor subornationis in teste alios coadiuuante cadere nō potest, *Afflict.dec.*216.*num.*4 *Surd.dec.*126.*num.*10. *Capyc.dec.*62.*in prin.* quia respectu medij temporis, nempe ab anno 1579. vsque ad diem motę litis, quo D.Dux solus possedit, nec apparet D. Caffarellum possedisse, nouum est examen continens nouas probationes, in quo non cadit ratio coadiuuandi alios testes, sed concludendi tempus intermedium, & quamuis D. Caffarellus potuerit credere sufficienter probasse, sed non probauerit, non tamen erit coadiuuare probationē, sed supplere, quod pertinet 16 ad nouam materiam temporis intermedii,† & nihilominus facultas coadiuuandi non datur, nisi dictæ vel personæ fuerint approbatæ per aduersarium, *secundum Innoc.in c.cum clamor.nu.*2. *de testib. Surd. post alios dec.*126.*num.*10. quod in præsenti non potest considerari, quia D. Caffarellus fuit vltimus in examinando testes.

Prout nec obstat tertio ratio, quod testes sint in promptu, & iam sint examinati ad perpetuam me-17 moriam, † qui propterea debent examinari etiam post didicita testificata, dum in eis cessat timor subornationis, *Rot.dec.*11.*de prob.in nou.Gabr.de testib.* 18 *concl.*21.*num.*58.† quia si nulli fuissent testes examinati in causa, ratio esset colorata, sed aliis examinatis insurgit vehemens ratio pro exclusione examinis petiti, quod scilicet D. Caffarellus elegerit meliores testes ad infringendum examen D. Ducis antea factum, nec de aliis curauerit, *Crauett. cons.*134.*num.*3. *quod etiam fuit ponderatum in causa Ianuen. Pecuniaria* 5. *Iunij* 1613. *coram R.P.D. meo* 19 *Vbaldo.*† & ideò ad supplendam volūtariam omissionem, & negligentiam nulla çquitas considerari potest, *Felin.in c. fraternitatis.nu.*6.*de testib.Odd.de restit.in integr.q.*65.*num.*61.

Demum non releuat allegata decisio *in causa Anconitana Florum* 16. *Aprilis* 1619. *corā R.P.D.* 20 *Buratto*, quia † eo in casu noua materia articulata fuerat, & diuersum erat iudiciū ab eo, in quo priores testes erant examinati, & iden non mirum si fuit admissum nouum examen, *Rot.dec.*24.*de testib. in nou.Gabr.concl.*21.*num.*60.*eod.tit.* quæ tamen in præsenti non concurrunt, cum sit eadem materia, & idem summarissimum possessorium.

Et ita, &c.

Cardinali Platto

Mediolanensis Parochialis

21. Nouēb. 1586. & 22. Iun. 1587.

SVMMARIA.

1. *Possessor possessione non priuatur per immissionem a Iudice alteri de facto, & sine citatione datam.*
2. *Executor cum clausula,* Vocatis, vocandis, & amoto quolibet illicito detentore, *seruare tenetur formam iudicialem.*
3. *Acta sunt transportanda ad effectum videndi an, & cui sit dandum mandatum de manutenēdo.*
4. *Sequestro locus est, donec acta transportentur.*
5. *Possessio capta post decem dies ad appellandum an sit attentata.*
6. *Restitui se petens ad possessionem, & attentata reuocari an dicatur habuisse se pro spoliato.*
7. *Possessio capta lite pendente est sequestranda.*

Decisio LXII. la seconda.

Domini dixerunt mandatum de manutenēdo dandum esse Cypriano habenti prouisionem ab Ordinario, & qui possessionem eiusdem prouisionis vigore adeptus est; eiusq; possessionem iustam, & legitimam fuisse constat ex sētentia Vicarii Lauden., quæ in rem transiuit iudi-1 catam,† quo stante non potuit executor literarum Apostolicarum à Gussante impetratarum nulliter, & de facto procedēdo, eum priuare possessione sua, 2 *ad trad.per Benint dec.*93.*num.*6.† cum enim in literis adesset clausula vocatis vocandis, & amoto quolibet illicito detentore, tenebatur seruare formam Iudicialem, *dec.*30.*de rescr. in nou.& dec.*12. *de Offic.de leg.par.*1.*in nou.*

Iterum proposui causam, vtraque parte Informāte, & cum Gussantes docuisset, processus de partibus non fuisse integre ad me trāsportatos, licet Cyprianus satisfuisse Concilio satisfactum contenderet, ex quo integrè semel trāsportati ad Curiam A.C. fuerunt, quidquid postea de his euenisset; fuerunt enim coram eodem A. C. aliqui ex processibus amissi, & propterea non teneri ad aliquam aliam transportationem, attento maximè, cum non appareat culpa sua fuisse amissos, attamen Domini dixerunt,

3 runt, † non posse firmari, cui sit decernendum mandatum de manutenendo, nisi visis omnibus processibus, quia ex illis posset forte constare, vel quod possessio Cypriani fuisset vitiosa, vel quod ipse habuisset se pro spoliato, & sic apparere posset, eiusdem Cypriani possessionem non esse manutenibilem. Verumtamen quia etiam ex his, quæ per Gussantē deducebantur, nihil erat, quod moueret Dominos ad reuocandum mandatum iam concessum, placuit 4 Dominis, † vt suspenderetur mandati effectus per sequestrum possessionis, donec acta transportarentur, vt in simili mandato dictum fuit in *vna Calagaritana iurisdictionis* 27. *Iunij* 1586. *coram R.P.D. Blanchetto.* Non obstat, quod Gassantes dicebat; captam fuisse à Cypriano possessionem, pendente appellatione interposita à Collatione illi per Ordinarium facta, quia collatio fuit Cypriano facta 4. Iulij, possessionem cepit die 18. eiusdem, antequam appellaretur, & sic post tempus concessum ad appel-5 dum, quo casu † Iudex procedens ad exequutionem non dicitur attentare, etiam si pars ignorasset sententiam contra se latam. Nam licet eo casu decē dies incipiant currere à die scientiæ non à die sententię gesta tamen post decem dies à die sententię non reuocantur per viam attentatorum, *Put. dec.* 28. *de appell. in non. Modern. de attent. cap.* 11. *n.* 16. *par.* 2.

6 Non obstat, † quod, cum Cyprianus coram Laudensi petierit, se restitui, & attentata potest post appellationem à sententia Viglenari reuocari expulsus videbatur se habuisse pro spoliato, ita vt manuteneri non posset; quia ex deductis non apparet clare, quod ipse habuerit se pro spoliato, licet de facto forte turbaretur, aut molestaretur, nec quod amiserit possessionem saltem ciuilem, quæ animo retinetur, & eius vigore manuteneri potest, maxime, cum etiam si manuteneri potuerit, & potuerit etiam petere, vt reuocarentur attentata de facto, & restitueretur ad perceptione fructuum, in quibus de facto impediretur, vel ad naturalem possessionem, *vt dictum fuit in vna Toletana* 16. *Nouembris* 1580. *coram Reuerendissimo Vicecomite*, & in omnem casū dato etiam, quod Cyprianus habuerit se pro spoliato, & cecidisset à possessione ciuili, & naturali, non tamen propterea sequitur, quod Gassanti sit dandum mandatum de manutenendo, quia eius possessio (si quam habuisset) apparet capta, lite pendente, & at-7 tentata, † quo casu venit sequestrāda, iuxta id, quod passim *Rot. seruat; Caputaq. dec.* 153. *lib.* 3. quibus sic stantibus, cum non haberemus præ manibus omnes processus, ex quibus possimus cognoscere, An possessio Cypriani sit manutenibilis, cum etiam ex eadem causa, & alijs supra deductis constet pariter, nō posse mandatum demandarunt domini, vt apponeretur sequestrum, donec omnia acta fuerint trāsporta, quibus visis statueretur quid agendum, & cui sit decernendum dictum mandatum, &c.

R.P.D. Durano

Romana Donationis de Capranica

Lunæ 26. Iunij 1628.

SVMMARIA.

1 *Inuentarium probat dominium, & possessionem defuncti inter, & contra conficientes.*

2 *Hæreditatis aditio, & immixtio probat dominium, & possessionem.*

3 *Instrumenti narratiua probat communionem bonorū, & possessionem inter contrahentes.*

4 *Manutentio datur hæredi ex possessione in ipsum cōtinuata in vim statuti.*

5 *Donatio absque solemnitatibus statuti habentis clausulam irritantem est nulla.*

6 *Donatio facta coniunctæ personæ facilius præsumitur in fraudem facta.*

7 *Iuramentum non validat donationem sine solemnitatibus statutarijs factam, vbi statutum illud fraudulenter extortum præsumit.*

8 *Insinuationi requisitæ in donatione ex statuto Vrbis, nec iuramento renunciari potest.*

9 *Insinuatio non requiritur in donatione correspectiua, & ob causam, vbi declaratur.*

10 *Hæres fideicommisso grauatus interim est verus dominus, & possessor.*

11 *Donationis valore in æstimando ad effectum videndi an sit, vel ne insinuanda habetur ratio fructuum rerum donatarum fideicommisso iam subiectarum ad fauorem donatarij.*

12 *Rescissionem contractus petens debet priùs restituere, quod ex eo accepit.*

13 *Lim. si manutentionem tantum petat in possessione non obstante contractu nullo.*

14 *Possessio transfertur ex contractu etiam inutili.*

15 *Limit. non procedere, quando non fuit deuentum ad actum traditionis, nec apposita clausula Constituti.*

16 *Sublim. vt possessio nec per actum realis traditionis amittatur, nec transferatur sine animo.*

17 *Insinuationis defectu donatio est imperfecta, & nulla ex deficientia consensus tam quoad translationem dominij, quam possessionis.*

Decisio LXIII.

DOMINVS Asdrubal Capranica de anno 1615. donauit D. Camillo eius fratri bona quædam descripta etiam in inuentario hæreditatis paternæ, quæ ad eum vti filium, & hæredem pro medietate spectabant, nec non medietatem integræ dotis maternæ, & quædam alia iura, prout in d. donatione, & vice versa Camillus in eodem donationis instrumento promisit soluere quædam debita Asdrubalis scutorum 2500. sed, quia d. donatio nunquam fuit insinuata, nec testibus subscripta, & sic fuit celebrata sine solemnitatibus per Statuta Vrbis 149. & 150. pro forma requisitis, propterea Asdrubal prævia declaratione, quod nolebat d. donationi stare petiit manuteneri in d. bonis sic donatis perinde, ac si donatio nunquam fuisset facta & proposita causa die 13. Maij 1622. Domini voluerunt gustare de bono iure, & hodie resoluerunt de eo constare ad effectum manutentionis ad fauo-1 rem Asdrubalis; † quia in primis ex inuentario bonorū paternorū communiter, & simul per vtrumq; fratrem confecto probatur dominium, & possessio patris, *Parif. cons.* 45. *nu.* 20. *lib.* 2. *Monticul. de inuent. q.* 232. *nu.* 462. *in tract. de inuent. diuers. Rot. dec.* 387. *nu.* 2. & 559. *num* 4. *par.* 1. *recent.* & præsertim contra Camillum conficientem, *Plot. de in lit. iur.* §. 5. *nu* 28. *Rot. dec.* 1. *in fin. de don. int. vir. & vxor. in antiquior.*

2 De dominio † autem, & de possessione Asdrubalis constat ex immixtione, seu aditione hæreditatis, *l. hæreditas*, *ff. de neg. iur.* §. *pro hærede. Inst. de* 3 *hæred. qual. & differ.* Nec non † ex dicto donationis instrumento, quo plene probatur, bona fuisse cōmunia etiam quoad possessionem, *l.* 2. *& ibi Bart. C. commun. diuid. idem Bart. in l. cum falsa. num.* 6. *C. de iur. & fact. ignor. Soc. Sen. cons.* 46. *in prin. lib.* 3. *Ruin. cons.* 128. *num.* 5. & 18. *lib.* 2. *Parif. cons.* 26. *num.* 54. *lib.* 2. *Aldobr. cons.* 51. *nu.* 6. *Seraph. dec.* 553. *in prin.* Et demum de possessione Asdrubalis nō potest du-

 bitari,

bitari, cũ ex Statuto Vrbis patris possessio in filios 4 continuetur, † qui propterea est in dicta possessione, per Statutum continuata manutenendus, *Gabr. de acq. poss. conclus. 7. num. 3. & 6. Honded. cons. 18. num. 15. & seqq. lib. 2. Menoch. de retin. remed. 5. num. 39. & fuit dictum in Romana Domus de Noccibiellis 27. Iunij 1622. & in terminis Statuti Vrbis, in Romana Hæreditatis 31. Maij 1613. coram bonæ memoriæ Vbaldo.*

5 Neq; obstat d. donatio, † quia vti facta sine prædictis solemnitatibus Statuti, quod continet clausulam irritantem actum aliter factum, fuit nulla, & ac si nunquam fuisset facta, *glos. communiter approbata in clem. 1. in verb. inhibẽtes. de iurepatro. Rebuff. de insin. donat. art. 1. gl. 6. & 7. Bursat. cons. 390. num. 19.* & multo magis ex quo Statutũ fundatur in causa publicæ vtilitatis, nempe ad euitandas fraudes, 6 quæ fortius procedit in casu nostro, † in quo donatio facta fuit coniunctæ personæ, *vt in punctis Bald. in l. data iam pridem. num. 3 & 4. C. de donat. Barbat. cons. 25. nu. 12. in fin. lib. 2. Marescott. var. resol. lib. 2. c. 29. nu. 7. & moder. Rom. discept. for. cap. 887. nu. 17. cum seqq.*

Non obstat, quod donatio fuerit iurata, quia, vt disponit dictum Statutum, iuramentum præsumitur etiam frauduleter interpositum, adeo, vt non possit 7 contrarium probari, † quod propterea vti annullatũ ob publicam vtilitatem nihil operatur, *Bart. in l. si quis pro ea. num. 8. ff. de fideiuss. Bald. cons. 250. lib. 5. & fuit late dictum in Romana Nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram me,* cui propterea merito potuit Asdrubal contrauenire, *vt in terminis Imol. in l. Aquilius. ff. de donat. Surd. cons. 361. nu. 10.* 8 & † quod solemnitati insinuationis non possit renunciari, etiam cum iuramẽto stante dicto Statuto, *Cas. de Grass. dec. 150. alias 2. de donat. nu. 14.*

Non etiam obstat, quod prædicta donatio fuerit 9 correspectiua, & ob causam, † quo casu non requiritur insinuatio, *Tiraq. in l. si vnquam. verb. donatione largitus. n. 139. C. de reuoc. donat. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 8. nu. 15.* Quia aut causa donationis deducitur, ex quo illa prætenditur facta contemplatione matrimonij, &, vltra quod talis causa non subsistit in facto, quia Camillus tempore donationis erat iam matrimonio coniunctus, & ex eo habebat filios, cum dicta causa quoad Asdrubalem non fuerit necessaria, nec respiciat eius commodũ, nec etiam sit dos, nec donatio propter nuptias correspectiua ad dotem, erat nihilominus donatio insinuanda, *Becc. cons. 52. num. 22. Surd. d. cons. 361. nu. 24. & Rot. apud Pic. ad Statut. Vrb. dec. 22. num. 7. & dec. 49. numer. 10.* Aut vero causa deducitur, ex quo Camillus donatarius se obligauit soluere debita Asdrubalis scutorum 2500. & huiusmodi causa solũ operatur, vt vsq; ad æquiualentem dictorum debitorum quantitatem dicta donatio non esset insinuãda, non autem, si quod donatur, vt hic, lõge excedit, quia in excessu habetur pro mera, & simplici donatione, *iux. tex. in c. relatum. ibi iux. seruitij meritum &c. de test. Bald. in l. illud. C. de sacros. Ecc. Io. Garz. in tract. de donat. remuner. num. 51. Gabr. cons. 77. num. 20. & plenius Rot. apud Seraph. dec. 416. num. 20. & 28.* Et in pũcto, quod in excessu requiratur insinuatio, *Ang. Imol. & Rom. in d. l. Aquilius ff. de donat. Tiraq. in d. l. si vnquam. verb. donat. largit. numer. 80. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 15. & 31.* excessus autem est patens, cum res donatæ, vt cernere licet ad oculum ex enumeratione specierum donatarum, necnon medietas dotis maternæ etiam donatæ nedum decies, sed bis decies, & multo pluris excedant dictam summam scutorum 2500. quam vice versa D. Camillus soluere promisit.

Nec releuat, quod bona donata essent fideicommisso grauata ad fauorẽ Camilli, & propterea, quod Asdrubal non dedit, nisi vsumfructum durante vita sua, quia, præterquam quod sola medietas dotis maternæ donata, quæ erat libera, & liquida ex confessione Camilli in scutis 4750. excedit fere duplum prædictam summam debitorum cum tempore donationis Asdrubal esset ætatis 33. annorum, clare liquet, quod facta computatione *iux. tex. in l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.* fructus rerum donatarum longe 10 excedunt dicta debita accollata. † Cum enim hæres fideicommisso grauatus interim sit verus Dominus, verusque possessor, *l. si ij, & l. filios hæredes. ff. de vsu, & vsufr. leg. Soc. cons. 10. numer. 11. Peregr. de fideicom. art. 4. num. 6. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 19. num. 4. cum seqq. & Rot. in Reatina fideicommissi 17. Maij, & in Ariminen. Legitimæ 5. Maij 1627.* 11 *corã me,* † nõ est dubiũ, quin excessus veniat etiã extimandus ex eo, quod hæres grauatus percipere potest vti dominus iuxta computationem dictæ legis, *Crauett. cons. 105. numer. 10. & Rot. in Bononien. de Montercul. 17. Aprilis 16 7. coram bon: mem. Seleucien.*

12 Minus releuat, † quod Asdrubal non possit agere, nisi prius restitutis per eum acceptis, vel solutis per Camillum ex causa huius donationis, *iux. reg. tex. in l. si diuersas. C. de transact.* Tum quia non constat, quod fuerit quidquam acceptum, vel solutum. Tum etiam quia, quando dispositio d. legis (quæ loquitur in transactione, in qua non versamur, cum nulla esset lis, nec esse poterat, quia ex confessione Camilli bona donata erant Asdrubalis, ab eoq; possidebantur) habeat etiam locum in donatione cor-13 respectiua, † non intrat in casu nostro, ex quo non agitur ad rescissionem, nec ad executionem rescissionis, sed ad manutentionem, ex eo, quod donatio fuit nulla, & sic possessio nũquam amissa ab Asdrubale, nec Camillo aquisita. Quo casu etiam nulla præmissa restitutione agi potest *Roland. cons. 7. num. 3. lib. 3. Rot. apud Greg. XV. dec. 271. num. 16. & bene ibi Add. num. 28.* & in omnem casum Camillus peteret, quod intus habet, quia iuxta computa data fructus ab eo percepti ex rebus donatis longe excedunt dicta debita.

14 Demum non obstat, † quod ex contractu inutili transferatur possessio, *l. 1. § si vir. vxori. vbi communiter Doct. ff. de acq. poss.* & sic quod fuit translata in Camillum, etiam quod dicta donatio fuerit nulla, quia dicta regula non procedit in casu nostro. Tum 15 quia † non fuit deuentũ ad actũ actualis traditionis, *vt post Bald. Tiraq. & alios Honded. cons. 23. nu. 25. cum seqq. lib. 1.* Quinimo nec fuit apposita clausula Constituti, quæ etiam nihil operatur, *vt ibidem* 16 *Honded. num. 26.* Tum etiam quia † possessio etiam per actum realis traditionis nõ amittitur, nec trãsfertur sine animo, *l. 3. § in amittenda. & l. quemadmodum. ff. de acq. poss. Bald. in l. non dubium. num. 18. in decima oppositione. C. de leg. & in puncto Honded. vbi supra num. 27. Put. dec. 276. lib. 3. in nou. impress.* 17 *Rot. dec. 93. nu. 2. par. 2. diuer.* † stante autem defectu insinuationis donatio fuit imperfecta, & nulla ex defectu consensus tam quoad translationem dominii, quam possessionis, *Rebuff. de insinuat. donat. gl. 6. & 7. art. 1. Honded. Put. & Rot. vbi supra.*

Et ita vtraq; &c.

Com-

Comitulo

Marsicana Iurisdictionis

Veneris 20. Maii 1588.

S V M M A R I A.

1 *Episcopus habet assistentiam iuris communis quoad quasi possessionem iurisdictionis in Ecclesias, & Clericos intra suam diœcesim.*
2 *Episcopi possessio resultans ex iuris communis assistentia in concursu præferri debet in manutentione.*
3 *Et antiquior præsumitur.*
4 *Probationes eæ præualent, quæ habent adminiculum iuris.*
5 *Testes deponentes de specialibus actibus possessorijs præferuntur deponentibus de possessione alterius in genere.*
6 *Priuilegia inferioris derogant titulo Episcopi.*
7 *Et tollunt præsumptum vitium clandestinitatis possessionis recentioris.*
8 *Episcopi possessio cæteris paribus præualet in concursu possessionis alterius ex priuilegio.*
9 *Et præsumitur antiquior ex vetustiori titulo.*
10 *Vnionis in materia exacta requiruntur probationes.*
11 *Sacramenti Confirmationis administratio solis Episcopis competit.*
12 *Testes aptiora, & verisimiliora deponentes præferuntur testibus deponentibus inuerisimilia, etiam quod excedant in numero.*

Decisio LXIV.

DOmini rursus examinatis in concursu probationibus Episcopi, & Abbatis decreuerunt quoad Ecclesiam, & Clericos Sancti Ioannis de Luco manutenendum esse Episcopum in quasi possessione exercendi etiam ordinariam iurisdictionem 1 † Cum enim terra Luci, vt alias dictũ fuit coram Reuerendiss. Oriolen. sita sit in diœcesi Marsicana, possessio Episcopi iustificatur ex iure communi, *cap. omnes Basilicæ. 16. q. 7.* & 2 † præferri debet in hoc interdicto retinendæ, *Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possi. Abb. & Felyn. in c. licet causam. num. 9. de prob. Crau. cons. 258. num. 20. Capyc. decis. 309. num. 5.* 3 † ex quo præsumitur antiquior, *Bald. in l. post sententiam. C. de sent. & in l. ordinary. C. de rei vindic. Curt. sen. cons. 24. num. 4.* Probationes quoque Episcopi præualent, tum 4 † quia habent adminiculũ iuris, *Abb. in d. c. licet. num. 9. Bald. cons. 481. num. 2. lib. 1. Corn. 219. num. 3. lib. 1.* Tum quia 5 † testes deponunt de actibus possessorijs in specie, de administratione Sacramenti Confirmationis, de visitatione, excommunicatione, carceratione, punitione, alijsque actibus iurisdictionalibus, tam ante litem motam, præsertim 6. 24. 25. 27. quam postea per Episcopos Marsicanos cõtinuatis cum personarum, ac temporum expressione, quibus etiam consonant scripturæ: vnde præponderant testibus pro Abbate deponentibus in genere, *Dec. cons. 302. numer. 28. & cons. 498. nu. 37. Crau. cons. 94. num. 3. Soc. iun. cons. 88. num. 18. lib. 2.*

Non obstat, quod possessio Abbatis pariter prætendatur titulata ex priuilegijs, 6 † quæ derogant titulo Episcopi, *Oldrad. cons. 272. num. 13.* & tollunt 7 vitium † clandestinitatis, quod præsumitur in possessione recentiore: *Curt. sen. cons. 24. num. 5. Crau. d. cons. 258. nu. 20. cum seqq.*

8 Quia nihilominus, † secundum *Innoc. in cap. auditis. num. 4. de præscript.* data in reliquis paritate, præualere deberet possessio Episcopi, vt potè fauorabilior, *vt ex Authar. cons. 510. tradit Felyn. in d. c. licet causam. numer. 9.* & 9 † præsumeretur antiquior propter titulum vetustiorem, *Bald. in l. data opera, num. 68. C. qui accus. poss.* Sed cessat obiectum, quia priuilegia quoad Ecclesiam Sancti Ioannis non sũt clara, & translatio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Ecclesiam Sancti Ioannis, aut earum vnio legitima nõ probatur, quia testes variè deponunt, & in hac mate-10 ria † ius requirit exactas probationes, *Dec. cõs. 332. Put. dec. 238. lib. 1. & 209. lib. 2.*

Non obstat quod plures testes deponant generaliter dictam Ecclesiam, eiusq; Clericos exemptos esse, & Abbates Cassinenses in eos iurisdictionem exercuisse etiam priuatiuè ad Episcopos Marsicanos & ex iis aliqui, nempe 3. ad 25. & 14. ad 16. & 25. specificent, Abbates in ea ministrasse Sacramentum Confirmationis, & certos Clericos punijsse.

Quia non probant scientiam Episcoporum, & de-11 ponunt inuerisimilia, cum † administratio Sacramenti Confirmationis competat solis Episcopis, *c. manus. de consecrat. dist. 5. cap. 4. de consuet. Concil.* 12 *Trid. can. 3. de confirm. sess. 7.* & † facilè per testes Episcopi redarguuntur, vt eorum numerus non sit attendendus, *c. præterea. de testib. l. ob carmen. §. fin. eod. tit. Paris. cons. 112. nu. 58. lib. 2.*

Comitulo

Syracusana Quarta

Mercurii 16. Nouembris 1588.

S V M M A R I A.

1 *Committens causam habet pro reis eos, contra quos causam obtinuit committi, & citationem decerni.*
2 *Reus voluntarius dicitur veniens ad causam vigore commissionis impetratæ contra interesse putantes.*
3 *Committenti non licet recedere à generali commissione, qua vsus est, nec illam limitare, & num. 7.*
4 *Clausula, omnesque alios, &c. apposita in commissione, in qua sunt specificatæ vniuersitates Religiosorum comprahendit etiam vniuersitates laicorum.*
5 *Committens causam ea remedio l. diffamari dicitur reus originarius. Decl. vt num. 6. & 7.*
8 *Procurator idoneus ad agendum an sit idoneus, vt cũ eo citati possint firmare iudicium.*
9 *Commissionis verbo in parte potestatiua non restringunt eius dispositionem generalem.*
10 *Dictio Et, est copulatiua.*

Decisio LXV.

EPiscopus Syracusanus anno 1569. commiserat causam iactationis, & molestationis cũ clausula, *Quam, & quas, &c.* super quarta Canonica contra Ordines Mendicantium, omnesq; alios sua communiter, vel diuisim interesse putantes, & eius commissionis vigore decreta fuit subinde citatio generalis, & reproducta cũ executione, ac successiuè processum ad aliquos actus iudiciales cõtra Priores Ordinum, & Confraternitatem Sanctæ

Mariæ

Mariæ Nouæ anno 1575. & 1576. & demum agitatum iudicium cum Patribus Societatis Iesu, quod p sententiam finitum fuit anno 1585. Postmodum cōparente ad causam Vniuersitate Nothi pro suo interesse, & citato procuratore moderni Episcopi cōstituto ad omnes, & singulas causas, & lites tam motas, quam mouendas, &c. actiuè, & passiuè, dummodo in passiuis prima citatio fieri debeat in persona ipsius Cōstituentis, &c. Incidit dubitatio, An huiusmodi mandatum censeretur sufficiens, ita vt D. Episcopus aliter citandus non esset. Super qua Domini per me consulti responderunt pro sufficientia mandati, stante decreto citationis simpliciter, & generaliter iuxta formam memoratæ commissionis obtento. Inspecta si quidem natura ipsius negocii, attentisque verbis commissionis hanc Vniuersitatem cōprehēdētibus resoluerūt in hoc iudicio D. Episco-

1 pū actoris vicem substinere. Nā † committens causā habet pro reis eos, contra quos obtinuit causam cōmitti, & citationem decerni, *Cassad. dec. 6. numer. 2.*

2 *super reg.* receptumque est, † venientes ad causam vigore commissionis impetratę contra interesse putantes esse, & dici Reos voluntarios, *Rot. dec. 18. nu. 2. de dol. & contum. in nou. Mohed. dec. 229. Fab. 15.*

3 *Put. 8. de indic. Achill. vltima de commiss.* Nec † licet committenti, postquam generali commissione vsus est, ab ea recedere, vel eam limitare *iuxta declarationem comm. Innocent. Host. Abb. & aliorum in cap. ex conquestione. de restit. spol. quibus consentit decisio Salamantina Pensionis 13. Ianuarij 1582. coram R. P. D. Bubalo ex aduerso allegata*, & in terminis cōmissionis impetratæ contra sua interesse putantes tenuit *Rot. per Put. dec. 96. lib. 2.*

4 Quod autem † verba Cōmissionis, *omnesq; alios, &c.* compræhendant Vniuersitatem hanc laicorum specificatis maximè in commissione aliis Vniuersitatibus Religiosorum planum fuit *ex traditis per Doct. in cap. 2. de rescrip. in 6. vbi Io. Andr. nu. 2. & 3. Gemin. nu 8. Archid. nu 3.*

Nec facit, quod Vniuersitates expressæ sint dissimiles in qualitate, hoc enim non attenditur, dummodo non sint minores, *Imol. in c. sedes. num. 18. & Felyn. ibid. num. 5. vers. tertia declaratio. de rescript.* Religiosorum autem Conuentus proculdubio sunt maiores, *Felyn. dicto numer. 5. Rot. decis. 8. eod. tit. in non.*

5 Non obstat, quod † committens causam ex remedio *l. diffamari. C. de ingen.* dicatur Reus originarius, *Capyc. dec. 18. & fuit deductum in causa Romana à Bordesia 18. Aprilis 1578. & in alia Casalen. de Carrettis anno præterito 15. Nouembris coram me.*

6 Tum quia † hoc non procedit absolute, *vt per Put. dec. 423. lib. 1. & Cutard. in repetitione l. diffamari. c. 3. nu. 19.*

7 Tum quia † commissio impetrata non est simpliciter super iactationibus, sed complectitur omnes causas, quas idem committens habet, & mouet, habereq; & mouere vult, & intendit contra quoscūque adeo, quod is obtinendo postea citationem iuxta formam commissionis declarauit se actorem, *l. in tribus. ff. de indic.* à qua declaratione non est integrum resilire, *vt dictum est, & tradit Rom. cons. 343. num. 3.*

8 Nec † patitur æquitas, vt is procurator, qui idoneus futurus erat ad agendum contra generaliter citatos, non sit idoneus, cum quo iisdem generaliter citatis comparentibus in eadem causa possit firmari iudicium, *c. cum inter. de except. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. confert. Put. dec. 4[illegible]. de indic.*

Non obstat, quod commissio eadem in parte potestatiua videtur restricta ad sua interesse putantes & nominandos in decreto, seu executione citationis, & Vniuersitas Nothi non ostendit se fuisse nominatam.

9 Quia † verba in parte potestatiua commissionis apposita non restringunt eius dispositionem generalem, pro vt ad hoc obiectum respondit *Rot. per Put. dec. 96. lib. 1.* Quinimmo in casu proposito propter

10 copulam, † Et, potius accipienda videntur adiectiue, *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3.*

Itaq; conclusum, non esse necessariam nouam citationem in personam D. Episcopi.

Comitulo

Romana Vinea

Luna 20. Februarij 1589.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta pendente termino iuris an dicatur attentata, & num. seqq.*

2 *Appellationis, cui ius non defert non intelligitur delatum à Iudice per terminum iuris.*

3 *Terminus iuris datur à lege Iudici ad deliberandū, an appellationi sit deferendum, & appellanti, vt interim redeat pro apostolis.*

4 *Appellatio datur à fructuum cōdemnatione, etiamsi pronunciatum fuerit in possessorio.*

5 *Appellatio vbi non est formaliter nulla, sed materialiter, iurisdictio Iudici ante dationem apostolorum est suspensa.*

6 *Sententiæ tenor in possessorio attenditur ad effectum appellationis, non autem exceptiones in processu opposita circa petitorium.*

7 *Legitimatio personarum facta cum auctore nocet etiam habenti causam ab eo.*

8 *Præscriptio 12. annorum excludit remed. l. fin.*

9 *Præscriptio non procedit cum mala fide, qua inducitur per inhibitionem.*

10 *Præscriptio contra absentem debet esse 20. annorum.*

11 *Præsens reputatur, qui habet in loco procuratorem.*

12 *Intellige pro tempore, quo habuit, secus pro tempore quo non habuit.*

13 *Remedium leg. fin. excluditur per parem titulum.*

Decisio LXVI.

FVIT dictum, resolutionem super attentatis pendere à Iustitia, seu Iniustitia sententiæ A. C. Nam † possessio non dicitur attentata ex

1 eo, quod capta fuerit post appellationem, pendente termino Iuris dato per Iudicem, antequam responsum fuisset de Apostolis: Tum quia † per dationem

2 termini Iuris Iudex non intelligitur deferre appellationi, cū Ius non defert. † Datur enim à lege ter-

3 minus Iuris Iudici ad deliberandum, an appellationi sit deferendum, *l. Iudicib. C. de appell.* & idem terminus præfigitur appellanti interim, vt redeat pro Apostolis, *cap. ab eo. de appell. lib. 6.* cum materia, maximè quando postea dat refutatorios, tum quia, si qua delatio colligi posset, illa esset respectu condē-

4 nationis fructuum, † à qua datur appellatio, etiam si pronunciatum fuerit in mero possessorio, *Marian. Soc. Iun. cons. 18. numer. 4. vers. non obstat. lib. 2. Hyer. Gabr. cons. 35. sub num. 7. lib. 1. & fuit dictum in causa Recanaten. bonorum. 26. Iunij 1587. coram R. P. D. Pamphilio, & ita satisfit distinctioni Bisign. dec. 19.*

5 *de appell.* quod, vbi † appellatio non est formaliter

nulla

nulla, sed materialiter, Iurisdictio Iudicis ante dationem Apostolorum suspensa est, *de qua etiam per Vant. de defect. Iurisd. ordin. nu. 142.*

Non etiam dici potest attentata ex eo, quod sententia contineat complicationem, quia ex eius lectura apparet latam fuisse in rem, possessorio, *l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll.* Nec facit, † quod in processu fuerit oppositum de præscriptione, de paritate tituli, & de aliis exceptionibus concernentibus petitoriũ, quia attenditur tenor sententiæ, *vt per Corn. cons. 10. numer. 3. lib. 4. & Dec. cons. 28.* etiam si super dictis exceptionibus fuerit cognitum, dummodo in sententia de iis non fiat mentio, *vt sæpius fuit resolutum in Rota, & signanter in causa Fauentina spolii 15. Aprilis 1580. Firmana executionis 7. Febr. 1583. coram R. P. D. Seraphino, Tiburtina Castri Sambuci 10. & 15. Maij 1577. coram Illustrissimo Aldobrandino,* quidquid dixerit *Contard. in l. vn. C. si de mom. poss. lim. 2. §. 4. ratione mixturæ.*

Videndum igitur, his stantibus hinc inde deductis, constet de notoria iniustitia sententiæ A. C. in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Hæc autem Iniustitia prætenditur primo ex eo, quod personæ heredum de Lusar non fuerint legitimatæ parte de hoc opponente, sed ex aduerso respondetur fuisse legitimatas coram A. C. contra executores testamentarios, qui produxerunt mandatum illorum heredum de Lusar, &c. † cum Faber habeat causam ab illis executoribus, nocet ei huiusmodi legitimatio, quia sufficit, quod fiat in vno Iudicio.

Secundo ex eo, quod post venditionem vineæ prædictæ factam ab executoribus, & à die aditæ hereditatis Ioannis de Lusar vsque ad intentatum remedium *l. fin.* effluxerunt vltra 12. annos, † quæ præscriptio excludit rem. *d. l. fin.*

Sed respondetur ex aduerso primo quod † præscriptio non procedit eum mala fide, quæ inducta fuit per Inhibitionem factam executori ante venditionem, cuius Inhibitionis conscius fuit etiã ipse Faber, qui postea emit vineam

Secundo negatur præscriptio, † quæ contra absẽtes est vicennalis, *Zuccard. d. l. fin. nu. 166. cum aliis per Modern. remed. 4 adipisc. nu. 785. & fuit dictum causa Sarsinaten. Comitatus 1582. coram Illustrissimo Aldobrandino.* Et quatenus habendi essent † pro præsentibus pro tempore, quo habuerunt in Vrbe Procuratorem, *Bursatt. cons. 119. num. 2.* † subducendum esset tempus, quo non habuerunt Procuratorẽ, *iuxta Auth. si quis, & in corpore, vnde sumitur. C. de præscript. long. temp. Bal. 1. part. 4. partis princ. qu. 5.*

Tertio ex eo, quia isti emptores habent titulum à testatore, qui in eius testamento mandauit executoribus, vt si pro soluendis debitis non sufficeret pretium vineæ Portæ Salariç venderent, & hanc vineam Portæ Portuen., & † paritas tituli, excludit rem, *l. fin.* vt ibi *per Zuccard. num. 403. Corn. num. 42. Modern. 4. rem. adip. num. 610.*

Sed respondetur primo, quod stante Inhibitione hæredum, non potuit deueniri ad venditionem.

Secundo quod mandatum, & facultas executorũ erat sub conditione, quatenus pretium Vineç Portæ Salariæ non sufficeret pro satisfaciendis creditoribus, ideoq; verificandum hoc esse necessario, vt intret iste titulus.

Tertio quod similiter verificandum est pretium Vineç Portę Portuen. conuersum fuisse in solutionẽ debitorum testatoris; & quia super horum verificatione multa hinc inde inculcantur ad confundendã mentem Dominorum, Antequam assumatur labor in facto, Dubitari potest in iure.

An præsupposita facultate data executoribus à testatore, prout data fuit &c. Aditione heredum, Inhibitione facta ab heredibus executoribus ante vẽditionem Vineç Portuen. & venditione eiusdem vineç facta ex causa satisfaciẽdi creditoribus testatoris, iuxta assertionem executorum.

An emptores tueri se possint contra heredes quasi habeant titulum à testatore, ad excludendum rem. *l. fin.* etiam non verificata causa asserta per executores vendentes, & non probata conuersione pretii soluti in satisfactionem debitorum testatoris.

Et an mala fides executorum noceat emptoribus ita vt non potuerint præscribere, nec eis suffragetur prętensus titulus habitus à testatore in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Vel An in casu, & ad effectum, de quo agitur, hæredibus Ioannis de Lusar obstet præscriptio, vel titulus Fabri habitus ab executoribus possessione subsecuta.

Item An, stante oppositione circa legitimationẽ personarum facta coram A. C. per heredes Ioannis Fabri, ex gestis coram eodẽ A. C. inter executores, & heredes Ioannis de Lusar sufficienter intelligantur legitimatę personę ipsorũ heredũ in casu, & ad effectum, de quo agitur &c.

Comitulo

Pãpilonen. Celebrationis Missarũ

Luna 6. Martij 1589.

S V M M A R I A.

1. *Citatio ad videndum iurare testes de iure est necessaria.*
2. *Notario creditur attestanti de citatione.*
3. *Præsens in iudicio non est citandus.*
4. *Citatio absque diẽ, seu termino valet pro prima diẽ.*
5. *Citatio incerta, & vaga ratione dici, & loci nulla est.*
6. *Ampl. non obstante stylo loci, de quo non constet.*
7. *Citationis nullitas per taciturnitatem partis non sanatur.*
8. *Citationis nullitas sanatur per comparitionẽ, & perseuerantiam in iudicio.*
9. *Limit. vt non sanetur citatio ad videndum iurare testes incerta, & vaga per comparitionem generalem.*

Decisio LXVII.

Domini tenuerunt testes examinatos in locis de Irum, & de fuente Rabia diebus 3. 4. 5. & 6. Iulii anni 1587. vigore Commissionis 15. Iunii eiusdem anni Martergo de Aquinega Notario datę non suffragari Giouanni de Astigar propter omissam citationem ad videndum iurare testes, † quę de iure est necessaria, *l. si quando. C. de testibus c. 2. vbi gl. in verb. audire. eod. tit. & vtrobiq; Doct. Caputaq. dec. 274. par. 3.*

Nec releuat, quod Prouisor, pręsentibus vtriusque partis Procuratoribus commiserit prędicto Notario Iuramentum, & examen testium, eodemq; die fuerit annotatum in actis, prędictos Procuratores fuisse iudicialiter citatos ad videndum iurare, & cognoscẽdum testes.

Quia esto, † vt stetur huiusmodi annotationi, *Innoc. & alij in cap. quoniã contra. de probat. Archid. in*

lucap. propofuisti.num.3. distinct.82. maximè quia partes † in Iudicio præsentes aliter non fuit citandæ, l. etiam.in fin.de minor. Bald.in l. 1.num.3.C.de in ius vocand.Io. de Anan. in cap. cum oporteat. num. 1. de accusat. Negari non potest, quin talis citatio fuerit incerta, & vaga tum ratione temporis, cū nullum terminum contineret, & † quatenus valuisset pro prima die iuridica, iuxta opinionem, quam tenet, Felyn.in cap. consuluit.num.5.de offic.deleg. & Rota sequitur, vt per Put.dec.212.lib.2. † non potuit seruire pro diebus facti examinis, tum ratione loci, quia commissio data fuit pro quibuscunq; partibus, ac proinde nulla, Cref.dec.10.in prin.de dolo.& cōtu.in impress.alias 290.Put.decis.258.lib.1.Caputaq. dec.116 par.1.& dec.274.par.3.

Neque sustineri potest iuxta allegatum stylum illarum partium, † quia non fuit probatus, & Rota in aliis causis Pampilonensibus ex simili defectu iudicauit testes nulliter fuisse examinatos corā R.P.D. Blanchetto 9. Februarii 1582. in vna præsēti Augusti Seruitii, & coram Reuerendiss. Oriolen. 9. Febr. 1584. in alia emolumentorum.

Ex sola autem † taciturnitate citati huiusmodi nullitas minimè sanari potuit, ad not. per Felyn.in c. prudentiam.num.12.de offic.deleg. tunc enim citatio nulla validatur, † quando citatus consentit per spontaneam comparitionem, & perseuerantiam in Iudicio, l.1.vbi gl.de fer.Felyn.in c. gratum.nu.4.de offic. deleg. & quatenus etiam, per comparitionem generalem illius, qui debebat citari ad videndum iurare testes, nō esset validata citatio generalis, & vaga, tenuit Rot. per Caputaq.d.dec.116. par.1. sed in casu proposito non apparet aliquem pro partebeneficiatorum in dictis locis, in quibus receptum fuit examen, comparuisse, & testes examinati fuerunt sine Interrogatorijs &c. Quare conclusum fuit pro nullitate examinis.

Comitulo

Romana de Zambeccarijs

Veneris 10. Martij 1589.

S V M M A R I A.

1. *Constituto apposito in donatione, & collato post mortem cum clausula, Ex nunc, prout ex tunc, dicitur translata possessio in donatarium præambula hora mortis donantis.*
2. *Mandatum de manutenendo competit ratione ciuilis possessionis.*
3. *Exceptiones ex admittuntur aduersus possessorium, quod innititur clausula constituti, quæ competunt contra ipsum principalem contractum.*
4. *Constitutum inualidatur, & resoluitur ex inualiditate, & resolutione contractus, in quo appositū est.*
5. *Exceptiones contra titulum non possunt ad petitoriū reijci, vbi articulus possessorij ab ipso titulo depēdet.*
6. *Resoluto vno contractu alteri correspectiuo resoluitur, & alter.*
7. *Correspectiuitas actuum, & instrumentorum arguitur ex vicinitate, & coharētia actuum eodem die gestorum, & ex identitate loci, Notarij, & testiū, & num.15.*
8. *Ampl. etiam quod instrumenta separatim rogata fuerint, & vnum expresse alterum non referat.*
9. *Decl. in contractibus in eadem causa, secus si in diuersis causis.*
10. *Quando stat per eum, cuius interest, quominus aliquid adimpleatur, sibi debet imputari.*
11. *Assensus Regius quandocumque impetrari potest super alienatione.*
12. *Donatio, in qua requiritur assensus Regius, stat in pendenti donec assensus impetretur.*
13. *Assensus Regius non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui interim ius quæsitum est.*
14. *Imputari non debet ei, per quem non stat, si non impleat, quod implere debebat.*
16. *Agens, seu fundans se in contractu correspectiuo docere in primis debet, se adimpleuisse ex parte sua.*
17. *Alienans bona nomine alterius sibi ipsi præiudicat quoad ius, quod habet in eisdem.*
18. *Nemo præsumitur iactare suum.*
19. *Donationes correspectiuæ non censentur, vbi vna valore, & vtilitate aliam excedit. Declarat vt num.20.*
20. *Correspectiuitas donationum consistit, si vna censeatur facta contemplatione ulterius, & vna alteri insit iuris interpretatione.*
21. *Coatruentio Patris quoad donationem non debet obesse filijs, quorum etiam contemplatione fuit donatum. Lim. vt nu.22.& seqq.*
23. *Donatio non dicitur continere causam lucratiuam, si adsit donatio reciproca.*
24. *Ius quæritur cum sua causa.*
25. *Donatio cum causa facta patri, & filijs, nec in filios transit causa per patrem non impleta.*
26. *Qualitates inseparabiles salua subiecto ab eo seiungi non possunt.*
27. *Mandatum de manutenendo non datur nisi possidentibus.*

Decisio LXVIII.

Dominus Flaminius Zambeccarius anno 1578. cum clausula, ex nūc, prout ex tunc, secuta eius morte, & præambula hora mortis donationis titulo irreuocabiliter inter viuos dedit, & transtulit D. Antonio Disferæ eius ex sorore nepoti pro se, eiusque filijs nonnulla bona Bruginsatica, & annuos redditus in diuersis locis sibi competentes, ac duo castra in Statu Ecclesiastico sita, reseruata sibi facultate disponendi de decem annatis fructuum dictorum bonorum constituens se possidere nomine Domini Antonij, & eius filiorū, quousque donatarij à die obitus ipsius donantis corporalem possessionem nomine proprio accepissent. Subinde per aliud Instrumētum coram eisdem Notario, & testibus eadem die rogatum prædictus Dominus Antonius eidem Domino Flaminio titulo donationis irreuocabiliter inter viuos concessit terrā fossæ cecæ cum eius Castro, & Iuribus, nec nō quingentos ducatos annuos ipsi, eius vita durante, à Regia Maiestate concessos &c. cum clausula constituti.

Prædefuncto D. Antonio, eius filij prætendentes in ipsos vigore constituti in dicta prima donatione appositi præambula hora mortis Domini Flaminij † translatam fuisse bonorum donatorum possessionē, iuxta ea, quæ post Oldr.cons.139. nu.1.& 7. tradunt Alex.cons.83.num.5.& 6.lib.2. Dec.in l.contractus. nu.12.de reg.Iur.Tiraq.de Iur.constit.par.3.in ampl. 16.& in limit.2.num.11. Instabant pro mandato de manutenendo, † quod competit etiam ratione ciuilis possessionis, ad gl.in l.1.§.vlt.vers. possid.ff.vti possid.& ibidem Bart. Cephal.cons.113.nu.1.lib.1.cum alijs per Modern.in 3.remed.retin.nu.22.

Quare fuit dubitatum, præsuppositis istis Instrumentis Donationum, & aliis hinc inde deductis &c. An filijs Domini Antonij concedendum esset man-

mandatum de manutenendo in bonis per Dominũ Flaminium tempore donationis possessis. Et resolutum, consentientibus votis, Non esse concedendum.

3 Cum enim † aduersus possessorium, quod iomititur clausulæ constituti, iure admittantur exceptiones, quæ contra ipsum principalem contractũ cõpetunt, *Bald. in l. emptione. qu. vltima. C. plus val. quod. ag. Ias. in l. 1. §. si vir. num. 18. de acq. poss. Alciat. in l. quod meo. num. 5. eod. tit. Paris. cons. 55. num. 22. cum seq. lib. 1. Tiraq. de Iure const. par. 3. limit. 8.* adeo vt 4 † ad inualiditatem, seu resolutioné contractûs principalis sequatur inualiditas, & resolutio constituti, nec per illud possessio transferatur, *Alex. cons. 81. num. 11. & 14. lib. 3. Dec. cons. 246. sub num. 3. Crau. cons. 399. num. 3. Tiraq. vbi proximè limit. 7. & fuit decisum in causa Placentina compensationis vsurariũ de Scotis 9. Decembris 1583. coram R. P. D. meo Decano,* 5 non potuerunt † exceptiones datę contra donationem reiici ad petitorium, quandoquidem articulus iste possessorii ab ipso titulo depédet, *ad tradita per Bal. in l. appellatione. nume. 4. C. de appellat. Fran. in c. non solum. num. 6. vers. 3. limit. eod. tit. lib. 6. Capyc. dec. 72. infra.*

Ex multis autem obiectis illud in primis mouit Dominos, quod existentibus præfatis duabus dona-6 tionibus correspectiuis, † propter inobseruantiam, & resolutionem illius, quæ ad fauorem Domini Flaminii facta fuit; resoluta fuerit etiam altera ad fauorem D. Antonij, eiusq; filiorum.

Quod donationes fuerint correspectiuæ, & sibi 7 inuicem causę, facilè persuasum fuit † ex vicinitate, & cohęrentia actuum eadem die gestorum *ad l. Iuris gentium. §. quinimo. de pact. & l. lecta. si cert. pet. Bal. in l. petens. num. 49. C. de pact. & ibi Dec. num. 3. Corn. cons. 155. num. 13. lib. 2. Ægid. decis. 12. num. 2.* Maximè concurrente identitate loci, Notarii, & testium, vnde correspectiuitas euidenter concluditur, *vt per Felyn. in cap. pastoralis. num 7. vers. sciat. de rescript. Socc. cons. 237. num. 4. lib. 2. & cons. 27. nu. 23. lib. 4. Crau. cons. 245. numer. 3. vers. rursus. Beniut. dec. 29. num. 2. Gram. decis. 103. num. 158. & est frequentius receptum, teste Tiraq. in l. si vnquam. vers. donatione largitus. num. 119. C. de reuoc. donat. & in Rota receptissimum, Mohed. dec. 224. Cresc. decis. 1. de Simon. in impress. Pereg. dec 81. Caputaq. decis. 231.* 8 *& 235. num. 8. par. 1.* Quod procedit, † etiam si Instrumenta separatim rogata fuerint, & vnum expresse alterum non referat, *vt per Felin. Socc. Crau. & alios præcitatos, quidquid contrarium videatur sensisse Corn. cons. vltimo lib. 1. reprobatus à Tiraq. vbi supra nu. 120. & à Rota per Caputaq. d. dec. 235. in fin. par. 1.*

Nec repugnat declaratio, de qua *per Put. decis.* 9 *171. lib. 2. & dec 214. in fin lib. 3.* † vt duo contractus eodem tempore coram eisdem Notario, & testibus facti præsumantur correspectiui, quando fiunt ex eadem causa, secus si esset causa penitus diuersa. Quia in casu proposito talis causarum diuersitas non apparet, immo ipsum Flaminium donasse contemplatione mutuæ donationis, etiam hac præsumptione circumscripta constat ex concordia inter vtrumque donatorem inita anno 1582. vbi conuentum fuit de confirmanda donatione Flaminii hoc expresso, vt remaneret firma donatio Domini Antonii.

Inobseruantia donationis factæ per Dominum Flaminium ex iis, quæ in facto proponuntur tergiuersari non potest, siquidem D. Antonius retinuit semper dominium, & possessionem rerum donatarum.

10 Nec dicatur † stetisse per D. Flaminium, quominus donatio effectum sortita fuerit, qui debuit ex cõuentione impetrari assensum Regium, *arg. l. iura ciuili. de cond. & demonstr.*

11 Quia, cum † talis consensus potuerit quandocũq; impetrari, *vt per Afflict. in constit. Rep. lib. 3. rubr. 5. de reuoc. alien. feud. num. 75.* eius Impetrationem anteuertit D. Antonius eamdem terram fossæ cecæ 12 alteri vendendo, ex quo donationem, † quæ ante obtentum assensum Regium erat in pendenti, *Luc. de pen. in l. ciuili. numer. 4. C. de fund. patrom. lib. 11.* intelligitur reuocasse *ad tradita per Ias. in l. non omnis. num. 4. ff. si cert. pet.* & ita impediuit, ne assensus Regius ad fauorem Flaminij impetrari posset, quan-13 doquidem † ille non retrotrahitur in præiudicium tertii, cui interim ex tali alienatione Ius fuit quæsitum, *vt tradit idem Afflict. vbi supra num 74. & in dec. 286. ex Bart. in l. Instar. numer. 18. C. de iur. Fisc. lib. 10. Bal. in l. obseruare. §. post hæc numer. 9. de off. Procons. & not. in l. bonorum. ff rem. rat. hab.* Vnde 14 non est, † quod Imputari possit Domino Flaminio, *ad reg. imputari de reg. iur. lib. 6.* sed & exegit sibi, quoad viuit D. Antonius 500. illos annuos ducatos, qui ex donatione pertinebant ad Dominum Flaminium, in quo causari non potest assensus Regius.

15 Igitur etiam † cassa prætenditur obseruantia alterius donationis iam resolutæ ex reg. correspectiuorum, *l. fin. de accept. Ias. in l. Lucius. num. 18. vers. 8. facit. de vulg. Bal. cons. 18. in prin. lib. 1. Crau. cõs. 230. num. 2.*

16 Siquidem is, † qui agit, & nititur ex contractu correspectiuo, docere in primis debet, sed adimplevisse, *l. Iulianus §. offerri de act. empt. Ruin. cons. 70. n. 4. Crau. cons. 127. nu. 14. Soc. Iun. cons. 273. col. 2. lib. 2. Caputaq. dec. 232. par. 1.*

Quin etiam à prima illa donatione D. Flaminii, quatenus per se veniret consideranda, ex subsecutis nouis conuentionibus cum D. Antonio anni 1582. & 1584. dicebatur recessum fuisse, & propter pactorum inobseruantiam pronunciat. in Curia Capitulana pro reuocatione donationis, quam nec ipsum D. Antonium habuisse vnquam pro perfecta arguebatur ex eo, quod D. Antonius vti procurator D. Flaminii vendidit bona in donatione comprehensa asserens illa ad D. Flaminium spectare, seque ipsum nomine proprio obligauit, quod non est credibile 17 facturum fuisse valida existente donatione, † in qua sibi prężudicasset, *Crau. in sua q. de indemn. mul. num. 38. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 9. numer. 265.* 18 *Antonius Gabr. de rer. alien. concl. 2. nu. 22.* † cum nemo præsumatur iactare sua, *l. cum de in deb. ff. de probat.*

Non obstat, quod donatio Domini Flaminii longe excederet vtilitate donationem D. Antonii, & 19 † proinde non debeat inuicem censeri correspectiua *ex iis, quæ tradit Tiraq. in l. si vnquam. vers. donatione largitus in secunda declaratione. numer. 79. cum seqq.* quia omissa vtriusque donationis liberatione, & admisso illam D. Flaminii, quatenus excedit, non esse remuneratoriam; sed gratuitam, & puram, vt loquitur Tiraque. non ideo tollitur correspectiuitas, 20 † quę in eo consistit, vt vna censeatur facta alterius contemplatione, & vna alteri insit iuris interpretatione, *l. lecta. vers. dicebam. si cert. pet. l. iuris gentium. §. quinimo. de pact. cum simil.*

Nec refragatur quod respectu filiorũ D. Antonii ex propriis personis agentiũ cõsiderabilis nõ videatur vlla correspectiuitas, aut inobseruãtia, quãdoqui-21 dem ipsi nihil donauerunt, & † Patris cõtrauentio non debeat filiis, quorum etiam cõtemplatione fuit donatum, præiudicare, *ex Alex. cons. 106. nu. 8. lib. 4. Dec. cons. 238. numer. 5. ver. venio ad tertium, & Ias. cons. 213. num. 4. lib. 2. cum aliis per Clar. in §. emphyteusis. q. 16. vers. his præmissis &c.*

Quia fuit responsum huiusmodi considerationem 22 cum præcitatis auctoritatibus † procedere posse in iis, quæ acquisita essent filiis ex mera liberalitate

con-

cedentis, secus in his, quę Pater sibi, & filiis aliàs quam ex causa lucratiua stipulatus fuit, *Corn. cons. 51. num. 1. lib. 3. Cran. cons. 135. num. 8. Soc. Iun. 72. num. 36. lib. 1. Gibrb. dec. 10. & fuit rētum in causa Romana de Lente anno 1587. coram R. P. D. Blanchetto.* Do-
23 natio autem, de qua agitur, † stante reciproca donatione D. Antoni non dicitur continere causam lucratiuam, *Tiraq. in verb. donatione largitus numer. 109. Clar. in § donatio. quæst. 2. vers. Item quæro. Ant. Gabr. de donat. concl. 1. nu. 65.*

Præterea verum est, filiis nullum ius fuisse quæsi-
24 tum, † nisi cum sua causa *ad l. caius. de manumiss. l. ita stipulatio. de oper. libert.* id est dummodo donatio
25 facta Flaminio obseruaretur, adeò vt † neque fauore filiorum possit donatio sic qualificata substineri causa non impleta, *ad tradita per Bal. in l. obseruare. § post hæc. num. 12. de off. procons.* † neq; enim
26 potest saluo subiecto qualitatis inseparabilis ab eo seiungi, *l. 1. ff. si vsufr. petat.*

Itaque conclusum fuit in filios D. Antoni nullā fuisse translatam possessionem vigore cōstituti, quo innitutur, & ideo manutentionis mandatum eis non
27 esse concedendū, quod † non datur nisi possidentibus *Caputaq. dec. 198. par. 2.*

Comitulo

Colonien. Canonicatus

Lunæ 17. Aprilis 1589.

S V M M A R I A.

1 *Literæ Apostolicæ habent executionem paratam, sicut remed. l. fin. & num. 3.*
2 *Contradictor legitimus ad effectum ordinarie agendi non dicitur habens titulum ab Ordinario contra prouisum Apostolicum de beneficio reseruato.*
3 *Confessio in positionibus probat ad aduersarij fauorem.*
4 *Apostolica prouisio an, & intra quod tempus parti significari debeat.*
5 *Valor verus an, & quando exprimendus in beneficiorum impetratione.*

Decisio LXIX.

DOmini dixerunt, dandum esse mandatum de manutenendo Henrico Sudermano iustificata per ipsum gratia Apostolica. Ha-
1 bent † enim literę Apostolicę executionem paratā, sicut rem. *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. Bal. in l. 2. nu. 65. C. de seru. & aqua. Abb. in c. pastoralis num. 14 in fin. de caus. poss. & prop. est dec. Mohed. 206. quam Rot. passim sequitur.*
2 Nec Melchior pretendēs † habere titulum à Capitulo ordinario Collatore dicitur legitimus contradictor, vt iudicio ordinario agendum sit, *ad trad. per D. D. in d. l. fin.* Quia, cum agatur de beneficio reseruato ratione mensis iuxta concordata germanica, titulus habitus ab Aduersario non dicitur similis ad hunc effectum, per ea, quæ considerata fuerunt diebus præteritis in causa Burgen. de Pancerno coram R. P. D. meo Gyptio, vnde cessat obiectum, quod fieri posset ex *Mohed. & aliis deductis in causa Lucana Magilcolatus 7. Iunij 1585. coram R. P. D. Orano,* & procedi potest executiue, *Caputaq. decis. 329. par. 1.*

Gratia vero Henrici quoad vacationem in men-
3 se Maii anno 1587. verificatur † ex confessione ipsius Capituli, cuius nomine causa agitata, in positionibus datis in partibus, *Egid. dec. 68. Rom. cons. 91. in fin.* Quod Papa prouiderit infra tres menses, iuxta concordata, patet ex data sub die Iunii eiusdem anni.

4 Nec officit, † quod talis prouisio intra tres Mēses à die vacationis non innotuerit partibus; Quia hoc non fuit necesse stante declaratione Rotæ corā *Fabio Accorobono 13 Februarij 1559. in dec. diuers. 126.* quam fęlic. record. Greg. XIII. approbauit *in Constitutione edita ad tollendam ambiguitatem, quæ inerat verbis concordatorum in versiculo, quoties &c.* Et quamuis idem Greg. ad excitandam diligentiam prouisorum velit significationem prouisionis obtētę intra tres menses fieri debere, non tamen annullat prouisionem, si hoc omissum fuerit, sed irritas declarat qualcumq; prouisiones Collatorum factas post publicationem gratiæ Apostolicę. Quare irrita manet assetta prouisio Capituli ad fauorem Melchioris post pręsentatam officiali Colloniensi prouisionem Apostolicam.

De qualitatibus, & habilitate Henrici satis constat ex attestatione executoris, qui est eiusdem ordinarius.

De Clericatu constat ex literis Illustrissimi Vrbis Vicarii in Actis productis.

Superest verificatio valoris, fuit enim expressus ad 24. sed allegatur, hunc valorem consuetudinariū 24. solere exprimi in Canonicatibus illarum partiū
5 † nec attendi verum valorem, cum non agatur de annata, prout ex hac ratione admittitur similis cōsuetudo in impetratione beneficiorū in Regno Frāciæ, *Rebuff. in praxi tit. de form. non. prouis in vers. cuius, & illi forsan. & in Reg. de vnio. gl. 7.* Quia tamē de huiusmodi consuetudine in actis non apparet, desideratur valoris, aut huiusmodi cōsuetudinis opportuna probatio.

Comitulo

Auximana Pensionis

Veneris 5. Maij 1589.

S V M M A R I A.

1 *Titulus nec coloratus in manutentione requiritur.*
2 *Possessio sola satis est ad manutentionem.*
3 *Ampl. etiam contra successorem in beneficio.*
4 *Extende siue agatur remed. can. reintegranda, siue retinenda.*
5 *Pensionis exigendæ in quasi possessione existenti, cui solutio denegatur, competit remed. can. reintegrāda, & retinenda.*
6 *Pensionis reseruatio per literas Apostolicas probanda est in petitorio.*
7 *Gratiæ Apostolicæ ante literarum expeditionem dicuntur informes.*
8 *Gratiæ Apostolicæ non probantur nisi per literas.*

Decisio LXX.

STante clausula, sine retardatione solutionis pensionis in Commissione mihi pręsentatā. Dubitaui an de reseruatione pensionis cōstare deberet per literas Apostolicas.

Et Domini concorditer responderunt, in iudicio
1 retinendę, super quo A. C. pronuntiauerat † cum non requiratur aliquis titulus, etiam coloratus, *vt*
2 *per Cassad. de restit. spoliat. dec. 4. n. 8.* † solam quasi possessionem sufficere ad effectum manutentionis *A. Aug. in repert. tit. de solut. & claus. sine retardatio-*

nē,

ne, &c. & fuit dictum in causa Anconitana pensionis coram R. P. D. Platto. 15. Iunij anno 1587. & qui procedit 3 † etiam contra successorem in beneficio iuxta *decis. Guid. Pap. 629. & Put. 151. lib. 1.* quas Rota 4 passim obseruat; † siue agatur *rem. cas. reintegrandæ*, 5 siue remedio retinendæ, cum † vtrumque competat ei, cui existenti in quasi possessione percipiẽdi solutio pensionis denegatur, *Pat. dec. 419. lib. 2.* At 6 † in iudicio petitorio, vbi validitas pensionis discutienda est, dixerunt de reseruatione docendum esse per literas Apostolicas; *iux. reg. de non iudicando secundum formam suplic.* maximè stante decreto Papæ vt literæ desuper expediri deberent, & hæc spectant 7 allegata pro Reuerendissimo Episcopo, † gratias Apostolicas ante confectionem literarum esse informes, *Rota dec. 20. num. 5. de concess. preben. in nou.* 8 † easque non probari, nisi per literas, *Rot. dec. 27. in prin. de reseru. in nou. Egid. cons. 34 num. 4. cum similibus.*

Comitulo

Marsicana Iurisdictionis

Lunæ 23. Octobris 1589.

S V M M A R I A.

1. *Exemptio ex obseruantia declaratur, & iustificat superioritatem.*
2. *Exempti ab Episcopi iurisdictione possunt suos immediatos Prælatos habere.*
3. *Exemptis à iurisdictione Episcopi expedit habere exemptionem Papalem.*
4. *Et esse specialiter sub protectione Sedis Apostolicæ.*
5. *Exemptis per Concilium Tridentinum non impediũt manutentionẽ actus iurisdictionales facti per Episcopos ante Concilium.*
6. *Episcopi iurisdictio in exemptos in quibus consistat.*
7. *Actus turbatiui non priuant quem sua possessione.*

Decisio LXXI.

Domini non recesserunt à decretis 26. Iunij anno 1587. coram Reuerendiss. Ortolen. dandum esse mandatum de manutenendo Reuerend. Patri Abbati quoad gubernationem Monasterij Monialiũ SS. Cosmi, & Damiani, & quoad exercitium Iurisdictionis in Clericos, & presbyteros deseruientes in Ecclesia eiusdem Monasterij. Nam de quasi possessione Abbatis Casinen. ante litem motam constat ex antiquis scripturis, & testiũ depositionibus alias, & nunc denuo consideratis, quę possessio satis apparet titulata, stantibus Romanorũ Pontificum Priuilegiis, præsertim Clem IV. & Alexandri III. quibus eximuntur à Iurisdictione Episcoporum Marsicanorum Moniales, & Clerici eiusdem Ecclesiæ, & recipiuntur sub protectione Sedis Apostolicæ, salua debita reuerentia, & Iustitia Mo- 1 nasterio Casinensi, † quæ exemptio ex obseruantia subsecuta declaratur, & Iustificat superioritatem, quam Abbates pro tempore exercuerunt, *l. si de interpretatione. de leg. Bald. cons. 145. lib. 3. Roman. cons. 277. num. 4.*

Neque vero isthæc exemptio concludit, Monasterium esse sub immediato regimine Sedis Apostolicæ, vt locus sit dispositioni *cap. 9. Sess. 25. de regul.* in ea parte, in qua monasteria Sedi Apostolicæ immediatè subiecta Episcoporum tamquam d. Sedis dele- 2 gatorum gubernationi subiiciuntur, cum † notissimum sit, exemptos à Iurisdictione Episcoporũ habere posse suos immediatos Prelatos, *ad not. per gl.* 3 *& D. D. in cap. graue. de off. ord.* † quibus etiam expedit habere exemptionem Papalem, *Achill. dec. 1. &* 4 *seq. de exempt.* & † esse specialiter sub protectione Sedis Apostolicæ, ad *gl. cum ibi not. in c. recepimus. de Priuileg.*

Non obstant huic manutẽtioni actus Iurisdictio- 5 nales facti per Episcopos Marsicanos. Nam † qui præcesserunt Sacrum Concilium Tridentinum, non sunt considerabiles propter expressas exemptiones Monialium, & Clericorum, *cap. si Papa. de Priuil. lib. 6. & fuit resolutum coram bon. mem. Lauretano 7. Ianuarij 1586. & rursus corã Reuerẽdissimo Ortolen. 26. Iunij 1587.* si qui autem facti fuerunt post Concilium Tridentinum preter concernentes ea, quę 6 sunt ordinis Episcopalis, † qualis est administratio Sacramenti Confirmationis, & collatio ordinum, *cap. 3. de confirm. sess. 7. & cap. 7. de Sacr. ordin. sess. 23.* & alia, quę ex eodem Conc. specialiter competunt Episcopis in Clericos exemptos, siue ratione curę, quæ in Ecclesia exercetur, iuxta *c. 11. sess. 25. de regular,* propter quam tenentur & exempti interesse Synodo, *ex c. 2. in fin. sess. 24.* siue ratione Iurisdictionis in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum iuxta *cap. 14. sess. 7.* siue ratione correctionis Episcopis residentibus permissę in exẽptos, qui alias eorum Iurisdictioni subderentur, *c. 4. sess. 14.* siue ratione facultatis reseruatę Episcopo Diœcesano concedendi dimissorias Clericis exemptis intra eius diœcesis fines existentibus *per c. 10. sess. 23.* & inhibẽdi etiam Regularibus, ne quis, ipso contradicente, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prędicare pręsumant, *per cap. 4. sess. 24.* Nec non ratione clausurę in Monialium Monasteriis restituendę, & conseruandę, iuxta decretum *Conc. cap. 5. sess. 25. de Regul.* Alii fuerunt pariter turbatiui, 7 † nec priuarunt Abbates eorum quasi possessione antiquiori, pro qua magis pręsumitur, *cap licet causam, vbi Felyn. numer. 23. & seq. de probat. Anth. in clem. 1. 4. not. de sequestr. poss. & fruct. Castr. cons. 395. num. 2. lib. 2.*

Quare conclusum fuit, concedendum esse mandatum de manutenendo generaliter P. Abbati quoad gubernium Monalium, & quoad exercitium Iurisdictionis in Clericos in Ecclesia SS. Cosmi, & Damiani deseruiendo priuatiue quoad Episcopum, preterquam in casibus, in quibus d. Conc. Trid. Episcopis tamquã Sedis Apostolicę delegatis potestatem tribuit circa clausuram Monalium, & in exemptis Clerici infra diœcesim existentibus, qui casus in mandato concedendo, si expedire videbitur, specificari poterunt.

Comitulo

Gennen. Capella

Sabbati 9. Decembris 1589.

S V M M A R I A.

1. *Possessio capta post appellationem ponitur sub sequestro ex stylo Rotæ.*
2. *Possessio capta post appellationem est attentata.*
3. *Sententia transitum facit in iudicatum, vbi appellãs non redit pro apostolis.*
4. *Apostoli denegati dicuntur, vbi Iudex nihil aliud respondit, nisi quod audiebant.*
5. *Apostolis denegatis non tenetur amplius appellans pro illis redire.*

6 Pos-

6 *Possessio capta intra terminum ad appellandum reuocanda est tamquam nulla.*

Decisio LXXII.

QVia ex actis, & confessione Didaci constat possessionem per eum fuisse captam post appellationem pro parte Ioannis interpo- 1 nitam, Domini, dixerunt, † locum esse sequestrationi *ex stylo Rotæ dec. 10. in nou. & 5. in antiq. vt lit. pend. Cassad. dec. 3. num. 6 de restit. spoliat.* 2 † Est enim attentata, *cap. non solum de appellat. lib.* 3 *6. Guidob. dec. 204.* Nec obstare prætensam † rem iudicatam ex eo, quod appellans nō redierit pro apostolis, *cap. ab eo. de appellat. in 6. clem. quamuis. eod.* 4 *tit.* quia, † cum Iudex in actu appellationis apostolos petenti, & sequenti die cum cedula appellationis repetenti aliter non responderit, nisi quod audiebat, perinde habetur, ac si apostolos denegasset, *ad glos. in d. clem. si. cum quæ transeunt ibi Innoc. & Card. q. 2. & tenuit Rota coram bon. mem. Oradino in causa Toletana Cappellaniæ 6. Iunij 1566.* Quare 5 † appellans non tenebatur amplius redire, *Rot. dec. 57 de appell. in nou. Egid. dec. 343.* Sed, & si attentatorum remedium excluderetur, reuocanda esset ni- 6 hilominus † possessio capta intra terminum ad appellandum per viam nullitatis, *Mohed. decis. 250. Ant. Ang. §. 2. cum de appellat. & passim Rota seruat.*

Comitulo

Tirasonen. Præeminentiarum.

Veneris 6. Aprilis 1590.

S V M M A R I A.

1 *Præeminentiæ regulantur in primis à consuetudine.*

2 *Probationes, quibus obtentum fuit in manutentione an sufficiant in petitorio.*

Decisio LXXIII.

EX testibus, quorum summarium Domini viderunt, conclusum fuit, Abbati de Alfaro, tanquam principalem dignitatem in Collegiata illius Oppidi obtinenti, competere præeminentias sublimioris sedis in Choro præcedentiæ respectu aliarum dignitatum tàm in Ecclesia, quàm extra deferendi gremiale, incedendi ad latus Presbyteri celebraturi, & vestibus Sacerdotalibus induti ac post omnes cappas gestantes in Processionibus, & oblationibus. Nec non eidem Abbati ius esse, vt in absentia Episcopi longioris vestis caudam sibi tā intus Ecclesiam, quàm extra in Processionibus incedenti per famulos suos faciat subleuari. Cū enim 1 † in huiusmodi præeminentijs in primis attendatur consuetudo, *secundum ea, quæ tradunt post gl. in cap. pen. verb. electionis. in fin. de offic. deleg. lib. 6. Bal. in c. cum olim. in prin. de consuet. Felyn. in cap. statuimus. num. 1. de Maior. & obed. Purpurat. cons. 540. num. 11. Ruin. cons. 19. num. 6. lib. 1. Rot. dec. 4. de elect. in nou.* & de consuetudine Ecclesiæ de Alfaro circa prædictas præeminentias per 40. circiter annos ad fauorem Abbatis clarè deponant testes, non dubi- 2 tarunt Domini † hanc probationem, ex qua in duabus instantijs Abbati concessum, & confirmatum fuit in partibus mandatum de manutenendo, sufficientem existere ad obtinendum quoque in petitorio, *vt per Card. cons. 62. sub num. 1. & alios prædallegatos.* Itaque mandarunt, vt prædictas præeminentias Abbati per sententiam adiudicarent condemnando Capitulum simpliciter in expensis, non obstante, quod eius Procurator constitutus cum potestate recedendi a prosecutione appellationis per Capitulum interpositæ declarauerit ante causę disputationem, se ab vlteriori prosecutione desistere.

Card. Pamphilio Seniore

Maceraten. Hæreditatis

Lunæ 4. Iunij 1590.

S V M M A R I A.

1 *Possessio capta non eiectis Colonis, & Custodibus primi possessoris non est considerabilis, nec manutenibilis, & num. 11.*

2 *Vel saltim redditur turbida, vt poni debeat sub sequestro, donec cognoscatur de meritis causæ.*

3 *Possessio capta Iudicis auctoritate non requirit expulsionem.*

4 *Sed contentatur recognitione.*

5 *Possessio data cum clausula, sine præiudicio quorumcumque iurium N. est conditionalis, quatenus ipse non possideat.*

6 *Appellatione quorumcumque iurium venit etiam possessio, quæ iam acquisita nihil aliud est, quam ius.*

7 *Possessor est citandus.*

8 *Iudicis intentio talis esse præsumitur, qualis debet de iure esse.*

9 *Et quod minus, quam fieri possit, voluerit partibus præiudicare.*

10 *Possessio capta in vim sententiæ cum clausula, sine præiudicio iurium N. eo possidente, & sic conditione purificata non dicitur acquisita.*

11 *Possessio capta propria auctoritate, colonis non expulsis, non suffragatur, etiam interueniente recognitione.*

12 *Possessio mortua Domino dicitur vacua etiam existentibus Colonis, & sufficit eorum recognitio ad acquirendam alteri possessionem absque expulsione.*

13 *Recognitio facta dicitur per Colonum, si remissus fuerit, & claues, animalia, & bona sub custodia receperit.*

14 *Possessio capta ex falsa causa non videtur considerabilis. Decl. vt num. 16. & seqq.*

15 *Clausula,* Et ad omnem alium meliorem finem, & & effectum, *stat ampliatiue, prout clausula,* Omni meliori modo.

17 *De non iure alicuius constare non dicitur, vbi de eo adhuc doceri potest.*

18 *Possessio ex falsa causa quoad effectum iuris non est considerabilis, secus quoad effectum facti.*

19 *Spolij actio datur contra immissum à Iudice nulliter procedente.*

20 *Detentatio, seu insistentia etiam de facto sufficit ad effectum, vt alter ex sola instrumentali possessione non efficiatur possessor, & num. 21.*

21 *Decretum irritans destruit omnem possessionem.*

22 *Possessionem acquirere est potius facti, quam iuris.*

23 *Possessor iniustus, & Prædo plenam facit possessionem, & occupat, & est in ea manutenendus, donec de illius iniustitia cognoscatur.*

24 *Exceptio de possessione tertij admittitur in iudicio manutentionis.*

25 In-

25 *Instrumentalis possessio, alio in possessione existente, non dicitur vera possessio, sed clandestina.*

26 *Exceptionem iuris agentis opponere licet in quolibet iudicio.*

27 *Asserens aliquem possessorem iniustum fatetur illũ esse in possessione.*

28 *Ratificata dicitur possessio capta alterius nomine per procuratoris constitutionem, & articulorum dationem ad effectum possessionem defendendi.*

29 *Ratificatio æquiparatur mandato, & suffragatur si præcedat possessionem alterius.*

Decisio LXXIV.

DOmini, non obstantibus deductis pro D. Pellicano, steterunt in resolutis, scilicet eius possessionem quoad bona C. Nouæ nõ esse talem, vt ex ea posset sibi concedi mandatum de

1 manutenendo, quia fuit merè instrumentalis,† quæ, stante anteriori possessione Dominorum de Vicis, non eiectis ipsorum colonis, & custodibus, non est considerabilis, neque manutenibilis, *l. peregrè. §. quibus, & l. quamuis. §. si conductor. cum ibi not. ff. de acq.*

2 *poss.* † vel saltem taliter redditur turbida, vt iuxta stylum Rotæ remanere debeat sub sequestro, donec cognoscatur de meritis causæ, *vt latius deductum fuit in decisione 27. Nouembris anni præteriti in hac causa facta.*

Neque obstare, quod hæc possessio fuerit capta

3 auctoritate Iudicis, † & ideò non esse necessaria expulsio, *Ang. in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor, in*

4 *fin. ff. de acquir. poss.* sed † sufficeret recognitio, *Afflict. decis. 325.*

Quia, prout fuit in decisione consideratum, hæc possessio fuit capta in executionem sententiæ locumtenentis Ciuitatis Nouæ, quæ mandabat immitti Pellicanum sine præiudicio quorumcunque iurium

5 DD. Alcanij, & Vici, † & sic conditionaliter, quatenus ipsi non possiderent, *Put. decis. 32. lib 2.* quia

6 † appellatione quorumcunque iurium venit etiam possessio, quæ postquam est acquisita, nihil aliud est, quam ius, *vt not. in d. l. peregrè. ff. de acq. poss. Inno. in cap. Episc. de reb. Eccles. non alien. Bald. in l. Iubemus. §. sanè in fin. C. de sacros. Eccles. & latè Sarnen. in reg. de iur quæs. non toll. quæst. 5.* prout etiam ita debet intelligi, ne aliàs dicamus, Iudicem absque citatione voluisse præiudicare possessioni Dominorum de

7 Vicis, † qui tanquam possessores erant citandi, *Dec. post alios in l. fin. num. 5. & ibi Zaccard. num. 28. C.*

8 *de ed. diu. Adr. tollen.* † Talis enim præsumitur esse intentio Iudicis, qualis de iure esse debet, *vt dicit*

9 *Bald. in l. 1. C. de neg. gest. Dec. cons. 43. num. 5.* † & quod minus voluerit derogari iuri partium, aut eis præiudicare, quam sit possibile, *Abb. cons. 7. in fin. lib. 2. Aym. cons. 188. num. 8.* Vnde sequitur, quod, aut Pellicanus in capiendo possessionem fuerit vsus di-

10 cta sententia, † & censetur noluisse acquirere possessionem, ex quo fuit purificata conditio, cum tunc temporis Domini de Vicis essent in possessione, *ad not. per Natt. cons. 838. num. 12.* Aut non fuerit vsus

11 dicta sententia, † & possessio tanquam propria auctoritate capta, non expulsis colonis, ipsi non suffragatur, *d. l. peregrè. §. quibus. & d. l. quamuis. §. si conductor. Dec.* dicens hoc casu non suffragari recognitionem, *cons. 400. num. 9. Gozadin. cons. 88. sub num. 10. Bero. quæst. 87. & cons. 69. num. 10. lib. 3. Put. dec. 6. de caus. poss. & propr. cum alijs allegatis.*

Neque obstare, quod nec etiam ab ipsis de Vicis in adeptione possessionis fuerint expulsi omnes coloni.

Quia pro parte Pellicani sufficienter non ostenditur, quod tunc temporis adessent alij coloni in loco, præter illos, quos ex lectura instrumenti constat fuisse expulsos. vltra quod possessio per obitum Ca-

12 pitanei Francisci erat vacua, † & ideò sufficit, quod coloni recognouerint Dominos de Vicis absque eo, quod esset necessaria expulsio, *Alex. in l. quid met.*

13 *num. 25. ff. de acq. poss. Afflict. decis 325.* † quæ recognitio in hoc casu satis colligitur ex eo, quod coloni expulsi redierunt ad prædia readmissi ab ipsis Dominis de Vicis, & receperunt ab eis claues, & animalia sub præcepto, quod illa teneant sub bona, & fida custodia nomine ipsorum, & ad eorum instantiam, ipsosque in dominos rerum, & bonorum prædictorum prorsus habeant, & recognoscant.

Non obstat, quod Domini de Vicis acceperint possessionem sub prætextu, quod Capitaneus Franciscus decesserit sine testamento, & eis vti proximioribus esset delata hæreditas ab intestato, quod tamẽ est falsum, cum in actis constet de testamento, vnde

14 † hæc possessio tanquam capta ex falsa causa non videtur habenda in consideratione, *Bald. cons. 155. num. 2. lib. 3. Port, Imol. cons. 75. num. 12. Pedem. dec. 73. num. 11.*

Quoniam fuit responsum, quod Domini de Vicis non se restrinxerunt ad capiendam possessionem tanquam hæredes ab intestato, sed subiunxerunt ad cautelam, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, & sic ex quauis causa, & etiam ex fideicommisso quondam Matthæi, vt declararunt die sequen-

15 ti, ante possessionem Pellicani, † ex quo dicta clausula stat ampliatiuè, cum sit posita cum dictione copulatiua, prout de clausula *omni modo meliori* habetur *in decis. Achil. 1. de claus.* Præsertim quia Domini de Vicis præcisè non affirmarunt, Capitaneum Franciscũ decessisse sine testamento; sed quod audiuerunt, ipsum sine liberis, & nullo condito testamento, saltem quod ipsi sciant decessisse, vltra quod hæc assertio non fuit facta in ipso actu adeptionis possessionis saltem prædiorum, sed ante.

16 Accedat, † quod hodie adhuc non constat de falsitate causæ, cum adhuc pendeat lis super validitate testamenti, de cuius falsitate, & nullitate opposuit ipsemet Pellicanus, prout etiam adhuc non liquet, an sit locus fideicommisso q. Matthæi ad fauorem

17 DD. de Vicis, † de quorum non iure constare non dicitur, cum de eo adhuc doceri possit, *iuxta decis. Ægid. 103 cum alijs similibus.*

Præterea quidquid dicendum sit, quando falsitas

18 versatur circa factum, † quo casu putans capere possessionem vnius fundi, non acquirit possessionem alterius fundi, in quo immissus fuit, *l. si me in vacuam. ff. de acq. poss.* tamen falsitas, quæ non respicit factum, sed tantum versatur circa causam possessionis, non impedit acquisitionem, quia non deficit voluntas possidendi, licet potius ex vna causa, quam ex alia, *l. 2. §. si à pupillo. si quod vulgo. ff. pro empt. & facit l. cum in corpus ff. de acq. rer. dom. & not. per Bart. & Ias. in l. si is, ad quem ff. de acq. hæred.* & licet ista possessio ex falsa causa non sit considerabilis quoad effectum iuris, vt illa nõ dicatur iusta possessio, nec producat iuris effectum, vt loquuntur DD. in contrarium alleg. secus tamen est quoad effectum facti, vt ingrediens dicatur esse in possessione, vel detentione, quod patet in exemplo, *Bald. in d. consil. 135.* de misso in possessionem à Iudice nullitate pro-

19 cedente, † contra quam possessionem datur actio spolij, *Doct. comm. in l. iusti possidet. ff. de acq. poss. latè*

20 *Aym. Crau. cons. 188. num. 8.* † & ista detentatio, siue insistentia etiam de facto sufficit ad effectum, quod alter ex sola instrumentali possessione non efficiatur possessor, *Mohed. decis. 278. incip. In Baptista, & benè Put. decis. 172. in vna Tiburtina lib. 2.* vbi possessio fuit sequestrata, & denegatum mandatum de manutenendo habenti possessionem instrumentalẽ propter anteriorem alterius possessionem, etiam quod esset penitus discolorata propter decretum irritans

21 ritans appositum in regressu, † quod destruit omnē possessionem, *Rot.decis.3.de restit.spoliat.in nou.* Et ita cessant omnia deducta ad ostendendum possessionem DD. de Vicis propter eorum non ius fuisse vitiosam, quia quidquid diccodum sit ad alios effectus, ex hoc non sequitur, quod possessio tempore, quo Pellicanus illam acceperit, non fuerit prius accepta, & detenta saltem de facto ab ipsis de Vicis,
22 † quia possessionem acquirere est potius facti, quā iuris, *l. stipulatio ista.§.hæc quoque vbi omnes.ff. de*
23 *verb.oblig.* & ideò † etiam iniustus possessor, & prędo illam occupat, & plenam facit, & in ea est manutenendus, donec cognoscatur de illius iniustitia, *Castr. in l. Aquilius Regulus.num.5.de donat. Conat. pract.quæst.cap.12.sub numer.5. Paleott.decis. 129. Spoletan.*

Non obstat, quod hæredes non possint se iuuare possessione Dominorum de Vicis, quia aut hoc prętenditur ex eo, quod in hoc iudicio summarijssimo non possit dari de iure tertij, & satis fuit responsum
24 in decisione, † quod allegare ad effectum, de quo agitur, possessionem alterius non est deducere ius tertij, sed opponere exceptionem exclusiuam inten-
25 tionis ipsius agentis, ex eo, quod † possessio instrumentalis, alio existente in possessione, non dicitur vera possessio, sed clandestina, *l. prædia, & l. quam-*
26 *uis.§.1.ff.de acq.poss.cum alijs alleg.* † quod licitum est in quolibet iudicio, *Rot.decis.21.de restit.spoliat. in nou. Sciffell. in l. Celsus. col.7.ff.de vsucap. Paris. cons. 1. num.174. lib. 1.* Aut hoc prætenditur ex eo, quod huiusmodi possessio fuerit impugnata per hæredes, & non obstat, quia hæredes non negarunt, illos accepisse possessionem, sed dixerunt, illam fuis-
27 se iniustam, † & sic fatentur, illos possessores, licet negent, fuisse legitimos, quod ad effectum, de quo agitur nihil facit ex prædictis.

Non obstat, quod possessio per Dominos de Vicis fuerit capta alieno nomine absq; mandato, quia plenè responsum fuit in decisione, quod aut hoc intelligitur respectu illorum de Ferrettis, & Bonarellis de Ancona, & non est verum, quod possessio fuerit capta nomine illorum, nec declaratio facta in instrumento cessionis est attendenda contra verba clara instrumenti, ex cuius lectura liquet nomine proprio possessionem adeptos fuisse. Aut intelligitur respectu portionis Vici, & vltra quod satis potest dici constare de illius voluntate ex eò, quod possessio prædiorum fuit continuata ad simultaneam
28 adeptionem possessionis domus, † apparet de illius ratificatione ex constitutione Procuratoris contra omnes prætendentes interesse super istis bonis, & ex datione articulorum ad effectum obtinendi à Iudice mandatum de ipsos non molestando, nec turbando in sua possessione, *ad l. Paulus.resp.ff. rem rat.*
29 *hab.Dec.cons.262.sub num.6.* † quæ ratificatio mandato æquiparatur, *l. fin. C.ad Maced. Dec.cons.58. numer. 5.* & suffragatur cum præcesserit possessionem Domini Pellicani, *Rot.decis.9.de restit.spoliat. in nou.*

Cætera, quæ latissimè deducuntur per informantes pro Pellicano, vel tolluntur ex supradictis, vel sunt extra dubium, in quo tantum agitur de possessione capta per Pellicanum die 28. Aprilis, & sic per duos dies post possessionem illorum de Vicis, & ideò nunc non est agendum de possessione hæredum, de qua alias agetur, vt nec etiam est agendum de ipsorum non iure Pellicani, & Antoniæ, quia hæc omnia erunt in iudicio petitorio latius discutienda.

Comitulo

Salamantina fructuum.

Veneris 22. Iunij 1590.

SVMMARIUM.

1. *Citatio non benè exequitur cum transumpto non ostenso originali.*
2. *Citatio nulla conualidatur per comparitionem.*
3. *Ampl. etiam quod compareat procurator cum antiquo mandato, qui fecerit expensas, & iura produxerit, & eo magis si constet fuisse ibi mandatum transmissum post citationem.*
4. *Procuratoris constitutio facit præsumere animum comparendi.*
5. *Procurator comparere præsumitur de ordine principalis, vbi apparet de citatione contra illum executa.*
6. *Procurator se ingerens in causa cum protestatione, quatenus principalis fuerit legitimè citatus validat nihilominus iudicium, nisi talis protestatio, & conditio in eius mandato contineatur.*
7. *A protestatione recessum dicitur per processum ad vlteriora.*
8. *Principalis quando approbet gesta per procuratorem.*

Decisio LXXV.

PLacuit Dominis, litem in casu, de quo agitur, intelligi motam à tempore executæ citationis in partibus die 27. Nouembris anni
1 1583. quæ citatio, † licet fuerit minus legitimè executa cum transumpto non ostenso originali, *vt fuit resolutum 25. Maij prædicti ad glos. in clem. causam*
2 *ver. authentica. de elect.* † fuit tamen conualidata per comparitionem subsecutam, *Bald. in l. fin. C. de procur. Dec. cap. cum causa.nu.15. de offic.deleg. Egid. decis.364. Caputaq.decis. 112. par. 1. cum allegatis in decis. bo.mem. Lauret. in causa Romana Dohanæ Salis 16. Iunij 1581.* Siquidem Ioannes de Caluera habēs mandatum à Francisco principali generale ad omnes causas, & illud produxit ad effectum substituē-
3 di in hac causa, prout substituit, & † substitutus in defensione causæ fecit multas expensas, produxitque diuersa iura, & nominatim instrumentum declarationis Turni, ex quo pendebat causæ definitio, vt de scientia, & consensu principalis non sit dubitādum, *Rot. decis. 1. in fin. de procur. in non. Cassad. decis. 3. nu. 5. eod. tit. Put. decis. 43. lib. 1. & decis. 100. in fin. & 214. lib. 2.*

Non obstat mandatū confectum fuisse die 4. Nouembris ante prædictam citationem, quia, cum datum fuerit post habitam notitiam impetrati Archidiaconatus per Rocchum, vt colligitur ex epistola scripta die 5. eiusdem mensis, in qua Franciscus de huiusmodi impetratione conquestus est cum Procuratore constituto, videtur datum specialiter in hanc
4 causam, & infrant *decis. Put. 283. lib. 2.* † quod ex cōstitutione Procuratoris præsumitur animus compa-
5 rendi, & *alia 263. lib. 3.* quod † vbi apparet de aliqua citatione contra principalem, Procurator præsumatur à Domino admissus, & sustineatur iudiciū etiam casu, quo principalis primo citari debuisset. Nec refert, quod Procurator comparuerit conditionaliter, & limitatè, quatenus suus principalis esset
6 legitimè citatus, quia, † cum talis limitatio in mandato generali non contineretur, non potuit apponi

per

per Procuratorem in illius acceptione, & substitutione, iuxta decis. Achill. 14. de citat. præterquam 7 quod † ab huiusmodi protestatione per processum ad vlteriora factum à substituto cum verisimili scientia ipsius substituentis intelligitur recessum, iux. trad. per Dec. in cap. solicitudinem. num. 22. de appellat. & 8 demum omnia approbasse censetur principalis;† quando in executione mandati respondit, se parere sub appellationibus, & protestationibus pro eius parte interpositis in Romana Curia, Bart. in l. Procurator ff. rem rat. hab. Aym. cons. 159. num. 4. cum non appareat de aliquibus actis gestis per alium Procuratorem, arg. l. 2. de lib. & posth.

Ex quibus Domini concluserunt, Franciscum teneri ad fructus perceptos post executam primam citationem, &c.

Cardinali Platto

Mediolanen. Bonorum

Veneris prima Februarij 1591.

SVMMARIA.

1. *Possessio capta in vim decreti Iudicis, & cum recognitione colonorum dicitur iusta, & legitima, atq; manutenenda.*
2. *Possessio posterior dicitur clandestina.*
3. *Possessionem ingrediens auctoritate Iudicis eã acquirit, & suam alteri amittere facit.*
4. *Lim. secus si Iudex ritè, & rectè non processerit.*
5. *Possessore non citato non dicitur ritè, & rectè processum.*
6. *Causæ falsitas in acquirenda possessione impedit effectum iuris non facti.*
7. *Detentio sufficit pro mandato de manutenendo.*

Decisio LXXVI.

1 CVM † Terrentia fuerit ingressa possessionem vacantem per obitum Sacramorri, & quidem cum decreto Iudicis, & fuerit à colonis recognita, eius possessio dicatur iustà, & legitima, *Ruin. cons. 158. num. 11. lib. 1. Alex. in l. quod meo. num. 25. ff. de acq. hæred. Tiraq. de constit. par. 3. lim. 14.* Et propterea illa debet manuteneri, non autem Ecclesia Sancti Vincentij, aut is, qui ab Abbate inuestitus fuit, quia possessio Ecclesiæ est posterior, 2 † & per consequens clandestina, *Capucaq. decis. 334. part. 2. Alex. consil. 83. libr. 2. Curt. Iun. consil. 165. num. 3.*

Nec obstat, quod Ecclesia ceperit possessionem 3 Iudicis auctoritate, † quo casu videtur acquisiuisse possessionem, ita vt Terentia suam amiserit, *Ang. in l. qui vniuersas. §. item cum prætor. ff. de acq. poss.*

4 Quia fuit responsum, † quod Iudex non priuauit Terentiam possessione cum ritè, & rectè non processerit, *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. & Seyssell. in l. Iustè possidet. num. 18. eod. tit.*
5 † quod maximè verum est; cum Terentia citata non fuerit, ex his, *quæ tradit Socc. cons. 158. col. 2. Sarnen. in reg. de annal. quæst. 25.*

Non obstat, quod Terentia ceperit suam possessionem tamquam hæres ab intestato, & sic ex falsa causa, cum adsit testamentum, quia vt in terminis fuit resolutum *coram R. P. D. Pamphilio in causa Ma-* 6 *ceraten. Bonorum 4. Iulij* 1590. † falsitas causæ in acquirenda possessione licet impediat effectum iuris, vt scilicet talis possessio non producat iuris effectũ, non impedit tamen effectum facti ipsius, quominus

ille, qui ingressus est possessionem ex ista falsa causa, dicatur possidere, & detinere, 7 † quod sufficit pro mandato de manutenendo, vt optimis rationibus ibi concludit idem R. P. D. Pamphilius, quas hic repetere superfluum foret, &c.

Cardinali Pamphilio seniore

Maceratensis Hæreditatis

Mercurij 30. Aprilis 1593.

SVMMARIA.

1. *Instrumentum sufficit ad possessionem probandam.*
2. *Colonis non expulsis à conspectu rei, & toto fundo etiam cum familia possessio non acquiritur.*
3. *Decl. procedere vbi possessio est plena, & colonus alteri possidat, secus possessione vacante per obitum possessoris, & vbi colonus tantum detinet, quia tunc satis est recognitio, vel tales actus, ex quibus appareat, colonum nolle sibi possidere, sed tertio ingredienti.*
4. *Consentit quis non minus facto, quam verbis.*
5. *Plus est facto aliquid significare, quam verbis.*
6. *Recognitio coloni quibus actibus inducatur.*
7. *Possessio vacare dicitur mortuo possessore, & non constito de apprahensione hæredis. Ampl. vt num. 8.*
8. *Colonis mediantibus non dicitur acquisita possessio hæredi, donec ydem non declarauerint, se illius nomine possidere, vel illum recognouerint per aliquẽ actum, vt puta per solutionem affictus.*

Decisio LXXVII.

DOmini censuerunt, Ascanium, & Vicum acquisiuisse possessionem duorum prædiorum, nempe Montis Forani, & Sancti Dionisij, in quibus aderant coloni, nisi eis obstet declaratio postea facta, quod illam acceperunt nomine illorum de Ferrettis, & Bonarellis, de qua erit particulariter videndum.

Constat enim, quod Ascanius, & Vicus solemniter ingressi sunt possessionem dictorum prædiorum 1 ex publico instrumento, † quod, notissimum est, sufficere ad probandum possessionem, *l. prædia. vbi Bartol. de acquir. possess. l. non idcirco, & ibi Bald. C. de fid. Instr. DD. in cap. cum nobis. vbi Abb. num. 5. de præscript. Roman. cons. 482. num. 2. Socc. cons. 205. numer. 5. in fin. lib. 2. latè Rol. cons. 46. num. 18. libr. 2. Put. decis. 360. num. 8. lib. 1. & fuit alias in hac causa resolutum.*

2 Non obstat, † quod non constet, expulsos fuisse colonos à conspectu rei, & à toto fundo etiam cum familia, ita vt ad illam de facile redire non possent.

3 Quia † ista exacta expulsio requiritur, quando possessio est plena, & colonus alteri possidet, *iux. l. quamuis. §. 1. ff. de acq. poss. tradit Alex. post Bart. in l. quod meo. nu. 24. ff. eod. Afflict. dec. 325. Ruin. cons. 158. nu. 22. lib. 1. Bero. quæst. 47. Natt. cons. 133. num. 11. lib. 3 Corradin. cons. 86. num. 1. & 15.*

Secus quando possessio esset vacua, stante obitu Capitanei Francisci, & colonus alteri non possidet, sed manet in nuda detentatione, hoc enim casu, ad effectum, vt tertius possessorem adipiscatur, sufficit sola recognitio absque expulsione, *Rot. in d. l. quod meo. num. 7. Alex. nu. 25. Afflict. decis. 325. quem sæpius secuta est Rota, vt apud Caputaq. decis. 179. lib. 1. & in causa Cornien. Bonorum 30. Maij. 1580. corã*

Decano, & alias sapius, & sentit Ruin. d. cons. 158. nu. 12. & alij supracitati.

Imo sufficiunt tales actus, ex quibus appareat, colonum nolle sibi possidere, sed tertio ingredienti, & per quemcumque actum declaret, se velle possidere nomine eius, qui possessionem sic vacantem ingreditur constituit ipsum in possessioné per simplex constitutum, *Bart. in d. l. quod meo. num. 9. tui neminem contradicentem se reperisse ait. Alex. ibi num. 25. Et cuius sententiam comm. teneri tradit Seyssell. num. 21. Tiraq. de constit. limit. 14. num. 3. & Paleott. dec. 110.* qui loquitur de vero detentore, qui transferendo illam detentationem, ipsam possessionem transferre dicitur.

Adest autem in hoc casu sufficiens recognitio, quia eo ipso, quod à domibus istorum duorum prædiorum eijciuntur, & deinde reponuntur, & illis rursus consignantur claues, & iubentur tenere bona, & animalia sub fida custodia, atque ad hæc omnia tacitè acquiescat, satis videntur prædia ab ipsis eijcientibus recognoscere, etiam quod nihil dicant,

4 † quia non minus facto consentire quis videtur, quã verbis, *l. Paulus ff. rem. rat. hab. cap. ex ore. vbi glos. de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. cap. Cassad. decis. 2.*

5 *num. 2. de reseruat.* † Imo plus est facto, quam verbis aliquid significare, *l. si tamen. §. ei, qui. vbi glos. optimam rationem reddit. de edil. edi. Rom. cons. 291. num.*

6 *4. Put. decis. 462. num. 4. lib. 2.* maximè † cum nihil intersit coloni, cuius nomine possideat, quo casu taciturnitas habetur pro consensu, *l. 2. C. de acqu. poss. Crasc. decis. 12. lib. 1.* & concurrunt actus possessorij consignationis clauium, *l. clauibus. ff. de acqui. poss. Tiraq. de constit. ampl. 3. num. 3. plenè Couar. variar. resolut. cap. 3. num. 11.* & præceptum retinendi bona sub fida custodia, *l. 1. §. penult. vbi glos. & Bart. in fin. ff. de vi, & vi armat.* & faciunt quæ de appositione custodiæ, *not. in l. 3. in princ. vbi Socc. Alex. & alij ff. de acq. poss.*

7 Quod † autem possessio esset vacans, satis constat ex eo, quod, secuto obitu Capitanei Francisci, Possessio per hæredes adhuc capta non fuerat, *l. cũ*

8 *hæredes. ff. de acq. poss.* † nec mediantibus colonis fuit eis acquisita, quia ad hunc effectum requiritur, colonus declaret se possidere nomine hæredis, *Alex. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acq. poss. Afflict. decis. 167. Rol. d. cons. 46. num. 37. lib. 2. Put. decis. 472. num. 5. lib. 2.* & adsit scientia, & volũtas hæredis, cui acquiritur possessio, *glos. in d. l. quod meo. ff. de acq. poss. Bald. cons. 330. lib. 1. Put. d. decis. 462. circa fin. Benint. decis. 12. nu. 8.* vel adsit aliquis actus recognitionis, nempe solutionis affictus, *Bald. d. cons. 330. num. 6. Beto. cons. 75. num. 23. lib. 3. Benint. decis. 12. in fin. Rol. in d. cons. 46. nu. 37. & tenuit Rot. in d. causa Ceenien. Bonorum*, quæ omnia hic deficiunt, cum possessio capta fuerit paulo post obitum Capitanei Francisci, vt benè deducitur per informantes pro hæredibus, & ita non obstat, quod dicitur, possessionem non fuisse vacantem, attenta insistentia colonorum, *ex Bald. in l. fin. num. 49. in 6. opp. C. de edict. diu. Adr. toll. cum alijs allegatis*, quia hoc procedit, concurrentibus supradictis, *vt declarat Alex. in d. §. quod per colonum. cum alijs supra citatis & benè Paleott. d. decis. 110.* qui dicit possessionem non dici vacantem, quando res etiam simpliciter ab aliquo detinetur, *iux. l. 2. §. vacuã. ff. de act. empt.* intelligi ad alios effectus, nempè an possessio dicatur liberè tradita, vt loquitur *d. l. 2.* ad effectum vsucapionis, *l. nunquam. §. vacuam. ff. de vsucap.* vel ad alios huiusmodi, secus autem ad effectum acquisitionis, quia satis dicitur vacua, vbicumque non constat, eum, qui detinet, detinere animo possidendi, *Achil. decis. 258. alias prima. de caus. possess. & propr. num. 2.* Et coloni non possunt dici possidere hæredi, nisi supradictis concurrentibus, *Afflict. d. dec. 167. num. 6. cum alijs supra cit.* imo cum saltem tacitè, vt supra dictum est, recognouerint Ascanium, & Vicũ, satis dicuntur, declarasse se noluisse possidere nomine proprio, neque hæredum, sed nomine illorum, qui possessionem ita vacantem ingressi sunt.

Quæ deducuntur de consanguinitate Ascanij, & Vici, non faciunt ad præsens dubium, in quo solum quæritur, An ipsi acquisiuerint aliquam possessioné, quam ex supradictis acquisiuisse, Domini non dubitabant, nõ obstante, quod esset capta ex falsa causa quoad acquisitionem possessionis per ea, quæ latius deducta fuerunt 4. Iunij 1590.

Et hæc quoad duo prædia prædicta, in quibus aderant coloni, nam quantum ad alia duo dixerunt Domini, particulariter esse dubitandum, &c.

Comitulo

Marsicana Iurisdictionis

Luna 21. Martij 1591.

S V M M A R I A.

1. *Testis singularis non probat.*
2. *Manutentionis in iudicio debet probari possessio de tempore turbationis, & litis motæ.*
3. *Possessio antiqua præsumitur continuata.*
4. *Lim. vt cesset præsumptio constito de interruptione.*
5. *Possessio antiquior interrupta cedit iuniori.*
6. *Possessio iunior etiam titulata præsumitur vitiosa.*
7. *Lim. procedere, quando titulus acquisitus fuit post possessionem antiquiorem, secus si titulus sit illa antiquior, præsertim si sit notorius, & habeat iuris communis assistentiam.*
8. *Iurisdictionis quasi possessio non amittitur sine scientia, & patientia, nec alteri acquiritur.*

Decisio LXXVIII.

VIsum fuit Dominis ex testium depositionibus vtrinque denuo perpensis non constare de antiquiori quasi possessione Domini Abbatis Casinensis exercendi iurisdictionem in Ecclesia, & Clericos terræ Luci, quæ ei suffragetur cõtra Dominum Episcopum Marsicanum in hoc iudicio manutentionis. Nam secundus testis ex parte Abbatis ætatis 90. annorum, qui latè super secundo articulo deponit à recordatione sua, quam repetit ab annis 70. Clericos S. Ioannis omnino exemptos fuisse à iurisdictione, & obedientia Episcoporum, & in eos exercuisse Abbates iurisdictionem est sin-

1 gularis quoad tempus, † & ideò illud non probat, *l. iurisiurandi. C. de test.* tertius, & sextus vterq; annorum 70. iuxta 25. Interrogatorium contestes sunt de tempore 50. annorum, nonus super secundo deponit de tempore 40. annorum, seu 50. Ex parte verò Episcopi sextus annorum 72. iuxta septimum 24. ann. 73. & 25. annorum 90. iuxta nonum 27. annorum 81. ad sextum percutiunt annos 60. possessionis Episcoporum, dum deponunt Episcopos de Machatanis in terra Luci ministrasse Sacramentum Confirmationis, recepisse à Clericis obedientiam, eosque, & Sacramenta Ecclesiæ visitasse, idemque fecisse eorumdem Episcoporum Successores.

Sed, & si antiquior possessio Abbatis per testes deponentes de auditu à maioribus probaretur, illa

2 tamen in hoc iudicio non suffragaretur, † quia testes non concludunt, vt oportet, de tempore turbationis, et litis motæ, *ad glos. in §. retinendæ vers. hodie.*

Instit. de Interd. Bart. in l. 1. §. vlt. nu. 18. ff. vti possid. Alex. cons. 92. num. 4. lib. 1. Couar. pract. q. c. 17. nu. 3.

3 Et quamuis † antiqua possessio præsumatur continuata, *Bal. cons. 438. num. 9. lib. 1. Ruin. cons. 28. nu. 18. lib. 4. Put. dec. 17. lib. 2.* † Cessat tamen præsumptio, 4 vbi per testes Episcopi constat de interruptione, 5 *Alex. cons. 88. numer. 28. lib. 5.* & † antiquior interrupta cedit iuniori, *Bero. in d. c. licet causam. num. 56. vers. 3. limit. de probat. Alex. cons. 23. ad fin. lib. 6. & fuit tentum in causa Hostien. littoris maris 12. Nouembris, & 18. Decembris 1574. coram bo. me. D. de Rubeis, & in Clusina exemptionis 13. Februarij anni præteriti coram R. P. D. Mantic.*

6 Nec obiici hoc loco potest, quod † Iunior pos- 7 sessio etiam titulata præsumitur vitiosa, † hoc enim procedit quando titulus acquisitus fuit post possessionem antiquiorem, secus quando titulus est illa antiquior, maximè si sit notorius, & habet iuris communis assistentiam, *vt colligitur ex deductis per Aym. cons. 258. num. 21. in fin. & Ruin. cons. 53. col. fin. lib. 4.*

Nec officit, quod ad docendum de continuatione possessionis pro Abbate ponderatur secundus testis supet quarto, dum dicit, Abbatem sepius, imo quolibet anno misisse Monachos, qui visitarent Ecclesiã, & Clericos Luci; Nam etiam si haberet contestes, 8 † probatio non releuaret, non probata scientia, & patientia Episcoporum, sine qua Iurisdictionis possessio non amittitur, & consequenter alteri non acquiritur, *Innoc. in c. bona. 2. num. 6. & ibid. Abb. num. 20. de postulat. prælat. Alex. cons. 16. numer. 13. lib. 5. Aym. cons. 134. num. 14. & Domini tenuerant. in causa Bononiẽ. Iurisdictionis prima Februarij anni 1574. coram Illustrissi. Cardinali Lancellotto.*

Ex quibus Domini concluserunt, iure decretum fuisse mandatum de manutenendo ad fauorem Episcopi die 20. Maii 1588. & postea relaxatum.

Cardinali Pamphilio Seniore

Maceraten. Hæreditatis

Lunæ 18. Martij 1591.

SVMMARIA.

1. *Coloni expulsio cum sua familia à conspectu prædij, necessaria est, vbi possessio est plena, ex quo facto suo non potest interuertere domini possessionem.*
2. *Secus si possessio sit vacans, & colonus stet in nuda detentatione, quia tunc non est necessaria exacta expulsio, sed sufficiunt tales actus, ex quibus cognoscatur, quod coloni non sibi, sed tertio ingredienti possidere intendunt, & num. 3.*
3. *Constituto transfertur possessio.*
4. *Recognitio per Colonum fit etiam facto sine verbis.*
5. *Coloni, cuius non interest, quis magis possideat, taciturnitas habetur pro consensu ad fauorem ingredientis.*
6. *Ampl. Præsertim stante actu positiuo consignationis clauium, & reintroductionis in prædio, à quo fuerat electus.*

Decisio LXXIX.

DIxerunt Domini, nihil de nouo per Informantes pro Pellicano adduci, quod ex resolutionibus aliàs factis sublatum non sit, & ideo persistendum in decisis ex rationibus sub die 27. Nouembris 1589. & 4. Iunii preteriti consideratis.

Neque obstare, quod possessio bonorum Ciuitatis Nouæ retineretur per colonos, & sic esset necessaria eiectio, vel recognitio ad effectum, vt Ascanius, & Vicus dicantur illam acquisiuisse, quia alias fuit responsum, constare de sufficienti expulsione, 1 & recognitione. nam † licet quando possessio est plena, & colonus alteri possidet, vel recognoscit hæredes, sit necessaria expulsio coloni cum sua familia etiam à cõspectu prædii, ex quo facto suo non potest interuertere possessionem Domini, *l. fin. C. de acq. poss.* in quibus terminis loquuntur DD. & deci- 2 siones pro Pellicano allegatæ, † tamen, quando possessio est vacans, & colonus alteri non possidet, sed stat in nuda detentatione, tunc ad effectum, vt tertius possessionem sibi acquirat, non est necessaria exacta expulsio, sed sufficiunt tales actus, ex quibus appareat, colonos nolle sibi possidere, sed 3 tertio Ingredienti, quia hoc casu † sicut simplex cõstitutum potest transferre possessionem in alium, *Bart. in l. quod meo. num. 9. ff. de acquir. poss. Tiraq. de const. lim. 14. num. 3. Paleoti. dec. 110.*

Ita per quemcumque actum declaret, se velle possidere nomine eius, qui possessionem sic vacantem ingreditur, constituit eum possessorem, vnde, cum in hoc casu coloni fuerint expulsi à domibus, in quibus reperti fuerunt, & postea repositi nomine ipsorum Ascanii, & Vici, & aliqui ab eis receperunt claues, & animalia sub præcepto, quod illa teneant sub fida custodia nomine ipsorum, & ad eorum instantiam, ipsosque in Dominos rerum, ac bonorum prædicto- 4 rum prorsus habeant, & recognoscant, licet † verbis nihil dixerint, facto tamen declarant, se recognoscere tradentes in Dominos, & velle ipsorum nomine possidere, *ad l. Paulus. ff. rem rat hab. l. si tamẽ ff. de ædil. ed.* nec requiritur alia maior expressio 5 verbalis, † quia, cum non intersit coloni cuius nomine possideat, taciturnitas habetur pro consensu, 6 *Gresc. dec. 17. lib. 1.* maximè † concurrenti actu positiuo, consignationis clauium, & reintroductionis in prædia, vnde fuerant eiecti nomine Ascanii, & Vici, quæ fieri non poterant citra recognitionem ipsorum, *& ea fere de his, quæ fiunt, à Præl. Cassad. dec. 3. num. 2. de restit.*

Alia, quæ ex declaratione dictorum de Vicis facta ad fauorem de Bonarellis deducuntur contra hanc possessionem, tolluntur ex lectura ipsius instrumenti adeptionis possessionis, vt fuit in aliis positionibus consideratum, vbi fuerunt sublata omnia, quæ nunc de nouo inculcant &c.

Comitulo

Conchen. Limitum

Mercurij 27. Martij 1591.

SVMMARIA.

1. *Sumptum extrahi debet præuia partis citatione, & num. 3.*
2. *Recognosci debet instrumentum, nisi sit antiquum.*
3. *Sumptum de sumpto nulliter extractum non probat.*
4. *Citatio incerta, & vaga ratione temporis, & loci nõ valet.*
5. *Citanda est pars ad accedendum ad locum remissoria.*
6. *Iura producta parte citatã, & non apponente non possunt amplius impugnari.*
7. *Manutentionis in iudicio probationum rigor non attenditur.*

8 *Productio limitate ad vnum finem facta ad alium non suffragatur.*
9 *Acta in vno iudicio non probant in alio, nec inter easdem personas.*

Decisio LXXX.

DVM controuerteretur, An instrumentum appositionis limitum rogatum sub die 18. Octobris 1445. per Alphanum de Marcó esset in forma probanti ad effectum, vt videretur, An exemplo dicti instrumenti, desumpto vigore compulsorialium Officialis Cōchen. de anno 1579. quo in præsenti Iudicio Recto *de las Pedroneras*, vti intendit, fides adhibēda sit. Animaduersum fuit ex illo instrumento reperto inter scripturas dicti Alphonsi in Ciuitate Chinetrillæ fuisse de anno 1484. eodem die, quo pars institit pro exemplatione, extractum per Ferdinandum Lupercium vnum 1 sumptum, nulla præuia citatione partia, † prout requirebatur, *Felyn. post alios in cap. fin. num. 6. de fid.* 2 *instr. Rot. dec. 1. eodem tit. in nou.* nec † adhibita recognitione, à qua tune temporis non excusabat antiquitas, *iuxta dec. Put. 151. lib. 1. & Caputaq. decis. 3. par. 3.* cum 40. anni non dum effluxit essent. Ex tali sumpto, quod inuentum fuit in Archiuio Oppidi de *Pedroneras* de anno 1579. fuit descriptum istud exemplum, de quo agitur, cui non esse fidem adhibendam, Domini censuerunt. Nam præterquam 3 quod † est sumptū de sumpto nulliter extracto, quod non probat, *Put. decis. 423. lib. 3. Caputaq. decis. 234. par. 1.* & ipsum pari modo fuit absque partia citatione nulliter extractum, *Put. dec. 159. lib. 1. cum simil.*

Neque defectum citationis supplet intimatio cōpulsorialium facta parti, tum quia compulsoriales non significabant precisè locum, & tempus extra-4 ctionis faciendæ, & † sicuti citatio incerta, & vaga ratione loci, & temporis non profuisset, *Put. decis. 258. lib. 1. Caputaq. dec. 274. par. 3.* ita nec intimatio compulsorialium, tum quia Iudex in ipsis compulsorialibus ordinauerat, vt pars citaretur; Estq; regu-5 lare, † vt pars moneatur accedere ad locum, ad quē fit remissio, *Cast. in l. Iudices. num. 6. C. de fid. Instr.* quia etiam pars intimationi sibi factæ respondit, se paratam interesse extractioni faciendæ, assignatis sibi die, & loco congruis ad accedendum.

Non obstat, quod hoc ipsum exemplum fuit in partibus coram Ordinario Conchen. productum, & 6 nihil oppositum, † ex quo videtur obturatum parti os, ne amplius opponat, *Egid. dec. 539.* & esse locum Innocentianæ; Quia, præter alias responsiones, placuit Dominis consideratio, quod hoc exemplum fuit in partibus productum in Iudicio manutentio-7 nis, † in quo probationum rigor non attenditur, & nihilominus petitum, & à Iudice fuit decretum, quod probationes intelligerentur tantum factæ in illo Iudicio possessorio, & absque præiudicio in proprietate.

8 Est autem exploratum, † productionem limitatae ad vnum finem factam, ad alium non suffragari, 9 & † acta in vno Iudicio in alio non probare etiam inter easdem personas; *Mathes. sing. 161. nota singularem Doctrinam, & Domini tenuerunt in vna Bononiensi de Butriolis 15. Nouembris 1578. coram R. P. D. Seraphino,* neque Innocentiana cogit, nos fidem habere scripturis registratis, quæ fidem non merentur &c.

Cardinali Pamphilio Seniore

Maceraten. Hæreditatis

Veneris 25. Iunij 1593.

SVMMARIA.

1 *Possessio per mortem domini non dicitur vacare, si à colonis detineatur.*
2 *Coloni expulsio, vel recognitio sufficit mortuo domino & num. 5.*
3 *Possessio non dicitur plena per solam insistentiam, & detentionem colonorum mortuo domino.*
4 *Possessio retenta per colonos mortuo domino an, & quando dicatur acquisita hæredi.*
5 *Colonus alteri non possidens declarans se velle possidere nomine ingredientis constituit illum possessorem etiam per simplex constitutum.*

Decisio LXXXI. La prima.

DOmini steterunt in sæpius resolutis non obstantibus exaduerso deductis. Nam quod 1 dicitur, † possessionem non esse vacātem per mortem Domini, si à Colonia detineatur, ex *Bald. in l. fin. num. 49. in 6. opposit. C. de ed. Diu. Adr. toll.* Alias fuit dictum, non facere, quod ideo sit necessaria expulsio Coloni, quia, vt dicunt *Afflict. dec. 325. & Natt. cons. 538.* in contrarium allegati, 2 † sufficit alternatiuè expulsio, vel recognitio, per 3 solam enim † insistentiam, seu detentationem Colonorum possessio non dicitur plena, *Ruyn. cons. 158.* 4 *num. 22. lib. 1.* nec † acquisita hæredi, nisi pluribus concurrentibus, nempe quod Colonus continuet nomine hæredis, *Angel. in l. qui vniuersas. §. quod per Colonum. in princ. & ibi Alex. num. 2. ff. de acq. poss. Afflict. dec. 167. num. 6. Rol. cons. 46. sub num. 37. lib. 2. Put. dec. 462. num. 5. lib. 2.* & quod adsit scientia, & voluntas hæredis cui quæritur possessio, *glos. in l. si quis meo. ff. de acq. poss. Bald. in cons. 350. lib. 1. Put. dec. 462. circa fin. Bonint. dec. 12. numer. 8. Corn. cons. 203. num. 6. in fin. lib. 2. Afflict. dec. 325. num. 3. in fin. Rol. d. cons. 46. num. 37. quidquid dicat Io. Petr. Surd. in cons. 117. exaduerso allegat. nu. 8. & 19. & tenuit Rot. in causa Cernien. Bonorum sub die 30. May 1580. coram Domino meo Decano,* quæ omnia hic deficiunt, 5 & ideo, † cum Colonus alteri non possideat, absq; alia expulsione sufficit sola ipsius recognitio, ita vt declarans se velle possidere nomine ingredientis constituat eum possessorem etiam per simplex constitutum, *Bart. in d. l. quod meo. num. 9. & ibi Alex. n. 25. Claud. qui testatur de communi. numer. 11. de acq. poss. Tiraq. de const. poss. limit. 24. nu. 3. Paleott. decis. 110. & fuit dictum in prædicta causa Cernien. Bonorū de Mense Nouembris 1578.*

EODEM

Eadem

Veneris 28. Aprilis 1595.

SVMMARIA.

1 *Colonis pluribus exstitentibus separatis, & habentibus domos, & terras distinctas, eorum omnium expulsio,*

pulsio, vel recognitio necessaria est ad possessionē acquirendam, nec sufficit vnius tantum.

Decisio LXXXI. la seconda.

Domini dixerunt prædium magnum Montis Forani, Sancti Dionisii, & Petrignani reputari pro pluribus prædiis, non pro vnico ad effectum, de quo agitur, qui est, vt per appræhensionem partis sit acquisita possessio totius. 1 Nam, † cum mortuo Capitaneo Fracesco possessio huius prædii retineretur per plures Colonos particulares distinctos, & separatos, & habentes domos, & terras distinctas, & limitatas, *Bald. in l. fin. sub num. 42. in 6. opposit. C. de ed. Diu. Adriol. Natt. cons. 538. num. 13.* ad illam acquirendam necessaria erat omnium Colonorum expulsio, vel recognitio, *l. qui vniuersas §. quod per colonum. vbi Ang. Alex. & alij ff. de acq. poss. Afflict. dec. 87. num. 6. & dec. 325.* Nec sufficit recognitio vnius, quia, cum vnusquisque in parte prædii, quam colit, maneat in sua detentione, donec e prædio eiiciatur, vel alium recognoscat, *l. 1. §. quod seruus ff. de vi, & vi armat. l. si id, quod. §. 1. de acq. poss. l. fin. C. eod. tit.* necessaria est omnium recognitio, cum vnus recognoscendo quo ad partem distinctam, & separatam, quam detinebat, non possit transferre possessionē alterius partis, quam ipse non possidet, sed separatim retinetur per aliū Colonum, qui non recognouit, nec fuit expulsus, & ex facto alterius Coloni præiudicari non potuit. Nec contrarium dicit decisio in causa Mantuana fendi coram Santissimo, quæ loquitur in possessione vacua, cuius possessio per appræhensionem partis dicitur in totum quæsita, non autem quando pars nō apprehēsa est plena apud Colonos, penes quos mortuo domino manet possessio, quo casu nō sufficit apprehēsio partis, vt habetur in eadem decisione Mantuana, *& tradit gl. in l. 3. in primo, & ibi Alex. num. 19. in fin. & num. 28. in fin. ff. de acq. poss. Aym. cons. 258. nu. 16.* Vltra quod in casu dictæ decisionis instituta fuerat facta per Dominum, penes quem manebat tota possessio fundi.

Cardinali Lancellotto.

Bonon. Fideicommissi de Rubeis

Veneris 6. Martij 1598.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ad respondendum positionibus debet esse speciale.*
2 *Immo debet esse specialissimum ad sic respondēdum.*
3 *Mandatum ad præstandum iuramentū nomine principalis debet esse speciale.*

Decisio LXXXII.

Domini dixerunt, mandatum non esse sufficiēs in casu, de quo agitur, † namq; ad re-1 spondendum positionibus debet esse speciale, *Soce. cons. 55. num. 8. lib. 1. Iacob. Gentil. Perus. de ord iud. num. 54.* immo † debet esse specialissimū 2 ad sic respondendum, *Bart. in l. fin. C. de procur. Imol. in l. pen. §. ad omnem col. pen. vers. sed per complementum ff. de public. iud. Addent. ad Gemin. in c. si post in prima addit. de confess. lib. 6. Luc. Peccin sua prax. in tit. de positio. num. 23. in fin.* Nam, † cum procu-3 rator debeat præstare iuramentum nomine sui principalis, mandatum debet esse speciale, vt [illegible] sequitur *Conar. pract. q. c. 20. vers. [illegible]* Et quamuis Dominus Artem[illegible] amplissimum iuxta formulam Rom[illegible] in qua continetur facultas huiusmodi, [illegible] potest dici, ipsam dedisse speciale ad respondendum positionibus, cum non constet de certioratione, vel scientia ipsius, quod hoc contineretur in d. formulario &c.

Penna

Veneta Foederis Matrimonij

Lunæ 8. Iunij 1598.

SVMMARIA.

1 *Examen absq; citatione ad videndum iurare nullum est.*
2 *Lim. non procedere vbi pars fuit præsens iuramēto, & cum illius interrogatorijs fuit examinatum.*
3 *Extende præsertim si pars reseruauerit exceptiones contra personas, & dicta testium, nam reliqua videtur approbare.*
4 *Citatio non requiritur in exemplatione, & collatione processus facta à notario actuario.*
5 *Examen omnium testium præsumitur factum per eūdē Iudicē, per quem apparet examen cœptum vbi non constat de contrario, & examen est factū eadem die, & loco.*
6 *Perseuerantia, & non mutatio præsumitur.*
7 *Solemnitas adhibita in primo actu censetur repetita in actu immediatè sequenti.*
8 *Testes iurare debent tactis scripturis, & num. 10.*
9 *Iuramentum testis quando subsistat, etiam quod non appareat præstitum tactis scripturis, & nu. 11. & seqq.*
15 *Testium productio præsumitur facta ab eo, cuius fauorem respicit.*
16 *Testes etiam nulliter examinati fidem faciunt contra producentem, nec possunt ab eo impugnari.*

Decisio LXXXIII.

Vtraque parte informante, Rota censuit examen testium fuisse validum, non obstantibus quinque potissimum nullitatibus quæ opponebantur.

Nam quantum ad primam deductam ex defectu 1 citationis, ad videndum iurare testes, † sicut iura requirūt, *cap. 2. de testib. l. si quando. C. eodem.*

Respondebatur ex eo defectum, cessasse, & examē 2 sustineri potuisse, quod † pars aduersa fuit præsens, quando Parochus, coram quo celebratum fuerat Matrimonium, de quo quærebatur, receptus in teste iurauit, & admissus, & examinatus fuit cum interrogatoriis partis contrariæ. Nam consequenter eius præsentia omnem citationis defectu purgauit, *Boer. dec. 235. num. 3. Archid. in cap proposuisti. 82. dist. num. 4. Abb. in cap. bonæ il primo numer. 17. de elect.* Quod ea etiam ratione affirmandum videbatur, quia 3 † pars reseruauerat sibi in examine exceptiones cōtra testes, & eorum dicta, vnde receptionē, & examen approbare procul dubio cēlebatur; quod ipsum intelligendum etiam erat respectu cœterorum testium tunc examinatorum, cum pars indistinctè reseruauerit sibi exceptionem contra personas, & dicta testium. Illa enim reseruatio indicabat, in cœteris, & receptioni consensisse, *l. cum prætor. ff. de iud.*

Ad secundam nullitatem deductam ex eo, quod

 non

non aderat citatio ad videndum collationari exemplum processus transmissi ad Iudicem delegantem fuit responsum, exemplum processus fuisse extractũ 4 ab eodem Notario actuario, † vndè non poterat de fide illius dubitari, cum eo ipso censeretur esse in forma probanti absque aliqua citatione partis, & Iudicis auctoritate, nam illud censetur originale, *l. vnum cum ibi not. ff. de testam. Abb. in cap. Albericus. num 5. de testib. DD. comm. in Auth. si quis in aliquo. vbi Alex. num. 5. Dec. num. 15. Cagnol. num. 65. C. de eden. Couar. pract. quæst. cap. 19. num. 3. Rot. dec. 1. de fid. instr. quod sæpè etiam Rota iudicauit in pluribus causis, & signanter in vna Dertusen. Iuris conferendi 24. Maij 1596. coram R. P. D. Pamphilio, & in Casalen. Præpositura 4. Martij eiusdem anni coram R. P. D. Gyptio, & nouissimè, corã me in vna Gerunden. Vini 13. Maij proximè præteriti.*

Ad tertiam nullitatem oppositam ex eo, quod testes non fuerint examinati per Iudicem remissorialem, sed per alium ab eo deputatum.

5 Respondebatur, quod, † cum ex sex testibus examinatis coram Aducn. 4. primi fuerint recepti, & iurati coram ipsomet Iudice remissoriali, vt colligebatur ex depositione primi testis in principio examinis, ibi, monitus, & examinatus per Vicarium, & Iudicem Commissarium, licet in examine aliorum etium testium non reperirentur eadem verba, ex quo fuerunt tamen examinati eodem die, & loco, nec apparebat de mutatione Iudicis, maxima verisimilis erat præsumptio, quod ab eodem Iudice fuissent examinati, tum quia non constabat de cõtrario, 6 tum † quia perseuerantia præsumitur, & non mutatio, *Alciat. tract. de præsumpt. præsumpt. 1. num. 20.* 7 *Menoch. cons. 1. num. 121. lib. 1.* tum quia † solemnitas adhibita in primo actu intelligitur repetita in actu immediatè sequenti, *Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 2 ff. de eden. Alex. cons. 59. nu. 5. vers. non obstat. lib. 3.*

Quarta prætensa nullitas collecta ex eo, quod testes non enunciabantur iurasse tactis scripturis, 8 † prout requiritur; *Verall. decis. 123. incip. Iuramentum testis. par. 2. & decis. 246. incip. Notarius par. 2. & decis. 295. incip. testis non probat. par. 3.* cum solus Notarius diceret testis iuratus, vel testis iuratus & examinatus medio iuramento suo.

9 Tollebatur per Dominos ex eo, † quod Rota in multis causis publicæ vtilitatis gratia, pro sustinendis processibus, præsertim in partibus confectis recedendo à prædictis Veralli decisionibus tenuit, ac tenet, valere testium examen, licet Notarius non dicat, quod testis iurauit tactis scripturis, sed sufficere, quod enunciet, vel testem iurasse, vel iurasse, dicere veritatem, vel monitum, & iuratum deposuisse, vel medio iuramento deposuisse, vel cum præstitisset iuramentũ in forma, vel reductũ ei fuisset ad memoriã iuramentũ, vel tactis iurasse, vel monitum fuisse de viribus, & importantia iuramenti, *ita enim fuit decisum in vna Beneuentana Notariatus anno 1564. coram Gropperio, in alia feudi 27. Ianuarii 1574. corã S. D. N. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, in alia Clusina Pensionis 30. Martii 1576. coram Blanchetto, in alia Toletana Decimarum 21. Iunii 1583. corã eodem, in alia Calaguritana Beneficii 5. Decembris 1586. coram D. meo Seraphino Razzalio Olivario Rotæ Decano, & iterum in alia Ciuitaten. Fabrica, seu constructionis Cappellæ 20. Februarii 1588. coram eodem, & nouissimè in vna Cathanien. illegitimitatis 29. Maii proximè præteriti coram Domino meo Orano, quas decisiones amplexi etiam fuerunt Auditores Rotæ deputati in causa Canonizationis S. Iacinthi, Poloni, & iterum in relatione Canonizationis B. Raimondi de Pencafort. anno 1597.* Quamuis enim notum 10 sit, † testes per Deum, & Euangelia, vel Scripturas Sacras corporaliter tactas iurare debere, *cap. hortamur. 3. quæst. 9.* † Nihilominus vltra quod in his in-11 spici soleat regionum consuetudo, si Notarius prædictis modis enunciet, testes iurasse, sufficit pro examine sustinendo, quia præsumitur, & Notarium, & Iudicem, seruata Regionis consuetudine, à testibus iuramentum exegisse, maximè cum recentiora iura ab illa antiqua formula quodammodo recessisse videantur, *cap. qualiter, & quando. § formam verò, & cap. cum dilecti. §. quia verò. de accusat. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 13. num. 2.* licet tutius esse dicat, vt Notarius expressam scribat ipsius iuramenti formam, & solemnitatem, fatetur tamen sufficere, si tabellio scripserit, Titium testem iuratum respondisse, *per doctrina Bart. in l. Theopompus ff. de dot. præ-12 leg.* & supradicta locum habent † siue Iudex, siue Notarius ex Iudicis commissione testes examinauerit, si quidem pro Notario præsumitur, quod tempore examinis adhibuerit solemnitatẽ actui congruentem, *cap. ad audientiam. de præscript. l. si quis de iure. C. de fals. Bald. in l. Imperator. ff. de stat. homin.* postremo in hoc casu omnis difficultas cessare videbatur, 13 † quia testes erant examinati coram Iudice, & consequenter creditur Notario enuncianti, testis iuratus deposuit, etiam si non scribat extẽse sub qua forma, *Bald. in l. iuris iurandi. num. 6. vers. solue. vbi Salicet. num. 4. C. de testib. Marsil. in l. 1. §. si quis dicatur. num. 6. ff. de quæst. & fuit decisum in dicta causa Toletana decimarum 22. Iunii 1583. coram Domino 14 meo Blanchetto,* & supradicta omnia † procedunt, siue Notarius de iuramento testis mentionem faciat enunciatiuè dicendo, testis iuratus deposuit, siue affirmatiuè, dicendo, testis iurauit, vel præstitit iuramentum, Rota enim non seruat doctrinam, *gloss. in cap. vt circa. in verb. præstito. de elect. lib. 6. neque Lanfranch. de Oriano in cap. quoniã contra. de probat. in verb. testium depositiones num. 254. vers. vnde Notarius.* in qua fundantur supradictæ decisiones Veralli.

Quinta, & postrema nullitas deducta ex eo, quod non reperitur quis testes produxerit, tollebatur ex facto. Ex processu enim constabat, testes fuisse productos ad instantiam Alphonsi principalis, & Procuratoris in causa respectu fratrum. Præterea dicebatur, quod, licet de hoc non constaret, adhuc cense-15 rentur ab Alphonso producti, † cum actus præsumatur factus ad instantiam, illius, cuius fauorem respicit, *cap. constitutio. il primo vbi Abb. num. 3. de testib.* Postremo dicebatur, quod, cum hic ageretur inter Alphonsum ex vna, & Dominos de Catancis negantes Matrimonium ex altera parte, et testes isti in hoc iudicio reperiantur examinati, necesse erat fateri, eos fuisse productos ab altera ex partibus, et consequenter, si ad instantiam Alphonsi erãt 16 producti, † nec testes, nec processus poterat ab ipso impugnari, si autem fuerunt producti ad instantiam DD. de Catancis, minus patebat impugnationi locus, cum testes etiam nulliter examinati fidem contra producentem faciant, et circa hoc cessabat difficultas, ex quo reperiebatur factum examen cum interrogatorijs partis, vt dictum fuit, etc.

Cardinali Lancellotto

Ploacen. Pensionis.

Mercurij 24. Nouembris 1599.

SVMMARIA.

1 *Mercatorum partita probant etiam pro tertio contra tertium iunctis adminiculis.*
2 *Possidenti datur mandatum de manutenendo.*
3 *Sententia nulla est per contradictas non citato procuratore,*

ratore, qui protestatus fuerit, nihil fieri nisi ipso citato.

4 *Sententia nulla vnquam transit in iudicatum.*

5 *Manutenelo datur durante causa restitutionis in integrum.*

Decisio LXXXIV

CVM constet Dominum Aloysium esse in quasi possessione exigendi pensionem, de qua agitur ex partitis mercatorum, † quas 1 fuit sæpè resolutum in Rota probare etiam pro tertio contra tertium, vt in terminis in causa Romana, seu Prænestina census 5. Iulij præsentis anni coram R.P.D. meo Corduba, iunctis tamen adminiculis, quæ in hoc casu resumuntur ex iudicio repetitionis ducat. 75. auri per Adrianum A.C. intentato tam ex obligatione Camerali, quam etiam ex cedula, quæ solet dari, Ideo † Domini dixerunt ei esse 2 dandum mandatum de manutenendo, *§. hodie Instit. de interd. cum vulg.*

Neque ad hunc effectum obstare sententiam A.C. quę in rem iudicatam prætenditur transiuisse ob non interpositam in tempore appellationem, quia, 3 † cùm fuerit processum per contradictas, non obstante, quod Procurator produxerit mandatum cum protestatione expressa, quod nihil fieret, nisi ipso citato, sententia est nulla, *Caputaq. decis. 267. par. 2.* 4 & † sic nunquam transit in rem iudicatam, *Cæs. de Graff. decis. 147. alias 2. num. 8. tit. de solut.* & cessat difficultas, quia fuit commissa causa restitutionis in 5 integrum, † qua durante datur mandatum de manutenendo, vt fuit decisum in Venetiana Iuris quęstuandi coram Illustriss. Cardinali Arigonio, & in quamplutibus alijs causis.

Cardinali Pamphilio seniore

Mediolanen. Donationis de Porris

Luna 4. Iunii 1600.

SVMMARIA.

1 *Stipulatione facta per Notarium in donatione ad fauorem absentis acquiritur illi ius irreuocabiliter.*

2 *Vsusfructus reseruatione transfertur possessio.*

3 *Constituto transfertur vera possessio, licet per modũ fictum.*

4 *Possessio naturalis capta pendente lite à ciuiliter possidente non dicitur noua possessio, sed continuatio antiqua, & factum id dicitur pro defensione possessionis, & num. 6.*

5 *Et non est attentata.*

6 *Constituto transfertur omnis possessio ciuilis, & naturalis.*

7 *Constito quis vti non potest stante lite super nullitate contractus, in quo est constitutum appositum.*

8 *Intellige si nullitas sit clara, secus si sit altioris indaginis.*

9 *Donatio pura, & irreuocabilis non potest in præiudicium substitutorum reuocari, nec retrocedi.*

10 *Assertioni alicuius in mortis articulo multum tribuitur.*

11 *Constituto probatur possessio constituentis de tempore constituti in præiudicium habentis causam à constituente absque alia probatione.*

12 *Ex duobus constitutarijs potior est conditio anterioris.*

13 *Constitutum vti accessorium non operatur, nisi datu validitate contractus.*

Decisio LXXXV.

DOmini steterunt in resolutis coram bonæ mem. Orano sub die 12. Februarij 1599. quod Fabritius, & Hercules de Porris non sunt remouendi à possessione bonorum, de quibus agitur, quam iustè acquisiuerunt.

Adest enim donatio illorum bonorum de anno 1540. facta per q. Io. Petrum ad fauorem q. Io. Angeli Patris Fabritii, & Herculis sub hac lege, & conditione, quod illa non possit vendere, nec alienare tam inter viuos, quam in vltima voluntate, quia voluit, quod peruenire debeant in eius filios legitimos, & naturales, & descendentes in infinitũ, & cum stipulatione ad fauorem filiorum, & descen-1 dentium, † per quam fuit eis irreuocabiliter quæsitum ius ad ipsa bona donata, *l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. Socc. cons. 115. num. 1. lib. 4. Aym. cons. 19. num 8 Clar. in § donatio quæst. 14. num. 1.* Idque ex persona propria, non autem Patris primi donatarii, *Castr. cons. 164. numer. 5. circa fin. lib. 2. Dec. cons. 468. numer. 28. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 19. num. 11.*

Quo fit, vt rectè in eos dicatur translata posses-2 sio † non solum per reseruationem vsusfructus in vita donantis, *l. quisquis. C. de donat. Alex. in l. 3. nu. 14. ff. de acq. poss. Paris. cons. 172. num. 1. lib. 4. Purpurat. cons. 476 num. 4.*

3 Sed etiam ex constito, † per quod transfertur vera possessio, etiam quod fiat per modum fictum, *l. quod meo, & l. interdum, & vtrobique DD. ff. de acq. poss. Paris. d. cons. 172. num. 2. Tiraq. de Constit. par. 2. ampl. 1. num. 2.*

Non obstat, quod alias dicebatur, possessionem naturalẽ fuisse realiter appræhensam de ann. 1574. 4 pendente lite super nullitate donationis, quia † illa possessio naturalis, quæ est accessoria ad ciuilẽ possessionem, quam isti fratres habebant ante motam litem de anno 1540. non dicitur noua possessio, sed continuatio antiquæ, *c. cum venissent. vbi Abb. in vlt. not. de restit. spoliat.* & ideò † non est attẽtata, *Paris.* 5 *d. cons. 172. sub num. 2. Lancellott. de attent. cap. cum teneamur. de appellat. cap. 1. vbi Abb. num. 1. & 4. vt* 6 *lit. pend.* maximè quod stante constituto, † per quod fuerat in eos translata omnis possessio tam ciuilis, quam naturalis, dicuntur hoc potius fecisse pro defensione suæ possessionis, *vt post Bart. in l. 3. num. 19. C. de pignor. trad. Paris. d. cons. 172. sub num. 9.*

7 Neque obstat, † quod stante lite super nullitate donationis Fabritius, & Horatius non poterint vti constituto in illa apposito, *iuxta cons. Socc. 78. num. 3. lib. 3.* Quia vt ipsemet Socc. ie declarat *numer. 4.* 8 † hoc procedit quando clarè cõstat de nullitate donationis absque alia altiori indagine; In hoc autem casu non constat de hac nullitate imo potius suade-9 tur contrarium, ex quo † donatio fuerat pura, & irreuocabilis, & non potuit in prçiudicium substitutorum reuocari, nec retrocedi, *l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. Castr. in l. si pecuniam. numer. 11. ff. de condit. ob caus. Ias. in l. qui Romæ. § flauius. num. 14 ff. de verb. oblig. Dec. cons. 468. nu. 28. Socc. Iun. cons. 118. num. 3. lib. 3. Couar. lib. 1. var. resol. c. 11.* tanto magis, quod de inualiditate reuocationis, & de falsitate retrocessionis constat ex confessione Io. Petri dona-10 toris sæpius in mortis articulo repetita, † cui multum tribuendum est, *DD. in l. si quis in graui. § si. ff. ad Syllan.*

Nec obstat, quod non appareat, Io. Petrum de tẽ-11 pore donationis possedisse bona donata, † quia etiã absq; probatione possessionis, ex constituto probatur 12 possessio in prçiudicium Io. Baptistæ, qui habet causam ab eo, qui nomine Istorum donatariorum antea constituerat, se possidere, *Angel. in l. quæda mulier.*

num. 2. ff. de acq. poss. Ruin. cons. 46. numer. 13. lib. 4. cum alijs per Tiraq. de constitut. par. 3. limit. 1. num. 20.

Nec Io: Baptistę suffragatur aliud cõstitutum appositum, in donatione ad eius fauorem facta, quia 12 † potius potior est conditio Io: Angeli, & filiorum, quibus ex priori constituto antea bona fuerunt tradita, *l. potius. C. de rei vindicat. Alex. cons. 14. num. 8. lib. 7. & cons. 23. num. 8. lib. 3. Dec. cons. 226. nu. 1. & in l. contractus. num. 18. ff. de reg. iur.* præsertim, quod stante donatione facta Io: Angelo, & filiis, quæ fuit perfecta, & irreuocabilis, posterior donatione facta Io: Baptistæ non potest sustineri, & consequenter 13 cessat virtus constituti, † quod tamquam accessorium non operatur, nisi data validitate contractus, *Bal. in l. ex testamento circa fin. C. de fideic. Alex. in l. 1. §. si vir vxori. col. 3. & ibi Ias. num. 18. ff. de acq. poss. idem Alex. cons. 81. numer. 14. lib. 3. Socc. in cons. 38. num. 3. lib. 3. plures congerit Tiraq. de const. par. 3. limit. 7. num. 8.*

Et ita conclusum.

Corduba

Romana Fructuum

Luna 6. Aprilis 1601.

SUMMARIA.

1. *Confessio de recepto non probat possessionem ad effectum constituendi aliquem in quasi possessione.*
2. *Lim. non procedere concurrentibus adminiculis, & coniecturis.*
3. *In incorporalibus ad effectum quasi possessionis acquirendæ etiam vnicus actus sufficit.*
4. *Possessio vltra decennium continuata non præsumitur.*
5. *Lim. vbi apparet de animo possidendi.*
6. *Lim. procedere vbi concurrit scientia, alium esse in possessione, & negligentia in recuperando.*
7. *Possessor olim semper præsumitur possidere, nisi habuerit se pro spoliato.*
8. *Solutionis denegatio, & subsecuta taciturnitas per decennium requiritur ad perdendam quasi possessionem exactionis pensionis, vel fructuum.*
9. *Manutentionis ad effectum sufficit, quod quis nõ amiserit animum possidendi.*
10. *Mercatorum partitæ non probant pro tertio contra tertium.*
11. *Lim. secus in quietantijs cum ordine creditoris penes mercatorem existentibus.*
12. *Fructus bonorum paraphernalium licitè in vim pacti recipi possunt ad rationem fructuum dotie à Statuto taxatorum.*
13. *Paraphernalia bona excepto prælationis priuilegio doti æquiparantur.*
14. *Exigendi quasi possessione non debet quis priuari lite pendente.*

Decisio LXXXVI.

FVit resolutum D. Flaminiæ Clementinæ dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi fructus, de quibus age- 1 batur. Nam, licet † confessio de recepto non probet solutionem ad effectum cõsti tuendi in quasi posses- 2 sione; hoc † tamen dicebant D. non procedere concurrentibus adminiculis, & coniecturis, *vt in simili fuit dictum in vna Cæsaraugustana Pensionis coram bo. me. Gyptio 3. Ianuarij 1589. & in alia Cæsaraugustana Pensionis de mense Iunij 1599. coram R. P. D. meo Penia, & alibi sæpe.*

Adminicula autem, & coniecturæ plurimę apparebant in præsenti, Primo Ordo generalis Octauii directus Mercatori soluendi pro omnibus annis, à quo D. Flaminia confitetur accepisse, vt apparet ex quietantiis inuentis in manu Mercatoris, quæ con- 3 stituunt in quasi possessione exigendi, cum † in incorporalibus etiam vnicus actus sufficeret, *Abb. in cap. cum Ecclesia. num. 23. de caus. poss. & propriet. & ibi Rip. numer. 52. Alex. cons. vltimo num. 1. lib. 1. Roman. cons. 311. num. 7. Vetall. dec. 377. num. fin. par. 2. Afflict. dec. 67. num. 7. & ibi Vrsill. num. 11.*

4 Non obstat, quod † hæc quasi possessio non probetur de tempore motę litis, nec præsumatur continuata vltra decennium, *Bart. in l. sine possidetis. nu. 8. C. de prob. Bald. cons. 12. num. 11. lib. 1. Rip. in d. cap. cum Ecclesia. nu. 23. post alios, quos allegat.* & in præsenti concurrebat lapsus 13. annorum.

Nam, vltra quod exaduerso pretendebatur consanguineos, & amicos semper se intromisisse ad instantiam D. Flaminię, vt D. Octauius solueret, & sic 5 † quod non amiserit quasi possessionem etiam per lapsum decennii, cum appareat de animo exigẽdi, *vt fuit resolutum in vna Romana Domus 10. Aprilis* 6 *1595. coram R. P. D. Pamphilio.* Tamen † prædicta doctrina procedit, quando possessor scit alium esse in possessione, & est negligens in recuperando, cum 7 † olim possessor semper præsumatur possidere nisi habuerit se pro spoliato, *Abb. in c. cum ad sedem. nu. 15. de rest. spol. Curt. sen. & ab eo relati cons. 24. nu. 4.* Præsertim in casu exactionis pensionis, vel fructuũ, 8 † in quo ad perdendam quasi possessionem requirebatur denegatio solutionis, & quod postea per decennium tacuerit, *Innoc. in c. querelam. num. 3. de elect. Afflict. dec. 67. num. 1. & ita loquitur Put. dec. 276. nu. 1. lib. 1.* dum considerat negligentiam recuperandi naturalem. Sed omnia videntur cessare, stantibus tum releuatione Com. Dulcis, quod de anno 1597. et sic infra decennium D. Flaminia fecit quietantiã Octauio pro receptione fructuum, tum etiam computo, ex quo apparebat Octauium soluisse infra decennium, ex quo licet Comes confessus fuerit non 9 exegisse per decem annos, † sufficit ad effectum manutentionis, quod D. Flaminia non amiserit animũ exigendi.

10 Nec referebat, quod † partitæ Mercatorum non probent contra tertium possessorem. Quia d. partitæ non sunt extractæ ex libro Mercatoris, quo casu loquuntur *Doct. in l. admonendi. de iur. iur. Caputaq.* 11 *dec. 331. par. 2.* † sed sunt ipsęmet quietãtiæ D. Flaminiæ cum ordine D. Octauii pro incerto.

Non obstat, quod dicitur hanc possessionem esse improbam, & sapere vsurariam prauitatem.

Nam omisso, quod exaduerso prætendebatur, 12 † stante statuto Vrbis permittente recipere fructus dotis mulieri ad rationem septem cũ dimidio, quod non debeat dici iniqua pactio soluendi fructus Paraphernі ad eandem rationem, *vt fuit resolutũ corã bo. me. Orano 5. Iulij 1599. in vna Romana fructuum* 13 cum † dictum Paraphernum excepto priuilegio prælationis in reliquis doti æquiparetur, *l. in inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. Afflict. decis. 154. num. 4. Gramat. dec. 108. num. 223. Thesaur. dec. 195. num. 5. Alex. cons. 27. numer. 10. lib. 5. Petr. Barbos. in rub. sol. matr. par. 3. num. 65. & in l. 13. num. 31. eod.* 14 *tit.* Tamen, † dum causa pendet, D. Flaminia non erat priuanda sua quasi possessione exigendi, *vt fuit resolutum iis diebus in causa Bononien. Census coram R. P. D. Sacrato.*

Et ita fuit per Dominos tentum.

Cur-

Cardinali Mellino

Ciuitatis Castellanæ Iuris Pascendi, & Lignandi

14. Maii 1601.

S V M M A R I A.

1 *Emphyteuta potest in bonis emphyteuticis cõstituere seruitutem durante emphyteusi.*
2 *Domini directi scientia, & patientia requiritur ad effectum quasi possessionis contra ipsum, & nu. 4.*
3 *Domino directo ratione ciuilis possessionis finita emphyteusi debetur mandatum de manutenendo.*
5 *Seruitus in dubio non præsumitur.*
6 *Dominus directus non potest impedire, quo minus emphyteuta in sui præiudicium sinat alium possidere emphyteusi durante.*

Decisio LXXXVII.

FVit resolutum, Communitati non esse dandum mandatum de manutenẽdo contra Moniales, quia, † licet Emphyteuta posfit in bonis emphyteuticis constituere seruitutẽ durante Emphyteusi, *Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de superfic. Gabr. de Can. Bal. Salic. & Castr. in l. 3. C. de seruit. & aquæd. Ias. in l. vlt. num. 118. C. de iur. emphyt.*

Tamen † ad effectum acquirẽdi quasi possessionem contra Dominum requiritur illius scientia, & patientia, *Rip. c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 65. de caus. poss. & propr. & fuit resolutum in causa Cremonen. Pensionis 21. Nouembris 1575. coram bo. me. Cardinali Lancellotto*, & ideò, cum petatur mandatum de manutenendo contra Moniales, scientia, & patiẽtia Emphyteutæ non releuat ad illum effectum mandati de manutenẽdo contra Moniales.

Non obstat, quod non est necessaria scientia, & patientia Monialium, cum non possideant, quia ciuilis possessio semper remansit penes Moniales, † & ista possessio est adeò considerabilis, vt finita Emphyteusi, detur Domino directo interdictum retinendæ pro recuperatione naturalis, *Bart. in l. 1. §. vltim. numer. 17. ff. vti possid. Bero. consf. 102. num. 43. lib. 1. & fuit resolutum in causa Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram Tamphilio*, † & ideò est necessaria scientia, & patientia ipsius Domini quoad suum præiudicium, *vt per Rip. in cap. cum Ecclesia. num. 65.*

Non obstat, quod non probetur, Casale fuisse liberũ ab ista seruitute ante cõcessionẽ in Emphyteusim, quia † seruitus in dubio non præsumitur, & sufficit Monialibus, quod non probetur quasi possessio Communitatis contra ipsas.

Aliqui etiam ex Dominis existimabant, quod, etiam si probaretur scientia Monialium, non suffragaretur Communitati, quia † Moniales non poterãt impedire, quod emphyteuta in sui preiudicium, durante Emphyteusi, non permitteret, Communitatem possidere, *vt per Afflict. dec. 380. num. 6. & c.*

Reuerendiss. D. Coccino.

Gerunden. Beneficii

Veneris 21. Iunii 1602.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenẽdo dandum est possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Instrumentum adeptionis possessionis ipsam possessionem probat.*
3 *Possessio iunior præsumitur clandestina.*
4 *Ampl. etiam quod fuerit de mandato Iudicis non ritè, & rectè procedentis, & num. 6.*
5 *Clausula Arbitrio, locus non est ad effectum supersedendi in executione Breuis, post iam factam executionem. Decl. vt num. 6.*
7 *Possessor anterior, qui nõ habuit se pro spoliato, præfertur posteriori ad effectum manutentionis.*

Decisio LXXXVIII.

SVpradicta die coram R.P. D. Corduba tunc Rotæ Auditore fuerat dubitatum, cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini censuerunt, esse dandum Bartholomeo. Sed, quoniam propter assumptionem ipsius D. Cordubæ ad Episcopatum Pacen. non extenderat huiusmodi decisionem, Domini mihi in hac causa in eius locũ surrecto mandarunt, vt eam extenderem iuxta suffragia Dominorum, quæ erant, vt Bartholomęo esset dandum mandatum de manutenendo, † quia constabat de eius possessione de tempore motæ litis, *§. retinendæ. in fin. instit. de interd.*

Constabat autem ex Instrumento adeptionis, † quod possessionem probat, *Vexall. decis. 334. sub num. 5. & 6. part. 2. Cas. de Grass. decis. 5. num. 1. & 2. de caus. poss. & propr. Mandos. cons. 48. num. 5. & in aliis.*

Nec illi oberat possessio Iacobi, quia † tamquã iunior præsumebatur clandestina, *c. licet causam. de probat. Menoch. de retin. poss. rem. 3. nu. 725. & 726. & fuit pluries resolutum.*

Nec facit, quod possessio fuerit capta de mandato Iudicis, quia, cum causa appellationis à sententia A. C. fuisset commissa in Rota cum clausula, *parito Breui arbitrio Rotæ*, & Rota censuit, intrare arbitrium ad effectum supersedendi in executione Breuis, vtiq; constat, A. C. non rectè, nec iustè processisse, † & ideo non priuasse Bartholomeum sua possessione, *Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. sub num. 2. vbi Alex. Socc. & alij ff. de acquir. possess.*

Nec releuat, quod † non est locus clausulæ, arbitrio Rotæ, post executionem factam, *vt in causa Aquilana Beneficii 20. Martii 1599. coram R. P. D. meo Penia, & in causa Aurien. Parochialis de Pao 17. Aprilis 1600. coram R. P. D. meo Lancelloto, & in alia Trident. Parochialis coram Domino meo Sacrato.*

Quia † hæc procedunt ad effectum, quod non sit locus arbitrio ad retardandam executionem Breuis, quando vero agitur ad effectum manutentionis, si Iudex iustè, & rectè processit, tunc priuat possessione, secus autem quando nulliter, & iniustè, quia tunc nõ priuat, & ideò cum in causa iniustè processerit, *vt fuit resolutum 31. May 1600. coram eodem Reuerendissimo Domino Pacen. fuit dictum esse supersedendũ in executione Breuis.*

Quare, cum Bartholomeus † nõ habuerit se pro spo-

poliato, est manutenendus ratione possessionis ciuilis, quæ præualet naturali posteriori ad effectum manutentionis, *Castr. cons. 234 vol. 2. nu. 1. vers. sed substinendo. Natt. cons. 57. num. 21. & 22.*

Litta

Clusina, seu Perusina Posta

Luna 27. Ianuarij 1603.

S V M M A R I A.

1. *Possidenti de tempore mota litis, seu paulo ante dādum est mandatum de manutenendo.*
2. *Mandatum de manutenendo datur anteriori possessori, qui nunquam habuit se pro spoliato. Ampl. vt num. 4.*
3. *Possessio recentior in concursu anterioris censetur clandestina, & vitiosa.*
5. *Constituto transfertur omnis possessio.*
6. *Ampl. quo ad omnē iuris effectum, & præsertim manutentionis.*
7. *Constitutum expirat morte constituentis. Decl. vt num. 8.*
9. *Instrumentum publicum facit probationem manifestam.*
10. *Iusta dicitur possessio capta Iudicis auctoritate.*
11. *Index dans possessionem alieni priuat primum possessorem absq; alia eiectione.*
12. *Intelligē, si Iudex iuris ordine procedat, secus si nulliter, & de facto.*
13. *Possessore non citato nulliter processum dicitur, & de facto.*

Decisio LXXXIX.

INformantes pro Marchione à Cornea prætendebant sibi deberi mandatum de manutenēdo, 1 † quod existenti in possessione de tempore motę litis, vel paulo ante concedi debet, *§. retinendæ. instit. de interd. cum suis* & duplicem possessionem pro se asserebant, alteram captā die 5. Aprilis 1597. alteram verò 28. Iulij 1599.

Quibus non obstantibus, Domini censuerunt, dictum mandatum dandum esse Duci Sfortię 2 † habēti anteriorem possessionem, cum nunquam habuerit se pro spoliato, *Bart. in l. si duo. nu. 4. ff. vti possid. Rota in vna Pennen. & Adrien. beneficiorum 4. Iulij 1584. coram Domino meo Seraphino, & in Marianen. beneficij 16. Nouembris 1593. coram bo. me. Gyptio,* 3 & ratio est ę quia † recentior possessio in concursu anterioris clandestina, & vitiosa reputatur, *cap. licet causam. vbi comm. Doct. hoc notant. de prob. Bal. in l. arboribus. §. nam, & si agrum. ff. de vsufr. latè Curr. Iun. cons. 165. num. 3.* 4 † quæ conclusio procedit etiam, quod, qui priorem habet possessionem, eam tantum instrumentalem habeat, alius vero naturalē, *vt fuit resolutū in Cusentina Parochialis 22. Aprilis 1594. coram Domino meo Pamphilio.*

Anterior vero possessio Ducis hoc in casu deducebatur ex Instrumento donationis factæ per Paulū Sfortiam bo: me: die 26. Iunij 1592. ipsi Duci, in 5 quo, † cum adsit clausula constituti ad fauorem Ducis, dubium non est, quin in eum traslata fuerit omnis possessio, quę tunc penes Dominum Paulū erat, *l. quod meo. ff. de acq. possid. latē Tiraq. de constit. par. 1. num. 54. Menoch. de recuper. poss. rem. 14. num. 25. & fuit tentum in vna Suanen. Castrorum 4. Iulij 1597.* 6 *coram bo. me. Orano, & aliàs sæpe*, & † quod talis possessio suffragari debeat Duci quoad omnem iuris effectum, & sic vt etiam valeat obtinere mandatum de manutenēdo ex pluribus tuetur, *Tredem. dec. 133. num. 7.*

7 Nec facit, quod † morte d. Pauli constituentis videtur expirasse constitutum, *ad tex. in § fructus. instit. de nupt. Rom. cons. 189. in fin.* 8 Quia † expirat quidam constitutum respectu ipsius constituentis, & sic ne videatur hæredibus illius data licentia detinendi per constitutarium, non autem expirat respectu ipsius constitutarij, & sic quin possessionem acquisitam mediante d. constituto retinere valeat non obstante morte constituentis, *Aym. cons. 107. num. 2. Tiraq. de constit. par. 1. num. 66. & par. 2. ampl. 13. n. 3. Menoch. de recup. poss. d. rem. 14. num. 67. Surd. cōs. 171. num. 19. & seq.*

Minus facit, quod dicta donatio non fuerit facta per ipsummet Paulum, sed per Procuratorem illius, cum clausula, quod contenta in eo deberent infra mensem approbari, & confirmari ab ipso Paulo, aliàs quod dictum Instrumentum nullum sortiatur effectum ac si factum non foret. Quia de ipsa ratificatione solemniter facta, & in tempore, constat ex Instrumento publico rogato per Angelū de Tancre-9 dis de Sancta Flora sub die 21. Iulii 1592. † quod probationem manifestam facit, *l. cum olim. de verb. signif. l. fin. vbi gl. 1. C. de reb. credit. cum alijs per Ias. cons. 124. num. 2. lib. 1.*

Non obstat, quod possessio Marchionis fuerit ca-10 pta auctore Iudice & † quod propterea iusta iudicari debeat, *l. iuste possidet. vbi Bart. ff. de acq. poss. gl. in cap. fratrum. 7. q. 1. Dec. cons. 125. num. 3. vers. sed tamē præsentis. Egid. dec. 106. Sarnen. dec. 42.* & quod 11 † Dux, qui erat in possessione, ex tunc censeri debeat eā priuatus absque alia eiectione, voluerunt *Ang. in l. qui vniuersas. §. Item cum prætor. & l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. vbi Rom. nu. 3. vers. 2. Alex. num. 2. in fin. Ias. nu. 20. Claud. Seissell. num. 8. ff. de acq. poss. & fuit sæpe tentum, vt in Campanien. Canonicatus 26. Decembris 1498. coram Seraphino.*

12 Quia prædicta conclusio † ita demum habet locū vbi Iudex iuris ordine seruato processit, secus si nulliter, & de facto, *vt declarat Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 60. & seq. ff. de acq. poss. Bal. 135. num. 2. lib. 2. vt fuit dictum in vna Astensis feudi de Malutys 1564. corā Bubulo, & in præcitatu Pennen. & Adrien.* Vnde, cum in hoc casu dubitari non possit, quin nulliter, & de facto processum fuerit, 13 dum Marchioni tradita fuit possessio, ipso duce possessore non citato, & qui vt priuaretur sua possessione omnino citandus erat, *vt tenent. Anchar. per illum tex. in cap. vlt. de elect. Alex. cons. 5. nu. 12. lib. 2. & alij plures relati per Aym. cons. 225. nu. 1. & 3.* Ideo &c.

Litta

Anuersana Beneficii

Luna 3. Martij 1603.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alio existente in possessione, non est manutenibilis.*
2. *Ampl. etiam quod cōcurrat perceptio fructuum, vbi primus possessor non fuerit priuatus seruatis seruandis, nec habuerit se pro spoliato, sed iunior possessio dicitur clandestina, & vitiosa.*
3. *Possessori anteriori non competit manutentio ex possessione nulliter capta de beneficio non citato habēte de illo prouisionem sibi, & Iudici notam.*

4 *Vbi*

4 *Vbi vnius possessio est nulla, & alterius nullius considerationis, apponendum est de stylo Rotæ sequestrum.*

Decisio LXXXX.

FVit resolutum, apponendum esse sequestrum quia neutri potest dari mandatum de manutenendo Nō Siluio, quia ipse cepit possessio-1 nem beneficij, de quo agitur, de mense Nouembris anni 1601. de quo tempore iam erat in possessione Iacobus, qui eiusdem beneficij possessioné acceperat 1 de mése Iunij eiusdem anni, & † regulariter possessione, non est manutenibilis, *l. peregri. § quibus. ff. de acq. poss. Dec. cons. 400. num. 9. Gozzad. cons. 86. num. 10. Rot. in Maceraten. bonorum 27. Nouembris 1589. coram R. P. D. Pamphilio.*

2 Nec facit, † quod nuda Instrumentalis non sit, sed simul cum ea concurrat perceptio fructuū, quia, cum Iacobus anterior in possessione non fuerit ea priuatus seruatis seruandis neč vnquam se habuerit pro spoliato, non potest Siluius iuuari possessione sua posteriori vti clandestina, & vitiosa, *c. licet causam. de probat. cum vulg.*

3 Nec etiam † potest dari mandatum de manutenendo Iacobo, quia, licet sit antiquior possessor, attamen ex actis constat, quod dictam possessionem accepit nulliter, scilicet non citato Domino Siluio, de cuius interesse principaliter agebatur, cum de eodem beneficio esset prouisus, & dicta prouisio esset nota ipsi Iacobo, & Iudici, vt hic bene deducitur per informantes, *ad l. de vnoquoq. ff. de re iud. cum vulg.*

4 Cum igitur † prior possessio sit nulla, posterior vero sit nullius considerationis, debet hoc beneficiū iuxta stylum Tribunalis poni sub sequestro, *bene Put. dec. 572. lib. 2.*

Et ita decisum &c.

Cardinali Lancellotto

Eleuen. Canonicatus

Mercurii 5. Martii 1603.

SVMMARIA.

1 *Possessio anterior probata præsumitur cōtinuata vsq; ad tempus motæ litis.*
2 *Probatis extremis media præsumuntur.*
3 *Probatio plena, & concludens requiritur in materia obiectiua, nec sufficit præsumpta.*
4 *Præsumptio continuationis possessionis de tempore ad aliud procedit, quando allegatur ab ipso possessore, seu illius successore, secus quando à tertio & contra ipsum, & num. 5.*
5 *Possessio solo animo amittitur, tam in prophanis, quā in beneficialibus.*

Decisio LXXXXI.

IOannes Narcisus impetrauit Canonicatum, de quo agitur, vti vacantem vt priùs, ex quo Laurentius Garrigans, quādo de eodem Canonicatu prouisus fuerat sub die 9. Februarii 1599. quoddā simplex beneficium obtinebat, de quo in dicta prouisione nullam mentionem fecit, ad quam narratiuā iustificandum, & ad probandum obtentum de dicto tempore exhibuit duo Instrumenta, ex quibus apparebat, Laurentium die 18. Martij 1598. dicti beneficii possessionem adeptum fuisse, & quod die 21 eiusdem mensis ad Ordinem Subdiaconatus ad titulum eiusdem beneficii promotus fuerat. Item produxit quasdam literas Apostolicas, per quas quidā Antonius dictum beneficium impetrauerat vti vacans ex eo, quod Laurentius non publicauerat resignationem iuxta formam Cōstitutionis fel. record. Greg. XIII. nec non exhibuit sententiam Officialis, per quam declarauerat, literas prouisionis Antonii fuisse iustificatas, ac ideo ei beneficium contulerat.

1 Ex quibus duo inferebat, † alterum quod probata possessione Laurentii anteriori, illa præsumebatur continuata vsq; ad tempus suæ prouisionis, ex reg. 2 quod semel possessor &c. Alterum quod † probatis extremis media præsumuntur, cum enim esset probata possessio anterior ex Instrumento possessionis & posterior ex prædicta sententia, dicendum erat Laurentium de medio tempore possedisse. Quibus tamen non obstantibus Domini censuerunt gratiam 3 non esse iustificatam, † cum in hac materia obiectiua requiratur plena, & concludens probatio, *iuxta not. in capitul. super his. de accus. Rot. dec. 8. & 9. de except. in nou. Paris. cons. 104. numer. 8. Sarnen. super reg. de Infir. qu. 36. nec sufficit præsumpta. Egid. decis. 528. & 561.*

Ea autem, quæ pro Narciso allegabantur, non cōcludebant perneceße possessionem Laurentii de tēpore impetrationis. Nam quantum attinet ad pri-4 mum de præsumptione continuationis, † ista præsūptio habet locum quando allegatur à possessore, vel eius successore, secus vero quādo allegatur a tertio, maximè contra eum, qui dicitur possedisse. Cum 5 † enim possessio solo animo amittatur, *l. 3. ff. in amittenda. ff. de acq. poss.* non potest ista continuatio allegari à tertio, cū potuerit possessor illā animo amisisse, *Bart. in l. Celsus. numer. 22. ff. de vsucap. Rip. in cap. cum Eccl. Sutrina. num. 24. de caus. poss. & propr. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 2. & alios cumulat Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. num. 35. & 38. & est dec. Put. 11. de caus. poss. & propr. & alia dec. in causa Asculana Sancti Ioannis habetur inter Miscell. dec. 48.*

Ex quibus apparet, non esse necessarium, quod possessor neget, & vanam esse distinctionem, quæ fit inter materiam beneficialem, & prophanam, quia quidquid dicendum sit respectu proprietatis, quoad possessionem nulla adest differentia, cum omni casu illa solo animo possit amitti.

Cardinali Pamphilio seniore

Viterbien. Fideicommissi

Veneris 6. Iunij 1603.

SVMMARIA.

1 *Manutentio danda est anteriori possessori, non iuniori, cuius possessio dicitur clandestina.*
2 *Ampl. præsertim si anterior nunquam se habuerit pro spoliato.*
3 *Possessio à Iudice nulliter data dicitur nō factis prius detractionibus faciendis ex eadem sententia, & mandato.*
4 *Liquidatio a sola parte sine Iudicis auctoritate fieri non potest.*
5 *Detractiones legitimæ, & trebellianicæ fieri debent deducto prius ære alieno, & in vno, vel pluribus corporibus hæreditariis arbitrio Iudicis, non autē in singulis bonis ad libitum partis.*
6 *Liquidandum vbi quid est à parte, præfigi debet illi terminus.*

7 Clau-

7 *Clausula,* Detractis prius &c. *operatur, vt non sit locus cautioni, sed actuali detractioni.*

Decisio XCII.

FVit dictum dandum esse Catherinæ, & Faustinæ mandatum de manutenendo in possessione bonorum, de quibus agitur, † quia constat de earum anteriori possessione, & subsequens possessio Spinelli, & consortum, vti iunior, & clandestina, illius manutentionem non impedit, *c. licet causam. cum ibi not. de prob. Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possid. late Conar. pract. qu. cap. 17. in fin.* præsertim quod † istę mulieres nunquam habuerunt se prospoliatis, *Put. dec. 198. lib. 1. & dec. 419. lib. 2.*

Neque obstat auctoritas Iudicis, † quia nulliter processit dando possessionem Spinello, & consortibus non factis detractionibus, quæ iuxta formam sententiæ, & mandati priùs faciendæ erant, antea quam ad immissionem deueniretur, *Castr. cons. 270. num. 3. vers. breuiter. lib. 2. Capyc. decis. 17. numer. 6. Negusant. de pignor. 4. memb. 5. par. sub. numer. 10. in tertia concl. Put. dec. 471. num. 3. lib. 2. & fuit die 10. Iunij anni præteriti resolutum in illa Viterbien. Bonorum coram D. meo Sacrato.*

Neque aliquid facit, quod fuerit capta solum pro medietate in singulis bonis, & sic deducta legitima, & trebellianica, † quia ista liquidatio non potuit fieri ab ipsa parte absq; Iudicis auctoritate, *Castr. cons. 270. num. 3.* maximè † quia detractio erat facienda deducto priùs ære alieno, iuxta *l. Papinianus §. quarta. ff. de inoffic. testam. l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib.* & in vno, vel pluribus corporibus hereditariis arbitrio Iudicis, non autem in singulis bonis ad libitum partis, *Bart. in l. sum quoq; in fin. ff. de hæred. instit. quem Doct. communiter sequuntur, vt per Gabr. concl. 3. de legit.*

Et cessat difficultas, quia sententia, & mandatum non sunt restricta ad legitimam, & Trebellianicam, sed comprehendunt etiam alia de iure detrahenda, † pro quorum liquidatione præfigendus erat terminus, non obstante prætensa negligentia restitutionis fideicõmissi, quæ excluditur ex pluribus rationibus de restituendo bona fideicommissi detractis detrahendis, quemadmodum loquuntur etiam sententia, & mandatum, quę habent clausulam, *detractis prius legitima, & trebellianica, & alijs de iure detrahẽdis,* † quo casu non est locus cautioni, sed necessaria est actualis detractio, *Castr. cons. 270. num. 3. Put. d. dec. 471. numer. 3. cum alijs supra allegatis, & ita conclusum.*

Ortembergo

Ciuitatis Castelli Bonorum

Veneris 28. Ianuarii 1605.

SVMMARIA.

1 *Testes de auditu circa mutationem vocabulorum bonorum, & in antiquis probant, & numer. 6. vbi ampl.*
2 *Tempus 60. annorum in testibus est antiquum.*
3 *Confinant, & confinatum debent differre.*
4 *Identitas bonorum comprehensorum in inuestitura probata dicitur, si nullus alius titulus exhibeatur.*
5 *Emphyteutica bona quando censeantur.*
6 *Fama in antiquis plene probat.*
7 *Probationes leuiores admittuntur in iudicio possessorio.*
8 *Ampl. maximè stante combustione scripturarum, mutatione dominorum, & diuisione terrarum.*

Decisio XCIII.

COmmendatarius Monasterii Hæremitarum Sancti Saluatoris de Monte Acuto, quod nunc dicitur de Monte Corona, anno 1525. renouauit inuestituras vnius Poteris cũ multis tenutis, & petiis terrarũ in eo cõprehensis in personã Vitelli de Vitellis ad tertiam generationẽ, quę incæpit ab ipso Vitello, & cõtinuata fuit in illius filio, & postea desiit in Ferrante nepote; quo defũcto Heremitę acceperũt possessionẽ dicti Poteris. Cũq; in huiusmodi possessione molestarentur ab hæredibus Ferrantis, causa introducta in Rota coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio tunc Rotę Auditore fuit datum Hæremitis mandatum de manutenendo primum in bonis expressis in inuestitura facta Vitello, quorum bonorum nomina hodie concordant cum antiquis nominibus, similiter in diuersis terrarum petiis enumeratis in *dec. 27. Martij 1596.* tamquã comprehensis sub tribus tenimentis *Castiglion. de Menci, Casa di Stefano, & Val de Vaerbe;* tertio particulariter fuit datum mãdatum manutentionis in petia terræ vocato *Pianello de Monte, & Castelloncho* ; cùm autem superessent aliquæ petiæ terræ contentę in tribus tenimentis, de quibus in dubio Domini resoluerunt earum quoq; identitatem probari, Nam, si spectemus ipsa tenimenta, singula illorum vt tenimenta in varijs inuestituris nominantur quod attinet ad *Cagnane* illud est idem, quod *Casa di Stefano* cuius fit mentio in inuestitura, & recognitione Vitelli, & fere in omnibus aliis inuestituris, & de hac mutatione deponunt tertius, quartus, & Septimus testis super decimo articulo, † qui, licet loquantur de auditu, tamen in hac materia, & præsertim in antiquis, sufficit, *l. si arbiter. ff. de prob. l. in summa. §. idem labea. de aqu. plu. arc. Innoc. in c. veniens, de verb. signif. Bart. in tract. testim. nu. 28. Siluã. cons. 57. num. 6.*

Ne visum fuit obstare, quod opponebatur nõ versari in antiquis.

Nam quoad negocium principale sumus in antiquissimis, & fuit dictum in decisionibus in hac causa factis, nõ enim attenditur inuestitura Vitelli, sed omnes precedentes, ad quas illa se refert.

2 Quod † autẽ attinet ad mutationẽ nominũ, in qua nõ agitur de dominio, tẽpus sexaginta annorum in testibus est antiquum, *Rot. in Barchinonen. Legati 9. Octobris 1579. coram Aldobrandino.*

De tenimento Valcellæ habetur mentio in inuestitura Vitelli, & in recognitione illius appellat *Valcelle grande,* & inuestituris antiquis concessionis Francisco Iob de Castro Petrelunghæ 1481. & post illam 1504. Ioanni, & Carolo de Casertis, nec non inuestitura facta de anno 1517. concessa Ioanni Baptistę, q. Cecchi, & cum ista duo tenimenta sint posita in Curia Petrelunghę de Monte Lardaro, vt habetur in inuestitura anni 1471. & altera 1514. vbi vocatur Curia Montis Lardari, & in recognitione Vitelli anno 1536. ponuntur omnia bona, quę fuerũt Petri Arę de Ciuitate Castelli posita in Curia Castiglionis Menci, Montis Lardarii, & Montis Valentini. Item in Catastro Ferrantis Vitelli recẽsentur bona in vocabulo Monte Lardaro.

Non obstat, quod in inuestitura anni 1541. & in articulis Hæremitarum bona Petri Aræ dantur pro confine Montis Lardarii, & ideo nõ possunt accipi

pro

3 pro eodem, cum † confinant, & confinatum habeăt differre.

Hoc enim non offuscat hanc probationem, quia potius præsumuntur nuncupata Petri Aræ respectu vtilis dominij penes eum existentis, quia ex inuestituris patet, illum non solum habuisse bona *in Mõte Lardaro*, sed etiam in Curia Montis Valentini, & Castiglionis Menei, prout factum legimus in quibusdam inuestituris DD. de Vitellis in quibus bona emphyteutica ab illis possessa ponuntur pro confine aliorum bonorum similiter emphyteuticorum, & propriorum Monasterii, *vt fuit decisum coram Illustrissimo Pamphilio 25. Iunij 1600.*

Quod autem attinet ad bona contenta in istis tribus tenimentis, seu prædiis illorum specialis designatio videbatur suppleri per relationes ad priores inuestituras, & per recognitionem Vitelli, cum

4 † enim nullus alius titulus exhibeatur, sufficienter videtur probata identitas *ex traditis per Pereg. cõs. 43. num. 13. lib. 1. & Aret. cons. 103. in c. causa, & q. numer. 3. vers. secundum Natt. cons. 506. numer. 31.*

5 † quia eo ipso, quod Hæremitæ ostendunt tradidisse Dominis de Vitellis tenimenta prædicta collectiua plurium terrarum, habent intentionem fundatam quoad omnia, quæ Domini de Vitellis ibi possidẽt, vt videantur esse emphyteutica, nisi doceatur, quod alio iure acquisiuerint, *Ruin. cons. 50. numer. 24. lib. 1. & cons. 108. numer. 2. lib. 2. Natt. cons. 506. num. 31. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 23. & fuit dictum in hac causa 5. Martij 1597.* facit, quod, cum iam sit firmata identitas bonorum pro maiori parte, cetera pariter censenda sint emphyteutica, *Curt. cons. 158. num. 21.*

Accedũt tres de publica voce, & fama, quod hęc tria prædia *Valeelle, Cagnane, & Monte Lardaro* cũ petiis terrarum in illis compræhensis fuerint, &

6 & sint liuellaria Monasterii Sancti Saluatoris, † quę fama in antiquis plene probat, *Innoc. in d. cap. veniẽs num. 7. de verb. signif. Ias. in l. si priùs. num. 42. ff. de oper. non. nunc. Caputaq. dec. 347. nu. 4. par. 3. Siluan. cons. 57. num. 5. & 6. Aym. cons. 57. numer. 7. Gabr. de præscript. concl. 1. num. 77.*

Cum testibus de publica voce, & fama concurrũt plures de auditu, quos receptum est sufficere in antiquis, vt supra dictum fuit, maxime accedentibus adminiculis, *Gabr. de testib. concl. 3. num. 2.*

Adminicula autem deducuntur ex situ in Curiis Petræ Lunghę, & Montis Valentini, item in Parochiis Sancti Blaaii, & Egidii, nec non solutione canonis ab antiquissimo tempore facta generaliter, & indistincte pro omnibus terris, ex qua præstatione censetur probatus titulus allegatus, præsertim stantibus inuestituris, *Bart. in l. cum. de in rem verso, & & alia, quæ supra enumerata fuerunt.*

Dicebant autem quasi plene constare de identitate ex confinibus, cum hodierna confinia parum differant à descriptis in catastro, & inuestituris, videlicet lumeo Carpinæ, bona Sancti Blaxii, bona Sancti Egidii Carperæ, quæ olim erant Dominorũ de Bentiuolis, nunc sunt de Cãtalmaggis, Bofalini, olim Albezzini.

Ex quibus omnibus satis, superq; videbatur pro-

7 bata identitas, † cum in iudicio possessorio admittãtur leuiores probationes, *Alex. cons. 103. num. 3. lib. 7. Paleott. dec. 22.*

8 Et eo magis † cum hæ scripturæ fuerint combustæ, & contigerit mutatio dominorum, & diuisio terrarum in varia prædia, quo casu sufficiunt leuiores probationes per indicia, & coniecturas, *vt copiose fuit deductum in hac eadem causa 5. Martij 1567. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.*

EODEM

Eadem.

4. Maii 1607.

SVMMARIA.

1 *Probationes leuiores admittuntur in possessorio.*
2 *Ampl. præsertim concurrente combustione scripturarum, mutatione dominorum, & diuisione terrarum.*
3 *Identitas debet concludenter probari.*
4 *Illatio non est facienda ex diuersis.*
5 *Diuersa si quæ inter se penitus sint, vnum cum altero nihil habet commune.*
6 *Nomen proprium non reddit rem certam, sed requiruntur vlterius duo confines, vel demonstrationes.*

Decisio XCIV.

Reuocata in dubio decisione in hac causa facta 28. Ianuarii 1605. Domini eam, nõ attentis oppositis, & ex prioribus huius causæ positionibus repetitis, confirmandam censue-

1 runt, † cum in iudicio possessorio admittantur leuiores probationes, *Castr. cons. 3. vol. 3. Alex. cons. 103. num. 3. lib. 7. Curt. sen. in l. admonendi num. 323. de iur. iur. Paleott. dec. 22. cum alijs cumulatis per Menoch.*

2 *de retin. remed. vlt. num. 34.* † maximẽ attenta combustione scripturarum, mutatione dominorum, & diuisione terrarum, & aliis *de quibus in dicta decisione in hac causa, & fuit dictum coram Pamphilio 5. Martij 1597.*

Similiter dixerunt, non obstare specialiter, & de nouo deducta contra identitatem bonorum litorum in curia Castri Montis Lardarii, videlicet duo instrumenta, in quibus continetur, post inuestituram Hæremitarum renouatam anno 1523. in personam Vitelli de Vitellis, Camillum de Vitellis emisse anno 1534. prædium situm in Curia Montis Valentini Parochię Sancti Blaxii in vocabulo *Monte Lardaro*, prætendendo inde colligi, non omnia bona existentia in Curia Montis Lardarii esse emphyteu-

3 tica Hæremitarum, † ideoq; ipsos hæremitas teneri concludenter probare idẽtitatem, *Natt. cons. 506. num. 31. vers. nec docent de aliquo titulo, & fuit dictũ in Romana Castri Vrsini Lunæ 1. Aprilis 1591. corã bo. me Orano.*

Fuit responsum hæc instantia non obstare, quia bona acquisita à Camillo sita sunt in Curia Montis Valentini, bona vero concessa ab Hæremitis sita sũt

4 in Curia Montis Lardarii, quæ † Curiæ cum sint diuersę, & distincta habeant territoria, non potest fieri illatio de bonis Curiæ vnius ad reddendã turbidam identitatem bonorum alterius, *ex l. in Instrumento quidem. & ibi Castr. num. 2. ff. de condit. & demonstr. Alex. cons. 73. num. 6. in fin. lib. 2.* Secundo fuit responsum inuestituram loqui de vno prædio, instrumenta vero emptionis de alio, quod constat ex diuersitate confinium, vnde apparet, dicta esse

5 plane diuersa, † & vnum cum altero nihil habere commune, *Ruin. cons. 143. num. 2. lib. 2.*

Nec facit, quod hoc prædium situm in Curia Castri Montis Valentini denominetur sub vocabulo,

6 *Monte Lardaro*, † quia nomen proprium non reddit rem certam, *Bart. in l. demonstratio. num. 18. in fin. ff. de cond. & demonstr.* sed vltra nomen requiruntur duo confines, vel demonstrationes, *l. firma. in princ. ff. de censib. Alex. d. cons. 72. num. 6. lib. 3.*

Man-

Manzanedo

Spalatensis Canonicatus

Mercurii 8. Iunii 1605.

SVMMARIA.

1 *Capitulariter capienda est possessio Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata.*
2 *Instrumentalis possessio, alio non possidente, manutenibilis est.*
3 *Possessio non capitulariter capta habetur pro capitulariter capta ex patientia subsecuta Canonicorũ & admissionis ad actus Canonicis tantum competentes.*

Decisio XCV.

QVamuis Georgius non habuerit capitulariter possessionem Canonicatus, † prout 1 requiritur in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, *iuxta notata ab Innoc. Io. Andr. & Butr. in c. in literis. de rest. spol. & tradit. Cassad. dec. 8 de caus. poss. & propr. quem refert. & sequitur Ferett. cons. 4. num. 8. lib. 1. citant etiam Staphileum,* ex quo illius 2 possessio tantum dici potest instrumentalis, † quæ, licet alias alio non possidente, sit manutenibilis, *ad tex. in l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. Put. dec. 360. num. 8 lib. 1. & fuit dictum coram bo. me. de Grass. in in vna Calagaritana Thesauraria 14. Maij, & alias* 3 *sæpe,* tamen, † cum postea ratificata fuerit ex patientia Canonicorũ, & admisione Georgii ad actus Canonicis tantum competentes, sufficit, & habetur pro capitulariter apprehensa, *Innoc. in d. c. in literis, & in c. ex parte. de restit. spol. not. Cassad. d. decis. 8.* Sed sic est, quod Georgius fuit admissus à Capitulo capitulariter congregato 4. mensis Nouẽbris 1604. & ad actus Canonicis tantum competentes oempe ad concedendum mandatum ad negocia ipsius Capituli, & in eo nõ solũ habuit vocem, vt Canonicus, illamq; dedit, quin etiam cõstitutus fuit procurator, & in dicta constitutione Canonicus à dicto Capitulo fuit vocatus, & nominatus.

Quibus accedit saltem pro adminiculo fides Archiepiscopi d. Ecclesiæ, qua attestatur d. Georgium esse Canonicum d. Ecclesiæ, illumq; sæpius, ac sæpissime munera, ac officia ad d. Canonicatum spectantia exercuisse, Missas more Canonicorum celebrando, & in loco Canonicatus in Choro sibi assignato sedendo, Diuinisque Officiis cum aliis Canonicis assistendo, & cantando, ac in loco capitulari itidem sibi assignato sedendo, & cum dictis Canonicis votando.

Cardinali Lancellotto

Salamantina Stipendiorum

Luna 16. Ianuarij 1606.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur ex possessione.*
2 *Cappellani amouibiles non habent titulum.*
3 *Ecclesia dicitur esse in possessione recipiendi seruitiũ à Cappellanis ad nutum amouibilibus ad nominationem Patroni, & cum stipendio ab altero subministrando.*
4 *Ecclesia competit actio spolij etiam si Rector facto proprio a possessione ceciderit.*
5 *Patrono competit Ecclesia defensio, eiusque bonorum.*

Decisio XCVI.

DE possessione Altaris habẽdi quinq; Cappellanos, quibus solutum fuit solitum stipendium ab Hospitali iuxta formam testamenti q. Francisci de Riuas constat ex testibus, 1 qui bene probant huiusmodi possessionem, † propter quam dicto Altari debet dari mandatum de manutenendo, *§. retinendæ. Inst. de interd. cum vulg.*

2 Licet enim † Capellani tamquam ad nutũ amo-3 uibiles nõ habeant titulum; nihilominus † possessio recipiendi seruitium à Capellanis, quos patronus nominare paratus est, cum stipendio ab Hospitali præstando, est penes Ecclesiam, & Altare prædictũ, *Rot. dec. 1. de restit. spol. in nou. Caputaq. dec. 170. par. 3. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 16. & ex hac ratione in causa Placentina Decimarũ 9. Iunij 1586. coram bo. me. Bubalo, & in aliis pluribus decisum fuit* 4 † Ecclesiæ competere actionem spolii etiam si Rector facto proprio ceciderit à possessione.

Non obstat, quod nõ adsit Rector, qui pro Eccle-5 sia agat nam est in causa Patronus, † ad quem spectat defensio Ecclesiæ, & eius bonorum, *c. filius. cum ibi not. 17. q. 7. Lambert. de iur. patr. lib. 1. qu. 1. art. 3. num. 15. & lib. 3. art. 2. q. 2. nu. 7. & seq.* quod etiam in hoc casu videtur conforme fundationi &c.

EODEM

Eadem

Luna 3. Decembris 1607.

SVMMARIA.

1 *Testes nulliter examinati deseruiunt pro adminiculo.*
2 *Depositio Auditoris Rotæ ab eodem scripta, vel dictata Notario valida est, etiam quod non sit super articulis, & interrogatoriis.*
3 *Fides extraiudicialis cum adminiculis fidem facit.*
4 *Ampl. præsertim persona omni exceptione maioris.*
5 *Testis vnicus sufficit in manutentione, & leniores probationes.*

Decisio XCVII.

DOmini persteterunt in decisis, moti potissimum ex depositionibus duorum testium in Curia valide, & cum interrogatoriis partis examinatorum, quorum alter est Reuerẽdiss. Episcopus Pacen. iã Rotæ Auditor, qui testes bene probant quasi possessionem Patroni præsentandi ad Cappellanias, de quibus agitur cum stipendio ab Hospitali subministrando, ita vt non sit opus ingredi difficultatem super nullitate aliorum testium in partibus examinatorum, quos tamen Domini 1 substineri posse existimabant, & † qui in omnem euentum deseruiunt pro adminiculo prædictorum duorum. Et licet Reuerendiss. Pacen. non deposue-2 rit super articulis, & interrogatoriis, tamen † eius depositio est valida iuxta stylum Rotæ Auditorum,

qui,

qui, vbi testimonium sunt dicturi, simpliciter absq; aliis interrogatoriis scribunt sua manu, vel dictant Notario, quæ noscunt in causa, & nihilominus etiã si esset simplex fides extraiudicialis, † cum sit coadiunata, & adminiculata ex aliis testibus, facit fidẽ, *vt fuit resolutũ in causa Romana Census 21. Februarij 1578. coram bo:me: de Rubeis, & in causa Mediolanen. Cambiorum 10. May 1606. coram R.P.D. Ortembergo*, † maximè attenta qualitate personę omni exceptione maioris, & in qua nulla potest cadere suspicio, † cum dictum solum satis esset in hoc interdicto retinendæ, in quo sufficiunt leuiores probationes, *Paleott. decis. 14. Put. decis. 61. lib. 3. & sæpe decisum fuit &c.*

3

4

5

Penia

Perusina spolii Domus

Veneris 21. Aprilis 1606.

SVMMARIA.

1 *Examen cum Interrogatoriis partis absq; citatione ad videndum iurare sustinetur ex commissione cũ clausula, Arbitrio. Ampl. vt num. 4. & 5.*

2 *Commissia cum clausula*, Arbitrio, *remittit aliquid de rigore iuris.*

3 *Interrogatoria data inducunt consensum, & notitiã examinis, & num. 5.*

Decisio XCVIII.

VTraq; parte Informante, Rota censuit fuisse locum arbitrio ad effectum, vt testibus, de quibus agebatur, fides adhiberetur, quia † licet non adesset citatio ad videndum eos iurare, fuerunt tamen examinati cum Interrogatoriis partis aduersæ, & Rota, stante commissione, quod adhibeatur fides sic examinatis cum clausula arbitrio Rotæ, solet examen sustinere, & fidem testibus adhibere, quia † talis commissio sanatoria cũ d. clausula remittit aliquid de rigore iuris, *Put. dec. 301. in c. de mense Aprilis lib. 3. Crescent. dec. 4. de testib. Cas. de Grass. dec. 11. num. 18. de probat. Ant. Aug. in emptor. tit. de test. §. 18. & fuit sæpe decisum*, & ratio est, quia † para dando Interrogatoria, videtur examini consentire, *Put. d. dec. 301. lib. 3.* & ideo habuisse notitiam, quam vigore citationis habitura fuisset.

1

2

3

4 Quod † eo magis dicendum videbatur in hoc casu, in quo testes erant mortui, & agebatur de facto antiquo, nam, licet Rota non teneat simpliciter opinionem *Bart. in auth. atq; semel. C. de probat. & in l. admonendi. C. de iure iur.* dicentes, testibus mortuis adhibendam esse fidẽ, ne deierasse præsumatur, neq; propterea recipiat *consilium Bursat. 7. num. 10.* nisi cõcurrãt requisita, *de quibus latè Rota apud Mohed. dec. 178. alias 5. de testib. in impress.* in hoc tamen casu, † attento, quod fuerunt iudicialiter recepti, & examinati cum Interrogatoriis partis, & quia aderat commissio sanatoria cum clausula *arbitrio Rotæ*, merito fuit dictum, fidem fuisse adhibendam.

5

Neque obstat, quod non fuerant data Interrogatoria concernentia personas testium, quia dicebatur primo parti imputandũ, si Interrogatoria non satis bene conceperit.

Secundo dicebatur ex productione Interrogatoriorum duo consequuta fuisse pro sanatione examinis testium. Primum quod examini consenserit, alterum, quod de illo notitiam habuerit, ea quibus cessabat defectus citationis.

Tertio dicebatur, Interrogatoria tunc data personas etiam testium respexisse.

Deniq; non obstabat defectus mandati, quia de mandato Fabritii de Signorellis constabat in actis & quoniam tres erant in causa Fabritius, Bernardinus, & Cecchus, Bernardini, & Cecchi mandatum in personam Bartholomei Corletti comparentis pro Signorellis exhibebatur in forma authentica.

Et ex prædictis fuit resolutum, fidem fuisse testibus adhibendam &c.

Iusto

Interamnensis de Brunellis

Lunæ 24. Aprilis 1606.

SVMMARIA.

1 *Examen factum cum Interrogatoriis datis à parte absq; citatione ad videndum iurare sustinetur in vim commissionis cum clausula, Arbitrio.*

2 *Ampliatione in examine facta extra tempus, & locum.*

Decisio XCIX.

1 SOlet Rota, † quando habet arbitrium à Commisione, dare fidem testibus non rite examinatis, si sint in examine data Interrogatoria à parte, quia tunc non attenditur rigor, cum partes videantur ambæ consensisse in examine faciendo, *Cas. de Grass. dec. 12. de probat. Cres. dec. 1. de fer. Put. dec. 301. lib. 1.* & vbi opponebatur defectus citationis ad videndum iurare testes, *fuit decisum coram R.P.D. meo Sacrato in causa Cremonen. Pensionis 29. Ianuarij 1605. & vltimo loco coram R. P. D. meo Decano in causa Romana Aliment. 10. Aprilis, & in alia Perusina domus 21. eiusdem Mensis præsentis anni. & sæpe alias, quapropter ita tentum fuit in hac causa.*

Non obstat, quod Interrogatoria non fuerint sufficientia, quia potius fuerunt excessiua, vsq, ad numerũ 52. nec ideo quadrat *dec. Put. 301. lib. 3.* quoniam ad hoc non aliud dicitur.

Quantum verò ad nullitatem, quod examen testiũ fuerit factum extra terminum probatorium, hoc nõ fuit ostensum, Verum † & in his terminis fuit tentũ pro validitate examinis *Coram Illustriss. D. Cardinali Pãphilio in causa Bononien. Fabricæ 11. Martij 1602. & in allegat. dec. Put. 301.* ex cõmissione cum clausula vt supra *arbitrio* fuit sanatum examen nullum, non attenta protestatione, quod testes essent examinati extra tempus, & locum &c.

2

Cardinali Sacrato

Nucerina Prædii

Veneris 28. Aprilis 1606.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia possessione capta, censetur absque particulari apprahensione capta possessio etiam omnium bonorum eiusdem.*

2 In-

2 *Instrumentalis possessio, alio in ea non existente, est manutenibilis.*

3 *Successor in beneficio non potest ex possessione capta Ecclesiæ manutentionem intentare respectu bonorum, quæ non constat Ecclesiam naturaliter possidere, sed alia via agere debet.*

4 *Coloni promissio de recognoscendo in dominum est quid diuersum ab apprahensione possessionis.*

5 *Coloni suspicio se posse ab aliquo repelli non nocet domino.*

6 *Possessio capta lite pendente est attentata, & non suffragatur apprahensori.*

Decisio C.

1 DOmini non dubitarint †, de veritate illius conclusionis, quod capta possessione Ecclesiæ censeatur absque particulari apprehensione capta etiam quoad omnia bona ad dictam Ecclesiam pertinentia, *vt fuit decisum in causa Romana Cappellaniæ 24. Februarii 1576. coram Cantuccio in causa Legionen. Præstimoniorum 10. Decembris 1604. coram R. P. D. meo Coccino, & alibi sapè.*

2 Sicut non dubitarunt, † quod possessio instrumentalis, alio non existente in possessione, sit manutenibilis, nam pro affirmatiua *sæpissimè fuit sentum in Rota, vt decis. 21. de restit. spoliat. in antiq. Caputaq. decis. 334. nu. 6. par. 2. & coram me in causa Literen. Archipræsbyteratus die 7. Februarii 1607.*

Difficultas fuit, quod neutra ex prædictis conclusionibus visa fuit posse applicari.

Nam quantum ad primam non constat, quod Ecclesia tempore, quo modernus Rector ingressus fuit possessionem, naturaliter possideret bona, de quibus agitur, quinimmo constat de contrario, ex quo mandatum de manutenendo fuit concessum Galiano, † cessante verò naturali possessione tempore, quo vacat Ecclesia, non potest successor intentare manutentionem, sed alia via agendum est, *vt nouissimè fuit decisum in causa Lucana Domus 24. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Manzanedo.* Quantum verò ad possessionem instrumentalem nec illa visa fuit posse applicari, tum † quia non fuit vera apprehensio possessionis, sed tantum quædam promissio Coloni de recognoscendo in Dominum, quod est quid diuersum, & fuit quędam suspicio coloni, qui cogitabit se posse repelli, † quæ non nocet Domino, *Bald. in cap. illud. num. 7. Felyn. numer. 1. de præscrip.* Tum etiam non posset suffragari, quatenus esset vera apprehensio, quia fuisset attentata, nempe pendēte iā super hoc lite, † & propterea nō posset iuuare apprehensorē, *tot. tit. vt lit. pend. nihil innou.*

Quæ dicebantur de possessione ciuili, stante quod bona sint emphyteutica eius Ecclesiæ, visa fuerunt pendere à petitorio.

Ex quibus fuit conclusum Rectoris S. Laurentii non esse dandum mandatum de manutenendo.

Manzanedo

Oritana Præcedentiæ

Veneris 21. Iunii 1606.

S V M M A R I A.

1 *Possidenti datur manutentio.*

2 *Exceptio respiciens petitorium, & defectus proprietatis, & altiorem requirens indaginem in manutentione non admittitur. & num. 3.*

4 *Index in petita manutentione lite pendente intendit potissimè manutenere etiam detentorem in eo statu, in quo est, & omnia iura in petitorio præseruare.*

Decisio CI.

1 COnstat de possessione D. Archipræsbyteri Ciliarum præcedendi Archipresbyterum Francauillæ in prestando obedientiam Metropolitano Oritanæ in vigilia Assumptionis Beatę MARIÆ, tàm ex depositione testium, quàm ex actibus continuatis ab anno 1584. vsque ad annū 1603. nec non & ex decreto ab Ordinario Oritanæ facto de anno 1575. quo manutenerí iussit dictum Archipræsbyterum Ciliarum, idemq; decreuit Sacra Rituum Congregatio, † ex quibus Domini dictum Archipræsbyterum Ciliarum in dicta præcedētia manutenendum dixerunt, *per tex. in §. retinendæ. & §. hodie. Inst. de interd. l. 1. §. si duo. ff. vti possid. & vtrobique Bart. præcipuè in d. l. 1. §. quod ait Prætor. num. 12. & 14. Menoch. in remediis præcedentia conf. 52. à num. 44. vsque ad num. 49. ad lib. 1.*

Quibus non obstat Archipræsbyterum Francauillæ prætendere, ipsius Ecclesiam esse Collegiatam, & ex eo illi de iure competere dictam pręcedentiā, cum hoc respiciat petitorium, & requirat altiorem indaginem, † & interea Archipręsbyter Ciliarum, qui reperitur in possessione, sit manutenendus, præcipuè cum † in manutentione non admittatur exceptio defectus proprietatis, *Ferrest. conf. 7. nu. 3. Rot. diuers. decis. 94. num. 2. par. 1.* quia † in manutentione, quæ lite pendente petitur, Iudex potissimè intēdit manutenere etiam detētorem in eo statu, in quo reperitur, & præseruare omnia iura in petitorio, *Rot. decis. 641. num. 8. par. 1. diuers.*

Manzanedo

Lucana Paratarum

Mercurii 28. Iunii 1606.

S V M M A R I A.

1 *Scripturæ, quæ diem non habent, suntque extractæ lite pendente sine compulsorialibus, non probant.*

2 *Inhibitio inuenta est ad iura partium conseruanda in statu, in quo reperiuntur, diciturque species manutentionis.*

3 *Papa potest ius possessorium tollere, donec de petitorio videatur.*

4 *Interpretatio facienda est, ne detur in eadem dispositione contrarietas, & repugnantia.*

5 *Clausula, Saluis iuribus, in concessionibus Principum non operatur reseruationem quoad expressa.*

Decisio CII.

MAnutentionem non esse concedendā xxx1. Cappellanis Domini censuere, cum nec de illorum quasi possessione constet ex testibus adductis, cum sint ex eisdem Cappellanis, & fuerint sine partis citatione examinati, nec ex tabel-1 lis productis probari videatur, † quæ nō habent diē, & fuerunt extractæ lite pendente sine compulsorialibus, quin & si d. quasi possessio xxx1. Cappellanorū esset probata, resolutio Dominorum procederet, cum adsint Breuia bo: me: Clem. VIII. quibus talis quasi possessio prædictis Cappellanis fuit sublata, vel saltem illius effectus suspensus durante illa lite, quod clarius elicitur ex secundo Breue, quo tollitur inhibitio Rotalis prius xxx1. Cappellanis obtenta:

Vnde,

2 Vnde, † cum Inhibitio sit idonea ad iura partium conseruanda in eo statu, in quo reperiantur, & inde dicatur quædam manutentionis species, *Mandas. de inhibit. qu. 1. num. 3. & qu. 22. in fin. Lancell. de attent. post inhibit. in præfat. num. 7.* sequitur, vt sublata, vel suspensa sit prædicta quasi possessionia manutentio,
3 & non est dubium, † quin Papà potuerit prædictis Cappellanis istud ius possessorium tollere, donec de petitorio videretur, *ad gl. in cap. In nomine Domini. verb. Audientia. 23. dist. Alex. cons. 54. num. 3. lib. 5. notat Capyc. alias referens dec. 69. num. 13. dixit. Rot. in vna Cæsaraugustana fructuum 10. Nouembris 1595. coram D. meo Iusto.*

Quibus non obstat, quod in dictis Breuibus reseruetur Cappellanis salua ipsorum iura, cū huiusmodi reseruatio respiciat petitorium, non vero possessorium, cuius effectus per dicta Breuia durante lite erat suspensus, & talis reseruatio non debet referri
4 ad specificata, † ne detur contrarietas, & repugnantia cum eadem dispositione, *per reg. tex. in l. doli clausula 129. ff. de verb. signif. Alex. cons. 48. num. 5.*
5 *& 11. lib. 1. Cacher. dec. Pedemont. 23. n. 46.* & † quod in concessionibus Principum clausula, *saluis iuribus*, non operetur reseruationem quoad expressa, *tradit Natt. post. Andr. de Isern.* quem ipse adducit, *in cons. 403. num. 7. circa fin.* facit, quia in secundo Breue dicitur, *saluis tamen iuribus in reliquis*, vbi expressè datur intelligi, huiusmodi reseruationem non ad specificata super possessorio referri, sed ad reliqua in Breuibus non expressa &c.

Manzanedo

Braccharen. Beneficii

Lunæ 3. Iulii 1606.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum de manutenendo nulliter conceditur ex testibus examinatis citata procuratore, de cuius mandata non constat.*
2. *Actorum transportatio requiritur ad obtinendum mandatum de manutenendo in secunda instantia.*
3. *Instrumentum, probat possessionem.*
4. *Instrumentalis possessio capta, alio in possessione non existente, dicitur vera, & manutenibilis.*
5. *Possessio anterior præfertur posteriori, quæ præsumitur clandestina.*
6. *Executor literarum, alio possidente debet partes Iudicis assumere.*
7. *Et priùs literarum iustificationem requirere.*
8. *Alias non ritè & rectè procedit, nec priuat primum possessorem.*
9. *Possessor anterior, qui non habuit se pro spoliato, iustè petit manuteneri.*

Decisio CIII.

Causa ista coram Reuerendissimo Pacen. priùs vertente fuit ab illo mandatū de manutenendo Francisco concessum, postea vero propter discessum Reuerendiss. Pacen. fuit subrogatus Reuerendissimus D. Rhodien. coram quo 24. Nouembris 1604. Domini dixerunt, apponendū
1 esse sequestrum, ex eo, † quod prædictum mandatū de manutenendo fuerat fundatum in testibus in Curia examinatis citato Ioanne Brandano ad videndum illos iurare vti procuratore Michaelis, de cuius mandato non constabat, quin idē Brandanus protestauerat, principalem, vel illius legitemum procuratorem citari.

Ex post facto vero propter absentiam Reuerendissimi Rhodien. cū ego subrogatus fuissem, & pro parte dicti Francisci productum esset quoddam instrumentum suæ possessionis, dubitaui, an recedendum esset à decisis coram Reuerendiss. Rhodien. & Domini 12. Maii huius præsentis anni dixerunt, mandatum de manutenendo à Reuerendiss. Pacen. concessum nō posse substineri ex supradictis; quo ad sequestrum vero recesserūt à decisis, quia de possessione anteriori Domini Francisci ex instrumento authentico constabat, ex illo tamen pro tunc non deuenerunt ad manutentionem de nouo Francisco
2 concedendam † quia acta de partibus non transportauerat. Postea verò 24. Maii eiusdem anni instante Michaele feci verbum in Rota super reuocatione mandati de manutenendo Reuerendiss. Pacen: quia Domini tantum dixerunt, illud non esse substinendum, vnde prædicta die 24. Maii dixerunt esse reuocādum, prout per decretum coram Notario causæ illud reuocaui, quamuis ex ordine Dominorum mihi dato 31. Maii eiusdem anni dedi in mandatis Notario, ne prædictum decretum reuocationis expediret pro tunc: & ratio fuit, quia Domini volebāt priùs disputare, an Francisco esset de nouo dictum mandatum de manutenendo concedēdum, sed quia Franciscus informauit non teneri ad actorum transportationem, quia Michael de anno 1599. obtinuit causam committi in Rota, fingens coram Collectore Apostolico in Regno Lusitaniæ sententiam contrariam reportasse, ab eaq; appellasse, ex quo prætendebat, causam in secunda instantia pendere in Rota, & Franciscum non esse audien. ante actorum transportationem, vnde pro parte dicti Francisci adita Signatura dictum fuit Michaelem confinxisse assertam sententiam Collectoris, & appellationem ab illa, sicque obtinuisse dictam commissionem, & & fuit petitum pro parte Francisci causam prout in prima committi in Rota eidē Auditori, & obtinuit, dummodo priùs obligatione se adstringeret, quod in euentum, quo reperiretur fuisse latam prædictā sententiam per Collectorem, & ab ea Michaelem prædictum appellationem interposuisse, super qua prædicta commissio Michaelis fuerit expedita, se subijceret pœna amissionis beneficij, prout se obligauit, & promisit vt cōstat in instrumēto obligationis celebrato 3. Iulii 1600. & ex istis Franciscus inferebat, causam tamquam in prima pendere in Rota, & per consequens non teneri ad actorum de partibus transportationem, sed ex eisdem in prima instantia in Rota deductis procedēdum esse, quod Dominis placuit dicta die 31. Maii huius præsentis anni, illisque visum fuit disputandum esse, an mandatū de manutenendo Francisco esset de nouo cōcedendum. Vnde hodie dubitaui, an Francisco prædicta manutentio esset concedenda, et Domini af-
3 firmatiuè resoluerunt ex eo, † quod constat per publicum instrumentum de possessione anteriori Francisci, *ad tex. in l. prædia. ff. de acq. poss. & ibi Bart.* et
4 possessio † instrumentalis capta, alio non existente in possessione, est vera possessio, et manutenibilis, *Rot. diuers. dec. 202. num. 3. & dec. 324. nu. 2. & 363. n. 1. 390. nu. 2. & 82. num. 5. par. 1. vnde intrat doctrina Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possid. & Bald. in l.*
5 *arboribus. §. nam & si. ff. de vsufr.* tenentium, † quod standum est anteriori possessioni, posterior namque præsumitur clandestina, *ad tex. in cap. licet causam. de prob. & ibi Doct. Menoch. de retin. remed. 3. num. 725. Beniat. dec. 42. num. 4. & dec. 93. num. 9. faciunt tradita in dec. 19. num. 1. & n. par. 2. diuers. & in cæteris decisionibus supra adductis per tex. in l. 1. in fin. vbi gl. & Doct. ff. vti possid* ex quibus excluditur possessio Michaelis tamquā posterior, quæ non iuuatur ex eo, quod fuerit capta vigore literarum Apostolicarum,

6 licarum, quia † Executor Francisco possidente debuit partes iudicis assumere, ex *notatis a Felyn. in cap. fin. num. 24. & ibi communiter a Scribent. de praesumpt. & d Rot. in nou. dec. 30. de rescript. & in dec.*
7 *202. in princ. par. 1. diuers.* & † debuit in prima requirere sublibcationem literarum, ex *not. a Cas. de Grass. dec. 12. de prob. & a Rot. diuers. 221. numer. 3.*
8 *vers. placebat etiam. par. 2.* † quod cum non fecerit, ritè, & rectè processit, nec priuauit Franciscum sua possessione, *ex d. dec. 302. num. 7. par. 1. diuers.* Vnde
9 † cum Franciscus non habuerit se pro spoliato, iustè petit manuteneri, *vt fuit dictum in Caesaraugustana Canonicatus prima Iulij 1593. coram D. meo Decano, & alias saepius.*

Cardinali Sacrato

Viterbien. Castrorum

Lunae 25. Iunij 1607.

S V M M A R I A.

1. *Clausula* constituti, *virtus est transferre possessionē in constitutarium.*
2. *Possessor anterior etiam per horam tantum est manutenendus.*
3. *Lite pendente non debet quis priuari sua possessione.*
4. *Castri appellatione venit etiam ipsius Arx.*
5. *Verba intelligi debent pro vt de iure, secundum verisimilem mentem disponentis, & ne contrarientur.*
6. *Melioramenta in feudo facta ab inuestito, illi debentur, siuè sint separabilia, siuè inseparabilia.*
7. *Verba sunt singula singulis referenda.*
8. *Rei possessio ad quem spectat, spectat etiam possessio eorum, quae ab ipsa re separari non possunt.*
9. *Connexorum idem esse debet iudicium.*

Decisio CIV.

CEnsuerunt Domini, mandatum de manutenendo esse dandum Dominis Sanctacrucijs quoad separabilia ab Arce Viani, quo vero ad ipsam Arcem Viani, & non separabilia ab illa esse dandum Excellentiss. Domino Virginio, facta tamen per illum obligatione de reficiendis melioramentis, prout de iure; Et quantum ad primum caput moti sunt DD. Auditores, quia possessio Sanctacruciorum est anterior possessione Domini Virginij, Tum quia Camera Apostolica, quae possidebat illa bona prius cum DD. Sanctacrucijs cōtraxit, cedendo illis possessionem cum clausula *constituti,*
1 † quae habet virtutem translatiuam possessionis in constitutarium, *Tiraq. qui alios allegat. in tract. de constit. par. 2. ampl. 1. num. 1.* Tum quia ijdem de Sanctacrucijs, priores fuerunt in apprehendendo actua-
2 lem possessionem, † vnde sunt manutenendi, etiam si alia apprehensio fuisset anterior per horam tantū, *vt latè fuit dictum in Romana Cappellaniae caram Cantuccin relata inter diuers. impress. dec. 19. par. 2.* Neque quoad praedicta potest in aliquo obstare possessio Domini Virginij super Arcem, aut se fundat in anteriori possessione Virginii Senioris Authoris sui, & cum adhuc minime sit firmatum in Rota, An venerit casus deuolutionis feudi ad fauorem
3 Domini Virginij, † pendente lite non debent Sanctacrucii priuari possessione, quam habent, *§. retinendae. Inst. de interd. cum vulg.* Aut se fundat in annexione, & connexione ad Arcem, in cuius posses-sione reperitur, vt mox dicetur, & cum quaestio sit de separabilibus, cessat obiectum ex facto. Quo vero ad ipsam Arcem, & nō separabilia ab illa, ideo fuit dictum, esse dandum mandatum de manutenendo Domino Virginio, quia non est dubium, possessionē huius Arcis, mortuo Honuphrio vltimo illius possessore, fuisse penes ipsam Cameram, & istam Arcē minimè contentam fuisse imò expresse exceptuatam in cessione facta per Cameram Sanctacruciis existimabant Domini ex illis verbis, ibi: *Nella presente compositione non s'intendano compresi, anzi esclusi,*
4 *& eccettuati li Castelli di Viano &c.* † sub illo enim verbo, *Castri,* existimabāt Domini, ex natura rei venire ipsam Arcem, ne scilicet Castrum, & iurisdictio sit penes vnum, & fortalitium factum pro tuitione eiusdem Castri ab inimicis, & conseruatione iurisdictionis inter ipsos subditos sit penes alium. Quod comprobatur ex eo, quod D. Virginius, cui Summus Pontifex in eodem chyrographo facto Sāctacruciis protestatur nolle praeiudicare, fundat intentionem suam super donatione Virginii Senioris, in qua fit mentio de Arce Viani, & Congregatio Cardinalium deputata à Sanctissimo iam retulerat iura Domini Virginii super dicta donatione praeualere iuribus Sāctacruciorum. Ideo ipsum esse praeferēdum in compositione cum Camera. Quia relatione stante, multum verisimile videbatur quod Papa, & eius Camera inhaerendo donationi Virginii Senioris, in qua fit mentio Arcis Viani, & super qua existimabat, praeualere iura Domini Virginii, voluerit potius cedere possessionem Arcis Domino Virginio, quam Dominis Santacruciis, quod etiam fit manifestum ex tenore cessionis factae per Cameram Domino Virginio, in qua fit expressa mentio Arcis Viani.

Non obstat, quod in cessione facta Sanctacruciis, quae est prior cessione facta Domino Virginio expressis verbis dicatur: *La Fabrica della Rocca di Viano con suoi megliorameati, tortili, granari, horti &c.* Vnde infertur, Sanctacrucios tamquam priores in cessione, ac etiam in apprehensione possessionis
5 esse manutenendos, quia † Domini intelligunt illa verba, prout de iure, & secundum verisimilem mentem disponentis, & ne contrarientur ex post gestis cum D. Virginio, & Camera videatur voluisse cedere in solidum eamdem rem duobus. Vnde interpretātur Domini illa verba, *la Fabrica &c.* vt quoad proprietatem Camera voluerit cedere Fabricam, & omnia melioramenta Sanctacruciis tamquam habentibus causam ab inuestitis, qui dicta melioramē-
6 ta fecerunt, † & quibus siuè sint separabilia, siuè inseparabilia quoad proprietatem debentur, *iuxta terminos tex. in §. si Vassallus sub tit. Hic finitur lex.* Quo vero ad possessionē, quod p Camerā nō intellexerit cedere ipsam Arcem, vel melioramenta, quae ab illa
7 minimè sunt separabilia, & † verba cessionis satis ampla quoad possessionē intelliguntur singula singulis congruè referendo, *iuxta not. per Ruyn. cons. 3. numer. 10. vol. 2. & per Paris. cons. 110. num. 15. vol. 3.*

Firmato, quod possessio Arcis spectet ad D. Vir-
8 giniū, resultare, visum fuit, † quod & ad illum spectet possessio eorum, quae ab Arce separari non possunt, *per tex. in l. si duo. §. sed si supra. ff. vti possid.*
9 & facit vulgaris regula, quod † connexorum idem esse debet iudicium, *de qua per Anchar. cons. 60. per tot. & Paul. de Castr. cons. 150. num. 3. cum pluribus seqq. vol. 2.*

EO-

EODEM

Eadem

Veneris 29. Ianuarii 1610.

SVMMARIA.

1 *Possidenti de tempore motæ litis danda est manutentio.*
2 *Manutentio non est impedienda per exceptionem turbidam, & petitorium respicientem.*

Decisio CV.

CVM aliàs fuisset resolutum in hac causa, mandatum de manutenendo esse dandum D. Duci quoad Arcem Viani, & non separabilia ab illa, facta tamen per illum obligatione de reficiendis melioramentis Sanctæcrucis causa per me super eisdem proposita, informantes, pro dicto D. Duce existimabant, permanendum in decisis, præcipuè ex eo, quod propter multas rationes, quæ pro illorum parte deducebantur, ista Arx non fuerit comprehensa in cessione primo loco facta per Cameram Sãctæcrucis, vnde inferebatur, quod fuerit comprehensa in cessione secundo loco facta per eamdem Cameram Domino Duci. Verum, cum ex multis actibus datis per Sanctacrucios in hac propositione apparuerit, ipsos post cessionem sibi factã Camera apprehendisse realem possessionem istius Arcis, & in illa continuasse vsque ad litem motam cum Duce. Domini recedendo ab alias decisis censuerunt, 1 † propter istos actus possessorios factos p Sanctacrucios de tempore litis motę competere illis mandatum de manutenẽdo, *iuxta not. per scriben. in §. retinendæ. Instit. de Interd. cum concord.* Et quæ hinc inde dicebantur circa comprehẽsionem Arcis in dictis cessionibus esse reseruanda ad petitorium, cum præcipuè res non videretur ita clara, quod Arx non sit comprehensa in cessione facta Sãctæcrucis, stantibus verbis, de quibus in Chirographo Sanctissimi, ibi, *Vi ordiniamo, &c. chẽ cediate a esso Valerio, & Antonio Santacroci la Fabrica della Rocca di Viano, con suoi miglioramenti, Cortili, &c.* Vnde 2 † nõ videbatur æquum, quod propter istam exceptionem turbidam, & respicientem petitorium, impediretur manutentio possessionis claræ.

Et ita fuit tentum &c.

EODEM

Eadem

Lunæ 14. Iunij 1610.

SVMMARIA.

1 *Arx ad quid destinata dicatur.*
2 *Possessio præcipuè in materia manutentionis consideratur.*
3 *Lite pendente super negocio principali, & petitorio non est possessor priuandus commodo possessionis, quam habebat de tempore motæ litis.*
4 *Precario nomine possidens, & vti inquilinus alicuius possidet illi, a quo precariũ, & vti illius inquilinus possidet.*
5 *Expulsione non facta de possidente pro alio, dicitur idem continuare in eadem possessione.*
6 *Decl. procedere vbi possessor inuitus expellitur, secus si voluntariè.*

Decisio CVI.

PRæsupposita decisione in hac causa facta, in qua fuit dictum, Sanctæcrucis esse dandum mandatum de manutenendo in possessione Arcis, de qua agitur, dubitatũ quomodo, & super quibus esset danda dicta manutentio.

Occasionem dubitandi præbuit prætensio D. Ducis, quod Sanctæcrucii non possent taliter manuteneri, vt ipse impediretur in hac eadem Arce habere Tribunal erectum cum suo Officiali, Carceres, & carceratos retinere, habere milites pro custodia Arcis, apponere tormenta bellica in locis opportunis pro tuitione, & alia facere, quæ competunt in domo publica habentibus merum, & mixtum Imperium, & totalem iurisdictionem, prout ipse habet in loco, vbi sita est Arx, ista enim sibi competere asserebat, tum ex natura rei, & quadam necessaria con-1 sequentia, cum † ista Arx videatur destinata ad vsũ prædictorum, & D. Dux vix illa expedire possit, *ad trad. per Abb. cons. 6. num. 15. vers. nunc restat. par. 2. & per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 96. & latiùs per Menoch. præsumpt. 99. lib. 3.* Tum quia & post apprehensam possessionem per Sãctacrucios Officiales Cameræ, cuius cessionarius est D. Dux, prædicta in hac eadem expediuerunt, vnde contin-2 sit etiam possessio, † quæ præcipuè consideratur in materia manutentionis, *tot. tit. ff. & C. vti possid.*

Verum prædictis non obstantibus, fuit dictum, Sãctacrucios esse simpliciter manutenendos absq; eo quod D. Dux prædicta expedire possit in hac Arce, plusquam in alijs domibus priuatis, fundamentum resolutionis fuit, quia eo modo vsque ad tẽpus motę litis possederunt Sanctacrucii, vnde ad eorum fauorem bene intrat *Interdictum vti possid. quo supra.*

Ad primum obiectum de consequentia Arcis, cũ Iurisdictione fuit dictum, regulam se habere prout in allegatis Iuribus, sed non propterea vetari in Iure, quin habens vtrumque non possit cedere Arcem materialem vni, & Iurisdictionem alteri, vnde 3 † donec discutiatur quid fuerit actum cum Camera, quæ fecit cessionem vtrique parti, non sunt Sanctacrucii priuandi commodo eius possessionis, quam habebant de tempore motę litis *§. retinendæ. instit. de interd. cum vulg.*

Ad secundũ de cõtinuatione Officialium Cameræ in Arce, & inde Ducis cessionarij Cameræ fuit dictum, quod illi Officiales post cessionem Arcis factam per Cameram Sanctacruciis, & possessionẽ per illos appræhensam continuarunt precario nomine, & tamquam Inquilini Sanctacruciorum, 4 † vnde illis, non Cameræ possedisse videntur, *l. quod meo. in prin. ff. de acq. poss.* Et quatenus fuit replicatũ quod cum Camera dictos Officiales per prius ap-5 posuisset in eadem Arce, † retinuit per illos possessionem, ex quo non fuerunt expulsi, *iux. not. per glos. in l. peregre. §. quibus. ff. de acq. poss. Verall. dec. 82. num. 2. par. 3.* 6 dixerunt DD. † illa Iura procedere, quando possessor inuitus expellitur, secus si voluntariè, quia sicut tunc non est necesse expellere ipsũ, & possessorem, *d. l. quod meo.* Ita nec habẽtem causam ab eo ad reg. nemo plus iuris, in casu autem proposito Sanctacrucii ingressi fuerunt possessionẽ tamquam cessionarii Cameræ.

Circa alia, quæ proponebantur per Informantes pro D. Duce, nempe quod Sanctacrucii non possent in dicta Arce tenere tormenta bellica, & alia genera armorum, quæ teneri solent in fortalitiis pro illarum præsidio, nec impedire quin Dux in dicta

Arce faciat executiones, & omnia alia, quæ de iure, potest facere in domo cuiuslibet priuati; Domini habuerunt pretentionem pro valida iusta, & Sanctacrucii etiam in hoc dederunt manus &c.

Manzanedo

Oueten. Beneficij

Mercurii 27. Iunii 1607.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum captæ possessionis probat possessionem.*
2 *Cessionario debetur manutentio, sicut cedenti.*
3 *Subrogato in alterius iure etiam quoad possessionem debetur manutentio. Ampl. vt num. 4.*

Decisio CVII.

Dandum esse mandatum de manutenendo Domino Iacobo Domini censuere. Constat namque de possessione huius beneficii per Commissarium Reuerend. Cam. Apostolicæ capta 1. Iunii 1595. per publicum Instrumentum, 1 † quod bene probat possessionem, *l. prædia. ff. de acq. poss. l. non idcirco. C. de fid. Instrum. Rol. cons. 46. n. 18. lib. 2. Put. dec. 360. num. 8. lib. 1.* & constat, D. Iacobū 2 esse cessionarium prædicti Commissarii, † Vnde illi, prout eidem Cōmissario, in cuius Ius succedit, competit manutentio, *ad not. in l. 2. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. Bald. in l. empt. in princ. C. de hered. vel act. vend. Paris. cons. 75. num. 18. lib. 4. Et fuit dictum in vna Salamantina Beneficij 26. Iunij 1598. coram bo. me. Litta.*

Quod dicatur, Commissarium Cameræ prius istā possessionem cessisse ad fauorem q. Petri Aluarez, 3 nihilominus, † cum Dominus Iacobus sit subrogatus in Petri iuribus etiam quoad possessionem, venit manutenendus, *ad not. in l. 1. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution.*

4 Quæ † magis procedunt cum Dominus Iacobus docuerit de ipsius Clericatu, & obitu Petri in possessione, & amplius non teneatur ad iustificationem suę gratiæ, *vt fuit dictum in supradicta Salaman. Beneficij, & alias sæpe, &c.*

Penia

Coloniensis Canonicatus Sancti Andreæ

Mercurij 4. Iunii 1608.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur docenti de possessione per instrumentum.*
2 *Possessio capta in vim resignationis conditionalis nō videtur manutenibilis conditione non adimpleta.*
3 *Resignatio ad fauorem admissa cum protestatione an impediat acquisitionem possessionis.*

Decisio CVIII.

CVM Informantes pro Ioanne Deutz conquærerentur de decisione facta die 14. Decembris 1607. super appositione sequestri, ex quo clarè constabat de anteriori eius possessione. Iterum proposui causam, & vtraq; parte Informante, Rota censuit, Ioanni dandum mandatum de 1 manutenendo, quia † cum publico Instrumento cōstabat de anteriori eius possessione, quam acceperat vigore liberę resignationis ad sui fauorem factæ.

Neq; obstabat potissima oppositio, quod resignatio esset conditionalis, quatenus resignans per 20. 2 dies vixisset, † qua non impleta, possessio non videbatur manutenibilis. Quia fuit responsum, resignationem fuisse puram, & simplicem, sed per Procuratorem Capituli fuisse protestatum, quod per nominationem receptam nolebat præiudicare Capitulo, si resignans infra viginti dies decederet, sicut decessit. 3 † Vnde ista protestatio solum præseruauit ius Capituli, non tamen effecit cōditionem, aut possessionem Ioannis conditionalem, & ideo donec constiterit de iure Capituli, non poterat dici resoluta prouisio in persona Ioannis, nec euanuisse subsecuta possessio; vt bene deducebat Dominus Aschanius Ghettus, cuius Informatio placuit Dominis.

Nec potuit impugnari possessio ex eo, quod non fuisset tradita capitulariter, quia de contrario constabat, ex quo fuit tradita nomine Capituli, & à Capitulo ratificata, quando in Collatione Adorni Capitulum præseruauit possessionem Ioannis

Penia

Imolensis Pecuniaria

Lunæ 16. Iunii 1606.

S V M M A R I A.

1 *Possidens auctore Prætore expulso primo possessore est manutenendus, & nu. 11.*
2 *Mandatum relaxatum pro maiori summa debiti est nullum in totum.*
3 *Decl. secus si relaxatum fuerit pro vero debito, & postea fuerit aliquid solutum.*
4 *Cessionarius agens debet exprimere, quod agit vti talis.*
5 *Cessio facta sine interuentu pecuniæ nulla est.*
6 *Lim. secus si sit facta pro certo debito.*
7 *Mandatum relaxatum non obstantibus sequestris non dicitur nullum, sed hoc respicit interesse creditorum.*
8 *Adiudicatio fieri debet præcedēte æstimatione. Lim. vt nu. 10.*
9 *Creditor admittitur ad offerendum, & licitandum tamquam quilibet alius tertius, & extraneus, & num. 10.*
11 *Possidenti auctoritate Iudicis, quem non apparet nulliter, vel iniuste processisse, non denegatur manutentio.*

Decisio CIX.

CVM Hercules, & Ioannes filij, & hæredes Iulij Pantaleonis nomine proprio, & etiam tamquam cessionarij Alexandri Saffatelli vigore obligationis cameralis egissent contra Equitem Galantem, & Liuium eius filium pro releuatione indemnitatis, ex quo Iulius Pantaleonus eorum pater, & Alexãder Saffatellus accesserũt fideiussores Ioanni Baptistæ Galantio pro centũ trium milium scutorum, & ille eos indemnes releuare promiserat & propterea ab A.C. obtinuerat mandatum executiuum pro dicta summa scutorum trium milium, cuius vigore in partibus facta executione obtinuerũt sibi deliberari prædium Cantalupi pro libris 6720. & alia pro concurrenti quantitate, quorũ possessionem apprehenderunt, quam Galantii prętendebant nullam, & inualidam, Dubitaui, Cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Rota vtraque parte

1 informante, Pantaleonis dandum censuit, quia † auctore Prætore expulsis Galantiis reperiebantur in possessione, *l. iuste possidet. ff. de acq. poss. Ang. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. vers. potest enim iudex. eod. tit.*

Neque obstabant nullitates oppositæ. Nam primo

2 quod † mandatum fuerit relaxatum pro maiori sũma debiti, consequenter prætenderetur nullum in totum, vt sępe Rota iudicauit, nam non fuit habita ratio octuaginta rubrorum frumenti solutorum Michaeli factori Pantaleonorum, nec scutorum 250. in duabus particis solutorum Alexandro Saffatello à matre Liuij Galantii.

3 Sed placuit responsio † quod corbæ 80. frumenti fuerunt datæ post relaxatum mandatum, quod propterea non poterat dici pro plus debito relaxatum, & quoad executionem, eius fuit habita ratio ab executore.

Non obstat secunda nullitas ex eo deducta,

4 † quod Pantaleonis pro rata eis cessa à Saffatello nõ egerunt tamquam cessionarii, sed tamquam principales.

Sed hæc nullitas ex facto tollebatur, cum in actis fuisset productum instrumentum cessionis, & mandatum petitum, & obtentum etiam nomine cessionario.

5 Tertio opponebatur nullitas ex eo, † quod cessio non fuit valida tamquam facta absque interuentu pecunię.

Sed placuit responsio, quod, prætequã quod hæc

6 inspectio respicit petitorium, † cessio fuit facta pro certo debito.

Ad quartam nullitatem ex eo deductam, quod in manibus Galantiorum fuerunt facta sequestra, & de illis oppositum, Vnde, cum non possent soluere, non potuit contra ipsos relaxari aliquod mandatum.

Fuit dictum primo non satis legitimè constare de huiusmodi sequestris, secundo fuit responsum,

7 † hoc non facere nullitatem, & respicere interesse creditorum nihil opponentium.

Ad vltimam nullitatem ex eo prætensam, quod adiudicatio fuit facta Pantaleonis nulla pręcedente

8 æstimatione, † quę videbatur necessaria tam de iure communi, *Afflict. dec. 358. in causa inter Aaronium. nu. 5. vers. quarta ratio. quam Rota sæpe approbauit,* quam vigore Constitutionis Ægidianæ, de qua fuit oppositum, & est in vsu.

Fuit primo responsum, † creditorem tamquam tertium, & extraneum posse admitti ad offerendum, siue licitandum, & eum admitti sicut quemlibet alium, *l. 2. C. si in caus. indic. gl. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de reb. cred. Surd. cons. 256. in principale virtutum 5. versicul. ideo tutius est. lib. 2.*

10 Secundo fuit responsum, † quod, quando in hac materia proceditur per viam dationis in solutum, tunc, antequam bona creditori dentur in solutum, præcedere debet æstimatio, & sic loquitur *Afflict. dec. 358.* secus autem est, quando proceditur per modum oblationis, tunc enim licitatori, & plus offerẽti consignantur bona sine prævia æstimatione, sicut in terminis declarat *Surd. cuius doctrina Dominis placuit, cons. 256. num. 5 in fin. & num. 6.*

11 Et † cum ex prædictis non appareret, Iudicem nulliter, vel iniuste processisse, non debuit Pantaleonis denegari mandatum de manutenẽdo, præsertim cum Galantii acceptãdo decretum excarcerationis, & comparitionis horum procuratorum executioné visi fuerunt ratificasse.

Penia

Nouarien. Beneficiorum

Luna 23. Iunij 1608.

SVMMARIA.

1 *Possessor potest ex superuenientia noui tituli mutare sibi causam possessionis absque alia declaratione, & præsumitur mutasse, ita vt debeatur illi manutentio.*

2 *Petitorium respicientia non pertinent ad articulum manutentionis.*

3 *Sententia lata in die, qua quis fuit citatus ad opponendum, & deducendum, & ad sententiam dicitur nulla.*

4 *Possessio capta appellatione pendente est attentata.*

5 *Actorum transportatio requiritur ad effectum mandati de manutenendo. Lim. vt num. 6.*

Decisio CX.

VTraque parte Informante Rota censuit, dandum mandatum de manutenendo Io: Baptistæ Merulæ, ratio fuit, quia inter partes conueniebatur, beneficia, de quibus agebatur, obtenta fuisse à q. Francisco Gimbaro, à quo anno 1561. fuerunt libere resignata in manibus Ordinarii, & tunc fuerunt collata Herculi Vetudoro, qui etiam illa possedit, & Io: Baptista Merulus eadem beneficia impetrauit tamquam vacantia ob non publicationem, cuius gratiæ vigore Merulus de manu executoris prætendebatur accepisse possessionem, &, licet fuerit capta pendente termino ad appellandũ nihilominus, quia inter Vetudorũ resignatarium, & Merulum fuit inita concordia, & Merulus continuauit possidere, vt constabat ex locationibus, receptionibus fructuum, & confessionibus Seraphini de

1 Comitibus Aduersarii, † potuit Merulus propter superuenientiam noui tituli, & concordiæ, & confirmationis Apostolicæ mutare sibi causam possidẽdi absq; alia declaratione, Imo censebatur, illam sibi mutasse, & consequenter illius possessio dicebatur valida, & manutenibilis, & propterea esset sibi dandum mandatum de manutenendo, *Achil. d. c. 4. Inc. possessio, quæ habetur. numer. 1. & in fin. de caus. poss. & propr. Ruin. cons. 61. in c. quia fuit facta locatio num. 13. & seq. lib. 1. Rot. in vna Burgen. Iurisdictionis 12. Ianuarij 1582. coram bo: me. de Rubeis, Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. limit. 16. num. 3. & 7.*

Quæ dicebantur de non confirmatione non subsistebant in facto, alia vero quę ad concordiã proponebantur,

2 nebantur, † cum respicerent petitorium, non pertinebant ad hunc articulum manutentionis.

Rursus nō obstabat dicere, quod Verudorus possederat vsque ad tempus, quo resignauit ad fauorem Seraphini, vt deponebant testes, quia contra testes multa opponebantur, & de contrario constabat ex locationibus, fructuum perceptionibus, quietantiis, confessionibus, & aliis; vnde constabat, non Verudorum, sed Merulum post concordiam possedisse.

Demum non obstabat possessio Seraphini capta de manu executoria vigore literarum Apostolicarū quia fuit nulliter processum, ex quo sententia fuit lata eodem die, quo Merulus fuerat citatus ad opponendum, & deducendum quidquid vellet, & ad
3 sententiam, quæ propterea fuit nulla, & Inualida, &
4 possessio † eius vigore subsecuta tamquam capta, appellatione pendente, fuit attentata.

Contra supradictam decisionem pro parte Seraphini opponebantur sequentia.

5 Primo † non integra transportatio actorum factorum coram Ordinario Papiensi, tum quia non fuit transportata citatio decreta contra Merulum.

Sed ex aduerso dicebatur, hoc non subsistere, cum ista prima citatio contra Merulum legatur executa & reproducta in duobus locis in processu coram Papien. fol. 1. & fol. 32. qui fuerunt producti coram me.

Tum quia non fuit transportata sententia lata ab Ordinario Papien. ad fauorem Seraphini, quæ tam erat necessaria ad effectum videndi, An Iudex Papiensis recte, & ritè processerit, & an tempore debito, & per legitimas personas fuerit appellatum, quia, si hæc acta transportarentur, ex eis constaret, possessionem Seraphini non fuisse attentatam.

Pro parte Meruli respōdebatur, ipsum fateri, deficere illam sententiam contra se latam, & amplissimo modo, quo pars vellet cōcipere, illam admittere, † sed non posse euitari attētata, quia die 8. Octobris anno 1607. Merulus fuit citatus ad opponendū & ad sententiam vt in process. fol. 16. ibi *acta fata est contumacia*, & supradicta die 8. Octobris fuit interposita appellatio à dicta sententia, vt in proc. fol. 54. Vnde necessario videtur inferri, sententiā tunc fuisse latam.

6

Opponebatur etiam, quod non constaret, appellationem non fuisse interpositam, sed non videbatur sustineri, cum adesset publicum Instrumentum mandati Procuræ datum à Merulo ad appellandum Carolo Antonio eius Patri &c.

Cardinali Sacrato

Ariminen. Deuolutionis Bonorum

Veneris 27. Iunij 1608.

S V M M A R I A.

1 *Iudex nulliter, & iniustè procedens ad immissionem non priuat possessorem sua possessione.*
2 *Immissio concessa pendente termino ad appellandum nulla est.*
3 *Ægidiana locum non habet, vbi agitur de bonis Ecclesiasticis.*
4 *Ampl. siue detur de Ægidianā contra Ecclesiam, siue pro.*
5 *Statuere non potest nec pro, nec contra Ecclesiam, qui non habet potestatem, nisi in temporalibus.*
6 *Papa confirmatia dat robur confirmato, non autem facit, quod comprahendat res, vel personas, qua in confirmato non comprahenduntur.*
7 *Dominus propter deuolutionem rei emphyteuticæ potest possessionem capere propria auctoritate.*
8 *Decl. 1. non procedere, vbi deuolutio non est clara, sed probabiliter controuertitur.*
9 *Decl. 2. secus vbi fuit iam aditus Iudex.*

Decisio CXI.

Concluserunt Domini, Ballarchis esse dandum mandatum de manutenendo, quia anterior illorum possessio non cōtrouertitur, & item bene probant testes, & monitorium partis aduersæ, & sententia, in qua dicitur, illos esse amo-
1 uendos, quia † possessione non fuerunt priuati per immissionem concessam Capitulo, quia Iudex nulliter, & iniustè procedens minime priuat possidentem sua possessione, *vt per scrib. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss. & fuit sæpe decisum.*

2 Nullitas † mandati de immittendo patet, quia fuit concessum pendente termino ad appellandum, & sic nulliter, *cap. non solum. de appellat. in 6. cum vulgar.*

Etiam non suffragatur Ægidiana tollens appel-
3 lationem in possessorio, quia † non habet locum quandocumque agitur de bonis Ecclesiasticis, *vt fuit dictum in causa Hortuna Sanctissimæ Trinitatis 7. Iunij 1573. coram Rubea, & in Auximana bonorū 2. Decembris 1579. coram Illustrissimo Seraphino, & in Camerinen. Iurispatronatus 15. Nouembris 1599. coram me, & alibi sæpe.*

Nec satisfacit distinctio, de qua per Informantes pro Capitulo, nempe quod allegatæ decisiones procedunt, quando datur de Ægidiana contra Ecclesiā, secus si ad illius fauorem, quia ista distinctio nullo
4 iure probatur, & † in contrarium facit, quia causa, ob quam Ægidiana non comprahendit bona Ecclesiastica est, quia Cardinalis Egidius non habebat
5 potestatem, nisi in temporalibus, & illi, † qui non habent potestatem nisi in temporalibus, non possunt statuere neque etiam ad fauorem Ecclesiæ, *vt dicit tex. in c. Ecclesia Sancta Mariæ, vbi Abb. & alij nu. 15. in 1. lectura de const. Alex. cons. 210. nu. 13. vers. ad id, quod not. lib. 2.*

Non obstat, quod Ægidiana sit firmata à Papa,
6 quia † confirmatio dat robur confirmato, non autē facit, quod comprehēdat res, vel personas, quæ aliàs ea natura actus confirmati non compræhendebātur, *ad tex. in l. Aurelius. de liber. l. Bal. in l. nominationes. in fin. C. de appellat.*

7 Non obstat, quod † potuerit Capitulum stante deuolutione capere possessionē bonorum emphyteuticorum propria auctoritate, quia placent Dominis responsiones, quæ dantur.

8 Prima, conclusionem † non procedere, quando deuolutio, siue caducitas non est omnino clara, sed probabiliter controuerti potest, *vt in causa Bononiē. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, per doctr. Corn. cons. 193. nu. 3. lib. 3. Gabr. cons. 67. nu. 17. lib. 2. cum alijs ibi allegatis.*

Hic autem excipi poterat de renouatione promissa à Capitulo, de quo suo loco.

9 Altera responsio est, quod † quando fuit aditus Iudex, tunc non datur regressus ad viam facti, sed debet procedi secundum viam iuris *Capyc. dec. 119. sub num. 9. & fuit allegata decisio in causa Beneuentana deuolutionis 6. Nouembris 1587. coram Orano.*

Man-

Manzanedo

Mediolanen. Optionis

Veneris 27. Junij 1608.

SVMMARIA.

1. *Instrumentum adeptionis possessionis ipsam possessionem probat.*
2. *Instrumentalis possessio manutenibilis est, vbi erat possessio vacua.*
3. *Ampl. eo magis subsecuta colonorum recognitione.*
4. *Possessio iunior præsumitur clandestina, nec impedit manutentionem anterioris.*
5. *Possessio non capta capitulariter non suffragatur.*
6. *Inhibitio non impedit continuationem possessionis.*
7. *Ciuilis possessio satis est ad manutentionem.*
8. *Manutentionis in iudicio titulus non requiritur, sed sola possessio sufficit etiam in beneficialibus.*
9. *Attentata non dicitur possessio ex lite pendente super diuerso iure.*

Decisio CXII.

Domini dixerunt, concedendum esse mandatum de manutenendo Domino Iacobo Nauarro docenti de sua possessione † per Instrumẽtum adeptionis illius, *l. prædia. ff. de acquir. poss. cum alijs per Rot. dec. 506. num. 1 part. 1. diuers.* [1] † quæ est manutenibilis, quãdo possessio erat vacua, vt in proposito, *Rot. diuers. dec. 202. num. 3. par. 1. & dec. 62. par. 2. Et in Mediolanen. Canonicatus 6. Iunij 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio, & alias sæpius.* [2] † Eo magis stante recognitione colonorum subsecuta, *Bero. cons. 45. num. 10. vol. 3. Afflict. dec. 325. n. 4. & fuit dictum in Bononien. bonorum de Maluetijs 26. Martij 1599. coram Illustriss. Pamphilio. Et in supradicta Mediolanen. Canonicatus.* [3] Neque releuat possessio Domini Benzoni vti iunior, † quia præsumitur clandestina, nec impedit manutentionem anterioris possessionis. *Rot. diuers. dec. 612. num. 4. par. 1. & dec. 41. num. 1. par. 2. Put. dec. 370 lib. 2.* [4] Præsertim, quia, quatenus prætendit obtinuisse possessionẽ Prabendæ per obitum Leonelli vacantis, quam Capitulum non mandauit illi tradi, sed possessionem vltimæ prabendæ per Optionem vacantis, non potest dici capitularis possessio à Bersono capta, † nec illi suffragari, *cap. in literis, vbi Doctor. de restit. spol. Cassad. dec. 8. de caus. poss. & prop. Rot. diuers. dec. 79. lib. 2. par. 3.* [5]

[6] Inhibitio quoq; Ordinarij non obstat, quia † non impedit continuationẽ possessionis; in qua Iacobus existebat, *c. 1. vt lit. pend. Paris. cons. 39 nu 8. cũ alijs per Lãcell. de attent. lit. penden. par. 2. c. 4. lim. 1. n. 10.*

Et quia fuit em mata non seruatis, seruandis, vt superueniens post secundam possessionem, seu intrusionem Berzoni, & sic non priuauit Iacobum sua [7] possessione ciuili, † quæ sufficit ad manutentionem, *Abb. in c. conquærente. num. 8. de rest. spoliat. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 60. & seqq. ff. de acq. poss. Menoch. de retinend. remed. 3. nu. 26. Rot. diuers. dec. 19. num. 12. par. 2.*

[8] Nec opus est † in isto Iudicio manutentionis titulo, cum sola possessio sufficiat, quæ datur sine titulo, etiam in beneficialibus, *decis. 229. lib. 2. Et fuit dictũ in vna Placentina Cappellania 21. Maij 1601. coram Illustriss. Cardinali Pamphilio*, prout etiam prædictis non præstat impedimentum lis coram R. [9] P. D. Ludouisio pendens; quia, † cum sit super diuerso iure, possessio huiusmodi nõ potest dici attentata, *Lancell. de attent. lit. pend. limit. 2. Capucaq. decis. 59. lib. 1. &c.*

Manzanedo

Cæsaraugustana Pensionum

Veneris 4. Iunii 1608.

SVMMARIA.

1. *Manutentio datur constito de possessione tempore litis motæ.*
2. *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio summarijssimo manutentionis.*
3. *Solutio vnica sufficit ad effectum quasi possessionis.*
4. *Quasi possessio in incorporalibus manutenibilis acquiritur vnico actu.*
5. *Quasi possessio acquisita contra prædecessorem afficit etiam successorem, qui nunquam soluit.*
6. *Confessio de recepto in contanti in posse, & manibus suis importat realem, & veram solutionem.*
7. *Ampl. præsertim stante stylo loci.*
8. *Adminiculum circa solutiones factas per antecessorem prabent solutiones subsecutæ Subcollectoris Spoliorum, confessiones procuratoris successoris, & reseruatio pensionis.*
9. *Manutentio datur absq; productione tituli etiam in beneficialibus.*
10. *Iudex in iudicio manutentionis nihil aliud intendit, quam manutenere possessorum in statu, in quo reperitur, vt tollat occasionem spolijs, & scandalis, & præseruat in cæteris omnia iura in petitorio, & possessorio.*
11. *Manutentio datur etiam detentori, & spoliatori, & contra spoliatum.*
12. *Productionis tempore non facta oppositione præcluditur via amplius opponendi, quod iura non sint in forma probanti, & num. 13.*
13. *Mandatum ad soluen. præsumitur in Thesaurario, seu Domini Præfecto Episcopi, & in summa notabili soluta.*
14. *Confessio partis omnem superat probationem.*
15. *Confessio partis probat possessionem.*
16. *Manutentionis in iudicio nihil aliud requiritur, quã probatio possessionis de tempore litis.*
17. *Prædo etiam manutenendus est.*
18. *Clericatus iustificatio in iudicio manutentionis non requiritur.*

Decisio CXIII.

Dandum esse mandatum de manutenendo DD. Don Roderigo de Castro, & fratribus litis consortibus in quasi possessione exigẽdi pensiones, de quibus agitur, Domini, vtraq; [1] parte informante, dixere, cum † constet de prædicta quasi possessione de tempore litis motæ, *ad tex. in §. retinendæ instit. de interdict. l. 1. §. huius interdicti. ff. vti possid. Bart. in l. ait Prætor. §. quod ait. num. 2. & 14. ff. eodem.*

[2] Et quamuis † in isto iudicio summariissimo manutentionis sufficiant ad obtinendum leuiores probationes, *vt tradit. Curt. sen. in l. admonendi. numer. 323. vers. 2. mouetor. ff. de iureiur. & Alex. cons. 103. num. 3. lib. 7. & Couar. pract. cap. 17. nu. 4. & Menoc. de retinen. remed. vlt. num. 34.* Nihilominus de prædicta quasi possessione adsunt in nostro casu maximę probationes, maximique adminiculi. Adest namque

namque publicum instrumentum vnius solutionis scut. mille factæ DD. Don Roderigo, & fratribus per Archiepiscopũ antecessorem D. Moderni Episcopi cum insertione mandati ad recipiendum, 3 † & sufficit vnica solutio ad hoc, vt quis dicatur in quasi possessione exigendi, *Feder. cons. 334. in 2. Dub. & tenuit Rota in alia Cæsaraugustana pensionis 21. Iunij 1599. coram D. meo Decano*, 4 & † in iuribus incorporalibus acquiritur quasi possessio manutenẽda ex vnico actu, *cap. cum Ecclesia Sutrina, & ibi Abb. num. 23. de caus. poss. & propr.* 5 Et † quasi possessio acquisita contra Archiepiscopum prædecessorem afficit successorem, qui nuquam soluit, *ex loõ adductis per Guidop. q. 629. per tot. Put. dec. 151. lib. 3. & fuit dictum coram Illustriss. Blanchetto in vna Burgen. Pensionis 19. Februarij 1596. & coram Illustriss. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditoribus, in vna Romana Pensionis 13. Iulij 1597. & postea coram Domino meo Pamphilio prædicti Domini Cardinalis nepote, in alia Ariminen. pensionis 24. Maij 1606. & in vna Pistorien. pensionis 3. Iulij 1606. coram D. meo Ludouisio*, & licet prædictum solutionis instrumentum videatur confessio de recepto, quæ regulariter non 6 probat possessionem exigendi, † nihilominus, cum recipiens fateatur habuisse, & de contanti in posse, & manibus suis recepisse &c. videtur contineri in instrumento realis, & vera solutio, quam prædicta verba denotant, *ad trad. per Bart. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. num. 3. & ibi Alex. num. 14. ff. de verb. oblig.*

7 Præcipue † stante stylo illarum partium, quod etiam si solutiones fiant in prompta, & numerata pecunia, assueuerunt fieri de illis Apocæ per modũ confessionis de recepto, *vt testatur prædicta decisio Cæsaraugustana coram Domino meo Decano, & prius fuerat dictum in alia Cæsaraugustana Pensionis 30. 8 Iunij 1589 coram Gyptio*, quæ innotur † ex adminiculis in isto casu concurrentibus, habemus namque plures solutiones istarum pensionum factas, sede vacante per subcollectores Cameræ Apostolicæ quas pro adminiculo considerauit *Rota in vna Pacten. pensionis prima Iulij 1596. coram eodem Illustrissimo Pamphilio, & in supradicta Pistorien. pensionis*, quia subcollectores vtique non soluissent, nisi Archiepiscopus defunctus aliquando soluisset, concurrunt etiam plures confessiones Procuratoris Domini Archiepiscopi de solutionibus per Antecessorẽ factis, quæ cum non fuerint reuocatæ, præiudicant, *d. gl. in verb. non negauit. in cap. 1. numer. 14. vt lit. non contest.* & quamuis fuissent reuocatæ, deseruirent pro adminiculo, *vt censuit Rota in vna Mediolan. hæreditatis 28. Maij 1598. coram Illustrissimo Seraphino, & in alia Placentina Reuolutionis terrarum 21. Aprilis 1600. coram Reuerendiss. Pacen.*

Accedit itidem pro adminiculo reseruatio ipsiusmet pensionis, in cuius executionem solutiones factæ præsumuntur, *arg. tex. in l. in contractibus. vers. illis tamen securitatibus. C. de non num. pecun. & facit communis, de qua per Ruis. cons. 183. num. 5. vers. quinimo verius est. lib. 1. & adducta à Gabr. de Iur. Rot. conclus. 4. numer. 1. & fuit dictum in supradictis decisionibus Pacten. coram Illustrissimo Pamphilio, & Cæsaraugustan. coram Gyptio.*

Et non obstat, quod opponitur contra literas reseruationis, non esse in forma probanti, quia Respõdetur, Rotam tenuisse, *in vna Anconitana pensionis 9 25. Iunij 1597. coram Illustriss. Platto.* † ad effectum manutentionis non esse necessarium ostendere literas reseruationis, cum etiam in beneficialibus detur manutentio absque productione tituli, *vt dixit Rota dec. 595. par. 1. diuers. & not. Ferr. cons. 7. num. 2. & seq.*

Et non obstat, *decisio Achill. 4. de rescripts.* quia respondetur, quod ibi dicitur, commissionem causæ vñ clausula, sine retardatione solutionis Pensionis, non producere effectum, nisi constet de reseruatione Pesionis, in nostro autem casu non solũ habemus prædictam clausulam, *sine retardatione &c.* sed etiam possessionem exigendi, in qua præcipuè fundantur actores in isto Iudicio, & illa stante, non est opus, quoad manutentionem, *iuxta prædictam dec. Anco-10 nitana.* maxime † cum Iudex in hoc interdicto non intendat aliud, quam manutenere in eo statu, in quo possessor reperitur, vt tollat occasionem spoliis, & scandalis, & in cæteris præseruat omnia iura tam in possessorio, quam in petitorio, *iuxta tex. in l. merito. ff. pro Soc. dec. 641. num. 8. par. 1. diuers.*

11 Vnde istud interdictum † datur etiam mero detentori, & spoliatori, & contra spoliatum, *Paul. de Castr. in l. Attilius Regulus. num. 5. Roman. nu. 7. Imol. nu. 5. ff. de donat. Nenizan. cons. 30. num. 4.* Et, quamuis opus fuisset docere de literis reseruationis, iam fuit doctum, cum fuerint originaliter productæ citato D. Archiepiscopo coram Reuerẽdiss. Nuncio, 12 † & cum ibi non fuerit oppositũ contra bullas originales, nec contra illorum exemplum, non potest amplius opponi, quod non sint in forma probanti, *iuxta doctrinam Soccini in Authen. si quis in aliquo. num. finali, & ibi Dec. numer. 27. C. de eden.* qui optimas rationes adducũt, *quas fuit secuta Rot. apud Pat. dec. 119. lib. 2.*

Minus obstare dixerunt, quod non constet de mãdato soluentis, nempe Thesaurarij Domini Archie-13 piscopi Alphonsi Gregorij, quia, † cum esset illius Thesaurarius, siue Domus Præfectus, & sic ratione Officij præpositus ad soluendum nomine Archiepiscopi, præsumitur mandatum, potissime cũm soluerit summam sic notabilem scutorum mille, *ad trad. per Gig. de pens. q. 48. num. 1. Rota dec. 2. de caus. poss. & propr. in antiq. quam Rota solet sequi, vt patet ex dec. 196. num. 4. par. 1. diuers. & fuit dictum in vna Portuen. pensionis 12. Februarij 1601. coram D. meo Lancellotto.*

Nec impugnatio instrumenti prædictæ solutionis ex eo, quod non sit in forma probãti, quidquam obstat, cum reperiatur in Processu coram Illustrissimo Nuncio in partibus registrato, & à nemine ibi fuerit contra illud quidquam oppositum, & quidquid de hoc sit, istius instrumenti veritas, & huius solutionis per Antecessorem D. Archiepiscopi factæ 14 probatio clarè patet † ex confessione ipsiusmet D. Thomæ Archiepiscopi Moderni, non semel facta, sed bis, & ter coram Notario, qui illas literas in forma (*vidimus*) A. C. intimauit, quæ sunt in processu prædicto de partibus per compulsum producto in Rota per eumdem Dominum Archiepiscopum, 15 vbi expressè fatetur, quæ † confessio tollit omnem difficultatem, quasi superans omne genus probationis, *ad tex. in l. cum præco. C. de liber caus. tex. in l. fin. C. de non num. pecun. Crauett. cons. 217. numer. 9. Verall. dec. 207. num. 2. par. 3.* & non est dubium, 16 † possessionem posse probari per confessionem Partis, *Dec. cons. 101. num. 1. Ang. in l. ab emptione. num. 4. ff. de pact. Tiraq. in tract. de constit. par. 1. ampliat. 1.*

Vltimo non obstat, quod non constet de Clerica-17 tu in forma probanti, quia † in hoc iudicio manutentionis nihil aliud requiritur, quam probatio pos-18 sessionis de tempore litis, & propterea manutenẽdus est etiam prædo, *l. Colonus, & l. cum fundum. ff. de 19 vi, & vi armat. cap. in literis. de rest. spoliat.* & † nõ requiri iustificationem Clericatus in hoc casu, *dixit Rot. in vna Firman. pensionis 26. Ianuarij 1582. corã Gyptio, & in vna Bonon. pensionis 27. Iunij 1603. coram Illustriss. Mellino*, & in fortioribus terminis de pensione reseruata sub conditione Clericatus fuit dictum, non admitti huius exceptionem in hoc interdicto, *coram D. meo Decano in vna Forolinien.*

pen-

pensionis 24. Aprilis 1592. & facis optime decis. Cass ad.10.nu.8.ibi, nisi agens esset in possessione percipiendi.de rescript.&c.

Nec supradictis aliquo modo aduersari videtur decisio coram me 14.Iulij 1607.in ista causa facta in qua, cum procederetur per cotradictas informantem tantum Domino Archiepiscopo, fuit resolutum, quod decretum Illustrissimi Nuncii esset reuocandum, quia non iustificabatur ex actis, cum D. Nûcio, non constasset de reseruatione pensionis, quia illud fuit verum, cum ante decretum non fuissent literæ reseruationis coram Domino Nuncio productæ, prout postea para DD. Don Roderict, & fratrum illas produxerunt cum citatione Domini Archiepiscopi. Vlterius in eadem decisione dixi, quod literæ originales reseruationis non fuerunt productæ &c.

Et ita &c.

Ortembergo

Perusina Bonorum

Luna 24. Nouembris 1608.

S V M M A R I A.

1. *Examen testium absque citatione ad videndum iurare nullum est, nisi pars iuramenta præsens fuerit.*
2. *Examen cum interrogatoriis partis absque citatione ad videndum iurare substinetur in vim commissionis sanatoria cum clausula, Arbitrin.*
3. *Ampl. præsertim si testes sint mortui, & factum sit antiquum.*
4. *Interrogatoria producta dicitur ex productione processus, in quo ipsa interrogatoria adsunt.*
5. *Sanatoria an concedatur etiam ad effectum obtinendi executionem.*

Decisio CXIV.

VTraq; parte informante, Rota censuit, locum esse arbitrio ad effectum adhibendi fidem 1 testibus, agitur. Nam, † licet examen testiũ absque citatione ad videndum eos iurare de iure sit 2 nullum, nisi alia pars fuerit præsens, tamen, † quãdo fuerunt examinati cum Interrogatoriis partis aduersæ, Rota vigore commissionis sanatoriæ cũ clausula, *arbitrio Rotæ* solet examen substinere, *Put.dec. 301.incip.de mense Aprilis lib.3. Crescent.decis.4.de testib.Cas.de Grass.dec.19.numer.18.de probat.Ant. Aug.in expleto tit.de testib.nu.18.* Ea est ratio, quia pars dando interrogatoria videtur examini consentire, & de eo habere notitiam, quam ex citatione ha-3 buisset, *Put.d.dec.301.* quod † eo magis dicendum videbatur in hoc casu, in quo testes sunt mortui, & & agitur de facto antiquo, ita vt non sit locus repetitioni, *vt fuit dictum in Perusina Spolij domus 21. Aprilis 1606.coram R.P.D.Decano.*

Quod autem negatur, Interrogatoria fuisse data 4 pro parte Monasterii, visum fuit somniũ, quia † contrarium apparet ex eo, quod produxit processum, in quo continentur interrogatoria, per quam productionem censetur ea approbasse, *Rot.decis.2.de fid. instr. in Aym.cons.21.num.5.& 6.* & non est verisimile, quod Notarius examinasset testes cum istis interrogatoriis, si non fuissent exhibita nomine Monasterii.

Nec visum fuit alicuius considerationis quod di-5 citur, † sanationem nullitatis numquam concedi ad effectum obtinẽdi executionem, cum talis exceptio nullo modo probetur &c.

Manzanedo

Gerundensis Beneficij

Luna 23. Martij 1609.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2. *Instrumentalis possessio, alio tunc in possessione non existente, manutenibilis est.*
3. *Possessio probatur confessione partis aduersæ.*
4. *Possessio probatur per sententiam ad fauorem partis de amouendo à possessione.*
5. *Priuatio præsupponit habitum.*
6. *Possessio capta in vim sententiæ appellatione ab illa pendente est inualida, & nõ priuat primum possessorem, qui non habuit se pro spoliato, nec impedit illius manutentionem ratione possessionis ciuilis.*
7. *Sententia continens mixturam petitorij facit causam ordinariam, & appellationem.*
8. *Termino iuris pendente quod fit, nullum, & attentatum dicitur.*
9. *Petitarium concernentia non retardant mandatum de manutendo.*

Decisio CXV.

FRancisco Bossel tantum informante dixerunt Domini mandatum de manutenendo esse dã-1 dum, † cum reperiretur in possessione istius beneficii de tempore motæ litis, *iuxta tex in l.1.§. interdictum autem. ff.vti possid. §.retinenda, & ibi Faber.nu.16. Inst. de interd.* de qua possessione con-2 stat per Instrumentum, vnde, † cũ fuerit capta, alio non possidente, est manutenibilis, *ad tex.in l.prædia vbi Bart.ff.de acquir. poss. Put.dec.360.num.8.lib.1. Soccin.cons.205.num.5.lib.2.Rol.cons.46.nu.18.in vno ëo num.40.lib.2.Verall.dec.337.num.1. & seq.par. 2. Rota diuers. decis.363. & 801. numer.5.par.1.* Item ex confessione partis aduersæ constat de præ-3 dicta Francisci possessione, † quam ex confessione partis probari certum est, *ad tex.in l.cum præcum.C. de liber.caus.gl.in l.ab emptione.vbi Angel.num.4.ff.* 4 *de pact.* Item eadem possessio † probatur ex sententia ad fauorem partis aduersæ per Iudicem executorem lata, in qua declarauit Franciscum à prædicta 5 possessione amouendum, † priuatio enim præsupponit habitum, *l.decem. ff.de verb oblig.*

Quibus non obstat posterior possessio ab Aduersario in vim dictæ sententiæ capta, & sic Iudicis authoritate, cum fuerit mandatum de illam capiendo relaxatum ne dum intra tempus datum ad appellã-6 dum, sed † postquam pro parte Francisci fuerat à prædicta sententia appellatio interposita, *cap.non solum.de appell.in 6.* Vnde Franciscus non admisit suã possessionem, aut saltem semper retinuit ciuilem, cum nunquam se habuerit pro spoliato, & ex sola ciuili competit hoc interdictum, *adnotat. per Ias.in clam possidere.§.qui ad nundinas. num.62. ff.de acq. poss. & per Menoch. qui plures adducit.de retinen. remed.3.num.12.Rot.diuers.decis.19 num.15.par.2.* 7 quod autem à prædicta sententia daretur appellatio patet ex eo, quod non fuerit lata super simplici executione gratiæ aduersarii, sed habuerit mixturam petitorii, & negocii principalis, cum in ea Iudex declarauerit, Ioannem Dominicum abijsse, intra

20.

20 obstare Francisco, & collationem illi factam cũ possessione subsecuta fuisse nullam, & Aduersarium tamquam ligitimè prouisum in possessionem istius Beneficij esse immittẽdum, ex quibus satis apparet 7 mixtura sententiæ, † qua stante sententia fuit effecta ordinaria, & appellabilis, *l. & in maioribus. ff. de appellat. Bald. conf. 141. num. 8. lib. 1. cum alijs per Contard. in l. vnic. limit. 2. C. si de moment. poss. fuer.*

Vltimo, quia post prædictam appellationem interpositam Iudex dedit terminum iuris, vnde † quid-8 quid, pendente dicto termino, fuerit factum, est nullum, & attentatum, *ex cumulatis per Lancell. de attent. par. 2. c. 13. num. 15. cum seq.* & quamuis ex testium depositionibus appareat, Resignantem obijsse de Mense Ianuarii 1606. ex quo volunt inferre ad obitũ infra 20. dies à permutatione facta, quidquid 9 sit de ista testium probatione, hodie † non est agendum in hoc Iudicio summarissimo manutentionis de hoc articulo, sed remittẽdus erit ad petitorium, *ut tradit per Couar. pract. c. 17. num. 4. & per Menoch. vbi supra remed. 3. num. 850. &c.*

Et ita &c.

Manzanedo.

Romana Tutela

Luna 18. Maij 1609.

S V M M A R I A.

1. *Possessio anterior est manutenenda.*
2. *Possessio posterior præsumitur clandestina.*
3. *Tutorio nomine dicitur capta possessio, quãdo in apprehensione nomen tutoris exprimitur.*
4. *Possessio capta præsumitur eo modo, quo capi debuit.*
5. *Mater vti mater non est legitima administratrix bonorum filii.*
6. *Mater in tutela habet titulum à lege.*
7. *Tutor esse non potest in Sacris ordinibus constitutus.*
8. *Possessio anterior præfertur posteriori titulatæ.*
9. *Titulus in manutentione non inspicitur, nisi quando probationes sunt pares.*
10. *Retrotractio non fit ad tempus inhabile.*
11. *Manutenendus est etiam immissus ex falsa causa.*

Decisio CXVI.

PRO manutentione Dominæ Cleriæ in tutela, & Cura filiorum Domini responderunt, cum ipsa istam tutelam, & administrationem 11. Octobris præteriti susceperit, & eadem die constituerit Procuratorem ad capiẽdum possessionem, quæ sequenti die fuit capta, & die 23. eiusdem intimare fecit monitorium R.P.D. Stellæ, ne se ingereret, ille autem tutelam suscepit die 17. eiusdem Mensis Octobris, & possessionem domus, & apothecarum in Vrbe, & consequenter possessio D. Cleriæ 1 fuit anterior, & † sic manutenenda, *Bart. in l. 1. §. fin. num. 18. vti possid. Bal. in l. Arboribus eamvetsi. ff. de* 2 *vsufruct.* † posterior namque possessio præsumitur clandestina, *ad tex. in c. licet causam. de probat. & ibi Doctor. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 725. Benint. dec. 42. nu. 4. & dec. 93. nu. 9. Rot. dec. 802. nu. 1. & 5. par. 1. diuers.*

Nec obstat, quod dicitur, possessionem captam nomine Antonii filii non esse actum factum nomine tutorio, quia contrarium videtur dicendum, cum Procurator ad capiendum possessionem fuerit constitutus à Domina Cleria etiam vti tutrice, & ipse in apprehensione possessionis expræsserit nomen, 3 & qualitatem tutricis, † vnde procul dubio tutorio nomine censetur facta, *ut trad. per Bart. in l. post dotem. num. 15. ff. solut. matrim. & in l. 1. §. nunciatio. nu. 13. & seq. ff. de nou. oper. nunciat. Paris. cons. 78. num. 46. lib. 1. late Tiraq. de retract. lignag. §. 10. glos. 1. num. 15.*

4 Vltra quod † præsumitur capta eo modo, quo capi debuit, *Aym. cons. 91. num. 8. Surd. decis. 211. num. 15.* Mater autem, vt adipisceretur possessionem nomine filii, debebat hunc actum facere tutorio nomine, quia alias illum non acquisiuisset, cum mater vt 5 mater id facere non potuisset, cum † non sit legitima administratrix bonorum filii, *l. filia. in fin. ff. de solut. Bal. in l. alienum. nu. 1. C. de procur. Alex. cons. 37. num. 1. lib. 3.*

Nec etiam obstat, quod R.P.D. Stella sit testamentarius tutor, & veniat alias præferendus etiam in 6 possessione ratione sui tituli, quia, vltra quod, † D. Cleria mater habet titulum à lege, *iuxta authen. Matri, & Auiæ. C. quand. mul. tutor. offic. fung. poss.* Ista prætensio fuit visa Dominis valdè turbida ex oppositis contra scripturam testamenti, & quod R. 7 P.D. Stella † tamquam in Sacris constitutus tutoris officio fungi non valeat; & dum dicebatur habere confirmationem à Sãctissimo hinc oriebatur altior indago, cum Sanctissimo non fuisset narrata tutela suscepta à Matre, de quo esset videndum, antequam R.P.D. Stella posset administrare, & interim cum D. Cleria sit legitima tutrix à lege, & prior in possessione tutelę videtur in manutentione præferenda 8 ex supradictis, vltra quod † possessio anterior etiã 9 sine titulo præfertur posteriori titulatæ, quia † titulus non inspicitur, nisi quando probationes sunt pares, *Alex. cons. 88. num. 12. lib. 5. Dec. cons. 302. nu. 8. & 9. vers. & ista conclusio ampliatur.*

Nec facit, quod R.P.D. Stella possit dici prior ex retrotractione ad diẽ obitus testatoris, quia fuit responsum, hoc posse procedere, si non fuisset in Sacris constitutus, & sic non habilis ad tutelam, 10 † retrotractio enim nõ fit ad tempus inhabile, quę, & An D. Cleria adepta fuerit possessionem ex causa nulla, & An simus in casu, quod tutor testamẽtarius faciat cessare legitimam tamquam concernẽs petitorium, quod fuit suspensum, erit in illo discutiendum, & interim Domina Cleria manutenenda, cum 11 † etiam immissus ex falsa causa sit manutenendus, *vt fuit dictum in vna Mediolanen. Bonorum, prima Februarii 1591. coram Illustrissimo Platto* saltẽ quandiu non constat de dicta falsa possessione, & nullitate tutelę, quę nullitas requirit altiorem indaginem, vt dixit &c.

Manzanedo

Pampilonensis Iuris Sedendi

Mercurij 1. Iunij 1609.

S V M M A R I A.

1. *Possessor venit manutenendus.*
2. *Scamno minori concesso intelligitur concessum etiam magis paruum.*
3. *Præsumitur pro executore.*
4. *Clausula,* Vocatis vocandis, *facit quem executorem mixtum.*
5. *Appellatio non datur à mero Executore, sed à mixto sic.*
6. *Appellatio interposita coram honestis personis operatur effectum deuolutiuum, & suspensiuum, & in causas attentata.*

7 Al-

7 *Attentata possessio non est manutenenda, & num. 9.*
8 *Appellatio coram honestis viris interponi debet coram duobus, non vno tantum, & adhibitis duobus testibus.*
9. *Attentata dicitur executio facta intra tempora ad appellandum.*

Decisio CXVII.

CVM Dominus Ioannes de Reta in Ecclesia de Villania prope villam de Aoiz in quadam Capella ad Cornu epistolæ haberet suam sedem versam de directo cõtra altare maius, vt in planta apparet, ibiq; sedere assueuisset tẽpore diuinorum officiorum, & , vt aliqui testes deponunt, sedebat etiam priuatiuè ad alios Incolas non de ipsius familia, & euenisset necessitatem construendi Sacrestiam in eadem Capella, sicq; fuisse prouisum, quod construeretur per quendam Visitatorem Diœcesis Pampilonensis, Ioannes mouit litẽ pro præiudicio sibi respectu suæ sedis illato, & causa in secunda instantia per Breue Apostolicum eorum Ordinario Barbastien. ventilata, fuit per illum sententia lata ad fauorem constructionis Sacrestiæ in dicta Capella, & ad fauorem Ioannis de Reta, quatenus iubetur, quod illi alia sedes ante Sanctissimum Sacramentum, & in loco æque præheminenti in dicta Ecclesia designaretur, quæ sententia fecit transitum in iudicatum, & a partibus fuit acceptata, 1 ita vt etiam hodie quoad causam principalem non remaneat quidquam agendum, sed quo ad huius sẽtentiæ, & rei iudicatæ executionem, quam idẽ Ordinarius Barbastiensis tunc commisit Vicario Pampilonensi, qui illam exequendam decreuit, & iuxta illius tenorem sedile, seù scamnum apponi iussit declarans, quod in illo Ioannes de Reta sederet, cum concurrentia aliarum personarum, quæ sedere solebãt in sedili, quod ille in prædicta Capella habebat, a quo decreto licet appellatio fuisset interposita, nõ tamen videtur prosecuta intra biennium, Vnde Io: de Reta de nouo comparuit coram Reuerendissimo Nuncio illarum partium, & obtinuit deputari executorem eumdem Ordinarium Barbastien. qui illã subdelegauit Hospitalario, & Officiali Pampilonẽsi Don Michaeli de Annues, qui personaliter accessit ad locum, vbi citatis citandis apposuit quoddam scamnum adhærens Pilastro eiusdem Ecclesiæ iuxta formam sententiæ, ibique suam sedem Ioanni assignauit, illiusque possessionem illi dedit 9. Ianuarij 1604. à qua assignatione Aduersarii decimo eiusdẽ mensis, & anni coram Notario quamdam protestationem, & appellationem præsentarunt, & postea 17. eiusdem coram Vicario Pampilonen. propter absentiam Hospitalarii appellarunt, & causa post aliquas instantias fuit in Rota mihi commissa, & cũ Ioannes prætenderet anteomnia manutentionem in iure sedendi in scamno sibi à prædicto Hospitalario assignato, & in possessione de illo sibi tradita, dubitaui, an esset manutenendus, & Domini affirmatiuè responderunt, tum quia ex aliquibus testibus constat Ioannem fuisse in possessione sedendi in sede, quam in prædicta Capella habebat ante constructionem Sacrestiæ, tùm etiam quia constabat de possessione sibi tradita à dicto Hospitalario executore Iuris sedendi in scamno ab ipso assignato; Vnde 1 † in illa venit manutenendus, *ad tex. in §. retinendæ. Instit. de Interdict.*

Quibus nõ obstat, quod iste Hospitalarius in executione assignauerit scamnum minoris mensuræ, quam in sententia iubebatur, in qua dicitur, quod esset duarum vararum, quas non capiebat prædictum scamnum assignatum per executorem, quia fuit responsum, quod sic non erat excessum, cum de hoc potiùs conqueri posset D. Ioannes de Reta, & 2 † in minori scamno per sententiam concesso continetur magis paruum in executione designatum, *ad l. 1. §. si sti. pulanti. ff. de verb. oblig.* quod etiam procedit in iudiciis, *vt ibi notat Ias. num. 8.* vnde videtur male iudicasse postea Cantorem Pampilonen. quatenus mandauit amouendum scamnum prædictum, ex eo quod esset minoris longitudinis, vltra quod non constat, an scamnum assignatum per Ho-3 spitalarium esset minoris longitudinis, & † in dubio præsumitur pro executore, *Bald. post Butrig. in l. tam. 40. Cod. de priuileg. fisc.*

Minus obstat quod scamnum assignatũ per Hospitalarium respiciat de directo Altare maius, & Cantor Pampilonen. dixerit, esse amouendũ, & aliud apponendum ad latum Pilastri, & consecutiuum ad aliud scamnum eiusdem Ecclesiæ sub prætextu, quod respiciens scamnum Altare maius impediret transitum Populi, quia, si inspiciatur eadem Planta, transitus remanet liber, & executio Hospitalarii est magis conformis sententiæ, & rei iudicatæ, quæ præcepit sedem D. Ioanni assignari in alio loco Ecclesiæ æque præheminenti, vnde ad istam æqualitatem seruandam oportebat, quod executor assignaret scamnum respiciens altare maius prout illud respiciebat sedis, quam Ioan. priùs in d. Capella habebat, vltra quod in eadem sentẽtia Vicarii Barbastien. iubetur scamnum, seu sedile apponi à tergo prædictæ Capellæ, & ante Sanctissimum Sacramentum, & sic apponere illud respiciens Sanctissimum Sacramentũ est conforme prædictæ sententiæ.

Quibus tamen non obstantibus in extensione huius decisionis mihi dubium occurrit, ex eo quod Nuncius executionem prædictæ sententiæ commiserit Vicario Barbastien. cum clausula *Vocatis vocã-4 dis,* † quæ illum executorem fecit mixtum, *ad tex. in c. exhibita. vbi Abb. nu. 6. & Felin. nu. 4. de Iudic. idem Felin in c. simul. num. 25 de præsumpt. Rot. dec. 30. de rescript. in nou. Caputaq. dec. 286. num. 4. par. 2.* 5 & quamuis † à mero Executore non liceat appellasse, *l. ab executore. ff. de appell. l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. Gabr. de appell. conclus. 4. in princ.* secus tamen est ab executore mixto a quo datur appellatio, *Bald. in d. l. ab executore. num. 4. in fin. Felin. in d. c. exhibita. d. num 4. qui refert. Card. cons. 73. eiusdem opinionis,* sed sic est, quod decretum Hospitalarii citatis citandis super executione sentẽtiæ, & rei iudicatæ fuit factum 9. Ianuarii. 1604. & vt supra dixi pro parte aduersa corã Notario fuit appellatio interposita. 10. eiusdem mensis, & anni, & 17. eiusdem fuit eadem appellatio interposita corã Vicario Pampilonen. propter absentiam Hospitalarii, sed appellatio coram honestis personis interpo-6 sita causat attentata reuocanda, † cum illa operetur effectum deuolutiuum, & suspensiuum, & in necessariam consequentiam operetur attentata, *ad trad per Franc. in c. bonæ. num. 36. q. 14. vers. 3. conclus. de appell. & Lancellot. de attent. 2. part c. 12 amp lat. 15.* 7 *num. 10. cum seq.* † videtur executio Hospitalarii, & possessio ab illo tradita attentata, & sic non manu-8 tenenda, quamuis † posset opponi, non fuisse istam appellationem interpositam coram honestis viris, sed tantum coram vno, & absq; præsentia saltem duorum testium, vt requiritur, *iuxta Abb. in c. si iustus. num. 3. de appell. & ibi Franc. q. 9. & Lancellot. vbi supra num. 15. & seq.* & ex actis non apparet interpositam fuisse coram duobus testibus, sed tantũ coram dicto Vicario Pampilonen. tamquam honesta persona, & Notario, sed vtcumq; sit executio dicti Hospitalarii fuit facta eadem die 9. Ianuarii, & 9 † sic intra tempora ad appellandum, & per consequens fuit attentata, *ad tex. in c. nõ solum. de appell.* & tamquam attentata possessio in prædicta executione data Ioanni de Reta non videtur, quod possit

sit

sit in ills manuteneri ex supradictis, ex quibus censui pro nunc relaxationem mandati de manutenendo suspendendam, donec, si pars pro illo institerit, possit de nouo per Dominos videri, & illis consultis prouideri &c.

Manzanedo

Nullius Plebaniæ Sancti Petri

Lunæ 26. Aprilis 1610.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alio in ea non existente, manutenibilis est.*
2. *Possessio iunior dicitur clandestina, & non manutenenda.*
3. *Titulata possessio in concursu præferri debet in manutentione.*

Decisio CXVIII.

DOmino Iosepho tantum Informante Domini dixerunt, illi dandum esse mandatũ de manutenendo, nam, cum ista Plebania sit in Abbatia S. Nicolai de Sabata, quę est nullius, & in qua Illustr. Cõmandatarius habet Iurisdictionem spiritualem, quin, & Indultum Apostolicũ quo ad prouisionem de beneficiis reseruatis, Plebania vacante. Vicarius Illustrissimi Commendatarii, *iuxta dispositionem Sac. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 18. de reform.* processit ad concursum, in quo, cum tam D. Iosephus, quàm D. Alexander fuissent per Examinatores approbati Illustrissimus Commendatarius de ista Plebania Dominum Iosephum prouidit, & collationem fecit, illeq; possessionem appræhẽdit 27. Decembris 1608. qua stante licet Instrumẽtali, † attamen alio non existente in possessione venit Dominus Iosephus in ea manutenendus, *ad tex. in l. Prædia. vbi Bart. ff. de acquirend. poss. Rot. dec. 202. n. 3. & dec. 324. num. 2. & 802. num. 5. par. 2. diuers. & fuit sæpiùs decisum.* Nec obstat possessio capta per Alexandrum, quia † tamquam iunior dicitur clandestina, nec est manutenenda, *c. licet causam. de probat. Bart. in l. si duo. num. 4 ff. vti possidet. Bald. in l. Arboribus. §. nam est. ff. de vsufruct. Beninten. dec. 42. nu. 4. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 725. Rot. dec. 19. n. 1. & 2. par. 2. diuers.* præsertim quia possessio Iosephi est titulata, † quæ in concursu debet præferri, *vt not. Felin. in d. c. licet causam. num. 9. vers. 4. causa, & pluries fuit resolutum.*

Ortembergo

Tudertina Prædij

Lunæ 24. Maij 1610.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum adeptæ possessionis probat possessionem.*
2. *Locatio cum fructuum perceptione probat possessionem.*
3. *Petens licentiam capiendi possessionem fatetur, se non possidere.*
4. *Possidere potest vnus ratione vsusfructus, & eodem tempore alter ratione proprietatis.*
5. *Vsufructu cum proprietate consolidato ob mortem vsufructuarij possessio proprietarij nõ dicitur noua, sed eadem cum suo incremento.*
6. *Possessio cum clausula, dummodo vacans, & sine præiudicio habentis meliora iura, est manutenibilis, si sit vacans, & nemo habeat meliora iura in possessione.*
7. *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit manutentionem.*
8. *Legitima non potest grauari onere vsufructus, vel fideicommissi.*
9. *Mandatum relaxatum eodem die, quo fuit facta petitio est nullum.*
10. *Possessio capta post appellationem, & inhibitionem est attentata.*
11. *Possessio iure familiaritatis ad effectũ mutandi causam possidendi ex nouo titulo superueniente debet probari.*

Decisio CXIX.

REsolutum fuit Magdalenę dandũ esse mãdatum de manutenendo. Prædium, de quo agitur fuit relictum in testamenen ab Augustino Angelo eius nepti, Angelę ex Iosepho filio, quæ defuncto Augustino anno 1604. 3. Ianuarii ann. seq. accepit possessionẽ, vt patet ex publico Instrumento, † quod probat possessionem, *l. prædia. ff. de acq. poss.* & † ex locatione facta cuidam Memoeco vna cum fructuum perceptione subsecuta; defuncta vero Angela, Magdalena illius mater, & heres statim, auctore Prætore, possessionem adepta est die 19. Maii 1607. † Idq; probatur ex confessione Surianę Aduersarię, dum petiit sibi dari licentiam capiendi possessionem, vnde apparet, quod tempore motæ litis non possidebat.

Non obstat possessio Meridianę vxoris testatoris & vsufructuariæ omnium bonorum, † quia eodem tempore vna potuit possidere ratione vsusfructus, altera vero ratione proprietatis, *Oldrad. cons. 257. num. 41. Natt. cons. 419. num. 1. Cæs. de Graff. dec. 5. num. 2. & 9. de caus. poss. & propr.* † adeo quod consolidato vsufructu cum proprietate per obitum Meridianæ, possessio Magdalenæ proprietariæ non est dicenda noua, sed eadem cum suo incremento, *Paris. cons. 122. num. 12. lib. 4. & fuit dictum in Mediolanen. bonorum de Penis 4. Maij 1601. coram Illustrissimo Pamphilio.*

Non obstat, † quod possessio Magdalenæ fuit capta cum clausula dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentis meliora iura.

Quia, vt ostensum fuit, possessio vacabat per obitũ Angelæ, & in possessione nemo habebat meliora iura, † Illa vero, quæ deducuntur in petitorio, requirunt altiorem indaginem, & patiuntur difficultatẽ, eo quod † legitima non potest grauari onere vsusfructus, vel fideicommissi.

Quo vero ad Surianam, illi non potest competere mandatum de manutenendo. Nam si fundat se in possessione capta vigore mandati, seu decreti ordinarii Tudertini, † illud est nullũ, quia eodẽ die, quo fuit facta petitio, fuit relaxatum mandatum, & † possessio subsecuta est attẽtata vti capta post appellationem, & post Inhibitionem, fuit enim capta 29. Nouembris 1607 Inhibitio autem fuit Intimata 18. Augusti precedentis. Si vero fundat se in possessione viuente Meridiana Matre iure familiaritatis, † illa non suffragatur, quia non probatur, quod possederit iure familiaritatis, quin potius apparet de contrario, cum esset coniugata. Ideoq; non prodest declaratio de mutanda causa possidendi. Postremo sicut Meridiana non posset se tueri possessione,

quam

quam habebat respectu vsusfructus, ita multo minus iuuari potest se tueri possessione, quam prętendit Iure familiaritatis &c.

Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio

Perusina Releuationis Indemnitatis.

Lunæ 14. Iunij 1610.

SVMMARIA.

1 *Possessio auctoritate Iudicis capta manutenibilis est.*
2 *Iudex nulliter, & iniuste procedens non priuat quẽ sua possessione.*
3 *Saluiani requisita.*
4 *Detentatio sufficit ad effectum manutentionis.*
5 *Notoria iniustitia deduci debet ex eisdem actis.*
6 *Per Constitutum à Iudice in instrumento deliberationis appositum non transfertur possessio.*
7 *Mandatum ad lites non est sufficiens ad transferendam possessionem, sed requiritur speciale.*
8 *Ampl. etiam si mandatum sit cum libera, quia restringitur ad expressa.*
9 *Productio per compulsum non operatur approbationem, seu ratificationem contentorum in scriptura producta.*
10 *Locatio, quæ non probatur effectuata, possessionem non probat.*
11 *Possessio defuncti non transfertur in hæredem absq; apprahensione.*
12 *Legitima non debetur viuente patre.*
13 *Manutentio non datur sine possessione.*

Decisio CXX.

IN hac causa cum vtraque pars coram R. P. D. meo Marcomontio prætenderet manutentionẽ in possessione bonorum, de quibus agitur, propter illius infirmitatem, dubitaui, cui esset dandum mandatum de manutenendo.

Et Domini supradictã dis censuerunt, illud esse concedendum Vincentio, † de cuius possessione constat ex Instrumento illius adeptionis mediante Iudicis auctoritate, *l. iuste possidet. & ibi not. ff. de acq. poss. Ang. in l. qui vniuersas, §. Item cum prætor. in fine. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Roman. num. 3. vers. 20. Seissell. num. 3. Ias. num. 20. ff. de acq. poss. & fuit sæpissime in Rota decisum.*

2 Nec subsistit, † quod dicebatur, A. C. nulliter, & iniustè processisse, adeo non priuasse possessores sua possessione.

Quia fuit responsum, contrarium colligi ex eisdẽ actis, ex quibus patet, seruatis seruandis fuisse processum ad huiusmodi Immissionem, citato Lucio dictorum bonorum possessore, ac docto de credito Vincentii, nec non probata possessione Modestæ, quæ pro releuatione Vincentii eius fideiussoris omnia eius bona obligauit, & hypotecauit, & sic probatis omnibus requisitis ad obtinendum in Saluiano, 3 † de quibus per *DD. in §. item Seruiana, & ibi præalus Aret. in Institut. de act. Bart. & alij in l. 1. ff. de Sal. Interd. Rol. cons. 14 num. 13. lib. 1.*

Non obstat, quod pro parte heredum Adriani dicebatur, Lucium tunc nõ possedisse, ex quo eius possessio fuerat in ipsum Adrianum translata per deliberationem de istis bonis *sibi à Iudice factam cum clausula constituti.*

Quia præter id, quod repugnat confessioni ipsius Lucii, qui negari non potest, quin saltem post dictã deliberationem in detentatione istorum bonorum 4 remanserit, † quod sufficit ad huiusmodi effectum, *vt tradit Castr. in l. Aquilius. nu. 5. ff. de donat. Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 5. ad fin. & fuit decisum in causa Assisien. bonorum 24. Ianuarij 1600. coram Illustrissimo . . . . .*

Pro responsione fuit dictum de hac deliberatione Iudici non constasse, nisi post eius sententiã quo fit, vt non possit propterea eius sententia redargui 5 de notoria iniustitia, † quæ debet deduci ex eisdem actis, *Franc. in cap. dilecto. qu. 55. in fin. de appellat. Cerne. cons. 10. num. . . vers. acta lib. 4. & fuit resolutũ in causa firmana bonorum. 8. Aprilis 1585. coram Bubalo.*

Præterea fuit dictum, per huiusmodi deliberationem etiam cũ clausula cõstituti nõ fuisse in Adria6 num translatam aliquam possessionem, † quia per constitutum à Iudice appositum non transfertur possessio, *vt notat omnes in l. 1. ff. de acq. possess. & post alios latè tradit Tiraq. de Iur. const. possess. lim. 17. num. 1.*

Et ex hoc etiam cessat, quod dicitur de constituto apposito à Procuratore ipsius Lucii, vltra quod iste Procurator habet tantum mandatum ad lites 7 † quod non est sufficiens ad transferendam possessionem, nisi fuerit ad hoc speciale, *Bart. in l. 1. col. pen. nu. 4. vers. quæro, pone quatuor. ff. de acq. poss. quẽ ibi sequantur alii, & in specie Ias. col. fin. sub nu. 107. Soc. cons. 229. sub num. 8. vers. sed difficultates. lib. 2. Tiraq. de const. limit. 13. num. 11.*

Nec facit, quod mandatum sit cum libera gene8 rale, † quia ista clausula restringitur ad lites supra expressas, ita vt hæc libera potestas non possit egredi fines præmissorum, *c. qui ad agendum. de Procur. in 6. Alex. cons. 22. nu. 10. lib. 1. Ruin. cons. 59. num. 3. lib. 5. & fuit resolutum in causa yariminen. Censas 1. Iulij 1588. coram Seraphino.*

Non obstat, quod d. Lucius postea corã A. C. produxerit Instrumentum d. subhastationis, & deliberationis, & sic tacitè eam ratificauerit.

Quia dicta productio fuit facta per compulsum 9 † quæ propterea non operatur ratificationem, *Felin. in c. cum venerabili. sub num. 23. de except. Rot. decis. 3. de fid. Instr. in nou. & fuit pluries decisum.*

Nec obstat allegata locatio, quæ dicitur per Adrianum de istis bonis facta.

Quia est simplex locatio, nec probatur effectuata, 10 † quæ propterea non probat possessionem, *c. inter dilectos. in fin. & ibi omnes. de fid. Instr. DD. in l. qui vniuersas. §. qui per colonum, & in l. quamuis. §. si conductor ff. de acq. poss. Ruin. cons. 47. nu 4. lib. 4. Gozad. cons. 94. nu. 5. & 7. cum alijs per Gabr. de loc. & cond. concl. 4. num. 1.*

Et ex his Domini dixerunt, mãdatum de manutenendo non posse dari hæredibus Adriani, qui, vt di11 xi, numquam possedit, † nec, quatenus possedisset, posset dici translata in hæredes possessio absque appræhensione, *l. cum hæredes. vbi omnes. ff. de acq. poss.* quod procedit etiam in suis hæredibus, *vt per Bart. in l. cum miles. ff. ex quibus caus. maior. Parisi. cons. 1. num. 180. lib. 1. cum alijs latè congestis per Tiraq. in tractat. le mort. saisit le vif. in præfat. declar. 3. num. 6.*

Nec valeat exceptio retentionis per dictum Lucium opposita ratione legitimæ debitæ Portiæ eius vxori in bonis Balthassaris patris

Quia, vltra quod per Iudicem fuit sibi ex istis bonis relicta portio sufficiens pro legitima, cum d. Balthasar fuerit post condemnationem restitutus à summo Pontifice, & adhuc viuus, non potest ab eius

filia

12 filia prætendi aliqua legitima, † quæ ei non debetur viuente Patre, *vt nos. Bal. per illum tex. in l. si quando. §. illud. C. de inoff. testam. Bar. in l. fin. ff. de liber. agnos. & in l. post emancipationem. §. illud. ff. de lib. leg. Dec. cons. 438. num. 10.*

Quo vero ad Boncambium, similiter fuit dictum non posse ei dari manutentionem, quia non constat
13 de aliqua eius possessione, † sine qua non datur manutentio, *Alex. cons. 4. num. 1. circa fin. lib. 2. Couar. pract. q. cap. 17. num. 3.*

Et ita fuit decisum.

Corduben. Dimidiæ Portionis

R. D. P. Merlino

Lunæ 1. Iulij 1630.

S V M M A R I A.

1 *Factum positiuum pro obedientia vbi requiritur, non satisfacit sola patientia.*
2 *Oblatio soluendi facta liquidatione præparitione requiritur quo ad fructus non liquidos.*
3 *Contumacia positiua ad paritionem effugiendā quomodo probetur. & num. 5.*
4 *Recursus ad Iudices laicos habitus præsumitur ad instantiam eius, cuius interest.*
6 *Declaratoria dari debet stante contumacia in non parendo, vel contemnenda, & num. 8.*
7 *Contumacia, & inobedientia graue delictum est, & deterrimi exempli.*
8 *Ampl. præsertim quæ ex contemptu proficiscitur, & alios ad contemptum prouocat.*
9 *Spretis mandatis actum est de Iurisdictione Ecclesiastica.*

Decisio CXXI.

Domino Ioanne Rubio solum informante resolutum fuit, dandam esse declaratoriā contra Capitulum. Emanatis enim quatuor decisionibus, & tribus sententijs Rotalibus fuerunt expeditæ literæ executoriales, terq; intimatæ Capitulo, ac reproductæ, & demum seruatis quatuor terminis solitis non fuit doctum de paritione positiua, prout saltem respectu expensarum in mandato
1 taxatarum necesse erat. † Hæc enim restitutio, cum factum respectu Capituli pro obedientia mandati Rotalis exposceret, sola patientia non satisfecit, sed Capitulum positiue de actuali traditione docere tenebatur, *iuxta tradita per Seraph. dec. 1113. num. 3. & in recent. dec. 478. par. 2. & in Leodien. Canonicatus S. Pauli 8. Aprilis 1624. coram me.*

Amplius etiam quoad possessionem ipsius Dimidiæ Portionis requirebatur eadem paritio, quoniā, cum à nemine detineretur, & à solo Capitulo tradi deberet, eiusdem Capituli partes erant obediendo sententiis Rotalibus introducere Procuratorem D. Ioannis instantem in ipsam possessionem, & in illa eumdē manutenere. Et itidem etiam quoad fructus
2 liquidos. † Quo vero ad non liquidos opus fuisset, quod Capitulum obtulisset solutionem facta liquidatione, *iux. dec. 1. Achill. de sent. excom.* & sic pro his patientia non satisfecit, sed factum positiue requirebatur.

3 Verum immo, † & de positiua contumacia Capituli constare Domini censuerunt: Quia recursus habitus fuit ad Iudices laicos pro impedienda executione literarum executorialium Rotæ: qui quidē
4 † recursus præsumuntur habiti ad instantiam Capituli, cuius intererat hoc impedimentum, *ad c. consuluit. II. primo de testibus. Card. Seraph. dec. 1094. & fuit dictum in Vicetina Cantoria. 4. Iulij coram Litta, & in Burgen. Abbatiæ de Salas 20. Nouēbris 1613. coram bo: me: Vbaldo.*

Neq; Capitulum excusari posse videtur à paritione, eo quod executoriales fuerint per Consilium
5 Regium ablatæ: Tum quia huiusmodi † ablatio fuit per ipsum affectata, & procurata, tum quia literis executorialibus per Consilium Regium restitutis adhuc Capitulum renuit executioni. Et certe Rota à Capitulo consuetam pietatem, & reuerentiam erga literas Apostolicas desiderauit in hoc negocio, cum nedum tot subterfugiis paritionem protrahere tentauerit, sed etiam Notarium exhibentem literas Rotales, & decreta Consilii de illis exequendis, & instantem pro executione acrioribus verbis impediuerit. Ex quibus vndequaque constat de contumacia
6 Capituli, & † cōsequēter denegari non debet declaratoria, *Cassad. dec. 6. de cauß. poss. & propr. Cresc. dec.*
7 *1. de sequestr. possess.* Graue † enim delictum, & deterrimi exempli est inobedientia, & contumacia, *gl. in cap. duo sunt. 96. distinct. Abb. in cap. 1. num. 10. & ibi Rip. num. 29. de iudic. Couar. in c. Alma mater. par. 1.*
8 *§. 6. num. 3. de sent. excom. in 6.* † vt potè quæ ex contemptu proficiscitur, & alios ad contemptum pro-
9 uocat, & ideo censuris coercenda, † spretis enim mandatis actum est de iurisdictione, & regimine Ecclesiastico.

Et ita D. Ioanne tantum informante resolutum fuit, parte verò Capituli sæpius citata informare recusante &c.

Manzanedo

Eluen. Camerariæ

Veneris 10. Decembris 1610.

S V M M A R I A.

1 *Possessor dicitur reus, & non grauatur onere probādi, sed actor probare debet, & num. 4.*
2 *Limit. secus vbi iam actor suam intentionem fundauit.*
3 *Subrogatus in possessionem resignantis per actualem apprehensionem acquirit qualitates possessionis resignantis.*
5 *Resignatarij possessio capta in vim gratiosæ subrogationis non dicitur noua possessio, sed continuatio possessionis resignantis.*
6 *Reo, & possessori incumbit onus probandi, vbi illi resistit ius. lim. vt num. 10.*
7 *Beneficium regulare non est conferendum nisi Regulari professo eiusdem regulæ.*
8 *Beneficium regulare requirit personalem residentiā.*
9 *Beneficia regularia possunt auctoritate Apostolica in Commendam dari etiam Clerico seculari.*
11 *Probare quis non debet, quæ non spectant ad fundandum suam intentionem.*
12 *Titulorum pluralitas datur in beneficialibus.*
13 *Dispensatio obtinendi per Clericum secularem Beneficium regulare in Commendam dicitur palliata.*
14 *Reus possidens vigore dispensationis tenetur illam iustificare.*

Decis.

Decisio CXXII.

Proposito dubio 17. Maii, & 28. Iunii præsentis anni, Cui incumberet onus probandi Dominorum suffragia in diuersas sententias tenderunt, ex quo semel, & iterum fuit dictum, Non liquet. Vnde hodie eodem dubio reproposito, & vtraque parte Informante fuit capta resolutio contra Monasterium, & quod illi onus probandi incumberet, cum Franciscus sit possessor legitimus immissus Iudicis auctoritate vigore tituli Canonici, nempe literarum Apostolicarum gratiosæ subrogationis, 1 quarum etia requisita iustificauit, & sic † tanquam possessor est Reus, & non grauatur onere probandi, *tex. in l. 2. ff. de prob. l. actor. C. eod. tit. & not. in c. sint manifesta. 12. q. 1. & in cap. nulli. ead. caus. quæst. 5.* & in specie, quod non teneatur ad iustificationē suæ gratiæ, *est dec. 593. in fin. par. 3. diuers.* & intrat conclusio, quod actor, non vero reus, & possessor teneatur suscipere onus probandi, ex superius adductis, *& fuit hæc dictum coram me in vna Vicen. Parochialis 16. Nouembris 1611.* vbi concluditur, Capitulum esse reum, quia possessorem, & sic onus probandi spectasse ad aduersarium. Quæ magis procedunt, cu Franciscus non nitatur sola possessione, sed predicto titulo Apostolico gratiosæ subrogationis, quam cum iam iustificauerit, satisfecisse videtur re- 2 gulæ ex aduerso adductæ, quod, † quando actor suam intentionem fundauit, teneatur reus, & possessor suā exceptionem, seu titulum iustificare, *l. quinquaginta. ff. de prob. Bald. in l. frustra. in prima appositione C. eod. tit. Aym. cons. 226. num. 6. tex. in l. si quidem. C. de except. glos. in l. exceptionem. C. de prob. & vtrobique Doct. Bellam. decis. 76 num. 3. vers. tenetur enim reus, & fuit dictum coram bo. me: Orioleu. in Cæsaraugustana Parochialis 14. Nouembris 1583. & coram Cardinali Paphilio in Firmana Beneficij 13. Maij 1596.* Vlterius, quia, cum Franciscus fuerit subrogatus in possessionem Balthassaris sui Resignantis, qui erat 3 plusquam decennalis possessor, & † per hanc subrogationem subsecuta reali appræhensione, possessionis per Frāciscum qualitates possessionis dicti Resignantis transierunt in subrogatum, *vt fuit dictum in vna Braccharen. Beneficij de Padronello 27. Maii* 4 *1605. coram R. P. D. meo Sacrato*, videtur, quod † sicut contra Balthassarem Resignantem, si Monasterium agere voluisset, atq; illum repellere à possessione Camerariæ, sine dubio Balthassar non fuisset grauatus onere iustificandi suam gratiam, sed ad Monasterium spectasset ostendere defectum tituli ipsius, *ex Abb. in cap. cum venissent, numer. 8. de instit. & ibi Imol. nu. 19. & Butr. nu. 12. Capyc. dec. 189. nu. 10.* ita etiam videtur dicendum in Francisco Resignatario, qui nititur non resignatione, aut titulo Commendæ, sed simpliciter subrogatione specialiter expedita ad possessionem Resignantis, vt, si Monasterium velit illum excludere, debeat ostendere defectum tituli, non autem petere ab illo, quod iustificet suam gratiam, *ad trad. per Cassad. dec. 1. n. 3. vt lit. pend. Mohed. dec. 9. eod. tit. Put. dec. 214. lib.* 5 *1.* cum † possessio Resignatarii capta in vim gratiosæ subrogationis non dicatur noua, sed continuatio illius met, quam habebat Resignans, *Tiraq. in tract. le Mort. Saisit. par. 2. decl. 6. numer. 10. & est decisio Paleotti in vna Perusina Parochialis Sanctæ Crucis 24. Decembris 1557. & fuit dictum in vna Braccharen. Beneficii de Pandnoncllo, & in allegata Salamantina Beneficii.*

6 Quibus non obstat, † quod data iuris resistentia incumbat onus probandi Reo, & possessori, *notant communiter Scrib. in cap. vt vnusquisque de pecul. Cleric. & in c. cum in officiis, de testam. & in c. ex intimatione. de procur. & in c. constitutus, de circl. & ibi Innoc. & est glos. in l. siue possidetis. in verb. facti sunt. C. de prob. communiter recepta, teste Curt. Iun. cons. 9. num. 3. & Calder. cons. 10. de prob. num. 1. in fin. & num. 2. Oldrad. cons. 256. num. 2. Card. cons. 69. num. 5. & seq. & fuit dictum in vna Cæsaraugustana decimarum 3. Iulii 1577. coram bo. me. Cardinali Serapbino.* Resistentia autem iuris, & sic fundata intentio Monasterij contra Frāciscum obijciebatur ex eo, quod, 7 † cum illa Cameraria sit Beneficium Regulare, nō sit conferenda nisi Regularibus Professis eiusdem Monasterij, *tex. in cap. cum singula. §. prohibemus. de præb. in 6. & ibi Doct. Henric. Bosch. in cap. dilectus. 2 num. 3. vsq. ad 8. de concess. præb. & in c. Abbate Sa. de verb. signif. num. 11. Præposit. in c. nullus. num. 4.* 8 *61. distinct.* Item & ex eo, † quod ista Cameraria requirat personalem residentiam, cum sit regularis, *ad tex. in clem. 2. § cæterum. & ibi Vitalin. num. 6. de stat. Monach. Eclyp. in c. cum omnes. num. 34. vers. quartus casus est. de constit.* & Franciscus narrauerit in sua gratia, Commendam esse beneficium simplex personalem residentiam non requirens. Quia 9 fuit satisfactum negando, quod ius resistat, † quia Beneficia regularia possint dari auctoritate Apostolica in Commendam Clerico Seculari, nec minus resistit possessioni Francisci captæ prædicta auctoritate Apostolica vigore tituli subrogationis gratiosæ productæ in actis, & iustificatæ, & quamuis cōmenda nō fuerit iustificata, nihil Frācisco interest, cū ipse nec illa vtatur, nec illā allegat, nec petat ca- 10 nonizationē illius, sed absolutoriā, † ad quam sufficit ostendere suam possessionem non habere resistentiam iuris, & esse legitime, & iuridice apprehen- 11 sam, † nec debet cogi ad probandum, quæ non spectant ad fundandum suam intentionem, *Oldrad. cons. 229. nu. 3. Eg. d. d. dec. 76. num. 4. & 5.* Et ad narratiuam de non requisita residentia personali fuit responsum, istam narratiuam non legi in titulo Francisci gratiosæ subrogationis quo ipse nititur, nec vsq; dū produxit aliquem titulum Commendæ cum dicta narratiua; Et quando Monasterium detegerit vitiū possessionis Francisci per inualiditatem tituli, seu prouisionis sibi factæ, tunc Franciscus poterit probare suam Commendam sine dicta narratiua, cum 12 † in beneficialibus detur pluralitas titulorum, & & possit quis dicere, hunc non esse meum titulum, vt sæpius fuit dictum. Ex quibus infertur responsio ad illud, quod, seu Franciscus possideat vigore gra- 13 tiæ dispensatiuę, nempe Commendæ, quæ † est quędam palliata dispensatio, *Cassad. decis. 5. num. 14. de priuil.* intrant prędicta *Consilia Calder. & Oldrad.* 14 dicentia, quod † reus possidens vigore dispensationis illam tenetur iustificare stante resistentia iuris communis, quia negatur Franciscum vigore Commendæ, sed tantum gratiosæ subrogationis iam iustificatæ possidere, cum non resistat ius ex supradictis. Et quamuis prædicta doctrina elicitur ex prędictis consulentibus, & in se sit vera, illi tamen non dicunt, quod vltra titulum necessarium ad iustificādum possessionem teneatur possessor alium titulum iustificare, quo ipse minime vti intendit.

Ex quibus sic resolutum fuit &c.

Eminentiss. D. Card. Pamphilio

Romana Canonicatus S. Marci

Veneris 25. Februarij 1611.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo datur possidenti de tēpore motæ litis.*

2 *Pos-*

2 *Possessio ciuilis amissa censetur ex possessione naturali alterius per decennium, & vltra.*

3 *Etiam non probata scientia occupationis alterius.*

4 *Possessio ciuilis amittitur minori spatio decennij, & per modicum tempus, vbi concurrit scientia occupationis alterius.*

Decisio CXXIII.

FVit per Dominos resolutum, mandatum de manutenendo in possessione Canonicatus, de quo agitur, esse dandum Flaminio, 1 † de cuius possessione constat de tempore motæ litis, *§. retinendæ. & ibi Io. Fab. num. 16. inst. de interd. l. 1. §. huius autem, & ibi Bart. in §. quod ait. num. 14. ff. vti possid. Couar. pract. q. cap. 17.* Non obstante anteriori possessione Sigismundi, quam dicit saltem ciuiliter 2 continuasse, † quoniam spatio decem annorum, & vltra, quibus Flaminius naturaliter possedit, censetur ammissa, *l. si de eo, §. si forte. ff. de acq. poss. gl. in l. licet. in vers. temporis iniuria. C. eodem tit. Abb. in c. contingit. num. 14. de dol. & contum. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 23. de caus. poss. & propriet. Aym. cons. 235. num. 1. Beniutend. dec. 10. num. 2. Put. dec. 276. lib. 1. & fuit resolutum in causa Maceraten. hæreditatis 15. Decembris 1595. coram bo. me. Card.* 3 *Pamphilin.* Nec † hoc casu visa fuit necessaria probatio scientiæ occupationis Flaminij, quia in sola negligentia decennali inducitur obliuio, & possessio præsumitur habita pro derelicta, quæ propterea amissa censetur, *l. si de ea, §. si forte, & ibi not. ff. de* 4 *acq. poss. cum alijs supra allegatis*, nam † quando concurrit scientia alterius occupationis non requiritur decennium, sed per modicum tempus amittitur possessio, eo quia suspicatur se posse repelli, *l. quamuis, & l. quod meo. ff de acq. poss. & bene post alios distinguit Aym. d. cons. 235. sub num. 1.* Vltra quod Dominis videbatur admodum crassa allegata ignorantia Sigismundi, qui de propria obligatione tenebatur in suo Canonicatu residere, & de eo curam haber e ex latè adductis per Dominum Spadam.

Nec in contrarium facit *decisio in causa Cordubē. Cappellaniæ 26. Martij 1603. coram Reuerendissimo Domino Attrebaten.* quia ibi non interuenerat cursus decem annorum, nec fuerat doctum de scientia possessionis per alium occupatæ, nec in ea dicitur quod vbi adest lapsus decennij, sit necessaria huiusmodi scientia, & ideo secundum prædictam distinctionem est intelligenda, vt bene deducunt Informantes pro Flaminio, cum quibus Domini transierunt &c.

Ortembergo

Perusina Bonorum

Lunæ 6. Iunij 1611.

S V M M A R I A.

1 *Sententia debet scribi, oretenus proferri, & publicari eadem die, qua lata est.*

2 *Dies in aperitione cedulæ sententiæ extra diem citationis non adnotatur, sed retrotrahitur ad diem citationis, & prolationis.*

3 *Clausula, Arbitrio, operatur, vt recedatur à rigore iuris, & æquitas attendatur.*

4 *Nullitatem allegare non potest is, cuius culpa commissa fuit.*

Decisio CXXIV.

IN termino citationis ad sententiam, qui cadebat sub die 20. Decembris, fuit pronunciatum, prout in cedula, legitur autē, quod fuerit aperta die 6. Martii anni sequentis, & successiuè intimata 16. eiusdem; vnde apparet præposteratio, quæ vi- 1 tiat sententiam † cum sententiæ primum scribi, & deinde oretenus proferri, eodemque die publicari debeant, quo fuerint latæ, *l. 2. & 3. C. de sent. ex breu. recit. & cap. fin. de re iud. in sexto* & propterea, quamuis de stylo Rotæ pronunciari soleat, prout in cedu- 2 la, tamen † obseruatur, vt Notarius dicat, se tunc cā de facto legisse, & in aperienda cedula non consueuit apponi dies, sed simpliciter, ita vt referatur ad diē prolationis sententiæ, *vt in Tiburtin. Archidiaconatus, quæ est 705. par. 3. diuer. & in Fauētina successionis 12. Nouembris 1602. coram Reuerendiß. Pacē-sc.* Cum autem fuerit aditum ad signaturam, & obtentum mihi committi, vt procederem ad vlteriorem executionem, reiecta huiusmodi nullitate, arbitrio Rotæ. Proposito dubio, Domini censuerunt 3 locum esse arbitrio, nam † attenta huiusmodi clausula, recedendum est à rigore iuris, & æquitas attendenda, *Crescent. dec. 4. num. 3. de testib.* & ita in proposito suadebat ipsa facti qualitas fuit enim lata sententia, eiusque notitia aperta ad instantiam Monasterij, & ad instantiam Monasterij, & ad instantiam 4 Sindici, eiusdem intimata. Ideoque † nec hanc nullitatem allegare potest per viam exceptionis, quæ ipsius culpa commissa fuit, *l. 1. §. omnes. in fin. ff. de ventre inspic. Rol. cons. 52. num. 15. & seq. lib. 4* & quidem tanto magis, postquam detecta est iustitia sententiæ per complures decisiones, & exaduerso latagitur, vt causa immortalis reddatur &c.

Manzanedo

Neapolitana Iuris Conferendi

Sabbati 26. Nouembris 1611.

S V M M A R I A.

1 *Episcopus fundatum habet intentionem de iure cōmuni quoad ius conferendi, & possessionem Ecclesiarum, & Beneficiorum intra eius Diœcesim, & ex hoc competit illi manutentio, etiam alio non probato.*

2 *Manutentio competit existenti in possessione.*

3 *Iura in forma non probant, nec legitime compulsata non probant.*

4 *Conferendi quasi possessio non acquiritur ab inferiori contra Episcopum ex admissione resignationis, de cuius effectuatione non constet.*

5 *Conferendi quasi possessio inferioris deducta ex admissione resignationis vnius Beneficii vltra illud non extenditur.*

Decisio CXXV.

VAcante Beneficio Primiceriatus nuncupati in Ecclesia S. Thomæ in Capuano Diœcesis Neapolitanæ D. Archiepiscopus illud contulit Didaco Genuino, Rector autem eiusdem Ecclesiæ prætendens ad se illius collationem pertinere illud contulit Fabritio Grazelle, & eidem Archiepiscopo inhiberi curauit, Vndè dubitaui, An D. Archiepiscopo sit dandum mādatū de manutenēdo,

Et

Et Domini eo solum informante affirmatiuè respóderunt, tùm quia, † cum dicta Ecclesia, & Beneficiú consistat intra eius Diœcesim, ipse habet in iure communi fundatam intentionem, *c. omnes Basilica. 16. q. 7. & fuit pluries resolutam*, cuius vigore competit manutentio etiam alio non probato, *Verall. dec. 306. num. 1. & n. par. 1. & decis. 201. par. 2. Rot. diuers. dec. 145. num. 6. par. 2. & in his terminis fuit dictum in vna Portugallen. Iuris præsentandi 3. Nouembris 1599. coram bo. me. Episcopo Pacen. & in Bononien. de Sancto Petronio 23. Aprilis 1595. corā Illustrissimo Mantica, & in alijs.* Tùm etiam quia cōstat de pluribus collationibus moderni Archiepiscopi, eiusque antecessorum de beneficijs in eadem Ecclesia Sancti Thomæ, & vltimo statu, ex quibus, † cum sit in quasi possessione Iuris conferendi, illi competit manutentio, *ad tex. in §. retinendæ. Inst. de interd. cum similibus.*

Nec obstat quædam admissio resignationis facta per Rectorem, quia, vltra quod † non est in forma probanti, nec legitime compulsata, ideoq; non probat, *Rot. dec. 36. & dec. 42. de prob. in antiq.* non probatur effectu ita, † quo casu non releuat, *Put. decis. 136. in fin. lib. 3. & fuit resolutam in dicta Bononien. Sancti Petronij 26. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Mantic.* Et quamuis de dicta admissione legitime constaret, non obstaret, quin Domino Archiepiscopo sit danda manutentio in alijs, quia, † cum Rectori ius resistat, quasi possessio inducta per illum actú non extenderetur vltra illud beneficium resignatū, *vt in terminis Put. dec. 316. nu. 1. lib. 2. & fuit dictum in vna Rauennaten. Bonorum 21. Iunij 1596. coram bo: me: Cardinali Pamphilio, & in supradicta Bononien. coram Illustriss. Mantica &c.*

Manzanedo

Vercellen. Dismembrationis

Luna 5. Decembris 1611.

SVMMARIA.

1. *Possidenti de tempore motæ litis datur manutentio.*
2. *Possessio posterior censetur clandestina, & vitiosa, & non est manutenibilis.*
3. *Clausula,* Vocatis vocandis, *facit Executorem mixtum, & vt teneatur partes Iudicis assumere, & procedere eam citatione, & eo magis si adsit etiā clausula,* Dummodo assensus N. accesserit.
4. *Mandatum factum pro porrigenda supplicatione, qua fuit reiecta, censetur tacitè reuocatum cessāte eiusdem mandati causa.*
5. *Iudex ritè, & rectè non procedens possessori nō præiudicat.*
6. *Manutentio dari potest vni in possessione percipiēdi fructus, & alteri in possessione tituli.*

Decisio CXXVI.

INstantibus R.R. P.P. Eremitis Camaldulen. Diœcesis Taurinen pro Dismēbratione Prioratus B.M. loci de Bagnoli Diœcesis Vercellensis à Monasterio Sancti Michaelis de Clusa Ordinis Sancti Benedicti dictę Diœcesis Taurinen. illumque vniri dictis Eremitis, fuerunt de anno 1605. per Sanctissimum D.N. & ipsius Breui dictis Eremitis applicati tantum fructus eiusdem Prioratus per spatium octo annorum, quæ applicatio fuit sortita effectum, & dicti Eremitæ, per aliquot annos dictis fructibus pacificè gauisi sunt. Postea vero iterùm conati sunt à Sanctissimo dictam dismembrationem istius Prioratus obtinere, & quod ipsius, & ipsorum Eremo vniretur, prout de anno 1608. illud obtinuerunt, & fuerunt expeditę literæ in forma directę Vicario Vercellensi, Quarum vigore prædictus Vicarius ad illarum executionem processit, & ad prædicti Prioratus dismembrationem, & vnionē respectiuè dictis Eremitis illius possessionem tradendo. Attamen, quia prædicti Monachi non se habuerunt pro spoliatis, quin potius à prædictis legitime appellationem interposuerunt, & causam à Sanctissimo mihi in Rota committi obtinuerunt, Dubitaui, an dictis Monachis Sancti Michaelis mandatum de manutenendo in possessione dicti Prioratus esset concedendum, & Domini affirmatiuam sunt amplexi, cum de illorum possessione de tempore litis motæ nullatenus inter partes controuertatur, & ex tenore earumdem literarum Apostolicarum, & confessione Eremitarum in precibus illarum facta satis elici videbatur, vnde † intrat dispositio iuris pro dictorum Monachorum manutentione, *ad tex. in §. sed hodie. Inst. de interd. l. 1. §. huius autem. ff. vti possid. Bart. in l. ait Prætor. §. quod ait. nu. 2. & num. 14. ff. eod. Couar. pract. cap. 17. num. 3.*

Quibus non obstat possessio per dictum Vicarium Eremitis tradita, † quia tamquam posterior censetur clandestina, & vitiosa, *ad tex. in cap. licet causam de prob. & ibi Doct. Menoch. de retin. remed. 3. num. 725. Beniut. dec. 42. num. 4.* Vnde non est manutenibilis, *Rot. dec. 324. num. 2. & 363. nu. 1. par. 1. diuers.* Nec facit à Iudice, & Executore dictarū literarum dictos Eremitas fuisse missos in possessionem, cum talis † Executor per clausulam in literis appositam, *Vocatis vocandis &c.* esset mixtus, & teneretur partes Iudicis assumere, & citare dictos Monachos possidentes, *ad tex. in cap. licet Episcopus. & ibi glos. verb. te non vocato. de præb. in 6. c. exhibita. de iudic. Oldrad. cons. 127. nu. 2. Calder. cons. 4. de dilat. Felyn. in c. fin. num. 13. & seq. de præsumpt. Rot. in nou. dec. 30. de rescript. & in decis. 20. in princ. par. 1. diuers.* Quæ eo magis procedunt stante alia clausula in eisdem literis, *dummodo assensus dicti Monasterij accedat*; quod tantū abest, quod accesserit, quod nec de illo constat, quin & Monachi in tempore reclamarunt, & appellarunt, causamq; committi fecerūt. Nec talis assensus potest elici ex mandato procuræ, ab eisdem Monachis dato de anno 1605. pro prima supplicatione Sanctissimo porrecta, quæ ab ipso fuit reiecta cum concessione simplicis applicationis fructuum per dictos octo annos tantum, Vnde † tale mandatum censetur tacitè reuocatum, cum causa mandati cessauerit per dictum Breue applicationis fructuum, *ad not. per gl. in l. qui mutuam. §. non ideo minus. ff. mand. & per Io. Andr. in c. penult. & ibi Gemin. num. 3. & Franc. num. 2. de procur. in 6. & faciunt notata per Imol. in clement. 1. num. 22. de præb. & per Illustriss. Mantic. de tac. & ambig. lib. 7. tit. 22. num. 14. & seq.* Vnde ex tali mandato non poterat elici consensus Monachorum requisitus in vltimis literis, & per consequens Iudex nec rectè, nec ritè processit, sicque † non potuit præiudicare Monachis in illorum possessione, *Rot. dec. 802. num. 7. par. 1. diuers.* & tandem in memoriali in hac positione pro parte Eremitarum dato ipsi † acquiescunt huic manutentioni ad fauorem Monachorum, sine præiudicio tamen primæ possessionis, quam habebant percipiendi dictos fructus per octo annos vigore primi Breuis, cui Domini nullatenus præiudicare intendunt, sed tantummodo in possessione Prioratus vltimo loco per dictum Vicarium non rectè, nec ritè Eremitis tradita, Monachos hodie manutenere ex supradictis.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Perusina Domus

Lunæ 23. Ianuarii 1612.

S V M M A R I A.

1 *Manutētio ad instar interdicti retinendæ datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Inhibitio Rotalis causat attentata.*
3 *Attentatorum reuocatio habet vim retinendæ.*
4 *Executio facta in re per tertium possessa, illo non citato, est nulla, etiam quod tertius possessionem cepisset lite pendente, nisi ex actis hoc constet, & quod habeat causam à litigante, & nulla ei prorsus defensio competat.*
5 *Mandatum procuræ expirat per mutationem personæ procuratoris.*
6 *Processus per contradictas est inualidus legitima citationē non præcedente.*

Decisio CXXVII.

FVit resolutum, Reuerēdissimo Domino Episcopo dandum esse mandatum de manutenēdo, de eius enim possessione constat in ipsa appræhensione facta per Dominum Signorellum eijciendo prædictum D. Episcopum, & ideo ei non 1 potest denegari manutentio, quæ † ad instar interdicti retinendæ conceditur possidenti de tempore litis motę, *§. hodie. Instit. de interd. Bart. & Doct. in l. 1. ff. vti possid.*

Non obstat, quod dictus Reuerendiss. D. Episcopus fuerit eiectus de mandato Iudicis, quia contra ipsum non poterat fieri talis executio, tum quia emanauerat inhibitio Rotalis, quæ fuerat obtenta vigore commissionis impetratæ super melioramen-2 tis, quæ † quidem inhibitio causat attentata, *Achil. 3 dec. 29. de appellat.* † quorum reuocatio habet vim retinendæ, *Oldrad. cons. 206. num. 4. vers. num autem.* 4 tùm etiam quia † ad hoc, vt possit fieri executio cōtra D. Episcopum, etiam quod cępisset possessionē lite pendente, requirebatur, quòd ex actis de hoc constaret, & quod haberet causam à litigāte, & nulla ei prorsus defensio competeret, alias citare debuisset, vt eo citato liquidarentur necessaria. Et propterea cum Dominus Episcopus non fuerit citatus, executio remanet nulla, & nullum ei fuit illatum præiudicium, *Franc. in cap. ex ratione num. 92. vers. & adde de appell. Gabr. cons. 31. num. 10. & 20. lib. 2. Natt. cons. 381. num. 4. lib. 1. Menoch. cons. 319. nu. 12. in fin. lib. 4. Modern. Eug. cons. 20. num. 49. lib. 1.*

Non obstat quod fuerit citatus R. P. D. Io: Antonius Fucciosus Procurator eiusdē Domini Episcopi, quia, cum per S. D. N. fuerit factus Secretarius 5 Sacræ Consultæ † per mutationem personæ expirauerat mandatum, *Bal. in l. mandatum num. 29. & seq. C. mand.* minus etiā releuat citatio per contradictas 6 quia, cum † non præcesserit legitima citatio, processus per contradictas nō sustinetur, *iux. dec. Mohed. 8. de fid. Instr. &c.*

Manzanedo.

Vercellen. Dismembrationis

Lunæ 2. Aprilis 1612.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, Vocatis vocādis, efficit Executorem mixtum, ita vt teneatur partes Iudicis assumere, & vocandum citare, aliàs nulliter procedat, nec priuet possessorem.*
2 *Possessor anterior ex retētione ciuilis possessionis venit manutenendus.*
3 *Mandatum quando censeatur reuocatum, & consūptum.*
4 *Dispositio hominis primo actu consumitur, secus in dispositione legis. Ampl. vt num. 6.*
5 *Limit. contrarium dicendum esse in primo actu nullo.*

Decisio CXXVIII.

INstantibus Eremitis reproposui istam causam super decisis in ea 5. Decembris anni proximè elapsi, vbi pro manutentione Monachis Sancti Michaelis de Clusa concedenda fuit conclusum, & Domini vtraque parte informante in decisis standū 1 dixere ex adductis in decisione, præcipue quia, † cū literę habeant clausulam, *Vocatis vocandis*, & Executor ex illis censeretur mixtus, & teneretur partes Iudicis assumere, vt in dicta decisione firmatur, debuit vocare pro dismēbratione facienda Monachos, quod cum non fecerit, nulliter processit, & sic non priuauit Monachos sua possessione, qui nec pro spo-2 liatis vnquam se habuerunt; Vnde † stante illorum anteriori possessione, & retentione ciuilis veniunt manutenendi, prout latiùs hæc iure comprobantur in d. decisione.

Eremitæ tamen principaliter impugnabant reuocationem mandati in decisione admissam ex eo, quod ab initio tātum fuisset supplicatum Sanctissimo pro applicatione fructuum ad aliquod tempus 3 non vero pro dismembratione, vnde † mandatum pro illa obtinenda datum, cum de illa actum non fuisset, videatur durare, quasi illo non fuerit vsus procurator vsque nunc, quando vltimo loco dismēbratio fuit petita, & obtenta, & illi per procuratorē in dicto mandato constitutum consensus adhibitus, quo stante non erat opus nouum consensum à Monachis requirere, prout in literis dismembrationis particulari clausula exposcitur, & requiri iubetur.

Cui obiectioni respondendum videbatur, semper verùm esse, quod ab initio fuit Sanctissimo petita dismembratio, & Sanctissimus renuit illam concedere, & tantum fructus per octo annos applicare Eremitis voluit, & licet ex supplicatione Sāctissimo porrecta tantum appareat de petitione fructuū applicationis, ex eo est, quia prius fuerat omnimoda dismembratio, & vnio denegata, & de illius anteriori petitione ex circūstantiis satis constare videbatur, tum quia ab initio non de applicatione tēporali fructuum, sed de omnimoda dismēbratione, & vnione fuit actum, vt apparet ex dicto mandato tunc per Monachos concesso ad petitionem Serenissimi Ducis Sabaudiæ mediantibus illius literis, tum etiam & constare videtur ex eo, quòd Reuerendissimus Germonius Procurator in dicto mandato constitutus 8. Octobris 1605. Dismembrationi expresse

presse consensum praestitit nulla mentione facta de dicta applicatione fructuum, quod si de illa tantum ageretur, frustra adhibendus fuisset consensus dismembrationi, & vnioni, fuit tamen adhibitus, vt facilius Pontifex animum inclinaret dictæ dismembrationis concessioni; cui cum Sanctissimus tunc non annuerit, præstatio dicti consensus nõ fuit sortita effectum. Ex quibus, & alijs videbatur satis apparere de petitione dismembrationis de tempore dicti consensus illi per D. Germonium adhibiti, & per consequens per illum actum extinctum, & consumptum fuisse dictum mandatum, quin, & reuocatum censeri ex adductis in dicta prima decisione, & ex subsequenti fructuum applicatione rem iam nõ posse dici integram, sed potius illius statum mutatum, ex quo etiam addicta in reuocationem infertur, *ad tradita per Socc. cons. 112. nu. 12. lib. 1. & per Dec. in*
4 *l. rogasti. §. si fugitiuus. num. 5. ff. si cert. pet.* & † cum simus in dispositione hominis, videtur illa primo actu consumpta, *ad tex. in l. bones. §. hoc sermone. & ibi not. de verb. signif. & tex. in l. vlt. §. fin. & ibi Cyn. C. de edend. Soccin. cons. 117. n. 5. vers. hoc etiam aperte. lib. 8. quod secus esset in dispositione legis, Tiraq. in*
6 *d. §. hoc sermone. limit. 15. num. 10.* Et quamuis † prædicta non procedant in primo actu nullo, & inualido, *iuxta Soccin. in l. hæc conditio filia. num. 5. ff. de condit. & demonstr. per illum tex. & per l. qui per salutem, & ibi gl. de iureiur.* hoc non applicatur casui nostro, in quo primus actus, nempe primus consensus per D. Germonium præstitus huic dismembrationi non fuit nullus, sed potius validus, quam-
6 uis non fuerit sortitus effectum; † quo casu consumitur dispositio hominis etiam in primo actu valido, non tamen effectum sortito, *vt notat in terminis Tiraq. d. §. hoc sermone. limit. 9. num. 6.*

Ex quibus plures ex Dominis pro reuocatione mandati tenebant; nontamen defuit, qui diceret hunc articulum ad petitorium esse remittendum, & sic resolutio pro dicta manutentione potissime fuit capta ex primo capite, quod stante clausula, *Vocatis vocandis*, Executor mitus processerit Monachis non vocatis, & sic nulliter, *vt supra*, & in prima decisione latius deducitur &c.

Reuerendissimo D. Coccino

Romana Stagni

Lunæ 6. Iunij 1612.

S V M M A R I A.

1 *Possessio amissa censetur propter occupationem alterius per taciturnitatem, non solum decennij, sed etiam modici temporis, quando antiquus possessor vidit alium possidere.*
2 *Possessio iure pignoris an sit manutenibilis.*
3 *Manutentio sine possessione non datur.*

Decisio CXXIX.

CReditores de Quinque de anno 1601. fuerũt Immissi in tres ex vndecim partibus stagni, de quo agitur, in quibus tribus partibus non potest controuerti, quin Laurentius, & filij fuerint in possessione, sed, cum postea creditores possederint, scientibus, videntibus, & tacentibus dd. Laurentio, & filijs, nõ potest dubitari, quin fuerit amis-
1 sa possessio, † cum tacuerint vltra decennium, cum etiam modicum tempus sufficiat, quando antiquus possessor vidit alium possidere, & tacet, *Alex. cons. 35. num. 12. lib. 6. Aym. cons. 25. nu. 1. & fuit dictum in causa Romana Canonicatus S. Marci 25. Februarij 1611. coram R. P. D. Pamphilio* Vnde negari non potest, quin creditoribus de quinque sit danda manutentio, *ad tex. in §. hodie. Instit. de interdict.*

Neque facit, quod respectu portionis filiorum de quinq; creditores videantur possidere iure pignoris, ex quo & ipsi creditores, & ipsi de quinq; consenserunt, fructus stagni poni ad creditum Laurentij,
2 tamquam perceptos ex pignore, † Vnde nulla potest considerari possessio, *l. pignori. 3. ff. de vsucap. & vsurpat. l. si seruus depositus. 22. ff. de noxal. l. si is, qui d. infitiado, de furt. l. possideri. § fi. ff. de Acquir. poss. late Christoph. de Paz. de tenuta seu remed. possess. c. n. num. 54.*

Quia nihilominus ex ista detentione debetur officio Iudicis manutentio in hoc statu detentationis, *gl. in l. 3. §. Creditores. in vers. non posse ff. vti possidetis Castr. in l. Aquilius Regulus. num. 5. ff. de donat.*

Non obstat, quod in Iudicio Immissionis filij Laurentij non fuerunt citati, & postea obtinuerunt mandatum de manutenendo. Quia postea dictũ mãdatum fuit reuocatum, & ipsi non appellarunt; vnde cum ex istis habuerint se pro spoliatis, & consenserint fructus, tamquam perceptos ex pignore, poni ad creditum Patris, hodie non possunt petere ma-
3 nutentionem † cum illa non detur sine possessione, *vt fuit ad propositum optime resolutum in causa Camerinen. pensionis 22. Iunij 1594. coram bo: me. Gyptio.*

E O D E M

Eadem

Veneris 11. Martij 1622.

S V M M A R I A.

1 *Locationes cum perceptione fructuum probant possessionem manutenibilem.*
2 *Possessio dicitur amissa ex positione fructuum perceptorum ad creditum alterius.*
3 *Pignus in re aliena constitui non potest.*
4 *Confessio procuratoris, quod res possessa spectet ad alterum, respicit dominium, non possessionem.*

Decisio CXXX.

FVit resolutũ creditoribus Laurentij de quinq; dandum esse mandatum de manutenendo, cũ de eorũ possessione constet de tempore motæ
1 litis ex pluribus locationibus cum perceptione fructuum, † ex quibus probatur possessio, *Rot. dec. 171. num. 1. & dec. 649. nu. 6. par. 2. in recent. Seraph. dec. 896. num. 1. & 2.* & propterea eis manutentio denegari non potest.

Non obstant locationes factæ per patrem DD. Pauli, & Tiberij pro se, & filijs, quia, si quæ fuit illa
2 possessio, † fuit amissa, cum dicti fratres obtinuerunt fructus huius stagni poni ad creditum Laurentij Patris tamquam perceptos ex pignore, & sic agnouerunt stagnum spectare ad Patrem saltem
3 quoad possessionem, † quia pignus in re aliena non potest constitui, *l. 1. §. 1. ff. de pignor. Negus. de pign. secundo membro secundæ partis num. 13. & 88.*

Non obstat confessio Procuratoris Creditorum, quod stagnum spectet ad dictos Paulum, & Tibe-
4 rium, quia quidquid sit de hac confessione, † respicit dominium, non autem possessionem.

Et ita conclusum &c.

Penia

Vrbeuetana Iurisdictionis Castri Prunelli

4. Julij 1612.

S V M M A R I A.

1 *Possidenti de tempore motæ litis datur manutentio.*
2 *Clausula constituti transfert possessionem, & quidē manutenibilem.*
3 *Donatio facta per matrem filio valida est.*
4 *Minor 25. & maior 14. ex Statuto Vrbeuetano obligatur ex contractu, in quo interueniat decretum Iudicis.*
5 *Minor puber obligatur contractu iurato.*
6 *Statutum præsumens contractum simulatum non habet locum in contractu iurato.*
7 *Simulationis exceptio opponi non potest stante iuramento.*
8 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes non impediunt manutentionem.*

Decisio CXXXI.

ROTA censuit Illustri Domini Comiti Francisco Polidoro dandum esse mandatū de manutenendo, † qui de tempore motæ litis erat in possessione exercendæ Iurisdictionis in castro Brunelli, *§. retinendæ. instit. de interd.*

Possessionem cum effectu probant testes, quibus accedebat clausula *constituti*, contenta in donatione Comiti facta à Domina Ludouica Marciana matre, & eius filijs de Polidoris, nam † vigore dictæ clausulæ in D. Franciscum donatarium fuit possessio translata, *l. quod meo, vbi DD. ff. de acq. poss. Afflict. dec. 139. incip. Magna fuit dubitatio. num. 9. Iaf. in l. quoties. num. 44. & seq. C. de rei vind.* & consequenter erat manutenibilis, *Bal. in Rubr. de contr. empt. num. 39. Afflict. dec. 299. incip. Rex Ferdinādus, & ibi Vrsill. numer. 3. Tiraquell. in tract. de Iur. constit. par. 2. ampliat. 11. num. 1. & fuit in terminis donationis decisum in Mediolanen. bonorum de Porris 4. Iunij 1600. coram bo. me. Cardinali Pamphilio tunc Rota Auditore.*

Nec refragabatur prætensa nullitas donationis ob interesse Matris donantis super vsufructu Castri sibi à Marito relicti, quasi quod inde cessaret virtus clausulæ *constituti*.

Quia fuit responsum primò quod, præterquam quod hæc inspectio respiciebat petitorium, numquā de ista prætensa nullitate constabat, Rursus dicebatur, quod quamuis prætensa nullitas aliquam veritatis imaginem habuisset, eam superabat series rei gestæ in donatione, quæ fuerat facta, seruatis solemnitatibus Constitutionis Matthæi. Postremo non deerat qui sentiret, quod † ex quo Mater donauerat proprio filio, sustinebatur donatio, *Tiraq. de legibus connub. gl. 8. num. 110. Rim. Iun. cons. 15. incip. in præsenti causa. numer. 5. & cons. 55. incip. egregiè scripsit. numer. 21. lib. 1. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 328. num. 127. Lamberteng. de contract. mulier, ad fin. qu. 31. num. 109.*

Quoad Interesse filiorum, licet vnus prætenderetur minor, non releuabat tum propter statutum Vrbeuetanum *lib. 2. rub. 28.* † quo disponitur, vt maior 14. annis, & minor 25. contrahendo cum decreto Iudicis obligetur, & contractus ratione minoris ætatis infringi non possit, tum etiam quia † stante Iuramento contractus puberis firmatur, *auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.* quæ habet locum etiam in donationibus, *Iaf. num. 71. Gabr. cons. 127. incip. Cornelias Gratianus. num. 8. lib. 1.*

Postremò non obstat statutum Vrbeuetanum, quo maximè nitebantur Informantes contra Comitem Franciscum, quo disponitur, contractus præsumi simulatos, quotiescumque alienans post alienationem reperitur possidere.

Quia fuit responsum, primò, statutum non loqui de contractu Iurato, & consequenter † contractum Iuramentum non comprehendi sub generali illius dispositione, vt in terminis donationis Iuramento firmatæ, *tradit Abb. in c. cum contingat. de Iureiuran. Alex. cons. 38. incip. visa petitione. nu. 10. lib. 3. Rain. cons. 190. incip. in primis est videndum. num. 3. lib. 1. latè Seraphin. de priu. Iuram. priu. 22. nu. 41. & mal. tis seqq.*

Secundo fuit responsum, quod † stante Iuramento non potest opponi exceptio simulationis, *secundum magis receptam opinionem, de qua Seraph. eod. tract. de priu. Iuram. priu. 59. num. 12. vers. & quamuis.*

Denique cum Comes Franciscus esset in possessione, † in isto Iudicio summarijssimo possessionis non poterat sibi denegari manutentio propter istas exceptiones altiorem indaginem requirentes &c.

Dunozetto Seniore

Ciuitatis Castelli Bonorum

Mercurii 27. Februarii 1591.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Testes duo in omni negocio sufficiunt pro concludenti, & plena probatione.*
3 *Manutentionis in iuditio minor, quam plena probatio sufficit.*

Decisio CXXXII.

INformante tantum Dionora, cum D. Episcopus citatus non comparuerit, Domini resoluerunt, illi dandum mandatum de manutenendo super bonis emphyteuticis † per ipsum possessis de tempore motę litis, *§. retinēda. Instit. de Interd. Caputaq. dec. 198. par. 2. & fuit sæpissimè decisum, & signāter coram me in Regien. beneficij 15. Nouembris præteriti, & in Romana domorum, & Iuris nominandi 19. Decembris eiusdem anni,* de possessione vero concludenter deponunt duo testes de visu, & de actibus possessorijs, † qui, cum in omni negocio sufficiant pro concludenti, & plena probatione, *cap. in omni. de testib.* eo magis in hoc summarijssimo Iudicio, in quo † receptum est, minorem plena probatione sufficere, *ex cumulat. per Menoch. retin. remed. vlt. num. 34. & fuit sæpe in Rota decisum.*

Emi-

Eminentissmo Domino Cardinali Verospio

Eadem Ciuitatis Castelli Bonorum.

Veneris 5. Iunii 1620.

S V M M A R I A.

1. *Actus vnicus commissionis causæ parte citata infra annum sufficit ad causæ desertionem euitandam.*
2. *Compromisso superueniente, & pendente fatalia non currunt.*
3. *Fatalia lapsa non dicuntur, vbi vna cum causa appellationis æque principaliter commissa reperitur causa nullitatis, quæ durat per 30. annos.*
4. *Manutentio datur causa pendente in quacumqi instantia.*
5. *Possessio per Instrumentum probata dicitur manutenibilis.*
6. *Sententia super re diuersa lata non obstat.*
7. *Clausula constituti, vti accessoria ad deuolutionem, deuolutionis causa pendente non operatur.*

Decisio CXXXIII.

Dionora de Vrsinis donauit Antonio Meliorutio ipsius nepoti domum, & prædium in Ciuitatis Castelli territorio situm, quę bona cum de directo dominio mensæ Episcopalis existerent, ambo super renouatione Inuestiturę causam introduxerunt in Rota contra Reuerendissimum D. illius ciuitatis Episcopum, ad cuius fauorem lata fuit sentetia, quæ postea, cum, Dionora mortua, prætenderetur fecisse transitum in Iudicatum, dubitaui, An constaret de aliqua re iudicata, quę manutentionem Antonio quatenus de illius possessione doceretur, impediret, & negatiuè Domini responderunt, fuit enim infra decem dies à dicta sententia appellatum, & causa infra annum, citata parte commissa, 1 † qui actus licet vnicus sufficit ad euitandam causæ desertionem, *Cassad. dec. 6. num. 3. de appellat.*

Nec releuat, fatalia prorogata non fuisse.

2 Quia † post causam introductam, superueniente compromisso, illa non dicuntur expirasse, *Blanc. de comprom. q. 6. de effectu comprom. num. 23. cum alijs per Scacc. de appellat. q. 15. num. 105.*

3 Vel saltem, † ex quo vna cum appellatione fuit æque principaliter commissa causa nullitatis, quæ 30. annorum spatio durat, fatalia labi non potuerũt, *Rot. dec. 33. num. 6. par. 3. lib. 5. Marant. de ordin. Iud. tit. de sent. num. 154.*

4 Et sic pendente huiusmodi causa, Meliorutio † tãquam in possessione existente concedenda esset manutentio, quæ in qualibet Instantia dari consueuit, *Seraph. decis. 29. & fuit dictum in Cartaginen. pensionis 13. Martij 1600. coram Illustrissimo Domino Lancellotto, & in Papien. bonorũ 17. Decẽbris 1612. coram me.*

De Meliorutij autem possessione constat ex illius Instrumento Iudicis auctoritate, post Dionorę obitũ 5 adeptæ, † quæ possessio dicitur manutenibilis, *l. prædia, vbi Bart. ff. de acq. poss. Peregr. de fideic. art. 46. num. 24.*

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, videlicet sententiam, quæ prætendebatur, fecisse transitum in Iudicatum, solummodo cõtinere, quod Episcopus reinuestire Meliorutium non teneatur, cui per consequens Dionoræ bona, de quibus agitur, donare non potuerit; Verùm cum ipse Meliorutius alium hodie titulum ex testamento tamquam hæres à Dionora institutus exhiberet, non potest per rem iudicatam super non Iure renouationis dici, 6 pariter constare de non iure ex titulo testamenti, † & propterea sententia quatenus etiam fecisset transitũ in Iudicatum, vti super re diuersa lata non obstatet, *l. cum quæritur. cũ duabus seqq. ff. de except. rei iudic. Surd. cons. 114. nu. 21. Hond. cons. 9. nu. 41. lib. 1.*

Nec refragatur exceptio de anteriori Episcopi possessione ob constituti clausulam in Inuestitura, per quam ipse manutentionem prætendit.

7 Hæc † enim clausula cum accessoriè veniat ad deuolutionem, cuius hodiè causa pendet, nihil valet operari, *Tiraq. de constit. limit. 7. Dec. cons. 400. nu. 9. vers. Nonu respondetur.*

Deducta vero circa deuolutionem sunt extra dubium, cum illud solummodo ad rem Iudicatam fuerit restrictum &c.

E O D E M

Eadem

Lunæ 15. Martij 1621.

S V M M A R I A.

1. *Fatalia currunt ante acceptationem factam ab Arbitro de compromisso in se facto.*
2. *Supponens non disponit.*
3. *Iudicis aditione dicitur recessum à compromisso.*
4. *Fatalia non labuntur durante causa nullitatis per 30. annos.*
5. *Decl. procedere, vbi nullitas notorie patet.*
6. *Vltima voluntas species dicitur donationis.*
7. *Emphyteusis finita, & de hoc constito, non est danda manutentio contra Dominum directum, sed immo manutentio debetur Domino.*

Decisio CXXXIV.

SVB die 5. Iunij præteriti fuit coram me decisum, non constare de re Iudicata per quam Antonio Meliorutio deneganda esset in bonis, de quibus agitur, manutentio; Verùm cum Reuerendissimus Episcopus Ciuitatis Castelli non acquiesceret super eisdem, causa denuò per me proposita ex nonnullis in facto deductis, à decisis Domini recesserunt. Non enim visum fuit subsistere, quod stante compromisso, labi fatalia non potuerint, cum non appareat, Reuerendissimum Pauonium tale compromissum acceptasse, vnde intrat regula, quod 1 † ante acceptationem arbitri fatalium cursus non suspenditur, *Bal post gl. in l. prima. in fin ff. de arbitr. Fulgat. cons. 68 Alex. cons. 87 lib. 5. Dec. in c. ex ratione col. 6. in princ. sub num. 8. de appellat.*

Nec releuat, in suis literis Dominum Episcopum Meliorutio respõdere, gratum sibi fuisse, quod onus huiusmodi controuersias decidendi D. Pauonius acceptauerit; Nam d. responsio fundata reperitur in Meliorutij assertione, qui D. Pauonium scripserat prædictum onus acceptasse. Vnde non potest dici contra D. Episcopum epistolam probare, cum ipsa 2 non disponat ex regula, quod † supponens non disponit, *Rolan. cons. 10. num. 14. lib. 4. Rot. dec. 108. nu. 3. par. 1. diuers.*

Vltra quod; hoc prætenso compromisso non ob-3 stante, cum † vtraq; pars Iudicem adiuerit, & Me-

liorutius fuerit protestatus, nihil in petitorio fieri, nisi possessorio terminato, videtur in omnem euentum ab huiusmodi compromisso recessum; *l. sed si seraum. §. vlt. l. litigatores. ff. de arbitr. Io: Bapt. de arbitr. lib. 13. c. 3. num. 1.*

Non obstat, commissam eque principaliter fuisse 4 causam nullitatis, qua † durante per 30. annos fatalia interim labi non potuisse, *ex Achill. decis. 17. de rescript. & Pui. dec. 344. nam. 2. par. 3.*

5 Quia dictas decisiones, responsum fuit, † procedere, vbi nullitas notoriè patet, *Osasch. dec. 21. num. 22. vers. secus. Lanrell. de attent. cap. 17. num. 72. & 73. & fuit dictum in Cæsaraugusta pensionis 13. Martij 1619. coram Reuerendissimo D. Decano.*

Hic autem non constat de notoria sententię Rotalis nullitate.

Quin potius ex deductis pro Domino Episcopo eam fuisse validam arguitur.

Nec refragatur, sententiam continere solūmodo, quod Episcopus inuestire Meliorutium non teneatur, non autem ex illa constare de non Iure ex titulo testamenti à Meliorutio producto, & ita sententia, quatenus etiam fecisset transitum in Iudicatum tamquam super re diuersa latam non obstare; cum enim habeatur in dicta sententia, Dionoræ licitum non esse donare, nec alienare, non solum comprehēsa censetur donatio, verum etiam vltima voluntas, 6 quæ † species dicitur alienationis, *Bald. cons. 83. an prohibita. vers. solutio. lib. 2. Cald. cons. 331. aliàs 2. de te stam.*

Nec valet dicere, Meliorutio tamquam possidēti non posse manutentionem denegari.

7 Quia, † cum ex actis appareat, Inuestituram fuisse tantummodo ad vitam Dionoræ concessam, & de illius obitu constet, non videtur Meliorutio contra Dominum directum dandā manutentio, *Nati. cons. 373. num. 33. Hond. cons. 21. nu. 8. lib. 2. Menoch. cons. 139 num. 11. vsq; in finem*, sed finita potiùs emphyteuti debet ratione ciuilis possessionis Ecclesia manuteneri, *Bart. in l. prima. §. quod ait prætor. num. 17. ff. vti possid. Bero. cons. 102. num. 43. & seq. lib. 1. Hond. cons. 21. num. 19. & seq. lib. 2. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram Cardinali Pamphilio &c.*

Remboldo

Romana de Tornielis.

Veneris 4. Martii 1616.

SVMMARIA.

1 *Exigens non nomine proprio, sed alterius, alteri, non sibi dicitur possidere.*
2 *Manutentio datur illi, pro quo possidetur.*
3 *Exactio interpretanda est iuxta præcedentem titulum.*
4 *Descriptio in Inuentario habet vim confessionis contra describentem.*
5 *Locorum Montium Patentes cantantes ad fauorem vnius cū reseruatione facultatis exigendi fructus per alium intelligenda sunt de exactione procuratorio nomine, & ad commodum domini.*
6 *Scriptura vna aliam declarat.*
7 *Donatio non præsumitur.*
8 *Scientiæ præsumptio oritur ex simultanea cohabitatione.*
9 *Administrator emens nomine domini præsumitur soluere de pecunijs administrationis, non de proprijs*
10 *Locorum Montium emptione facta ad fauorem vnius cum reseruatione exactionis fructuum, & omnimoda dispositionis ad fauorem alterius, consilia de subsecuta exactione est iste in illius quasi possessione manutenendus.*

Decisio CXXXV.

Resolutum fuit, dandum esse mandatum de manutenendo in locis montium, de quibus agitur, Constantiæ, præterquam quoad loca sex montis Religionis, in quibus Domini dixerunt, manuteneri debere filios Ludouici.

Quo enim ad dicta loca constat de possessione Constantiæ ex pluribus partis in eius summario datis, nec refert, quod dictæ partitæ exactæ appareant 1 à Ludouico Constantiæ filio, Quia, † cum illas non suo proprio nomine, sed nomine Constantiæ exegerit, dicitur, non sibi, sed Constantiæ possedisse, *l. 1. §. procuratorem. vbi Ias. in prin. & l. generaliter.* 2 *l. quod meo. ff. de acq. poss.* & † consequenter dictæ quoq; Constantiæ debetur manutentio, *§. retinendæ. Instit. de interd.*

Et quod Ludouicus re vera nomine Constantiæ possederit, comprobatur etiam ex literis patentibus dictorum locorum, in quibus ipsa Constantia, non autem Ludouicus descripta legitur creditrix tam sortis, quam etiam fructuum dictorum locorū, vnde videtur certū, quod Ludouicus non potuit d. fructus ad propriā vtilitatē, sed vtilitatē, & cōmodū Con-3 stantiæ tantum exegisse; quia † exactio interpretari debet iuxta præcedentem titulum, *Rot. dec. 262. num. 5. par. 1. diuers.*

Ac propterea etiam non obstat, quod dicitur, exactionē fuisse factam nomine Constantiæ ex eo, quod loca reperiebantur sub eius nomine descripta, licet vere ad Ludouicum spectarēt, qui propterea potius sibi met ipsi possedisse præsumi debet.

Quia, vltra quod hoc non probatur, contrarium etiam, quod scilicet dicta loca ad Constantiam pertinerent, colligitur ex literis patentibus, vt dixi: & præterea idemmet Ludouicus aliquot ex dictis locis in Inuentario descripsit tamquam Constantiæ 4 heredis Io: Francisci, † ex qua descriptio ne resultat propria describentis confessio, *Bart. in l. tutor. qui repertorium. nam. 14. ff. de admin. tut. Bal. cons. 407. num. 6. lib. 1. Roman. cons. 102. num. 3. Paris. cons. 26. num. 54. & seq. & cons. 45. num. 20. lib. 2.*

Nec obstat, quod in dictis literis reseruata fuit facultas Ludouico percipiendi, & exigendi dictos 5 fructus, † Quia stantibus supradictis ad euitandum repugnantiam, reseruatio intelligi debet facta nomine procuratorio, & ad vtilitatem Constantiæ, nō autem ipsius Ludouici, *ad tex. in l. non ad ea. ff. de cond. & demonstr. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* præsertim quia etiam in aliquibus literis dicitur, quod Ludouicus posset exigere fructus absque alio 6 mandato procuræ, † ex his enim quatenus aliȩ essēt dubiæ, sumenda esset interpretatio, *l. hæredes palam. §. 1. in fin. de testam. gl. in l. si seruus plurium. §. fin. in verb. consuetudo. vers. 7. ff. de leg. primo* eoque magis, 7 quia † donatio non præsumitur, *l. cum de indebito. ff. de probat. cum similib.*

Non obstat, quod absq; eo, quod doceatur de mādato, & ratificatione Constantię, non potest dici ipsi acquisitum dominium, vel possessio, etiam si loca sint pro ea empta, & facta eius nomine fructuum exactio.

Tum quia non probatur, quod emptio facta sit, absente Cōstantia, ita quod requiratur eius ratificatio, & constantiæ satis esse videtur, quod literæ patentes sint sub eius nomine conceptæ.

Tum etiam quia eo ipso, quod in ijsdem literis reser-

reseruata fuit facultas exigendi fructus Ludouico, præsumitur id de consensu Constantiæ factum, & 8 vlterius concurrit etiã cohabitatio Ludouici,† quæ sola sufficeret ad præsumendam scientiam, *l. ostani. ff. vnd. cogn. Ruin. cons. 68. sub num. 20. lib. 1. Rot. decis. 663. nu. 5. par. 1. diuers.*

Quod dicitur, dicta loca fuisse empta ex pecunijs Ludouici, non videtur attendendum, quia non pro- 9 batur, & † cum Ludouicus administrauerit bona Constantiæ, præsumitur potiùs ex pecunijs ipsius Constantiæ facta solutio, *Seraph. dec. 646. num. 1.*

10 Quia † tamen quoad loca sex montis Religionis non solum exactio fructuum, sed omnimoda etiam eorum dispositio fuit Ludouico reseruata, Domini dixerunt in ijs, dandum mandatum de manutenendo d. Ludouici filiis, cum exactio, quæ vt supra dictum est, iuxta præcedentem titulum Interpretari debet, non possit quoad dicta loca dici facta procuratorio nomine, sed ad propriam Ludouici vtilitatem, ad quem mediante dicta reseruatione loca spectabant, *Rot. d. dec. 262. num. 4. & seq. &c.*

E O D E M

Eadem

Lunæ 27. Februarij, &

Mercurii 17. Maii 1617.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, Arbitrio, intelligitur prout de iure, sed tamen aliquid de illius rigore relaxat, & dat facultatem procedendi, prout æquitas suggerit.*
2 *Possessorium pendens à cognitione petitorij ex æquitate cumulari debet ex rescripto cum clausula, Arbitrio.*
3 *Litem inter Auiam, & Nepotes quanto citiùs terminare expedit.*
4 *Decretum ad fauorem Curatoris contra Minorem alio Curatore non deputato, nec legitima persona citata, nullum est.*
5 *Confessio de errore non docto reuocari non potest.*
6 *Error ad effectum confessionis reuocandæ plenè probandus est.*

Decisio CXXXVI.

POST resolutionem in hac causa ad fauorē D. Constantiæ captam, quod scilicet ipsa manuteneri debeat in quasi possessionē locorum montium, de quibus agebatur, Agentes pro filiis q. Ludouici, adita Signat. S. obtinuerūt ab ea rescribi, quòd simul, & semel in possessorio, & petitorio arbitrio Rotæ procederetur; quare præsentato in actis dicto rescripto, Dubitaui, an intret ad effectum d. 1 cumulationis arbitrium, & quia † clausula, *arbitrio Rotæ*, & si prout de Iure intelligi debeat, relaxat tamen aliquid de illius rigore, & facultatem Iudici tribuit procedēdi, prout æquitas suggerit, *Cresc. dec. 4. de testib. Card. Seraph. dec. 1154.* Domini censuerunt, intrare arbitrium, apposito sequestro. Visum enim fuit, quod ex pluribus pro parte dictorum filiorum deductis, verisimile admodum redderetur, dicta loca Montium fuisse ex pecunijs Ludouici acquisita, & si dictus Ludouicus ad conciliandum sibi matris beneuolētiam, illa eius nomine coemerit, & quod per consequens, quia de ratificatione dictæ matris satis non constabat Iudicium possessorium in casu isto à cognitione quodammodo petitorii pen- 2 deret, & † ideo ex quadã saltem æquitate dictæ cumulationi locus esset, *ad trad. per Lancell. de attent. par. 3. q. 19. num. 4. & seqq.* Atque in hanc sententiã eo magis mouebantur, quia considerabant, quod 3 † litem istam, vt poteque inter Auiam, & nepotes vertitur quanto citiùs terminare expedit, *ad l. congruentius, C. de patr. potest.*

Et ita fuit dicta die 27. Februarii decisum, quia vero compertum postea fuit, non omnia loca Montium fuisse à Ludouico, nec sub eadem etiam expressione empta, & quod per consequens non poterat in omnibus eadem ratio militare, Ideò denuo dubium proposui, An quoad certa loca Montium, & in dubio expressa intret arbitrium, & die 17. Maii præteriti resolutum fuit quoad fructus locorū Montium in Inuentario bonorum Francisci descriptorū & aliorum etiam emptorum per Hieronymum curatorio nomine Francisci, non intrare arbitrium, quia in his penitus cessabat illa præsumptio, quod fuit ex pecunijs Ludouici acquisita.

Nec obstare videbatur, quod Ludouicus obtinuit, per decretum Iudicis Capitolii declarari, dicta lo- 4 ca ad ipsum spectare, † quia dictum decretum non solum fuit factum, non deputato alio Curatore Frãcisco, & citata legitima persona, & consequenter nulliter, sed etiam absq; eo, quod fuisset de errore 5 confessionis factæ in Inuentario doctum, † atque ideo non potuit dictam confessionem elidere, *Rot. 6 diu. dec. 71. nu. 1. par. 1.* præsertim † cum error esset plenè, & concludenter probandus, *Decian. post alios cons. 14. num. 35. lib. 5.*

Nec tamen contingat, pendente lite super proprietate dictorum locorum, illa alienare, Domini dixerunt, quoad ipsorum alienationem intrare arbitrium &c.

Vbaldo Seniore

Romana Melioramentorum

Veneris 9. Decembris 1616.

S V M M A R I A.

1 *Iudex ritè, & rectè procedens priuat primum possessorem sua possessione.*
2 *Immissus auctoritate Iudicis est manutenendus, nisi probetur nulliter, & iniustè immissus.*
3 *Decl. vt iniustitia debeat etiam esse patens, & talis quæ nullo velamine offuscari possit.*
4 *Hypotheca primum est saluiaal extremum.*
5 *De Iniustitia notoria non dicitur constare ex decisionibus, nisi adsit confessio, vel res iudicata in cōtrarium.*
6 *Manutentionem prætendens vti creditor, vel vti cessionarius alterius non debet manuteneri, nisi eo modo, quo fuisset manutentus debitor, vel cedens.*
7 *Immissio attentata, & nulla in vim sententiæ mixturam continentis, & appellabilis non est manutenibilis.*

Decisio CXXXVII.

DOmini de Scarlattis fuerunt immissi in possessionem Ludi Pilæ, & Hospicii, de quibus agitur, per sententiam Iudicis in vim Saluiani interdicti, sed Domini de Cibo anteriores possessores, commissa causa in Rota, qui nō se habuerunt pro spoliatis post alias resolutiones in

causa factas obtinuerunt, disputari, quibus esset dandum mandatum de manutenendo.

Quod dubio proposito, Domini responderunt, esse dandum Scarlattis cum modificatione tamen, & reseruatione, de quibus infra.

1 Ipsi enim possident auctoritate Iudicis, qui ritè, & rectè procedendo priuauit Cibos sua anteriori possessione, *l. iustè possidet. vbi Bart. & alij. ff. de acq. poss. Aug. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Ias. num. 20. ff. eod. tit. Rot. dec. 802. nu. 6. & 7. par. 1. diuers. & dec. 62. nu. 3. & 4. par. 2. fuit dictũ in vna Augusten. Hospitalis 21. Februarij 1611. coram me, & sæpissimè alias.*

2 Vnde † Scarlatti manutenendi sunt, nisi probetur fuisse nulliter, & iniustè immissos, *Rot. 1. dec. 802. sub num. 7.*

Quæ probatio hic non adest. Nam quoad nullitatem nihil deducitur. Quo verò ad iniustitiam, nec videbantur obstare latè deducta per informantes.

3 Quia † ad hunc effectum non sufficit quælibet iniustitia, sed debet esse patens, & notoria, & quæ nullo velamine offuscari possit, *vt latè fuit deductum in causa Romana de Bobellis 31. Maij 1613. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & secuta est Rota in vna Nepesina laud. 13. Februarij 1615. coram R. P. D. meo Caualerio, & fuit dictum in decis. Seraph. 867. num. 1. par. 1. in impress.* Talis autem iniustitia non videtur apparere in sententia, de qua agitur.

Nam quod dicitur, ex decisionibus in causa factis satis constare, Scarlattos nullam habuisse hypothe-
4 cam in dictis bonis, atque ideo † defecisse primum extremum ad obtinendum in Saluiano necessarium non videtur, posse Cibis suffragari; ad effectum, de quo agitur. Quia deducta in d. d. decisionibus reddãtur saltem turbida ex latè congestis per informantes pro Scarlattis, præsertim circa probationes versionis pecuniarum acceptarum per Ioannem in causa prætensorum melioramentorum, *l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.*

Respondebatur primo, per dictas decisiones non excludi penitus hypothecam, sed tantum ex capitibus tunc discussis vide, cum possibile sit, Scarlattos obtinere ex alio capite, adhuc non discusso, sententia non potest dici notoriè iniusta.

5 Secundo respondebatur, † ex decisionibus nõ dici constare de notoria iniustitia, nisi adsit confessio, vel res iudicata in contrarium, *vt fuit dictum in vna Reatina Pensionis 28. Ianuarij 1603. corã R. P. D. meo Pamphilio, & in eadem 1. Decembris 1614. coram me, quas decisiones secuta est Rota in causa Anconitana bonorum 29. Februarij præsentis coram R. P. D. meo Buratto.*

Cæterum cum Domini Scarlatti veniant, vel tanquam creditores Ioannis, vel tamquam eius cessio-
6 narii, sequitur, † vt non debeant manuteneri, nisi eo modo, quo fuisset manutentus Ioannes *ex reg. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* & sic mediante solutione facienda Dominis de Cibis, quemadmodum soluebat, vel soluere tenebatur ipse Ioannes.

Et demum, quia sententia, de qua agitur, licet lata in possessorio videbatur continere mixturam, cum canonizet versionem pecuniarũ Aloysi in melioramentis factis per Ioannem, quod videtur re-
7 spicere petitorium, & † ratione mixturæ fuisset dãda appellatio, & consequenter immissio fuisset attẽtata, & nulla, & non manutenibilis.

Ideo Domini concluserunt, Dominis de Scarlattis esse dandum mandatum de manutenendo, cum onere tamen soluendi pensiones Dominis de Cibis, & nisi obstet mixtura sententiæ, de qua voluerunt particulariter videre.

Et ita decisum.

Vbaldo Seniore

Spoletana Bonorum

Lunæ 12. Iunij. 1617.

SVMMARIA.

1. *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2. *Clausula constituti transfertur omnis possessio, & quidem manutenibilis.*
3. *Locatio iunctis adminiculis probat possessionem.*
4. *Titulum non habens possidens vna cum titulum habente præsumitur iure familiaritatis possidere.*
5. *Exceptio nullitatis tituli, & quæ requirit altiorem indaginem, & respicit petitorium non attenditur ad effectum manutentionis.*

Decisio CXXXVIII.

De anno 1592. Antonius Mannarinus assignauit per publicum Instrumentum Flaminio filio nonnulla bona pro eius legitima cum expressa prohibitione alienandi, quæ bona Flaminius locauit pro certa annua pensione Hieronymo Guidamio cum accessione, & fideiussione eiusdem Antonii Patris Flaminii; de anno vero 1610. 11. Augusti idem Antonius dicta bona testamento reliquit eidem Flaminio cum expresso mandato, vt Flaminius dictum testamentum acceptaret, prout acceptauit, & eadem die 11. Augusti donauit eidem Flaminio scuta 300. & in solutum dedit duo petia terrarum in vocabulo, domum fratris, & Malborghetti, qui Flaminius postea donauit omnia bona sua Clere fuæ vxori, quo mortuo est lis inter Antonium, & Elenam, & commissa causa cũ facultate manutenendi, quem de iure, emanauit dubium, cui esset dandum mandatum de manutenẽdo, & Domini quoad illa duo petia terrarũ, de quibus supra proximè mentionem feci, responderunt pro Elena, quoad alia vero censuerunt, esse videndũ de bono iure.

1 Ratio primæ resolutionis fuit, quia † manutentio datur possidenti de tempore motæ litis, *§. retinendæ vbi DD. Inst. de interd. Menoch. de retinen. rem. d. 3. num. 556.*

De possessione Elenæ constat ex clausula *constituti* apposita in Instrumento donationis sibi factæ à
2 Flaminio, † per quam clausulam certum est transferri omnem possessionem, *l. quod meo. ff. de acq. poss. cum aliis per Tiraq. de constit. par. 1. num. 2. & 4. & fuit latè deductum in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram me*, in qua etiam fuit firmatũ quod talis possessio translata per Constitutum est manutenibilis, *vt etiam fuit deductum in Clusina Postæ 27. Ianuarij 1603. coram bo. me. Litta.*

Quod autem Flaminius possideret dicta petia terrarum, patet ex donatione scutorum 300. illi à Patre facta in recompensam Aromatariæ donatæ Emiliano alteri filio, & ex datione in solutum dictarũ terrarũ cum clausula *constituti*, ex qua confestim fuit translata possessio in Flaminium ex supra allegatis, & de possessione Flaminii dictarũ terrarũ deponunt etiã testes dati in summario Elenæ *n. 10.* Et corroboratur probatio possessionis Elene ex Instrumentis adeptæ actualis possessionis post mortẽ Flaminij mediante persona Procuratorum, & inhærendo possessioni anteà acquisitæ per clausulam *constituti*, & accedit etiam quoad vnum ex dictis prædiis, videlicet, domum fratris, locatio ab eadem

Elenã

3 El ena facta post mortem viri, quæ † locatio iunctis adminiculis probat possessionem, *Ruin.cons.46.nu. 13. lib. 4. cum alijs per Gabr. de locat. conclus. 4. num.6.*

Non obstant testes deponẽtes de possessione Antonii, quia stantibus prædictis, videntur posse conciliari cum testibus Eleonæ, quod scilicet Antonius,
4 † qui nullum habebat titulum in illis terris datis in solutum, possederit iure familiaritatis, *iux.doctr.in l.qui iure, & in l.communis seruus, & ibi præcipuè Castr.ff.de acq. poss. & fuit dictum in alia Spoletana bonorum 22. Aprilis 1616. confirmata 12. Decembris eiusdem anni coram R.P.D.meo Buratto.*

Non obstat prætensa nullitas donationis Flami-
5 nii, quia † requirit altiorem indaginem, & respicit petitorium, quod non attenditur ad effectum manutentionis in Iudicio possessorio summariissimo, *Rot. decis. 507. in fin. par.1.diuers.& fuit sæpissimè decisum.*

Quo vero ad alias prætensiones inter partes excitatas, cum causa sit commissa cum cumulatione petitorii, & possessorii, præsertim stante conflictu testium super possessione vtriusq; partis deponentiũ Domini, vt dixi, mandarunt, vt videretur de bono iure &c.

Et ita decisum &c.

Eminentissimo Domino Cardinali Verospio

Bononien. Exemptionis

Lunæ 3. Iunij 1617.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Quasi possessio in incorporalibus etiam vnico actu acquiritur.*
3 *Possessio titulata facilius est manutenenda.*
4 *Quasi possessio exactionis gabellæ contra aliquos non suffragatur contra habentes priuilegium particulare.*
5 *Ampl. præsertim si sint etiam in quasi possessione exemptionis.*
6 *Quasi possessio exẽptionis acquiri non potest sine sciẽtia, & patientia habentis interesse.*
7 *Scientia, & patientia præsumitur ex actuum multiplicitate.*
8 *Scientia, & patientia interesse habentis non requiritur ad effectum quasi possessionis acquirendæ, vbi extat titulus.*
9 *Priuilegium habens in generalibus constitutionibus non comprehenditur.*
10 *Obseruantia subsecuta declarat, quem in constitutione non comprehendi.*
11 *Exceptio concernens petitorium in summaryssimo possessorio manutentionis non admittitur.*
12 *Decretum irritans manutentionem non impedit, vbi non apparet dispositionem contra possidentem intrare.*
13 *Fides non facit fidem.*

Decisio CXXXIX.

CVM Regimen Bononien. prætenderet ementes, & contrahentes cum Cartusia ad cõsuetorum vectigalium solutionem cogere, fuit in partibus coram Illustris. Archiepiscopo iudiciũ inceptatum, vbi pro Monasterio fuerunt Apostolica priuilegia super huiusmodi exemptione producta, nec non pro illius quasi possessione nonnulli etiam testes examinati. Verùm causa de partibus ad Rotã aduocata, & mihi commissa dubitani super mandato de manutenendo, quod responsum fuit esse dan-
1 dum Cartusiæ, cum † de illius quasi possessione de tempore motæ litis etiam quoad ementes ab ipsa doceatur, *§.retinendæ. Inst.de interdict.l.1.§.huius autem.vbi Bart.in priu.l.ait Prætor.§.quod dit.ff.vti possid.Couar.pract.q.cap.17.nu.3. Caputaq.dec.193. par. 2.* Testes enim pro illa examinati deponunt, Monasterium, & ementes ab ipso pro bonis emptis in quasi possessione non soluendi Gabellas existere, & hoc etiam ex mandatis Prioris dicti Monasterij directis Gabellarijs, & effectum sortitis comproba-
2 tum quod sufficit, cum † ex vnico actu quasi possessio in incorporalibus acquiratur, *Rip.in cap.cum Ecclesia Sutrina.nu.2. de caus.poss.& propr. Aym.cons. 121.num.9.Caphal.cons.170.nu.52.lib.2.Rot.dec.17. num.1.par.2.diuers.*

3 Et † tanto magis hæc possessio venit manutenẽda tamquam titulata, *Bald. in l. data opera.in fin.C. qui actus.non poss.Rot.dec.195.num.2.par.2. diuers.* cum pro parte Monasterij fuerit productum Nicolai V. priuilegium continens expressam exemptionem, & immunitatem etiam quoad emptores, & cũ dicto Monasterio contrahentes.

Nõ obstat exactio à Gabellarijs facta cõtra alios
4 Regulares, quia † non propterea contra Cartusianos illa suffragatur, cum isti veniant iure particulari, nec aliarum Religionum titulo nitantur, *Ruyn. cons.217.num.13.vers. & si dicatur.lib.1. Dec.cons.*
5 *215.num.5. in fin.* stante † præsertim ipsorum quasi possessione, *Felyn.in cap.auditor.nu.19. de præscript. Aym.cons.258.num 76.Bero.quæst.47.nu 8. Mohed. decis.22.num 2.de fil.præsbit. Put.decis.137.num.2. par.2.*

Nec releuat scientiam, & patientiam Regiminis
6 non probari, † sine qua non potuit acquiri exemptio-
7 nis quasi possessio, *l.2.C.de seru. & aq.* Nam † ex actuum multiplicitate illa præsumitur, *Inoc.in cap. bonæ.il secundo de postul.prælat. Abb.in cap.cum Ecclesia Sutrina.num.25.de caus.poss.& propr.Rot.dec. 166.par.1.diuers.& dec. 28 num.7.par.1. Put.dec. 210. num. 3. lib.1. & fuit dictum in Tirasonen. iurisdictionis 21. Maij 1604. coram Illustrissimo Mellino.*

8 Et in omnem euentum † ex quo Cartusiani particularem titulum habent, Regiminis scientia, & patientia non requirebatur, *Paul.de Castr in l.seruitutes, & in l.vltima num. 9.vers.quarto quæro.ff.de seruit.vrb. præd.cap.20.num.5.vers. secundo Fallit. Seraph.dec.1213.nu.6.in fin. & fuit dictum in Albanen. Iurisdict.26. Iunii 1613. coram me.*

Non obstant dationum capitula per Iulium III, confirmata, quibus cauetur, nullos tàm in petitorio quam in possessorio exemptiones admitti.

Non enim apparet, Cartusianos fuisse in dictis
9 capitulis comprehensos, cum † ex eorũ priuilegijs in generalibus dispositionibus ipsi non comprehendantur, vnde non potest dici prædicta capitula contra Cartusianos fuisse à Iulio III. cõfirmata, *Seraph. decis.971.num.7.Castr.cons.187.in princ.lib.2. Corn. cons.9.num.3.lib.3. Bald.in l.nominationis.in fin.C.de appell.*

10 Quod ex obseruantia subsecuta colligitur, cũ † illa contra Cartusianos, & ab eis ementes demandata non fuerit executioni, *Paul.de Castr. cons.346.num. 4.vers.tertio præsumitur. lib.1.Soc.cons.25.num.25. lib.1.*

11 Et in omnem euentum † hæc exceptio tamquam concernens petitorium in hoc summariissimo possessorio non venit admittenda, *Dec.cons.19.& cons. 467.num.13. Afflict.dec.119.num.7.Neuiz.cons.56. num.3.*

num.3.Caputaq.dec. 342.nam. 4.Rot.dec.41.num.9. & seq.& dec.64.aam.3.par.2.diuers. Seraph.decis. 971.in fin.

Vnde non obstat decretum in irritans Breue Iulii III. appositum quod etiam possessionem inficere dicitur.

12 Quia, cum † non appareat, vt dixi, Cartusianos in dicto Breui fuisse comprahensos, hoc decretum non potest manutentionem impedire, Seraph. dec.561. num. 10. & fuit dictum in Parmen. Prioratus 16. Ianuarii 1596. coram Orano, & in Cusentium Cappella 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo Mellino, & in Meliten. Parochialis 27. Ianii 1603. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Non obstant extraiudiciales attestationes, quod nimirum à Cartusianis emcotes Gabellam soluere 13 consueuerint, nam † illę tamquam fides fidem non faciunt, Guid. Pap. dec. 19. & dec. Ian. 76. numer. 11. &c.

Remboldo:

Romana Bonorum de Carcanis

Veneris 15. Decembris 1617.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium regulari debet à iure.*
2 *Possessio priùs de iure cognosci debet, quam proprietas.*
3 *Amplia. etiam stante commissione cum clausula,* Arbitrio, *si possessio sit clara, & de ea priùs stet.*
4 *Ampl. etiam stante clausula.* quod simul, & semel in possessorio, & petitorio procedatur.
5 *Descriptio in Inuentario vim habet explicitæ confessionis in præiudicium describentis.*
6 *Et nocet quibuscumque ipsius successoribus.*
7 *Canonis solutiones probant possessionem.*
8 *Collectæ solutiones probant possessionem.*
9 *Pensionum perceptio ab Inquilinis præcipuum signũ possessionis est.*
10 *Retentio non datur nisi habenti possessionem.*
11 *Melioramentorum non liquidoram exceptio manutentionem non impedit.*
12 *Melioramentorum exceptio non retardat immissionẽ cum cautione de illis reficiendis postquam erunt liquidata.*
13 *Melioramenta facta ab Administratore præsumuntur facta ex pecunijs administrationis, vel quod de pecunijs impensis sibi ipsi satisfecerit.*
14 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit manutentionem.*

Decisio CXXXX.

DVbium dedi, An intret arbitrium ad effectum cumulandi possessorium cum petitorio, seu potiùs dandum sit mandatum de manutenendo in possessione quinq; domorum., de quibus agitur, Dominę Constantiæ.

Et Domini quoad tres domos dixerunt, non intrare arbitrium, & mandatum d. Dominæ Constantiæ dandum esse. Quo vero ad alias duas, quarum vna sita est in Vico Plumbi, altera vero in Regione Burgi Veteris, & fuit per Hieronymum à Carcanis cum pacto redimendi empta, non fuerunt concordes.

Nam quantum ad dictas tres domos attinet, non videbatur posse locum esse arbitrio, quia vt sępe di-1 ctum est, † arbitrium regulari debet iuxta iuris dispositionem, *Bart. in extrauag. ad reprim. in verb. videbatur. Cas. de Grass. dec. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2.* 2 *de sent. & re iudic.* & † de iure priùs de possessionẽ, quam de proprietate cognoscendum est, *l. ordinarij. C. de rei vindic. Put. dec. 15. de caus. poss. & propr.* 3 † Nec dictus ordo peruertitur quoties possessoriũ, prout in casu isto, est clarum, & priùs de eo constat, *Egid. dec. 206. Staphil. de lit. Instit. §. in primis igitur* 4 *sciendum. num. 59. & §. si pars. num. 3.* etiam † quod simul, & semel in possessorio, & petitorio procederetur, *Ros. diu. dec. 34. num. 7. par. 2. & fuit in puncto clausulæ, de qua agitur, resolutum in vna Romana hæreditatis 16. Februarij 1515. corã me, & aliàs sæpissimè.*

Quod autem possessorium in casu isto sit clarum, patet ex eo, quod probatur possessio Dominæ Constantiæ nedum ex duobus Inuentarijs Hieronymi, & Ludouici, in quibus d.d. Domus vti ad D. Constantiam, & Franciscum, cuius Constantia est hæres, 5 spectantes descriptæ reperiuntur, † quæ descriptio vim habet explicitæ confessionis in præiudicium scribentis, *Rom. cons. 102. nu. 3. Rota diuers. dec. 800.* 6 *num. 24. par. 1.* & † nocet quibuscumq; ipsius successoribus, *Crau. cons. 29. sub num. 1. Ruin. cons. 50. num. 13. lib. 1. Rol. cons. 82. num. 38. & seq. lib. 1. Card. Se-* 7 *raph. dec. 553. num. 3.* † Verum etiam ex pluribus solutionibus Canonum nomine dicti Francisci, & Constantiæ factis, ex quibus probatur possessio, vt 8 † de solutione Collectæ not. post *Bal. in cons. 251. col. 3. vers. non est dubium lib. 5. Menoch. de retin. poss. re-* 9 *med. 3. num. 568.* ac † ex reali etiam pensionum perceptione ab Inquilinis per eamdem Constantiam, etiã defuncto Francisco, quæ præcipuũ signũ possessionis est, *l. quãuis. §. 1. ff. de acq. poss. DD. in l. titia. ff. de solut. Soc. cons. 13. n. 15. vol. 4. Surd. cons. 117. num. 3. Afflict. dec. 325. num. 3. & 4. Cas. de Graff. dec. 10. num. 3. de caus. poss. & propr.*

Non obstat, quod in dictis domibus dicantur facta fuisse a Hieronymo, & Ludouico aliqua melioramenta, pro quibus filijs dicti Ludouici danda sit retentio.

10 Quia, vltra quod † retentio non datur nisi habenti possessionem, & de possessione dictorum filiorum saltem iure proprio, & manutenibili non constat, dicta etiam prætensa melioramenta non sunt liqui-11 da, † ac propterea non potest prætextu illorum impediri manutentio, *Rot. diuers. dec. 507. numer. 3.* 12 *par. 1.* cum † nec etiam possit, data cautione de illis reficiendis, postea quam erunt liquidata retardari immissio, *Gozzad. cons. 100. numer. 21. Menoch. de recup. remed. 15. numer. 572. Benint. decis. 77. num. 10.*

Et quod plus est, non constat etiam ex quibus pe-13 cunijs fuerint facta dicta melioramenta, & † quia tempore, quo facta prętenduntur, Ludouicus bona Francisci administrabat, & Constantiæ Matris etiã negocia gerebat, præsumuntur potiùs ex pecunijs administrationis facta, *Bal. in l. fin. num. 19. C. de dot. promiss. Menoch. de arbitr. cons. 88. num. 46. & præsumpt. 16. nu. 9. lib. 3.* aut quod saltem ex illis Ludouicus sibimet ipsi satisfecerit, *Aym. cons. 129. num. 5. Afflict. dec. 13. num. 16.* vnde cum probatio ista pendeat ex redditione rationum dictę administrationis 14 † & consequenter altiorem indaginem requirat, nõ potest, vt supra dictum est, prætextu melioramentorum impediri manutentio &c.

Dubiu

Dunozetto Seniore

Bononiensis Affrancationis

Veneris 12. Ianuarij 1618.

SVMMARIA.

1 *Constitutum probat possessionem contra constituentē, & habentem causam ab ipso.*
2 *Conductio probat possessionem contra conducentem.*
3 *Solutio pensionum probat possessionem.*
4 *Solutio vnica sufficit ad effectum manutentionis.*
5 *Manutentio datur etiam contra hæredem ex possessione acquisitu contra defunctum.*
6 *Associationem petens pro continuatione suæ possessionis ad remouendā impedimēta præstita per aduersarium non dicitur amittere possessionem.*
7 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes reijciūtur ad petitorium.*

Decisio CXXXXI.

CVM Dominus Comes Maluaticeus prætēderet manutentionem tam quoad bona per ipsum empta, quam quoad exactionem pēsionum ipsi debitarum ex dictis bonis filij Emiliæ conductricis eorumdem bonorum, & tum etiā prætenderet esse locum executioni duarum sententiarū ad sui fauorem Bononiæ latarum.

Dato super his dubio, Domini censuerunt esse dandum mandatum quoad exactionem pensionum, de reliquis postea videndum in articulo executionis dictarum sententiarum.

Debetur autem Comiti manutentio, quia de illius quasi possessione exigendi constat, non solum 1 † ex clausula constituti apposita in Instrumento vēditionis contra ipsum constituentem, & habentes causam ab ipso, *Bart. in l. ab emptione. num. 6. ff. de pact. Bero. cons. 91. num. 12. & seq. lib. 3.*

2 Verùm etiam constat † ex conductione facta per ipsam Emiliam venditricem, *l. si quis ante conduxit, l. quamuis. §. si quis conductor. ff. de acq. poss.*

3 Nec non † ex solutione pensionum factā ab Emilia vti conductrice horum bonorum, *§. retinendæ. Instit. de interd. l. 1. §. interdictum. ff. vti possid. cū similibus, & fuit sæpissimè decisum.*

4 Et ad obtinendam manutentionem sufficere † vnicam exactionem, *ex not. per DD. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & propr. Rota in pluribus causis resoluit, & præsertim in Romana annui redditus Ven. 13. Ianuarij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Imol. Pensionis Luna 8. Februarii 1616. coram R. P. D. meo Caualerio.*

5 Et licet Emilia decesserit, tamen † manutentio datur contra eius filios, & hæredes, *iuxta dec. Guid. Pap. 629. sæpissimè à Rota canonizatā, & præsertim in Romana census 6. Nouembris 1606. coram R. P. D. meo Decano, & in dictis Romana annui redditus, & Imolen. pensionis.*

Ideoq; maximè hoc casu, quo d. d. filii prætēdunt remanere in possessione vigore conductionis, quam dicunt adhuc durare cum pacto affrancandi dicta bona, vt ex multis comprobare nituntur informantes pro dictis filiis, quæ inspectio maturiùs examinabitur in dubio reseruato circa executionem dictarum sententiarum.

Nec obstat, quod Comes intentauerit Iudicium Immissionis, seu recuperationis, quasi confessus sit, se amplius non possidere. Placuit enim responsio, ipsum petiisse solam associationem pro continuatione suæ possessionis ad remouenda impedimenta præstita per Emiliam cōductricem finita locatione, vt patet ex instantiis factis coram Iudice per dictū 6 Comitem *in eius summ. 2. nu. 1.* per quas † non censetur sibi præiudicasse quoad possessionem exigendi pensiones, & affictus illius possessionis conductæ à D. Emilie.

Quæ dicuntur super nullitate, & suspicione contractus, & pacti redimendi, nec non de precio, quod dicitur fuisse penes D. Comitem, ea requirunt al- 7 tiorem indaginem, & † reiicienda sunt ad petitorium.

Et ita decisum vtraq; parte Informante.

Remboldo

Lunen. Sarzanen. Pensionis

Veneris 14. Ianuarij 1618.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Arbitrio Rotæ, regulatur à iure.*
2 *Pensionarius existens in quasi possessione exactionis pensionis, ea priuari non debet lite pendente super illius reductione, vel nullitate.*
3 *Sed debet manuteneri.*
4 *Instrumentum facit probationem probatam.*
5 *Solutio vnica sufficit ad quasi possessionem quærendam.*
6 *Confessiones de recepto, cum tendant ad alium obligandum, regulariter plenam probationem non faciunt ad fauorem confitentis.*
7 *Lim. nisi sint admodū verisimiles, & adminiculatæ, vbi adminicula.*
8 *Quasi possessio exigendi aduersus antecessores suffragatur etiam aduersus successorem, cum ius a possessore metiatur quod non mutatur ex mutatione personarum ex parte Rei.*

Decisio CXXXXII.

1 QVoniam, vt sæpe dictum fuit, † clausula, *arbitrio Rotæ*, regulatur à Iure, & de Iure pensionarius pendente iudicio super reductione, vel etiam nullitate pensionis in quasi posses- 2 sione exigendi pensionem existens † de sua quasi possessione priuari non debet, *Gig. de pens. qu. 62. nu.* 3 *12. Card. Seraph. dec. 1492. num. 2.* † sed potiùs in ea manuteneri, *vt fuit dictum in Neritonen. pensionis 18. Aprilis 1628. coram R. P. D. meo Iusto*, conclusū fuit, Alexandro tantum Informante, arbitrium non intrare ad effectum retardandi solutionem pensionis, de qua agitur.

De quasi enim possessione illius exigendi d. possessionem in summa ducatorum 55. constat tā per 4 publicum instrumentum, † quod facit probationem probatam, *Bald. in l. imperator. numer. 2. C. de Solut. Pedem. dec. 72. num 4.* & ad probandum d. quasi possessionem sufficit etiam, quod vnicam tantum solu- 5 tionem contineat, † cum in his incorporalibus etiā ex vnica solutione quasi possessio exigenti quæratur, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 53. de caus. poss. & propr. Rom. cons. 311. nu. 7. Card. Seraph. dec. 436. num. 1.* quam etiam ex pluribus, & sæpius reiteratis 6 confessionibus de recepto, † quæ licet regulariter plenam probationem dictæ quasi possessionis non inducant, quia scilicet fauorem confitentis respiciūt, & tendant ad alium obligandum, *l. inter Carteran. C. de conuent. fisc. deb. l. 10. Socc. Iun. cons. 57. num. 9.* lib.

lib. 2. cum aliis per Tiraq. de retract. lignag. §. primo. gl. 19. nu. 81. vbi alias aperiretur via fraudibus, quia facile cuiq; esset probare hoc pacto exactionem, & 7 quasi possessionem, † quando tamen sunt ad modum verisimiles, & adminiculatæ, vt quia, prout in casu isto, constat de reseruatione pensionis clara, & expedita ad fauorem confitentis, & confessiones sunt plures, & diuersis personis successiuis temporibus factæ, & repertę in manibus eorum, qui suspecti non sunt, probant d. quasi possessionem, *Card. Seraph. dec. 292. in fin. & fuit resolutum in vna Cæsaraugustana pensionis. 30. Ianuarii 1589. coram bo: me: Gyptio, & in Reatina, seu Firmana pensionis 15. Decembris 1599. coram bo: me: Cardinali Pamphilio, & alias sæpissime.*

Non obstat, quod ex d.d. confessionibus non probatur quasi possessio aduersus modernum Rectorem 8 sed illius antecessores tantum, † quia quasi possessio aduersus dictos antecessores Alexandro quæsita suffragatur etiam ei aduersus modernum Rectorē, ita quod, non obstante mutatione personarum, in ea manuteneri debeat, cum in hoc Ius à possessore metiatur, quod non mutatur, nec variatur ex mutatione personarum ex parte rei, *Gig. de pens. q. 47. num. 10. Put. dec. 151. lib. 3. Rt. diuers. dec. 99. num. 11. par. 1. Et fuit dictum in Meuanen. Pēsionis 6. Aprilis 1612. coram R.P.D. meo Manzanedo, & in Sipontina, seu Nullius pensionis 24. Ianuarii 1614. coram R.P.D. meo Pirruano.*

E O D E M

Eadem.

Lunæ 14. Maij 1618.

S V M M A R I A.

1 *Solutio vnica sufficit ad effectum quasi possessionis acquirendæ.*

2 *Quasi possessionis continuatio præsumitur etiam post decennium, vbi non cōstat alium acquisiuisse possessionem naturalem.*

Decisio CXXXXIII.

DOmini steterunt in decisis 14. Ianuarii præteriti ex rationibus tunc deductis.

Quibus non videbatur obstare, quod ex 12. apocis, duæ tātū cōtinēt cōfessionē de recepto duc. 55. de Camera, vna videlicet facta 18. Iulii 1605. altera 18. Iulii 1606. reliquę verò apocę sunt de minore sūma de duc. nēpe 55. Cam. Pōtremuli, quia, vltra quod, vt colligitur ex quietātiis de anno 1610. & 1612. valor dictorum ducatorum Camerę Pontremuli æstimatur in Iuliis 15. qui videatur verus valor ducatorum de Camera d. secundæ etiam apocæ sufficiunt ad constituendum pensionariū in quie- 1 ta possessione d. pensionis † cum, vt in alia decisione firmatum fuit, ad hunc effectum sufficiat etiam vnica solutio, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. numer. 55. de caus. poss. & propr. cum aliis in d. decis. alleg.*

Non obstat, quod dicitur, non constare de mandato soluentis pensionem, quia solutiones, de quibus in dictis duabus apocis, factæ leguntur ab ipsomet Rectore, scilicet, Peregrino Tabacco, & quod dictus Tabaccus esset Rector, satis videbatur probatum ex pluribus enunciatiuis in diuersis apocis, & etiā ex depositione vnius testis, qui dicitur Sororius Tabacchi.

Non obstat, quod per 10. annos numquam fuit facta exactio in ducatis 55. de Camera, sed in minori summa, ac propterea videatur ammissa quasi possessio antea quæsita, quia, vltra quod ex supra deductis apparet, obiectum hoc in facto non substineri, tol- 2 litur etiam difficultas ex eo, † quod præsumptio dictæ amisionis non constat, aliū acquisiuisse possessionem naturalem, quia tunc etiam post decennium præsumitur illius continuatio, & retentio, *vt fuit dictum in Neritonen. pensionis 18. Aprilis 1608. coram bo: me: Iasto, & in Aquilegien. pēsionis 21. Martij 1610 coram R.P.D. meo Manzanedo.*

Aliis fuit in alia decisione satisfactum, & ita resolutum, cum præsuposito, quod Iura sint in forma probanti, de quo Domini voluerunt particulariter videre &c.

M. Andrea

Interamnensis Dotis

Veneris 8. Iunij 1618.

S V M M A R I A.

1 *Hæres creditor aliis anterior potest sibi satisfacere per imaginariam solutionem, vel bona retinere, donec fuerit satisfactus. Decl. vt num. 2.*

3 *Dotis fructus an post decem annos censeantur remissi, vel requiratur præscriptio 30. vel 40. annorum & num. 4.*

5 *Oblatore maiori citato non comparente fieri potest deliberatio alteri oblatori.*

6 *Iudex, à quo auocata est causa, validè procedit non constito de scientia auocationis.*

7 *Scientia præsumpta non sufficit, vbi agitur de delicto, & attentatis.*

8 *Productio verbalis sufficit de instrumento in actis Notarii actuarii.*

9 *Cameralis obligationis extensio non requiritur, vbi est posita in protocollo Notarii rogati.*

10 *Executiuè adi potest pro fructibus dotis tamquam interesse, etiam quod de eis non extet explicita obligatio in instrumento dotali.*

11 *Sententia lata eadem die, qua facrunt producta iura valida est.*

12 *Instrumentum cum obligatione camerali habet executionem paratam.*

13 *Manutentio non datur executionem passo in vim mandati Iudicis ritè, & rectè procedentis.*

Decisio CXXXXIV.

QVærebatur, An esset locus executioni, vel potius dandum mandatum de manutenendo.

Et Raynerii, qui petebant manuteneri, conabantur ostendere notoriam iniustitiam, & nullitatem mandati relaxati a Gubernatore Interamnen. ex pluribus.

Quibus tamen non obstantibus, eis non esse dandum mandatum de manutenendo fuit responsum.

Et quoad notoriam Iniustitiam, illa deducebatur.

Primo quia dicti de Raynerii erant creditores anteriores quondam Vincentii ratione dotis maternæ, super cuius bonis erat facta executio, & 1 † licet etiam essent eius hæredes, tamen potuerunt sibi ipsius adeundo satisfacere super illis bonis per imaginariam solutionem, vel saltem tamquam anteriores

teriores creditores non potuerunt repelli à possessione dictorum bonorum, quousq; ipsi essent satisfacti, l. 1. & l. diuers. C. qui pot. in pign. hab. cum concordantibus.

Sed placuerunt responsiones, quod non constabat de aliquo eorum credito, prout constare debet, & in omnem euentum, quia aderant in Inuentario bona 2 mobilia, & nomina debitorum, † ideo non potuerunt ipsi prætendere solutionem in stabilibus, cum illa prius fieri deberet in mobilibus, l. à Diuo Pio. §. si super rebus ff. de re iudic. Rot. dec. 680. num. 7. par. 1. Seraph. dec. 967. num. 2. cum alijs allegatis.

Secundo dicebatur, quod Iudex mandauit exequi mandatum etiam super bonis propriis illorum de Rayneriis.

Sed obiectum cessabat, quia super talibus bonis non fuit facta aliqua executio, & licet Nuncius retulerit, se fecisse executionem super domo Francisci Antonii, & sororum de Rayneriis, hoc tamen est intelligendum, vt heredum, prout ex confinibus Instrumenti executionis, & Inuentarii, de quibus in summario num. 4. & 6. apparet de identitate domus hereditariæ.

Tertio allegabatur, mandatum fuisse relaxatum 3 pro fructibus dotis 10. annorum, & vltra, † & tamen post decem annos censentur remissi, vt per Bald. cons. 474. lib. 3.

Verum fuit responsum, quod ad istum effectum requiritur præscriptio 30. vel 40. annor. vt contra Bal. post alios tenet Corn. cons. 145. num. 15. & seq. lib. 2. Iaf. in §. fuerat. Instit. de act. num. 22. & secutu est Rota in Neritonen. bonorum 18. Iunij 1590. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.

4 Vltra quod † omnis præscriptio fuit interrupta de anno 1587. quo fuit ceptum iudicium.

Quo verò ad nullitates satis prolixè, & morosè coacernatas, eas non obstare, Domini dixerunt.

Illa enim quod adesset in Actis oblatio scutorum 380. & domus fuerat deliberata pro scutis 300. Cessat ex eo, quia maior oblator citatus ad compa- 5 rendum pro certa die non comparuit, ideò † benè potuit fieri deliberatio alteri oblatori.

Quod Gubernator processerit sine iurisdictione, quia ab eo fuerat auocata causa per signaturam.

6 Vltra quod non probatur illius scientia huiusmodi auocationis, prout † requiritur, Lancell. de attent. 7 post auocat. caus. cap. 16. num. 17. limit. 2. † nec verisimilis fuisset ex vicinitate locorum, vbi agitur de delicto, prout est attentatum, Straph. dec. 127. num. 1. & fuit dictum in Farfen. territorij 17. Iunij 1615. coram Verosp. 2.

Non relauat, quia Signatura postmodum ad eundem Gubernatorem causam remisit.

Non obstat quod instrumentum dotis fuerit verbaliter productum.

8 Quia, † cum extaret in Actis Notarii actuarii, non erat opus alia reali productione.

Defectus extensionis obligationis Cameralis, & 9 ipse cessat, † ex quo dicta obligatio erat posita in Protocollo Notarii actuarii de illo rogati, vt per Gallesi de oblig. Camer. qu. 34. nu. 9. in non.

Nec afficit, quod pro fructibus dotis non potuerit agi executiuè, nulla extante obligatione Cameralt.

10 Quia † huiusmodi fructus debentur marito, qui sustinuit onera Matrimonii tamquam proprium Interesse, vt declarat Bart. in l. in Insula. §. viuras. nu. 3. ff. sol. matrim. Canon. in cap. salubriter. de vsur. Cappe. dec. 183. num. 2. Osasch. dec. 132. nu. 1. cum alijs allegatis in Maceratco. dotis 27. Iunij 1614. coram me, & in Instrumento dotali Vincentius se obligauit in casu non solutionis fructuum mille ad omnia damna, & interesse.

Quod eodem die fuerit admissa iura, & lata sen- 11 tentia, nihil releuat, † quia præsumitur, præcessisse actus, qui valere fecit, ad tex. in l. cum in testamento. ff. de hared. instit. Alex. cons. 81. numer. 7. lib. 3. & cons. 112. numer. 4. lib. 5. Felyn. in cap. Pastoralis, num. 5. de rescript. Crescent. decis. 25. num. 4. eodem tit.

Reliquæ nullitates vel tolluntur ex facto, vel sūt admodum leues, & benè in iure sublatæ per Informantes, Vnde, cum Nuccii, qui mandatum obtinuerunt, & illud exequi fecerunt in bonis hereditariis, sint creditores pro residuo dotis in scutis 265. & pro alimentis, seu fructibus dotalibus in scutis 535. vigore Instrumenti dotalis cum obligatione Came- 12 rali, vt in summario num. 1. † quod propterea habet executionem paratam, Mohed. dec. 1. & 2. de except. cum aliis per Informantes, & sentire signatura, quæ quoad bona hæreditaria commisit causam in Rota cum clausula, ne præiudicio legitimæ executionis, vtique iustum, & validum fuit mandatum Gubernatoris Interamnen. & consequenter Rayneri frustra 13 petunt manutentionem, † quæ non datur, vbi, Iudex ritè, & rectè processit, Aug. & DD. in l. clam possidere §. qui ad nund. nus. ff. de acq. poss. Rot. dec. 62. num. 3. por. 2. cum aliis allegatis.

Et ita conclusum &c.

Remboldo

Bononien. de Gozzadinis

Mercurij 4. Iulii 1618.

S V M M A R I A.

1 Constituto transfertur possessio.
2 Constituturio non constituenti etiam actualiter possidenti debetur manutentio.

Decisio CXXXXV.

Dictum fuit, Brandelisio dandum esse mandatum de manutenendo, quia, licet possessio tornaturarum, de quibus agitur, probaretur, alias fuisse penes Vlissem, ex cuius persona veniunt hodie fratres S. Francisci, cum tamen idem Vlisses easdem tornaturas cum amplissima iurium cessione, ac etiam clausula Constituti D. Brandelisio donauerit, atque ita facto proprio à possessione ce- 1 ciderit, † eamdem in D. Brandelisium vigore dictæ clausulæ transtulerit, l. quod meo. ff. de acq. poss. Butr. in cap. solicitè sub num. 13. de restit. spol. & in cap. veniens num. 3. de renunc. Cresc. dec. 1. num. 5. de fecund. 2 nupt. † non ipsi, sed d. Brandelisio cōpetit manutentio, etiam in concursu actualis possessionis constituentis, vt fuit dictum in Clusino Poste Puccoli 4. Iuly 1603. coram bo. m. Litta, & in Romana de Introitatis 19. Aprilis 1616. & 20. Februarij 1617. coram R. P. D. Vbaldo.

Non obstat, quod dicitur, dictas tornaturas non esse in dicta donatione comprehensas.

Quia, vltra quod iam fuit contrarium decisum, & etiam per sententiam Auditoris Generalis Bonon. iudicatum apparet ex facto, & lectura Instrumentorum quod nedum dictæ tornaturæ emptæ fuerunt ex redditibus hæreditatis Vlissis Senioris, vt latius in dicta decisione deductum fuit, sed dictæ quoque hæreditati iuxta Vlissis Senioris preceptum assignatæ, adeò quod dubium nullum est, quin illæ sint in dicta donatione, in qua dictus Vlisses iunior ex-

expresse eenunciauit omnibus bonis ad ipsum vigore testamenti Vlissis Senioris spectantibus comprehensa &c.

Remboldo.

Albanen. Vineæ.

Lunæ 19. Nouembris 1618.

S V M M A R I A.

1 Productione facta de aliqua scriptura, dicuntur per producentem approbata omnia in eo contenta.
2 Instrumentum adeptæ possessionis debet continere actus possessorios desuper factos, nec sufficit simplex attestatio Notarij de possessione capta, nisi ad alias probationes coadiuuandas.
3 Motare quis sibi potest causam possessionis.
4 Confessio interpretari debet, vt minus, quò fieri possit, confitenti præiudicet.
5 Restitutio competit ad statum.
6 Depositario an competat restitutio contra deponentē.
7 In immissione in vim rescripti facienda debet procedi iuris ordine seruato, & cum partis citatione.
8 Spolium vltimum purgandum est.

Decisio CXXXXVI.

Domini steterunt in decisis 18. Decembris proxime præteriti, de primo enim extremo possessionis scilicet Iuliæ abundè constare videbatur tàm ex Instrumento promissionis à dicta Iulia factæ, quod dictam possessionem nomine Curiæ retinere volebat, quam etiam ex alio Instrumento die subseq. 27. nempe Octobris 1593. celebrato, & etiam ex decreto immissionis ab Antonio obtento cum clausula, amota Iulia detentrice, 1 & ab eodem Antonio producto, quia † ex hac productione resultat illius omnià in dicto decreto contentorum, & per consequens etiam dictæ Iuliæ possessionis, seu detentationis confessio, gl. in l. 1. §. editiones in verb. dic. & consule. propesin. ff. de eden. Bal. in cap. præsentium. nu. 2. de testib. Rom. cons. 63. no. 3. cum alijs cumul. in Romana de Azzonis 15. Ianuarij 1614. coram R.P.D. meo Vbaldo, aut ex omnibus supradictis saltem simul iunctis.

Nec propterea obstat, quod dicitur, per dictum Instrumentum 27. Octobris celebratum non proba-2 ri possessionem Iuliæ ex eo, † quod Notarius in d. instrumento non attestatur de aliquo actu possessorio, prout requiritur, sed testatur tantum, quod Iulia fuerit adepta possessionem quod non sufficit, cum possessio sit animi, & facti, & cognitio, an facta sit tale, ex quo resultet possessio, ad Iudicem spectet, non vero ad tabellionem, qui de his, quæ sensu corporeo, non iudicio intellectus percipiuntur, testari potest, vt post Bart. & alios in l. prædia. ff. de acq. poss. & in l. edicto. C. de edict. diu. Adr. toll. not. Socc. cons. 205. numer. primo lib. 2. & fuit dictum in vno Barchinonē. Beneficij 3. Iulij 1617. coram R.P.D. meo Verospio.

Quia hoc etiam admisso, dictæ Iuliæ possessio probata remanet ex præcedenti, vt dictū est, Instrumento, ac etiam ex propria partis aduersæ confessione, & vltra quod hoc secundum instrumētum bene deseruit ad coadiuuandum dictam probationem colligitur etiam ex eo animus dictæ Iuliæ, quod scilicet causam possessionis sibi mutare, & exinde eo iure sibi ex luctuosa filij successione competente 3 possidere voluit, † ad trad. per Anchar. cons. 152. nu. 3. Achill. dec. 4. de caus. poss. & propr. & fuit dictum in vna Romana Spolij Domorum 16. Iunij 1614 coram R.P.D. meo Pamphilio.

Atq; hinc etiam patet responsio, ad id, quod dicitur, quod confessio possessionis Iuliæ, quæ ex dicta productione decreti elicitur interpretari debet de 4 nuda detentatione ex causa depositi, † ita vt minus, quam fieri potest, confitenti præiudicet, Mohed. dec. 2. de restit spoliat. quia, præterquam quod dictæ Iuliæ 5 † competeret restitutio ad statum, in quo tempore commissi spolij reperiebatur, vt pluribus fuit in alia decisione firmatum, satis etiam ex prædictis colligitur, quo animo ipsa possederit.

6 Nec facit, †quod restitutio non competit depositario, quando fuit à possessione ab ipso deponente deiectus, qui i quidquid sit de veritate huius conclusionis, illa non procedit, quando depositarius interuertit possessionem deponentis, & incepit nomine proprio possidere, tunc enim restituitur etiam contra deponentem, Salicet. in l. si quis in tantam numer. 8. C. vnde vi. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 187.

Et in casu isto cessare videtur difficultas ex eo, quod, cum Antonius fuerit in possessionem immissus vigore rescripti ad ipsius supplicationem ema-7 nati, † procedendum erat iuris ordine seruato, & citata Iulia, ad not. per Bal. in l. meminerit. in princ. & Salic. numer. 1. in fin. vers. tertia opinio, & num. seq. C. vnde vi.

Nō obstat anterior possessio Curię, quia de ea nō 8 constat, & in omnem euentum † vltimum spolium esset purgandum, l. qui possessionem. ff. de vi, & vi arm. Gabr. cons. 149. nu. 12. & 16. lib. 2. Card. Seraph. dec. 96. &c.

Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio Iuniore

Asisien. Statutorum

Mercurij 22. Maij 1619.

S V M M A R I A.

1 Possessio probata de tempore ante litem motā præsumitur continuata vsq; ad tempus motæ litis, nisi contrarium probetur.
2 Possidenti de tēpore motæ litis dāda est manutentio.
3 Vnusquisq; potest de re sua ad libitum disponere.
4 Probationes leuiores sufficiunt in iudicio summarissimo manutentionis.
5 Exceptiones contra testes haud facilè admittuntur in iudicio manutentionis.
6 Statutum conditum in præiudicium particularium personarum nō valeat.
7 Possessor non debet sua possessione priuari lite pendēte super respiciento petitorium, & altiorem indaginem requirentia.
8 Possessio contra dispositionem Statuti an sit manutenibilis.
9 Illatio non fit ex diuersis.

Decisio CXXXXVII.

Domini censuerunt, Crispoltis dandum esse mandatum de manutenendo, quia ex testibus pro eorum parte examinatis, primus, secundus, tertius, & quartus, super primo, & secundo deponunt, quod per plures annos ante motam litem Crispolti in eorum proprijs prædijs existentibus in plano

plano loci Bitronii retinuerunt quantitatem porcorum eorum bene visam publice, & palam, & absque alicuius contradictione; ex quibus testibus visum fuit Dominis satis constare de eorum quasi possessione, † quę praesumitur continuata vsque ad tempus motae litis, nisi contrarium probetur, *Rota d.c.4.de prob.in non.& cotam Seraph. decis.1047.numer.8.* & † propterea est manutenibilis, *S.retinendae, Inst. de interd.cum simil.* maxime quia est conformis dispositioni iuris communis, per quam † vnusquisque de re sua ad libitum disponere potest, *l.in re mandata.C. mand.*

Nec obstat, quod aliqui ex dictis testibus dicaotur habere anim alia in eodem loco, sicque tractent de proprio interesse, & aliqui patiantur alias exceptiones.

Quia placuit responsio, quod † in hoc summarissimo iudicio possessorio manutentionis sufficiunt leuiores probationes, *Seraph. decis.1241.num.5.& dec.1417.num.* & nec † alias facile exceptiones cōtra testes admittuntur, *vt fuit dictum in Hostien. Littoris Maris, quae est dec.28.nu.4. par.1.diuers.& in causa Lucerina Beneficij 6. Februarij 1609.coram R.P.D.meo Canalerio.*

Neq; obstat Statutum, quod nullus in dicto Plano retinere possit vltra quinque porcos sub certa pœna. Quia non loquitur expresse de bonis proprijs priuatorum, quod scilicet quis nec etiā in proprijs bonis huiusmodi animalia vltra dictum numerum retinere possit, prout aliās posset ex dispositione iuris communis, vt dictum est. Et in omnem euentum fuit pro responsione ponderatum, quod supradicti testes in huiusmodi bonis proprijs deponunt de contrario visu, & quod dictum Statutum posset dici conditum in praeiudicium particularium personarum, † quo casu eius validitas non transit absque difficultate, etiam si aliquo respectu respiciat publicā vtilitatem; & per Superiorem confirmatum fuerit, *ex ijs, quae in similibus terminis trad. Pedemont.dec.17. num.4.& seq. Couar.in reg.possessor.par.2.§.4.nu.7. de reg.iur.in 6.cum alijs adductis in causa Bononien. Iuris Macinandi, relat.inter impress.diuers.dec.41.& dec.50.num.2.& seqq.par.2.* & propterea, † donec causa cognoscitur, & lis pendet super his, quae respiciunt petitorium, & requirunt altiorem indaginem, Crispolti non debent eorum quasi possessione priuari, *Put.dec.597.num.1.& seq.lib.2.& fuit resolutum in dicta decis.50.num.28. & seq. par.2. diuers.*

Et ex his cessat etiam, quod † petitio contra dispositionem Statuti, seu Legis non sit manutenibilis, quia hoc non procedit, quando dispositio legis est dubia, & illius validitas deducta est in controuersiam, prout in casu isto, quia tunc lite pendente non debet quis commodo suae possessionis priuari, *vt fuit resolutum in dicto decis. 41. nnmer.9. & seq. par.2.diuers.& facit dicta decis.Put.497. sub num. 2.vers.non obstat.& num.3.lib.2.cum alijs ibi adductis.* Et hoc faciliūs procedit in casu isto attenta speciali commissione super huiusmodi lite postmodū obtenta cum facultate manutenendi, quem de iure, *vt fuit etiam ponderatum in dicta dec.50.num.27.in fin.par.2. diuers.*

Nec demum obstat, quod huiusmodi quasi possessio probata per testes intelligi possit vigore assidae, seu licentiae pasculandi Crispoltis per Communitatem concessae.

Quia immo dicta licentia legitur per aliquot annos eis implicitè data pro pasculando certo numero porcorum, nec loquitur de bonis proprijs ipsorū de Crispoltis, ideoq; † ex illa vti diuersa non potest inferri ad testes, qui deponunt de dictis bonis proprijs, & generaliter de quantitate eis bene visa, *l. Papinianus.in prin.ff. de minor.cum simil.*

Et ita &c.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Romana Funeralium S. Mariae in Via Lata

Veneris 14. Iunij 1613.

SVMMARIA.

1. Manutentio datur docenti de possessione.
2. Antecessorum possessio suffragatur ad manutentionē obtinendam.
3. Auocatio possessionis facta ad euitanda scandala possessione non priuat.
4. Manutentio datur in possessione habendi ceras, quae pheretrum comitantur, dum Cadauer ad Ecclesiam defertur.
5. Et ceras, quae circa Cadauera ponuntur in domibus.
6. Et ceras, quae ponuntur circa Cadauera in Ecclesia existentia.
7. Et in possessione percipiendi quartam funeralem, seu eleemosynas pro sepultura.
8. Et in possessione habendi fasciculum Cādelarum, quae solent dari Parocho.
9. Et in possessione percipiendi obuentiones, & eleemosynas pro administratione Sacramentorum.
10. Et pro eleemosynis, quae proueniunt ex benedictione ouorum, & domorum.
11. Et in quasi possessione conuocandi in funere Sacerdotes.
12. Et in quasi possessione, vt inseruiatur à Clericis Ecclesiae, quando eget pro administratione Sacramentorum.

Decisio CXXXXVIII.

Ab ipso Rotarum initio Partem, quę neglexit informare, quam plurimis interpellatā citationibus expectaui, & quia prope iam curreoris anni finis instabat, ne ad alterum annum prima causae disputatio protraheretur post diuturnam contumaciam proposui causam, solo Vicario Informante, cui esse dandum mandatum de manutenendo in sequentibus Domini censuerunt, † cum de eius clara possessione constet, *ad tex.in §.hodie. Instit.de interd.* † & opitulatur ei possessio antecessorum, *vt fuit resolutum in causa Terracinen.attestatorum 17. Decembris 1607. coram me,* quae quidem possessio non fuit amissa per possessionis auocationem à Reuerendiss. Domino Vicegerente factam, † quia fuit facta ad euitanda scandala, & ideo possessione non priuat, *Mohed.dec. 14.de rest.spol.aliàs 198.Seraph.decis.773.numer.7. Menoch.de retin.remed.3.num.86. & seq.*

Illa autem, in quibus Vicario, seu Parocho dāda est manutentio, sunt haec.

Primo † manutentio danda est in possessione habendi ceras, quae pharetrum comitantur, dum cadauer defertur ad Ecclesiam, quam possessionem probant testes *in summario num.1.* videlicet primus, secundus, tertius, quintus, & octauus; deponunt enim de visu, & primus, & secundus quia inseruieruut Parochis, seu Vicarijs, & dictas ceras in Vicariorū cubicula detulerunt, & vnā cum alijs deponunt per verba semper, & continuo Vicarios habuisse dictas ceras, & quartus testis deponit de tempore septem annorum, quo Carolo, & Lutio Vicarijs inseruiuit pro Clerico, & in Interrogatorio deponunt de scie-

missum, & cap. cum in tua. de decim. & ibi per Anchar, & latè prosequitur Io: Bologn. cons. 29. num. 16. & seqq. & sepissimè tenuit Rota, extant noua decisiones in Conchen. Decimarum coram bo. me. Cardinali Pamphilio; & etiam coram R. P. D. meo Pironano, præsertim a conductore, qualis erat Pandulphinus; qui poterat vti frui more boni Inquilini, vt cantat Instrumentum, & non præiudicare locatori, sed etiã quia omnem euentum melioramenta in domibus, seu vinea facienda tam vtilia, & necessaria, quam ad ornatum qualiacumq; & quantacumque essent, & ad quamcumq; summam, & valorem ascenderent ex pacto expresso in Instrumento apposito solo cedere debent ad beneficium, & commodum locatoris, qui pro dictis melioramentis nihil penitus respondere,

4 restituere, aut reficere teneatur, quod † pactum vtique de Iure validum est, & seruādum, *Bart. in l. iubemus. 2. §. sane 2. num. 2. C. de Sacros. Eccles. Valasc. de Iur. emphit. q. 25. num. 18. Rot. dec. 208. part. 2. diuers. fuit dictum in Romana melioramentorum 20. Iunij 1608. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Romana Salulani 20. Ianuarij 1611. coram me.* Et ex prædictis verbis adeo amplis, & generalibus tolli-

5 tur obiectio facta pro Pandulphino, quod † tale pactum non trahatur ad impensas magnas, & immensas, *ex trad. per Cald. de extinct. emphit. c. 10. nu. 49. cum alleg.* Quia, vltra quod DD. allegati loquuntur,

6 † quãdo emphyteuta culpa sua cadit in commissum, qui sunt termini à nostris diuersi, cessat distinctio de impensis magnis, vel modicis stante pacto, prout

7 hic, † adeo generalibus, & prægnantibus verbis cõcepto, quod censetur pars pretij, *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. & sentiunt in puncto Valasc. d. q. 25. num. 18. in fin. Cald. d. c. 10. num. 50. in fin. & faciunt latè congesta per Gabr. cons. 168. q. 3. num. 21. & seq. & signanter num. 28. lib. 1.*

8 Non obstat, quod datur retentio ratione melioramentorum, & sic illa † impedire debeant executionem mandati de manutenendo, *iuxta trad. per Gabr. cons. 31. nu. 24. lib. 2. & fuit dictum in Mantuana bonorum 28. Maij 1614. coram me, quæ est dec. 610. nu. 3. par. 1. in recent.*

Quia sufficit dicere, id esse extra dubium, in quo solum quæritur, an obstet Io: Francisco quod vinea, & situs faciem mutauerint, & nihilominus ex abundanti Dominis videbatur, non esse locum prætensæ retentioni ad effectum impediendi executionem, cũ de assertis melioramentis non constet saltem in genere ad hoc, vt sit locus præfixioni termini ad liquidandum, & non facta liquidatione, sit locus cautioni, *iuxta stylum Rotæ de qua per Pul. dec. 401. lib. 2. secundum Rom. impress. Menoch. de recuper. rem. 15. nu. 164. & seq. cum alijs per Canoc. de loc. & conduct. in tit: de expens. num. 18. & seq.*

Addebant, quod quatenus de ijs constaret, tamen non constat, illa fuisse necessaria, vel vtilia, propter quæ possit competere retẽtio, & impediri executio, *iuxta latè trad. per Menoch. d. remed. 15. nu. 449. cũ seq. Barbos. ad l. diuortio. §. fin. num. 88. ff. sol. matrim.* & si melioramenta essent voluptuaria, & sine aliqua vtilitate, & d. d. situs non essent redditi pretiosiores, res esset indubitata, quod non daretur retentio, nec impediretur executio, *l. impensæ §. voluptuaria. vbi Alciat. & Rebuff. de verb. signif. num. 3. vers. de expensa verò lib. 2. Menoch. d. rem. 15. numer. 556. Ios. Ludouic. dec. Perus. 24. num. 21. & seq. & fuit dictum in Lucana Fructuum 16. Februarij 1615. coram me.*

9 Nec omittebãt, quod, cum Informantes pro Pandulphino dicant huiusmodi melioramenta ascendẽte ad scuta 18. milliũ 9. stante impossibilitate Ioannis Francisci illa soluendi non possent dici vtiliter, vel necessario facta, *Bal. cons. 18. num. 4. vers. ex præmissis apparet. lib. 1. latè Tiraq. de retract. conuent. §.*

14 tum suæ possessionis, † cum sola Instrumẽtalis possessio, quamuis posterior, præualeat etiam anteriori vi infectæ per decretum, *Cresc. dec. 1. in fin. de caus. poss. & propr. & fuit allegata dec. in Asculan. pensionis 7.* cia, Ie... benefic... *arij 1586. coram bo. me. Card. Pamphilio* Quæ Non obst... magis procedere videbantur, ex quo sententia mutata facie... absente, & inaudito Antonio, qui statim,

10 & post Inhibit... censurarum se contulit ad Curiam, & applicantur *trad.* ... ad Iudicem pro obtinenda libera-

Quæ dicuntur de † quod sufficit pro retentione ci-factis à locis Pijs tum ... *post Bald. in cap. querelam. de* sunt extra punctum ... *95. num. 7. Put. dec. 419 nu.*

Sicut etiam quæ subiung... ex d. d. situbus fuit alijs adiun... minus sex mensium ad constructum nobile Viridarium, non curreret in præcommodam diuisionem, Ideoq; ... niente præstito per possit consequi oiũ situum suorum ... em à Laurentio *statut. Vrb. lib. 1. cap. 101.* ... so, quod be-

Vltra quod in facto id nõ iustificatur, & *raph. 397.* datione facienda apparebit quantitas fundi ... nep. be-Io: Francisco, & in locatione comprehensa. ... *mphi*

Ex quibus fuit conclusum, mutationem faciei edici non obstare &c.

Eminentissimo Domino Cardinali Verospio

Bononien. de Bologninis

Veneris 11. Decembris 1619.

SVMMARIA.

1 *Constituto translata dicitur vera possessio, & numero 4.*
2 *Præsertim ad effectum manutentionis.*
3 *Constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur.*
4 *Decl. secus in simplici constituto, cuius tantum executio in tempus mortis dilata fuerit.*
5 *Extende stante præsertim clausula,* Ex nunc prout ex tunc.
6 *Tempus in dispositione collatum post obitum alicuius in illius gratiam ipso consentiente non est expectandum.*
7 *Mandatum speciale requiritur ad possessionem acquirendam.*
8 *Decretum intelligendum est iuxta iuris dispositionem.*
9 *Hæredi possessio acquisita non dicitur absq; apprehẽsione.*
10 *Exceptio detractionum faciendarum vti petitorium respiciens, manutentionem non impedit.*

Decisio CL.

Fuluius, Emilius, & Pyrrhus fratres de Bologninis ad occurrendũ litibus inter se de anno 1602. transegerunt, vt de tempore eorũ obitus nullo ex eis filio legitimo, & naturali superstite, Lelius dicti Emilij filius naturalis vti vocatus in defectum legitimorum ad Io: Mariæ Aui hereditatem, in possessione bonorum omnium ex dicta transactione existeret, & per consequens illam ex nunc, prout ex tunc eidem Lelio, eiusq; descendentibus tradiderunt, ita vt adueniente eorum morte posses-

1 sio non inchoata, sed continuata diceretur cum clausula Constituti, & precarij.

causa factas obtinuerunt, disputari, quibus esset dandum mandatum de manutenendo.

Quod dubio proposito, Domini responderunt, esse dandum Scarlattis cum modificatione tamen, & reseruatione, de quibus infra.

1 Ipsi enim possident auctoritate Iudicis, qui ritè, & rectè procedendo priuauit Cibos sua anteriori possessione, *l. iustè possidet. vbi Baec. & alij. ff. de acq. poss. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Ias. num. 20. ff. eod. tit. Rot. dec. 802. nu. 6. & 7. par. 1. diuers. & dec. 62. nu. 3. & 4. par. 2. fuit dictũ in vna Augusten. Hospitalis 21. Februarij 1611. coram me, & sæpissimè alias.*

2 Vnde † Scarlatti manutenendi sunt, nisi probetur fuisse nulliter, & iniustè immissos, *Rot. d. dec. 802. sub num. 7.*

Quæ probatio hic non adest. Nam quoad nullitatem nihil deducitur. Quo verò ad iniustitiam, nec videbantur obstare latè deducta per informantes.

3 Quia † ad hunc effectum non sufficit quælibet iniustitia, sed debet esse patens, & notoria, & quæ nullo velamine offuscari possit, *vt latè fuit deductum in causa Romana de Bobellis 31. Maij 1613. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & secuta est Rota in vna Nepesina laudi 13. Februarij 1615. coram R. P. D. meo Caualerio, & fuit dictum in decis. Seraph. 867. num. 1. par. 1. in impress.* Talis autem iniustitia non videtur apparere in sententia, de qua agitur.

Nam quod dicitur, ex decisionibus in causa factis satis constare, Scarlattos nullam habuisse hypothe-

4 cam in dictis bonis, atque ideo † defecisse primum extremum ad obtinendum in Saluiano necessarium non videtur, posse Cibis suffragari, ad effectum, de quo agitur. Quia deducta in d. d. decisionibus redduntur saltem turbida ex latè congestis per informantes pro Scarlattis, præsertim circa probationes versionis pecuniarum acceptarum per Ioannem in causa prætensorum melioramentorum, *l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.*

Respondebatur primo, per dictas decisiones non excludi penitus hypothecam, sed tantum ex capitibus tunc discussis vnde, cum possibile sit, Scarlattos obtinere ex alio capite, adhuc non discusso, sententia non potest dici notoriè iniusta.

5 Secundo respondebatur, † ex decisionibus nõ dici constare de notoria iniustitia, nisi adsit confessio, vel res iudicata in contrarium, *vt fuit dictum in vna Reatina Pensionis 28. Ianuarij 1603. cora R. P. D. meo Pamphilio, & in eadem 1. Decembris 1614. coram me, quas decisiones secuta est Rota in causa Anconitana bonorum 29. Februarij præsentis coram R. P. D. meo Buratto.*

Cæterum cum Domini Scarlatti veniant, vel tanquam creditores Ioannis, vel tamquam eius cessio-

6 narii, sequitur, † vt non debeant manuteneri, nisi eo modo, quo fuisset manutentus Ioannes *ex reg. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* & sic mediante solutione facienda Dominis de Cibis, quemadmodum soluebat, vel soluere tenebatur ipse Ioannes.

Et demum, quia sententia, de qua agitur, licet lata in possessorio videbatur continere mixturam, cum canonizet versionem pecuniarũ Aloysii in melioramentis factis per Ioannem, quod videtur re-

7 spicere petitorium, & † ratione mixturæ fuisset danda appellatio, & consequenter immissio fuisset attentata, & nulla, & non manutenibilis.

Ideo Domini concluserunt, Dominis de Scarlattis esse dandum mandatum de manutenendo, cum onere tamen soluendi pensiones Dominis de Cibis, & nisi obstet mixtura sententiæ; de qua voluerunt particulariter videre.

Et ita decisum.

Vbaldo Seniore

Spoletana Bonorum

Lunæ 12. Junij. 1617.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Clausula constituti transfertur omnis possessio, & quidem manutenibilis.*
3 *Locatio in actis adminiculis probat possessionem.*
4 *Titulum non habens possidens vna cum titulum habente præsumitur iure familiaritatis possidere.*
5 *Exceptio nullitatis tituli, & quæ requirit altiorem indaginem, & respicit petitorium non attenditur ad effectum manutentionis.*

Decisio CXXXVIII.

De anno 1592. Antonius Mannarinus assignauit per publicum Instrumentum Flaminio filio nonnulla bona pro eius legitima cum expressa prohibitione alienandi, quæ bona Flaminius locauit pro certa annua pensione Hieronymo Guidamio cum accessione, & fideiussione eiusdem Antonii Patris Flaminii; de anno vero 1610. 11. Augusti idem Antonius dicta bona testamento reliquit eidem Flaminio cum expresso mandato, vt Flaminius dictum testamentum acceptaret, prout acceptauit, & eadem die 11. Augusti donauit eidem Flaminio scuta 300. & in solutum dedit duo petia terrarum in vocabulo, domum fratris, & Malborghetti, qui Flaminius postea donauit omnia bona sua Elenæ suæ vxori, quo mortuo est lis inter Antonium, & Elenam, & commissa causa cũ facultate manutenendi, quem de iure, emanauit dubium, cui esset dandum mandatum de manutenẽdo, & Domini quoad illa duo petia terrarũ, de quibus supra proximè mentionem feci, responderunt pro Elena, quoad alia vero censuerunt, esse videndũ de bono iure.

1 Ratio primæ resolutionis fuit, quia † manutentio datur possidenti de tempore motæ litis, *§. retinendæ vbi DD. Inst. de interd. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 556.*

De possessione Elenæ constat ex clausula *constituti* apposita in Instrumento donationis sibi factæ à

2 Flaminio, † per quam clausulam certum est transferri omnem possessionem, *l. quod meo. ff. de acq. poss. cum alijs per Tiraq. de constit. par. 1. num. 2. & 4. & fuit latè deductum in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram me*; in qua etiam fuit firmatũ quod talis possessio translata per Constitutum est manutenibilis, *vt etiam fuit deductum in Clusina Posta 27. Ianuarij 1603. coram bo. me. Litta.*

Quod autem Flaminius possideret dicta petia terrarum, patet ex donatione scutorum 300. illi à Patre facta in recompensam Aromatariæ donatæ Emiliano alteri filio, & ex datione in solutum dictarũ terrarũ cum clausula *constituti*, ex qua confessum fuit translata possessio in Flaminium ex supra allegatis, & de possessione Flaminii dictarũ terrarũ deponunt etiã testes dati in summario Elenæ n. 10. Et corroboratur probatio possessionis Elene ex Instrumentis acceptæ actualis possessionis post mortẽ Flaminij mediante persona Procuratorum, & inhærendo possessioni antea acquisitæ per clausulam *constituti*, & accedit etiam quoad vnum ex dictis prædiis, videlicet, domum fratris, locatio ab eadem

Elena

3 Elena facta post mortem viri, quæ † locatio iunctis adminiculis probat possessionem, *Ruin. cons. 46. nu. 13. lib. 4. cum alijs per Gabr. de locat. conclus. 4. num. 6.*

Non obstant testes deponētes de possessione Antonii, quia stantibus prædictis, videntur posse conciliari cum testibus Elenæ, quod scilicet Antonius, 4 † qui nullum habebat titulum in istis terris datis in solutum, possederit iure familiaritatis, *iux. doctr. in l. qui iure, & in l. communis seruus, & ibi præcipuè Castr. ff. de acq. poss. & fuit dictam in alia Spoletana bonorum 22. Aprilis 1616. confirmata 12. Decembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Buratto.*

Non obstat prætensa nullitas donationis Flami-5 nii, quia † requirit altiorem indaginem, & respicit petitorium, quod non attenditur ad effectum manutentionis in Iudicio possessorio summarissimo, *Rot. decis. 507. in fin. par. 1. diuers. & fuit sæpissimè decisum.*

Quo vero ad alias prætensiones inter partes excitatas, cum causa sit commissa cum cumulatione petitorii, & possessorii, præsertim stante conflictu testium super possessione vtriusq; partis deponentiū Domini, vt dixi, mandarunt, vt videretur de bono iure &c.

Et ita decisum &c.

Eminentissimo Domino Cardinali Verospio

Bononien. Exemptionis

Luna 3. Iunij 1617.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Quasi possessio in incorporalibus etiam vnico actu acquiritur.*
3 *Possessio titulata facilius est manutenenda.*
4 *Quasi possessio exactionis gabellæ contra aliquos non suffragatur contra habentes priuilegium particulare.*
5 *Ampl. præsertim si sint etiam in quasi possessione exemptionis.*
6 *Quasi possessio exēptionis acquiri non potest sine scitia, & patientia habentis interesse.*
7 *Scientia, & patientia præsumitur ex actuum multiplicitate.*
8 *Scientia, & patientia interesse habentis non requiritur ad effectum quasi possessionis acquirendæ, vbi extat titulus.*
9 *Priuilegiam habens in generalibus constitutionibus non comprahenditur.*
10 *Obseruantia subsecuta declarat, quem in constitutione non comprahendi.*
11 *Exceptio concernens petitorium in summarijssimo possessorio manutentionis non admittitur.*
12 *Decretam irritans manutentionem non impedit, vbi non apparet dispositionem contra possidentem intrare.*
13 *Fides non facit fidem.*

Decisio CXXXIX.

CVM Regimen Bononien. prætenderet emētes, & contrahentes cum Cartusia ad cōsuetorum vectigalium solutionem cogere, fuit in partibus coram Illustriss. Archiepiscopo iudiciū incœptatum, vbi pro Monasterio fuerunt Apostolica priuilegia super huiusmodi exemptione producta, nec non pro illius quasi possessione nonnulli etiam testes examinati. Verùm causa de partibus ad Rotā aduocata, & mihi commissa dubitaui super mandato de manutenendo, quod responsum fuit esse dan-1 dum Cartusiæ, cum † de illius quasi possessione de tempore motæ litis etiam quoad ementes ab ipsa doceatur, *§. retinendæ. Inst. de interdict. l. 1. §. huius autem. vbi Bart. in prin. l. ait Prætor. §. quod ait. ff. vti possid. Couar. pract. q. cap. 17. nu. 3. Capala. dec. 198. par. 2.* Testes enim pro illa examinati deponunt, Monasterium, & ementes ab ipso pro bonis emptis in quasi possessione non soluendi Gabellas existere, & hoc etiam ex mandatis Prioris dicti Monasterij directis Gabellarijs, & effectum sortitis comproba-2 tum quod sufficit, cum † ex vnico actu quasi possessio in incorporalibus acquiratur, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. nu. 2. de caus. poss. & propr. Aym. cons. 121. num. 9. Caphal. cons. 170. nu. 52. lib. 2. Rot. dec. 17. num. 1. par. 2. diuers.*

3 Et † tanto magis hæc possessio venit manutenēda tamquam titulata, *Bald. in l. data opera. in fin. C. qui actas. non poss. Rot. dec. 195. num. 2. par. 2. diuers.* cum pro parte Monasterij fuerit productum Nicolai V. priuilegium continens expressam exemptionem, & immunitatem etiam quoad emptores, & cū dicto Monasterio contrahentes.

Nō obstat exactio à Gabellarijs facta cōtra alios 4 Regulares, quia † non propterea contra Cartusianos illa suffragatur, cum isti veniant iure particulari, nec aliarum Religionum titulo nitantur, *Ruyn. cons. 217. num. 13. vers. & si dicatur. lib. 1. Dec. cons.* 5 *213. num. 5. in fin.* stante † præsertim ipsorum quasi possessione, *Felyn. in cap. auditor. nu. 19. de præscript. Aym. cons. 258. num. 76. Bero. quæst. 47. nu. 8. Mohed. decis. 22. num. 2. de fil. præsbit. Put. decis. 137. num. 2. par. 2.*

Nec releuat scientiam, & patientiam Regiminis 6 non probati, † sine qua non potuit acquiri exemptio-7 nis quasi possessio, *l. 2. C. de seru. & aq.* Nam † ex actuum multiplicitate illa præsumitur, *Inoc. in cap. bonæ. il secundo de postul. prælat. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 25. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 166. par. 1. diuers. & dec. 28. num. 7. par. 1. Put. dec. 210. num. 3. lib. 1. & fuit dictum in Tirasonen. iurisdictionis 21. Maij 1604. coram Illustrissimo Mellino.*

8 Et in omnem euentum † ex quo Cartusiani particularem titulum habent, Regiminis scientia, & patientia non requirebatur, *Paul. de Castr. in l. seruitates, & in l. vltima num. 9. vers. quarto quæro. ff. de seruit. vrb. præd. cap. 20. num. 5. vers. secundo Fallit. Seraph. dec. 1213. nu. 6. in fin. & fuit dictum in Albanen. Iurisdict. 26. Iunii 1613. coram me.*

Non obstant dationum capitula per Iulium III. confirmata, quibus cauetur, nullos tam in petitorio quam in possessorio exemptiones admitti.

Non enim apparet, Cartusianos fuisse in dictis 9 capitulis comprahensos, cum † ex eorū priuilegijs in generalibus dispositionibus ipsi non comprehendantur, vnde non potest dici prædicta capitula contra Cartusianos fuisse à Iulio III. cōfirmata, *Seraph. decis. 971. num. 7. Castr. cons. 187. in princ. lib. 2. Corn. cons. 9. num. 3. lib. 3. Bald. in l. nominationis. in fin. C. de appell.*

10 Quod ex obseruantia subsecuta colligitur, cū † illa contra Cartusianos, & ab eis ementes demandata non fuerit executioni, *Paul. de Castr. cons. 346. num. 4. vers. tertio præsumitur. lib. 1. Soc. cons. 25. num. 25. lib. 1.*

11 Et in omnem euentum † hęc exceptio tamquam concernens petitorium in hoc summarissimo possessorio non venit admittenda, *Dec. cons. 19. & cons. 467. num. 13. Afflict. dec. 119. num. 7. Neuiz. cons. 56. num. 3.*

num.3.Caputaq.dec. 342.num. 4.Rot.dec.41.num.9. & seq.& dec.64.num.3.par.2.diuers. Seraph.decis. 971.in fin.

Vnde non obstat decretum in irritans Breue Iulii III.appositum quod etiam possessionem inficere dicitur.

12 Quia, cum † non appareat, vt dixi, Cartusianos in dicto Breui fuisse comprahensos, hoc decretum non potest manutentionem impedire, *Seraph. dec.561. num. 10. & fuit dictum in Parmen. Prioratus 16. Ianuarii 1596.coram Orano, & in Cusentina Cappellæ 26.Octobris 1601. coram Illustrissimo Mellino, & in Meliten.Parochialis 27. Iunii 1603.coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

Non obstant extraiudiciales attestationes, quod nimirum à Cartusianis ementes Gabellam soluere

13 consueuerint, nam † illæ tamquam fides fidem non faciunt, *Guid. Pap.dec.19. & dec.Ian.76.numer.11. &c.*

Remboldo

Romana Bonorum de Carcanis

Veneris 15.Decembris 1617.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium regulari debet à iure.*
2 *Possessio priùs de iure cognosci debet, quam proprietas.*
3 *Amplia. etiam stante commissione cum clausula,* Arbitrio, *si possessio sit clara, & de ea priùs fiet.*
4 *Ampl.etiam stante clausula.* quod simul, & semel in possessorio, & petitorio procedatur.
5 *Descriptio in Inuentario vim habet explicitæ confessionis in præiudicium describentis.*
6 *Et nocet quibuscumque ipsius successoribus.*
7 *Canonis solutiones probant possessionem.*
8 *Collectæ solutiones probant possessionem.*
9 *Pensionum perceptio ab Inquilinis præcipuum signū possessionis est.*
10 *Retentio non datur nisi habenti possessionem.*
11 *Melioramentorum non liquidorum exceptio manutentionem non impedit.*
12 *Melioramentorum exceptio non retardat immissionē cum cautione de illis reficiendis postquam erunt liquidata.*
13 *Melioramenta facta ab Administratore præsumuntur facta ex pecuniis administrationis, vel quod de pecuniis impensis sibi ipsi satisfecerit.*
14 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit manutentionem.*

Decisio CXXXX.

DVbium dedi, An intret arbitrium ad effectum cumulandi possessorium cum petitorio, seu potiùs dandum sit mandatum de manutenendo in possessione quinq; domorum, de quibus agitur, Dominæ Constantiæ.

Et Domini quoad tres domos dixerunt, non intrare arbitrium, & mandatum d. Dominæ Constantiæ dandum esse. Quo vero ad alias duas, quarum vna sita est in Vico Plumbi, altera vero in Regione Burgi Veteris, & fuit per Hieronymum à Carcanis cum pacto redimendi empta, non fuerunt concordes.

Nam quantum ad dictas tres domos attinet, non videbatur posse locum esse arbitrio, quia vt sæpe di-

1 ctum est, † arbitrium regulari debet iuxta iuris dispositionem, *Bart.in extrauag. ad reprim.in verb.videbatur. Cas.de Grass.dec.7.num.7.& decis.8.num.12.*

2 *de sent. & re iudic.* & † de iure priùs de possessione, quam de proprietate cognoscendum est, *l.ordinarij. C.de rei vindic.Put. dec.15.de caus. poss. & propr.*

3 † Nec dictus ordo peruertitur quoties possessoriū, prout in casu isto, est clarum, & priùs de eo constat, *Egid.dec.206.Staphil.de lit. instit.§.in primis igitur*

4 *sciendum.num.59.& §. si pars.num.3.* etiam † quod simul, & semel in possessorio, & petitorio procederetur, *Rot.diu.dec.34.num.7. par.2. & fuit in puncto clausulæ, de qua agitur, resolutum in vna Romana hæreditatis 16.Februarij 1515.corā me, & alias sæpissimè.*

Quod autem possessorium in casu isto sit clarum, patet ex eo, quod probatur possessio Dominæ Constantiæ nedum ex duobus Inuentarijs Hieronymi, & Ludouici, in quibus d.d. Domus vti ad D.Constantiam, & Franciscum, cuius Constantia est hæres,

5 spectantes descriptæ reperiuntur, † quæ descriptio vim habet explicitæ confessionis in præiudicium scribentis, *Rom.cons. 102.nu.3. Rota diuers.dec.800.*

6 *num.24.par.1.* & † nocet quibuscumq; ipsius successoribus, *Crau.cons.29. sub num.1. Ruin.cons.50.num. 13 .lib.1.Rol.cons.82.num.38. & seq. lib.2.Card.Se-*

7 *raph.dec.553. num. 3.* † Verum etiam ex pluribus solutionibus Canonum nomine dicti Francisci, & Constantiæ factis, ex quibus probatur possessio, vt

8 † de solutione Collectæ not.post *Bal.in cons.251.col. 3.vers.non est dubium.lib.5.Menoch.de retin. poss.re-*

9 *med.3. num.568.* ac † ex reali etiam pensionum perceptione ab Inquilinis per eamdem Constantiam, etiā defuncto Francisco, quæ præcipuū signū possessionis est, *l.quānis.§.1.ff.de acq. poss.DD.in l.titia. ff. de solut.Soc.cons.13.n.15.vol.4.Surd.cons.117.num. 3.Afflict.dec.325.num.3.& 4.Cas.de Grass.dec.10. num.3.de caus poss.& propr.*

Non obstat, quod in dictis domibus dicantur facta fuisse a Hieronymo, & Ludouico aliqua melioramenta, pro quibus filijs dicti Ludouici danda sit retentio.

10 Quia, vltra quod † retentio non datur nisi habenti possessionem, & de possessione dictorum filiorum saltem iure proprio, & manutenibili non constat, dicta etiam prætensa melioramenta non sunt liqui-

11 da, † ac propterea non potest prætextu illorum impediri manutentio, *Rot.diuers.dec.307.numer.3.*

12 *par.1.* cum † nec etiam posset, data cautione de illis reficiendis, postea quam erunt liquidata retardarī immissio, *Gozzad. cons.100.numer.21.Menoch.de recup. remed. 15. numer.572.Beuint.decis.77.num. 10.*

Et quod plus est, non constat etiam ex quibus pe-

13 cunijs fuerint facta dicta melioramenta, & † quia tempore, quo facta prætenduntur, Ludouicus bona Francisci administrabat, & Constantiæ Matris etiā negocia gerebat, præsumuntur potiùs ex pecunijs administrationis facta, *Bal.in l.fin.num.19.C.de dot. promiss.Menoch.de arbitr.cons.88.num.46. & præsumpt.16.nu.9.lib. 3.* aut quod saltem ex illis Ludouicus sibimet ipsi satisfecerit, *Aym.cons.129.num.5. Afflict.dec.13.num.16.* vnde cum probatio ista pendeat ex redditione rationum dictæ administrationis

14 † & consequenter altiorem indaginem requirat, nō potest, vt supra dictum est, prætextu melioramentorum impediri manutentio &c.

Dubbi

Dunozetto Seniore

Bononiensis Affrancationis

Veneris 12. Ianuarij 1618.

S V M M A R I A.

1 *Constitutum probat possessionem contra constituentē, & habentem causam ab ipso.*
2 *Conductio probat possessionem contra conducentem.*
3 *Solutio pensionum probat possessionem.*
4 *Solutio vnica sufficit ad effectum manutentionis.*
5 *Manutentio datur etiam contra hæredem ex possessione acquisita contra defunctum.*
6 *Associationem petens pro continuatione suæ possessionis ad remouenda impediēda præstita per aduersarium non dicitur amittere possessionem.*
7 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes reijciūtur ad petitorium.*

Decisio CXXXXI.

CVM Dominus Comes Maluaticeus prætēderet manutentionem tam quoad bona per ipsum empta, quam quoad exactionem pēsionum ipsi debitarum ex dictis bonis filij Emiliæ conductricis eorumdem bonorum, & cum etiā prætenderet esse locum executioni duarum sententiarū ad sui fauorem Bononiæ latarum.

Dato super his dubio, Domini censuerunt esse dandum mandatum quoad exactionem pensionum, de reliquis postea videndum in articulo executionis dictarum sententiarum.

Debetur autem Comiti manutentio, quia de illius quasi possessione exigendi constat, non solum 1 † ex clausula constituti apposita in Instrumento vēditionis contra ipsum constituentem, & habentes causam ab ipso, *Bart. in l. ub emptione. num. 6. ff. de pact. Bern. conf. 91. num. 12. & seq. lib. 3.*

2 Verùm etiam constat † ex conductione facta per ipsam Emiliam venditricem, *l. si quis ante conduxit, l. quamuis. §. si quis conductor. ff. de acq. poss.*

3 Nec non † ex solutione pensionum facta ab Emilia vti conductrice horum bonorum, *§. retinendæ. Instit. de interd. l. 1. §. interdictum. ff. vti possid. cū similibus, & fuit sæpissimè decisum.*

4 Et ad obtinendam manutentionem sufficere † vnicam exactionem, *ex not. per DD. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & propr. Rota in pluribus causis resoluit, & præsertim in Romana annui redditus Ven. 13. Ianuary 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Imol. Pensionis Lunæ 8. Februarii 1616. coram R. P. D. meo Cauallerio.*

5 Et licet Emilia decesserit, tamen † manutentio datur contra eius filios, & hæredes, *iuxta dec. Guid. Pap. 629. sæpissimè à Rota canonizatā, & præsertim in Romana census 6. Nouembris 1606. coram R. P. D. meo Decano, & in dictis Romana annui redditus, & Imolen. pensionis.*

Ideoq; maximè hoc casu, quo d. d. filii prætēdunt remanere in possessione vigore conductionis, quam dicunt adhuc durare cum pacto affrancandi dicta bona, vt ex multis comprobare nituntur informantes pro dictis filiis, quæ inspectio maturiùs examinabitur in dubio reseruato circa executionem dictarum sententiarum.

Nec obstat, quod Comes intentauerit Iudicium Immissionis, seu recuperationis, quasi confessus sit, se amplius non possidere. Placuit enim responsio, ipsum petiisse solam associationem pro continuatione suæ possessionis ad remouenda impedimenta præstita per Emiliam cōductricem finita locatione, vt patet ex instantiis factis coram Iudice per dictū 6 Comitem *in eius summ. 2. nu. 1.* per quas † non censetur sibi præiudicasse quoad possessionem exigendi pensiones, & affictus illius possessionis conductæ à D. Emilie.

Quæ dicuntur super nullitate, & suspicione contractus, & pacti redimendi, nec non de precio, quod dicitur fuisse penes D. Comitem, ea requirunt al-7 tiorem indaginem, & † reiicienda sunt ad petitorium.

Et ita decisum vtraq; parte Informante.

Remboldo

Lunen. Sarzanen. Pensionis

Veneris 14. Januarij 1618.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, Arbitrio Rotæ, regulatur à iure.*
2 *Pensionarius existens in quasi possessione exactionis pensionis, ea priuari non debet lite pendente super illius reductione, vel nullitate.*
3 *Sed debet manuteneri.*
4 *Instrumentum facit probationem probatam.*
5 *Solutio vnica sufficit ad quasi possessionem quærendam.*
6 *Confessiones de recepto, cum tendant ad alium obligandum, regulariter plenam probationem non faciunt ad fauorem confitentis.*
7 *Lim. nisi sint admodū verisimiles, & adminiculata, vbi adminicula.*
8 *Quasi possessio exigendi aduersus antecessores suffragatur etiam aduersus successorem, cum ius à possessore metiatur quod non mutatur ex mutatione personarum ex parte Rei.*

Decisio CXXXXII.

1 QVoniam, vt sæpe dictum fuit, † clausula, *arbitrio Rotæ*, regulatur à Iure, & de Iure pensionarius pendente iudicio super reductione, vel etiam nullitate pensionis in quasi posses-2 sione exigendi pensionem existens † de sua quasi possessione priuari non debet, *Gig. de pens. qu. 62. nu.* 3 *12. Card. Seraph. dec. 1492. num. 2.* † sed potiùs in ea manuteneri, *vt fuit dictum in Neritonen. pensionis 28. Aprilis 1628. coram R. P. D. meo Iusto*, conclusū fuit, Alexandro tantum Informante, arbitrium non intrare ad effectum retardandi solutionem pensionis, de qua agitur.

De quasi enim possessione illius exigendi d. possessionem in summa ducatorum 55. constat tā per 4 publicum instrumentum, † quod facit probationem probatam, *Bald. in l. imperator. numer. 4. C. de Solut. Pedem. dec. 72. num 4.* & ad probandum d. quasi possessionem sufficit etiam, quod vnicam tantum solu-5 tionem contineat, † cum in his incorporalibus etiā ex vnica solutione quasi possessio exigendi quæratur, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 53. de caus. poss. & propr. Rom. conf. 311. nu. 7. Card. Seraph. dec. 436. num. 1.* quam etiam ex pluribus, & sæpius reiteratis 6 confessionibus de recepto, † quæ licet regulariter plenam probationem dictæ quasi possessionis non inducant, quia scilicet fauorem confitentis respiciūt, & tendunt ad alium obligandum, *l. inter Carculum. C. de conuent. fisc. deb. l. 10. Socc. Iun. conf. 57. num. 9. lib.*

lib.2.cum aliis per Tiraq.de retract. lignag.§.primo. gl.19.nu.81.vbi aliàs aperiretur via fraudibus, quia facile cuiq; cliet probare hoc pacto exactionem, & 7 quasi possessionem, † quando tamen sunt ad modum verisimiles, & adminiculatæ, vt quia, prout in casu isto, constat de restitutione pensionis clara, & expedita ad fauorem confitentis, & confessiones sunt plures, & diuersis personis successiuis temporibus factæ, & repertę in manibus eorum, qui suspecti non sunt, probant d. quasi possessionem, *Card. Seraph.dec.292. in fin. & fuit resolutum in vna Cæsaraugustana pensionis.30.Ianuarii 1589. coram bo: me:Gyptio, & in Reatina, seu Firmana pensionis 15. Decembris 1599.coram bo:me:Cardinali Pamphilio, & alias sæpissime.*

Non obstat, quod ex d.d.confessionibus non probatur quasi possessio aduersus modernum Rectorem 8 sed illius antecessores tantum, † quia quasi possessio aduersus dictos antecessores Alexandro quæsita suffragatur etiam ei aduersus modernum Rectorē, ita quod, non obstante mutatione personarum, in ea manuteneri debeat, cum in hoc Ius à possessore inetianir, quod non mutatur, nec variatur ex mutatione personarum ex parte rei, *Gig.de pens.q.47.num.10. Pat.dec.151.lib.3. Rt.diuers. dec.99.num.11.par.1. Et fuit dictum in Meuanen. Pēsionis 6. Aprilis 1612. coram R.P.D. meo Marzanedo, & in Sipontina, seu Nullias pensionis 24. Ianuarii 1614. coram R.P.D. meo Pirouano.*

EODEM

Eadem.

Lunæ 14. Maij 1618.

SVMMARIA.

1. *Solutio vnica sufficit ad effectum quasi possessionis acquirendæ.*
2. *Quasi possessionis continuatio præsumitur etiam post decennium, vbi non cōstat aliam acquisiuisse possessionem naturalem.*

Decisio CXXXXIII.

Domini steterunt in decisis 14. Ianuarii præteriti ex rationibus tunc deductis.

Quibus non videbatur obstare, quod ex 12. apocis, duæ tātū cōtinēt cōfessionē de recepto duc. 55. de Camera, vna videlicet facta 18. Iulii 1605. altera 18. Iulii 1606. reliquę verò apocę sunt de minore sūma de duc. nēpe 55. Cam. Pōtremuli, quia, vltra quod, vt colligitur ex quietātiis de anno 1610. & 1612. valor dictorum ducatorum Camerę Pontremuli æstimatur in Iuliis 15. qui videatur verus valor ducatorum de Camera d. secundæ etiam apocæ sufficiunt ad constituendum pensionariū in quie- 1 ta possessione d.pensionis † cum, vt in alia decisione firmatum fuit, ad hunc effectum sufficiat etiam vnica solutio, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. numer.55. de cauf.poss.& propr.cum aliis in d.decis. alleg.*

Non obstat, quod dicitur, non constare de mandato soluentis pensionem, quia solutiones, de quibus in dictis duabus apocis, factæ leguntur ab ipsomet Rectore, scilicet, Peregrino Tabacco, & quod dictus Tabaccus esset Rector, satis videbatur probatum ex pluribus enunciatiuis in diuersis apocis, & etiā ex depositione vnius testis, qui dicitur Sororius Tabacchi.

Non obstat, quod per 10. annos numquam fuit facta exactio in ducatis 55. de Camera, sed in minori summa, ac propterea videatur ammissa quasi possessio antea quæsita, quia, vltra quod ex supra deductis apparet, obiectum hoc in facto non substineri, tol- 2 litur etiam difficultas ex eo, † quod præsumptio dictæ amissionis non constat, aliū acquisiuisse possessionem naturalem, quia tunc etiam post decennium præsumitur illius continuatio, & retentio, *vt fuit dictum in Neritonen. pensionis 18. Aprilis 1608. coram bo:me: Iusto, & in Aquilegien. pēsionis 21. Martij 1610 coram R.P.D. meo Manzanedo.*

Aliis fuit in alia decisione satisfactum, & ita resolutum, cum præsupposito, quod Iura sint in forma probanti, de quo Domini voluerunt particulariter videre &c.

M. Andrea Interamnensis Dotis

Veneris 8. Iunij 1618.

SVMMARIA.

1. *Hæres creditor aliis anterior potest sibi satisfacere per imaginariam solutionem, vel bona retinere, donec fuerit satisfactus. Decl. vt num.2.*
3. *Dotis fructus an post decem annos censeantur remissi, vel requiratur præscriptio 30. vel 40. annorum & num.4.*
5. *Oblatore maiori citato non comparente fieri potest deliberatio alteri oblatori.*
6. *Iudex, à quo auocata est causa, validè procedit non constito de scientia auocationis.*
7. *Scientia præsumpta non sufficit, vbi agitur de delicto, & attentatis.*
8. *Productio verbalis sufficit de instramento in actis Notarii actuarii.*
9. *Cameralis obligationis extensio non requiritur, vbi est posita in protocollo Notarii rogati.*
10. *Executiuè adi potest pro fructibus dotis tamquam interesse, etiam quod de eis non extet explicita obligatio in instrumento dotali.*
11. *Sententia lata eadem die, qua fuerunt producta iura valida est.*
12. *Instrumentum cum obligatione camerali habet executionem paratam.*
13. *Manutentio non datur executionem passo in vim mandati Iudicis ritè, & rectè procedentis.*

Decisio CXXXXIV.

Quærebatur, An esset locus executioni, vel potius dandum mandatum de manutenēdo.

Et Raynerii, qui petebant manuteneri, conabantur ostendere notoriam iniustitiam, & nullitatem mandati relaxati a Gubernatore Interamnen. ex pluribus.

Quibus tamen non obstantibus, eis non esse dandum mandatum de manutenendo fuit responsum.

Et quoad notoriam Iniustitiam, illa deducebatur.

Primo quia dicti de Raynerii erant creditores anteriores quondam Vincentii ratione dotis maternæ, super cuius bonis erat facta executio, & 1 † licet etiam essent eius hæredes, tamen potuerunt sibi ipsius adeundo satisfacere super illis bonis per imaginariam solutionem, vel saltem tamquam anteriores

teriores creditores non potuerunt repelli à possessione dictorum bonorum, quousque ipsi essent satisfacti, l. 1. & l. diuers. C. qui pot. in pign. hab. cum concordantibus.

Sed placuerunt responsiones, quod non constabat de aliquo eorum credito, prout constare debet, & in omnem euentum, quia aderant in Inuentario bona 2 mobilia, & nomina debitorum, † ideo non potuerunt ipsi prætendere solutionem in stabilibus, cum illa prius fieri deberet in mobilibus, l. à Diuo Pio. §. si super rebus ff. de re iudic. Rot. dec. 680. num. 7. par. 3. Seraph. dec. 967. num. 2. cum alijs allegatis.

Secundo dicebatur, quod Iudex mandauit exequi mandatum etiam super bonis proprijs illorum de Rayneriis.

Sed obiectum cessabat, quia super talibus bonis non fuit facta aliqua executio, & licet Nuncius retulerit, se fecisse executionem super domo Francisci Antonii, & sororum de Rayneriis, hoc tamen est intelligendum, vt heredum, prout ex confinibus Instrumenti executionis, & Inuentarii, de quibus in summario num. 4. & 6. apparet de identitate domus hæreditariæ.

Tertio allegabatur, moderatum fuisse relaxatum 3 pro fructibus dotis 20. annorum, & vltra, † & tamen post decem annos censentur remissi, vt per Bald. cons. 474. lib. 3.

Verum fuit responsum, quod ad istum effectum requiritur præscriptio 30. vel 40. annor. vt contra Bal. post alios tenet Corn. cons. 145. num. 15. & seq. lib. 2. Ias. in §. fuerat. Instit. de act. num. 22. & secuta est Rot. in Neritonen. bonorum 18. Iunij 1590. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.

4 Vltra quod † omnis præscriptio fuit interrupta de anno 1587. quo fuit ceptum iudicium.

Quo verò ad nullitates satis prolixè, & morosè coacervatas, eas non obstare, Domini dixerunt,

Illa enim quod adsit in Actis oblatio scutorum 380. & domus fuerat deliberata pro scutis 300. Cessat ex eo, quia maior oblator citatus ad compa-5 rendum pro certa die non comparuit, ideò † benè potuit fieri deliberatio alteri oblatori.

Quod Gubernator processerit sine Iurisdictione, quia ab eo fuerat auocata causa per signaturam.

Vltra quod non probatur illius scientia huiusmo-6 di auocationis, prout † requiritur, l. Zuccll. de attent. 7 post auocat. caus. cap. 10. num. 27. limit. 2. † nec verisimilis sufficit ex vicinitate locorum, vbi agitur de delicto, prout est attentatum, Seraph. dec. 127. num. 1. & fuit dictum in Farfen. territorij 17. Iunij 1613. coram Verosp. o.

Non releuat, quia Signatura postmodum ad eumdem Gubernatorem causam remisit.

Non obstat quod Instrumentum dotis fuerit verbaliter productum.

8 Quia, † cum extaret in Actis Notarii actuarii, non erat opus alia reali productione.

Defectus extensionis obligationis Cameralis, & 9 ipse cessat, † ex quo dicta obligatio erat posita in Protocollo Notarii actuarii de illo rogati, vt per Galles. de oblig. Camer. qu. 34. nu. 9. in nou.

Nec afficit, quod pro fructibus dotis non potuerit agi executiuè, nulla extante obligatione Camerali.

10 Quia † huiusmodi fructus debentur marito, qui sustinuit onera Matrimonii tamquam proprium Interesse, vt declarat Bart. in l. in Insula. §. vsuras. nu. 3. ff. sol. matrim. Canon. in cap. salubriter. de vsur. Cappye. dec. 183. num. 2. Ossasch. dec. 132. nu. 1. cum alijs allegatis in Mceratien. dotis 27. Iunij 1614. coram me, & in Instrumento dotali Vincentius se obligauit in casu non solutionis scutorum mille ad omnia damna, & interesse.

Quod eadem die fuerit admissa iura, & lata sen-11 tentia, nihil releuat, † quia præsumitur, præcessisse actus, qui valere facit, ad text. in l. cum in testamento. ff. de hæred. instit. Alex. cons. 81. numer. 7. lib. 3. & cons. 112. numer. 4. lib. 5. Felyn. in cap. Pastoralis num. 5. de rescript. Crescent. decis. 23. num. 24. eodem tit.

Reliquæ nullitates vel tolluntur ex facto, vel sūt admodum leues, & bene in iure sublatæ per Informantes, Vnde, cùm Nuccii, qui mandatum obtinuerunt, & illud exequi fecerunt in bonis hæreditariis, sint creditores pro residuo dotis in scutis 265. & pro alimentis, seu fructibus dotalibus in scutis 337. vigore Instrumenti dotalis cum obligatione Came-12 rali, vt in summario num. 1. † quod propterea habet executionem paratam, Mohed. dec. 2. & 3. de except. cum alijs per Informantes. & sensit signatura, quæ quoad bona hæreditaria commisit causam in Rota cum clausula, ne præiudicio legitimæ executionis, vtique iustum, & validum fuit mandatum Gubernatoris Interamnen. & consequenter Raynerii frustra 13 petunt manutentionem, † quæ non datur, vbi Iudex ritè, & rectè processit, Ang. & DD. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss. Rot. dec. 62. num. 3. par. 2. cum alijs allegatis.

Et ita conclusum &c.

Remboldo

Bononien. de Gozzadinis

Mercurij 4. Iulii 1618.

S V M M A R I A.

1 *Constituto transfertur possessio.*
2 *Constitutario non constituenti etiam actualiter possidenti debetur manutentio.*

Decisio CXXXXV.

Dictum fuit, Brandelisio dandum esse mandatum de manutenendo, quia, licet possessio tornaturarum, de quibus agitur, probaretur, alias fuisse penes Vlissem, ex cuius persona veniunt hodie fratres S. Francisci, cum tamen idem Vlisses easdem tornaturas cum amplissima iurium cessione, ac etiam clausula Constituti D. Brandelisio donauerit, atque ita facto proprio à possessione ce-1 ciderit, † eamdem in D. Brandelisium vigore dictæ clausulæ transtulerit, l. quod meo. ff. de acq. poss. Butr. in cap. solicitè sub num. 13. de restit. spol. & in cap. veniens num. 3. de renunc. Cresc. dec. 1. num. 5. de secund. 2 nupt. † non ipsi, sed d. Brandalisio competit manutentio, etiam in concursu actualis possessionis constituentis, vt fuit dictum in Clusina Poulæ Puteoli 4. Iuly 1603. coram bo. m. Litta, & in Romana de Intonatis 29. Aprilis 1616. & 20. Februarij 1617. coram R. P. D. Vbaldo.

Non obstat, quod dicitur, dictas tornaturas non esse in dicta donatione comprehensas.

Quia, vltra quod iam fuit contrarium decisum, & etiam per sententiam Auditoris Generalis Bonon. iudicatum apparet ex facto, & lectura Instrumentorum quod nedum dictæ tornaturæ emptæ fuerunt ex redditibus hæreditatis Vlissis Senioris, vt latius in dicta decisione deductum fuit, sed dictæ quoque hæreditati iuxta Vlissis Senioris præceptū assignatæ, adeò quod dubium nullum est, quin illæ sint in dicta donatione, in qua dictus Vlisses iunior ex-

expresse renunciauit omnibus bonis ad ipsum vigore testamenti Vlisis Senioris spectantibus comprehensis &c.

Remboldo

Albanen. Vineæ.

Lunæ 19. Nouembris 1618.

SVMMARIA.

1 *Productione facta de aliqua scriptura, dicuntur per producentem approbata omnia in ea contenta.*
2 *Instrumentum adeptæ possessionis debet continere actus possessorios desuper factos, nec sufficit simplex attestatio Notarij de possessione capta, nisi ad alias probationes coadiuuandas.*
3 *Mutare quis sibi potest causam possessionis.*
4 *Confessio interpretari debet, vt minus, quā fieri possit, confitenti præiudicet.*
5 *Restitutio competit ad statum.*
6 *Depositario an competat restitutio contra deponentē.*
7 *In immissione in vim rescripti facienda debet procedi iuris ordine seruato, & cum partis citatione.*
8 *Spolium vltimum purgandum est.*

Decisio CXXXXVI.

DOmini steterunt in decisis 18. Decembris proxime præteriti, de primo enim extremo possessionis scilicet Iuliæ abundè constare videbatur tàm ex Instrumento promissionis à dicta Iulia factæ, quod dictam possessionem nomine Curiæ retinere volebat, quam etiam ex alio Instrumento die subseq. 27. nempe Octobris 1593. celebrato, & etiam ex decreto immissionis ab Antonio obtento cum clausula, amota Iulia detentrice, 1 & ab eodem Antonio producto, quia † ex hac productione resultat assensus omniū in dicto decreto contentorum, & per consequens etiam dictæ Iuliæ possessionis, seu detentationis confessio, *gl. in l. 1. §. editiones in verb. die, & consule. prope fin. ff. de eden. Bal. in cap. præsentium. nu. 2. de testib. Rom. cons. 63. nu. 3. cum alijs cumul. in Romana de Azzonijs 15. Ianuarij 1614. coram* R.P.D *meo Vbaldo*, aut ex omnibus supradictis saltem simul iunctis.

Nec propterea obstat, quod dicitur, per dictum Instrumentum 27. Octobris celebratum non probari 2 possessionem Iuliæ ex eo, † quod Notarius in d. instrumento non attestatur de aliquo actu possessorio, prout requiritur, sed testatur tantum, quod Iulia fuerit adepta possessionem quod non sufficit, cum possessio sit animi, & facti, & cognitio, an factū sit tale, ex quo resultet possessio, ad Iudicem spectet, non vero ad tabellionem, qui de his, quæ sensu corporeo, non iudicio intellectus percipiuntur, testari potest, *vt post Bart. & alios in l. prædia. ff. de acq. poss. & in l. edicto. C. de edict. diu. Adr. toll. not. Socc. cons. 205. numer. primo lib. 2. & fuit dictum in vna Barchinonē. Beneficij 3. Iulii 1617. coram R.P.D. meo Verospio.*

Quia hoc etiam admisso, dictæ Iuliæ possessio probata remanet ex præcedenti, vt dictū est, Instrumento, ac etiam ex propria partis aduersæ confessione, & vltra quod hoc secundum instrumentum bene deseruit ad coadiuuandum dictam probationem colligitur etiam ex eo animus dictæ Iuliæ, quod scilicet causam possessionis sibi mutare, & exinde ex iure sibi ex luctuosi filij successione competente 3 possidere voluit, † *ad trad. per Anchar. cons. 252. nu. 3. Achill. dec. 4. de caus. poss. & propr. & fuit dictum in vna Romana Spolij Domorum 16. Iunii 1614. corā R.P.D. meo Pamphilio.*

Atq; hinc etiam patet responsio, ad id, quod dicitur, quod confessio possessionis Iuliæ, quæ ex dicta productione decreti elicitur interpretari debet de 4 nuda detentatione ex causa depositi, † ita vt minus, quam fieri potest, confitenti præiudicet, *Mohed. dec. 2. de restit. spoliat.* quia, præterquam quod dictæ Iuliæ 5 † competeret restitutio ad statum, in quo tempore commissi spolij reperiebatur, *vt pluribus fuit in alia decisione firmatum*, satis etiam ex prędictis colligitur, quo animo ipsa possederit.

6 Nec facit, † quod restitutio non competit depositario, quando fuit à possessione ab ipso deponente deiectus, quia quidquid sit de veritate huius conclusionis, illa non procedit, quando depositarius interuertit possessionem deponentis, & incepit nomine proprio possidere, tunc enim restituitur etiam contra deponentem, *Salicet. in l. si quis in tantam numer. 8. C. vnde vi. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 187.*

Et in casu isto cessare videtur difficultas ex eo, quod, cum Antonius fuerit in possessionem immissus vigore rescripti ad ipsius supplicationem ema- 7 nati, † procedendum erat iuris ordine seruato, & citata Iulia, *ad not. per Bal. in l. meminerit. in princ. & Salic. numer. 1. in fin. vers. tertia opinio, & num. seq. C. vnde vi.*

Nō obstat anterior possessio Curię, quia de ea nō 8 constat, & in omnem euentum † vltimum spolium esset purgandum, *l. qui possessionem ff. de vi, & vi arm. Gabr. cons. 149. nu. 12. & 16. lib. 2. Card. Seraph. dec. 96. &c.*

Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio Iuniore

Assisien. Statutorum

Mercurij 22. Maij 1619.

SVMMARIA.

1 *Possessio probata de tempore ante litem motā præsumitur continuata vsq; ad tempus motæ litis, nisi contrarium probetur.*
2 *Possidenti de tēpore motæ litis dāda est manutentio.*
3 *Vnusquisq; potest de re sua ad libitum disponere.*
4 *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio summariissimo manutentionis.*
5 *Exceptiones contra testes haud facilè admittuntur in iudicio manutentionis.*
6 *Statutum conditum in præiudicium particularium personarum an valeat.*
7 *Possessor non debet sua possessione priuari lite pendēte super respicientia petitorium, & altiorem indaginem requirentia.*
8 *Possessio contra dispositionem Statuti an sit manutenibilis.*
9 *Illatio non fit ex diuersis.*

Decisio CXXXXVII.

DOmini censuerunt, Crispoltis dandum esse mandatum de manutenendo, quia ex testibus pro eorum parte examinatis, primus, secundus, tertius, & quartus, super primo, & secundo deponunt, quod per plures annos ante motam litem Crispolti in eorum proprijs predijs existentibus in

plano

plano loci Bittonii retinuerunt quantitatem porcorum eorum bene visam publice, & palam, & absque alicuius contradictione; ex quibus testibus visum fuit Dominis satis constare de eorum quasi posses-

1 sione, † quę præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis, nisi contrarium probetur, *Rota d.c.4.de prob.in nou.& coram Seraph. decis.1047.numer.8.*

2 & † propterea est manutenibilis, *§.retinendæ, Inst. de interd.cum simil.* maxime quia est conformis di-

3 spositioni iuris communis, per quam † vnusquisque de re sua ad libitum disponere potest, *l.in re mandata C. mand.*

Nec obstat, quod aliqui ex dictis testibus dicantur habere animalia in eodem loco, sicque tractetur de proprio interesse, & aliqui patiantur alias exceptiones.

4 Quia placuit responsio, quod † in hoc summarijssimo iudicio possessorio manutentionis sufficiunt leuiores probationes, *Seraph. decis.1242.num.5.&*

5 *dec.1417.num.1.* nec † alias facilè exceptiones contra testes admittuntur, *vt fuit dictum in Hostien. Littoris Maris, quæ est dec.28.an.4. par.1.diuers.& in causa Lacerina Beatificij 6. Februarij 1609.coram R.P.D.meo Caualerio.*

Neq; obstat Statutum, quod nullus in dicto Plano retinere possit vltra quinque porcos sub certa pœa. Quia non loquitur expressè de bonis proprijs priuatorum, quod scilicet quis nec etiã in proprijs bonis huiusmodi animalia vltra dictum numerum retinere possit, proue aliàs posset ex dispositione iuris communis, vt dictum est. Et in omnem euentum fuit pro responsione ponderatum, quod supradicti testes in huiusmodi bonis proprijs deponunt de contrario vsu, & quod dictum Statutum posset dici conditum in præiudicium particularium personarum,

6 † quo casu eius validitas non transit absque difficultate, etiam si aliquo respectu respiciat publicã vtilitatem, & per Superiorem confirmatum fuerit, *ex ijs, quæ in similibus terminis trad. Pedemont.dec.17. num.4.& seq.Couar.in reg.possessor.par.2.§.4.nu.7. de reg.iur.in 6.cum aliis adductis in causa Bononien. Iuris Macinandi, relat.inter impress.diuers.dec.41.&*

7 *dec.50.num.2.& seqq.par.2.* & propterea, † donec causa cognoscitur, & lis pendet super his, quæ respiciunt petitorium, & requirunt altiorem indaginem, Crispolti non debent eorum quasi possessione priuari, *Put.dec.597.num.1.& seq.lib.2.& fuit resolutum in dicta decis.50.num.28.& seq. par.2. diuers.*

8 Et ex his cessat etiam, quod † possessio contra dispositionem Statuti, seu Legis non sit manutenibilis, quià hoc non procedit, quando dispositio legis est dubia, & illius validitas deducta est in controuersiam, prout in casu isto, quia tunc lite pendente non debet quis commodo suæ possessionis priuari, *vt fuit resolutum in dicta decis. 41. numer.9. & seq. par.2.diuers.& facit dicta decis.Put.497. sub num. 2.vers.non obstat.& num.3.lib.2.cum aliis ibi adductis.* Et hoc faciliùs procedit in casu isto attenta speciali commissione super huiusmodi lite postmodũ obtenta cum facultate manutenendi, quem de iure, *vt fuit etiam ponderatum in dicta dec.50.num.17.in fin.par.2. diuers.*

Nec demum obstat, quod huiusmodi quasi possessio probata per testes intelligi possit vigore assidæ, seu licentiæ pasculandi Crispoltis per Communitatem concessæ.

Quia immo dicta licentia legitur per aliquot annos eis implicitè data pro pasculando certo numero porcorum, nec loquitur de bonis propriis ipsorũ

9 de Crispoltis, ideoq; † ex illa vti directa non potest inferri ad testes, qui deponunt de dictis bonis propriis, & generaliter de quantitate eis bene visa, *l. Papinianus.in prin.ff. de minor.cum simili.*

Et ita &c.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Romana Funeralium S. Mariæ in Via Lata

Veneris 14. Iunij 1613.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur docenti de possessione.*
2 *Antecessorum possessio suffragatur ad manutentionẽ obtinendam.*
3 *Auocatio possessionis facta ad euitanda scandala possessione non priuat.*
4 *Manutentio datur in possessione habendi ceras, quæ pheretram comitantur, dum Cadauer ad Ecclesiam defertur.*
5 *Et ceras, quæ circa Cadauera ponuntur in domibus.*
6 *Et ceras, quæ ponuntur circa Cadauera in Ecclesia existentia.*
7 *Et in possessione percipiendi quartam funeralem, seu eleemosynas pro sepultura.*
8 *Et in possessione habendi fasciculum Cãdelarum, quæ solent dari Parocho.*
9 *Et in possessione percipiendi obuentiones, & eleemosynas pro administratione Sacramentorum.*
10 *Et pro eleemosynis, quæ prouenerunt ex benedictione ouorum, & domorum.*
11 *Et in quasi possessione conuocandi in funere Sacerdotes.*
12 *Et in quasi possessione, vt inseruiatur à Clericis Ecclesiæ, quando egee pro administratione Sacramẽtorum.*

Decisio CXXXXVIII.

AB ipso Rotarum initio Partem, quę neglexit informare, quam plurimis interpellatã citationibus expectaui, & quia propè iam currentis anni finis instabat, ne ad alterum annum prima causæ disputatio protraheretur post diuturnam cõtumaciam proposui causam, solo Vicario Informante, cui esse dandum mandatum de manutenendo in sequentibus Domi-

1 ni censuerunt, † cum de eius clara possessione con-

2 stet, *ad tex.in § hodie. Instit.de interd.* † & opitulatur ei possessio antecessorum, *vt fuit resolutum in causa Terraconen.attentatorum 17. Decembris 1607. coram me,* quæ quidem possessio non fuit amissa per possessionis auocationem à Reuerendiss. Domino

3 Vicegerente factam, † quia fuit facta ad euitanda scandala, & ideo possessione non priuat, *Mohed.dec. 14.de rest.spol.aliàs 198.Seraph.decis.773.numer.7. Menoch.de retin.remed.3.num.86. & seq.*

Illa autem, in quibus Vicario, seu Parocho dãda est manutentio, sunt hæc.

4 Primo † manutentio danda est in possessione habendi ceras, quæ pheretrum comitantur, dum cadauer defertur ad Ecclesiam, quam possessionem probant testes *in summario num.1.* videlicet primus, secundus, tertius, quintus, & octauus; deponunt enim de visu, & primus, & secundus quia inseruierunt Parochis, seu Vicarijs, & dictas ceras in Vicariorũ cubicula detulerunt, & vnà cum aliis deponunt per verba semper, & continuo Vicarios habuisse dictas ceras, & quartus testis deponit de tempore septem annorum, quo Carolo, & Lutio Vicariis inseruiuit pro Clerico, & in Interrogatorio deponunt de seré-

ma

tia quod ceræ spectabant ad Parochum, & quod dictus Parochus accipiebat ceram pro se, non pro Capitulo, quia Canonici, quando ceræ indigebant, illam emebant à supradicto Lutio, ipsiq; mandatũ pro precio conuento dabant, & sextus testis iuxta 49. deponens de mortorio Marchionis Saluiati, dicit, quod Io: Peculus modernus Parochus vendidit Patrono suo (scilicet dicti testis) ceram, quam habuit ex funere Marchionis, qui fuit sepultus extra Parochiam, & septimus testis iuxta 49. deponit, quod ipse emit ceras funeralium prędicti Marchionis, & aliorum à dicto Ioanne, & de conuentione facta allegat Instrumenta Notarii, & nonus testis iuxta 49. deponit à 50. annis, & super secundo de visu per 60. annos tẽpore, quo fuit Parochus dictus Lutius, & post eum Carolus, cui successit Ioannes, & dicit, quod dicti Vicarii semper habuerunt ceras mortuorum, siuè in eorum Ecclesia, siuè in aliis sepellirentur, cum in hoc cõcordea sint primus, secũdus, tertius, & quartus.

5 Secundo † in possessione percipiendi ceras, quæ circa cadauera ponuntur in domibus, de qua bene deponunt testes *in summario num.* 2. primus de visu, & quia Ioanni Parocho inseruiebat, secundus à 6. anma, quibus Ioannes est Parochus, tertius, & quartus, quintus, & sextus, deponunt non solum de moderno Vicario, sed etiam de Antecessoribus.

6 Tertio † in possessione percipiendi ceras, quæ ponuntur circa cadauera existentia in Ecclesia, quam probant testes *in summario num.* 3. primus, & secundus, super sexto, tertius iuxta 49. & quintus iuxta 42.

7 Quarto † in possessione percipiendi quartam funeralem, seu eleemosynas pro sepultura, quia de hac possessione deponunt testes *in summaria num.* 4. super septimo, primus, & secundus, & quartus de visu, tertius iuxta octauum, qui deponit de facto proprio, quod ipse soluit pro filia decem carolenos, Octauus super secundo de visu, nonus, super secundo de facto proprio.

8 Quinto † in possessione habendi fasciculum candelarum, quæ solent dari Parocho, vt optimè probant testes *in summario num.* 5. super quarto octauus & super tertio, quartus testis.

9 Sexto † dandum est idem mandatum quoad obuentionea, & eleemosynas pro administratione Sacramẽtorum, quia de hac possessione optime etiam deponunt testes *in summario num.* 6. super 9. videlicet primus, & quartus, & iuxta 35. quintus, & super secundo octauus.

10 Septimo † dandum est mandatum pro eleemosynia, quæ proueniunt ex benedictione ouorum, & domorum, vt de hac possessione clarè deponunt testes *in summario num.* 7. super decimo; videlicet, tertius, quartus, quintus, & octauus.

11 Octauo † danda est manutentio in quasi possessione conuocandi in funere Sacerdotes tàm Ecclesiæ, quam extraneos, quia de hoc deponunt testes *in summario num.* 8. super octauo videlicet, primus secundus, tertius, quartus, & nonus, & super 32. octauus.

12 Nono, & vltimo † in possessione, vt inseruiatur à Clericis Ecclesiæ, quando eget pro administratione Sacramentorum, quia de Viccariorum possessione deponunt testes *in summ. num.* 8. super decimo primo, primus, tertius, quartus, octauus, & nonus.

Vbaldo Seniore

Romana Domus

Mercurii 4. Decembris 1619.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur ad statum, in quo res erat de tempore motæ litis.*
2 *Mutatio extrinseca rei, non mutata illius substantia, non impedit mandatum de manutenendo.*
3 *Decimæ, quæ antea Rectori debebantur ex pascuis, debẽtur etiam hodiè, si terræ ad culturam sint redactæ.*
4 *Pactum inter locatorem, & conductorem de non reficiendis melioramentis validum, & seruandum est, & num. 9.*
5 *Lim. quoad impensas magnas, & immensas.*
6 *Sublim. limitationem procedere vbi emphyteuta culpa sua cadit in commissum.*
7 *Sublimit. stante pacto cum generalibus, & prægnantibus verbis concepto, quod censetur pars pretii.*
8 *Melioramentorum retentio impedit executionẽ mandati de manutenendo, si sint necessaria, vel vtilia. Decl. vt num. 9. & 10.*
9 *Melioramenta ascendentia ad quantitatem, quam impossibile est dominum reficere posse, non possunt dici vtilia, vel necessaria.*
10 *Meliaramenta facta post litem motam, & inhibitionem an debeantur.*

Decisio CXXXXIX.

FVit die 24. Februarii 161x. in hac causa coram me resolutum, Io: Francisco dandam manutentionem super domo, & vinea per eum locatis ad vitam bo. me: Alphonso Pandulphino, sed quia allegabatur pro Pandulphino mutata facies loci, quæ videbatur impedire execusionem mandati de manutenendo, ꝙ † datur ad statum, in quo res erat de tempore motę litis. Ideo fuit reseruatum, vt de hoc particulariter videretur. Interim mortuo Alphonso, & recuperáta domo, fuit dubitatum iuxta d. reseruationem, An obstat Io: Francisco; quod vinea, & situs mutauerint faciem, & fuit negatiuè resolutum.

2 Quia † per mutationem extrinsecam vineæ redactæ ad Viridarium non fuit tamen mutata substãtia rei, & fundi, & proinde talis mutatio non est habenda in consideratione, sed cũ onere sibi annexo fundus remanere debet, *vt bene per Anchar. qui pluribus similibus materiam exornat cons. 404. num. 9. in fin. & num. 10. vbi allegat tex. in l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. 3.* vbi si fuit legatum aurum, vel argẽtum, licet postea sit conflatum, & ad massam redactum, non extinguitur legatum, quia, licet accidentis fiat mutatio, remanet tamen eadem materia, ex quo infertur, quod sicuti competebat Io: Francisco manutentio in fundo ad vsum vineæ exculto, vt fuit iam resolutum, ita debet manuteneri, licet vinea fuerit extirpata, & redacta ad vsum horti, & viridarii, quia manet adhuc substantia soli, & fundi ex iã dictis, & hoc eo magis, quia non solum ista mutatio superficialis non potuit fieri in eius præiudicium, *Anch. d. cons. 409. num. 10. vers. primo quia mutatia,*
3 & bene facit simile de decimis, quæ, † si antea ex pascuis debebantur Rectori, nihilominus debentur etiam si terræ fuerint ad culturam redactæ, *cap. commissum,*

missum, *& cap.cum in tuto.de decim. & ibi per Anchar*, *& latè prosequitur Io: Bologn. cons.29.num.16. & seqq. & sepissimè tenuit Rota*, *extant nona decisiones in Conchen. Decimarum coram bo.me. Cardinali Pamphilio*, *& etiam coram R.P.D. meo Pirouano*, præsertim a conductore, qualis erat Pandulphinus, qui poterat vti frui more boni Inquilini, vt cantat Instrumentum, & non præiudicare locatori, sed etiã quia omnem euentum melioramenta in domibus, seu vinea facienda tam vtilia, & necessaria, quam ad ornatum qualiacumq; & quantacumque essent, & ad quamcumq; summam, & valorem ascenderent ex pacto expresso in Instrumento apposito solo cedere debent ad beneficium, & commodum locatoris, qui pro dictis melioramentis nihil penitus respondere, 4 restituere, aut reficere teneatur, quod † pactum vtique de Iure validum est, & seruãdum, *Bart. in l.inhemus.2.§.hanc 2.num.2. C.de Sacros. Eccles. Valasc. de iur.emphit.q.25.num.18.Rot.dec.208. part.2.diuers.fuit dictum in Romana melioramentorum 20.Iunij 1608.coram R.P.D. meo Manzanedo*, *& in Romana Saluiani 20.Iannarij 1611.coram me*. Et ex prædictis verbis adeo amplis, & generalibus tolli- 5 tur obiectio facta pro Pandulphino, quod † tale pactum non trahatur ad impensas magnas, & immensas, *ex trad.per Cald.de extinct. emphit. c.10.nu.49. cum alleg.* Quia, vltra quod DD. allegati loquuntur, 6 † quãdo emphyteuta culpa sua cadit in commissum, qui sunt termini à nostris diuersi, cessat distinctio de impensis magnis, vel modicis stante pacto, prout 7 hic, † adeo generalibus, & prægnantibus verbis cõcepto, quod censetur pars pretij, *l. fundi partem. ff. de contrah.empt. & seqtinat in puncto Valasc.d.q.25. num.18.in fin.Cald.d.c.10.num. 50.in fin. & faciunt latè congesta per Gabr.cons.168.q.3.num.21. & seq. & signanter num.28.lib.1.*

Non obstat, quod datur retentio ratione meliora- 8 mentorum, & sic illa † impedire debeant executionem mandati de manutenendo, *iuxta trad.per Gabr. cons.31.nu.24.lib.2. & fuit dictum in Mantuana bonorum 28.Maij 1614.coram me, qua est dec.610.nu. 3.par.1.in recent.*

Quia sufficit dicere, id esse extra dubium, in quo solum quæritur, an obstet Io: Francisco quod vinea, & situs faciem mutauerint, & nihilominus ex abundanti Dominis videbatur, non esse locum prætensæ retentioni ad effectum impediendi executionem, cũ de assertis melioramentis non constet saltem in genere ad hoc, vt sit locus præfixioni termini ad liquidandum, & non facta liquidatione, sit locus cautioni, *iuxta stylum Rotæ de qua per Put.dec.401.lib.2. secundum Rom.impress. Menoch.de recup.rem.15. nu.164. & seq.cum alijs per Caroc.de loc. & conduct. in tit.de expens.num.18. & seq.*

Addebant, quod quatenus de ijs constaret, tamen non constat, illa fuisse necessaria, vel vtilia, propter quæ possit competere retẽtio, & impediri executio, *iuxta latè trad.per Menoch.d. remed. 15.nu.449 cu seq.Barbos.ad l.diuortio.§.fin.num.88.ff. sol.matrim.* & si melioramenta essent voluptuaria, & sine aliqua vtilitate, & d.d. situs non essent redditi pretiosiores, res esset indubitata, quod non daretur retentio, nec impediretur executio, *l.impensæ §. voluptuariæ. vbi Alciat. & Rebuff.de verb signif.num.3. vers.de expensa verò lib.2. Menoch. d.rem.15.numer.556.Ios. Ludouic.dec. Perus.24.num.21. & seq. & fuit dictum in Lucana Feriarum 16. Februarij 1615. coram me.*

Nec omittebãt, quod, cum Informantes pro Pandulphino dicant huiusmodi melioramenta ascende- 9 re ad scuta 18.milliũ 9. stante impossibilitate Ioannis Francisci illa soluendi non possent dici vtiliter, vel necessario facta, *Bal.cons.18.num.4.vers.ex præmissis apparet.lib.1. latè Tiraq. de retract.conuent.§.*

3.gl.1.num.5.circa med.Menoch.vbi supra nu. 553. Valasch.d.q.25.num.10. Et cessat difficultas ex pacto supra expresso, quod finita locatione, quæ erat ad vitam Alphonsi, melioramenta omnia siue necessaria, siue vtilia, siue ad ornatum, cedere debeant ad beneficium locatoris.

Non obstat, quod bona fide fuerit à conductore mutata facies. Quia, imo dicitur facta pendente lite, 10 & post Inhibitionem Rotæ, † vnde ex eo magis applicantur *tradita per Valasch.q.25.num.10.*

Quæ dicuntur de nouis concessionibus Alphonso factis à locis Pijs cum cõfirmationibus Apostolicis sunt extra punctum.

Sicut etiam quæ subiungebat Informantes, quod ex d.d. sitibus fuit alijs adiunctis, & incorporatis constructum nobile Viridarium, quod non patitur commodam diuisionem, Ideoq; nec Io: Franciscus possit consequi nisi situum suorum æstimationem ex *statut.Vrb.lib.1.cap.101.*

Vltra quod in facto id nõ iustificatur, & in liquidatione facienda apparebit quantitas fundi debita Io: Francisco, & in locatione comprehensa.

Ex quibus fuit conclusum, mutationem faciei loci non obstare &c.

Eminentissimo Domino Cardinali Verospio

Bononien. de Bologninis

Veneris 11.Decembris 1619.

SVMMARIA.

1 *Constituto translata dicitur vera possessio, & numero 4.*
2 *Præsertim ad effectum manutentionis.*
3 *Constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur.*
4 *Decl. secus in simplici constituto, cuius tantum executio in tempus mortis dilata fuerit.*
5 *Extende stante præsertim clausula*, Ex nunc prout ex tunc.
6 *Tempus in dispositione collatum post obitum alicuius in illius gratiam ipso consentiente non est expectandum.*
7 *Mandatum speciale requiritur ad possessionem acquirendam.*
8 *Decretum intelligendum est iuxta iuris dispositionem.*
9 *Hæredi possessio acquisita non dicitur absq; apprahẽsione.*
10 *Exceptio detractionum faciendarum vti petitorium respiciens, manutentionem non impedit.*

Decisio CL.

Fulnius, Emilius, & Pyrrhus fratres de Bologninis ad occurrendũ litibus inter se de anno 1602. transegerunt, vt de tempore eorũ obitus nullo ex eis filio legitimo, & naturali superstite, Lelius dicti Emilij filius naturalis vti vocatus in defectum legitimorum ad Io: Mariæ Aui hereditatem, in possessione bonorum omnium ex dicta transactione existeret, & per consequens illam ex nunc, prout ex tunc eidem Lelio, eiusq; descendentibus tradiderunt, ita vt adueniente eorum morte posses- 1 sio non inchoata, sed continuata diceretur cum clausula Constituti, & precarij.

Mortuo deinde Pyrrho, Horatius, & Valerius de Bologninis tamquam ab illo hæredes Instituti, cũ peterent Immissionem, obtinuerunt à Generali Auditore Bononiæ mandatum de Immittendo, sicut pariter Io: Ludouicus d. Lelij filius legitimus, & naturalis respectu eorumdem bonorum manutentionem obtinuit. Vnde interposita pro parte Valerij, & Horatij appellatione, & causa mihi commissa, dubitaui super mandato de manutenendo, quod Ioannis Ludouico dandum esse Domini responderunt.

Constat enim de illius antiquiori possessione in vim clausulæ constituti ad eiusdem Lelij, & descen-
1 dentium ipsius fauorem appositæ, † per quam vera dici ur in eum possessio translata, *l quod meo, vbi DD. ff. de acq. poss. Afflict. dec. 139. num. 9. Bero. cons. 158. numer. 2. lib. 1. Surd. cons. 221. numer. 34. Hund. cons. 42. num. 57. lib. 1. Aym. cons. 207. num. 1. in fin. Ias. in l. quoties. num. 14. C. de reuoc. donat. Paris. cons. 33. num. 30. lib. 3. Tiraq. de constit. par. 1. num. 54.* &
2 † ad effectum manutentionis, *Rota dec. 270. num. 1. par. 1. & 551. num. 4. vers. quia in casu nostro par. 2. in recent.*

3 Nec valet dicere, † constitutum vti collatum post constituentium obitum nihil operari, nam in lectura transactionis apparet, istam bonorum dationem pu-
4 ram, & simplicem extitisse, † & per consequens etiam constitutum, licet in tempus mortis dilata fuerit eius executio, quæ propterea non impedit, quominus à die transactionis fuerit possessio translata, *Gabr. cons. 141. num. 4. lib. 1. Oldr. cons. 114. sub numer. 4. & cons. 139. num. 5. Alex. cons. 82. num. 6. lib. 3. Dec. in l. si contractus. num. 7. ff. de reg. Iur. Ias. in l. quoties. nu. 17. in fin. C. de rei vindic. & cons. 147. col. 9. lib. 2. & fuit dictum in Romana de Incoronatis*
5 *29. Aprilis 1616. coram R. P. D. Vbaldo,* † stante præsertim clausula, *ex nunc, prout ex tũc*, in transactione apposita, *Alex. d. cons. 83. sub n. 6. lib. 3. Guid. Pap. dec. 208. Neguf. de pignor. 2. mem. 2. par. nu. 5. Paris. cons. 62. nu. 23. lib. 2. & fuit dictum in allegata Romana de Incoronatis.*

Non obstat, prædictam executionem fuisse dilatã ad tempus mortis omnium fratrum, & sic dici non posse, adhuc casum obuenisse Emilio superuiuente. Quia ex lectura transactionis apparet, omnia bona fuisse post Pyrrhi, & Fuluij mortem in Lelium trãslata, vt ex illis verbis statim, in continenti, & Immediatè secuta morte naturali ipsorum Fuluij, & Pyrrhi, seu vlterius superuiuẽtis ex eis ex nunc prout ex tunc.

Nec releuat, Lelium vti naturalem in vim dicti fideicommissi vocatum solum fuisse post omnes legitimos.

6 Nam respondetur Emilij obitum, † ipso consentiente, expectandum non fuisse, *ex Peregr. de fideic. art. 52.* & per cõsequens post Pyrrhi, & Fuluij mortẽ fieri potuisse dictam translationem.

Non obstat possessio Valerij, & Horatij Pyrrhi
7 heredum nomine capta, cũ † de speciali illorum mãdato, vt requirebatur, non appareat, *l. 1. §. Procuratorem. ff. de acq. poss. l. si ego. ff. de neg. gest. Aym. cons. 50. numer. 15. & 16. Rot. decis. 812. numer. 1. part. 1. diuers.*

Non obstat respectu rusticorum prediorum, eosdẽ Valerium, & Horatium à Iudice mandatum de associando obtinuisse, non enim pariter de illius mãdato constat, qui possessionem fuit acceptus, licet huiusmodi mandatum requiratur, non obstante di-
8 cto decreto, † quod iuxta dispositionem iuris venit intelligendum, *l. Herennius. ff. de euict. Rot. dec. 4. nu. 10. par. 2. diuers.*

Non obstat, prædictos Pyrrhi heredes in vim statuti Bononien. defuncti possessionem continuasse.

9 Quia tale statutum non exhibetur, vnde † non potest dici possessio ab herede sine illius apprehẽsione acquisita, *l. Pomponius. § quæsitum. ff. de acq. poss. l. si homo. ff. de vsufr. l. cum heredes. ff. de acq poss. Alex. cons. 87. num. 5. lib. 1.*

Quæ verò circa detractiones faciendas excipiun-
10 tur, † tamquam petitorium respicientia manutentionem non impediunt, *Dec. cons. 19. & cons. 467. nu. 13. Afflict. dec. 119 num. 7. Neuizan. cons. 56. numer. 2. Rot. decis. 41. nu. 12. par. 2. diuers. Seraph. dec. 971. in fin.*

Vbaldo Seniore

Vlixbonen. Beneficij

Lunæ 19. Decembris 1619.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum adeptæ possessionis probat possessionem manutenibilem alio non possidente.*
2. *Possessio præsumitur vacua, & qui plenam dicit, probare tenetur.*
3. *Possessio amittitur solo animo, vt puta cessione, & num. 6.*
4. *Possessionem qui semel apprehendit, præsumitur cõtinuasse vsq; ad tempus motæ litis.*
5. *Possidens tempore motæ litis est manutenendus.*
6. *Iudex ritè, & rectè procedens priuat primum possessorem naturali, & ciuili.*
7. *Protestatio reseruatoria iurium in cessione possessionis intelligitur de alijs iuribus, præterquam dimissionis possessionis.*
8. *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
9. *Subrogari quis non potest ad id, quod antecessor non habebat.*
10. *Subrogatus repræsentat personam defuncti, in cuius locum subrogatur.*
11. *Vacatio Beneficij consumitur per prouisionem in alterius personam.*
12. *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta.*
13. *Possessor, qui se non habuit pro spoliato, debet manuteneri.*
14. *Instrumẽtalis possessio etiam posterior præualet anteriori infectæ per decretum irritans.*
15. *Possessio ciuilis dicitur retenta per petitionem liberationis à molestijs.*
16. *Terminus sex mensium ad literas expediendas non currit impedimento præstito per Datarium.*
17. *Intellige facta protestatione coram Datario cũ Notario, & testibus.*
18. *Censurarum fulminatio iustificari debet ex antea, non ex nouiter deductis.*
19. *Manutentio datur etiam illi, contra quem nulliter fulminatæ sunt censuræ.*
20. *Tituli iustitiam concernentia ad iudicium manutentionis non pertinent.*

Decisio CLI.

FVit dictum, Antonium esse manutenendum. Nam de eius possessione constat ex Instrumento adeptæ pro eo possessionis de anno
1 1599. die 15. Nouembris, † quod sufficit ad hunc effectum, alio non existente in possessione, *l. prædia, & ibi Bart. ff. de acq. poss. Rot. dec. 21. de rest. spoliat. in antiq. & dec. 293. num. 4. par. 1. in recent. & dec. 525. nu. 1. par. 2. & in Spoletana Parochis 5. Maij 1621. coram me, & in Crotonen. Parochialis 17. Decembris* eiusdem

eiusdem anni etiam coram me, & sæpissime aliàs.

Quod autem alius non existeret in possessione, 2 † vltra quod præsumitur, & qui dicit, possessionem non fuisse vacuam, tenetur probare, *ad dec. Seraph. 322. num. 3.* deducitur etiam, quia Laurentius, qui fuerat prouisus à Collectore, & immissus in possessionem conuentus coram A. C. ad instantiam Antonij per eius sententiam fuit expulsus, & dictæ possessioni cessit, soluendo etiam expensas, cuius cessionis vigore Antonius cæpit possessionem, vt dici-3 tur in eodem Instrumento, † per quam cessionem non est dubium Laurentium amisisse possessionem, quæ solo animo amittitur, *l. 3. §. in amittenda. ff. de acq. poss.* & cessat difficultas, quia, licet Laurentius appellasset à sententia A. C. tamen in Rota non est prosecutus, nisi causam in petitorio, *vt dicitur in vltima decis. in hac causa facta 22. Iunij præteriti,*

4 Et cum † Antonius semel possessionem appræhenderit, censetur in ea continuasse vsq; ad tempus motæ litis, *gl. Bart. & alijs in l. siue possidetis. C. de prob. Menoch. præsumpt. 64. numer. 1. & seqq. lib. 6. Rot. dec. 397. num. 2. in fin. & decis. 601. num. 1. part. 2. recent.* meritò † videtur manutenẽdus, *§. hodiè. Inst. de interd.*

Non obstat subrogatio obtẽta à Michaele in Ius, & possessionem Laurentii, quia quoad possessionẽ ipse non obiit in possessione, vt firmatur in vltima decisione, & patet ex cessione prædicta, & quoad Ius, nec illud habebat ob rationem in eadem decisione addũctam, de qua mox.

Non obstat igitur, quod Michael tamquam gratiosè subrogatus obtinuerit immissionem iudicia-6 liter, & sic possideat auctore Prætore, † qui si ritè, & rectè processit, potuit priuare Antonium naturali, & ciuili possessione, *l. iuste possidet. vbi Bart. ff. de acq. poss. Rot. dec. 802. nu. 7. par. 1. diuers. & dec. 293. num. 5. par. 1. in recent.* Quia fuit responsum, sententiam, seu decretum Immissionis videri iniustum: Nam de obitu Laurentii in possessione non constabat in actis, ex quo vltra sententiam A. C. cesserat possessioni, vt dictum est, quæ cessio sibi præiudicauit, non obstante qualibet protestatione reseruatoria 7 Iurium, † quia intelligitur de aliis Iuribus præterquam dimissionis, *Oldr. cons. 330. in fin. Signorol. cõs. 75. num. 19. Seraph. dec. 756. num. 2. Rot. in Neapolitana beneficij 18. Ianuarij, & 5. Maij 1617. coram me, & in Cæsenaten. bonorum 21. Februarij præteriti etiã coram me* Ideo non poterat suffragari subrogatio ad possessionem Laurentii, quam non habebat tempore obitus, nec etiam suffragabatur quoad Ius Laurẽtii propter decretum irritans appositũ in eius prouisione de expediendis literis Apostolicis intra sex menses, quæ non reperiuntur expeditæ, *vt in vltima* 8 *dec. firmatum,* † per quod decretũ remanebat & titulus, & possessio infecta, *Cassad. dec. 2. de rest. spoliat. Caputaq. dec. 307. & dec. 345. num. 4. part. 3 Gonzal. ad reg. 8. gl. 67. num. 11. & seq. Rot. dec. 613. num. 7.* 9 *part. 1. in recent.* Vnde, † cum Laurentius non haberet nec titulem validum, nec possessionem, non poterat Michael subrogari ad id, quod antecessor non habebat, *arg. l. nemo plus iuris. ff. de reg. Iur.* cum 10 † subrogatus repræsentet personam defuncti, in cuius locum subrogatur, *Gabr. in tit. de reg. Iur. concl. 1. & fuit dictum in Burgen. Abbatiæ 17. Decẽbris 1612. coram me.*

Neq; etiam Michael poterat subrogari in ius, & possessionem Emanuelis, per cuius obitum vacauit 11 beneficium, quia † vacatio erat consumpta per prouisionem vel Laurentii, vel Antonii, *Rot. decis. 691. num. 5. par. 2. in recent.* & admittuntur Informantes pro Michaele, ex quibus sequitur, vt sentẽtia rema-12 neat notoriè iniusta, † quia nõ iustificatur ex actis *iuxta dec. Cas. de Grass. 2. num. 6. & seq. de solut.* & 13 Antonius, † qui non se habuit pro spoliato, debeat manuteneri, quamuis ipse ostendat solum Instrumẽ-14 tum suæ possessionis, † cum sola Instrumẽtalis possessio, quamuis posterior, præualeat etiam anteriori infectæ per decretum, *Cresc. dec. 1. in fin. de caus. poss. & propr. & fuit allegata dec. in Asculan. pensionis 7. Februarij 1586. coram bo. me. Card. Pamphilio* Quæ tanto magis procedere videbantur, ex quo sententia fuit lata, absente, & inaudito Antonio, qui statim, habita notitia censurarum se contulit ad Curiam, & habuit recursum ad Iudicem pro obtinenda libera-15 tione à molestiis, † quod sufficit pro retentione ciuilis possessionis, *vt post Bald. in cap. quærelam. de elect. tradit Afflict. dec. 395. num. 7. Put. dec. 419 nu. 2. lib. 2.*

16 Neque obstat, † quod terminus sex mensium ad expediendum Literas in Curia non curreret in præiudiciũ Laurentii stante impedimento præstito per Datarium, qui reiecit supplicationem à Laurentio datam pro noua prouisione cum responso, quod beneficium esset alteri collatum, *ad dec. Seraph. 397. num. 4. & in his terminis Rota in alia Vlixbonen. beneficij 4. Decembris* 1600. *coram Cardinali Pamphilio,* quia respondebatur in primis, quod de impedimento deberet doceri aliter, quam per simplicem 17 fidem, sed † debuit fieri protestatio per ipsum petentem nouam prouisionem coram Datario cum Notario, & testibus, quod per ipsum nõ stabat, quin sibi daretur noua prouisio, vt aduertit in his terminis *Gonz. ad reg 8. gl. 15 num.* 110 Præterea dicebatur, 18 † non admitti nouas probationes pro iustificatione censurarum iã fulminatarum contra Antoniũ sed eas debere iustificari ex antea deductis, *vt per Rot. dec. 333. num. 4. & dec. 346. num. 1. par. 2. in re-19 cent. vbi alia allegantur.* † & interim non videtur denegãda manutentio Antonio prout ex supradictis D. D. concluserunt vtraque parte Informante.

20 Quæ autem † dicebantur circa Iustitiam tituli Laurentii, quæ etiam fuit firmata in decisionibus in causa factis non pertinent ad hoc Iudicium manutentionis, quia potuit collatio facta à Collectore esse ab initio valida, quæ tamen propter non expeditionem literarum nulla remanserit propter decretum ex supra adductis.

Et ita fuit decisum.

Cardinali Sacrato

Romana Domus

Luna 27. Ianuarii 1620.

SVMMARIA.

1 *Clausula* Constituti *translata dicitur vera possessio, & manutenibilis, & nu. 8.*

2 *Emptionis contractus, in quo quis emit pro se, & persona nominanda, totus penes ementem residet, donec nominatio secuta non fuerit.*

3 *Nominatione facta de aliquo, qui iura retrocesserit nominanti, perinde est, ac si nunquam nominatio facta fuerit.*

4 *Simulationis exceptio de sui natura non impedit remedia possessoria. Decl. vt num. 6.*

5 *Clausula* Constituti *exceptiones omnes admittit, quas contractus principalis.*

7 *Factum ante omnia consideratur in materia possessoria.*

9 *Conductor non possidet sibi, sed locatori.*

Decisio CLII.

RESolutum fuit mandatum de manutenẽdo in possessione domus, de qua agitur, esse dandum D.Pyrrho, qui fundat suam intẽtionem in publico Instrumento, per quod apparet, ipsum pro se, vel persona à se quandocumq; nominãda emisse domum, de qua agitur, à Dominis Lippomanis d.domus possessoribus, qui ex nunc constituerunt, illam se nomine dicti Pyrrhi possidere, per 1 † quam clausulam constituti fuit translata vera possessio in ipsum Pyrrhum, *l.quod meo.cum ibi not.ff. de acq.poss.& tenuit Rot.in Clusina Postæ 27. Ianuarij 1603.coram bo.me.Litta, & in dec. 551.num.4. par.2.in recent. & in Ferrarien. bonorum 10.Martij 1617.coram* R.P.D. *meo Caualerio.*

Qui effectus nõ impeditur ex eo, quod Pyrrhus nõ 2 emerit simpliciter pro se, sed ꝓ se, vel persona à se quãdocũq; nominanda, quia, † antequam secuta fuerit nominatio, totus contractus residet in ipso Pyrrho, *Bal.in l. 1. in fin. vers. vltimo quaro. ff.de pact. Socc.in l.1.§.per Procuratorem.nu.5.vers.quod forte. ff.de acq.poss.Alex.cons.232.nu.2. & 3.lib.6.Gabr. cons.80.num.4.lib.1.& Marc.dec.46.*

Et licet ipse Pyrrhus vigore d.facultatis nomi- 3 nauerit rationem Bancariam, tamen, † cum ipsa ratio Bancaria de nouo retrocesserit ipsi Pyrro, perinde est, ac si dicta nominatio numquam facta fuisset, *ex dictis in simili per Rot.in causa Bononien.de Bonsignoribus coram R.P.D. meo Cauulerio, quæ est decis. 180.par.1.in recent.& in Bononien.de Lucio 9.Decẽbris 1619.coram me.*

Non obstat quod Domini prætendant, primam emptionem fuisse simulatam, & iam obtinuerint decisionem, in qua fuit dictum, domum ab initio fuisse emptam pro ratione Bancaria.

Quia fuit responsum, hanc esse exceptionem si- 4 mulationis, quæ † de sui natura non impedit remedia possessoria, *Bal.cons.66.per tot.vol.1.cum alijs per Crau.cons.443.num.5.vol.5.* cum maximè proposita causa super d.decisione, non potuerit propter difficultatem materiæ haberi resolutio.

5 Et licet verum sit, illud, quod replicatur, † clausulam *constituti* admittere omnes exceptiones, quas contractus principalis, *vt in Romana de Zambeccariis 10.Martii 1589. coram Reuerendiss. Perusino,* vnde infertur, non terminato iudicio simulationis impossibile esse dicere, quod clausula *constituti* operetur ad fauorem D.Pyrrhi.

Attamen hoc visum fuit non obstare in proposi- 6 to casu. Primo quia † allegata in contrarium procedunt, quando illemet, qui constituit, se possidere nomine alterius, allegat se hoc simulare fecisse, sed cũ in hoc casu ipsi Lippomani hoc non allegent, sed tertius, qui prætendit emptionem fuisse factam ad sui fauorem, visum fuit Dominis, quod, sicut, si Pyrrhus vigore dicti contractus emptionis naturaliter ingressus fuisset possessionem, non possent Doni sub prætextu simulationis, & pendente Iudicio super illa de facto spoliare ipsum Pyrrhum, ita neq; possũt modo, quod Lippomani veri possessores constituerunt se possidere nomine dicti Pyrrhi, quia in ef- 7 fectu, factũ † ꝙ ante omnia cõsideratur in materia possessoria, stat pro ipso Pyrrho, cuius nomine veri possessores constituerunt se possidere. Rursus fuit responsũ, ꝙ esto, ꝙ domus ab initio verè, & propriè 8 fuisset empta pro ipsis Donis, ita vt † vigore clausulæ constituti fuisset in ipsos translata possessio, tamen cum ipsi Doni postea retrocesserint eamdem domum eidem Pyrrho cum clausula *constituti*, Pyrrhus ex hac retrocessione, in qua debet manuteneri, *per alleg.in principio.*

Non obstat, quod Doni toto tempore fuerint in 9 detentione domus, quia, † cum illa conduxerint à Lippomanis primis vẽditoribus, non possiderunt sibi, sed ipsis Lippomanis, & successiuè Constitutarijs Lippomanorum, quia conductor non possidet sibi, sed Domino, *iuxta not.in l.si quis conduxit,& in l.quod meo.ff.de acq.poss.Rot.dec.315. num.2.par.1. diuers.& dec.208. par.2.in recent. &c.*

Vbaldo Seniore

Interamnen. Manutensionis.

Veneris 3. Aprilis 1620.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio sufficit ad effectum manutẽtionis, alio in possessione non existente.*
2. *Possessor citari debet in quolibet actu iudicij, & quãdo decernitur, & relaxatur mandatum, nec sufficit citatio ad exhibendum inhibitionem, & videndum mandari exequi mandatum.*
3. *Executiuè agi non potest contra tertium.*
4. *Detentatio sufficit ad manutensionem obtinendam.*

Decisio CLIII.

FVit dictum, Vittoriç dandum mandatum de manutenendo, quia de eius anteriori possessione prædij, de quo agitur constat ex publico instrumento sub die 7.Iunij 1616. per specialẽ pro- 1 curatorem ad hoc constitutum, † quæ instrumentalis possessio bene sufficit ad hunc effectum, alia non existente possessione, *Bart.in l.prædia. ff.de acq.poss. Rot.dec.513.nu.1.dec.652.num.1. & 660.nu.1.par. 1.in recent.& dec.35.num.1.par.2.& passim seruat. Rota.*

Nec obstare visum fuit, quod ante executionem mandati relaxati ab A.C. ad fauorem Nicolai Vittoria fuerit citata ad exhibendum cartam dotalem, & videndum mandari exequi mandatum.

2 Quia † ea nunquam posseditrix bonorum debebat citari in quolibet actu iudicij, & quando fuit decretum, & relaxatum mandatum, *l.de vnoquoque vbi glos.& Doct.ff.de re iud. fuit dictum in Romana Spolii domus, 27.Nouembris 1615. coram R.P.D. Manzanedo.*

3 Vltra quod, † cum Vittoria esset tertia, non erat contra eam agendum executiuè, *Alex.in l.1.§. si hæres.vbi Ias.nu.5.ff.ad trebell.cum aliis per Bursat. cons.361.num.1.lib.4.& fuit sæpe decisum.*

Et respondebatur negari non posse, quin Vitto- 4 ria acquisiuerit saltem detentationem, † quæ sufficit ad obtinendam manutentionem, *vt sæpe fuit resolutum, præsertim in causa Perusina de Lupattellis, & Venturinis 27.Ianuarii 1616.coram R.P.D. meo Buratto.*

Cardinali Sacrato

Cæsaraugustana Distributionum

Veneris 3. Aprilis 1620.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio non datur, vbi non est præcedens possessio.*

2 *Testes*

2 *Testes praeferri debent in concursu, qui verisimiliora deponunt.*

3 *Quasi possessio in facultatiuis acquisita non dicitur, nisi adfuerit prohibitio, & acquiescentia.*

4 *Manutentio contra Administratorem non videtur competere, sed tantum actio ad reddendam rationem de administratis. Decl. vt num. 5.*

Decisio CLIV.

QVia in hac causa Capitulum praetendebat, fuisse per D. Nuncium Hispaniarum attentatum deueniendo post appellationem ab eius decreto ad declaratoriam contra ipsum Capitulum, & è conuerso Portionarij pretendebant esse sibi ante omnia dandum mandatum de manutenendo, ideo ad satisfaciendum vtriq; parti dedi dubiũ, An constet de attentatis, vel potiùs esset dandum mandatum de manutenendo Portionarijs.

Super prima parte dubij Domini non multũ institerunt, sed ordinarunt, quod Canonici, si non sunt absoluti (iam enim quamquam absolutionem obtinuerant ab eodem Nuncio) de nouo absoluantur.

Quo ad secundam partem dubii difficultates reducebãtur ad duo. Primo, an Portionarii essent manutenendi in quasi possessione percipiendi medietatem illius, quod ex causa distributionum, & existentiae in Choro singulis horis recipiunt Canonici. Secundo an essent manutenendi in possessione cogendi Canonicos, qui sunt administratores dictarum distributionum, vt ponant in bursa communi certã quantitatem ad effectum, vt singulis horis Portionarii recipiant certam summam solidorum, prout antea vsq; ad tempus motae litis pretendunt recepisse.

Quoad primam partem Domini fuerunt in voto, quod Portionarii essent manutenẽdi in quasi possessione recipiendi medietatem illius, quod recipiunt Canonici singulis horis, & hoc etiam non fuit cõtrouersum per informantes pro Capitulo.

Quoad secundam, fuit tentum contra Portionarios, quia † manutentio non datur, vbi non est praecedens possessio, haec autem praecedens possessio, quod Canonici teneantur ponere in bursa communi certam summam ad effectum, vt Portionariis singulis horis percipiant certã summam, nullibi probatur, nam, & si testes dati in *summario portionariorum num. 3. & 4.* deponant, à certo tempore vidisse dare Portionariis singulis horis Canonicis sũmam articulatam, non propterea concludunt quasi possessionem praetensam à Portionariis.

Primo, quia non concludunt, quod etiam non fuerit aliquando soluta minor summa, & è conuerso Capitulum probat, quod aliquãdo fuerunt auctae, & aliquando diminutae, seu reformatae huiusmodi distributiones, vt ex testibus datis in *summario Capituli num. 10.* quorum sextus in specie *super nono* deponit, quod ipsemet aliquando ex causa distributionum recipiebat plus, & aliquando minus, quod repetit *super 19. art. & super 23.* & idem deponit

2 octauus testis *super 19. artic.* † qui testes, quatenus etiam contrariarentur, prout non contrariantur, testibus Portionariorum essent praeferendi tamquam verisimiliora deponentes, *iux. l. ob carmen. §. si testes ff. de testib. c. licet causam. vers. ex praemissis, de probation. cum concord.*

Verisimilitudo autem oritur, quia certum est, Capitulum non soluere de proprio istas distributiones, sed hanc massam habere suos particulares redditus administratos à Capitulo, de quibus etiam sunt faciendae quaedam expensae, nempe Missarum, Anniuersariorum, & Cantorum, & de residuo soluuntur huiusmodi distributiones, vt deponunt testes *in d. summ. Capituli num. 10.* sicut igitur redditus, & expensae de sui natura sunt incertae, ita verisimile est, quod fuerant incertae distributiones, quae de residuo soluebantur, aliàs fuisset necessarium, quod Capitulum aliquãdo soluisset de proprio, quod nullibi probatur, fuisse factum.

Secundo principaliter fuit responsum, quod, etiã si probaretur, Capitulum à multo tempore citra nullam fecisse diminutionem, non propterea fuisse cõtra illud qualitam quasi possessionem, vt non possit diminuere. Etenim Canonici habuerunt à Benedicto Papa XIII. facultatem, vt possunt augumentare vel diminuere huiusmodi distributiones, *vt ex statut. in summ. Capituli num. 8.* Cum igitur diminuere

3 esset facultatiuum ipsi Capitulo, † non fuit contra huiusmodi facultatem acquisita aliqua possessio, nisi probetur, quod Canonici voluerint diminuere, & portionarii prohibuerint, & ipsi Canonici huic prohibitioni acquieuerint, *iuxta. not. per Abb. in c. ex parte. num 7. de concess. praeb. Caputaq. dec. 417. par. 2. decis. 306. num. 4. par. 1. Rot. decis. 363. nu. 1. par. 1. in recent.*

Tertio fuit obiectum, Canonicos non conuenti, vt soluant de proprio, sed solum tamquam Administratores Massae destinatae ad huiusmodi distri-

4 butiones, † videtur autem, quod contra administratores non procedatur per viam manutentionis, sed ad summum, vt reddant rationem de Administratis *ex trad. per Alex. consil. 92. num. 2. vers. non ergo. lib. 7. Cran. cons. 275. sub nu. 13. vers. tertio principaliter. Rot. decis. 68. num. 3. & 4. inter impress. per Modern. post tract. de Saluiano, & dec. 327. sub num. 3. par. 2. rs recent. facit dec. 158. nu. 4 par. 2. diuers.*

Et praedicta eò magis admiserunt Domini, quia ex notoria expulsione Maurorum facta in illis partibus, fuit datus magnus fumus diminutionis fructuum propter scilicet expulsionem illorum, qui eos colere solebant.

Non obstat *dec. in causa Romana annuae Praestationis 22. Maij 1619. coram me.* † quia ibi fuerat facta

5 donatio Congregationi Vallicellae, cum onere soluendi scuta quinquaginta singulis quatuor Cappellanis, qui de facto plurios exegerant d. summam, euenit, quod pars bonorum donatorum fuit euicta, Cõgregatio pretendebat diminuere summam per donatricem designatam Capellanis ea ratione, quod & bona donata essent diminuta, Rota respondit, hoc concernere petitorium, & interim Cappellanos esse manutenendos in eorum quasi possessione, cũ nõ probaretur diminutionẽ esse talem, vt non remaneret tantum, quantum sufficeret pro credito Capellanorum, & ita ibi possessio erat munita titulo certae summae, nempe scut. 200. annuorum, hic autem possessio est quotae, ibi agebatur contra debitorẽ principalem, hic autem cõtra administratorem, ibi non fuit data specialis facultas minuendi, contra quam esset opus prohibitione cum acquiescentia, hic autem sic vt ex praedicta *Constitutione Benedicti Papae XIII. de qua supra.*

Eminentiss. D. Card. Verospio

Placentina Fructuum

Lunae 18. Maij 1620.

S V M M A R I A.

1 *Sequestratio regulariter est prohibita, sed vbi subest consumptionis timor, non denegatur.*

2 *Sequestrum permittitur, vbi hoc suadet æquitas, vt si alias iudicium redderetur elusorium.*
3 *Executiones nec reales, nec personales dantur contra ingressos in religione pro debitis ante ingressum; nec etiam censuræ fulminantur.*
4 *Sequestri materia plurimum pendet à Iudicis arbitrio.*

Decisio CLV.

DEcanus Placentinus fuit per duas sententias Rotales condemnatus ad dimittendum, & relaxandum vna cum fructibus, & distributionibus perceptis integram Decanatus portionem Canonicatibus, de quibus agitur, applicatam, & stante re iudicata ob Sanctissimi rescriptum, quo semel tantum concessa fuit appellatio, relaxatis executorialibus, nec non emanata illorum vigore declaratoria. Decanus tandem paruit in dimittenda præbenda, non tamen in soluendis fructibus, & distributionibus nondum liquidatis. Et postea discedens à Ciuitate Placentina, fuit Religionem Cartusianorum ingressus. Verum Canonici ne dictæ præbendæ fructus consumerentur, vel duriorem sortirentur aduersarium, cum instarent pro sequestro, dubio per me proposito, Rota censuit, illud esse concedendum.

1 Nam licet † sequestratio regulariter sit prohibita, vbi tamen subest consumptionis timor, sequestrum non denegatur, *l. Imperatores. in fin. ibi: gl. & DD. ff. de app. gl. in cap. ex. in verb. sequestrari de seq. poss. & fruct. Marant. de ord. Iudic. par. 6. num. 188. tit. de appell. Paris. cons. 41. num. 44. lib. primo Natt. cons. 584. num. 1. & 2.* & generaliter † quando suadet æquitas, id fieri consueuit, ne Iudicium reddatur elusorium, *Abb. in cap. 2. num. 16. vers. sed quandoq. insurgit aliqua æquitas de seq. poss. & fruct. & dictum fuit in Monopolitana pensionis 26. Februarij 1597. coram Orano.*

Hic autem satis adesse videtur dilapidationis timor ex Decani absentia, & ipsius in Religionem ingressu. Postquam enim ille professionem emiserit facultatem non habebit restituendi fructus, ad quos repetitur condemnatus, & fiet etiam difficilioris
3 exactionis, cum † nec reales, nec personales executiones dentur contra simile genus personarum, contra quas pariter nec per censuras proceditur. Vnde cauendum est, ne fructus existentes dissipentur.
4 Hæc † autem sequestri materia plurimum Iudicis arbitrio pendet *Curt. de sequestr. q. 6. num. 32. & 33.*

Quod venit intelligendum de fructibus ante possessionem à nouo Decano captam, de quo tempore ad restitutionem ille tenebitur, & ita cessant in contrarium adducta.

R. P. D. Pirouano

Albanensis Confinium

Lunæ 22. Iunij 1620.

S V M M A R I A.

1 *Probanti possessionem de tempore litis motæ datur manutentio.*
2 *Rei ad vsum pertinet pascere, lignare, serere, fructus colligere.*
3 *Manutenenda est possessio anterior; nō posterior, quæ clandestina præsumitur, & improba.*
4 *Animo solo retinetur possessio semel acquisita.*
5 *Lim. vt per decennium animus præsumatur depositus, alio ia possessione existente, & num. 6. & seq.*
6 *Possessio est præcipua in summarissimo retinenda.*
7 *Pensio præscribitur decennio à die tamen denegationis solationis.*
8 *Continuatio possessionis probatur ex testibus deponentibus per verba, semper, & continue.*
9 *Possessio alteri per alterum sine mandato tacito, vel expresso non quæritur.*
10 *Continuatur in aliquem possessio per illius colonos.*
11 *Actus possessorij turbatiui, & non pacifici lite pendente ad acquirendam possessionem manutenibilē non sufficiunt.*
12 *Lis inducta dicitur per citationem, vel querelam super re.*
13 *Litigiosæ rei certificatio inducitur etiam per relationem.*
14 *Affictuarius mandatum habet à locatore conseruandi fines rei locatæ.*
15 *Possessio defuncti continuatur in suum heredem ex Statuto Vrbis.*

Decisio CLVI.

CEnsuerunt Domini, dandum esse mandatū de manutenendo D. Duce Cæsarino in quasi possessione Syluæ, seu Pedicæ, de qua agi-
1 tur, † quia docet de sua possessione de tempore litis motæ, *§. retinendæ. instit. de Interd. Bart. in l. 1. § quod ait Prætor num. 14. & 28. ff. vti possid. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 556. Seraph. dec. 1106. num. 1.*

De ea enim deponunt quatuor testes primus ab anno 1579. secundus ab anno 1591. tertius ab anno 1583. quartus ab anno 1584. continuatē vsque ad tempus litis motæ, & omnes per concludentes rationes actus possessorios inferentes, nempe, vt primus, quia possedit tamquam affictuarius nomine D. Ducis, pascendo, lignando, colendo, serendo, & fructus colligendo absq; impedimento, secundus, quia factor affictuarij prædicta vidit, & exercuit, tertius, & quartus, quia viderunt, & de prædictis plenam notitiam habent, vnde, & in dicto conclu-
2 dunt, & causæ possessionis sunt veræ, † quia pascere, lignare, serere, colligere fructus pertinent ad vsum rei, *Angel. in l. Celsus, & ibidem Bald. 3. par. q. 1. n. 2. & plenè comprobat Menoch. post alios de retinend. remed. 3. num. 563. 564. & 569.*

Neq; prædictis obstant testes examinati pro D. Marchione Capharello deponentes de anteriori eius possessione, & licet super annum 1579. vsq; in
3 tempus præsens, † vt propterea illa sit manutenibilis, non autem illa D. Ducis, quæ posterior est, & præsumitur clandestina, & improba, *c. licet causam. de probat. Faber. in §. retinendæ. num. 18. Instit. de Interd. Seraph. dec. 1038. num. 1. Capuaq. dec. 334. par. 2. Hier. de Mont. in tract. de finibus c. 67. num. 2. & 3. Afflict. dec. 394. num. 1.*

Quia pro responsione ad releuantiam dictorum testium fuerunt distincta tria tempora. Primum tempus super annum 1579. secundum de eodem anno 1579. vsque ad annum 1590. & seu 1602. Tertium tempus à dicto anno 1602. vsque in præsentem diem.

In primo tempore deponunt duo testes primi examinis, & septem testes secundi examinis Domini Capharelli, de secundo tempore deponunt quatuor testes Domini Ducis, de tertio tempore deponūt nouem testes primi examinis Domini Capharelli.

Hinc colligitur, antiquiorem possessionem non releuare, quia Dominus Dux probat penes se naturalē spatio decennij, & vltra immediatē ante motam

litem

litem ab anno 1579. vsque ad annum 1602. animus vero Domini Capharelli, per quem solum † possessio semel acquisita potest retineri, *l. 1. & l. 3. ff. de acq. poss.* † presumitur depositus spatio eiusdem decennii, alio existente in possessione, *Bal. cons. 20. in fin. lib. 5. Math. sing. 116. nota mirabilem. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 23. de caus. poss. & propr. Alc. de præsump. reg. 1. præsumpt. 21. nume. 11. Menoch. eod. tit. præsumpt. 64. in. 42. lib. 6.* atque ita de tempore litis motę caret vtraq; possessione, quod est pręcipuum in hoc summarissimo retinendæ.

Et quamuis *Couar. in reg. possessor. secunda par. §. 1. num. 3. in fin. & Alciat. d. Reg. 2. præsumpt. 22. vers. non obstat ratio Mathesil.* visi fuerint declarare supradictam conclusionem, vt scilicet amissio possessionis antiquæ non procedat, quando constat non solum de ciuili possessione antiqua, sed simul etiam de naturali; &, vt in præsenti, de vtraque Domini Capharelli dicitur probatum.

Tamen illorum rationes examinat, & reijcit *Menoch. in præsumpt. 66. in prima declarat. nu. 6. & 7. lib. 6.* & ipsemet Couar. transit cum opinione Mathesil. *Rot. in causa Romana Canonicatus S. Marci 25. Februarii 1611. coram* R. P. D. *meo Pamphilio*, neq; contrarium videtur firmatum *in Romana fructuum 9. Aprilis 1601. coram Corduba, in Cusentina pensionis 12. Februarii 1618. coram R. P. D. meo Vbaldo* quia loquuntur de negligentia ad petendum pensionem, † quę certo, & limitato tempore decennii nō prescribitur, sed à die tantum denegatæ solutionis, *vt per Innoc. & Bal. in c. querelam. de elect.* quod nō conuenit in possessione, cuius naturalis ab alio occupata fuit, & contenditur tantum de præsumptione continuationis ciuilis, quæ post decennium non durat, *l. fructuum. §. fundi. ff. de vsucap l. peregrè. ff. de acq. poss. gl. in l. 1. C. de seru. fugitiu.*

Neq; instari potest, quod ex dicto eorumdem testium constet de continuatione etiam naturalis pro secundo, & vlteriori tempore, dum deponunt de annis 40. & 42. & 50. † per verba semper, & continuè quę percutiunt tempus ante annū 1579. & includūt medium, & vltimum, secundum *Bart. in l. Celsus. nu. 20. & seq. ff. de vsucap. Balb. de præscript. par. vlt. num. 10. Seraph. dec. 298. nu. 1.*

Quia obiectum cessat ex facto, Testes enim primi examinis, nempe quintus deponit quidem de possessione Domini Capharelli de tēpore fel. rec. Greg. XIII. & ab eo tempore citra semper, & continuè, sed respectu tenutæ Carocchatelle cum omnibus membris, & pertinentiis, & super hoc casali cū membris, & pertinentiis non est controuersia; sed super eo, quod Pedica, seu pars, de qua controuertitur, sit de pertinentiis Carocelli, quod testis non dicit, & quamuis super XV. interrogatus enunciet cōfines illius tenutæ, intra quos Pedica posset cōprehēdi, tamen respondit non ex se scire confines, sed quia dicebatur sibi à factoribus, & super 31. & iuxta 99. respondit, se nescire nomen illius Pedicę, neque de actu possessorio super Pedica deponit, ex quibus colligi non potest testimonium releuans circa visum particularis prædii controuersi, prout necessarium esse, iam dictum est. Septimus verò testis eiusdem examinis quoad tenutam Carocatelli deponit & ipse de actibus possessoriis de diuersis temporibus, scilicet Gregorii XIII. & Sixti V. & postea aliorum Pontificum, super quo Dominus Dux non pretendit manuteneri, sed de actu pascendi super huiusmodi Pedica se restringit ad tempus Gregorii XIII. quod non excludit cursum decennii, neq; est actus differens, dum iuxta 14. ignorare ex se, quod animalia essent Domini Capharelli, sed scire respondit, quia Caprarii hæc asseuerabant, & iuxta 30. & 39. respōdit, numquam audiuisse, Pedicam nominatam *Il colle del costrasso* Testes vero secundi examinis deponunt quidem pro maiori parte per verba semper, & continuè, sed strictè de tempore Ascanii Patris Domini Capharelli, qui decessit ante annum 1579. & non pertinet ad actus possessionis secundi temporis.

Non obstat, quod adhuc testes non probent possessionem naturalem penes Dominum Ducem in medio tempore, ex quo deponant de possessione Affictuarii, † qui non potuit quærere possessionem Domino Duci absq; mādato tacito, vel expresso, *l. 1. C. de acq. poss. §. ex his itaq; Instit. per quas Pers. nob. acquir.* quod sufficere dicebatur, vt inde cessaret impedimentum continuationis possessionis ciuils, & naturalis Domini Capharelli secundum terminos præallegatæ conclusionis.

Nam etiam prędicta ex facto cessare videntur, quia omnes testes Domini Ducis non deponunt de propria possessione Affictuarii, & ipsemet Dominus Alexander dicit, se possedisse vti Affictuarium Pedicam, seu Siluam tamquam in casali *de bono reposo* positam, Vnde non agitur de noua acquisitione, † sed de continuatione, & conseruatione possessionis, quę admittitur per Colonos, *Afflict. decis. 325. numer. 3. & Vrsill. ad eumdem numer. 2. Peregr. de fideicommiss. artic. 47. numer. 35. & idem fuit firmatum in causa Imolen. donationis 10. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.*

Demum non obstat, quod Dominus Capharellus ex eisdem iuris conclusionibus veniat manutenendus, dum in vltimo tempore solus possederit, vt deponunt testes pro eo examinati in primo examine, nec testes Domini Ducis contrarium probēt, cum nullus deponat vltra tertium Affictum Domini Alexandri de maximis, qui finem recepit de anno 1603. ita vt spacio decennii iam occupata naturali per ipsum Dominus Dux similiter amiserit ciuilem.

Quia, cum de anno 1599. & 1602. cęptę fuerint turbationes, & molestię hinc inde super huiusmodi Pedica, seu Silua, † actus subsequentes possessorii tamquam turbatiui, & non pacifici non suffragantur ad acquirendum possessionem manutenibilem, *Mantic. decis. 207. num. 10. & Rot. in recent. dec. 643. par. 2.*

Neq; dubitari potest super facto, quod scilicet de anno 1599. & de anno 1602. secutę fuerint turbationes, & molestiæ, quia dantur in summario mutuę querelæ cum relationibus custodum de captis pignoribus, & successiue de anno 1607. deuentum fuit ad electionem peritorum, & accessum Consulum, & de anno 1609. dati fuerunt articuli, in quibus ponitur litem pendere super Pedice controuersa inter Dominum Ducem, & Dominum Capharellum, & de ea Dominum Ducem esse possessorem, & pertinere *ad Casale de bono reposo*, & illius Casalis esse membrum, & pertinentiam, super quibus deinde fuerunt testes examinati. Et quamuis contēdatur, ex prędictis nō cōstare de lite, dū neq; citatio neq; querela de huiusmodi Pedica loquatur † prout necessariū dicebatur, vt super inducatur, *Clem. 2. vt lit. pend. Mising. cent. 4. obseruat. 26. num 2. Lancell. de Atteat. par. 2. cap. 4. num. 29.* Tamen ex quo testes super querela examinati specificant damna fuisse data, & pro eis pignora ablata pro loco controuerso sufficere videtur, quia † certum, & determinatum etiam illud est, quod per relationem certificatur, vel certificari potest *Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba. num 8. ff. de vulg. & pupill. Ruin. cons. 29. num. 4. lib. 2. Paris. cons. 97. nu. 96. lib. 1.* Nec refert, quod lis inchoata non fuerit cum Domino Duce, vel si hoc firmari possit, non transeat possessio de patre moderni Ducis, cui tunc poterat dici quæsita in ipsum Ducē filium absq; noua apprehensione, quia ad

primam sufficit, quod lis fuerit mota cum affictuario, † qui ex Instrumento affictus suscipit mandatum à locatore de conseruando fines rei locatæ. Ad secundum satisfacit Statut. Vrbis 147. † per quod possessio quorumcumque bonorum testatorum, vel ab intestatò decedentium continuatur in suos hæredes, quæ qualitates suitatis, & hæredis hodie non controuertuntur nisi in D. Duce moderno.

Et ita fuit resolutum &c.

Cardinali Sacrato

Dertusen. Decimarum

Mercurij prima Iulij 1620.

SVMMARIA.

1 *Ius metimur ex parte possessoris, non ex parte illius, contra quem possidetur.*
2 *Parochus de iure fundatam habet quoad decimas intentionem super fructibus surgentibus in sua Parochia.*
3 *Parochi iuris assistentia quoad ius exigendi decimas fomentum præbet in eadem exactione etiam alijs, qui secum participant.*
4 *Priuilegium a decimis non eximit, nisi contineat derogationem* c. nuper. de decim.
5 *Priuilegij validitas dum discutitur, & an à decimis eximat, non retardatur manutentio possidenti.*

Decisio CLVII.

PRO Capitulo Dertusen. & litis consortibus solum informantibus fuit tentum, dandum scilicet esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas, de quibus agitur.

Quia de eorum quasi possessione exigendi decimas in bonis, de quibus agitur, constat ex testibus datis *in summario num.* 1. qui testes, licet non deponant, quod fuerit exactum à R. R. Patribus Ordinis Prædicatorum, qui modo possident bona, de quorũ decimatione agitur, tamen sufficit, quod deponant prout deponunt, fuisse exactum ab anterioribus possessoribus, † quia ius metimur ex parte possessoris, non autem ex parte illius, contra quem possidetur, *Put. dec.* 151 *lib.* 3. *Rot. decis.* 99. *nu.* 11. *part.* 1. *diuers. Gaidobon. dec.* 629. *Gig. de pens. q.* 47. *num.* 10. *& fuit dictum in Vallisulana pensionis* 26. *Nouẽbris* 1618. *coram me.* Et prædicta eo magis procedunt, ex quo Parochus est in causa, † qui de Iure habet fundatã intentionem super fructibus surgentibus in sua Parochia, *cap. cum contingat. cap. cum intra. de Decim. & cap. fin. de Paroch.* & † illius assistentia præbet fomẽtum quoad ius exigendi decimas alijs, qui secum participant, *Seraph. dec.* 880. *num.* 3. *& fuit dictum in causa Cernien. Decimarum* 22. *Aprilis* 1602. *corã bo. me. Pẽnia, & in Ciuitatea. Decimarum* 26. *Martij* 1618. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quod P. P. Prædicatores habeant priuilegia exẽptionis, nam, præterquam quod dicitur, non esse in illis derogatum *c. nuper. de decim.* † quæ expressa derogatio de Iure est necessaria, *vt fuit dictum in Toletana Decimarum* 26. *Nouembris* 1606. *coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Eluen. Decimarum* 24. *Nouembris* 1608. *coram Reuerendissimo Lugdunen.* cessat difficultas, quia inspectio priuilegiorum concernit petitoriũ, † ideoque dum discutitur, An sint valida, vel non, non debet retardari manutentio possidenti, etiam si priuilegium in sua facie haberet derogationem, *cap. nuper de decim. vt fuit dictum in causa Illerden. Decimarum* 23. *Iunii* 1603. *coram bo. me. Penia &c.*

Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio Iuniore.

Assisien. Statutorum

Veneris 11. Decembris 1620.

SVMMARIA.

1 *Possessio de tempore motæ litis attenditur ad effectũ manutentionis.*
2 *Partitæ in forma non probanti, & simplex fides Officialis faciunt adminiculum.*
3 *Vnusquisq; est rei suæ moderator, & arbiter.*
4 *Actus causa magis attenditur, quam actus in incorporalibus.*
5 *Acta etiam vnico singulari acquiritur possessio vniuersalis, vbi causa est vniuersalis.*
6 *Testes plures numero sunt in concursu præferendi.*
7 *Testes, cum quibus concurrunt adminicula, & assistentia iuris communis, sunt præferendi.*
8 *Appellatione pendente, & donec de validitate statuti discutitur, non est quis commodo suæ possessionis priuandus.*

Decisio CLVIII.

PRoposito dubio An Chrispoltis, & litis cõsortibus sit dandum mandatum de manutenẽdo in quasi possessione dandi licentiam vicinis, & aliis ad libitum pascendi in eorum agris absq; consensu conductoris damni dati.

Et Domini pro Chrispoltis affirmatiuè responderunt eis scilicet dandum esse mandatum de manutenendo.

Quia testes pro eorum parte examinati iuxta decimumquartum, & super tertio dicunt, quod tàm ipsi, quàm eorum maiores à pluribus annis citra semper dederunt licentias aliis pascendi animalia in propriis agris in plano Bictonii liberè, quodque huiusmodi licentiæ fuerũt semper obseruatæ ab Officialibus damni dati tàm in terris seminatis, & vineatis, quam in aliis, qui testes satis releuant, quia sunt benè informati, & deponunt non solũ de quasi possessione, sed etiam de illius continuatione vsq; ad tempus motæ litis, quod † attenditur ad istum effectũm manutentionis, §. retinẽda. *Instit. de interd. cum aliis deductis sub* die 22. *Maii* 1619. *in decisione in hac eadem causa facta.*

Præsertim quia dantur etiam partitę extractæ ex libris Officialium damni dati annorum 1597. & 1598. 1605. & seqq. & 1611. vsq; ad 1614. Ex quibus apparet, quod accusationes in terris seminatis, & vineatis particularium hominum dicti loci fuerunt cassatæ vigore licentię, ut idem attestatur publicus Notarius, qui fuit Officialis damni dati in dicto loco per spatium trium annorum, quod scilicet quando per accusatos exhibebantur licẽtię Dominorum, illas approbabat tàm in terris laboratiuis, & fructiferis, quam in aliis satis frumento, & aliis segetibus cuiuscumq; generis, quæ † partitæ licet non essent in forma probanti, & d. attestatio sit simplex fides Officialis, deseruiunt tamen pro adminiculandis depositionibus supradictorum testium, *vt per gl. in cap. cum olim. il primo ver. fratrum de priuileg. Caputaq. dec.* 206 *num.* 6. *& dec.* 208 *num.* 8. *par.* 2.

Et

Et insuper concurrit assistentia iuris communis, 3 secundum quam † vnusquisque habet in se suam fundatam intentionem generaliter quoad omnes actus *iuxta l. in re mandata. C. mand. cum simil.* sicque etiã quoad possessionem dandi huiusmodi licentias, cum 4 † in his attendatur magis causa actus, quam ipsius 5 actus exercitium, & † etiam per vnum actum singularem, vbi causa est vniuersalis, acquiratur possessio vniuersalis, *Bald. in l. 1. num. 24. C. de emancip. lib. & fuit dictum in Assisien. Canonicatus 14. Iunii 1600. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno*, & de causa vniuersali propter assistentiam iuris communis *coram me in causa Hispalen. iuris nominandi 29. Aprilis 1613.*

Nec obstat, quod immo licentiæ in terris seminatis, & vineatis non fuerint obseruatæ, vt dicunt testes Communitatis. Quia vltra quod contra eos dantur plures exceptiones, & alter deponit de auditu. Pro responsione ponderatum fuit, quod testes supradicti pro Chrispoltis examinati sunt in con6 cursu præferendi, tùm quia sunt plures in numero, *cap. licet causam, & ibi Dec. num. 82. de Probat. Gabr.* 7 *de testibus concl. 4. num. 50.* tùm etiam quia † cum illis concurrunt non solum adminicula ex supradictis partitis, & fide publici Notarii, sed etiam assistentia iuris communis, *Innocent. in cap. auditis, & ibi Abb. num. 15. Felyn. numer. 22. de Præscript. Ruin. cons. 67. sub num. 1. lib. 1. Paris. cons. 88. num. 32. & 33. lib. 3. Gabr. de testib. concl. 4. num. 23. 28. & seq.*

Quo vero ad statutum, seu reformationem anni 1597. prohibentem, neminem posse dare licentiam pascolandi cum animalibus in terris seminatis, & 8 vineatis. Placuit responsio, quod, † pendente causa appellationis, & donec de validitate statuti discutitur, Chrispolti commodo eorum possessionis priuari non debeant, *vt per Pus. dec. 497. num. 1. & seq. lib. 2. cum aliis allegatis, fuit dictum in hac eadem causa super alio statuto sub die 22. Maii 1619.*

Et ita &c.

Vbaldo Seniore

Calaguritana Iurisdictionis de Nagera.

Luna 26. Aprilis 1621.

S V M M A R I A.

1 *Attentata aliquando reuocantur per simplicem renunciationem.*
2 *Continuans in possessione non attentat.*
3 *Vicarius retineri potest per Episcopum in quacumq; parte Diœcesis.*
4 *Exemptus potest esse locus, licet non personæ.*
5 *Exemptio personarum non facit exemptum locum.*
6 *Testibus pluribus, & concomitantium iuris habentibus, magis standum est.*
7 *Testes sine interrogatoriis examinati, & de illis facta protestatione debent saltim repeti.*
8 *Testis vnicus non probat.*
9 *Citatione ad videndum iurare deficiente examen est nullum.*
10 *Testes examinati ab alio, quam à Iudice causæ, dicuntur nulliter, & attentate examinati.*
11 *Fides etiam quod sit Notariorum no facit fidem nec Notario creditur de præteritis, sed de iis tantum, de quibus rogatus fuit.*
Attentatorum probatio, cum sapiant delictum, est plenè, & concludenter facienda.

Decisio CLIX.

POstquam fuit resolutũ pro attentatis ex parte Episcopi ex eo, quia eius Vicarius exercuerat Iurisdictionem in Ecclesia S. Crucis in Clericum Beneficiatum eiusdem Ecclesiæ, *vt in dec. 18. Maii 1620.* fuit eisdem attentatis in actis renun1 ciationem fuisse sufficientem pro purgatione Attentatorum *hi terminis dedecisionis fuit pariter resolutũ 10. Decembris prædicti*, Sed pro parte Monasterii fuit datum de aliis attentatis, vnde proposito dubio, an constaret de aliis attentatis, licet Domini dixissent, vt videretur de bono iure, tamen, cum agentes pro Monasterio nõ acquiescerent, sed vellent videre decisionem super istis attentatis, de iis DD. non constare, dixerunt; Attentata autem nunc deducuntur ex eo, quia Vicarius Episcopi de anno 1619. erexerit Tribunal ad Ius dicendum in domo cuiusdam Hieronymi Garziæ de Moncaual sita in districtu Ecclesiæ Sanctæ Crucis, & ius reddiderit in personas tam sæculares, quam Ecclesiasticas, vt ex testibus, & aliis Iuribus datis *in summario Abb. num. 8. & seq.*

Vnde, cum lis pendeat in Rota super omnimoda iurisdictione, vt fuit firmatum in dicta decisione 18. Maii, omnia gesta dicta lite pendente concernentia Iurisdictionem videntur attentata, quibus tamen nõ obstantibus, contrarium DD. visum fuit, & mouebã2 tur potissimum ex vlgata regula, quod, † qui continuat, non attentat, *gl. in c. non solũ. de appell. in 6. Lũcell. de attent. c. 4 ampl. 1. nu. 13. cum aliis allegatis in d. decisione Seraph. 432. n. 4. Rot. dec. 74. n. 4. par. 1. in recent. & dec. 411. nu. 3. par. 2.*

Sed ex testibus datis, & examinatis vtque de anno 1565. apparet, Episcopum, & eius Vicarium exercuisse iurisdictionem in districtu Parochialium, S. Crucis, & S. Michaelis cumulatiuè cum Abbate, & præcipue in laicos, & Clericos illarum Parochialium, qui non inseruiunt, nec resident in dictis Ecclesiis, promulgarunt edicta, mandata, & censuras, *vt latius deponunt dicti testes super quarto articulo, & dati in summario Episcopi num. 1.* quod & consonat cum sententia antiqua Roberti, in qua cap. 4. continetur, quod Episcopus in dictis parochiis possit cognoscere de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, & matrimonialibus, & procedere per omnem censuram Ecclesiasticã salua, & excepto super prædictum Priorem, & Conuentum, Ecclesias, personas, & Cappellanos; Beneficiatos, siue seruitores supradictæ Cappellæ S. Crucis, & S. Michaelis, quod & ipsũ fuit dictum in d. dec. 18. Maii præteriti, dum ibi præsupponitur, non probari, quod Episcopus exercuerit Iurisdictionem in Beneficiatos dictarum Ecclesiarum, sed solum in alias personas, vnde, si Episcopus habet Iurisdictionem cumulatiuam, in alias personas præter prædictas, potuit etiam habere Tribunal, vel Vicarium in loco, vbi istæ personæ degunt, & sic 3 intra limites dictarum Parochialium, cum † Vicarius possit retineri in quacumq; parte diœcesis &c. *c. cum Episcopus. de offic. ordin. in sextu Panin. de visit. par. 2. q. 5. nu. 7. & 8. Capyciq. dec. 36. par. 1. Sbrozz. de offic. Vic. lib. 1. q. 70. nu. 1. & seqq. Gonzal. ad reg. 8. §. 5. probem. num. 35.*

Nec videbitur obstare, quod etiam si Episcopus haberet Iurisdictionem in personas laicales cumulatiuè cum Abbate ex dicta sententia Roberti, non tamen sequitur necessario, quod possit erigere tri4 bunal in districtu ad Ius dicendum, † cum locus, & Territorium possit esse exemptum, licet non personæ, *Rot. dec. 145. num. 5. & seqq. par. 2. diuers.* quia fuit responsum in proposito, non constare de exemptione loci, Imo in contrarium stat assistentia iuris pro

Epi-

Episcopo habente intentionem fundatam in omnibus locis suæ diœcesis &c. & in specie fuit firmatũ in hac causa, quod personæ Beneficiatorum sint exē-
5 ptæ, & subiectæ Abbati, † non tamen exemptio personarum facit locum exemptum, *vt in dec.156.n.1. & 6.par.1.in recent.*

Non obstat, quod testes Episcopi fuerint examinati sine citatione ad videndum iurare, quia obiectio cessat ex facto, cum adsit huiusmodi citatio *in proc. fol.1293.*

Non obstant testes Abbatis dari *in eius sum. nu. 12.* deponentes de exercitio Iurisdictionis Abbatis priuatiuè ad Episcopum, quia cõquæ̃ntur ex testibus Episcopi deponentibus de cumulatiua Iurisdictio-
6 ne ex d. sententia Roberti, † quibus tamquam pluribus, & habentibus concomitantiã Iuris magis videtur standum, *Corn.conf.219.nu.3. lib.1.cum aliis per Gabr.de testib.conc.4.num.22.* & accedit quod fuerūt examinati sine interrogatorijs Episcopi, quamuis
7 fuerit de his protestatus, † & ideo debebant saltem repeti, *Put.decis.427.lib.1. & decis.317.num.2.lib.2.*

Nec faciunt duo alij testes examinati de anno 1565. pro Abbate, quia secundus deponit super sexto articulo, quod Abbates habent omnimodam Iurisdictionem in Clericos Beneficiatos dd. Ecclesiarum, quod Episcopus non controuertit, vnde re-
8 manet primus vnicus super secundo articulo, † qui non probat, *l.vbi numerus. ff. de testib.* Cæterum hæc vlterius erunt discutienda in negocio principali.

Nec obstant testes ad probandum attentata de
9 quibus supra, quia, † præterquam respondebatur, eos fuisse nulliter examinatos ob defectum citationis Episcopi, vel eius legitimi Procuratoris ad videndum iurare, *l. si quando.C.de testibus.cap.2.extra eodem titulo. fuit dictum in Romana, de Arrosiis 15. Ianuarij 1614. coram me, & aliàs sæpe.* Et quia fuerũt examinati coram Vicario eiusdem Abbatis,
10 lite pendente in Rota, † & sic nulliter, & attẽtata, *Rot.dec.570.n.3.in fin.par.1.recent.*

Nec obstat fides Notariorum, quia vulgatum est,
11 † quod fides non facit fidem, & Notario non creditur de præteritis, sed tantum de ijs, de quibus fuit rogatus, *§.not autem. Auth.de tab. ll. Bart.in Auth. si quis in aliquo.num.2.C.de edend.Rot.dec.687.num. 1.part.1.in recent.* & satis est, quod redditur ex omnibus prædictis saltem turbida probatio attentato-
12 rum, † quæ tamen, cum sapiant delictum, sunt plenè, & concludenter probanda, *Rot. dec.411.num.1. par.2.in recent. & in Vlixbonen. Tendariorum 27. Martii 1615. coram me,* & ideo expediens erat deuenire ad disputationem super bono Iure prout antea Rota censuerat.

Et ita fuit decisum &c.

EODEM

Eadem

Lunæ 11. Aprilis 1622.

S V M M A R I A.

1 *Aliud est habere iurisdictionem in personas, aliud in loco, qui potest esse exemptus.*
2 *Episcopus potest apponere Vicarium in qualibet parte suæ Diœcesis.*
3 *Iuris assistentia sufficit Episcopo ad excludendum attentata.*
4 *Sententia præbet iustum titulum.*
5 *Possessio titulata in concursu præferenda est.*
6 *Testes contra inducentem magis probant.*
7 *Attentata turbida non merentur priuilegium, vt ante omnia reuocentur.*

Decisio CLX.

DOmini persisterunt in decisis die 26. Aprilis anni præteriti ex rationibus tunc deductis pro Domino Episcopo, quibus nec obstare censuerunt præcipuum fundamentum, quo hodie Informantes pro Domino Abbate nitebantur videlicet, quod quamuis sit verum, testes Episcopi de Iurisdictione illius deponere circa personas Parochialium Sanctæ Crucis, & S. Michaelis, & quidē cumulatiua cum Abbate, quod pro eius parte non controuertitur, tamen nihil videntur deponere circa territorium, vel districtum dictarum Ecclesiarũ, & sic non probetur, Episcopum, vel eius Vicarium Ius dedisse, vel erexisse Tribunal in dicto districtu, prout fecit de anno 1619. & proinde cesset continuatio allegata in decisione, de qua agitur ad excu-
1 sandum eum ab attentatis, & vt hic † aliud sit habere Iurisdictionem in personas, aliud in loco, qui potest esse exemptus, *iuxta not.in dec. 145.nume.5.& seqq.par.2.diuers.* quia ad hæc omnia fuit respõsum, in primis cessare ex facto, quod testes non loquantur de districtu istarum Parochiarum, nam siquidem testes Episcopi expressè deponunt de dicto districtu, & exercitio Iurisdictionis ad præuentionem decernēdum, dandum, & relaxandum censuras, & imo excludunt expressè, quod Abbas non habet Territorij cognitum, & separatum, ideo necessario sequitur, vt si Episcopus exercuit Iurisdictionem in personas dictarum Parochialium, exercuerit etiam in earum districtu tamquam loco suæ diœcesis, cum non probetur territorium distinctum; & obseparatum Abbatis, vt dicunt dicti testes, & idem deponunt testes Abbatis, dum dicunt eum in districtu dictarum Ecclesiarum Exercuisse Iurisdictionem contra laicos ad præuentionem, & cumulatiuè ad Episcopum, & eius Officiales, *vt in summario Episcopi num.1.& 2.* & sic probant, quod etiam Episcopus exercuerit d. Iurisdictionem in districtu, *prout etiam fuit firmatū in hac causa coram Reuerendissimo Attrebaten. decis.*
2 *156.num.3.par.1.in recent.* & consequenter † potuit Episcopus citra vitium attentatorum ponere Vicarium, & Ius dicere in d. districtu tamquam de sua diœcesi, *cap. cum Episcopus.de Offic. ordin.in 6.cum aliis in dec.de qua agitur, allegatis,* quibus accedit iuris assistentia, quæ apertè extat pro Episcopo, intra cuius Diœcesis limites esse Monasterium *fuit firmatum in hac causa 17.Ianuarii 1604. coram bo. me. Penia, & 27.Iunii eiusdem anni coram Reuerendissimo Attrebaten.*
3 † quæ sola videtur sufficere, *c.cū personæ.de priuil.in 6.Caputaq. in dec.306.par.1.& dec.201.par.2.*

Et accedit etiam sententia Roberti in hac causa toties allegata, & cuius verba referuntur in decisione, per quam conceditur Iurisdictio cumulatiua Episcopo in eisdem Parochijs, excepto Priore, & conuentu, & personas Ecclesiasticis prædictis Ecclesiis
4 inseruientibus, † quę sententia præbet Episcopo iustum titulum, *Alex.conf.90.num.7.in fin.lib.2.Aym. conf.10.num.10.* & † in concursu probationum tituli
5 est, quod possessio titulata præfertur, *Doct.in cap.licet causam.vbi Fel.num.9.verf.quarta causa.de probat.Bart.in l.si duo.n.4. verf. sed si vterq; ff. vti poss. Aym.conf.258.nu.20.verf.5.principaliter. Rot. decis. 595.nu.2.par.1. diuers. fuit dictum in luculenta dec. Bonon.professionis 14.Martii præteriti coram R.P.D. meo Merlino, & sæpe aliàs.*

Non obstant testes Abbatis examinati de anno 1565. quia, vltra quod conquæ̃ntur ex testibus Epi-

Episcopi deponentibus de cumulatiua, vt fuit dictũ in decisione, multi etiam testes Abbatis deponunt 6 de eadem cumulatiua, vt supra dictum est, qui † eo magis contra ipsum probant, *Cæsar. de Grass. decis. 7. numer. 2. de probat. Rom. dec. 109. sub num. 5. par. 2. recent.*

Ad testes remissoriales, & alios additos ad probandum attentata placuerunt responsiones datæ in decisione, & quoad id, quod de iure ius visitandi d. Ecclesias competat Abbati, & quod côduxerit Episcopum ad conferendum ordines, & alia eius generis fuit dictum, hæc respicere voluntariam Iurisdictionem, de qua hodiè non quæritur, adeò vt negari non possit, quin ex prædictis saltem attentata sint 7 turbida, † & non mereantur priuilegium, vt ante omnia sint reuocanda, ideò Domini persliterunt in decisis, & iterum placebat, vt eis prætermissis videretur aliquando de bono iure.

Et ita fuit decisum.

R.P.D. Merlino

Tulleni Capellaniæ.

Veneris 18. Februarij 1622.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum possessionis apprehensæ à speciali procuratore probat possessionem manutenibilem, alio non possidente.*
2. *Possessio in dubio præsumitur vacua, & asserenti incumbit probare contrarium.*
3. *Possessio posterior clandestina, & turbatiua præsumitur, & illi præfertur anterior ad effectum manutentionis.*
4. *Anterioritas possessionis ad effectum manutentionis consideratur non solum respectu horæ, sed etiam respectu breuissimi temporis, momenti, & puncti.*

Decisio CLXI.

NON putauerunt Domini, denegandum mandatum de manutenendo Desiderio informanti in possessione Cappellaniæ sub Inuocatione Sanctę Crucis in Ecclesia S. Amantij existentis, nam euidentissimè constabat de apprehẽsione possessionis huius Cappellę a Magistro Io: Fratre Desiderij, & ad hoc specialiter ab eo Procuratore deputato, vt in Instrumento apprehensionis, 1 *de quo in summario num. 2.* † quod quidem instrumẽtum indubitanter probat possessionem, & manutenibilem, non posidente *ad l. prædia, vbi DD. ff. de acq. poss. Cassad. dec. 10. de præbend. Verall. dec. 374. nu. 6. lib. 2. Rot. dec. 62. numer. 1. par. 2. diuers. & millies aliàs idem fuit decisum, vt in Romana Palatij de Rusticutiis 13. Nouembris 1715. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, quæ est dec. 716. numer. 1. par. 2. recent. & aliis.*

Illud verò quod de tempore apprehensionis no-2 mine Desiderij nemo possideret, † de iure præsumitur, nec aliter probandum, nam qui asserit fuisse plenam, id probare tenetur, *Card. Seraph. decis. 322. num. 3. & dec. 1065. num. 2. Rot. dec. 202. num. 3. par. 2. diuers. Idemque aliàs firmatum fuit in vna Sembraticen. Parochialis prima Iulij 1613. coram Illustrissimo Sacrato.*

Nec obstare crediderunt Domini, quod Andreas eiusdem Cappellæ possessionem adeptus fuerit, vt ex Instrumento illius apprehensionis deducebatur *in summario num. 4.* Quoniam hæc Andreæ possessio 3 † vti posterior præsumenda est clandestina, & turbatiua, & consequenter Desiderij anterior possessio præferenda erat, præsertim ad effectum manutentionis, *cap. licet causam. vbi Canonistæ de probat. Bart. in l. si de eo. num. 4. ff. vti possid. Natt. cons. 538. num. 3. lib. 3. Menoch. de retinen. remed. 4. num. 325. Rond. cons. 20. numer. 21. lib. 1. & passim sequitur Rota, plurimæque concernantur decisiones ad hoc in Cæsaraugustana Hospitalis 21. Februarij 1611. coram R.P.D. meo Vbaldo quæ est decis. 293. num. 8. part. 1. recent.*

Quod autem Desiderij possessio sit anterior, inspicitur ex lectura vtriusque Instrumenti, ab Andrea enim apprehensa fuit possessio die 21. Septembris 1619. post quintam horam à meridie, absolutis vesperis, à Desiderio autem eadem die, sed post 4 horam quartam, & sic per horam antecessit, † quæ anterioritas nedum respectu vnius horæ sufficit ad effectum prælationis in manutentione, *Cassad. decis. 20. num. 2. de Præben. Rot. d. dec. 19. numer. 3. par. 2. diuers.* sed etiam si breuissimi temporis momento, vel puncto in apprehensione Desiderius preuenisset Andream, *vt in d. dec. 19. & in Romana, seu Tiburtina Castrorum 4 Iulij 1607. coram Reuerendiss. Lugdunen. & in Cartaginen. Canonicatus 25. Maij 1609. coram bo. me. Cardinali Lancellotto.*

Et ita pro Desiderio Informante responsum fuit.

Vbaldo seniore

Cesenaten. Bonorum

Veneris 21. Februarij 1622.

S V M M A R I A.

1. *Dimissio possessionis facta ad alterius fauorem extra conspectum rei absque clausula Constituti non dicitur alteri acquisita sine apprehensione.*
2. *Actibus possessoriis factis in apprehensione probatur possessio.*
3. *Laboratorum positio probat possessionem.*
4. *Testes de facto proprio deponentes meliùs probant.*
5. *Possessio amittitur, & transfertur ex dimissione, & apprehensione respectiuè.*
6. *Clausula, sine præiudicio iurium vtriusque partis, quomodo intelligatur in relaxatione possessionis.*
7. *Sequestrum necessarium possessione non priuat.*
8. *Interrogatoriorum datio spratum nullitatum examinis inducit.*

Decisio CLXII.

MOrtua Iacoba sine filijs, in quem casum Hieronymus eius pater ei substituerat nonnulla loca pia Ciuitatis Cęsenæ, & litem D. Paulum Emilium Iacobæ maritum, & hæredem, & dicta loca pia introducta in Rota dubitatum, an esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini esse dandum censuerunt locis pijs. Quamuis enim côstet de anteriori possessione Pauli Emilij post mortem vxoris, tamen, cum de partium cõsensu differentiæ omnes essent remissæ ad Illustrissimum Cardinalem Nazarenum Episcopum Cæsenaten. Emilius in executionem laudi à Cardinali lati relaxauit possessionem bonorum dictis locis 1 pijs. Et quamuis † per istam dimissionem factam extra conspectum rei absque clausula Constituti, & sine apprehensione facta à locis pijs non posset for-

te

te dici acquisito ijs possessio, *iuxta latè tradita per Natt.cons.358.num 13.& seqq. per tex. in l.quemadmodum, vbi glos.ff.de acq.poss.Siluan.cons.55.num. 8.& seq.Menoch. de retin.remed.3.nu.267.* vbi quod ex cessione nō cōpetit cessionario manutētio, *Modern.discept forens.cap.310.num. 6.Seraph.dec.773 num.2.& 3.& benè probatur per tex. in l.cam fundam.ff de vi, & vi arm.* vbi quod per dimissionem possessionis à creditore factam non abdicatur possessio, nisi emptori acquiratur, & redditur ratio, quia nemo eo animo esset, vt possessionem amitteret propter emptorem, quam emptor adeptus non fuisset, nihilominus hodie ex testibus vigore remissoriæ examinatis constat de appræhensione possessionis pro locis pijs post dictam relaxationem, quæ fuit die 16.Februarij anno 1620.& apprehensio fuit in fine dicti mensis, vel de mense Martij eiusdem anni, vt in specie dicunt septimus testis iuxta quintum, nonus iuxta secundum, decimus super quarto articulo, duodecimus iuxta octauum, & super quarto, & benè deponunt de omnibus actibus possessorijs, 2 † ex quibus solet possessio probari, *Cas. de Grass. decis.10.num.5.de caus poss.ff.& propr.* vt de fructuum perceptione, *l.sitia vbi Bart.ff.de solut.Paris.cons.107.num.21 lib.1.Rot.decis.131.num. 3.& decis.397.num.4.par.1.in recent.& decis.691. num. 2.par.2.* 3 † & quod loca pia in dictis bonis posuerūt laboratores, *Rot. d. decis.131.num.3.par.1. recent. Paris.d.cons.107.num.21.*& nonnulli testes sunt ipsimet laboratores, qui deponunt de facto proprio, 4 † & sic fortiùs probant, *Cas.de Graß.decis.2.num.11. de empt.& vendit.cum aliis per Rot.decis.391.num.10. par. 1. recent.* 5 Vnde † stante supradicta dimissione possessionis, & subsecuta appræhensione locorum piorum, sequitur Paulum Emilium illam amisisse, & in loca pia fuisse translatam, *iuxta text.in d.l.cam fundam.ff.de vi,& vi arm.cum aliis supra adductis.*

Non obstat, quod in instrumento relaxationis possessionis adsit clausula, *sine præiudicio iurium vtriusque partis.*

6 Quia intelligitur † præterquam quoad ipsam relaxationem expressam, *Oldrad.cons.330.in fin.Paris.cons.70.num.13.lib.1.*& in terminis relaxationis possessionis, *Seraph.decis.756.num.2.decis.773. num.9.*

Non obstat, quod relaxatio fuerit facta sub promissione, quod restituerentur D.Paulo Emilio intra viginti dies semina.

Quia quatenus restitutio non sit facta, dicebatur in promissione fuisse additum, vt deberet fieri liquidatio per D.Paulum Emilium, de qua liquidatione non docetur.

Non obstant allegatæ inhibitiones obtentæ per DD.Dandinos ab Illustrissimo Legato Romandiolę, quia fuerunt obtentę de mēse Augusti anni 1620. *vt in summario eiusdem Pauli Emilij num. 1. & 3.* Et sic post relaxationem, & appræhensionem possessionis respectiuè factam, vt supra.

Non obstat sequestrum oppositum, quia notum est, 7 † sequestrum necessarium non priuare possessione, *l. interesse puto. vbi Bart. ff. de acquir. possess. Rota decis. 516. num. 2. & decis. 604. num. 2. par. 1. in recent.*

Nec facit depositio duorum testium noni, & duodecimi, qui videntur probare possessionem Domini Pauli Emilij, *vt in eius summario num. 4.* quia quoad nonum testem, deponit tantum de frumento collecto in campo dicto *de Reselloni*, se illud dedisse Domino Paulo Emilio, à quo habuerat præceptum de non dando cuiquam, & in hoc est vnicus, qui in reliquis bonis expressè deponit pro locis pijs super quarto articulo. Quo verò ad duodecimum testem dicit solum, Dominum Paulum Emilium tempore messis venisse ad possessionem Poderni, & *disse al mio fratello, che voleua il grano per la parte del patrone.* Ex hoc autē non sequitur, quod illud habuerit, immo de possessione locorum piorū in isto prædio expresse deponit super quarto articulo. Quo verò ad decimumtertium testem in eodem summario datum, ille deponit de possessione prædij Bagnilæ, quod fuit reseruatum Paulo Emilio in instrumento concordiæ, & quod hodie non controuertitur.

Ad nullitates oppositas contra examen testium benè videbatur responsum per informantes, quod & aderat citatio ad videndum iurare, & quod pars 8 dederat interrogatoria, † ex quo videbatur sprevisse nullitates hodie oppositas, *Rot.dec.393.num.5.& 27.par.1.in recent.* quibus obtentis in omnem euentum poterit facilè obtineri sanatoria, quatenus sit necessaria.

Et ita fuit decisum, &c.

Vbaldo seniore

Cremonen: Pensionis

Veneris 25. Februarij 1622.

S V M M A R I A.

1. *Arbitrium regulatur à iure.*
2. *Pensionarius existens in quasi possessione exigendi non debet de iure ea priuari durante lite super reductione.*
3. *Arbitrium remittit aliquid de vigore iuris.*
4. *Probatio non excludit probationem.*
5. *Exceptiones Titularis contra pensionarium non possunt liquida dici ante rem iudicatam.*
6. *Pensionarius habens reseruationem pensionis in pecunia non potest recipere fructus*
7. *Oblatione fructuum non satisfit clausulæ,* non retardata solutione pensionis.
8. *Pensionarius dicitur constitutus in quasi possessione exigendi, si receperit à campsore de mandato titularis.*
9. *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
10. *Sibi imputare debet, qui ordinem iam datum in tempore non reuocauit.*
11. *Inhibitio non obstat existenti iam in quasi possessione exigendi.*
12. *Solutio vnica sufficit ad quasi possessionem acquirendam ad effectum præsertim manutentionis.*
13. *Solutiones factæ per tertium sine mandato, & scientia titularis, & debitoris, non constituunt recipientem, & pensionarium in quasi possessione exigendi.*
14. *Pensionario denegatur manutentio, & continuatio in possessione, vbi ex ventre literarum constat de extinctione pensionis.*
15. *Pensio non debetur ab eo, cuius prouisio non habuit effectum, nec titulum beneficii habuit, nec fructus recepit.*

Decisio CLXIII.

ORta controuersia inter Illustrissimum D. Hieronymum Columnam Titularem, & Reuerendissimum Episcopum Montorium Pensionarium, Episcopus egit coram A.D. pro manutentione, & obtinuit decretum, à quo licet fuerit appellatum, tamen Sanctiss. rescripsit, *sine præiudicio legitimæ executionis, & sine retardatione solutionis pensionis*, & inde pensionarius exegit primum ter-

minum

minimam suæ pensionis à Mercatore, qui dederat cædulam bancariam de ordine titularis successiuè ad instantiam eiusdem titularis, fuit commissa in petitorio, causa reductionis pensionis eidem A. C. cum eisdem clausulis, de quibus supra. In gradu verò appellationis à sententia A.C. qui pro reductione pronunciauerat in Signatura Sanctissimi fuit pro parte eiusdem D. Hieronymi petita moderatio, seu annullatio dictarum clausularum, & Sanctiss. rescripsit, *Arbitrio Rotæ*, super quo dubio proposito, Domini responderunt, arbitrium non intrare. Quia † arbitrium regulatur à iure, *Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo videbitur. num. 8. Cas. de Grass. decis. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. de sent. & re iud. Rot. in Mantuana bonorum coram me, quæ est decis. 365. nu. 1. par. 1. in recent. & aliàs sæpè* † de iure autem est, vt cum Episcopus sit in quasi possessione exigendi pensionem, ea non priuetur, & spolietur, durante lite super reductione, *Gig. de pens quæst. 62. num. 12.* Et in terminis clausulæ arbitrij est *decis. Seraph. 1429. num. 2. & decis. 387. num. 1. par. 2. & fuit resolutum in causa Tullen. pensionis 22. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Nidruntina pensionis 25. Iunij 1618. coram R.P.D. meo Decano, & facit decis. in Abulen. pensionis 15. Decẽbris 1610 coram R.P.D. meo Pirouano*, & † licet arbitrium remittat aliquid de rigore iuris, *Crescen. dec. 4. de iest.* & in proposito videatur aliquid remittendum de rigore, cum ex probationibus factis pro titulari, constet de minori valore Prioratus, quam expresso, & concurrat oblatio omnium fructuum facta ipsi pensionario, tamen quoad probationes, fuit responsum, † probationem non excludere probationem, *Rota decis. 785. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 677. num. 5. par. 1. in recent.* Ideò poterit pensionarius in hac secunda instantia, vel meliores probationes afferre, vel elidere cõtrarias, ita vt † nullo modo exceptiones oppositæ pro D. Titulari, possunt dici liquidæ ante rem iudicatam, *vt fuit consideratũ in d. Abulen. pensionis coram D. Pirouano, & facit decis. Caputaq. 321. par. 1. & 317. par. 2.*

Quo verò ad oblationem dicebatur, † cum pensio sit reseruata in certa quantitate, non esse cogendũ pensionarium ad recipiendos fructus loco pensionis, maximè cum reseruatio sit facta ex causa resignationis, cum si fructus voluisset, Prioratum non resignasset, † & aliàs per oblationem fructuum nõ esse satisfactum clausulæ, non retardata solutione pensionis, *fuit dictum in causa Mediolanen. pensionis 7. Nouembris 1612. coram me.*

Quod autem pensionarius sit in quasi possessione exigendi pensionem, patet, quia, † cum Abbas promisisset dare cedulam bancariam, & illam dederit, cuius vigore campsor soluit pensionem, vt supra dictum est, dicitur constituisse pensionarium in quasi possessione exigendi tamquam soluens de mandato Titularis, *vt fuit dictum in causa Pistorien. pensionis 3. Iulii 1606 coram Sanctissimo* † actus enim tribuẽdus est ordinanti, & non exequenti, *Surd. decis. 292. num. 9. & decis. 297. num. 1 Rota decis. 167. num. 2. par. 2. diuers.* & † sibi imputare debet Abbas si non monuit in tempore campsorem, ne solueret *ad tex. in l. si fideiussor in princ.* ibi, *potuit enim atq; debuit. & in verb. si cum debuit. ff. mand.*

Neque † inhibitiõ postea emanata suffragatur, cum antea pensionarius esset in quasi possessione *iux. decis. Seraph. 1411. num. 4.* † ad quam acquirendam sufficit vnica solutio, præsertim ad effectum manutentionis, *cap. cum Ecclesia. vbi Abb. num. 23. Rip. num. 52. de caus. poss. & propr. Alex. cons. 74. nu. 16. lib. 4. Dec. cons. 117. num. 1. Caputaq. decis. 337. num 6. par. 2. Seraph. d. decis. 1411. numer. 2. Rota in causa Terdonẽsis pensionis 17. Iunii 1616. & in Spoletana pensionis 21. Iunii 1619. coram me, & aliàs sæpe.*

Non obstat *decis. 184. par. 1. diuers. & decis. in causa Pacten. pensionis coram bo. me. Cardinali Pamphilio, quæ est decis. 18 ɪ par. 4. diuers.* quia omissis alijs responsionibus, quæ dari possent, illa sufficit, quod † illæ decisiones loquuntur de solutionibus factis à tertio sine mandato, & scientia titularis, & debitoris pensionis, quo casu non mirum, si non constituũt pensionarium in quasi possessione exigendi, & ita etiam procedit decis. *Caputaq. 165. par. 3.* sed hic constat de mandato ex supradictis.

Nec facit *decis. in Colimbrien. pensionis coram R. P.D. Manzanedo, quæ est decis. 617. par. 1. in recent.* † ibi ex ventre literarum constabat de extinctione pensionis, meritò pensionarius prohibitus fuit continuare in exactione pensionis, sicuti nec obstat *d. c. 567. par. 2. in recent.* vbi Rota dixit, intrare arbitriũ ad effectum degustandi de validitate reseruationis pensionis, quia, vt ibi dicitur *num. 1. ad fin.* ibi non constabat de quasi possessione exigendi, vt hic constat. Præterea *d. decis. & Seraph. decis. 674.* & aliæ, quæ allegantur super retardatione solutionis pensionis, stante clausula arbitrio Rotæ, procedunt, quãdo tractatur de executione literarum Apostolicarũ, non autem quando etiam pensionarius est, in quasi possessione exigendi, quo casu nulla decisio dicit, eum esse priuandum dicta quasi possessione, in qua existit, donec videatur de validitate, vel reductione pensionis.

Demum nec applicatur *decis. 255. par. 2. in recẽt.* quia loquitur de fideiussore de soluendo pensionem, quem non teneri, ibi Rota resoluit, quia prouisio ad fauorem eius, qui pensioni consenserat, non habuerat effectum, & sic nec titulum beneficii habuerat, nec vllos fructus ex eo perceperat, † ideo pensio debeti non poterat, quia nullo modo aptantur ad causam nostram.

Et ita fuit decisum.

R.P.D. Merlino

Bononien. Professionis

Luna 14. Martii 1622.

S V M M A R I A.

1. *Religia, quæ patitur eius subditum ab ea resilire, & in aliam Religionem commorari, amittitur illius possessionem, & num. seq. in fin. & num. 19.*
2. *Dominus negligens custodiam serui, illius possessionẽ amittit, postquam ab alio fuit volens apprehensus sed secus ante.*
3. *Argumentum valet de seruo ad Monachum. decl. vt num. 12. & 13.*
4. *Ciuilis possessio, data scientia occupationis naturalis, amittitur modico tempore, nec opus est decennio.*
5. *Religionum Superiores tenentur singulis annis perquirere, & notitiam habere de eorum subditis, eosq; ad propria Monasteria reuocare.*
6. *Scire quis præsumitur, quod perquirere, & scire debet.*
7. *Scientia Prioris, & Superioris subditi sufficit ad illius possessionem amittendam, nec requiritur sciẽtia Religionis.*
8. *Possessio, quæ litem excitauit, non est manutenibilis.*
9. *Superioritatis, & potestatis quasi possessio vti datur Patri in filium, ita & Superioribus Religionum in suos subditos, & num 13.*
10. *Religio non amittit possessionem Religiosi fugitiui, quousque illius Superiores animo continuant eorũ obedientiæ illum subijcere.*

11 Reli-

11 *Religiosus velit, nolit, obnoxius, & constitutus dicitur in quasi possessione Monasticæ subiectionis, & nu. 13. vbi limit.*
12 *Serui possessionis continuationem Dominus non habet si fugitiuus ab alio detineatur, & animum reuertendi non habeat.*
14 *Manutentio datur in quasi possessione contra subditũ obedientiam renuentem.*
15 *Lite pendente super validitate transitus Religiosi de vna ad aliam Religionem, secundæ competit manutentio, & num. 19. vbi decl.*
16 *Professio expressè emissa in secundo Monasterio præfertur tacitæ editæ in primo.*
17 *Præfertur in manutentione habens clariores, & meliores probationes, & magis titulatam, ac nitidiùs probatam possessionem.*
18 *Professionis requisita.*
20 *Religiosus transiens ad aliam Religionem arctiorem an teneatur obtinere licentiam, ita vt non obtenta professio in secunda sit nulla, & num. seqq.*
21 *Exceptiones requirentes altiorem indagiaem, & discussionem petitorij respicientes non admittuntur in summarijssimo possessorio, & num. 25.*
22 *Religio perfectior, & arctior ex quibus dicatur.*
24 *Dei Spiritus vbi est, ibi libertas, quæque Dei afflatu aguntur, non sunt sub lege, nec lex iustè posita est.*
26 *Religiosus transiens ad aliam Religionem sine licentia primæ an possit ad primam propria auctoritate redire.*

Decisio CLXIV.

IOannes Caccialupus à pueritia habitum, & insignia Illustrissimę Religionis Hierosolymitanę suscepit, & diù gestauit, multaque, vt asserebat, succedentibus annis munera, quæ illius ordinis equitibus demandari consueuerunt, obiuit, ac etiam pensiones à magno magistro obtinuit, nulla tamen expressa emissa polesione.

Anno autem 1614. Congregationem RR. PP. Clericorum Regularium Sancti Pauli nuncupatam Barnabitorum ingressus est; ibique peracto Tyrocinio, solenniter se Deo addixit, vota illius Religionis spopondit, & per sex annos continuò degit.

Sed tandem ad Hierosolymitanos, insalutatis Barnabitis, iterum se contulit, inter quos ordines orta altercatione, mihique causa commissa, hinc inde anxie petita fuit manutentio in quasi possessione exercendi actus superioritatis in dictum Caccialupum, ab eoque recipiendi pręstationem obedientiæ, & hodie, proposito dubio, Domini denegando manutentionem Hierosolymitanis, concedendam dixerunt PP. Barnabitis.

Vt autem Hierosolymitanis denegarent, impulit Dominos Quoniam aut ipsi nitũtur prima illa quasi possessione exercita in Caccialupum; antequam professionem emisisset apud Barnabitas; aut alia posteriori, quando his relictis, ad eosdem Hierosolymitanos confugit, & neutra visa est suffragari.

1 Non prima, quoniam, † cum ipsi passi fuerint Caccialupum ab ipsis resilire, & per sex annos extra eorum militiam in Barnabitarum Cęnobijs cõmorari, illa quasi possessio amissa fuit, *Bart. in l. 1. §. huius autem. numer. 3. vers. quarto modo. ff. vti possider. DD in l. 1. §. si seruus, & in l. si rem mobilem. ff. de acquir. poss. Rot. apud. Card. Mantic. dec. 95. & in Assisien. Canonicatus* 14. *Iunij* 1606. *coram Illustriß. D.*
2 *meo Cardinali Sacrato,* & † quemadmodum Dominus negligendo custodiam serui fugitiui, illius possessionem amittit, postquam ab alio fuit volens apprehensus, licet secus ante, *l. 1. §. per seruum. ff. de acq. poss. vbi Alex. num. 7. Imol. numer. 27. & 29. & melius Castr. num. 4. Bal. in l. 1. numer. 33. post med. vers. solum ciuiliter. C. de Seru. fugit.* Ita etiam videtur, idem statuendum in superiore Religionis, dum negligit recuperationem subditi ad alium ordinem
3 trãseuntis, † cũ rectè inferatur à seruo ad Monachũ, *auth. Ingressi. C. de Sacros. Eccl. Innoc. in c. cum olim. de priuil. cum alijs.*

4 Nec decennio † opus erat ad hanc ciuilem possessionem amittendam, stante scientia Hierosolymitanorum, quod Caccialupus à Barnabitis quasi possideretur, quia hoc casu sufficit modicum tempus *iuxta vulgat. consil. Crauett. 235. numer. 1. Quod Rota sequutur, vt in dicta Assisien. coram Illustrissimo Sacrato, & in Romana Canonicatus S. Marci 25. Februarij* 1603. *coram Reuerendiß. Attrebaten. & in Romana Stagni 6. Iunij hoc anno coram Reuerendiß. Domino meo Decano,* & benè facit, quod in terminis serui tradit *Innoc. in cap. de seruorum. num. 4. vers. & ideo non placet. de seruis non ordinand.*

Huiusmodi autem scietia Hierosolymitanorum, quod nempe Caccialupus alterius ordinis potesta-
5 ti se subiecerit, ex eo innotuit, quod † superiores Religiosorum tenentur singulis annis perquirere, notitiam habere de eorum subditis, & eos, vt ad propria reuertantur Monasteria compellere, *ex tex. in cap. fin. de regular. & ibi tenent Canonistæ, & Roman. cons. 341. num. 1.* & signanter idem cautum videtur in stabilimentis ordinis Hierosolymitani *tit.*
6 *6. num. 10.* & propterea † cum Magnus Magister, siue alij superiores indagare, & scire tenerentur statum Caccialupi, omnino præsumenda est prædicti scientia, *ad tradit. per Menoch. præsumpt. 23. nu. 66. lib. 6. & in similibus terminis Rot. decis. 166. in princ. par. 1. diuers.*

Nec requirebatur ad hoc scientia totius Religio-
7 nis, nec etiam ipsius Magni Magistri, † sed sufficiebat scientia Prioris, sub cuius potestate degebat Caccialupus tempore, quo ad Barnabitas se cõtulit, vel alterius Officialis, *ad doctr. Bart. in l. si Publicanus, §. fin. ff de Publican. Aret. cons. 42. num. 3. in fin. Peregr. de iure fisci nu. 26. tit. 8. lib. 6.*

Minus alia posterior quasi possessio Hierosolymitano ordini suffragatur, postquam Caccialupus emissa apud Barnabitas professione, ad ipsum iterũ est reuersus.

Quoniam cum hęc reuersio, siuè fuga Barnabitas ad Iudicium exercitauerit, pro recuperatione Cac-
8 cialupi, & hinc exorta sit lis, † huiusmodi quasi possessio Hierosolymitanorum nõ erat manutenibilis, *Afflict. dec. 395. num. 7. Put. dec. 419. & fuit dictum etiam coram Sanctissimo in Abulen. iuris visitãdi 28. Iunij 1600. quæ est decis. 30. num. par. 2. recent. & in Romana diuisionis 4. Februarij 1619. coram R. P. D. meo Vbaldo, & alibi sæpissimè.*

Patribus autem Barnabitis concedendam dixerunt Domini manutentionem, quoniam in confesso est apud partes, quod Caccialupus emissa expressa professione per sex annos, computato anno probationis, continuo degerit sub regula, & obedientia superiorum ipsius Religionis Barnabitarum, qui statim, ac ille ab iis recessit, retinentes animo ciuilem, recuperare contenderunt naturalem quasi pos-
9 sessionem, † quæ quidem quasi possessio superioritatis, & potestatis quemadmodum datur in patrem erga filium, ita datur in superioribus Religionum erga suos subditos, *Bart. in l. cum hæredes. §. Item quæro. numer. 2. ff. de acquir. poss. vbi Aret. propè fin. Castr. nu. 2. Alex. nu. 2. & Angel. in fin.*

10 Nec † huiusmodi possessio amittitur quamuis Religiosus resilierit, & ab alio detineatur, nec animum habeat reuertendi, dummodo tamen superiores continuauerint animo eorum obedientiæ fugitiuum subijcere, & sic possidere, vt bene Barnabi-

12

11 tæ præstiterunt, † quia velit, nolit Religiosus obnoxius dicitur, & constitutus in quasi possessione Monasticæ subiectionis, *Bart.in l.1.§.per seruum.il primo num.2.& ibi Add.nec non Alex.num.7.& 9. Ias.nu.13. Angel.in fin.Cuman.num.3.ff.de acq.poss.* Qui propterea prudenter inferunt hoc casu Reli-12 giosum non æquiparari seruo fugitiuo, in quo † si ab alio detineatur, & animum non habeat reuertendi, Dominus non habet continuationem possessionis, *ad l.si rem mobilem. ff.de acq.poss. & notatur in* 13 *dicta l.prima.§.per seruum,eodem titulo,* † sed æquiparari filio, & proinde semper censeri constitutum sub quasi possessione potestatis superiorum, nisi ipsi illam deseruerint, *vbi post Bart.in d.§. per seruum. Aret.num.67.& 68. fatetur hanc sententiam veriorem, licet deinde contrarium teneat, sed Ias.ibidem num.14.& seqq.testatur de magis communi, & vera & signanter reprobat Aretinum, prout eumdem reprobat Rip.in l.1.nu.151. ff.de vulgar. Quos, & alios congestos sequitur Canall. de communi contra comm. q.448.num.1.& 14.* Comparatio autem illa, quæ fit inter seruum & Religiosum, admittitur, quatenus Religioni magis proficiat, & prosit, *Alex.d.§.per seruum.num.12.& Addeat.ad Bart. ibidem.Felyn.in cap.in præsenti de probat.in fin.Canall.d.quæst.446. num.19.*

Firmata igitur hac quasi possessione, & illius continuatione saltem animo PP. Barnabitis, consequen-14 ter, vt dicebatur debita visa fuit manutentio, † quia datur in quasi possessione contra subditum obedientiam renuentem, *Abb.in cap. suborta nu.1.Zabarell.* 15 *in prima oppositione,* & in terminis, † quod pendente lite super validitate transitus de vna ad aliam Religionem, secunda habeat remedium possessoriũ, & retinendæ, *firmant Canonistæ in d.cap. licet, vbi Innoc.num. 7.* qui loquitur, quando transitus fuit ad arctiorem ordinem. *Io: Andreas num.11. vers. sed apud quem Hostien.num.16.vers.sed apud.Butr.num. 10.& num.11. Anchar.num.13.& omnibus clarius Abb.num.15.vers.quoad secundum,* & optima ratione, quia secundum Monasterium est in quasi possessione, & etiam rei partes sustinet, & ideo pendente Iudicio super validitate transitus, & an fuerit petita licentia, huiusmodi quasi possessio est fouenda, *ad §. retinendæ.Instit.de interdict. cum vulgar. vt per dd. Canonistas, & præcipuè Hostien.num.16.vers.in tamẽ in d.cap.licet.*

Quæ & eo vrgentiora visa sunt, quia Barnabitæ exhibent expressam scripturam, & omni ex parte probatissimam professionem Caccialupi in eodem ordine solemniter emissam; Hierosolymitani autẽ deducunt ex pluribus actibus professionem virtualẽ dumtaxat; siue tacitam, quæ tanti non videtur esse vt cum expressa, præcipuè in hoc Iudicio summa-16 rissimo, sit comparanda, † & expressam professionẽ emissam in secundo Monasterio præferri tacitæ in primo editæ, *tradunt Socc. Sen.in l.1.§.per seruum.n. 14.vers. postremo. ff.de acquir. poss. & cons.270.nu. 32.& 13.lib.2.Prob.ad Monach.in cap.constitutionẽ num.2. & 3.de regular. Tiraq.de leg.connub.gl.7.nu. 52.Decian.respons.18.numer.5.lib.3.Rimin.Iun.cons. 337.num.11.lib. 4.Io: Franc.à Ponte caus.40.nu.46.* 17 *lib. 2.* † & certissimum est in concursu petentium manutentionem obtinere habentem clariores, & meliores probationes, ac magis titulatam, & nitidius probatam possessionem, *Bart.in l. si duo.nu.14. ff.vti possid. Soccin.cons. 194.num.9.lib.2. Curt.cons. 24.num.3.Menoch.de Retin. remed.3.numer.718.& seqq.& fuit dictum in vna Senogallien.iuris pascendi 25.Maij 1609.coram Sanctissimo D. N.* præsertim cum tacita hæc professio pluribus impugnetur ab Informantibus pro Barnabitis, tamquam non fultul-18 ta † illis quinque requisitis, de quibus *per Sanchez. super Decalog.tom.2.lib.5.cap.3.nu.14.vsque ad 18 qui & num. 13* monet post Concilium Tridentinũ rarissimè contingere, vt valide quis tacitè profiteatur.

Nec obstat, quod, *Zabarell.in d.c.licet.nu.16.vers* 19 *& de illo, & Antar.num.6.* dixerunt † pendente huiusmodi Iudicio super validitate transitus, primo Monasterio dari retentionem, quorum dictum sequitur *Sanchez eod.tract. lib.6.cap.7. num.101.* qui etiam mendosè pro sua sententia allegat, *Innoc. & Anchar.in d.cap.licet.* Ille enim contrarium verbis rotundis docet, & etiam contrarium dicit, vel adeo obscurè loquutur, vt quid sentiat haberi non possit.

Quoniam vltra quod, vt supra ostendi, contraria opinio Panormitani est verior, & receptior, dictum Zabarellæ, & Sanchea non applicatur, loqui enim videntur, quoties statim discesso Monacho, primum Monasterium retinens animo quasi possessionem instat pro purgatione spolii, vt per Sanchea, qui nõ est casus noster. Quia Caccialupus per sex annos seorsim degit à Hierosolymitanis, ipsis acquiescentibus, qui propterea quamcumq; possessionem videntur deseruisse ex supra deductis, nec non loquuntur, quando Monachus in secundo Monasterio, ad quod transiuit, non est professus.

20 Minus etiam obstare visum est, † quod quamuis Caccialupus transeundo ad Barnabitarum ordinem, veluti arctiorem, non teneretur obtinere licentiam, debuisset tamen nedum ex dispositione *cap. licet. de Regular.* sed etiam ex priuilegiis Hierosolymitanorum illam petere à Magno Magistro, vel alio superiore, & propterea non petita licentia transitus, & professio emanata apud Barnabitas fuerit omnino nulla, & ipse reuocari potuerit ad primam Religionem *secundum opinionem Hostien.in d. cap. licet. num.9.& 15. Butr. num.13.Abb.num.10. Zabarell. numer.3.Anchar.num.12. Boich. num.8.de regular. Nauar.cons.59. numer.12.lib.3. de regul.innumeras propè congerit.Sanchez.d.tom.2.lib.6.cap.7.num.95. Mirand.in Manual.prælat.tom.1.cap.31.art.6.concl. 1.in fin.*

21 Quoniam, hæc omnia † dixerunt Domini, arctiorẽ requirere indaginem, & discussionem petitorii respicere. Vltro quod contrariam sententiam, nempe transeuntem ad ordinem arctiorem, etiam non petita venia, nequaquam reuocari posse ad primam Religionem, secuti sunt grauissimi Patres, quemadmodum ex Canonistis, *gl.in dd.cap. licet.in verb.licentiam, & ibi Goffred.Butr.& Abb.antiq.& ead.gl. in cap. sanè, de regul. & ibi Innoc.in fin. Archidiac. in cap.2.in princ.19.q.3.Turre crem.in cap. 1.19.q. 3. Barbat. cons. 9.numer.8.vers.adduco.lib.2.Carol. Tap. in auth.ingressi.cap. 9.numer.21.& seqq.C.de Sacros. Eccles. qui loquitur de militibus religiosis. Ex Theologis D.Antoninus in sum. 2. par.1.tit.11.cap.2. §.vnic.vers. hæc autem videtur. Riccard.4. sent.dist. 38.art.8.q.1.ad 3.argum.vbi Palad.q.4.ar.4.nu.43. Sum.Siluestr.in verb.Religio 4.q.1.not.4.Tabiæ codẽ verb.q.24.num.25, Lessius falsò contrariæ opinioni adscriptus à Sanchez. prout, & alij de iust. & iure lib. 2.cap.41.dub.15.nu.101.Monald.in summa de Regular.§.si Regularis.post prin.*

Nec inter partes ambigebatur, quin Barnabitarũ Religio sit perfectior, & arctior Hierosolymitana-22 militia † quia illa incumbit prædicationi, doctrinis, & vitæ contemplatiuæ, qui sunt gradus altissimæ perfectionis, hæc autem tamquam militaris vitæ actiuæ tantum insudat, *vt in terminis D.Tho.secunda secundæ q.188.art.3.in corp.* & ideò illa dicitur omnino perfectior *secundum eumdem D. Tho.d.q.188. art.6.& 8. Anton.in sum. par.3. tit. 16.cap.4.ante fin.vers.non ergo.Sanchez. d.lib.6.cap.7.num.19.* Est etiam arctior, quod ad hunc effectum attenditur *secundũ Canonistas, vt per Less.d.dub.13.& Sanchez. num.21.* quia ibi durior, & asperior est viuẽdi ratio, quam

quam in Hierosolymitana militia, ex quo dignoscitur, quod e st arctior, *Io: Andr. in cap. sanè num. 8. post med. de Regular. Sanchez loco præalleg.* & in terminis, quoad Religiones claustrales ad hunc effectum transeundi ad illas sint arctiores militaribus Religionibus *notat Carolus Tapia in d. auth. Ingressi. cap. 9. num. 21. C. de Sacros. Eccles.*

23 Verùm esto, veritate illæsa, † veriorem, & receptiorem esse opinionem Hostien. Dominis visum fuit, posse dici, illam non officere Barnabitis, quandoquidem tota ratio illius sententiæ in eo posita est, quod transiens ad aliam, licet strictiorem, Religionem, non petita venia à primo superiore, præsumitur, quod ex leuitate, & temeritate transeat. Si enim bono zelo, & sanctioris vitę desiderio arctiorem disciplinam, vt Christo ferius famuletur, eligeret, libenter illius humilitatem, & obedientiam imitatus primo Prelato veniam exposcendo se subiiceret, *vt deducitur ex verbis cap. licet.* ibi, *ne bonam obedientiæ cōtemnere videatur, & expresse ibi notant Panor. num. 10. Zabarel. num. 11. Boich. num. 8. & Sanchez. toties citat. lib. 6. cap. 7. num. 31. & seqq.* Et hanc licentiam petendam esse solum propter humilitatē docet *D. Tho. secunda secunda q. 189. art. 8. in corp.* Cœterum hęc leuitatis pręsumptio cessauit in Caccialupo, & videbatur casum versari in claris, quoniam ipse, & Hierosolymitani falsi sunt in cōmissione causæ ipsum ad Barnabitas maioris deuotionis spiritu impulsum transiuisse, & sic non militat ratio sētētię Hostien. & omissio petitionis venię primo a Prælato nequaquā obedietiæ, seu tumescentię adscribi debuit, sed potius consuetudini, cum pass im milites Hierosolymitani in hoc non secus, ac læculares, nulla petita venia à Magno Magistro, vel alio superiore, se conferant, & recipiantur in ordinibus Claustralibus, & signanter PP. Theatinorum, Carmelitarum, Discalceatorum, Capucinorum, & aliorum sedulo humilitatis, & obedientiæ virtutibus incumbentium. Vnde spiritus ille maioris deuotionis Caccialupi in transitu ad arctiorem ordinem non videbatur adstrictus necessitati petendi veniā

24 à Magno Magistro, † quia vbi Spiritus Dei est, ibi libertas, & que Dei afflatu aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est proposita iusto, *vt in dicto c. licet in princ.* & clarius huic sententię fauet conclusio *tex. ibi mandamus quatenus super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta fecisse,* (scilicet transitum ad strictiorem ordinem) *agnoscitur, eam nullatenus molestetis, quia charitas fons est proprius, cui non communicat alienus.*

Et ita videbatur etiam euitari Indultum Anastasii IV. concessum Hierosolymitanis, vt sine illorum licentia ab eis nō liceat transire ad aliam Religionem.

Quia huiusmodi priuilegia concessa Hospitalariis, quales sunt Hierosolymitani, fuerunt postea declarata ab Innocentio III. *in dicto cap. licet*, quod nō compræhendant casum, quo quis ad arctiorem transit Religionem sanctioris vitæ desiderio, & ibi notant omnes Canonistæ.

Rursus fuit consideratum, quod, cum, vt supra dixi, per multos annos Caccialupus seorsum à Hierosolymitanis, & ipsis scientibus commoratus, & professus fuerit apud Barnabitas, videtur, posse dici, quod ne dum petita, sed & cōcessa fuerit quæcumq; necessaria licentia à superioribus Hierosolymitanis *ad doctrinam Felyn. in cap. sicuti. sub numer. 29. vers. simile. de re Iudic. & pulchrè Socc. Sen. cons. 270. nu. 3. vers. sed si rectè. lib. 2. & in l. 1. §. sed per seruum. nu. 24. ff. de acquir. poss. quos secuta est Rota in Brixien. Parochialis 20. Martii 1620. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Sed quidquid sit de prędictis, hoc vnum certo certius est, exceptionem Hierosolymitanorum valde ancipitem esse, & difficultatibus implicatam,

25 † & propterea, vt dixi, vti altiorem indaginem requirentem, ad petitorium omnino reiiciendam, nec impedire manutentionem Barnabitis, ex illorum quasi possessione debitam, *Rot. apud Card. Mant. dec. 252. num. 4. & 5. & Cardinal. Seraph. dec. 971. in fin.*

26 Iisdem etiā responsionibus tolli videbatur, † quod dicebatur, ita transeuntem non petita licentia a prima Religione posse propria auctoritate à secunda desistre, & primæ se restituere, *secundam opinionem Sanch. d. lib. 6. cap. 7. num. 89. 96. & 98. vbi allegat. Abb. in cons. 95. per tot. lib. 1.* quorum dicta videntur inferre, quod manutentio sit debita primæ Religioni. Quoniam locuntur cum pręsupposito, *vt fatetur idem Sanch. num. 96.* quod vera sit opinio Hostien. & aliorum qui dixerunt, nōn petita licentia reuocari, quæ tamen nec contradictoribus caret, nec rationibus illam impugnantibus, vt supra latius ostensum est. Insuper locuntur, quando ea leuitate, & malo animo transiuit ad secundam Religionem; *vt per Abb. tot. cons. & Sanch. præsertim num. 89.* vel saltem quando est dubium, quo spiritu trāsierit, quia leuitas in dubio pręsumitur, *vt in d. cap. licet, & supra dixi.* Quod secus omnino videtur, quando pręsumptio cedit veritati, vt in pręsenti casu, quia liquet bono spiritu Caccialupum ad Barnabitas transiuisse, quo casu nec principalis sententia Hostiēsis, & aliorum, ex qua hoc dictum Abb. & Sanchez infertur, vera esse videtur, vt supra ostendi.

Minus etiam dicta Abb. & Sanchez, opinio admittenda videbatur, vbi saltem tacitè licentia concurrit desumpta ex scientia, & patientia Hierosolymitanorum, quod nempe Caccialupus professus fuerit, & degerit per sex annos apud Barnabitas.

Et ita vtraq; parte informante &c.

Remboldo

Calaguritana Iuris Accedendi ad Processiones.

Veneris 15. Aprilis 1622.

S V M M A R I A.

1 *Immemorabilis quomodo probetur.*

2 *Possessio probatur ex enunciatiua sentētia inter partes lata, & ex laudo.*

3 *Semel qui possedit, præsumitur in possessione perseuerasse vsque quo allegat possedisse.*

4 *Probans possedisse de tempore turbationis præsumitur possidere etiam de tempore litis contestatæ, &, num. 5.*

5 *Lim. nisi alias probet medio tempore possedisse.*

6 *Laudum latum super non compromissis dicitur latum sine iurisdictione, & nulliter.*

7 *Ratificatio laudi non operatur, vt laudum valeat vt laudum, sed in vim pacti.*

8 *Laudum vt valeat in vim pacti, necesse est, vt interueniat consensus vtriusque partis.*

9 *Mandatum speciale requiritur ad acceptandum laudum.*

10 *Pro spoliato quis se habere nō dicitur, qui petiit manutensionem, & obtinuit reintegrationem, etiam quod reintegrationis decreto vsus sit, cum possit referri ad possessionem naturalem.*

Decis.

Decisio CLXV.

DVbitatum fuit, An Decanus, & Capitulum Ecclesię Cathedralis sint manutenendi in quasi possessione, quod benefitiati SS. Iacobi, & Andreæ quolibet die Sabathi teneantur petere horas, interesse horis, & accedere ad Processiones, & DD. affirmatiuè responderunt, quia possessio d. Decani, & Capituli probatur ex pluribus saltem simul iunctis.

Et primo per testes *in summario Capituli num. 5. & 6.* qui plene, & concludenter deponunt etiam de 1 visu, † & concludunt de immemorabili, cuio requisitis *per gl. in c. 1. de præscript. in sexto.*

2 Secundò † eadem possessio probatur, ex quadam sententia vsq; de anno 1464. lata, in qua non solum enunciatur dicta quasi possessio Decani, & Capituli ab immemorabili tempore, sed vlterius etiam explicite condemnantur dicti Beneficiati, quod debeant interesse Processionibus generalibus in Ciuitate Calaguritana à Capitulo ordinandis omnes insimul, & quod in festis Paschalibus, & Dominicalibus debeant interesse quatuor Beneficiati ex vtraque Ecclesia, & diebus Sabathorum teneantur accedere ad Cathedralem Ecclesiam ad videndum declarari horas Canonicas.

Tertio dicta probatio coadiuuatur ex laudo lato de anno 1614. In eo namq; dictus Episcopus mandat, quod Beneficiati in futurum non accedant ad Processiones, quodque in posterum non descendant ad interessendum declarationi horarum, & per cõsequens prçsupponit, quod prius dicti Beneficiati accedebant ad Processiones, & descendebant ad interessendum declarationi horarum, & sic quod dictus Decanus, & Capitulum essent in dicta quasi possessione.

Nec obstat, quod non probatur dicta quasi possessio Decani, & Capituli de tempore motæ litis, quia vel prætenditur, quod lis, quæ vertebatur de anno 1484. nunquam fuerit extincta, & sic quod attendi debeat tempus dictę litis, licet verè fuerit extincta, vt infra dicetur, & quando, vt dictum est, testes deponunt de tempore immemorabili, & ex sententia lata de dicto anno 1484. colligitur, quod etiam tũc dicti Decanus, & Capitulum erant in d. immemorabili quasi possessione, satis remanet probata etiam de eo tempore dicta quasi possessio.

Vel dicta lis fuit extincta per sententiam tunc latam, prout verè fuit extincta cum non consset de appellatione saltem legitima à dicta sententia, nec minus de aliqua litis prosecutione, & pariter probatur dicta quasi possessio de tempore motæ litis anno 1614. tùm ex eo, quod laudũ tunc latum supposuit dictos Decanum, & Capitulum ante dictum laudum tũc latum in dicta quasi possessione extitis-3 se, tùm etiam quia † sufficit, quod constet, dictos Decanum, & Capitulum semel possedisse, quia præsumitur, ipsos perseuerasse in eadem possessione vsquequò allegant, se possedisse, *iuxta trad. per Doct. in l. siuè possidetis. C. de probat. Abb. in cap. cum ad sedẽ. nu. 15. vers. quæro hic pro parte Hospitalis. de restit. spoliat. Alex. cons. 133. num 3. lib. 1. & cons. 54. num. 11. lib. 5. Becc. cons. 75. num. 14. & 15. lib. 1. Rot. decis. 706. num. 5. par. 2. in recent.*

4 Et in euenientum † etiam si nõ constaret de possessione tempore motæ litis, satis esset, quod de tali possessione constet de tẽpore turbationis, quia eo ipso præsumeretur, Capitulum possedisse tempore litis contestatæ, *vt declarat Aret. in § retinendæ. Instit. de Interd. cum alijs per Afflict. dec. 394. nu. 1.* 5 *& 2.* vbi etiam tradit, † quod tunc est necessaria probatio possessionis de tempore motæ litis, quando alius probat medio tempore possedisse secus si non probat, se medio tempore possedisse, quia tunc sufficit probatio possessionis tempore turbationis.

Nec obstat, quod per laudum latũ de anno 1614. Beneficiati liberantur ab onere accedendi ad Processiones, & horas, quia est aduertendum, quod in dictum Episcopum, à quo fuit latum laudum, fuit tantum compromissa controuersia, quæ tunc erat inter Beneficiatos, & Capitulum super numero Beneficiatorum, qui debebant accedere ad Processiones, vt expressè legitur in compromisso, quod datur *summario num. 2.* Ideoque, quatenus in dicto laudo omnino liberantur Beneficiati ab onere accedendi 6 ad Processiones, † laudum remanet nullum, vti latum sine iurisdictione, *l. Pedius, & ibi Doct. ff. de recept. arbitr. Surd. cons. 272. num. 12. & cons. 452. nu. 7. Rol. cons. 28. num. 3. lib. 4. cum alijs adductis in Romana Laudi 28. Iunij 1613. & 13. Ianuarij 1614. coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec obstat, quod d. laudum fuit à partibus emologatum, quia hoc non iustificatur, sed imò potiùs probatur, quod Capitulum contradicendo dicto laudo institit, atque etiam obtinuit, declarari illud nullum, in quantum in eo mandatur, quod Beneficiati non descendant ad processiones, *vt in summario dicti Capituli nu. 7.*

Nec releuat prætensa quædam ratificatio facta à Procuratoribus Capituli eadem die, qua fuit latum 7 dictum laudum, quia † ratificatio no operatur, quod laudum valeat vt laudum, *gl. & Doct. in l. 2. C. comm. vtriusque iudic. Rom. cons. 173. in fin. & cons. 175. nu. 4. vers. neque præmissæ conclusioni,* & licet posit efficere, quod valeat in vim transactionis, & pacti, 8 † tamen necesse est ad hunc effectum, quod interueniat simultaneus consensus amborum partium, *Bero. cons. 30. num. 17. lib. 3. Rimin. iun. cons. 281. num. 76. Paris. cons. 24. in fin. lib. 2.* quem dicti Procuratores 9 nec in animo habuerunt præstare, † nec prestare potuissent absque speciali mandato, *ad trad. per Bald. cons. 102. nu. 5. lib. 3. Surd. cons. 406. nu. 10.*

Non obstat, quod Capitulum habuit se pro spoliato, quia neque hoc probatur, & licet Iudex decreuerit, Capitulum esse reintegrandum, non propterea sequitur, quod Capitulum se habuerit pro spoliato, quia hoc pendet ab animo Capituli, non verò à decreto Iudicis, & animus Capituli colligi-10 tur ex libello, in quo petijt manuteneri, † qua petitione stante, non potest censeri, deposuisse animum possidendi, etiam quod probaretur, ipsum fuisse visum dicto decreto, cum potuerit eo vti ad effectum recuperandi possessionem naturalem, *vt in simili fuit dictum in Eluen. Cum. variæ 3. Iulij 1617. coram R. P. D. meo Buratto, & in pluribus alijs per eum ibi allegatis.*

R. P. D. Nauarro

Hispalen. Primitiarum

Veneris 13. Maij 1622.

S V M M A R I A.

1 *Antecessorum possessio Successoribus suffragatur vel acquisitu dignitati, & officio.*
2 *Possessio probata de tempore motæ litis est manutenendu.*
3 *Oblationis verbum quid significet.*
4 *Oblationum species quot.*
5 *Oblationes, quæ in vsus Ministrorum exponuntur,* I *sunt*

sunt de iure Parochiali.

6 *Parochialis Ecclesia intentionem fundatam habet de iure super omnibus prouentibus intra Parochiam.*

7 *Ampliatur in oblationibus, quæ fierent in Capellis in distinctis Beneficijs erectis.*

8 *Oblationes debentur ob Sacramentorum administrationem.*

9 *Curati ab Archiepiscopo Parocho deputati non sibi, sed Parocho possident, & vtrisque manutentio debetur.*

10 *Testes ac sententiæ aliarum causarum adminiculũ faciunt, & num. 34.*

11 *Oblationes veniunt appellatione obuentionum, emolumentorum, & iurium Parochialium.*

12 *Collecta onus est fructuum, & solum illos percipiens collectatur.*

13 *Oblationum non perceptio probatur, ex quo nõ reperiuntur adnotatæ in libro aliorum redituum.*

14 *Exceptiones contra personas testium non admittuntur in manutentione.*

15 *Testes singulares sufficiunt ad probandum quasi possessionem in genere.*

16 *Quasi possessio exactionis oblationum probata per Archiepiscopum Parochum de locis particularibus extenditur ad omnes alios in eadem Diœcesi comprehensos ex assistentia iuris communis.*

17 *Actus causa potiùs vniuersalis attendi debet, quam ipse actus.*

18 *Exactio facta præsumitur ab aliquo eo iure, quo sibi debetur.*

19 *Possessio talis præsumitur, qualis est titulus præcedens.*

20 *Titulus specialis magis attendendus est, quam assistentia iuris communis. Decl. vt num. 21.*

22 *Curatis imminet Cura Parochiæ.*

23 *Probatio æquiuoca non releuat.*

24 *Dictio, Ex cum, est causatiua.*

25 *Argumentum a contrario sensu veniens ex mente legis validissimum est.*

26 *Ampliatur esse in veniente ex dicto testium: licet non ad puniendum testem de falsitate.*

27 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

28 *Testis non probat, cuius d. positio negatiua est, & non enarrat negatiuam de tempore, & loco.*

29 *Testis singularis non probat possessionem specialem.*

30 *Indefinita in testibus non æquipollent vniuersalibus, num. 40.*

31 *Scientia, & tollerantia requiritur ad acquirendam quasi possessionem in præiudicium alterius.*

32 *Possessio a lite pendente non attenditur.*

33 *Testis depositio dubia intelligenda est secundum iuris dispositionem.*

35 *Sententia probat id super quo fuit pronunciatum.*

36 *Præsumptio maior est, quæ ex maiori numero testiũ & sententiis oritur.*

37 *Ampl maximè vbi pro eorum depositione stat iuris assistentia.*

38 *Testes examinati extraiudicialiter lite pendente non formiter extracti, & in copia copiæ non probant.*

39 *Testes nulliter examinati non probant.*

40 *Testis de auditu nõ probat, præsertim in actu de recenti.*

41 *Testis de auditu post litem motam non probat.*

42 *Testis qui est inter duo dicta, an probet, & cui dicto standum sit.*

43 *Testis pauper an probet.*

44 *Testi vnico, & singulari non creditur.*

45 *Testis examinis nullitas non suppletur per illius mortem, ne plus credatur voci mortuæ, quam viuæ.*

46 *Ampl. nec ad effectum faciendi adminiculum.*

47 *Testes nulliter examinati, & de falso suspecti nullum faciunt inditium.*

48 *Confessio Antecessoris iunctis adminiculis Successori præiudicat. limit. vt num. 49.*

50 *Articulans non fatetur, & num. 51.*

51 *Confessio procuratoris in positionibus sine speciali mandato non præiudicat.*

52 *An pl. præsertim si positiones sint datæ ad alium finem, & inter alios.*

54 *Scripturæ priuatæ non recognitæ fidem non faciunt.*

55 *Probationes singulæ imperfectæ adminiculum recipere non possunt.*

56 *Ampl. præsertim contra habentem iuris assistentiã, contra quem requiritur plena probatio.*

57 *Præfertur ad effectum manutentionis in concursu possessio titulata.*

Decisio CLXVI.

DOmini censuerunt, dandum esse mandatũ de manutenendo D. Archiepiscopo, & Curatis quoad oblationes ratione administrationis Sacramentorum, quo vero ad oblationes ad pedem altaris, & ratione funeralium, nec nõ de primitijs, particulariter videatur.

Moti sunt Domini, quia constat de possessione Archiepiscoporum antecessorum, ac Curatorum ab eis deputatorum, 1 † quæ etiam successoribus suffragatur, nam dicitur acquisita dignitati, & officio. *Roe. in recent. dec. 623. num. 2. part. 2 & dec. 390. nu. 2. vers. quod autem. par. 1. diu. & fuit dictum in Papien. Iurispatronatus 8. Martij 1613. coram R. P. D. meo Manzanedo*, probaturque de tempore motæ li- 2 tis, † vt merito sit manutenenda, *§. hodie. §. retinendæ, Instit. de Interdict. Bart. in l. 1. § quod ait prætor. num. 14. & 18. ff. vti possid. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 556. Straph. dec. 1106. nu. 1. & fuit sæpissimè dictum.*

Probatio resultat ex testibus *in summ. Archiepiscopi nu. 2.* & ex alijs datis in hac causa, *de quibus in decisionibus factis coram R. P. D. meo Pamphilio 4. Iulij 1612. & 29. Aprilis, & 21. Iunij 1613. inter recent. dec. 480. et 511. par. 1.*

Et confirmatur ex assistentia iuris ad fauorem 3 Archiepiscopi: *Oblationis* † namque verbum, licet largo sumpto vocabulo contineat quemlibet actum per quem aliquid alicui offertur, propriè tamen ad illud tantum referri videtur, quod ad cultum Dei Ecclesiæ, & Sacerdoti, tamquam medium inter Deũ & populum exhibetur, *cap. quia Sacerdotes. 13. cap.* 4 *Sanctorum 14. et c. seq. 10. q. 1.* Et † licet plures sint oblationũ species, *de quibus per Mar. Socin. in tract. de oblat. libell. 1.* de his tamen tractatur quæ in vlus 5 Ministrorum exponuntur, † & istæ sunt de iure Parochiali, *d. cap. quia Sacerdotes, et d. cap. Sanctorum 10. q. 1. & admonet lex. Regia Castellæ 6. tit. 19. par. 1. per tex. in cap. doctos. & cap. moderamine. 16. qu. 1.* 6 Ecclesia † enim Parochialis habet fundatam intẽtionem de iure communi super omnibus prouentibus intra Parochiam, *cap. Statuimus. cap. in Sacris. &. decimas. 16. q. 1. c. pastoralis. de his, quæ fiũt à Prælat. cap. ad audientiam. Eccles. ad fi. Abb. Barbos. & Imol. in d. cap. pastoral. §. Decian. cons. 16. lib. 2. num. 8. Ferres. cons. 143. num. 4. Gutierez. q. canon. lib. 2. cap. 21. numer. 139. Marc. Ant. var. resolut. 112. cas. 2. Troil. Malnet. de oblat. 4. dub. nu. 29. Marian. Socin. d. tract. libell. 18. num. 9. & 10. Rebuff. in tract. de decim. qu. 1. num. 29. Borgnin. dec. 17. num. 71. par. 2. Franc. Marc. dec. 385. num. 2. par. 2. Pedemont. dec. 89. num. 2 & fuit dictum in Beneuitana Spolij 2. Decembris 1587. coram Orano, & in Aquilana nullitatis erectionis coram R. P. D. meo Pironano 10. Decembris 1610. inter* 7 *recent. dec. 256. par. 1.* Adeo † vt procedat, etiam in

oblat.

oblationes fierent in Capellis, vbi erecta essent distincta beneficia; quia nihilominus Parochiali, & Parocho, non Cappellis, & Beneficiatis cederent, *Abb. d. c. Pastoralis. num. 2. Soccin. d. tract. & libell. num. 10. Fuscus, de visit. lib. 1. cap. 24. num. 12. Maluet. d. dub. 4. num. 29. & seq. Crassus dec. 16. num. 6. Rota dec. 156. par. 1. & dec. 368. num. 2. par. 2. recens. & in hac eadem causa inter recens. d. dec. 480.*

8 Quia † propter administrationem Sacramentorum sunt debitæ, *Host. in summ. tit. de Paroch. num. 3. vers. & hac Presbyt. Abb. in cap. ex transmissa n. num. 5. Roman. cons. 356. numer. 3. vers. Sed Ioannes de Deo. Anchar. num. 3. vers. circa hoc. Gemin. in §. insuper. nu. 9. vers. quid de Clerico Capellæ. Franc. ibidem numer. 4. vers. item illa. de Præb. in 6. & ideo, cum D. Archiepiscopus Hispalen. sit solus Parochus in sua*

9 *Diœc.* quod non controuertitur, † illi, & ab eo deputatis, est debita manutentio, quia isti dicuntur possidere non sibi, sed Archiepiscopo, *iuxta trad. per Vitallin. in Clem. vnic. num. 23. de offic. Vic. Lap. alleg. 3. num. 8. vers. secus in temporalibus.*

Prædictis accedunt pro adminiculo depositiones testium plus quam 150. ad fauorem Curatorum, contra singulos Beneficiatos factæ, & sententiæ ad fauorem Curatorum emanatæ, etiam ante litem motã

10 *summ. Archiepiscop. num. 3.* † quibus multum esse deferendum, *tradunt Doct. in cap. cum super de re Iud. & in l. sæpe ff. eod.*

Quam plurimæ licentiæ ab anno 1524. citrà datæ per Archiepiscopos pro tempore, quidem deputabant Curatos pro administratione Curæ, assignabant pro eorum salario obuentiones, emolumenta, & iura Parochialia, *summario Archiepiscopi num.*

11 *4.* † quorum nomine venire huiusmodi oblationes, *fuit firmatum in dicta decis. 480. numer. 1. par. 1. in recent.*

Nec non repartitio excusati, & subsidij ab anno 1567. citra *summario Archiep. nu. 5.* vbi inter redditus Curatorum ponuntur obuentiones, quibus in repartitione iniungitur onus soluendi subsidium, & excusatum pro istis fructibus, signum, quod illas per-

12 cipiunt, quia † collecta est onus fructuum, neq; collectatur, nisi qui illos percipit, *Mãtic. de tacit. lib. 11. tit. 18. num. 14. 15. 16.*

Datur etiam Prothocollum factum auctoritate ordinaria, de anno 1559. *summ. Archiep. num. 6.* in quo adnotatis omnibus redditibus singulorum beneficiorum Diœcesis pro Beneficiatis, non adnotatur nisi participatio tertiæ partis Decimarum ex

13 quibus infertur quod † si percepissent oblationes, illæ fuissent adnotatæ sicut decimæ, *l. cum Prætor. ff. de iudic. cum concord.*

Neque obstare dixerunt obiectiones, quæ contra supradicta adductæ fuerunt pro Beneficiatis.

14 Nam † quoad exceptiones personales, quæ dãtur septem ex 49. testibus pro D. Archiepiscopo examinatis, in iudicio manutentionis non admittitur, *Couar. pract. qq. c. 17. nu. 4. vers. 7. Pereg. de fidei. art. 46. nu. 34. Rot. diuers. dec. 28. nu. 4. & 9. par. 1.* & in proposito, neq; iustificantur in facto, & alij sufficerent pro manutentione.

Nec releuat, quod testes sint singulares, quia agi-

15 tur de probanda quasi possessione in genere, † quo casu sufficiunt, *Neuiz. cons. 8. num. 14. Menoch. de retinen. rem. vlt. num. 34. Seraph. dec. 1471. num. 1. Rot. in recent. d. dec. 511. num. 8. par. 1.* vltra quod de aliquibus locis deponunt plures testes contestes.

Minus obstat, quod testes non deponunt generaliter de omnibus locis Diœc. Hispalen. sed de aliquibus locis particularibus, quia cum causa, quam habet Archiepiscopus, proueniat ex assistentia iuris communis, vt supra firmatum est, in tota Ciuitate, & Diœcesi Hispalen. cuius solus Parochus est Ar-

16 chiepiscopus, † quasi possessio probata de locis particularibus extenditur ad omnes alios in eadem Diœcesi comprehensos, *Oldrad. cons. 267. num. 10. Aym. cons. 55. num. 1. vers. sed respondeo, & de antiq. temp. par. 4. sect. 1. nu. 57. & seq. cum alijs adduct. in dec. 17. nu. 2. par. 2. diu. & in recent. dec. 480. num. 2.*

17 Ea ratione, † quod magis attendi debet causa actus, quæ est vniuersalis, quam ipse actus, *Bald. in l. 1. num. 24. vers. in dic. de emancip. liber. Aym. cons. 75. num. 15.*

Nec subsistit, quod testes D. Archiepiscopi deponant de perceptione Curatorum, qui erant etiam seruitores, & Beneficiati, & sic oblationes perceperint vti Beneficiati, nõ vti Curati. Quia, vltra quod non omnes ita deponunt, imo aliqui dicunt, quod perceperunt vti Curati, cæteri cum non distinguãt,

18 an vti Curati, vel Beneficiati perceperint, † censentur, illas percepisse vti Curatus, & secundum iuris dispositionem, *Aym. cons. 284. nu. 6. Caput. decis. 226. num. 2. par. 2. & fuit dictum in Iuuenacen. præeminentiarum 22. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Caualerio, & in sæpius alleg. decis. 480. part.*

19 *1. recens. numer. 3.* talis † enim præsumitur possessio, qualis est titulus qui præcedit, *l. quædam mulier, & ibi Bald. ff. de rei vind. Mantic. dec. 3. num. 6.*

Neque obstant constitutiones Synodales adductæ pro Beneficiatis, ad probandũ titulum ex iure spe-

20 cialis † qui magis attendi debet, quam assistentia iuris communis pro D. Archiepiscopo, & Curatis, *ad trad. per Aym. cons. 238. num. 7.* maximè cum sine intitulati in Ecclesijs *ex Caput. dec. 306. par. 3. Seraph. dec. 908. num. 3. & [illegible] & alijs adductis in Ciuitaten. Decimarum 26. Martij 1618. coram R. P. D. meo Verospio,* quia in eisdem decisionibus, & signanter coram Seraphino *sub num. 8.* firmatur assistentia iuris ad fauorem Curatorum, & Beneficiatis resistere, vt fuit etiam ex superius allegatis compro-

21 batum, & iura prædicta † procedunt, quando titulares interueniunt Curæ, & administrant Sacramenta, quæ seruitia Beneficiati prætendunt nõ debere præstare.

Possessionem autem Beneficiatorũ Domini existimarunt non esse sufficiẽter probatam, singula pro eorum parte adducta ponderando.

Nam Constitutiones Synodales editæ de anno 1555. *summ. Benefic. num. 5.* sunt satis dubiæ, & æquiuocæ, non locuntur de oblationibus debitis ratione administrationis Sacramentorum, & exercitij Curiæ, & verba de clericis Parochialibus potiùs intel-

22 ligenda sunt de Curatis, † quibus Parochiæ cura imminet, *Rota in recent. d. dec. 511. num. 7.*

Alia Constitutio de anno 1572. *d. summ. num. 5.* disponit de quantitate pecuniarum, quam habere debent Clerici Parochiales pro velatione spõsaliorum, quæ fiunt in Ecclesijs, & super eodem disposuit aliæ de anno 1586. 1604. Quæ propterea, vel locuntur de Curatis *d. decis. 511. num. 7.* vel saltem

23 sunt æquiuocæ, † & propterea deseruire minime possunt pro Beneficiatis, *l. neque natales. 10. C. de prob. cum concord.* & duæ vltimæ de anno 1586. & 1604. sunt editæ lite pendente, quæ fuit cœpta de anno 1572. *vt firmatur sub die 21. Iunij 1615. corã R. P. D. meo Pamphilio,* & probatur *ex summ. aliorũ Archiepiscopi num. 1.* ex quo in verisimile est, quod Archiepiscopus, qui litem prosequebatur per Constitutiones Synodales contra se terminasset, vt aduertit *Rot. in d. dec. 511. num. 3.* & propterea sunt intelligendæ de Curatis.

Nec testes examinati in partibus in prima instãtia pro beneficiatis de anno 1574. *summ. Benefic. nu. 7. suffragantur.*

Primus enim dicit, quod in Ecclesia S. Isidori Hispalen. vbi ipse residet, non vidit diuidere distributiones inter Parochos simplices, neque ad eos

 per-

pertinere oblationes, & rationem reddit, quia non erat in d. Ecclesia Rector simplex, & sunt formalia verba testis. Et cum non esset Parochus Simplex in d. Ecclesia S. Isidori, iste testis non faciebat distributionem dictarum obuentionum Parocho Simplici, idemq; in alijs Ecclesijs obseruatum testatur, quę testis verba ita sunt clara, vt intentionem D. Ar-24 chiepiscopi, & Curatorum probent † ex dictione, *& cum*, quæ est causarius ibi: & cum non esset Parochus, non faciebat distributionem, *l. si ita. ff. de cond. & demonstr. l. Aquilius. de dol. l. fideiussorem. de fideiuss. Bart. in l. demonstratio. §. quod autem. in 3. col. ff. de cond. & demonstr. Dec. cons. 282. numer. 11. Rot. dec. 300. num. 16. in fin. par. 1. in recent.* In Iure enim 25 † argumentum a contrario sensu, quod venit ex mente legis, est validissimum, *l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iur. qui testamento. la secundu §. mulier. de testam. cap. cum virum. de regul. Bart. in repet. l. omnes populi de iust. & iur. Anchar. cons. 213. quod incip. pro istu parte instituto. Bart. in cap. nullus 26 de for. compet.* idemq; † seruari in dicto testium, *Euerardus in loco a contrario sensu*, licet non ex inde deducatur falsitas ad puniendum testem, *num. 39. ex tex. in cap. quod dicitur. de verb. sig. vbi Ant. de Butr. & Panormit.*

Secundus testis neque de tempore, neque coarctando negatiuam, & sine copula, & depositque tantum de Ecclesijs Ciuitatis, ad Ecclesias Diœcesis 27 extendi non potest, cum † limitata causa producat limitatum effectum, *l. manumissiones. de iust. & iur. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. Neuiz. cons. 52. num. 34. Surd. cons. 195. num. 8.* affirmatiuè verò dicit deberi Rectoribus simplicibus obuentiones, quæ ratione administrationis dantur Vnimbellæ, Capucij, & aræ, licet non ex antiqua consuetudine, & in hac esse quasi possessione.

28 Tertius nec probat, † quia eius depositio est vaga nimis, & non coarctat negatiuam de tempore, & loco, *Abb. in cap. licet causam. num. 25. vers. item intellige. Gabr. de testib. concl. 4. numer. 3. in princ. lib. 1. Farin. de oppos. contr. dict. test. qu. 65. num. 221.* & non 29 deponit per copulam, & † est singularis, ad tex. in *cap. causam, & ibi glos. in verb. singulares. extra de prob. cap. bonæ. il primo §. contra verò. de elect. cū alijs per Farinac. vbi supra q. 64. num. 33.* & non concludit, quia de Ecclesijs particularibus nullam ex ipsis exprimit, neq; ad omnes Ecclesias eius depositio 30 referri potest, quia † indefinita in testibus non æquipollent vniuersalibus, *Gabr. de testibus. concl. 4. num. 17. Seraph. dec. 893. nu. 22. Mantic. dec. 95. num. 2.*

Et cum nō deponat, quod aderat Rector simplex 31 præsens distributionibus, † cuius præsentia, & tolerantia necessaria videtur, prout etiam Archiepiscopi, vt illis præiudicetur, alíumq; probare Beneficiati teneantur, *Felyn. cap. cum in iure peritus. nu. 8. & 10. de offic. d. leg. Vant. de nullit. tit. quib. mod. fent. null. reper. num. 45. cum seq. Mascard. de Prob. concl. 493. num. 3.* potius concordanda erit eius depositio cum primo teste deponēte, quod Beneficiati perceperunt, quia non aderat Rector simplex, nam si ad fuisset à contrario sensu percepisset.

Alij testes pro parte Archiepiscopi examinati de anno 1586. *summ. Benef. nu. 8.* minus releuant &c.

Primus, qui est septimus iuxta 49. non percutit, nec specificat tempus litis, vel ante, & dicit, quod vidit inter Curatos, & Beneficiatos distribui obuentiones, præterquam, quando Ferdinandus del Toro, qui fuerat Seruitor, & Curatus in Ecclesia oppidi del Pedroso, remansit Simplex Seruitor, & distribuebat obuentiones cum Beneficiatis, Curatus vero percipiebat Vnimbellam, & Candelam, & prædictus Ferdinandus remansit simplex Seruitor per quinquennium, ante examen huius testis, vt in *summ. respons. D. Archiep. num. 1.* & sic percutit tempus 1580. vel

32 1585. de quo tempore lis pendebat, † & ita non venit attendendus, *c. 1. vt lit. pend. in 6. Lacell. de attent. lit. pend. per tot. & lim. 2. num. 58.*

Vigesimus primus ad 38 Interrogatoriorum deponit, quod Curati percipiebant Vnimbellam, & Candelam, & Eleemosynas sibi oblatas, reliquas vero obuentiones percipiebant Beneficiati, sed non coarctat, quod non perceperunt plusquam Candelā, & Vnimbellam. Et super 2. deponit, quod Curati receperunt obuentionēs pro administratione Sacramentorum de toto tempore vitæ suæ, *vt in d. summ. resp. Archiep. num. 2.*

Trigesimus septimus, qui est tertius iuxta 49. deponit de Ecclesia de S. Lucar. quod simplex Curatus non percipit aliquid de obuentionibus, sed diuiduntur inter Beneficiatos, & Seruitores; & quod ipse vna cum sex Curatis, qui pariter inseruiebant, diuisit cum prædictis Beneficiatis, & videtur deponere de spatio 44. annorum, sed sine copula, &, & nihilominus ad 36. Interrogatoriorum in *summ. resp. num. 3.* dicit, quod Curati, qui fuerunt, & quos cognouit in dictis Beneficijs administrauerint Sacramenta, celebrauerunt Missas, & alia diuina officia, & non intelligit, quod sit diuersum vnum ab alio, & fuit Seruitor, & Curatus, & proinde supradicta eius depositio est intelligenda, quod seruitores diuiserint obuentiones cum Beneficiatis, quia erāt etiam Cu-33 rati, † & sic secundum iuris dispositionem, *Aym. cons. 284. num. 6. & fuit dictum in alleg. Iuuenacen. Præeminentiarum coram R. P. D. meo Caualerio.*

Quartus, qui est 48. iuxta 38. dicit, scire, quod ad Curatum pertinent Vnimbella, & Candela, & Cera benedictionum nuptialium; & quod Curati non se intromittunt in alijs obuentionibus, & ita obseruatur post manutentionem; de his vero, quę ante fiebant, notitiam non habet, dum dicit post manutentionem, non percutit tempus ante litem motam, & super 2. deponit de oblationibus perceptis à Curatis absq; contradictione, occasione sponsalium, & de Eleemosynis de auditu *summ. resp. num. 4.*

Neq. testes examinati in causa, quam habuit Archiepiscopus cum Com. de Oliuare, quos facere magnam præsumptionem fuit dictum 17. Iunij 1616. & 3. Iunij 1619. hodie releuare dixerunt, tū quia eorum depositiones non sunt integræ *d. summ. num. 9.* & fuerunt repertæ penes Capellanum maiorem Comitis Oliuares *in proc. Compul. fol. 86.* Tum etiam quia aliqui deponunt percipi a Beneficiatis, aliqui quod percipiuntur à seruitoribus Beneficiatorum, qui Beneficiati quandiu seruiebant suis Beneficijs, erant etiam Curati, prout seruitores eorum *summ. num. 10.* Et sic perceptio præsumitur prout de iure ratione administrationis Sacramentorum. Tū demum, quia præsumptio, quæ oritur ex dictis testibus, est vel superata, vel saltim conquassata, & elisa, ex testibus pro Comite examinatis, ad cuius fauorem fuit & lata sententia *summ. num. 11.* ex alijs testibus numero plus, quam 150. inter singulos Beneficiatos, & Curatos examinatis, & ex sententijs in eisdem causis ad fauorem Creatorum promulga-34 tis *summ. num. 3.* † quibus est multum deferendum, *Doct. in l. sæpe. ff. de re iud.* quia colligitur, quod quoties euenit casus, fuit iudicatum pro illa opinione. 35 Ideo † sententia probat id, super quo fuit pronunciatum, prout per sententiam iuris decimādi tenuit *Rota Mediolanen. decimarum de Varisio. Lunæ 30. Martij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano inter recēt. 36 dec. 673. num. 1. par. 2.* & † maior est præsumptio, quæ ex maiori numero testium, & sententijs oritur, *cap. in nostra. 32. de testibus l. licet causam 9. vers. ex præmissis. de prob. l. ob carmen. 21. §. si testes. vbi gl. verb. Impari. ff. de testib. Rot. in recent. dec. 536. num. 37 1. par. 2.* maximè † quando pro eorum depositione stat iuris assistentia, *Felyn. in cap. Auditis nu. 23. de præscript.*

præscript. Gabr. de testib. concl. 4. num. 23. & 29. & fuit dictum in hac eadem causa in alleg. dec. 511. par. 1. num 7. & in dec. 536. nu. 2. par. 2.

Minus suffragantur testes examinati pro executione Breuis Gregorij XIII. de quibus *summ. Benef. num. 5.*

38 Quia sunt examinati † extraiudicialiter, lite pēdente, & deponunt de tempore examinis, nempe de anno 1584. de quo tempore lis pendebat, non sunt formiter extracti, & sunt copia copiæ.

Nec tandem releuare visum fuit, Testium depositiones vigore remissorialium à Rota habitarum, Quia nouem primi examinis sunt nulliter examinati, *vt firmauit Rota in hac causa sub 16. Ianuarij* 39 1618. & ideo † non probant, *Cresc. dec. 2. de testib. Rot. in recēt. dec. 413. nu. 3. par. 2.* Eo magis quod viui nō sunt repetiti, iuxta ordinem Rotæ, & interpellationem pro parte D. Archiepiscopi factam, *summ. num. 7.* & de mortuis ratio, quæ habenda esset, fuit arbitrio DD. reseruata, qui ex infrascriptis arbitrati sunt, non esse fidem aliquam adhibendam.

Primus in *summ. num. 10.* super.... Quoad obuentiones deponit de visu ad fauorem Curatorum, & 40 de auditu ad fauorem Beneficiatorum; Ideo † ad Beneficiatorum fauorem non probat, maxime in actu de recent, *cap. licet ex quadam. de testib. Natt. conf. 170. num. 1. Farinac. de testib. q. 69. nu. 1. Caput. dec. 268. par. 3.* & deponit indefinite de Ecclesijs Ciuitatis, vt non possit inferri ad omnes Ecclesias Ciuitatis, & Diœc. Hispalen. quia indefinita in testibus non æquipollent Vniuersalibus, *Abb. post Innoc. in c. auditis. de præscript. Alex. cons. 110. lib. 1. Dec. in l. contractus. de reg. iur. num. 25. vers. & ideo, Gabr. de testib. concl. 4. num. 71. Mantic. dec. 95. num. 2. Rot. diu. decis. 17. num. 5. par. 1. Seraph. decis. 893. num. 12.*

Secundus super 4. deponit à 40. annis, & cum fuerit examinatus de anno 1613. non percutit, nisi 41 tempus 1573. quo tempore lis erat cœpta, † & sic non probat, *c. licet ex quadam, ibi, ante litē motam, vbi Abb. num. 3. de testib. Corn. cons. 62. num. 13. lib. 1. Capus. dec. 9. par. 2.* deponit de sola Ecclesia S. Iacobi Ciuitatis Hispalen. & repetitus in Iudicio criminali redarguit de falso scripturam Notarij remissorialis, asserēdo non deposuisse, prout fuit scriptum *summ. Archiep. num. 8.* & nulla alia facta de-42 claratione, mortuus est, ita vt † secundæ depositioni potius standum sit, *Menoch. de arbitr. cas. 108. nu. 21. & 27.* vel saltim ex secundo dicto debilitatur primum, *Farin. cum ibi alleg. de opp. contr. test. q. 66. num. 164. & 226.* Aut neutri dicto standum est, *Aym. cons. 13. num. 3. & cons. 74. num. 3. Gabr. tit. de* 43 *malefic. concl. 29. num. 1.* eo magis, quia † erat pauper mendicus, obiit in hospitali pauperum, *summ. Archiep. num. 8. Gabr. de testib. conc. 43. Mascard. de probat. concl. 1256. num. 36.*

Tertius, qui est 6. super 4. & 5. de oblationibus, quæ offeruntur in Baptismis, & Sponsalitijs, non deponit nisi de duabus Parochijs Sanctæ Magdalenæ, & S. Ioannis, & dicit circa iura, quæ dantur pro Sponsalitiis, quod ignorat quis perceperit, & nihilominus dicit, quod oblationes, quæ afferuntur in Sponsalitijs, percipiuntur à Beneficiatis, & videtur 44 propterea inuolui, & contrariari, † Est vnicus, & singularis, ex tribus mortuis, cum nō habeat contestem ante litem motam, *cap. licet vniuersis. de testib. c. admonere. 33. q. 2. l. iurisiurandi C. de testib.* & restringitur explicite ad solas oblationes Baptismorū 45 in dictis duabus Ecclesijs, vltra quod † nullitas Examinis non suppletur per mortem, nec plus creditur voci mortuæ, quam viuæ, *Imol. in l. nuda. 14. ff. de donat. Rot. diu. dec. 781. num. 13. par. 1. Aret. cons. 63. num. 1. vers. verum autem Natt. cons. 394. num. 24. Hond. cons. 101. nu. 12. lib. 1. Faria. de testib. q. 72. n.* 153. Concurrentibus precipuè nullitatibus consideratis *in dec. facta coram R. P. D. meo Pamphilio 16.* 46 *Ianuarij* 1618. quia † nec adminiculum facere, *tradunt. Marsil. Sing. 385. Rol. cons. 3. num. 48. & seq. lib. 3. Socc. cons. 118. num. 3. lib. 1. Grat. cons. 58. num. 41. lib. 2. Menoch. de arbitr. casu 99. num. 7.*

Alij testes 2. Examinis in vim remissorialium fuerunt pariter declarati nulli, & suspecti de falso, *vt in hac causa Rota resoluit 13. Martij, & 9. Decembris 1625.* ita quod pro sanctione nullitatum DD. 47 neq; arbitrium ampliari voluerunt, † & propterea nullum faciunt indicium, *Cresc. dec. 2. de testib. Caput. dec. 208. num. 8. par. 1.* & licet considerationi Dominorum fuerit reseruatum quanta fides adhibenda esset, attamen in proposito non releuare placuit ex supradictis.

Confessiones Archiepiscoporum vna fuit deducta ex narratiua Breuis Gregorii XIII. à bon. mem. Card. de Castr. tunc Archiepiscopo obtenti de ann. 48 1584. *in summ. Benefic. sub. num. 1.* quam † confessionem iunctis adminiculis præiudicare etiam successori, *dixit Rota 17. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pamphilio,* sed nec suffragari ad effectum præsentis 49 disputationis, dixerunt Domini, † quia non percutit tempus litis motæ, & potest verificari in perceptione de facto, *dec. 511. par. 1. in recent.* & facta ad vnum finem non debet trahi ad alium, *Sard. cons. 311. num. 67. & cons. 351. num. 62. cons. 425. num. 21. lib. 3. Rota in Romana, seu Anagnina Cambiorū Lunæ 11. Decembris 1606. coram R. P. D. meo Decano,* & tandem quia fuit impugnata per Beneficiatos sub Sixto V. à quo obtinuerūt commissionem obreptionis directam Cardinali Blanchetto Rotæ Auditori, *vt in sum. resp. Archiep. n. 5.* & propterea illa iuuari non possunt, *Surd. dec. 196. num. 2. Rot. in recent. d. dec. 511. num. 5.*

Alia cōfessio deducta ex articulis datis pro verificatione dicti Breuis, & eius effectuatione nec suf-50 fragatur, quia † articulans non fatetur, *Abb. in cap. cum Venerabilis. in fi. de except. Alex. cons. 70. lib. 2. col. pen. vers. præterea, Io. Andr. in cap. fi. de iureiur. lib. 6. Ant. de Butr. & Doct. in cap. fin. de Confess.* & pariter easdem exceptiones, quæ militant in Breui prædicto.

Nec obstat confessio adducta ex positionibus, & articulis datis in causa Com. Oliuares, *in summ. Benefic. num. 12.* quia sunt præsentati per Procuratorem, 51 † qui sine speciali mandato præiudicare non poterat, *Rot. Maceraten. decis. 139. Mohed. dec. 15.* 52 *de rest. spol.* † sunt ad alium finem, & inter alios, *Alciat. in l. 1. § si quis ita. ad fin. in 2. lect. num. 4. ff. de verb. oblig. & fuit dictum in allegata Romana, seu Anagnina Cambiorum,* & non videntur positiones, sed articuli directi testibus, & per modum Interrogatoriorum *ibi:* An sciat, & Beneficiatos percipere &c. ex quibus propterea nihil affirmari potest, quia 53 † articulans non fatetur *ex supra alleg.*

Adminicula neq; releuant, quia solutiones subsidii, & excusati *summ. Benefic. num. 16.* sunt de anno 1615 & 1616. lite pendente.

Literæ missiuæ aliquorum Curatorum sunt scriptæ de anno 1612. nec sunt recognitæ; & sunt scri-54 ptæ priuatæ, † quæ fidem non faciunt, precipuè nō recognitæ, *c. 2. & ibi gl. & Doct. verb. Authentica. de fid. instr. Rot. in recent. dec. 158. nu. 7. par. 2.*

55 Ex quibus omnibus fuit conclusum, † quod istæ singulæ probationes omnes imperfectæ non possūt recipere adminiculum, *vt fuit dictum in Lucana Canonicatus 2. Decembris 1620. & 22. Martij 1621. coram R. P. D. meo Remboldo, & in eadem sub die 19. Nouembris 1621. coram R. P. D. meo Buratto,* eo ma-56 gis, † quod stante iuris assistentia ad fauorem Curatorum Beneficiati indigent plena probatione, *Capic. deci. 209. n. 5. Menoch. de retinend. remed. 4. nu.*

589. Capat aq. dec. 296. num. 4. par. 1. Gabr. de testib. 57 concl. 4. nu. 23. & 34. & seqq. & † in concursu possessio Curatorum titulata præferenda est, cap. licet causam, & ibi Felin. nu. 9. vers. quarta causa. de probation. Alex. cons. 88. nu. 9. lib. 5. Verall. dec. 336. par. 2. & in recent. dec. 480. num. 5. par. 1.

Vbaldo Seniore

Anconitana Terrarum

Veneris 20. Maii 1622.

S V M M A R I A.

1. *Testes ritè examinati in iudicio criminali probant in iudicio manutentionis super eadem re, & inter easdem personas.*
2. *Testes examinati pro Curiæ informatione parte non citata non probant, nec in iudicio criminali, nec in ciuili.*
3. *Testes sine citatione examinati possunt de consensu partis facere probationem.*
4. *Declaratio Procuratoris non potuit principali præiudicare quoad remissionem exceptionis peremptoriæ.*
5. *Declaratio de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis cum reseruatione, saluo iure repetendi, excipiendi, & opponendi tam contra dicta, quam contra personas testium, facit constare declarantem noluisse habere testes pro ritè examinatis quoad deffectum citationis.*
6. *Instrumentalis possessio sufficit pro manutentione, si alium tunc in possessione fuisse, non doceatur.*
7. *Possessio anterioris possessoris dicitur amissa per mandatum Iudicis executum ad alterius instantiam.*
8. *Tutor an possit vendere bona pupilli habita fide de precio.*
9. *Venditio cum conditione de æstimando an huiusmodi conditione pendente transferat possessionem validam, & excludat alium anteriorem.*
10. *Possidens in vim subhastationis, & deliberationis est manutenendus.*
11. *Conditio non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæsitum.*

Decisio CLXVII.

IN hoc iudicio contenditur, cui dandum mandatum de manutenendo iuxta formam rescripti signaturæ, & quidem pro parte Horatij Fateoli asseritur, eum accepisse possessionem terrarum, de quibus agitur, vigore assertæ emptionis à Diana filia, & herede Francisci Bighi, & eius nomine à Francisca Matre, & tutrice Dianæ vsq; de anno 1614. de Mense Iunij, & possessio deducebatur, ex quo in dd. terris eodem anno Horatius seminari curauit frumentum, & suo tempore meti, & colligi, vt bene in dicto deponunt testes in eius summario dati qui, 1 † si essent ritè examinati, licet fuerint examinati in iudicio criminali, probarent in isto ciuili, cum agatur super eadem re, & inter easdem partes, *Bart. in l. 2. §. hoc edicto. sub num. 5. ff. de vi bon. rapt. & idem Bart. in l. cum lite. num. 5. ff. Iud. solu. Felyn. in c. causam quæ. num. 3. & 4. de testibus. Mathesil. sing. 191. Anchar. cons. 146. num. 7. in fin. vers. præterea. Ruin. cons. 4. num. 5. lib. 4. Paris. cons. 87. nu. 55. & seqq. lib. 3. Ias. in l. 2. num. 22. & ibi Cagnol. de magis com. nu. 127. C. de eden. fuit dictum in Pampilonen. decimarum 9. Iunij 1617. coram me.*

Sed in hoc casu difficultas est, quia testes fuerunt examinati pro informatione Curiæ, & sic parte nõ 2 citata, vnde † nec in Iudicio criminali, neque ciuili probant ex *adductis per Gabr. de cit. concl. 1. in prin. Hondell. cons. 101. num. 5. lib. 1. cum alijs per Farinac. de testib. q. 72. num. 1. & num. 37. Capataq. dec. 207. num. 9. par. 2. Card. Mantic. dec. 105. num. 1. & dec. 338. num. 3.*

Neque obstat, quod Procurator Alexandri declarauerit in actis, assertos testes pro parte Curiæ examinatos habere pro ritè, & rectè examinatis, & 3 † de consensu partis testes possunt probare etiam sine citatione, *vt per Farinac. d. q. 72. num. 74.*

Quia non constat, principalem fuisse præsentem, 4 & † declaratio Procuratoris non potuit ei præiudicare quoad remissionem peremptoriæ exceptionis, *Hondel. cons. 66. num. 83. lib. 1.* qualis videtur ista opponendi de nullitate examinis *gl. in c. 1. in verb. per sententiam. circa med. vers. sed hæc. extra de except.* & cessat difficultas ex reseruatione ab eodem Procuratore facta *ibi* saluo Iure repetendi, excipiendi & opponendi tã contra dicta, quã contra personas 5 testium, † ex qua apparet, noluisse habere testes pro ritè examinatis, quoad defectum citationis, cum alias superflua fuisset reseruatio repetẽdi dd. testes, *l. si quando. ff. de leg. 1. cum vulg.* cessante igitur probatione anterioris possessionis Horatij, remanet satis probata possessio Alexandri, qui præuia subhastatione dd. terrarum ad instantiam creditorum Francisci Bighi, obtinuit sibi deliberari tamquam plus offerenti, & earum possessionem realem, & actualẽ accepit sub die 30. Decembris 1614. per Procuratorem ad hoc specialiter constitutũ, *vt in sum. Alex.* 6 *num. 1. & seqq. vsq; ad quartum,* quæ † possessio Instrumentalis sufficit ad manutentionem obtinendã, cum Horatius non doceat, se tunc temporis fuisse in possessione, *ex supradictis ad l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. Rot. dec. 516. num. 1. & 632. num. 1. par. 2. in recent. & fuit sæpissimè decisum,* & possessio, quę fuerat 7 penes Dianam Francisci hæredem, iam † erat amissa per mandatum Iudicis executum super dd. terris ad Instantiam creditorum hereditatis Francisci, *ad l. iusti. possidet. ff. de vsucap.*

Neque obstat præcedens venditio facta à tutrice ipsi Horatio.

Quia, quidquid esset dicendum, an dicta venditio subsistat tamquam facta à tutrice non legitima, contra cuius tutelam multa opponebantur, & † tamquã 8 facta habita fide de precio, de qua Domini dubitabant, An esset permissa tutori *ex adductis in Terracinen. administrationis tutelæ 29. Februarij 1608. coram R. P. D. meo Caualerio, quæ est decis. 38. apud Modern. de Commiss. par. 3. fol. 93.* Certum est, quod dicta venditio fuit facta pro precio æstimando à 9 peritis hinc inde eligendis, vnde † pendente ista conditione æstimationis faciendę, vnus ex Dominis existimabat, non potuisse validè in Horatium trans-10 ferri possessionem terrarum venditarum, & † interim illa, quę fuit capta ab Alexandro vigore subhastationis, & deliberationis Mẽse Decembris 1614. est sine dubio manutenibilis ex supradictis.

Nec releuat, quod de Mense Nouembris seq. ann. 1615. secuta fuerit æstimatio, & venditio redacta in publicum Instrumentum, *vt in summario Alexãdri num. 7.* quia eius possessio vigore dictæ deliberationis est anterior, & capta de tempore, quo præcedens venditio tamquam cõditionalis non habue-11 rat effectũ, & † conditio non retrotrahitur in prę-iudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæsitũ, *l. qui balneum. §. potior. ff. qui pot. in pign. hab. cũ aliis per Surd. cons. 325. & 382. num. 79. lib. 3.*

Et ita fuit decisum &c.

Vbaldo

Vbaldo seniore

Romana Domus de Nocchiellis

Luna 27. Iunii 1622.

S V M M A R I A.

1 *Possessori de tempore litis motæ manutentio negari non potest.*
2 *Possessio in hæredem in vim Statuti continuata est manutenibilis, & quid si statutũ requirat aditionem, seu immissionem.*
3 *Possessio capta, alio possidente, vti posterior est clandestina, & turbatiua, illo præsertim non citato.*
4 *Statutum continuans possessionem in hæredem locum non habet in iure personali, vt in emphyteusi.*
5 *Fœminæ regulariter capaces sunt emphyteusis.*
6 *Fœminæ an comprahendantur in inuestitura facta ad vitam inuestiti, & suorum filiorum, & nepotum legitimorum, & naturalium per directam lineam descendentium.*
7 *Dominus directus vbi caducitas, seu deuolutio est turbida, non potest possessionem capere non citatis possessoribus, sed sunt possessores interim manutenendi.*
8 *Emphyteusi finita datur domino ciuiliter possidenti manutentio pro recuperatione naturalis existentis penes hæredes vltimi inuestiti.*
9 *Lim. secus, si sit dubium, an sit finita, quia tunc datur manutentio hæredi, si iam ceperit possessionem.*
10 *Manutentio potest peti in quacunq; parte iudicij, & petitoriũ, cuius disputationi antea consensum fuerit, suspendi.*
11 *Locatio facta lite pendente est attentata, & non attendenda.*
12 *Petens reintegrari, & manuteneri non dicitur habere se pro spoliato, sed petere reintegrationem respectu naturalis, & manutẽtionem respectu ciuilis.*
13 *Descendentia an sit probanda ad effectum possessorij in vim Statuti continuantis possessionem, vel sufficiat probare possessionem defuncti, & aditionem hæredis.*
14 *Institutio facta de aliquo vti filio valdè facit ad filiationem probandam.*

Decisio CLXVIII.

HÆC domus fuit locata à Custodibus Venerabilis Archiconfraternitatis Confalonis de Vrbe vsque de anno 1531. Magdalenæ ad vitam ipsius, & suorum filiorum, & nepotũ legitimorum, & naturalium per directam lineam descendentium masculorum tantum.

Mortua Magdalena, & successiuè Roccho eius filio relictis Anna, & sororibus filiabus, & introducta causa contra Confraternitatem, cuius Ministri possessionem domus tamquam deuolutæ per mortem Rocchi acceperunt.

Fuit dubitatum, An dd. Sororibus esset dandum mandatum de manutenendo, vel de reintegrando ad possessionem d. domus.

Et post varias propositiones Domini asseruerũt, iis esse dandum mandatum de manutenendo.

Quia in primis de possessione sororum de tempore motæ litis constat ex testibus de nouo examinatis, qui deponunt de aditione hereditatis paternæ per dd. sorores factã, & de exactione pensionum à conductoribus, vt dicit primus testis super secundo articulo, & secundus super tertio, de requisitione facta pro pensionibus, dummodò reaptaretur granarium in dicta domo, & mulieres consenserunt, refici granarium ab inquilino, & excomputare pẽsiones cum dicta impensa, & reddunt bonam rationem scientiæ, quia viderunt, & fuerunt præsentes: 1 vnde sequitur, † vt possessori tempore litis motæ non possit denegari manutentio, §. *hodie. Instit. de Interd.*

Præterea hic adest statutum Vrbis *cap. 147. lib. 1.* de continuanda possessione in suum hæredem, vnde, cum obierit Rocchus, relictis istis feminis suis filiabus legitimis, & naturalibus, vt probant testes nunc, & aliàs dati, vtique ex ea dicto statuto 2 non potest denegari manutentio, † cum talis possessio vigore dicti statuti sit manutenibilis, *Gabr de acq. poss. concl. 7. num. 3. & 6. Hond. cons. 18. num. 19. 21. & 30. lib. 2. alter Gabr. cons. 26. nu. 12. lib. 1. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 59. Tiraq. in tract. le mort. saiss. le vif. 5. par. decl. 7. & in terminis statuti Vrbis fuit dictum in Romana hæreditatis 31. Maij 1613. coram me, & cauetur in ipso statuto, vt fuit consideratum insigne bonorum 22. Iunij 2615. coram bo: mem: Andrea,* & siue statutum requirat aditionẽ, seu immissionem, *vt in illa Romana de Facchis corã R. P. D. meo Pironano,* siue non, sed statutum statim operatur effectum suum transferendi, & continuandi possessionem in suum hæredem, *vt inclinauit Rot. in d. Romana hæreditatis coram D. Andrea,* hic cessat difficultas ex dd. testibus nouiter examinatis, qui probant, filios Rocchi statim se immiscuisse eius hæreditati.

Et ideo nõ obstat possessio postea capta per Cõ- 3 fraternitatem, quia, † cum non esset vacua, sed reperiretur penes istas mulieres, illa tamquam posterior non attenditur, sed præsumitur clandestina, & turbatiua, præsertim iis non citatis, prout requirebatur, *cap. licet Episcopus. vbi DD. de præben. in sexto l. fin. C si per vim Cassad. dec. 1. nu. 70. de rest. spoliat. Rot. dec. 106. num. 2. par. 1. & in Pampilonen. beneficij 6 Februarij 1613. coram me.*

4 Non obstat, † quod dictum statutum nõ habet locum in iure personali, quale est istud emphyteuticum, *l. hæres in omnes. vbi gl. ff. de acq. hæred. Cumã. cons. 175. in fin. Rub. Alex. cons. 121. num. 2. Ias. cons. 152. in princ. lib. 4. Gabr. de acq. poss. concl. vlt. nu. 13. & fuit resolutum in causa Mediolanen. Bonorum 10. Aprilis 1591. coram bo. me. Cardinale Pamphilio, & in causa Mediolanen. bonorum 18. Martij 1598. corã Illustriss. Card. Mellino, & in Romana Vineæ 13. Martij 1606. coram bo. me. Penia, & in Romana de Lucatellis 30. Octobris 1609. coram R. P. D. meo nunc Decano, quæ est dec. 263. num. 2. par. 2. recent.* & proinde possessionem, quæ erat in Roccho vti masculo comprehenso in inuestitura, non fuisse translatam in eius filias virtute statuti tamquam feminas, & sic non capaces dictæ inuestituræ.

5 Quia † negabatur, feminas non esse capaces, *Glar. in 8. Emphyteusis. q. 32. num. 1. & 2. Surd. dec. 95. num. 14.* & in casu nostro concessio cantat ad fauorẽ Magdalenæ, & suorũ filiorum, & nepotum, vnde cum istæ sorores sint neptes ex Rocchi filio, sequitur, quod duret concessio; nec videtur obstare, quod videatur facta concessio pro nepotibus masculis, tum quia non est verum, sed facta est ad vitã Magdalenæ, & suorum filiorum, & nepotum legitimorum, & naturalium per directam lineam descen-6 tium tantum, & sic † non est ita clarum, quod feminæ descendentes ex masculis, prout in casu nostro, non sint comprehensæ, *vt constat ex traditis per Peregr. de fideicomm. art. 26. numer. 23. & seqq. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 14. num. 27.* immo quando dictum est de descendentibus per virilem sexum, quod femina comprehendatur, dummodo descendat à masculo, tenet *idem Peregr. d. art. 26. n.*

23. *& numer. 25. & infra post Alex. cons. 43. num. 6. lib. 3 quod est repetitum cons. 13 lib 6.* concludit distinguendo, quod, aut agitur de filia recipientis, & hæc non sit de descendentibus per lineam masculinam, quia est principium, & caput lineæ femininæ, aut agitur filia nata ex filio recipientis, vt hic, & hæc dicatur de descendentibus per lineam masculinam, quam distinctionem à pluribus approbatã sequitur *Peregr. vbi supra num 29.* & tanto magis, cũ hic primus acquirens fuerit femina, vnde magis conijcitur, contrahentes respexisse etiam ad feminas descendentes ex masculis, *Rol. cons. 76. num. 6. lib. 3. Benint. dec. 52. num. 1. vers. contrarium tamen. Viac. de Franc. dec. 30. sub num. 1. Mantic. d. tit. 14. num. 25.*

7 & † saltem negari non potest, quin caducitas, & deuolutio ob mortem Rocchi esset turbida ex prædictis, & sic non potuerit confraternitas capere possessionem non citatis istis sororibus in possessione existentibus, & quod interim eis sit danda manutentio, *vt in similibus terminis fuit resolutum in Ariminea. deuolutionis bonorum 27. Iunij 1608. coram Illustriss. Sacrato.*

8 Nec facit, † quod finita emphyteusi, detur manutentio Domino directo possessionis ciuilis ad effectum recuperandi naturalem existentem penes hæredes vltimo loco inuestit, *Bero. cons. 102. num. 43. & seqq. lib. 1. Hond. cons. 21. numer. 19. lib. 2. fuit dictum in Mantuana bonorũ 14. May 1612. corã me.*

Quia hic negatur, fuisse emphyteusim finitam, vel

9 saltem non est ita clarum, vt dictum est, † quo casu hæredi vltimi grauati datur manutentio, si possessionem cæpit, *vt in dicta Ariminea. bonorum 27. Iunij 1608. & in eadem causa 16. Februarij 1609. corã Illustriss. Sacrato, Cora. cons. 193. num. 3. lib. 3. Gabr. cons. 67. num. 17. lib. 2. fuit dictum in causa domorum de carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram bo. me. Cardinale Pamphilio.*

Non obstat, quod sorores consenserint, disputa-

10 ri super petitorio, quia † nihilominus petitorium potuit suspendi in quacumq; parte Iudicij, prout factum fuit, *clem. 1. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 115. num. 6. par. 1. in recent.*

Non obstat locatio facta de hac domo per Con-

11 fraternitatem cuidam Marco, Quia † tamquam facta lite pendente est potius attentata, nec attendenda, *Rot. in similibus terminis decis. 74. in prin. & dec. 124. num. 2. par. 1. in recent.*

Nec etiam facit, quod sorores petierunt, & habuerunt à Confraternitate de mandato Iudicis non nullas pecuniarum quantitates pro alimentis, & sumptibus litis, ex quo inferebant informãtes quod se habuerint pro spoliatis, maximè cum petierint se reintegrari.

Quia quoad primum, illud fit vigore eiusdem cõtractus Inuestituræ, in quo societas promisit, litem aliquam non inferre, quinimò omnem litem super ea mouendam in se suscipere, & prosequi vsque ad finem proprijs sumptibus, & expensis.

12 Quo vero ad secundum † petitio reintegrationis nec concludit necessario, quod petens se habuerit pro spoliato, & in casu nostro sorores petierunt etiã se manuteneri, & hoc intelligitur respectu ciuilis possessionis, quę animo retinetur, reintegratio verò respectu naturalis, quatenus illa fuerit amissa, *iux. dec. Put. 419. lib. 2. & sæpe censuit Rota, & signanter in Romana domorum 24. Februarij 1612. coram me iuxta declarationem in eadem causa factum 23. Ianuarij 1516. etiam coram me, Rot. dec. 19. nu. 2. par. 2. diuers. & alias sæpe.*

Nec demum obstat, quod non probetur descendẽtia Rocchi à Magdalena.

13 Quia † ad effectũ possessionis vigore statuti sufficit probasse, quod domus fuerit possessa à Roccho, & quod filiæ adiuerint eius hæreditatem ex supradictis, & probatio exacta descendentiæ respicit petitorium, pro qua tamen facit actus possessionis captę nomine societatis cum enunciatiua deuolutionis per obitum Rocchi, quę non verificaretur, nisi Rocchus fuisset filius Magdalenæ acquirentis, & sic cõprehensus in Inuestitura.

Et accedunt solutiones pensionum factæ à Roccho vti filio, & hærede Magdalenæ, cum quietantijs factis per exactorem societatis per plurimos annos & demum testamentum Magdalenæ, in quo instituit hæredem Rocchum eius filium, † quæ Institu-

14 tio tamquam actus proportionatus valde facit ad probandam filiationem, *Ruin. cons. 53. num. 6. & seq. lib. 5. vt sæpe censuit Rota, & signanter in Bononien. Beneficij 1. Iulij 1611. coram me,* & quidquid ex aduerso dicatur, testamentum fuit in actis productum die 16. Ianuarij præteriti.

Et ita fui decisum &c.

R.P.D. Nauarro

Romana Hæreditatis de Cuccinis

Veneris 9. Decembris 1622.

SVMMARIA.

1 *Vxori iure familiaritatis in vita Viri possidenti, cui ob Viri mortem superuenit titulus restitutionis dotis, competit in Viri bonis manutentio.*
2 *Vxor ob mortem viri, & superueniẽtium noua causa potest mutare titulum suæ possessionis absque alia expressa declaratione.*
3 *Quietantiæ pensionum, & fructuum perceptorum probant possessionem.*
4 *Vxoris possessio quoad bona Viri eo ipso continuata dicitur, quo illi superuenit noua causa possidendi.*
5 *Mandatum de immittendo cum clausula, vacante possessione, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, possessionem non transfert conditione non purificata, & alio tũc in possessione existente.*
6 *Possessio capta auctoritate Iudicis non rectè procedẽtis non citato possessore non suffragatur.*
7 *Possessio posterior habetur pro clandestina, & turbatiua, nec est manutenibilis.*
8 *Legatum, vel fideicommissum capi debet de manu hæredis.*

Decisio CLXIX.

INtroducta causa in Rota coram me super hæreditate q. Alexandri Cuccini inter Liciniam à Porta eius vxorem, & Io: Baptistam Alexandri fratrem pretendentem bona vigore fideicommissi Io: Angeli eorum Patris fideicommittentis iure possessionis ad eum etiam spectare, Proposito dubio, cui esset dandum mandatum de manutenendo, responderunt Domini, Liciniæ quondam, Ale-

1 xandri vxori esse concedendum, quę † etiam, viuente Marito iure familiaritatis possidebat, *iux. l. qui iure. vbi Bart. Imol. Roman. Alex. & ulq. ff. de acq. poss. Dec. cons. 400. num. 4. cum relatis à Rol. cons. 77. num. 26. lib. 1.* Et licet *num. 27. &* 28. sentiat ad effectum continuandi possessionem pro dotis assecuratione requiri expressam mulieris declarationem, tamen Rota contrariam opinionem, vt veriorem, & tutiorem admittit, & seruat ex noua causa superue-

2 niente, † quem sibi mutare posse etiam sine declaratione possessionem, tenent, *Achill. dec. 4. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 143. num. 4. par. 2. & dec. 601.*

num.

nam.3.par.3.diuers. saltem accumulando causam eidem possessioni ex titulo hæreditario, *Rot. diuers. dec.645.numer.4.par.1.Gabr.cons.51.num.37.lib.1. Crescen.dec.5.num.6.de restit. spoliat.* cum possidere quis possit ex pluribus causis, *l.3.§.si ex pluribus. ff. de acq. poss. Rot.decis.120.num.3. par.1.in recent. & fuit dictum in Asloricen. præstimoniorum 25. Ianij 1621. coram R.P.D. meo Vbaldo.* Nostro vero in casu cessat difficultas, *d.cons.7.Rol.77.num.27.& 28.* quia Licinia declarauit *die 7.Iulij 1622. summ.nu. 2.* expressè, velle addere causam suæ possessioni tàm pro assecuratione dotis, quàm pro effectu substitutionis de se factæ, *vt in eius summ.num.2.* Imò cœpit per Procuratorem realem, & actualem possessionē bonorum hæreditatis, *summ.num.4.& 5.* & dantur quietantiæ per ipsam factæ de pensionibus, & fru-

5 mento vinearum, † ex quibus possessio probatur, *Bald.in cap.licet.nu.30.de probat.Rain.cons.53.num. 6.& 7.lib.4.Card.Seraph.decis.896.num.1.& 2.& fuit pluries dictum in Rota.*

Nec obstare dixerunt, quod Io: Baptista vigore mandati de immittendo in Curia Capitulina obtēti adeptus fuerit possessionem eorumdem bonorum ante actualem possessionem per Procuratorem Liciniæ apprehensam.

4 Tùm quia † possessio Liciniæ dicitur eo ipso cōtinuata, quo superuenit noua causa, possidendi tàm pro substitutione de se ipsa facta ab Alexandro eius marito, si sine filijs legitimis, & naturalibus decederet, prout euenit, & Io: Baptistæ admittit in mandato ab ipso obtēto, *vt supra firmatum fuit, quam pro restitutione suæ dotis.*

Tùm quia mandatum productum est conditionale, scilicet vacante possessione, & sine præiudicio

5 habentium meliora, & potiora iura, † vnde, cū possessio non esset vacans, sed continuata à Licinia, nō dicitur in Io: Baptistam translata Iudicis auctoritate conditione non purificata, *Seraph.dec.403.num. 1.* quia nunquam fuit vacans, *Put.dec.32. lib.2.* tùm ex altera conditione, sine præiudicio habentium meliora iura præseruata fuere Liciniæ omnia, quæ habebit, potioriq; iure competebant, *Rot. coram Sanctiss. no in Pampilonen. Sepulturæ 10. Nouembris 1608. impressa in ord.383.& int. recēt.226.n.1.p.2.*

Neq; suffragari potest Io: Baptistæ possessio capta, licet auctore Prætore possideat, prima die Au-

6 gusti anni 1622. nam † non rectè possidet, Licinia non citata, quæ in possessione erat, *glos. in cap.licet Episcopus.ver.te non vocato.vers.hinc est, de præben. in sexto.Crescen.dec.7.de restit. spoliat.Rot.in recent.*

7 *dec.426.num.3.par.1.* & † tamquam posterior habetur pro clandestina, & turbatiua, nec manutenibilis, *cap.licet causam.de probat.cum alijs d. dec.476. num.4.Bal.cons.10.in fin.lib.5.Surd.cons.481.num.4. Rot.diuers.dec.612.num.4.par.1.* hæredem in posses-

8 sione manutenendum exploratiiuris est, de † eius manu capiendum legatum, vel fideicommissum, *ex l.restituta. ff. ad trebell.latè Rol.cons.78.num.14.& seq.lib.3.Ios.Ludouic.dec.47.num.15.Rot.diuers.dec. 520.num.11.& seq.par.1. Seraph.decis.271.num.2. cum alijs.*

Sic resolutum fuit vna parte Informante.

Vbaldo Seniore

Cesenaten. Bonorum

Lunæ 16. Decembris 1622.

S V M M A R I A.

1 *Animo solo amittitur possessio.*

2 *Possessionem tradens de præsenti illam amittit, etiā si alteri non quæratur, sed possessionem tradi, vel ab altero accipi iubens non amittit, nisi alteri acquiratur.*

3 *Relaxatio possessionis ad alicrius fauorem extra cōspectum rei, & absque clausula constituti non potest habere vim traditionis, sed potius vim licentiæ ingrediendi.*

4 *Testes numerò plures præferantur paucioribus.*

5 *Testibus magis informatis, & de facto proprio deponentibus magis standum est.*

6 *Testibus deponentibus de actibus possessorijs in specie credendum est potius, quam deponentibus de actibus possessorijs in genere.*

7 *Probatio magis attenditur possessionis illius, qui habet tituli assistentiam.*

8 *Facto proprio qui cecidit à possessione, manuteneri non debet.*

9 *Fructuum perceptio est vnum ex signis adeptæ possessionis, sed sunt & alia.*

10 *Administrator qui non sibi, sed domino possidet, non potest domino præiudicare in amissione possessionis.*

Decisio CLXX.

POST decisionem in hac causa factā die 21. Februarij præteriti, & mādatum de manutenendo relaxatum pro locis piis, fuerunt pro parte Domini Pauli Emilii examinati in Curia tres testes, quorum occasione dubitaui. An dictum mandatum esset reuocandum, ita vt esset à prædicta decisione recedendum.

Domini verò negatiuè responderunt. Et quidem, quidquid esset dicendum, an per relaxationem possessionis ad fauorem locorum piorum factā à Domino Paulo Emilio iuxta decretum bo. me. Cardi-

1 nalis Nazareni ipse amisisset possessionem, in quo nonnulli ex DD. affirmatiuè sentiebant, cum † solo animo amittatur possessio, *l. 3. §.in amittenda.l.si quis vi.§.differentia. ff de acquir.poss* ibi: *Esset enim ridiculū dicere, quod nō aliter vult quis dimittere, quā si trāsferatur, benefacit tex.in l.1.§.si vir vxori.cod. tit. ff.de acquir. poss.* nec putabant in his terminis resistere *tex. in l.cum fundum. ff.de vi, & vi arm. allegatum in decisione, de qua agitur secundum distinctionem Iacobi de Aren.quam reassumunt Bart. Alb.*

2 *Castr.in d.§.si furioso.* † aliud est enim tradere possessionem de præsenti aliud iubere possessionē tradi, vel ab altero accipi. Primo casu amittitur possessio, etiam si alteri non quæratur, secundo verò casu secus, nisi acquiratur parti, & hoc 2. casu procedit *tex. in d.l.cum fundum.* sed primus videtur esse casus noster, eum fuerit relaxata possessio à Paulo Emi-

3 lio ad fauorem locorum piorum, sed † quia illa relaxatio fuit extrà conspectum rei, & sine clausula constituti, vt consideratur in decisione, vix est, vt possit habere vim traditionis, in quibus terminis loquuntur *Bart. & alij loco cit.* sed potius habuit vim licentiæ concessæ locis pijs ingrediendi possessionē *iuxta cons.Roman.509.num.23. vers. breuis autem. Seraph.dec.973.num.15.* & admittebant informantes pro DD. Dandinis, & ideo videmus potius esse in secundo casu; quod scilicet præcesserit iussus de accipiendo possessionem. Vnde cum fuerit apprehēsa possessio pro locis pijs, vt probant testes remissoriales pro locis pijs deponentes de varijs actibus possessorijs, & ponderati in decisione, cessare videtur penitus difficultas, quod quoad Dandinos sit amissa possessio, & quæsita locis pijs. Neq; obstant tres testes nouissimè pro Dandinis examinati in Curia; nam quoad primum, ille iuxta quintum deponit de contentione inter Ministros locorum pio-

rum,

rũ,& D. Dandinos,& quod D.Paulus Emilius nolebat acceptare laudũ latũ ab Illustr. Cardinale Nazareno, & postea subdit, ista accidisse in fine Mẽsis Ianuarii, vel in principio Febr. 1620. quod tempus non percutit relaxationem possessionis factã à Paulo Emilio, quæ fuit die 16. februarii eiusdem anni, vt firmatur in decisione. Potuit enim esse, quod ab initio Paulus Emilius nollet acceptare, & postea penitendo ratificauerit concordiam, relaxando possessionem bonorum iuxta laudum, de quo supra, prout deponunt testes locorum piorum. Et ideò licet prædicti tres testes conentur deponere de continuatione possessionis eiusdem Pauli Emilii, tamẽ 4 † in concursu magis est credendum testibus locorũ piorum, tùm quia sunt numerò plures, *cap. licet causam. vers. ex præmissis. de probat. l. ob carmen. §. si testis. vers. in pari num. ff. de testibus cum aliys per Rot. dec. 249. num. 4. coram Sanctissimo, & dec. 245. num.* 5 *3. & dec. 315. nu. 8. par. 1. recent.* tùm † quia magis informati, & nonnulli deponunt de facto proprio, 6 vt in decisione; tùm † quia deponunt de perceptione fructuum, & de aliis actibus possessoriis in specie. Testes autem Dandinorum de perceptione fructuũ tantum, & de possessione in genere; ideò illi videntur præferendi *ex latè tradit. per Card. Mantic. dec. 366. num. 5. vbi de communi*, & in omnem euentum 7 probatio locorum piorum est magis attẽdenda † tanquam habens assistentiam tituli præambulã ex cõcordia prædicta, *cap. licet causam. vbi glos. tit. de probat. Menoch. de retinen. remed. 3. numer. 753. Rota dicta dec. 249. nu. 5. coram Sanctissimo, & ibi Adden. in fin.*

Nec obstare visum fuit, quod iidem 3. testes DD. de Dandinis deponant de restitutione fructuum facta per officiales locorum piorum ipsis Dandinis ad hoc, vt effugerent Iudicium criminale, & querelam contra dictos officiales intentatam super turbata possessione, & sic loca pia facto proprio ceci-8 derint à possessione, † & sic non debeant manuteneri, *Cassad. dec. .... de restit. spoliat. Rot. dec. 2. de rerũ permut. in nou. cum allegatis.*

Quia fuit responsum in primis, testes deponere tantum de restitutione quorumdam fructuum facta, non autem de restitutione, vel dimissione possessio-9 nis antea per officiales appræhensæ, & licet † fructuum perceptio sit vnum ex signis adeptæ possessionis *ad l. Titia. ff. de solut.* tamen non est solum *ex latè congestis per Modern. discept. forens. cap. 615. nu. 31. & seq.* vndè cum testes pro locis piis deponant de pluribus aliis actibus possessoriis, vt dictum est, & deducitur in decisione, nõ est dicendum, loca pia per restitutionem quorumdam fructuum ad certum effectum factam per Officiales amisisse possessionem.

10 Secundo dicebatur, † ex facto istorum administratorum non potuisset præiudicari locis piis quoad amissionem possessionis, cum non sibi possideant, sed locis piis, *l. fin. C. de acq. poss. Cassad. dec. 8. de caus. possess. & propr. fuit dictum in Theanen. Beneficij 11. Ianuarij 1621. coram me.*

Ex quibus Domini permanserunt in decisis &c.

Reuerendissimo Domino Coccino

Perusina de Alphanis

Lunæ 6. Martij 1623.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad videndum iurare testes vbi deficit, vel pars non sit præsens, examen est nullum, cum substantia depositionis testis in iuramento consistat.*

2 *Præsentia partis ad actum non præsumitur, nisi probetur.*

3 *Negatiua, quod citatio non interuenerit, probatur ex actorum reuolutione.*

4 *Citatio ad valuas non valet contra non latitantem.*

5 *Citatio pro vno termino non deseruit pro alio subsequenti.*

6 *Examen factum per Iudicem remissorialem extra terminum sibi assignatum est nullum.*

7 *Interrogatoria per se sola absq; adminiculo Principis non suffragantur ad examen substinendum.*

Decisio CLXXI.

1 FVit resolutum, primum examen fuisse nullũ, cum deficiat citatio ad vidẽdũ iurare testes, † quæ est omnino necessaria, cum substantia depositionis testis cõsistat in Iuramento, *l. iurisiur. C. de testib.* Quare si pars non citetur, vel non sit præsens, depositio nihil valet, *c. 2. vbi Abb. n. 6. & seqq. de testib. l. si quando. vbi Bal. nu. 5. C. eod. Caputaq. dec. 274. nu. 3. par. 3.*

2 Quod † autem non adsit præsentia partis sufficit, quod non probetur, & quod citatio nõ interuenerit, probatur, quia ex 4. testibus duo fuerunt inducti, & iurarunt 29. Nouemb. 1607. alter vero 1. Decembr. vltimus vero 10. eiusdem mensis, in quibus diebus nulla cadebat citatio, vt patet ex reuolutione acto-3 rum, † ex qua bene probatur negatiua, *Verall. decis. 192. nu. 3. par. 3.* & quamuis in eodem proc. constet, quod die 8. Nouembris Iudex assignauit dilationem vtriq; parti competentem cum monitione pro singulis diebus, & horis, cum intimatione, quę fuit executa die 15. & 16. Nouembris, tamen de tempore iuramentorum dilatio expirauerat, quia prima dilatio qualis fuit, est dierum 10. *ex statuto Perus. lib. 2. rubr. 2.* Vnde realiter facto computo iam d. decẽ dies effluxerant, dum testes iurarunt. Vltra quod d. 4 intimatio fuit facta ad valuas Palatii, † quod non fuit licitum, cum Alexander non latitaret, *Cresc. dec. 8. de re Iudic.* Et licet fuerit concessa secunda dilatio die 4. Decembris, quę fuit 6. intimata, & sic videatur compræhendere vltimum testem, qui iurauit 10. Decembris, attamen non constat fuisse in-5 timatam Alexandro, † quæ intimatio erat necessaria, *Rot. apud Sanctissimũ D. N. dec. 439. num. 5.* cum relatio executionis habeat, quod intimatio fuit facta contra signatos D. & P. scilicet domi dimissa copia, & personaliter, inter quos non reperitur Alexãder, *vt patet ex proc. fol. 316. pag. 2. in fin.*

Quantum vero attinet ad testes examinatos vigore remissorialis, examẽ quoque fuit nullum, quia remissoria fuit cõsignata portitori 22. Martii 1610. cum pręfixione duorum mensium à die d. consignationis, quare cum præsentatio fuerit facta 17. Iunii, & aperitio 15. Iulii, & testes Iurauerint 16. & 19. 6 eiusdem mensis Iulii, & sic cum testes non fuerint examinati intra terminum duorum mensium, propterea contra formam rescripti examen remanet nullum, *cap. cum dilecta. de rescript. Vestr. in prax. lib. 6. c. vltimo num. 8. Rot. dec. 487. nu. 3. & dec. 466. num. 1. par. 2. recent.*

Neq; aliquid opitulatur, quod isti testes fuerint 7 examinati cum Interrogatoriis Alexandri, † quia Interrogatoria per se sola absque adminiculo Principis minime suffragantur ad saluandum examen, *Rot. dec. 716. num. 5. par. 2. in recent. & apud Sanctiss. dec. 466. nu. 5.*

Et ita conclusum vna tantum parte Informante &c.

R.P.D.

R.P.D. Nauarro

Pistorien. Plebania

Veneris 24. Martij 1623.

SUMMARIA.

1 *Iurispatronatus pertinentia probatur ex sententia vltra centum annos.*
2 *Et ex consensu præstito, ac per effectuatas præsentationes continuas.*
3 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus inter compatronos.*
4 *Probatio leuior sufficit pro iustificatione narratiuæ.*
5 *Possessio non transfertur in successorem in iure præsentandi.*
6 *Ampl. vt nec possessio patris transeat in filium.*
7 *Ampl. etiam stante statuto de continuanda possessione in hæredem absq; apprehensione.*
8 *Iura, quæ non sunt de actis, non habentur in consideratione.*
9 *Probatio petitorium respiciens non est attendenda respectu quasi possessionis ulterius, quousq; contrarium probari potest.*
10 *Sententia super statu beneficij facit ius quoad omnes.*
11 *Quasi possessio acquisita quoad vnum an suffragetur quoad alios.*
12 *Quasi possessio acquiritur ex facto.*
13 *Iurispatronatus pertinentia colligitur ex insignis appositis familiæ, & ex quasi possessione.*
14 *Sententia in iuribus incorporalibus trahit secum executionem absque alio facto hominis.*
15 *Consensus medietatis Patronorum requisitus in gratia debet præstari ab illis, qui habent vltimum statum, & quasi possessionem præsentandi, etiam si constet de anteriori statu, & iure præsentandi aliorum, & num. 22.*
16 *Quasi possessio potius, quam proprietas attenditur in iure præsentandi.*
17 *Spurius est incapax iurispatronatus.*
18 *Quasi possessio præsentandi sufficit, vt quis præsumatur habilis, & interim manuteneatur.*
19 *Exceptio spurietatis, & quod iuspatronatus sit gentilitium, non hæreditarium, non obstat existenti in quasi possessione præsentandi.*
20 *Iuspatronatus hæreditarium potius, quam gentilitium præsumitur.*
21 *Status vltimus semper attenditur in beneficialibus.*
22 *Consensum præstare prouisioni, & præsentare paria sunt.*

Decisio CLXXII.

Resignauerat in manibus Sanctissimi Vincentius de Spicis Plebaniam Sancti Petri de Auiolo ad fauorem Zenobij de Spicis eius ex fratre nepotis, & de ipsa prouideri obtinuit accidente consensu medietatis modernorum Patronorum, cum derogatione alterius medietatis, *vt in summ. Zanobij num.* 1. expeditis literis, illisq; Vicario præsentatis obtinuit sententiam pro ipsarum executione, stante consensu præstito per Oratium Marchettum nomine D. Equitis Raphaelis de Medicis, & filiorum, Procuratorum Ioannis Vincentij, & Maijnardi eius filij de Guazzalotris, qui dicebatur patroni *summ. ead. num.* 2. à qua sententia Philippus & nepotes de Guazzalotris, qui dissenserant, tamquam veri Patroni appellarunt, *eodem summario nu.* 3.

Causa mihi commissa dubitaui, an sententia de partibus sit confirmanda, vel infirmanda, prima Iulij proposito dubio, Zenobio tantum informante, fuit dilata resolutio ad Kalendas, hodie reproposito, vtraque parte informante Domini pro infirmatione sententiæ responderunt.

Non enim iustificatur gratia in eo, quod requirit consensum medietatis Patronorum, quia licet de existentia, & pertinentia Iurispatronatus ad nobiles de Guazzalotris dubitari non possit, tum ex sententia de anno 1461. in qua declaratur inter alia, hoc spectare ad nobiles de Guazzalotris, *summ. Zenobij num.* 3. † quæ excedens metam 100. annorum *probat, Ferrett. cons.* 135 *nu.* 1 *libro.* 1. *Gabr. cons.* 146. *num.* 1. *& cons.* 198. *num.* 4. *lib.* 1. *Borg decis.* 11. *num.* 23. *parte* 2. *Lambert. de iure patr. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 11. *art.* 9. Tum ex consensu præstito de anno 1463. ad fauorem Andreæ de Guazzalotris, & successiue per continuas, & effectuatas præsentationes vsque in personam Vincentij resignantis, *summ. num.* 5. *vsq. ad* 11. † ex quibus sufficienter iuspatronatus probatur, *Rot. in recent. dec.* 21. *num.* 1. *&* 224. *num.* 7. *& 8. &* 312. *num.* 7. *& seq. part.* 1. *& dec.* 674. *num.* 2. *par.* 2. præsertim inter compatronos, † inter quos leuiores probationes sufficiunt, *Cassad. decis.* 1. *de probat. Mantic.* 244. *num.* 5. *Gonzal. super reg.* 8. *gl.* 18. *num.* 59. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 9 *num.* 68. *Rot. dec.* 526. *&* 533. *part.* 4. *diuers. nouiss. & dec.* 231. *num.* 1. *par.* 1. *& dec.* 181. *num.* 2. *par.* 2. *in recent. & fuit d. in Pampilonen. Parochialis* 3. *Martij* 1621. *corā D. Vbaldo*, præcipuè pro iustificatione narratiuæ, † pro qua sufficit leuior probatio, *Gonzal. ad reg.* 8. *d. glos.* 18. *num.* 60. *& seqq.*

Tamen non constat, quod D. Ioannes Vincentius, & Maynardus eius filius, quorum nomine fuit præstitus consensus, sint veri patroni, vel in quasi possessione præsentandi existant, vt faciant medietatem patronorum, vt Zenobio suffragari possit. Non ex sententia de anno 1461. quia in ea probatur iuspatronatus ad fauorem de Guazzalotris, sed nō verificatur, Ioannem Vincentium, & Maynardum prædictos esse comprehensos in dicta sententia, vel descendere à comprehensis in ea, & continuasse quasi possessionem præsentandi, qua cessante non suffragatur, † nam possessio non transfertur in successorem, *Mantic. dec.* 88 *num.* 3. *Rot. dec.* 260. *num.* 4. *& dec.* 337. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent. & coram Sanct. dec.* 222. *num.* 7. *& dec.* 417. *num.* 7. *& fuit dictum in Placentina Capellaniæ* 30. *Octobris* 1615. *coram Reuerendiss. D. Decano, & in Lucana Parochialis* 7. *Februarij* 1620. *coram D. Vbaldo*, vbi, † quod nec possessio Patris transit in filium, † & procedit conclusio, etiam si adesset statutum, per quod possessio continuetur in hæredem absq; apprehensione, quia cessat in quasi possessione præsentandi, *vt tenet Rot. in dicta dec.* 260. *num.* 4. *par.* 2. *in recent. reprobando decisionem Caputaq.* 311. eò magis, quod datur vna præsentatio facta à Philippo tantum de anno 1552. *summario Philipi num.* 8. & eadem responsio applicatur alijs sententijs de l. 1574. & 1603. *eodem summ. nu.* 11. *&* 17. quia in ipsis non legitur Ioānes Vincentius, Maynardus, vt non rectè legebatur in summario Zenobij in sententia de l. 1603. registrata in processu primæ instantiæ *fol.* 69.

Prout neq; obstare videntur fides Communitatis Pracen. ac Terræ Lauri, & Arbor descendentiæ, ac literæ Iacobi, quia, † præterquam non sunt de actis prout fuit coram me decisum, dicebatur † quousq; contrarium probari potest, non esse attendendas respectu quasi possessionis, in qua Philippus, & alij reperiuntur, *prout in simili fuit dictum coram me in*

Nullius,

Nullius, seu Spoletana beneficij Lunæ 20. Martij 1623.

Philippus verò, & consortes habens quasi possessionem cum Canonizatione Iurispatronatus per sententiam ad fauorem Iacobi, fratris, & filiorum, qui nunc sunt in causa cum quadam muliere D. Libera, post cuius obitum cōsolidatur totum iuspatronatus in Iacobum, & filios, quæ sententia lata de anno 1590. transiuit in iudicatum, & fuit declaratum executioni demandandum, *summario Philippi nu. 2.* & fuit intimata Rectoribus quam plurimum Ecclesiarum contentarum in dicta sententia, & in specie Vincentio Rectori Ecclesiæ, de qua agitur, vt recognoscerent in patronos dictos Iacobum fra-
10 trem, & filios *summ. Philippi num. 3. & 4.* † quæ sententia tanquam lata super statu beneficij facit ius quoad omnes, *Achill. decis. 5. de sent. & re iudic. Mantic. decis. 35. num. 6. Seraph. decis. 1141. num. 8.* & executioni demandata in vacationibus aliarū Ecclesiarum in ea contentarum, ad quas Philippus, & cōsortes præsentarunt, *summ. Philippi nu. 5. & seqq.*
11 † quæ quasi possessio suffragatur etiam respectu huius de Auiolo, cum omnes vnica sententia determinentur, *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 6. num. 17. Surd. cons. 323. num. 44. Rot. decis. 17. nu. 1. & 2. par. 2. diuers.* & vno, & eodem iure censeri debent, *l. cū hoc iure. ff. de vulg. & pup. Rot. d. decis. 17. nu. 8. vers. quoniam respondetur.*

Acceditur, quod respectu huius Plebaniæ, Philippus, & consortes reperiuntur in quasi possessione, dum obtinuerunt in vim dictæ sententiæ de mandato Iudicis apponi insignia familiæ ipsorum tamquā Patronorum, ex quo & iurispatronatus quasi posses-
12 sio probatur, quia fuit deuentum ad factum, † ex quo acquiritur quasi possessio, *Achil. decis. 5. de caus. poss. & propr. Caputaq. decis. 420. num. 3. par. 2.*
13 † cum ex ijs soleat inferri ad iurispatronatus pertinentiam, *Rota in recent. decis. 13. num. 3. & decis.*
14 *518. num. 5. par. 1.* Vltra quod † in ijs iuribus incorporalibus sententia trahit secum executionem absq; alio facto hominis, *Innoc. in cap. cum nostris. col. penult. & ibi Card. quæst. 22. & Butr. num. 19. de concess. præbend. in 6.* & ideo, cum pro Philippo, & alijs consortibus stet vltimus status canonizatus in dicta sententia anni 1590. & actus præsentandi in alijs
15 Plebanijs in eadem sententia contentis, † non videtur posse dubitari ad ipsos recurrendum esse pro consensu in gratia requisito, etiamsi cōstaret de anteriori statu, & iure præsentandi auctorum Ioannis Vincentij, *ad tex. in cap. quærelam de elect. cap. consultationibus de iurepatr. & cap. olim de caus. poss. & propr. Rot. decis. 229. num. 1. & 2. par. 1. in recent. &*
16 *coram Sanctissimo decis. 77.* Attenditur † enim quasi possessio potius, quam ipsa proprietas, *Innoc. in c. literis de restit. spol. Abb. in d. cap. consultationibus de iurepatr. & fuit dictum in allegata Lucana Parochiali 3. Decembris 1618. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, & in eadem 7. Februarij 1620. coram Domino meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod Iacobus descendat à Bertoldo
17 filio spurio cuiusdam alterius Iacobi † incapacis iurispatronatus, *Roch. de iurepatr. verb. competens, nu. 23. & coram Litta in Ianuen. iurispatronatus 30. Ia-*
18 *nuarij 1606. cum alijs ab eo allegatis,* quia † sufficit, quod sit in quasi possessione præsentandi ad effectū, vt præsumatur habilis, & interim manuteneri debeat, *vt sæpissimè firmauit Rota, & fuit dictum in dicta Lucana coram Illustrissimo Sacrato, & D. meo Vbaldo.*

19 Nec † impedimentum est prædicta incapacitas Iacobi præsentandi, quousque doceatur, Bertoldum fuisse spurium, & iuspatronatus gentilitium, *Grat. discept. forens. 218. num. 13. & discept. 521. num. 34. Rot. in recent. decis. 126. vbi receditur ab allegata decisione coram Litta, & decis. 521. num. 9.* maximè quod de spuritate non constat, sed potiùs de naturalitate ex supplicatione Magno Duci Etruriæ porrecta, *summ. Zenobij num. 22.* nec quod iuspatronatus
20 sit gentilitiū, † quia potius præsumitur hæreditariū, *Rot. decis. 707. num. 8. par. 1. & decis. 482. num. 7. par. 2. in recent.* & ita confirmatur in proposito, ex quo supradicta mulier libera fuit admissa ad præsentandum, *summ. num. 6. & 11.*

Denique cum pro Philippo, & consortibus sit vlti-
21 mus status, † qui in beneficialibus semper attenditur, *Gonzal. ad reg. 8. gl. 45. §. 2. num. 14. Rot. decis. 2. num. 2. de præbend. in nouis, & decis. 188. num. 1. par. 2. in recent. cum alijs in Neocastren. Parochialis 18. Aprilis 1622. coram me;* non potest firmari Patronorum consensum interuenisse, cum ex illis, qui secundum vltimum statum reperiuntur patroni, nempè Philippus, & consortes, vt ex supra relatis, nullus consenserit, & Papæ relatum fuit, adfuisse consensum medietatis Patronorū, intellexit de ijs, ad quos iuspatronatus pro tempore spectabat, qui sunt intelligendi secundum vltimum statum, & rem iudicatam, *ad tradita per Ferrett. d. cons. 135. num. 6. Mandusi cons. 7. num. 17. iuxta cap. decernimus. 16. quæst. 7. Felin. in cap. cum Bertoldus, num. 8. de sent.*
22 *& re iudic.* quia † paria sunt consentire prouisioni, & præsentare, *Abb. in cap. 1. de relig. dom. num. 6. & cons. 54. num. 3. vers. pro hoc etiam facit. lib. 1. Gabr. cons. 192. num. 10. lib. 2. & reiecta opinione Decij contrariam sententiis in cons. 149. num. 4. tenuit Rot. corā Mohed. decis. 10. num. 3. & 4. de iurepatr. Put. decis. 301. lib. 2. & Crescen. decis. 2. de iurepatr. & in recentior. decis. 195. nu. 3. par. 1. & coram Sanctissimo dec. 349. num. 2. & decis. 417. num. 1.* & sic, cum ad Philippum, & consortes spectet iuspatronatus per quasi possessionē ex supra relatis, gratia nec vtique iustificata reperitur, neque in valore expresso, neque in idoneitate Zenobij.

Et ita decisum fuit &c.

R. P. D. Pirouano

Romana Hæreditatis de Cincia

Lunæ 3. Aprilis 1623.

S V M M A R I A.

1 *Vxoris possessio iure familiaritatis bonorum Viri ipso viuente post eiusdem mortem in instanti præsumitur mutata in causam suorum iurium absq; declaratione, & eo magis declaratione facta.*
2 *Possessione plena existente, si subsequatur possessio alterius, ea dicitur clandestina, improba, & non manutenibilis.*
3 *Possessio Vxoris quoad bona Viri eatenus durare dicitur, quatenus dotes non restituantur.*
4 *Ampl. vt durare dicatur, etiam post dotis restitutionem, si possideat etiam pro alia causa, vel cū clausula, & alias omni meliori modo, nisi ostendatur, quod nullum aliud ei ius competat.*
5 *Petitorii, vel possessorii ordinarii quæstio non conuenit summariissimo retinenda.*
6 *Detentio sola attenditur ad effectum manutentionis.*
7 *Manutentio secundo possessori non impeditur ab anteriori ex compatibilitate causarum possidendi, vt si vnus tamquam creditor, alter vti debitor, seu illius hæres. Decl. vt num. 9.*
8 *Creditor dicitur possidere nomine debitoris.*
10 *Titulus superueniens non deseruit pro mutatione causæ possidendi illius scientia non data. Decl. vt num. 11.*

Deci-

Decisio CLXXIII.

DIctum fuit, standum esse in resolutione iam facta; quod scilicet Dominæ Pantasileæ sit dandum mandatum de manutenendo.

Quia verè constat de possessione illius translata per maritum vigore constituti inserti in instrumento dotali, & acquisita per eandem ex præambulo 1 iure familiaritatis, † quæ mortuo viro præsumitur mutata in causa suorum iurium absque alia declaratione, & multo magis illa secuta in instanti emissi spiritus mariti, & demum ex positiua apprehensione, quæ omnia fuerunt deducta in decisione, quæ nunc reuidetur.

Non obstant, quæ hodie fuerunt de nouo deducta ponderando distinctionem causarum, temporum, & personarum, quæ bona hæreditaria Io. Baptistæ apprehenderunt, vt inde demonstretur, possessionem fratrum de Cincijs esse manutenibilem in concursu huius Pantasileæ.

Quia ex eadem temporum distinctione euidenter apparet illam dictorum fratrum possessionem 2 esse posteriorem, vnde † data possessione plena, dum alter in eadem existit, semper posterior iudicatur clandestina, & improba, & non manutenibilis, *Rot. decis. 25. num. 3. par. 2. recent. Surd. cons. 481. num. 4.*

Non obstat, quod D. Pantasilea duplicem personam repræsentet, scilicet pro sua dote, & vlterius vti vocata in testamēto Io. Baptistæ eius mariti cessante ventris pregnantia, & ex prima causa dicebatur possessionem illius esse anteriorem, quatenus ea ex contractu, & declaratione mutationis causæ possessionis illa possit sustineri, sed nihilominus 3 † illam durare eatenus, quatenus dotes non restituantur, *Castr. in l. 1. §. per seruum. il secondo num. 2. ff. de acq. poss. cum aliis allig.* & per oblationem dotis per fratres factam remanere extinctam; ex secūda autem causa D. Pantasileam esse posteriorem.

Quia fuit responsum, D. Pantasileam in declaratione suæ voluntatis circa mutationem possessionis protestatam fuisse, se tenere, & possidere bona mariti nedum vti creditricem dotis, & lucri, sed etiam 4 omni meliori modo, vnde, † vt sit locus subintrationi alterius possessoris per extinctionē prioris causæ, necesse est, quod nedum illa causa probetur extincta per solutionem, oblationem, vel depositum crediti dotalis, sed etiam quod nullum ius competat possidenti pro vlteriori retentione: quod in præsenti dici non potest, ex quo ipsa D. Pantasilea habet titulum hæreditarium ex testamento sui mariti, quod si contendatur, ipsos fratres, non autē D. Pantasileam esse hæredes, quæstio erit de petitorio, vel 5 saltem de plenario possessorio, † quæ non conuenit 6 summarissimo retinendæ, in qua sola detentio † attenditur ad effectum manutentionis, *Couarru. pract. quæst. cap. 17 num. 5. vers. sic sane. Rot. decis. 645. num. 8. par. 1. diuers.*

Nec ex replicatione remouetur obiectum; dum 7 dicebatur, † ex compatibilitate causarum possidendi non impediri manutentionem in secundo possessore, dum fratres pro hærede, & ex aduerso pro creditrice possidebatur, *vt latissimè comprobat Surd. d. cons. 481. num. 8. & 14. & idem tenuit Rota in Romana de Sancta Cruce 4. Iunii 1610. coram Illustrissimo* 8 *Cardinal. Sacrato*, † qui creditor dicitur sēper possidere nomine debitoris, & sic hæredum Io. Baptistæ, cuius se faciunt isti fratres, *Surd. post alios d. cons. 481. num. 3. & seqq.*

Quia ex ratione eiusdem conclusionis, remouetur hæsitatio; Nam si creditor possidet debitori, & debitor dotis est Io. Baptistæ hæres; qui potuit esse venter prægnans, vel ipsa D. Pantasilea substituta, vel ipsi fratres ab intestato, ceiē creditrix potuit possidere vel nomine ventris, vel sui ipsius, tamquā substitutæ, non autem nomine heredum ab intestato, cum quibus est controuersia de paritate tituli, & sic 9 † suspenditur ista compatibilitas possessionis per examen antiquioris possessionis, & obscuritatem, ac dubietatem iurium venientium ab intestato, pro quibus non stat declaratio consecutiua ex possessione creditoris, cum potuerit sustineri alio iure magis verisimili, ex causa scilicet testati, quæ semper præualet causæ intestati.

Ex quibus cessant, quæ dicuntur de vsu superue10 nientis tituli hæreditarij, † qui non potuit D. Pantasileæ deseruire, nisi data illius scientia, *Cardinal. Mantic. post alios de vlt. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 2.* de qua dicebatur, non constare, sed potius de contrario, dum admisit cognitionem super ventris prægnantia.

11 Nam † necessitas huius cognitionis non intrat, si non quæritur de vsu tituli ex persona propria, sed hæsitatur, cui creditor acquirat possessionem ex facto suæ detentionis, & nihilominus adhuc dote non soluta, & per clausulam, *omni meliori modo*, semper obstabit exceptio paritatis tituli ad impediendum effectum subintrationis per extinctionem crediti dotalis, vt supra dictum fuit.

Et ita, &c.

Vbaldo seniore.

Vlixbonen. Beneficii

Lunæ 26. Iunii 1623.

SVMMARIA.

1. *Possessione quis priuatur per sententiam, & si habuerit se pro spoliato possessioni cedendo.*
2. *Possessio vigore gratiosæ subrogationis non operatur, vbi alius medio tempore naturalem possessionem occupauit.*
3. *Possessor, qui non habet alium possessorem anteriorem, est manutenendus.*
4. *Iudex malè procedens non priuat quem sua possessione.*
5. *Quotiescunque quis habet se pro spoliato, non attenditur, an Iudex, qui alium immisit ritè, & rectè processerit, sed solum possessio posterior.*
6. *Petitorium, & iustitia possessionis in summarissimo iudicio manutentionis non attenditur, sed sola tantum possessio.*

Decisio CLXXIV.

AGitur de manutentione in summarissimo possessorio, quam DD. 19. Decembris præteriti dixerunt, dandam esse Antonio ex rationibus in decisione adductis, in qua hodie persistendum censuerunt, Nec obstare subrogationem gratiosam Michaeli concessam ad ius, & possessionem Laurentij prouisi à Collectore Portugalliæ, nec non ad ius, & possessionem Emanuelis, per cuius obitum vacauit beneficium. Quia quoad possessionem Laurentij ea Michael iuuari non potest, 1 quia † Laurentius non solum fuit priuatus possessione per sententiam A. C. sed etiam se habuit pro spoliato cedendo possessioni, vt in decisione deducitur.

Quo verò ad possessionem Emanuelis, nec minus potest iuuari, quia, licet gratiosè subrogatus quoad ius, & possessionem Emanuelis, nihilominus

† cum

2 † cum Antonius, expulso, & cedente Laurentio, medio tempore ceperit possessionem naturalem, possessio vigore subrogationis gratiosę non potest optari, *Gabr. in tit. de acq. poss. concl. vlt. num. 18. Ruin. cons. 27. num. 6. lib. 5. Paris. cons. 1. num. 15 & lib. 1. & fuit resolutū in causa Lucana maiusculatus 27. Aprilis 1587. coram bo. me. Orano.* Vnde † cum hodie 3 nulla detur anterior possessio possessione Antonij, non videtur ei, posse denegari manutentio.

Nec obstat, quod A.C. in tradenda possessione 4 Antonio male processerit, † ita vt non priuauerit Laurentium sua possessione, quia quidquid sit de 5 hoc, † satis est, quod Laurentius habuit se pro spoliato cedendo possessioni, & prosequendo causam appellationis in solo petitorio, vt dicitur in decis. Tunc enim ad effectum manutentionis possidentis non est agendum, an Iudex benè, & malè processerit, sed solum attenditur possessio posterior, & quod prius possessor habuerit se pro spoliato, *vt in causa Camerinen. pensionis 22. Maij 1592. coram bo. me. Cyprio.*

Non obstat, quod intra sex menses, intra quos Laurentius tenebatur literas Apostolicas expedire in Curia, non potuerit beneficium Antonio conferri, & quod per Laurentium non steterit, quo minus expediret, cum fecerit diligētias, *de quibus in decis.* quia, omissis alijs, sufficit dicere, quod hęc respiciūt 6 petitorium, nec iustitiam possessionis, † quæ in hoc summarissimo possessorio non solent attendi, sed sola possessio, *Bald. in cap. licet, num. 30. de probat. cum aliis per Rot. decis. 270. nu. 4. par. 1. recent. & dec. 275. sub num. 5. vers. fuit etiā responsum eadem par. prima.* ideò quoad simplex possessorium DD. permanserunt in decisis pro manutētione Antonij, non obstante subrogatione Michaelis quoad ius, & possessionem Laurentij, & Emanuelis, sed quoad ius DD. non erant concordes, & poterit alias videri.

Et ita fuit decisum, &c.

R.P.D. Pirouano

Cæsaraugustana Onerum.

Lunæ 3. Iulij 1622.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum traditæ possessionis, sufficit ad effectū manutentionis.*
2 *Actus possessorii in adeptione possessionis dignitatis faciendi.*
3 *Annuli portæ clausæ tactu acquiritur possessio, nisi appareat aliquem esse intus animo possidendi.*
4 *Capitulariter capi debet possessio Canonicatus, & Dignitatis.*
5 *Limitatur si non sint de Capitulo.*
6 *Limita secus si Capitulum sæpius requisitum tradere recusauerit. sublim vt num. 9. & 13.*
7 *Audientia sine responsione habet implicitam denegationem, & recusationem.*
8 *Animus alicuius ex signis probari potest.*
10 *Obligatio uncta protestatione illi contraria vitiatur, & substinetur protestatio. Lim. vt num. 12.*
11 *Oblatio sola sufficit parte recusante.*
14 *Termino pendente ad aliquid faciendum contumax quis dici non potest.*
15 *Possessio habetur pro tradita, & adepta in Ecclesiasticis, vbi fuit præstitum impedimentum ex recursu ad Iudices Laicos.*

Decisio CLXXV.

Respondendo ad dubium propositum dixerunt Domini, dandum esse R.P.D. Nauarro mandatum de manutenendo in possessione Archidiaconatus de Aliaga capta vigore mādati de immittendo ab executore literarum Apostolicarum relaxati.

De ea namque constat ex actu ipso traditæ possessionis in publicum instrumentū redacto, & pro-1 ducto, † qui sufficit ad hunc effectum, *l. prædia. ff. de acq. poss. Menoch. de retin. remed. 3. num. 585. Rot. dec. 212. num. 3. par. 1. & decis. 62. num. 1. par. 2. diuers. sequendo decis. 8. de restit. in antiq.* & quidem de actibus possessorijs in Ecclesia non videtur dubitandum, quia de illis attestatur Notarius testibus præsenti-2 bus, † nempe deambulando, in stallo, & Choro dignitatis sedendo, & alia faciendo, quę ad hunc effectum ponderant, *Rebuf. in prax. tit. de Immiss. in poss. num. 26. 35. & 36. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 362.* Et quamuis in Capitulo eosdem actus sedendi non fecerit, id contigit propter clausuram Ianuæ Capi-3 tuli, † cuius portæ annulum tangendo eo casu procurator acquirit possessionem, ex quo non apparet, aliquem intus esse animo possidēdi, *Achil. de Grass. decis. 1. & 3. de caus. poss. & propr. Federicus de Sent. cons. 3. num. 16. lib. 1. & idem Rota firmauit in causa Vicen. prioratus 18 Iunii 1607. coram R.P.D. Pamphilio, & coram me in Concordien. concursus 18. Maii 1611.*

Non obstat, quod possessio huiusmodi non fuerit 4 capitulariter capta, † prout de iure necessarium est, *glos. in cap. si capitulo. de concess. præbend. in 6. Innoc. & alii in cap. literis. de rest. spol. Cassad. decis. 8. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 1156. diuers. par. 3.*

Quia omissa discussione an Dignitates sint, vel 5 non sint de Capitulo, † & si non essent, possessio Capitularis non esset necessaria, *vt tenuit Rota in Papien. Præpositura 5. Martii 1584. coram Bubalo, & in Aurien. Præpositura 30. Martii coram Archiepiscopo Lugdunen.* illa nihilominus non est necessa-6 ria, † ex quo sæpius Capitulum requisitum recusauit illam tradere, *cap. si capitulo. vbi Anchar. de concess. præbend. in 6. Rota coram Sanctissimo D. N. decis. 564. num. 2. & in Leodien. Canonicatus 3. Iulii 1617. coram R.P.D. Caualerio.* Nec dicatur probari non posse Capituli denegationem, à quo semper fuit responsū, quod audiebant omnia supradicta, & quod 7 facerent id, ad quod tenebantur. Quia † audientia sine responsione habet implicitam denegationem, & recusationem elapso debito tempore ad respondendum, & prout eodem die recesserunt à Capitulo absque alia prouisione, & vlterius multa signa recusationis præcesserunt nempe prouisiones regiæ executori præsentatæ eodem die 28. Nouembris 1622. appellationes, & alia, quæ possunt iudicare animum 8 Capituli, qualis fuerit in responsione, † & releuant ad hunc effectum, cum animus directo probari non possit, *glos. in Clem. exiui de Paradiso de verb. signif. & in l. 2. ff. de Interrog. act. Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 2. Mandos. in regul. Cancell. regul. 5. quæst. 4. num. 7.*

Non obstat, quod adhuc Capitulo recusante tradere possessionem facultas executori, aut prouiso non sit aperta dandi, & respectiuè apprehendendi 9 possessionem, quando † Capitulum iustam habuit causam denegandi illā, potuit limitando hanc conclusionem *tenuit Rota in Oscen. Canonicatus 10. Maii 1575. coram Orialen. & coram bo. me. Cardin. Blanchetto in Oriolen. attentatorum 20. Martii 1585. & nouissimè coram R.P.D. meo Caualerio in Tirasonen. Canonicatus 17. Iulii 1615.* & iustam habuisse causam

am dicebatur, postquam Capitulum obtulit tradere possessionem; iuratis statutis, & laudabilibus consuetudinibus, prout moris est, & in bullis dicti Archidiaconatus continetur, Procuratorq; R.P D. Nauarri sub die 28. Nouembris 1622. iurare obtulerit cum speciali mandato statuta, ordinationes, vsus, & consuetudines dictæ Ecclesiæ, & soluere iura solita, sed cum expressa protestatione, quod non vult, nec intendit iurare, confiteri, nec approbare in aliquo prætensum Ius, & onus mensatę, & multo minus, quod dictus suus principalis teneatur, nec debeat illud soluere, nec quod dictus Archidiaconus teneatur soluere Ius, & onus aliquod dicti prætensi onensis, cum ille sit liber, & exemptus ab eo, vel alias cũ pendeat lis, & causa indecisa in Rota Romana. Ex qua protestatione duo inferebantur. Primum non esse satisfactum tenori bullæ per solam oblationem Iuramenti, vbi realis præstatio, & ante possessionẽ requiritur per clausulam, *dummodo*, in bullis appositam Secundum, & ipsam verbalem esse inefficacẽ, dum verba protestationis illam eneruãt, & destruũt per contrarium factum in protestatione enunciatũ, nam iurare statuta, & protestari non iurare contenta in statutis, nec approbare, pugnare videntur, non secus, ac si dictum fuisset, obligo me animo non ob-
10 ligandi, † vt ideo vitietur obligatio ex Instrumẽto descendens, quamuis protestatio sustineatur, *Surd. cons. 143. num. 60. cum alijs alleg.* atque ita dicebatur semper remanere iustificatam recusationem Capituli, cessante Iuramento Prouisi, vel eius Procuratoris, vel validitate illius.

11 Ad prædicta enim fuit responsum; quod † sola oblatio præstandi Iuramentum secundum tenorem bullæ relevat parte recusante, *Bars. in l. penult. num. 4. vers. circa hoc. ff. de distract. pignor. Cephal. cons. 202. num. 55.* neque verum est, quod ex tenore eiusdem bullæ realis prestatio Iuramenti sit necessaria ante possessionis adeptionem ad validitatem illius, quia clausula posita in literis dummodo illud præstetur per Procuratorem, non est referenda ad actũ traditionis possessionis quæ incipit in clausula, quocirca, sed ad clausulam derogationis non obstantiarum, quæ incipit ibi, non obstantibus, vt inde succursum sit prouiso absenti, qui personaliter iurare non potest, & prout de iure tenetur, quando vigent statuta in Ecclesiis, vt prouisus non recipiatur, nisi prius præstito Iuramento de seruandis statutis Ecclesiæ, *de quo in cap. 1. de iureiur. in 6. & per Rebuff. in prax. de clausul. mand. num. 45. & seqq.* Et similiter dictum fuit oblationem inefficacem ex verbis
12 protestationis non remansisse, sed validam vt † compatibilem cum facto, & eo casu semper sustinetur, *Ang. in l. iurisgent. §. quod ferè. in prin. ff. de pact. Dec. in cap. cum M. Ferrar. col. 1. numer. 26. de appell. Surd. cons. 143. num. 59. vol. 1.* compatibilitas autem patens redditur, quia protestatio non legitur contra omnia statuta Ecclesiæ in genere, neque in specie, cum non adsit statutum comprehendens hanc dignitatem in indiuiduo, sed impugnatur prætensum Ius Capituli quoad onus mensatæ, super quo remanet lis indecisa in Rota; Vnde protestatio tamquã respiciens Iurium conseruationem, non autem remotionẽ consensus ab actu præcedenti semper admissa fuit per Rotam, & admitti debuit per Capi-
13 tulum, † nec ex ea potest deducere iustam causam non recipiendi Iuramentum, *Serapi. dec. 754. num. 3. & idem sæpius fuit resolutum in Burgen. seruitij 4. Iulij 1614. & in Serana beneficiorum 27. Iunij 1616. coram me.*

Non obstat, quod adhuc pendente termino dici vnius naturalis intimati eidem capitulo ad parendũ
14 & dandam possessionẽ fuerit capta possessio, † quo casu imputari non poterat Capitulo, si ante non paruit, & iustam causam differendi, & tradendi in illa die possessionem non dimisisse ex parte Capituli.

Quia ex facto soluitur obiectum. Actus enim apprehensionis legitur factus die 29. Nouembris 1622. Intimatio autem termini ad parẽdum non probatur facta die precedenti eiusdem mensis: Vnde quod dies naturalis adhuc superesset, probatum dici non potest.

Præterea cum eodem die 28. Nouembris, sub quo Capitulum contendit terminum emanasse intimata fuerit prouisio Regia executori Bullarum Apostolicarum preceptiua, & communatoria de vlterius non procedendo in causa ei delegata inter Capitulum, & R.P.D. Nauarrum, ex hoc solo improbo impedimento, ne dum insurgit iniusta causa, & do-
15 losa dilatio, † sed ipsa possessio habetur pro tradita in odium recurrentis ad Iudices Laicos, & prouisus efficitur possessor etiam absque aliquo ingressu corporeo, *c. quia contigit. de dol. & contum. Anchar. in Reg. sine possess. ante num. 6. de reg. Iur. in 6. Ias. in l. 1. §. si iusserim. num. 12. ff. de acq. poss. Rot. coram Sãctiss. D. N. dec. 364. num. 2.*

Et ita fuit conclusum vnanimi DD. sententia.

Patriarcha Hierosolymitano

Perusina Beneficiorum S. Crucis, & S. Lucia.

Lunæ 3. Iulii 1623.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum captæ possessionis facit probationem probatam, & sufficit ad manutentionem.*
2 *Iudex ritè, & rectè procedendo immittens priuat primum possessorem.*
3 *Resignatione facta de beneficio lite pendente dicitur lis translata in resignatarium.*
4 *Intrusus lite pendente non habetur pro possessore.*
5 *Commissio causæ cum clausula, Non retardata vlteriori executione, non impedit manutentionem.*

Decisio CLXXVI.

POstquam fuerunt latæ duæ sententiæ Rotales ad fauorem Monachorum Congregationis Oliuetanæ, quæ transitum fecerunt in iudicatum, & seruatis seruandis fuerit relaxatum, & expeditum mandatum de Immittendo Monasterium in possessionem Ecclesiarum, de quibus agitur, & illius vigore sub die 25. Aprilis 1622. fuerit immissus Abbas nomine dicti Monasterii, dubitatum an prædicti Monachi essent manutenendi in prædicta possessione, & affirmatiuè Domini responderunt, cum de possessione constaret ex Instrumento adeptionis il-
1 lius in vim dicti mandati Rotalis, † quod facit probationem probatam, & ad effectum manutentionis sufficit, *l. 1. § si iusserim, & l. quod meo. §. si venditore. ff. de acq. poss. Put. dec. 330. nu. 3. & 4. lib. 1. & fuit dictum in vna Romana domus, & lauatorij 16. Februarij 1619. coram bo. mem. Buratto.*

Nõ obstat possessio anterior Aduersariorũ, quia,
2 † cum Monasterium fuerit immissum vigore mandati Iudicis ritè, & rectè procedentis, illos priuauit sua possessione. *Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Imol. num. 1. ff. de acq. poss. Mohed. dec. 4. sub nu. 5 de resti. spoliat.*

Minus obstat, quod Horatius vnus ex Aduersariis

riis resignauerit Antonio Tebaldesco, qui in hoc iudicio non fuit citatus.

3 Quia,† cum resignatio fuerit facta, lite pendente, in ipsum fuit lis translata vigore Constitutionis *fel. record. Greg. XIII. de publican. Resignat. S. sed nec in benefic. quam refert Pauis. de resignat. lib. 11 qu. 3. num. 35.* in qua cauetur, quod lis cum resignante afficiat resignatarium etiam respectu actorum, vnde 4 non videtur fuisse opus alia citatione, cum† intrusus, lite pendente, nō habeatur pro possessore, *Cresc. dec. 19. num. 3. de sent. & re iudic. Mohedan. dec. ... tit.*

Nec releuat, quod sit commissa causa restitutio5 nis in integrum Domino meo Nauarro, quia,† cum fuerit commissa cum clausula *non retardata vlteriori executione*, non potest impedire manutentionem Monachis debitam ex supradictis.

Et ita resolutum.

Vbaldo seniore

Astoricen. Scholastica

Luna 6. Nouembris 1623.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum publicum possessionis captæ facit probationem probatam.*
2 *Instrumentalis possessio, alio in possessione non existente, sufficit ad manutentionem, & ad omnes effectus.*
3 *Possessio in dubio præsumitur vacua, & qui plenam dicit, onus habet probandi.*
4 *Canonicatuum possessio debet capi capitulariter.*
5 *Dignitates regulariter non sunt de Capitulo.*
6 *Capitulariter capta dicitur possessio, si fuerit tradita per deputatum a Capitulo.*
7 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, & num. 8.*
8 *Lim. vbi sit electa industria personæ.*
9 *Subrogato ex stylo Rotæ non datur manutentio, sed immissio.*

Decisio CLXXVII.

Fuit responsum pro parte informante, videlicet Francisco Lopez, esse dandum mandatum de manutenendo in possessione Scholasticæ, de qua agitur, cum constet de illius possessione capta auctoritate Executoris literarum Apostolicarū 1 per publicum Instrumentum, † quod facit probationem probatam, *Bald. in l. quoties in fin. C. de indic. Osasch. dec. 71. num. 4. cum aliis per Rot. dec. 294. nu.* 2 *primo in fin. par. 1. recent.* Et † possessio instrumentalis, alio non existente in possessione sufficit ad manutentionem, & ad omnes effectus, *ad l. prædia. vbi Bart. & alii ff. de acq. poss. Rot. decis. 62. nu. 1. par. 1. diuers. & decis. 293. num. 4. par. 1. recent. & sæpissi-* 3 *me aliàs*, & † in dubio possessio præsumitur vacua, & qui dicit, eam fuisse plenam, ei incumbit onus probandi, *Seraph. decis. 322. num. 3.*

Non obstat, quod agatur de Scholastica, & possessio non videatur capta capitulariter, quia fuit 4 responsum primo, † quod possessio Canonicatuum debet capi capitulariter, *Cassad. decis. 8. num. 1. de caus. poss. & propr. fuit dictum in Iadren. Canonicatus 5. Iuly. 1623. & coram me. & sæpè in aliis*; sed hic non agitur de Canonicatu, sed de Scholastica, quæ in literis narratur esse dignitas, non tamen maior 5 post Pontificalem, † & dignitates regulariter non sunt de Capitulo, *Seraph. decis. 98. num. 1.*

Secundo, Respondebatur, quod immo fuit capta 6 capitulariter, † cum Decanus, & Capitulum congregati deputauerint Canonicum antiquiorem, vt traderet possessionem, *prout tradidit, vt in summa-* 7 *rio num. 3.* vnde † intrat regula capit. qui per alium, 8 *de reg. iur. in sexto*, & licet † limitetur, quando est electa industria personæ, *vt per Dyn. ibidem*, tamen secus est in casu isto, ex quo admittitur consuetudo in contrarium, *vt per Cassad. d. decis. 8.* ex quo elicitur, non fuisse electam Capituli industriam in tradendo Canonicis possessionem, ita vt illum actum per alium explicare non possit, & aliàs *Put. decis. 20. lib. 2.* contentatur, quod auctoritate Capituli tradatur possessio.

Non obstat, quod Christophorus Martinez fuerit prouisus de eadem Scholastica, & in eius locum fuerit subrogatus Ioannes Ramirez, quia, cū vtero obierit gratia non iustificata, non est de illis agendum, quo verò ad gratiam Ludouici, qui asseritur subrogatus in locum Ioannis, cum adhuc non sit in actis producta, nulla de ea debet haberi ratio, & in omnem euentum non posset impedire manutentionem Francisci anterioris possessoris, cum † sub9 rogato secundum stylum Rotæ non detur manutentio, sed immissio, *vt in Foroliuien. beneficy 19. Martii præteriti coram me, & aliàs sæpe.*

Et ita decisum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Cæsaraugustana Præeminētiarum

Veneris 10. Decembris 1624.

SVMMARIA.

1 *Clausula, sublata, operatur, vt quis aduersus dispositionem, in qua est apposita, non possit audiri.*
2 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
3 *Declarans nihil de nouo facit.*
4 *Dictio, Hactenus, quod tempus capiat.*
5 *Dictio, In posterum, denotat tractum successiuum, & omne tempus in futurum comprehendit.*
6 *Dictio, Nullatenus, quid significet.*
7 *Clausula, Omnia, & per omnia, quid comprehendat.*
8 *Dictio, Perinde, quid operetur.*
9 *Decretum irritans, & clausula, sublata, non obstant, vbi non intrat dispositio, in qua posita sunt.*
10 *Papæ declaratio intelligi debet, præterquam quoad expressa.*

Decisio CXXVIII.

Ante sæcularizationem Ecclesiæ S. Saluatoris fuit quoad præeminentias Canonicis Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari concessum mandatum de manutenendo, quod etiam post sæcularizationem prædictæ Ecclesiæ S. Saluatoris factam per san. me. Clementem VIII. vt in eius Breui eisdem Canonicis debitum esse, Rota censuit coram me 23. Martii 1609. ad quod impediendum Ecclesia S. Saluatoris prædicta opponebat de dicta sæcularizatione, & propterea dicebat, sibi, & non alteri nimirum Ecclesiæ S. Mariæ de Pilari deberi manutentionem, cum san. mem. Clemens VIII. *sub dat. 20. Februarii 1601. per suum Breue declarauerit*, Clerum sæculare debere præcedere Regulare, quod quidem Breue habet clausulam *sublata*, † quæ ope1 ratur, vt aduersus dispositionem dicti Breuis Canonici Ecclesiæ de Pilari non possint audiri, *Bart. in l. fin. C. de Canon. Frumen. Vrb. Rom. lib. 11. Alex. in l.*

Gallus

Gallus. 5. *& quid si tantum.num.*20.*in fin. & ibi Ias. num.*77.*ff. de liber. & posthum. Verall. decis.* 134. *nu.* 4. *par.* 3. *Put. decis.* 48. *num.* 6. *lib.* 1. *& decis.* 377. *in fin. lib.* 5. & † decretum irritans inficit titulum, & possessionem, *cap. si de eo tempore. de elect. in* 6. *Cassad. decis.* 1. *sub num.* 7. *de restit. spoliat. & decis.* 12. *nu.* 4. *&* 6. *super reg. Cancellariæ. Sarn. in reg. de Trien. quæst.* 49. *nu.* 3. *& in reg. de anna. quæst.* 5. *in fin.* Quare de mandato Illustriss. & Reuerendiss. Domini mei Cardinalis Mellini dubitaui, an dictum Breue de anno 1601. obstaret in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est, vt denegari debeat manutentio dictis Canonicis B. Mariæ de Pilari.

Hoc dubio per me proposito, negatiuè fuit resolutum, quia, licet, adsit dictum Breue sæcularizationis, nihilominus postea idem Sanctissimus Pontifex Clemens VIII. per aliud suum Breue declarauit suæ mentis, & intentionis non fuisse, & esse per reductionem ad sæcularitatem prædictæ Ecclesiæ S. Saluatoris prærogatiuis, præeminentijs B. Mariæ del Pilar, eiusque Priori Capitulo, & Canonicis tam vigore sententiarum Rotalium, quam alias quomodolibet competentibus in aliquo præiudicare, illisque occasione dictæ reductionis ad sæcularitatem Ecclesiæ S. Saluatoris nullatenus præiudicatum hactenus fuisse, aut in posterum fore, vel censeri, sed illa in suis viribus, & robore in omnibus, & per omnia remansisse, & perpetuo remanere debere perinde ac si prædicta Ecclesia Metropolitana ad sæcularitatē redacta, aut redigi, mandatum non fuisset, sicq. per quoscumque Iudices, &c. sublata, &c. ac irritum, &c.

Ex quibus sequitur, quod Breue sæcularizationis non noceat Ecclesiæ del Pilar, cum per illud Sum. Pont. noluerit præiudicare dictæ Ecclesiæ, quod patet ex prædicta declaratione, ex qua nihil censetur immutatum, aut alteratum, sed tantum id, quod erat 3 propalatum, & certum factum, scilicet † quod per dictum Breue sæcularizationis Papa noluit præiudicium inferre Ecclesiæ de Pilari, *l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testam. Gabr. de reg. iur. concl.* 3. præsertim cum Papa vtatur verbis prægnantibus, scilicet hactenus præiudicatum fuisse, aut in posterum fore, minimè censeri debere; † quæ dictio, *hactenus*, capit tempus à die datæ primi Breuis vsque ad diem dati secundi, *l.* 1. *in princ. ff. de nou. oper. nunciat. Signor. cons.* 22. *num.* 13. *Rimin. iun. cons.* 491. *nu.* 23. *lib.* 5. † & dictio, *in posterum*, denotat tractum successiuum, ita vt comprehendat omne tempus futurum, *Brun. à sol. in loc. com. in verb. dictio. num.* 21. & eo magis colligitur voluntas Papæ, cum vtatur 6 dictione, *nullatenus*, † quæ iuncta prædictis, importat, quod neque in præteritum, neque in futurum in minima parte præiudicare voluerit Ecclesię del Pilar, *glos. in reg. nemo potest. de reg. iur. in* 6. *& in cap. statutum. in verb. nullum. de rescript. in* 6. & cum Papa voluerit in omnibus, & per omnia firma remanere iura, & prærogatiuas, ita efficaciter hanc de- 7 clarationem fecit, vt † per dictam clausulam *in omnibus, & per omnia* voluerit comprehendere illa, quæ aliàs non comprehenderentur, *l. ballista cum ibi not. ff. ad trebell. l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib.* 11. *Ruin. cons.* 32. *lib.* 2. *num.* 5. *& cons.* 171. *nu.* 11. *lib.* 3. *Rol. cons.* 60. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. & ad tollendū omnes dubitationes Pōtifex vult prędicta procedere, perinde ac si Eccl. sęcularizata minimè fuisset, 8 quæ dictio, *perinde operatur*, vt id, quod est, faciat non esse quoad iuris effectum, & sic quoad præiudicium Ecclesiæ del Pilar quod Ecclesia Metropolitana non censeatur sæcularizata, *l.* 1. *C. de error. aduocat. Dec. cons.* 116. *num.* 19. *lib.* 3. *& fuit dictum in causa Virdunen. Episcopatus* 10. *Martii* 1595. *coram bo. me. Litta*, & idem Summ. Pont. declarationem claudit cum clausula *sublata*, & decreto irritante,

Decis. Posl. Tom. 2.

quæ sunt tantæ efficaciæ, vt supra dictum est.

Neque obstant clausula, *sublata, & decretum irritans*, posit. in dicto breue an. 1601. in quo disponitur, quod sæculares præcedant Regularibus, quia, cum Pont. declarauerit per sæcularizationem non fuisse præiudicatum Ecclesiæ del Pilar, perinde ac si prædicta Ecclesia non fuisset ad sęcularitatem reducta, vt supra ponderatum est, ista Ecclesia del Pilar non 9 comprehenditur sub dicto Breui, † & propterea prædicta clausula, & decretum non obstant, *vt fuit resolutum in causa Calaguritana motus proprii de Victoria* 15. *Iunii* 1592. *coram bo. me. Card. Pamphilio, & in causa Valentina decimarum* 9. *Iunii* 1595. *corā eodem, & aliàs sæpius.* vt benè ad casum, de quo agitur post declarationem Papę, *Gemin. in cap. præsenti. vers. nota, quod eo ipso, & ibi Franc. in* 3. *notab. de off. leg. in* 6. *Gabr. de claus. concl.* 3. *num.* 82.

10 Neque releuat, † quod declaratio Papæ debet intelligi, præterquam quoad expressa, quia hæc limitatio hic non intrat, cum Breue contineat, sæcularizationem non nocere, perinde ac si non emanasset, & cum alijs clausulis ampliatiuis, vt aliàs dictum fuit, vnde meritò fuit firmatum, Breue prædictum non obstare.

Et ita conclusum.

R. P. D. Pirouano

Romana Hæreditatis de Cinciis

... 15. Decembris 1623.

SVMMARIA.

1. *Locorum Montium descriptio in alicuius personam, & illorum fructuum per eumdem exactio probat quasi possessionem manutenibilem.*
2. *Possessio posterior non est manutenibilis.*
3. *Possessio anterior, vt præferatur in manutentione, sufficit anterioritas per modicum tempus, seu etiam tempus.*
4. *Possessio vxoris deducitur ex hypotheca, & clausula constituti occasione suarum dotium, quæ conseruatur etiam post mortem viri constituentis.*
5. *Animus sufficit ad amittendam possessionem, quamuis animus, & corpus requiratur ad illam acquirendam.*
6. *Immissionem petens fatetur se non possidere, & possessionem amittit.*
7. *Decl. si tamen immissio petatur à principali, vel à procuratore speciale mandatum habente.*
8. *Remed. l. fin. potest intentari etiam ad confirmandā possessionem.*
9. *Peti potest manutentio, & subordinatè, quatenus opus sit, immissio.*

Decisio CLXXIX.

POst binas resolutiones super manutentione ad fauorem D. Pantasileæ supererat videndū de parte reseruata, An eadem manutentio esset danda quoad possessionem locorum montium, de qua cum hodie esset actum, Responderunt Domini, fratribus de Cincijs esse concedendam.

Docent enim de eorum possessione per descriptionem locorum montium prædictorum per Secretarium Montis in personam dictorum fratrum factam vigore decreti de immittendo concessi per Locumtenentem Illustrissimi Vicarij eisdem fratribus instantibus, vti hæredibus ab intestato Io. Baptistæ eorum fratris, ac etiam vti fideicommissarijs

K quę,

quę nominis mutatio in nouam personam cum exactione subsecuta partim fructuum eorumdem locorum, vt in præsenti legitur, mutat faciem descripti de persona ad personam, † in quo pars potest petere se manuteneri, & admitti debet, *glos. in cap. nullus. 2. quæst. 2. cap fin. de rest. spoliat. Bald. in cap. querela. num. 37. de elect. Afflict decis. 395. num. 4. & 5. & idem fuit dictum in Albanen. diuisionis 12. Iunij 1620. coram me*, & ex subsecuta solutione fructuum etiam modica causatur possessio, quamuis ex re, nō autem in re debeatur; *Anch. in cap. sine possessione. num. 12. vers. aduertendum. de reg. iur. in 6.*

Non obstat possessio D. Pantasileæ, quia si illa deducitur ex simili descriptione; illa longe posterior est, cum appareat sub die 30. Iunij eiusdem anni, & † per consequens nec manutenibilis, si verò ex declaratione per eam facta sub die 27. Maij 1622. qua Io. Baptista eius maritus decessit, & in qua mutauit causam suæ possessionis, illa posterior est, dum legitur sub hora 10. cum dimidia eiusdem diei, fructuum verò possessio posita est sub hora decima similiter diei prædicti, & vti posterior non est manutenibilis, *Cassad. decis. 20. de præbend. Rot. decis. 114. par. 2. recent.* Nec dubitari potest de prælatione possessionis ex modico tempore, quia † sufficit momentum ad huoc effectum, *Frrret. cons. 397. num. 26. lib. 2. Rot. decis. 19. num. 2. par. 2. diuers.*

Quod si deducatur possessio eiusdem † ex hypotheca acquisita propter dotem, viuente adhuc Io. Baptista marito, & vigore clausulę *constituti*, conseruata etiam post mortem constituentis, *Negus. de pign. membr. 2. par. 2. num. 25. Surd. cons. 221. num. 53 cum aliis adductis in decis. 19. Decembris 1622. in hac causa.*

Et illa respectu locorum montium animo fuit dimissa, & amissa, † quod sufficit, quamuis ad acquirendam requiratur corpus, & animus, *l. 3. §. in amittenda. l. si quis. § differentia. ff. de acq. poss.* Petijt enim D. Pantasilea immissionem respectu dictorum locorum montium, & cum hæc remedia sint inter se contraria adipiscendę, & retinendæ, dum non potest quis possidere, & non possidere, † consequitur necessaria confessio non possidendi in eo, qui petijt immissionem, *Rot. decis. 20. coram Card. Muntic. & coram Papa Greg. XV. decis. 146. num. 4. dec. 174. par. 4. diuers. Pereg. probant hanc incompatibilitatem de fideic. art. 46. num. 7. & 8.*

Neque obstat, quod † ad inducendam dimissionē possessionis debet peti immissio ab ipso principali, vel à Procuratore speciale mandatum habente, *Rot. decis. 546. num. 12. coram Papa Greg. XV.*

Quia ex facto soluitur obiectum, ex quo datur mandatum speciale D. Pantasilęę in D. Christophorum Caietanum eius fratrem germanum ad petendam immissionem.

Demum non obstat, quod † beneficium, *l. fin. C. de edea. Diu. Adr. toll.* posit etiam intentari ad confirmandam possessionem, ac etiam † subordinatè possit peti manutentio, & quatenus opus sit, immissio.

Quia facilè prædicta possent admitti propter compatibilitatem, sed in præsenti neque in mandato, neque in petitione à procuratore facta, neque in ipso actu immissionis fuerunt expressa, quare dici non potest, potuisse conseruari ius hypothecæ ex instrumento dotali deducto, quoad loca montium, attenta dicta incompatibilitate ex confessione resultante.

Et ita, &c.

R. P. D. Pirouano

Regien. Pensionis

Mercurii 31. Ianuarii 1624.

S V M M A R I A.

1 *Pensionario docenti de quasi possessione datur manutentio contra fructuum sequestratarium.*
2 *Solutio vnica sufficit ad quasi possessionem acquirendam.*
3 *Quasi possessio acquisita contra antecessorem suffragatur etiam contra successorem.*
4 *Solutio probatur ex instrumento solutionis, & quietationis. & num. 5.*
5 *Verba,* Dedit, soluit, & actualiter numerauit, *significant veram numerationem.*
6 *Verba,* Habuit, & recepit, *continent veram, naturalem, & realem numerationem, conseruantque in quasi possessione.*
7 *Solutio facta præsumitur etiam de medio tempore constito, de solutionibus ante, & post.*
8 *Fides Notarii de solutionibus factis, & à se rogatis faciunt non leue adminiculum.*
9 *Pensionis reseruatio deseruit pro adminiculāda quasi possessione exigendi.*
10 *Nullitas solutionis pensionis non expeditis literis non clara, & euidens non impedit manutentionem.*
11 *Exceptio desumpta ex clausula in literis Apostolicis pensionis apposita, Quod pensio nulla sit, si N. non soluerit, donec vixerit verè, & realiter, non admittitur in possessorio, sed ad petitorium reiicitur.*
12 *Pensionario manutentio denegatur, vbi ex ventre literarum constat de extinctione pensionis.*
13 *Pensionis exigendæ quasi possessio contra titularem non suffragatur, si beneficium dimiserit.*

Decisio CLXXX.

PEndente lite in Rota inter Ottauium ex vna, & Hieronymum ex alia super simplici beneficio in Ecclesia Regien. de iurepatronatus laicorum, & apposito super fructibus sequestro, Hercules tamquam pensionarius petijt mandatum de manutenendo super ijsdem fructibus contra sequestratarium, dubioque proposito † Domini resoluerunt, eidem dandum esse mandatum petitum, docet enim de quasi possessione, † ad cuius acquisitionem sufficit vnica solutio, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 53. de caus. poss. &c. Rot. decis. 196. num. 2. par. 1. diuers. Seraph. decis. 1411. & latè comprobatū fuit in Spoletana Pensionis 21. Iunii, & primo Iulii 1620. coram R. P. D. meo Vbaldo,* † quæ quasi possessio suffragatur contra successorem, *ad decis. Guidop. 629. quā Rot. sequitur Put. dec. 151. lib. 3. cum aliis in dicta Spoletana 21. Iunii.*

De solutione autē huiusmodi facta per Raphaelem titularem anteriorem, qui reseruationi pensionis auctoritate Apostolica factæ consenserat, constat † ex publico instrumento 6. Iulii 1617. solutionis scut. 25. monetæ factæ dicto Herculi de termino Festiuitatis Annunciationis Beatæ Virginis cū quietantia ad fauorem titularis facta, *vt in summ. Herculis num. 2.* & verba instrumenti sunt clara, ibi, *dedit, soluit, & actualiter numerauit dicto Herculi præsenti ad se trahenti in tot. bonis monetis argenteis &c.* † & indubitanter significant veram numerationem, *Bart. in l. singularia. ff. si cert. pet. num. 22. Ias.*

num.

num. 20. coram eodem D. Vbaldo 17. Iunij 1616. & 16. Ianuarij 1617.

Insuper ex alio instrumento 12. Augusti 1612. solutionis ducatorum 63. & libr. duarum Imperialium per illa verba, *Habuit, & recepit à dicto Raphaele solutione in duplis de Genua auri 18. Testonibus Romanis 55. & Iulio Romano, & solid. 10. in moneta, vt*
6 *in summario num. 3.* † quæ verba continent veram, & realem numerationem, & sunt pro residuo, consertantq; pensionarium in quasi possessione exigendi, *vt fuit dictum in vtraque decisione Spoletana, de qua supra, & prius in Regien. Pensionis 26. Iunii 1598 coram Orano cum allegat per Modern. Romaa. discep. for. cap. 426. num. 1.* in quo etiam instrumento continetur confessio de recepto libr. 72. Imperialium solutarum Economo Seminarij, in quo Hercules degebat, & quietantia, *vt in summ. nu. 3.* quæ est valide verisimilis,
7 Exinde † resultat præsumptio solutionum medio tempore factarum, *Rot. decis. 122. num. 7. par. 1. recent.*

Comprobatur etiam ex fide Notarij de solutionibus singulorum terminorum, licet se referat ad
8 eius rogitum *in summ. num. 4.* † quæ negari non potest, quin faciat adminiculum non leue, prout similem fidem pro adminiculo considerauit *Rot. in d.*
9 *Terdonen.* & demum † concurrit adminiculum literarum reseruationis ponderatum à *Rota coram fel. record. Gregor. XV. decis. 275. num. 10. & ibi latè per Add. nu. 19. & in Cusentina Pensionis 4. Maii 1616. coram eodem D. Vbaldo.*

Non obstat, quod prima solutio non sit facta vigore literarum reseruationis, quæ dicuntur expeditæ sub data VIII. Kal. Febr. 1617. ab Incarnatione, & sic à Natiuitate 25. Ianuarij 1618. *vt in summ. num. 2.* & primus terminus fuerit exactus 6. Iulii 1617. pro termino decurso de mense Martii præterito, *vt in summ. Rectorum num. 2.* & sic contra formam decreti literarum reseruationis, quod pensio soluatur vigore literarum, & non aliàs &c.
10 Quia † hæc nullitas non est clara, nec euidens ad denegandum manutentionem, cum in instrumento dato pro Hercule dicatur, literas fuisse expeditas VIII. Kal. Febr. 1616. vt ex responsionibus in facto datis pro Hercule, ex quibus videtur resultare datã literarum fuisse 10. Kal. Febr. 1616. ab Incarnatione, qui est annus 1617. à Natiuitate, & duodecimus Pontificatus fel. record. Pauli V. & colligitur etiam ex confessu Raphaelis titularis in Cancellaria præstito 28. Ianuarii 1616.

Non obstat alia clausula in dictis literis, quod pensio nulla sit, si Raphael non soluerit, quamdiu vixerit verè, & realiter, nam omisso cui incũbat onus
11 probandi hanc negatiuam, † exceptio ista videtur remittenda ad petitorium, *vt in dicta Spoletana 21. Iunii 1619. & prius in Lucana Pensionis 21. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Pirnaano, & in Faentina Pensionis 23. Iunii 1619. coram R. P. D. Pamphilio.*

Et nihilominus ex supradictis instrumentis videtur constare de actualibus, & continuatis solutionibus vsque ad mortem Raphaelis, *& ita tolluntur decisiones in Colimbrien. coram Illustriss. Patriarcha,*
12 *quæ est 617. par. 1. recent.* † in qua ex ventre literarum constabat de extinctione pensionis, *& in Mediolanen. Pensionis coram Reuerendissimo Lugdunen.* quibus ita fuit responsum *in Cremonen. Pensionis 25. Februarii, & 2. Maii 1622. coram eodem D. Vbaldo.* Nec ad propositum facit *decisio in Lucana Pensionis coram Illustrissimo Cardinali Sacrato*, in qua solum
13 dicitur, † quod possessio exigendi pensionem contra titularẽ, qui dimiserat beneficium non suffragabatur tamquam improba, quia contra tenorem literarum, in quibus cauebatur, quod titularis, donec obtineret beneficium, solueret realiter integrã pensionẽ.

Et ita resolutum partibus informantibus, &c.

Vbaldo Seniore

Romana manutentionis, seu Pecuniaria.

Veneris 12. Ianuarij 1624.

SVMMARIA.

1 *Solutio vnica sufficit ad effectum manutentionis, & num. 3.*
2 *Producens scripturam dicitur fateri ea, quæ in scriptura continentur.*
3 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
4 *Solutio facta præsumitur ex titulo præambulo, vbi de alia causa non constat.*
5 *Ampl. præsertim si concurrat summæ conformitas.*
6 *Simulationis, seu vsurariæ prauitatis exceptio tamquam titulum, & proprietatem respiciens impedit manutentionem.*
7 *Locatio tacitè renouata censetur ex continuatione conductoris, & solutione eiusdem summæ.*
8 *Locatio nec scripturam, nec verba requirit, sed sola consensu contrahitur, & tacitè renouatur.*
9 *Locatori datur manutentio in exactione affictus locatione durante, secus illa extinctá. & in fin.*
10 *Relocatio in illis rebus, quarum fructus ciuiles de die in diem percipiuntur, intelligitur facta de die in diem, & finita statim, atque conductor soluere, & continuare recusat.*
11 *Perceptionis factum allegare sufficit ad effectũ manutentionis sine aliqua causa obligatoria.*
12 *Extinctio causæ, vel tituli non licet allegare in remedio retinendæ.*

Decisio CLXXXI.

De anno 1612. 1. Februarii D. Vincentius emit ratam partem tituli, & scripturarum cuiusdam officii Capitolini ab Angelo, & Octauiano pro precio scutorum 1500. & camdẽ ratam in continenti eisdem venditoribus locauit pro annuo affictu, seu responsione scut. 120. & cum venditio esset facta cum pacto redimendi intra sex annos, iis elapsis Vincentius prorogauit tempus redimendi ad alios quinque annos; orta deinde controuersia inter partes super solutione affictuum; Dubitatũ, An Vincentio esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi affictus dictæ ratæ partis tituli, & scripturarum, & Domini affirmatiuè responderũt. Constat enim de eius possessione ex pluribus quietantiis datis in summario à parte aduersa, & nonnullæ etiam fuerunt productæ in actis, ex quibus apparet, Vincentium recepisse diuersis temporibus ab aduersariis multas pe-
1 cuniarum summas, cum tamen † vnica solutio sufficeret ad hunc effectum manutentionis, *glos. & Doct. in cap. cum Ecclesia. vbi Rip. num. 53. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 436. num. 1. & decis. 1411. num. 2. Rot. decis. 313. num. 1. coram fel. record. Gregor. XV. decis. 764. sub num. 3. par. 2. recent. in Cusentina Pensionis 4. Maii 1616. coram me, & sæpissime in aliis,* &
2 † ex tali productione resultat confessio eorum, quæ continentur in scriptura producta, *iuxta vulgatam l. publica. §. fin. ff. de pos. cap. cum olim de censib. Dec. in cap. cum venerabilis. num. 122. de except. Surd. cons. 3. num.*

3.nu.37.fuit dictum in Romana Dotis 6.Iunii 1611. coram me.

Neque obstat, quod plures quietantiæ dicant pro fructibus scutorum 1500.nõ autem pro affictu, quia vna quietantia expresiè refertur ad instrumentum inter partes rogatum manu Buratti Notarii, quod est instrumentum affictus, de quo agitur, quæ relatio operatur, 3 † vt releuatum sit in referẽte cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto ff.de hæred. Instit. Bart.in l.1. ff. de recept. Aym.cons.45.num.4.Surd. decis.291.nu.18.Rot.decis.522.num.10.coram Greg. XV.fuit dictum in Anconitana prædii 11. Nouembris præteriti coram me*, & ista vnica solutio sufficeret ex supradictis, & aliæ etiam conferunt, ex quo non 4 constat de alia causa soluendi, vnde † præsumendum est, solutiones fuisse factas ex titulo præambulo locationis, *l.2.C.de acquir.possess.gl. in l. quædam mulier.ff.de rei vendic.Aym.cons.558.num.13.Decian. cons.60.num.29.lib.2.fuit dictum in Mutinent. Canonicatus coram me, quæ est decis.560.num.5.par.2.in 5 recent.& in decis.301.nu.3.part.1.* vbi † consideratur etiam conformitas summæ solutæ de semestri in semestre per plures annos cum obligatione dicti affictus. *& est decis.555.nu.3.coram Greg.XV. & ibi allegatur dec.Seraph.in Romana Societatis 14. Nouembris 1593.quæ est decis.1093.num.3. in eius impress.*

6 Non obstat exceptio † simulationis, & vsurariæ prauitatis exaduerso opposita, quia Domini putabant sufficere responsionem, quod talis exceptio non impedit manutentionem, cum respiciat titulum, & proprietatem, *vt in puncto fuit resolutũ apud Sanct.mem.Greg.XV.decis.107.sub num.2.& seqq.& ibi Addent.Rot.dec.140.num.2.par.1.recent. & fuit deductum in decis.99.num.2.par.1.diuers.ad quam se referunt istæ posteriores decisiones*, & hæc modicam videbantur habere difficultatem durante locatione sex annorum, quæ expirauit vltima Ianuarij 1618. Neque multum Domini dubitabant etiam, durante alio quinquennio, pro quo tempore Vincentius prorogauit tempus ad redimendam ratam tituli, & 7 scripturarum sibi venditam, *vt supradictum est* † quin esset tacitè renouata locatio saltem in consequentiam prorogati temporis ad redimendum, cũ conductores permanserint in eodẽ exercitio, & soluerint eãdem quantitatẽ antea conuentã, *iux.tex. l.itẽ quæritur.§.qui impleto.ff.locat.& l.legẽ.C. eod.* 8 *tit.* cum † locatio, & cõductio neq; scripturam, neq; verba requirat, sed solo consensu contrahatur, *l.1.ff. locat.l.consensu.ff.de act.& oblig.* & plerumq; etiam tacitè renouetur, *vt per Card. Mant.de tacit.lib.5.* 9 *tit.15.num.5.* vnde, † si quid deest Vincentio, quod non fuerit ab aduersarijs consecutus pro annis 11.elapsis, & finitis vltima Ianuarii 1623. putabant Domini, ei competere remedium manutentionis ex supradictis, sed post dictum tempus Domini non erant satis concordes, quod Vincentio competeret tale remedium, cum certum esse videretur, finitam esse locationem expressam, vel tacitam, & consequenter quamlibet obligationem conductorum de soluendo affictu esse extinctam, qua cessante, videatur etiam cessare remedia quælibet possessoria, *vt per Bart.in l.cum de in rem verso.nu. 14. ff.de vsur. & post alios relatos Peregr.de fideic.art.46.num.20.* nec ad rem facit, quod, cum conductores receperint precium pro rata vendita Vincentio, non sit æquum illos retinere precium, & fructus pro se percipere; quia id non pertinet ad remedium manutentionis, sed *l.curabit.C.de act.empt.* & in omnem euentum, 10 † cum simus in fructibus ciuilibus, qui percipiuntur de die in diem ex commodo scripturarum, de quibus agitur, prætensa relocatio deberet intelligi de die in diem, *iux.dictum §.qui impleto*, & ea videretur finita statim, atque conductores recusarunt 11 pensionem, seu affictũ soluere, è contra vero, † quod in istis possessoriis sufficiat allegare factum perceptionis sine aliqua causa obligatoria, *firmat in puncto Peregr.vbi supra num.21. post plures relatos, & sæpe firmauit Rota, & signanter in causa Romana vineæ de Fabris 10.Ianuarij 1611.coram Reuerendiss. Lugdunen.quæ est decis.275.num.5. par.1.recent.* & 12 † quod in remedio retinendæ non liceat allegare extinctionem causæ, vel tituli, *Caputaq. dec.317.par. 2.& in alijs allegatis per informantes*, vnde fuit cõclusum, dandum esse mandatum de manutenendo Domino Vincẽtio quod affictus decursos pro tempore præterito conuento, & prorogato, sed ab inde citra poterit denuo, si ipse voluerit, Rota consuli.

Et ita decisum &c.

Vbaldo seniore.

Vrbeuetana Bonorum

Veneris 26. Ianuarii 1624.

S V M M A R I A.

1 *Possidenti de tempore motæ litis debetur manutentio.*
2 *Monitorium habet vim libelli.*
3 *Petens sibi restitui, & reddi bona, & mandatum de immittendo concedi fatetur non se, sed aduersarium possidere.*
4 *Confessio actoris in libello, seu monitorio sibi præiudicat, & sufficit ad effectum manutentionis.*
5 *Possessio probatur ex mandato de immittendo ad fauorem aduersarij cum clausula,* Amoto, & expulso &c.
6 *Immissionis sententia, seu decretum Iudicis priuat possessorem possessione ciuili, & naturali.*
7 *Lim.si sententia sit valida, & iusta, secus e conuerso.*
8 *Iniustitia notoria, & quæ nullo velo possit adumbrari requiritur ad effectum, vt quis ex immissione alteri data non dicatur sua possessione priuatus.*
9 *Sententia dicitur nulla ex defectu citationis legitimæ, & eius, qui fuit citatus ab initio.*
10 *Citationis defectus ad sententiam est insanabilis, etiã stante rescripto cum clausula,* Arbitrio.
11 *Sentẽtia lata contra minorẽ indefensũ dicitur nulla.*
12 *Procuratore absente debet, absentia probata, procedi per contradictas, non autem per diligentias.*
13 *Citatio noua requiritur coram nouo Iudice nõ deputato in statu, & terminis.*
14 *Sententia lata in die, qua Sedes vacauit, non dicitur nulla, nisi constet fuisse latam post obitum Summi Pontificis.*
15 *Possessio capta post appellationem, vel intra terminũ ad appellandũ est nulla, attentata, & non manutenibilis, præsertim vbi commissa est causa simpliciter.*
16 *Appellanti, qui se non habuit pro spoliato, non denegatur manutentio.*

Decisio CLXXXII.

1 DOmini responderunt pro Informante, videlicet, dandum esse mandatum de manutenendo Iosepho, & litis consortibus, † de quorum possessione constat tempore motæ litis, *§. retinendæ. Inst.de interd.*

2 Constat autem ex confessione Nicolai aduersarij † in monitorio habente vim libelli, in quo petit à Iosepho, & consortibus sibi restitui, & reddi bona, de quibus agitur, & sibi mandatum de immittendo

con-

3 concedi,& † sic videtur confiteri, Iosephum possidere, contra quem actionem dirigit,& se petentem immitti non possidere, *Card. Mantic.dec. 20.num. 1. & 4.Rot.dec.46.num.3.coram fel.rec. Greg. XV.quæ dec.36.num.2.par.2.recent. & dec.561.num.1.par. 2.vbi aliæ decisiones allegantur,& fuit dictum in Romana domorum de Zacconis 17. Maij 1621.coram me, & in Romana de Cincys 15.Decembris præteriti corã*
4 *R.P.D. Pirouano*, quia † confessio in libello actorẽ præiudicat, *l. cum precum.C.de probat.l.vltima.C. de fideic.l.generale.§.& si quidem. C.de non numer. pecun.*& in terminis confessionis in monitorio *fuit dictum in causa C.Castelli pecuniaria 17.May 1621. coram me*, & sufficit ad effectum manutentionis,
5 *Rot.dec.802.num.1.par.1.diuers.*& † clarius etiam probatur eadem possessio ex mandato de immittẽtendo obtento a Nicolao cum clausula, *Amotis,& expulsis Iosepho,* & consortibus, vt in his terminis fuit dictum in *Pamphilonen. beneficij 6. Februarij 1615.coram me, & nouissime in Romana deuolutionis domus die 12. præsentis mensis, & Anni coram Reuerendissimo.Seleucien.*

Non obstat sententia extra Rotam lata,& decre-
6 tum de Immittendo, quod † tamquam emanans à Iudice pòtest priuare possessorem possessione ciuili,& naturali, *Mohed.dec.4.num.4. de restit.Spoliat. Rot.dec.802.num. 6.& 7. par.1.diuers.dec.62.nu.3. & 4.par.2.& dec.293.num.5.par.1.recent.*
7 Quia trita est limitatio in Rota recepta,† si sententia sit valida,& iusta, *vt d.dec.802. sub num.7.& d.dec.561.num.3. & in d.Pamphilonen.beneficij,& sæpissime alias.*

Contra validitatem autem,& iustitiam dictæ sẽtentiæ multa opponebantur,& quidquid esset dicẽ-
8 cendum de Iniustitia,† quæ tamen deberet esse notoria, & quæ nullo velo posset adumbrari ad hunc effectum *vt in illa Romana de Bombellis coram bon: me:Card.Sarrato*, Nullitates adducebantur plures, sed Domini amplexi sunt duas, vel tres principales.

Prima colligitur ex eo, quod Iudicium fuerat inchoatum cũ Stephano Curatore ad lites ipsius Iosephi minoris,qui etiam fuit citatus ad alios actus Iudiciales, & tamen sententia fuit lata absque cita-
9 tione d.curatoris,† quem defectum citationis eius, qui ab initio fuerat citatus considerauit *Rota in causa Mantuana bonorum 10.Decembris 1612.corã me,* & ex defectu citationis saltem legitimæ,sententiã remanere nullam, *latè firmauit Rota in dicta Mantuana bonorum 17.Iunij 1611.coram me,quæ est dec.*
10 *340.par.1.recent.*& † talem defectum esse insanabilem etiam cum commissione sanatoria, arbitrio *Rotæ, fuit resolut.in Zamorẽ. pecuniaria 20. Martii 1609.coram R. P.D.Caualerio,quæ est decis. 179.nu. 2.& 3.par.1.recent. & in Romana nullitatis subhastationis 10.Iunii eiusdem anni coram San.me.Greg. XV.quæ est dec.416.in eius impress.& in d.Mãtuana bonorum 16.Decembris 1611.& 14. Maii 1612. quæ est dec.365.& 409.par.1.recent.*
11 Et hinc resultat alia nullitas, † quod sententia dicitur lata contra minorem indefensum,*l.tam.& minores.C.si aduers.rem iud.l.contra pupillum. ff.de re iudic.Crescent.dec.9.num.3.eod.tit.*

Nec displicebat aliud motiuum, quòd,cum Pro-
12 curator Iosephi esset absens à Curia,† debuit,probata absentia,citari per contradictas, *vt per Vestr. in praxi lib.4.cap.5.num.5.* non autem per diligentias, *prout factum fuit,& tradunt Modern.in praxi A.C.lib.2.cap.16.num.14.*
13 Et accedit,quod,† cum Iudex,qui sententiam tulit,non esset deputatus in statu,& terminis,videbatur necessaria noua citatio ipsius principalis, tamquam esset nouum iudicium,*ex latè traditis per Bal. cons.4.num.3.lib.5.* qui videtur loqui in fortioribus terminis, quando eidem Iudici superuenit noua commissio.
14 Alia vero nullitas, quod † sententia lata fuit die 8.Iulii,præsertim sede vacãte,*ad dec.Seraph.1276. num.5.*Non placuit Dominis,quia sedes vacauit inclinante iam die, & sententia posset esse lata ante obitum Summi Pontificis, prout præsumendum est ad sustinendum actum, *ad l. quoties ff. de red.dub.*

Denique cum signatura commiserit simpliciter causam appellationis à dicta sententia, seu mandato de immittendo, quatenus sit sequuta immisio,
15 † possessio capta vel post appellationem,vel intra terminum ad appellandum est nulla,& attentata,& non manutenibilis, *cap. non solum. de appell.in 6.*
16 *Seraph.dec.530.numer.1.* & † interim appellanti, qui non habuit se pro spoliato,nõn potest denegari manutentio,*Seraph.dec.1405.numer.4.& 1056 & fuit in his terminis resolutum in dicta Romana Domorum de Zacconis 17.Maii 1621.coram me.*

Et ita fuit decisum.

Reuerendiss.D.Coccino Decano

Cæsaraugustana Præheminentiarũ

Luna 26. Februarij 1624.

S. V M M A R I A.

1 *Declarans nihil de nouo facit.*
2 *Pontificis declarationi non potest opponi de defectu intentionis.*
3 *Causa quando dicatur discussa.*
4 *Exceptiones requirẽtes altiorem indaginem, vt quia sunt turbidæ,reiiciendæ sunt ad petitorium.*
5 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
6 *Decl. si sit iustificatum, alias donec iustificetur non tollit detentationem, & insistentiam facti.*
7 *Clausula,sublata,tunc operatur effectum, & obstat, vbi est firmatum, esse attendendam dispositionem super qua est apposita.*

Decisio CLXXXIII.

POst resolutiones factas,quod Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilar competebat interdictũ retinendæ, & post relaxatum mãdatum de manutenendo dubitaui, an Breue 1601.obstaret dicto mandato de manutenendo,in quo quidem Breui disponitur, quod Seculares debeant præcedere Regularibus, & Rota die 10. Nouembris superioris anni negatiuè resoluit quæ quidem sententia,& hodie placuit Dominis. Ratio decisionis fuit secundũ Breue declaratorium,in quo Sanct.me. Clemens declarat suæ intentionis minimè fuisse præiudicare præheminentiis Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilar, quod quidem secundum Breue non pòtest dici nouũ, aut separatim considerari, sed coniunctim cum primo,
1 cum † declarans nihil de nouo faciat,*l.adeo.§.cum quis in fin. ff.de acq.rer.domin.l.hæredes palam.§.sed & si totum.vbi Castr.& alii.ff.de testam. Surd.dec. 70.num.1.& bene Rot.dec.502.num.15.par.1.in recent.& dec.700.num.16.par.2. pariter in recent.*

Non obstat, quod in isto secundo Breue declaratorio non fuerit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo, quia nullum ius quæsitum fuit per primum breue, stante quod Papa nullum voluisse præiudicium inferre declarauerit Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilar, perinde ac si sæcularizatio facta

 non

non fuisset, & ideò nullum fuerit ius quæsitum alteri parti, maximè cum mentem eiusdem Pontificis nullus alius melius potuerit scire, quam ipsemet Pontifex, qui disposuit per primum Breue, & per secundum Breue declarauit, † & ideo ex hoc capite non potest deduci defectus intentionis, vt bene ad propositum *Rot. dec. 281. nu. 7. par. 1. in recent.*

Neq; obstat, quod ista procederent, si secundum Breue non esset subreptitium, subreptio autem deducitur, quia in breue fuit narratum causam fuisse Rotę auditorio maturè discussam; ac latas sententias, & executoriales, quod videtur falsum; nam fuit responsum, † quod per Iudices huius causæ prauijs decisionibus Rotalibus fuerunt facta decreta super manutentione, & relaxatæ executoriales, & deuentum ad declarationem Censurarum, vnde vel saluatur narratiua isto modo, qui large potest verificari in prædictis, *glos. in clem. 1. in verb. sententias de iudic. Rip. in rubr. de re iudic. numer. 7. & 8.* vel materia redditur turbida, † quare ista tanquam requirentia altiorem indaginem sunt reijcienda ad petitorium, *Doct. in l. si is, à quo. ff. vt in poss. Boer. decis. 156. num. 1. & 2. Gozzad. ad cons. 95. nu. 9. & 10. Nait. cons. 532. num. 4. Menoch. de adipisc. remed. 3. numer. 180. Rot. decis. 229. numer. 1. par. 2. recent.*

Neque etiam obstat, quod prædicta possent considerari, si primum breue non haberet decretum irritans, † quod inficit titulum, & possessionem, *Cassad. dec. 11. num. 13. super reg.* quia fuit responsum stante declaratione prædicta, quod decretum irritans non est iustificatum. † & ideo, donec iustificetur, non tollit detentationem, & insistentiam facti, *vt fuit resolutum in causa Parmen. Prioratus 10. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram Orano, & in causa Cuscutina Cappellæ 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo Domino Cardinali Mellino*, & propterea donec cognoscitur, an secundum breue sit subreptitium, vel non, non potest dici iustificatum decretum irritans positum in primo breui, & ideo ista non obstant ad effectum manutentionis per suprascripta. Et simili ratione respondetur ad clausulam, *sublatu*, positam in primo breui, † vt scilicet opereretur tunc demũ effectum suum, si esset firmatum, breue illud esse attendendum, & secundum non obstare, quod, cum firmatum non sit, clausula, *sublatu*, non obstat, *Gabr. de clausf. concl. 3. num. 82. Rot. dec. 433. num. 5. par. 2. in recens.*

Ex quibus resolutum fuit, Breue non obstare, quominus mandatum de manutenendo concessum Ecclesiæ del Pilar habeat effectum suum &c.

Dunozetto

Nullius, seu Aprutina Iurisdict.

Lunæ 10. Martij 1624.

SVMMARIA.

1. *Ordinarij assistentiam habet iuris communis in omnibus Ecclesijs, & personis suæ diœcesis.*
2. *Et debetur eis manutentio nulla alia possessione probata.*
3. *Diœcesis alicuius esse præsumuntur qualibet loca, & Castra.*
4. *Diœcesis, cui sunt viciniora, præsumuntur loca, & Castra.*
5. *Probationes leniores sufficiunt ad fines antiquos probandum.*
6. *Episcopo non competit manutentio in exercitio iurisdictionis spiritualis ex sola assistentia iuris communis, vbi inferior Prælatus probat se huiusmodi iurisdictionem in eisdem locis exercuisse cum scientia, & patientia Episcopi, nisi Episcopus clarè, & concludenter probet, loca sita esse intra limites suæ diœcesis, & in fin.*
7. *Exemplum exempli nullum gradum probationis facit.*
8. *Bulla ad supplicationem partis emanata non probat in tertij præiudicium.*
9. *Bulla ad supplicationem partis censetur continere clausulam, si ita est.*
10. *Enunciatiua non probat, vbi principaliter de enunciato disputatur.*
11. *Finium natura est, vt ita debeant esse coniuncti, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca confinata.*
12. *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
13. *Mappa non facta seruatis seruandis non probat quid esse intra fines. Lim. vt num. 14.*
14. *Scriptura impressa non probat quid esse intra fines.*
15. *Testes deponentes super finibus debent etiam non requisiti reddere rationem concludentem non solum per actum intellectus, sed etiam per sensum corporis, & sub num. 20.*
16. *Testibus se referentibus ad scripturã non plus creditur, quam scripturæ.*
17. *Episcopi vti Delegati Sedis Apostolicæ possunt Ecclesias viciniores visitare, etiam si sint nullius diœcesis.*
18. *Probatio vera non elicitur ex actu, qui potest ad plures causas referri, sed æquiuoca.*
19. *Probatio æquiuoca possessionis ad manutentionem nõ suffragatur.*
20. *Scientia, & patientia aduersarij requiritur ad quasi possessionem acquirendum.*
21. *Testes de auditu non specificantes à quibus nec etiã in antiquis concludunt.*
22. *Testes de auditu vt probent, præcipuè in antiquis, quæ requirantur.*

Decisio CLXXXIV.

Mota lite super Iurisdictione spirituali Castrorum, seu locorum Murri, Musciani, & Notarescij inter D. Episcopum Aprutinum, & D. Abbatem Sanctæ Martæ de Propezano, & Sancti Angeli de Musciano, causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa die Mercurij 26. Iunij 1619. dubitaui, Cur dandum esset mandatum de manutenendo in exercitio Iurisdictionis spiritualis dd. locorum. Verùm quia in disputatione huius dubii pro parte dicti D. Episcopi prætendebatur manutentio ex sola assistentia Iuris communis, quam † habent Ordinarij in omnibus Ecclesijs suæ diœcesis, & pro parte dicti D. Abbatis acerrimè negabatur supradicta loca esse intra fines Diœcesis Aprutinæ, sed esse nullius, Ideo Domini voluerunt particulariter videre, vtrum prædicta loca probarẽtur esse intra limites dictæ Diœcesis ad effectum, vt ex assistentia iuris communis competeret dicto D. Episcopo manutentio. Quo dubio multoties proposito matureq; discusso, tandem hodierna die Domini negatiuam sunt amplexi.

Non dubitarunt Domini, Episcopum iuxta Sacros Canones habere intentionem fundatam de iure communi exercendi iurisdictionem spiritualem in omnibus Ecclesijs suę Diœcesis, & in omnes personas degentes intra limites sui Episcopatus, *cum omnes Basilicæ, & ibi Doct. 16. q. 7. cap. conquærente. de offic. iud. ordin. c. 1. de appell.* † & ex sola assistentia iuris communis, nulla alia probata possessione, Ordinario conceditur manutentio, *c. cum persona,*

& ibi Doct. de priuil. in 6. † certumq; est, omnia loca, seu Castra præsumi esse alicuius Diœcesis, teste *Felyn. in cap. graue. nu. 6. vers. immo debetur. de offic. iud.* & † præsumptio est esse illius Diœcesis, cui sunt viciniora, *Natt. cons. 675. num. 17. Rot. in vna Faventina Iurisdictionis 18. May 1605. coram Iusto, & in vna Adrien. Iurisdictionis 22. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Pirovano.*

Nec etiam controuertitur † ad probandum fines antiquos leuiores requiri probationes, *c. cum causã, de probat. c. cum olim. vbi glos. de cens. c. si Papa. & ibi gl. in verb. probatur. de priuil. Mantic. dec. 143. nu. 12. vers. 2. Rot. dec. 401. nu. 8. part. 1. & dec. 334. n. 1. par. 2. recent.*

Verùm † omnes illę regulæ limitantur, & non habent locum, quotiescumque inferiores Prelati probant se exercuisse iurisdictionem spiritualem in ijsdemmet locis, super quibus Episcopus petit manutentionem ex sola assistentia iuris communis, vt in hoc casu pro parte D. Abbatis multi dantur actus iurisdictionales cum scientia, & patientia Episcoporum Aprutinorum, ex quibus prętendit, se esse in possessione forsan immemorabili exercendi omnimodam iurisdictionem spiritualem in suprascriptis locis. Eo enim casu tenetur Episcopus probare clarè, & concludenter illa loca sita esse intra limites suæ Diœcesis, *Abb. in c. olim. num. 2. de cens. Doct. in c. cum venerabilis. de relig. domib. Anchar. cons. 350. num. 5. Paris. cons. 95. lib. 2. Surd. cons. 429. lib. 1. num. 61. Rot. apud Seraph. decis. 1278. num. 4.* vbi in simili denegauit manutentionem Episcopo, quia non concludenter probauerat, loca controuersa esse intra fines suæ Diœcesis, *cum cumulatis in vna Constantien. Iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in illa Adrien. Iurisdictionis 28. May 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo.* nec sufficiũt prǽsumptiones, cum probetur possessio inferioris ibidem exercentis Iurisdictionem, *Rot. diuers. decis. 207. par. 2. & in dicta Adrien. Iurisdictionis*: tunc enim ad probandos antiquos fines coniecturis non est locus, durioríque onere probandi grauatur Episcopus, *Menoch. præsumpt. 3. Surd. cons. 429. num. 61.*

Hoc posito fundamento, existimarunt Domini examinatis omnibus probationibus adductis pro parte D. Episcopi, eas omnino esse imperfectas ad probandum dicta loca esse sita intra fines Diœcesis Aprutin. siuè fundet in scripturis, aut in depositionibus testium.

Et primo quoad Bullam Anastasij IV. ea est scriptura informis, exemplum exempli, † quod nullum gradũ probationis facit, *auth. si quis in aliquo. & ibi Doct. C. de edend.* Deinde ex eius lectura apparet, eam emanasse ad supplicationem partis, † & sic non probat in præiudicium tertij, *Abb. in cap. dudum. nu. 3. de decim. Imol. in clem. 1. col. pen. de probat. Innoc. in cap. inter dilectos. num. 6. de fid. instr. Rim. cons. 208. num. 3. Rot. dec. 730. num. 1. par. 1. diuers. Seraph. dec. 278. num. 12.* † præsumitur enim inesse dictæ Bullæ clausula, si ita est, *cap. 2. de rescript.* vltra quod dicti limites sunt enunciatiuè in dicta Bulla positi, & † certum est tunc non probare enunciatiuam, quãdo principaliter disputatur de enunciato, *Felyn. in c. per inas. numer. 12. vers. 2. de prob. Alex. cons. 136. num. 12. lib. 1. Aym. cons. 29. num. 3. Put. dec. 381. nu. 3. lib. 1.*

Considerarunt denique Domini, dictam Bullam Anastasij IV. quæ videtur assignare confines Diœcesis Aprutinæ, aut non fuisse in vsu, aut saltem nullum probationis gradum facere, quia intra limites ibidem assignatos plurimi vicini Episcopi habent multa loca, & Castra, in quibus exercent iurisdictionem, & sunt in effectu Asculanę, Firmanæ, Montis Alti, & Ripanæ Diœcesium, vt constat ex fide authentica dd. Episcoporum, & id non controuertitur † certum autem est in iure, eam esse naturam limitum, & finium, & vt debeant ita esse coniuncti, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca cõfinata, *l. patruus. §. sempronius. ff. de leg. 3. l. inter cas. ff. de acq. rer. dom. Montan. de fin. b. cap. 15. num. 8. Rota in Cesenaten. bonorum coram Cardinali Plato 15. May 1589. & in eadem apud Mantic. dec. 169. num. 4.* ex quo pernecesse sequitur, limites in dicta Bulla Anastasiana specificatos non esse fine certos, & confusos, itaut super debeat fieri fundamentum, cum † non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *cap. in præsentia. de probat. l. nec naturaliter. C. de probat.*

Nec existimarunt Domini, aliquod fundamentũ posse fieri in mappa, quæ circumfertur, † nam, vltra quod suprascriptos defectus patitur, ea nõ facta fuit seruatis seruandis, & ideo parum, aut nihil probat, † sicut de scriptura typis impressa, *Guidop. dec. 67.* & licet *in dec. 405. numer. 1. par. 1. recent.* fuerit dicta Mappa pro adminiculo considerata, idem factum fuit, quia vtraque pars concorditer eandẽ mappam agnoscebat fuisse legitimè factam.

Quo vero ad probationes, quæ ex depositionibus testium pro parte D. Episcopi examinatorum eliciuntur, visum fuit non esse sufficientes, † certum est enim, testes omnes, qui deponunt, super certis finibus, & limitibus, debere, etiam si non sint requisiti, assignare rationem concludentem non solum per actum intellectus, sed etiam per sensum corporis, ad hoc vt eorum depositiones stringant, *Bald. cons. 286. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 220. nu. 5. Aym. cons. 61. num. 5.* In hac autem facti specie testes pro D. Episcopo examinati non assignant rationes, eorum enim pars se refert ad bullam Anastasianam, & ad mappam, quas scripturas ex supradictis non probare firmatum fuit, & ita non probant dicti testes non enim plus creditur testibus referentibus se ad scripturam, quam ipsimet scripturæ, *Aym. cons. 112. nu. 13. Seraph. dec. 206. num. 1.*

Alij vero reddunt rationem sui dicti, quia fuerũt in visitatione cum Episcopo, quæ ratio non concludit, † cum enim ex dispositione Sacri Concilij Tridentini possint Episcopi vti delegati Sedis Apostolicæ visitare omnes Ecclesias viciniores, etiam si sint nullius Diœcesis, *cap. 9. de reform. sess. 24.* inde † sequitur ex actu, qui potest referri ad plures causas, non eliri veram probationẽ, sed ęquiuocam, † quæ in hoc casu non sufficit, *Surd. cons. 168. num. 33. lib. 2. & in ijsdemmet terminis Rot. coram R. P. D. meo Vbaldo responsũ in causa Adrien. seu Nullius Iurisdictionis 24. Maij 1621. & 13. Martij 1618.*

Sed consideratum fuit, quod ijdem testes expresse dicunt, quod Episcopus non visitauit loca, de quibus agitur; Vnde ratio visitationis non applicatur casui nostro; Immo consideratum fuit, quod etiam si daretur aliqua visitatio, vel aliquis alius actus Iurisdictionalis, † necesse esset, vt probaretur id factum fuisse cum scientia, & patientia dicti D. Abbatis, quæ fuisset necessaria ad constituendum D. Episcopum in quasi possessione Iurisdictionis, *Doct. in c. cum Ecclesia. vbi Rip. numer. 64. de caus. poss. & propr. Abb. in c. cum contingat. num. 11. in fin. de iure. patr. Rot. apud Cas. de Grass. dec. 7. num. 9. de testib. & apud Put. dec. 28. num. 3. & 4. lib. 2.*

Alij vero testes reddunt rationem vicinitatis, asserentes dicta loca vti propinquiora comprehendi intrà fines Diœcesis Aprutinæ, nam, vltra quod etiã hæc ratio tollitur ex facto, cum sint viciniora alteri Episcopatui, hæc ratio non stringit, redditurque æquiuoca probatio, cum hoc dependeat à rationis notione, & intellectu testis, & nõ à sensu corporeo, *Bald. d. cons. 286. in fin. lib. 2.*

21 Alij vero,† qui nullam aliam rationem reddunt, quam de auditu, & non specificant personas, à quibus id audiuerint etiam in antiquis finibus probandis non concludunt, *Montan. de finib. num. 37. cap. 9.* 22 † ad effectum, vt testes de auditu probent, præcipuè in antiquis, deberent concurrere requisita, *c. licet. de testib. Corn. cons. 78. nu. 5. lib. 3. Aym. de antiq. par. 1. §. viso de fama. num. 12.*

In quam sententiam eo libentius iuerunt Domini, quia pro parte D. Abbatis adducuntur vehementes probationes tam per scripturas, quam per testes, ex quibus iustificantur multi actus iurisdictionales per longissimũ tẽpus ab Abbatibus prædecessoribus facti, & cum scientia, & patientia Episcoporum Aprutinorum, quæ ex eo necessario colligitur, quod ipsimet Episcopi Aprutini multis Clericis Sacros Ordines contulerunt cũ literis dimissorialibus dicti D. Abbatis, & cum expressa narratiua, quod dicta tria loca controuersa erant nullius Diœcesis. Ex quibus, & alijs, quę in disputatione dubij principalis super mãdato de manutenẽdo particulariter examinabuntur, visum fuit, probationes factas per D. Episcopum aut elidi, aut saltem turbidas reddi, Ita vt ad effectum obtinendi manutentionem ex sola assistentia iuris communis non probauerit, supradicta loca, de quibus agitur, esse intra fines dictæ Diœcesis.

Et ita decisum vtraq; parte informante &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Cæsaraugustana Distributionum

Veneris 19. Aprilis 1624.

S V M M A R I A.

1 *Probatio illa præualet, quæ est melioribus rationibus fulcita.*
2 *Confessio omnes superat probationes.*
3 *Status solus possessionis attenditur ad effectum manutentionis, non quod respicit petitorium.*

Decisio CLXXXV.

DOmini perstiterũt in resolutis sub die 17. Nouẽbris superioris anni, scilicet portionarijs non esse dandum mãdatum de manutenendo in quasi possessione exigendi tria regalia pro quolibet ex distributionibus quotidianis, quia licet probationes videantur contrariæ, dum testes Capituli deponũt, quod ab anno 1607. quo fuit confirmatum statutum, vbi disponitur, tantam summam debere poni in bursam, vt singuli Canonici possint percipere sex regalia, portionarij vero tria, quæ summa vsque ad annum 1611. in bursam non fuit apposita, testes vero portionariorum videantur deponere contrarium, tamen testibus Capituli standum est, ex ponderatis in alia decisione. Quamuis enim testes portionariorum conueniant in dicto, nõ tamen conueniunt in ratione, testes autem Capituli conueniunt ne dum in dicto, & ratione, sed cum dicto illorum concurrit etiam confessio portionariorum in suo libello, vnde 1 † præualet probatio Capituli tamquam melioribus fulcita rationibus, *cap. licet causam, de probat. Capuaq. decis. 346. par. 2. Rot. dec. 195. num. 2. part. 1. & in recent. decis. 83. par. 2. San. me. Gregor. dec. 100.* maximè quia dicta 2 † confessio portionariorum superat omnes probationes, *Bald. in l. generaliter. in 2. opposit. C. de non nume. pecun. Alex. cons. 99. nu. 24 lib. 1. Aym. cons. 71. nu. 10.* Concurrente etiam calculo facto per peritum electum à Rota, ex quo clarè patet, quod dicta quãtitas non fuit posita in bursam.

Non obstant ea, quæ opponuntur contra istum calculum, quia adhuc illo cessante præualet probatio Capituli, & verè opposita non releuant, nam dũ dicitur non subsistere, quod extent 64. portionarij, & beneficiati participantes, & tamen non sint nisi 54. & sic neq; subsistere calculum super hoc fundatum. Veritas est, quod sunt 46. portionarij, & 24. Beneficiati, vt habetur in statuto Ecclesiæ, qui constituunt 16. integras portiones, & tres Ministri, ita vt in totum sint 65. vt deponit Dominicus la Porta Secretarius Capituli. Et cessat omnis difficultas, quia calculus fuit factus firmato facto de consensu partium, & hoc nunquam fuit controuersum.

Neq; est verum, nõ fuisse calculatas omnes summas, quia ex relatione apparet de contrariò. Fuit n. calculatum super summa dari solita pro distributionibus, videlicet super scut. 3583. & ex calculo apparet, quod illa summa non sufficit pro habenda summa prætensa, sed deficiũt sc. 2786. groff. 12. quod nũquam in dubitationem fuit reuocatum; sed processũ ad calculandum de consensu partium.

Minus obstant ea, quæ dicuntur de validitate statuti, illiusque confirmatione, quia ista respiciunt pe- 3 titorium, hodie vero, † cum agatur ad effectum manutentionis, debet attendi solus status possessionis, *Innoc. in cap. bonæ num. 4. de postulat. prælat. Bald. in l. ordinatą iuris. num. 7. C. de rei vendic.* & propterea non officit, quod statutum tollat facultatem augendi, & minuendi.

Minus etiam obstat, calculus de nouo datus, quia non fuit factus de ordine Rotę. Et conuincitur ex alio calculo, & in alteratione facti circa participãtes, & si aliquando forsan obuenit, quod summa, quę hodie petitur, fuerit obtenta; hoc potuit prouenire vel propter deficientiam, & absentiam aliquorum, non autem ex re ipsa, quia, vt patet ex supra dictis, quantitas apposita in bursam non est sufficiens pro quantitate petita.

Denique non obstant ea, quæ longe deducuntur de statu antem secularizationem; quia de illo statu hodie non agitur, sed an modo super summa petita debeatur manutentio, pro qua negatiuè fuit responsum ob rationes prædictas.

Ex quibus fuit resolutum, standum in decisis sub die 17. Nouembris præteriti, nec vlterius esse elaborandum in hac prætensione, sed procedendum in causa super bono iure in negocio principali: quia in hoc articulo abundè fuit partibus satisfactum.

R. P. D. Merlino

Dertusen Vicariæ

Lunæ 22. Aprilis 1624.

S V M M A R I A.

1 *Vicarij Ecclesiæ vnitæ Capitulo, seu Monasterio, vel alijs Ecclesijs prouisio non est facienda per concursum, sed ad electionem, & nominationem illorum, quorum Ecclesijs facta est vnio, cum approbatione Ordinarij, & num. 3.*
2 *Parochiales conferri debent per concursum.*
3 *Episcopus non est manutenendus in quasi possessione libere conferendi per concursum Vicariam perpetuam*

tuam Capitulo vnitam cum facultat: Vi avium nominandi nulla expectata electione, seu nominatione.
4 *Decretum irritans cum clausula, sublata, inficit titulum, & possessionem. Ampl. vt num. 5.*
6 *Instrumentum facit probationem probatam, & manifestam.*
7 *Quasi possessio iuris negatiui in facultatiuis acquiri non potest.*
8 *Lim. nisi subsecuta prohibitione, & acquiescentia.*
9 *Error non constituit quem in quasi possessione manutenibili.*
10 *Actus erronei carent consensu, & scientia, & patientia errantium.*
11 *Quasi possessio in incorporalibus non acquiritur sine scientia, & patientia.*

Decisio CLXXXVI.

Firmato in hac causa die 18. Maii 1622. corã Reuerendissimo Domino meo Caualerio, Vicariam perpetuam Ecclesiæ Parochialis de Boriana, de qua agitur, fuisse vnitam Mensæ Capitulari Dertusen. adeò vt cura habitualis translata fuerit in Capitulum, & Vicarium curæ, dumtaxat exercitium, quæ Vicaria, & aliæ quatuor, nimirum *de Almansora, de Villareal, de Oalacet, & de Villa famés* etiam vnitę ad instar illius *de Boriana*, vt constat ex literis vnionum, fuerunt postea de amouibilibus effectę perpetuę ab Ordinario in visitatione, vt apparet ex tenore ipsarum erectionum. Et
1 firmato etiam in eadem decisione, † quod stantibus vnione, & erectione prædictis, prouisio illius Vicariæ de Botriana nõ debeat fieri per cõcursum, sed ad electionem, & nominationem Capituli, cum approbatione Ordinarii iuxta constitutionem Sanct. mem. Pii V. *in Bullar. nou. in ordine* 47. Visum fuit Dominis annuere petitioni Illustrissimi Domini Cardinalis Episcopi, qui prætendens se existere à diuturno tempore in quasi possessione conferendi
2 Vicarias prædictas liberè per concursum iuxta formam prouidendi Parochiales Ecclesias assignatam à Sacr. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18 *de reform.* instabat ad euitandas nouas lites, & controuersias, quæ possent oriri, vbi contingeret lite pendente vacatio alicuius ex supradictis Vicariis, disputari dubium, An sibi dandum esset mandatum de manutenendo. Quo dubio per me hodie proposito, fuit responsum negatiuè.

Nam, quamuis probetur per quamplures collationes effectuatas tum in Vicaria de Botriana, tum etiam in aliis quatuor, Episcopum solitum fuisse illas conferre liberè per concursum nullâ expectata
3 electione, siue nominatione Capituli, † attamen hęc prætensa quasi possessio sibi non suffragatur ad effectum manutentionis, ex quo dicta Constitutio *Pii V.* §. 4. *incipien. Volumus.* non exigit concursum in his Vicariis, licet habeant curam actualem animarum, sed mandat Vicarios huiusmodi perpetuos deputari ad electionem, & nominationem illorum, quorum Ecclesiæ factæ sunt vniones cum approbatione tamen Ordinarii, & præuio examine: Quæ cõstitutio seruanda est, quia dat formam, & præceptũ præcisum ibi: Volumus insuper, & ita mandamus, & quia est posterior per quatuor annos Sacro Concilio Tridentino, *vt benè refert, & notat Gonzal. super reg. 8. glos.* 5. §. 4. *num.* 53. & in dicta Constitutione
4 adest decretum irritans cum clausula, *sublata*, † quod decretum inficit nedum titulum, sed etiam possessionem, *cap. si eo tempore. de elect. in sexto Gabr. tit. de restit. spoliat. concl. 5. num. 49. Caputaq. decis. 325. num. 2. part. 1. & decis. 345. num. 2. part. 3. Bellamer. decis. 335. Rot. decis. 3. per tot. de restit. spoliat. in nou. & dec. 517. num. 2. eod. tit. in antiqu. & decis. 613 num. 7. par. 1. recent. & in puncto dictum fuit in Vlixbonen. concursus 1. Iunii 1615. coram R. P. D. meo Rembolдо, quæ est inter recent. decis. 719. num. 6. par. 2. & in Barcinonen. Vicariæ 9. Decembris 1616. coram R. P. D. meo Buratto.*

5 Maxime † cum decretum prædictum irritans sit appositum in illa Constitutione per viam legis generalis, sicut de decreto apposito in regula reseruatoria *est decis. Cassad. 1. num. 1. & per tot. de restitut. spoliat. Item Put. decis. 190. num. 5. lib. 3. Mohed. dec. 15. num. 7. de caus. possess. & propr. Rot. decis. 510 num. 5. & decis. 633. num. 3. & 4. lib. 3. part. 3. diuers. cum aliis relatis per Gonzal. super reg. 8. glos. 31. num. 8. & glos. 67. num. 29. & Rota coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis. 51. num. 2. in eius impress.*

Nec dubitare potest, quin decretum irritans sit iustificatum, cum apertè legatur in Constitutione Pii V. emanata super Vicariis Ecclesiarum vnitarũ; Nec non de vnionibus Parochialium factis Capitulo, & erectionibus earumdem postea secutis in Vicarias perpetuas cum expressa relatione ad dictam Constitutionem optimè constet ex publicis
6 instrumentis, † quæ indubitanter faciunt probationẽ probatam, & manifestam, *Bald. in l. quoties. in fin. C. de iudic. Bert. cons. 36. num. 2. Rol. cons. 9. num. 26. lib. 1. Caputaq. decis. 421. num. 1. part. 2. & fuit dictum in Terracinen. dotis 1. Decembris 1614. coram R. P. D. meo Verospia, & in Bononien. pecuniaria 3. Aprilis 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Non obstat allegatus consensus Capituli ex eo deductus, quod Episcopus vsque modo contulerit Vicarias prædictas solo præcedente concursu. Nam respondetur, quod cum sit in facultate Capituli, ad quod spectat nominatio Vicarii, nominare vnum solum, qui prævio examine admittatur, recepta institutione authorizabili, seu collatione ab Episcopo, vel nominare plures, inter quos fiat concursus, & eligere idoneum, aut permittere, quod vocentur concurrentes, vt denominet approbatum pro magis di-
7 gno, † ex non vsu huiusmodi facultatis, siue permissione, quod fieret concursus, non possit dici Episcopo acquisita quasi possessio iuris negatiui, quod Capitulum non possit nominare aliquem, cui extra concursum fiat prouisio cum solo examine Episcopi, *ad doctrinam Bart. in l. quominus. num. 27. ff. de Flumin. Surd. cons. 127. num. 81. & 82. Dec. cons. 175. sub nu. 6. vers. præterea licet Rol. cons. 53. num. 38. lib. 2. Caldet. cons. 3. in fin. de consuetud. Menoch. de arbitr. cas. 160. num. 6. & seqq. Tesaur. decis. 16. num. 3. in fine Rot. diuers. decis. 798. num. 5. par. 1. inter recent. decis. 536. sub num. 4. par. 2, coram Sanct. mem Gregor. XV. decis. 162. num. 10. coram Reuerendiss. mo D. meo Decano in eius impress. decis. 402. num. 10. & coram me in Pampilonen. iuris visitandi 15. Martii præteriti.*

Præsertim quia non probatur, nominationem aliquam Capituli ad Vicarias prædictas fuisse reiectã ab ordinario, ac ita deuentum fuisse ad actum prohibitionis, seu contradictionis cum subsecuta ac-
8 quiescentia Capituli, † prout requiritur ad effectũ, vt amittatur ius, siue priuilegium, & inducatur contraria quasi possessione in facultatiuis, *Frãch. in cap. significante. num. 3. de appell. Felyn. in cap. Pastoralis. num. 5. de offic. ordin. Castr. in l. qui luminibus. num. 2. vers. sed tamen. ff. de seruit. vrban. præd. Crauett. cõs. 111. num. 22. Surd. d. cons. 127. num. 21. & 22. Afflict. decis. 388. num. 2. Rot. apud Card. Seraph. decis. 1086. num. 1. inter recent. decis. 530. num. 2. & 3. par. 2. & in Calagurritana de Liquelo 30. Aprilis 1593. coram Cypr io, & in Reatina Barcha 23. Ianuarii 1617. corã R. P. D. meo Buratto.*

Et quatenus etiam probationem huiusmodi prohibitionis cum acquiescentia Capituli præstasset Episcopus, attamen Domini respondebant, inde non aliud

aliud inserri posse, nisi errorem tam Episcopi, quã etiam Capituli falsò putantium, tales Vicarias esse de Iurepatronatus Ecclesiastico ipsius Capituli, quo casu fuissent quidem conferendæ per concursum, verum, cum de tali Iurepatronatus numquam constiterit, nec hodie etiam constet, sed de simplici vnione Ecclesiarum Parochialium facta Capitulo cum facultate nominandi Vicarios, iuxta Constitutionē 9 Pij V. † non potuit hic error cõstituere Episcopum in legitima, & manutenibili quasi possessione conferendi Vicarias prædictas liberè per concursum, non expectata nominatione Capituli gaudētis pri-10 uilegio nominandi; † actus enim erronei carere dicuntur consensu, atque scientia, & patientia errātium, *l. nihil. consensui. §. non videatur. ff. de reg. iur. l. si* 11 *per errorem. ff. de iurisd. omn. Iud. l. 2. ff. de Iudic.* † sine qua scientia, & patientia in incorporalibus non acquiritur quasi possessio, *Doct. in c. cum Eccl. Sutrina, vbi Abb. num. 25. & Rip. 64. de caus. poss. & propr. Bart. in l. fin. num. 4. ff. vti possid. Bal. in l. 2. per illum tex. num. 24. C. de seruit. & aq. Afflict. dec. 67. num. 1. Card. Seraph. dec. 436. numer. 3. & dec. 537. numer. 5.* Et in his terminis hanc responsionem amplexa est Rota *in allegata Vlixbonen. concursus 1. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Remboldo, quæ est decis. 710. nu. 6. par. 2. recent. & in hac causa die 18. May 1628. corā Reuerendissimo D. meo Canalerio.*

Et ita vtraque parte informante &c.

Remboldo

Eluen. decimarum

Luna 3. Iunij 1624.

SVMMARIA.

1 *Possessorium prius cognosci debet, quam petitorium, ne possessor commodo suæ possessionis priuetur.*
2 *Lim. vt soleāt cumulāri vbi vel possessorium est turbidum, vel pendet à petitorio. & num. 8.*
3 *Examen receptum à Notario absq; adiuncto ei dato est nullum.*
4 *Testibus de furto accusatis, & interessatis parum, vel nulla fides datur.*
5 *Manutentionis in iudicio attenditur possessio de tempore moræ litis.*
6 *Parochialis Ecclesia habet iuris assistentiam quoad decimas intra fines Parochiæ.*
7 *Ius resistit prætendenti decimas in aliena Parochia.*
8 *Iuris resistentiam habenti non datur manutentio ex sola possessione sine titulo.*
9 *Decimarum causa possessoria dicitur pendere à petitorio, dum controuertuntur confinia.*
10 *Clausula* Arbitrio Rotæ, *multum minuit iuris rigorem.*

Decisio CLXXXVII.

Domini dixerunt, intrare arbitrium pro cumulatione possessorii cum petitorio, quia, 1 licet † regulariter prius sit cognoscendū de possessorio, quam petitorio, ne possidens priuetur commodo suæ possessionis, *l. ordinarij. C. de rei* 2 *vendic.* tamen † solet cumulari possessorium cum petitorio, quando vel possessorium est turbidum, vel illud pendet à petitorio, *Rot. dec. 557. num. 4. par. 2. recent. & fuit dictum in Vicen. Parochialis 10. Decēbris 1608. coram Reuerendissimo D. meo Patriarca Hierosolymitano in Romana Vineæ de Corbinellis 5. Martij 1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Sabinea. Iuris Pascendi 5. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. Canalerio.*

In casu verò illo visum fuit Dominis, vtrumque concurrere; quod enim possessorium sit turbidum, patet, quia vtraq; pars, videlicet, Capitulum, & Monasterium prętēdit se possidere, & pro vtraque parte fuerunt adductæ probationes super quasi possessione percipiendi decimas in loco controuerso, nec satis liquet, quænam sit præferenda, nam, præterquā quod probatio Capituli desumitur ex testibus, qui patiuntur plures exceptiones tam circa eorum exa-3 men, quod videtur nullum ex eo præcipuè, quod fuit receptum per Notarium recusatum, qui licet ei fuisset datus adiunctus, nihilominus solus processit ad examen, quod tanto magis reddit ipsum examen nullum, *Caputaq. dec. 64. par. 3. & in his terminis fuit dictum in Carthaginen. Canonicatus 12. Decembris 1611. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Ispalen. Pri-* 4 *mitiarum 21. Martij 1620. coram R. P. D. meo Pamphilio*, quam † circa eorumdem testium personas, quorum aliqui dicuntur accusati de furto, alii verò sunt interessati, quia soluendo decimas, de quibus agitur, Capitulo soluunt ex 16. partibus vnam tantū, & soluendo illas Monasterio coguntur soluere integras, quo casu parum, vel nulla fides videtur adhibēda, adhuc data validitate examinis, & quod testes in dicto concluderent, cum dicta probatio concurrat cū probatione Monasterii ex dictis testibus desumpta, ex quibus perceptio decimarum post terminationem Parochiæ ad fauorem Monasterii concluditur videtur discolorari, & conquassari, quin & potius præferenda videbatur probatio Monasterii, 5 † quia in hoc iudicio attenditur possessio de tempore moræ litis, & testes prædicti magis perstringunt dictum tempus ad fauorem Monasterii; vltra 6 quod † Monasterium habet pro se iuris assistentiā, cum agatur de decimis intra Parochiam Monasterii, *c. fin. de paroch. c. quoniam de decim.* & per conse-7 quens † Capitulo prętendenti decimas in alia Pa-8 rochia resistit ius, ideoque † nec ei potest dari manutentio ex sola possessione sine titulo, *Couar. pract. q. c. 17. nu. 6. vers. 4. Menoch. de retin. remed. vlt num. 24. Card. Seraph. dec. 1047. num. 9. Rot. dec. 752. nu. 4. par. 2. in recent.*

Aut saltem hic apparet, resolutionem dicti possessorii pendere à negocio principali, à determinatione scilicet confinium intra dictum Capitulum, 9 & Monasterium, † sicque merito intraret dicta cumulatio, *vt fuit dictum coram Sanctæ me: Greg. XV. 283. num. 5. & ibidem Add.* stante præsertim clau-10 sula, *Arbitrio Rotæ*, † quæ multum minuit iuris rigorem, *Cresc. decis. 4. num. 3. de testib. & fuit pluries decisum &c.*

Manzanedo

Calaguritana Pensionis

Luna, 17. Iunij 1624.

SVMMARIA.

1 *Solutio vnica sufficit ad effectum manutentionis.*
2 *Notarij assertio in instrumento de pecunia data in sui, & testium præsentia probat solutionem, etiam quod non adsit verbum*, Numerauit, *& num. 3.*
3 *Verbum*, Dedit, *à Notario appositum, excludit simplicem confessionem de recepto, & importat verā, & realem numerationem.*
4 *Solutio partis termini sufficit pro mandato de manutenendo ad integros terminos, cum ad illud non*

actus exactionis particularis, sed causa exigendi vniuersalis attendi debeat.

5 *In incorporalibus ad quasi possessionem acquirendam attendi debet solus animus volentis tradere, & volentis acquirere possessionem, prout in corporalibus.*

6 *Possessio, vt totius fundi acquiratur sufficit ingredi aliquam illius partem, nec est necesse capere quãlibet glebam.*

7 *Pensionis soluendæ primus terminus incipit à termino prius maturando, licet in literis secundus terminus, sed tempus fuerit prius in ordine nominatum.*

8 *Simulationis exceptio non admittitur in iudicio manutentionis.*

9 *Exceptio non solutionis integræ pensionis deducta ex decreto annullatiuo in literis posito nõ impedit manutentionem, sed reiicitur ad petitoriam.*

Decisio CLXXXVIII.

Domini resoluerunt, dandum esse mandatum de manutenendo Ferdinando, de cuius quasi possessione exigendi pensionem constat ex Instrumento solutionis eidem factæ

1 per titularem, † quæ, licet fuerit vnica, sufficit ad effectum manutentionis, *iuxta Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 53. de caus. poss. & saepius Rota dixit.*

Nec ex eo, quod agatur inter patruum titularem, & nepotem pensionarium potest dici, dictam solutionem potius simulatè, quam verè, & legitimè factam fuisse, quia id tollitur ex dicto Instrumento, in quo apparet, titularem dedisse pro principio solutionis dictæ pensionis l. 8. regalia vnum, quodq. cõ-

2 stituunt octo regalia, † quæ, cum Notarius attestetur in sui, & trium testium præsentia data fuisse, satis probant veram, & realem numerationem, quamuis non adsit verbũ, numeratauit, *vt not. Bart. in l. si singularia. num. 23. ff. si cert. pet:* præsertim ponderando

3 illud verbum, dedit, † quod excludit simplicem confessionem de recepto, & importat veram, & realem numerationem, *iuxta trad. per Sal. in l. si ex cautione. num. 19. C. de non num. pecu. Bart. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus. num. 3. ff. de verb. oblig. Rota apud Ceac. post tract. de censib. dec. 127. num. 2.*

Non obstat, quod solutio non fuerit facta de toto integro termino, sed tantum de decem scutis in circa, & sic de minima parte pensionis, quæ est ducato-

4 rum 300. quia fuit responsum, † quod in huiusmodi possessorijs, & præsertim isto, quod summarissimum dicitur, non debet attendi actus exactionis particularis, sed causa exigendi, quæ cum sit vniuersalis habendi totam pensionem, dictus pensionarius Cõstitutus dicitur in quasi possessione exigendi totam pensionem, licet partem tantum habuerit, *ad not. per Bart. in l. prima. §. si quis hoc Interdicto. num. primo vers. nam probata. ff. de itiner. actuq. priuat. Bald. in l. 3. num. 29. vers. 100 dic. C. de emancip. liber. Seraph. dec. 1047. nu. 2. & in his terminis ita resoluit Rota in vna Pampilonen. pensionis 16. Ianuarij 1613. coram bo. me. Cardinale Sacrato, & in Spoletana pensionis prima Iulij 1620. coram Domino meo Vbaldo,* vbi adducitur etiam altera ratio pro confirmatione huius

5 conclusionis, quæ est, † quod in his incorporalibus attendi debet solum animus volentis tradere, & volentis acquirere possessionem, prout in corpora-

6 libus, † in quibus propterea non esse necesse ad acquirendam possessionem puta fundi, quod capiatur quælibet gleba, sed sufficit ingredi aliquam partem fundi cum animo acquirendi possessionem totius, *per text. in l. 3. ff. de acq. poss. cum aliis dec. quæ ibi refe[...]*

Minus obstat, quod solutio fuerit facta anticipatè, & ante aduentum diei, ex quo pensio fuit reseruata de Mense Septembris soluendo pro vno termino in Festo Sancti Ioannis, & pro alio in die Natiuitatis Domini, & dicta solutio fuit facta de Mense Februarij, & sic ante dictum Festum S. Ioannis, ex qua anticipata solutione pariter dicebatur resultare fraudem, & simulationem, quia fuit

7 sponsum, quod, † cum pensio fuisset reseruata de Mense Septembris, & sic ante Festum Natiuitatis D. N. debebatur primus terminus in Festo Natiuitatis, non autem in die Sancti Ioannis prout enumeratur in literis, cum non sit attendendus ordo scripturæ, sed intellectus, qui colligitur ex tempore reseruatæ pensionis, *vt in his termin. est dec. Seraph. 29. per tot.*

Nec releuat allegata simulatio inter patruum, &

8 nepotem, quia de illa non constat, † nec admittitur in hoc summarissimo iudicio manutentionis, *&*

9 *vt fuit dictum in præallegata Spoletana Pensionis,* † prout nec minus admittitur alias exceptio non solutionis integræ pensionis deducta ex decreto annullatiuo posito in literis, quia hæc etiam exceptio reijcitur ad petitorium, *vt fuit dictum in illa Lucana Pensionis 22. Aprilis 1616. coram D. meo Pirouano, & in alia Faentina Pensionis 20. Ianuarii 1619. coram D. meo Vbaldo.*

Demum non obstat, quod prætendatur, solutionẽ prædictam fuisse attentatam vti factam licet pendente, quia de hac lite nullibi constat, nec ex eo, quod Ferdinandus egerit coram A. C. pro executione suarum literarum, & Monitorium obtinuerit contra titularem, qui postea soluit pensionem, potest deduci lis, quæ causet attentata.

Ex quibus ita fuit resolutum &c.

Remboldo

Camerinen. Prædii

Veneris 21. Iunii 1624.

SVMMARIA.

1 *Possessionem probanti competit manutentio.*

2 *Dotem constituens alicui præsumitur donare.*

3 *Manutentioni in iudicio non admittitur exceptio nullitatis tituli, nec tenetur quis declarare, quo titulo possideat, sed sat est detentio.*

4 *Possessio data à Iudice cum clausula, sine præiudicio habentium meliora iura, non suffragatur altero tunc in possessione existente.*

5 *Possessio data non citato possessore est nulla, & non priuat primum possessorem sua possessione.*

6 *Nullum quod est, nullum producit iuris effectum.*

7 *Consuetudo continuandi possessionem defuncti in haredem valida est.*

8 *Doctori attestanti de consuetudine non sua, sed alterius patriæ creditur.*

9 *Coloni possessio vt transferatur in heredem, quæ requirantur.*

Decisio CLXXXIX.

CVM, defuncta Venantia sine filijs, Alegrettus existeret in possessione prædij, de quo agitur, Angelus Pater d. Venantiæ obtinuit in eiusdem Prædij possessionem immitti: Vnde orta fuit quæstio inter d. Alegrettum, & Angelū, cui nam ipsorum esset dandum mandatum de manutenendo, & causa ad Rotam deuoluta, fuit resolutum, manutentionem dandam esse Alegretto. Quia de eius possessione, tam viuente Venantia, quā post mortem eiusdem constat ex testibus datis in summario vtriusque partis, qui in specie deponunt dicti Alegretti possessione vsq; ad diem 5. vel 6. Nouembris 1622. & quod de Mense Octobris præcedente vindemiare fecit arboretum in eodem prædio situm, quodque domum ibi existentem habitauit, ex quibus vtique probatur dicta possessio, † & sic competit dicto Alegretto manutentio, *vulg. §. retinendæ. Instit. de interd. l. 1. §. huius autem, & ibi Bart. in prin. & l. ait prætor. §. quod ait. & ibidem Bart. num. 2. & 14. ff. vti possid. Couar. pract. q. cap. 17. numer. 3. cum vul.*

Nec obstat, quod dicitur, possessionem Alegretti non esse attendendam, cùm præsumatur iure familiaritatis, ex quo erat Auunculus dictæ Venantiæ, & in simul habitabat cùm Venantia.

Quia Alegrettus non solum nititur possessione, in qua existebat viuente Venantia, sed etiam possessione, in qua fuit, & ad præsens existit post mortem Venantiæ, & in hac quidem possessione prætendit, se esse iure proprio; videlicet, quia dos Venatiæ debebat vigore pacti in Instrumento assignationis d. dotis applicari ad ipsum reuerti.

Nec obstat, quod titulus dictæ reuersionis, vigore cuius prætendit Alegrettus possidere, est inualidus, † cum ipse præsumatur donasse dictam dotem Venatiæ, *ad trad. per Dec. cons. 35. sub numer. 10. Surd. cons. 324. numer. 9. cum alijs ab Informante allegatis.*

Quia † in hoc Iudicio summarijssimo manutentionis non admittitur hæc exceptio nullitatis tituli, quare & possidens non tenetur declarare, quo titulo rem possideat, sed sufficit sola detentatio, *Castr. in l. Attilius num. 5. versicul. habet tamen. ff. de donat. Nepiz. cons. 80. numer. 3. Laur. Silu. cons. 27. numer. 3. Couar. Pract. quæst. cap. 17. numer. 5. vers. sic sand. cum alijs latè congestis per Menoch. de retinen. rem. vlt. num. 18.*

Nec dicatur, quod possessio Angeli est præferenda, cùm habeat fomentum Iuris, ex quo Angelus fuit immissus vigore mandati à Gubernatore Camerini obtenti.

Quia in dicto mandato fuit apposita clausula præseruatiua, quatenus possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora iura, † vnde non potest dictum mandatum in aliquo suffragari dicto Angelo, dicta enim possessio erat plena, quia in ea existebat dictus Alegrettus, *vt supra dictum fuit, Surd. dec. 333. num. 10. Put. dec. 34. lib. 2. Rot. dec. 323. part. 1. in recent.*

Quin etiam † dicta possessio fuit nulla, quia fuit data non citato Alegretto, qui propterea non fuit dicta eius possessione priuatus, *Card. Seraph. decis. 732. num. 1. Rot. dec. 802. num. 7. par. 2. diuers. cap. non præstat. de reg. Iur. in 6. c. vides. 10. distinct.* & † quod nullum est, nullum producit Iuris effectum, *l. 1. §. is videtur. ff. de Iudic.*

Non obstat allegata consuetudo Ciuitatis Camerini de comminatione possessionis defuncti in heredem, † *de qua per Tiraq. in tract. de mort. saisit. part. 3. declar. 2. num. 6. in fin.*

Quia † Doctori, præsertim alterius loci, non creditur attestanti de consuetudine Patriæ diuersæ, & in puncto talis consuetudinis respondit *Rota in Camerinen. spolij 2. Iulij 1610. etiam bo: me: Sacrato.*

Non obstat, quod dicitur de possessione retenta per colonos. Quia, † vt possessio colonorū suffragetur hæredi, qualem se facit Angelus, plura requiruntur, *de quibus per Cardinalem Seraph. decis. 466. nu. 3.* & in specie quod colonus aliquam recognitionē fecerit erga hæredem, de qua tantum abest, quod cōstet in casu isto, vt etiam clarè probatum sit, quod dicti coloni, semper recognouerunt in Dominum Alegrettum, vt in specie de facto proprio deponit tertius testis iuxta octauum Interrogatorium &c.

Vbaldo Seniore

Cæsaraugustana Dismembrationis.

Mercurij 26. Iulii 1624.

S V M M A R I A.

1. *Possessio capta post appellationem est attentata, & non manutenibilis.*
2. *Consensus partis in possessione capta excludit attentata.*
3. *Aeconomus appellat pro Ecclesia, & ad eum spectat illius defensio.*
4. *Appellatio sufficit interposita infra decem à die notitiæ.*
5. *Petitorium respicientia non attenduntur in iudicio manutentionis.*

Decisio CXC.

IN concordia inita inter Iacobum tunc Rectorem Ecclesiæ Parochialis loci de Bello, & Capitulum Ecclesiæ Daracæ fuit inter alia conuentum, vt Iacobo mortuo dimidia pars spectaret ad Rectorem, & cum alteris prædictis fructibus erigerentur in Ecclesia duo beneficia pro adiutorio Seminarij eiusdem Ecclesiæ. Quibus erectis ab Executore literarum Apostolicarum super tali concordia emanatarum, ijsque collatis Ioanni Nauarro, & Magnifico Vincentio, qui etiam possessionem beneficiorum dicuntur accepisse, & commissa ad instantiam Moderni Rectoris dictæ Ecclesiæ in Rota causa appellationis à sententia Executoris fuit dubitatum, an dictis Beneficiatis esset dandum mandatum de manutenendo, & quidquid esset dicendum circa possessionem Nauarri, quam Rector non impugnabat tamquam captam de suo proprio consensu, Domini responderunt, Magnifico non esse dandum mandatum de manutenendo, quia possessio ab eo capta fuit die 23. Octobris 1621. & sic pendente appellatione à sententia Executoris interposita per Æconomum Ecclesiæ die 14. Maii eiusdem anni, & † certum est, † possessionem captam post appellationem interpositam esse attentatam, & non manutenibilem, *c. non solū de app. in 6. Rot. dec. 6. in prin. par. 2. diuers. & sæpissimè alias,* & huic possessioni captæ à Magnifico non reperitur consensisse Rectorem, sicuti consensit possessioni Nauarri, † qui consensus excludit attentata, *Cresc. dec. 2. vt lit. pend. Rot. dec. 181. nu. 1. par. 2. recent. & in Cusentina Pensionis 25. Februarij 1619. coram me.*

Nec † est dubium, quin Æconomus potuerit talē appel-

pellationem interponere, quia, cum Ecclesia vacasset, & Æconomus fuisset illi datus, ad eum spectabat defensio Ecclesiæ *iuxta decretum Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. vers. debeat Episcopus, & vers. alioquin. de reformat. & fuit latè dictum in causa inter Rectorem huius Ecclesiæ, & Capitulum 16. Ianuarii 1623. coram me, & in secunda instantia 16. Nouembris præteriti coram R. P. D. Pironano.*

Non obstat, quod appellatio non fuerit interposita intra decem dies, cum sententia fuerit lata die 27. Martii 1621. & appellatio interposita die 14. Maii sequentis, vt supra dictum est, quia, cum Æconomus non fuerit citatus ad sententiam, & debuerit

4 citari, vt fuit in dictis decisionibus firmatum, † sufficit appellatio interposita à die notitiæ, *Rot. dec. 2. de dol. & contum. in nou. Vestr. in prax. lib. 3. num. 21. & fuit dictũ in causa Ausien. Parochialis de Breues 6. Iunii 1614. coram me*, quę appellatio à die notitię in dicto casu præsumitur interposita infra decẽ dies datos ad appellandum, *Rot. in causa Vrbeuetana Bonorum 27. Martii præsentis anni coram me.*

Non obstant, quæ latè deducuntur pro validitate

5 dismembrationis, quia † respiciunt petitorium, & fuerunt sublata in decisionibus, quarum reuisio pendet in secunda instantia Rotali inter Rectorem, & Collegiatam Ecclesiam Darosæ, in qua etiam examinabitur veritas possessionis, quæ dicitur capta à Collegiata die 8. Februarii 1621. prout etiam deduci hæc potuerunt in alio dubio iam subscrito, An sententia de partibus inter eumdem Rectorem, & Beneficiatos sit reuocanda, interim stante possessione Magnifici capta post appellationem interpositã Domini dixerunt, ei nõ esse dandum mandatum de manutenendo.

Et ita fuit decisum.

Remboldo

Bononiensis de Manzolis

Mercurij 13. Nouembris 1624.

SVMMARIA.

1 *Examen super recognitione iurium factum extra officium, & sine Interrogatoriis an valeat.*
2 *Testes examinati sine Interrogatoriis de stylo Rotæ semper repeti possunt sumptibus interrogantis.*
3 *Repetitionis testium causæ nonnullæ recensentur.*

Decisio CXCI.

Acta huius causæ, de quibus agitur, sic se habent. Adueniente audientia comparuit in iudicio coram Domino, meque &c. Procurator D. Isottæ, & accusata contumacia nihil dicentis contra iura producta, & repetita &c. deinde &c. & accusata contumacia non videntis iurare testes super dictorum iurium recognitione &c. deinde ibidem, & incontinenti petiit, & obtinuit mihi Notario causæ committi receptionem iuramentorum testium, & illorum examen super dictorum iurium recognitione &c. finaliter idem ibidem etiam incontinenti petiit, & obtinuit dicta iura restitui. Finita audientia. Ego Notarius accessi ad Palatiũ Sanctissimi D. N. Papę ad Montem Quirinalem positum, & constitutus coram me Franciscus Procurator Isottæ, & repetitis &c. incontinenti induxit in

1 testes N. N. Quibus stantibus fuit dubitatum, † an recognitio dd. iurium facta per Notarium modo, quo supra parte absente, & sine interrogatoriis esset valida, fuit resolutum attento iuris rigore esse validam, sed quod pars, quatenus voluerit, poterat testes super dicta recognitione examinatos sumptibus suis repetere. Cui resolutioni cum partes acquiescere nollent, id dubium denuo proposui 13. Nouembris 1624. & Domini quoad validitatem examinis non fuerunt concordes, sed eo conuene-

2 runt, quod testes repeterentur, Nam † præterquam quod ex notorio stylo huius Sacri Tribunalis, de quo omnes DD. testati sunt, testes semper solent repeti, vel ex officio, vel ad instantiam partis, quando sunt examinati absq; interrogatoriis, sumptibus tamen ipsius partis petentis repeti dictos testes, *iuxta tradita per Specul. in tit. de testibus. §. satis vtiliter, vers. quod ergo. Gabr. de testib. concl. 21. num. 81. cum aliis latè cumulatis per Farinac. eodẽ tract. de testib. q. 66. num. 279. & seqq.* videbatur etiam in hoc casu plura concurrere, ex quibus eo magis esset permittenda dicta recognitio.

3 Et primo, † quia agitur de recognitione apocæ priuatæ admodum præiudicialis D. Co: Alexandro, & etiam, vt dicitur inuerisimilis.

Secundo, quia dicta recognitio fuit facta modo valde insolito, fuit enim facta, vt præsupponitur, in ipso loco, & hora audientiæ, quod minimè fieri cõsueuit, quia DD. solent in audientiis habere terminũ pro seruato, nec mandare testes examinari, nisi parte iterum intimata, præsertim in causis grauibus, qualis est ista, & quando agitur de magno præiudicio partis.

Tertio fuit ponderata nimis affectatio Procuratoris D. Isottę, qui, vt pariter supponitur, conduxit testes ad locum audientiæ, quod Procuratores, vt plurimum facere non consueuerunt.

Quarto aliqui ex Dominis aduerterunt, quod ex supradicta relatione Notarij satis manifeste colligitur, ipsum Notarium extendisse prætensa Iudicis decreta super dicta recognitione ex suo capite, nam in principio dictæ relationis testatur idemmet Notarius quod adueniente audientia Procurator Isottę comparuit coram Domino, & ipso Notario, & sic supponit, quod ipse Notarius fuerit hora audientiæ in Palatio, vbi datur audientia, & tamen idemmet Notarius subiungit in fine dictæ restitutionis, quod finita audientia accessit ad Palatium Pontificium, ex quo conuinci videtur, quod re vere non fuit tempore audientiæ in Palatio, quia si fuisset tempore audientiæ in Palatio, non accessisset ad Palatium finita audientia, sed in eodem Palatio remansisset, & per consequens apparet, ipsum extendisse dicta decreta ex suo capite, & in propria eius domo, non in Palatio ad mandatum Domini, quia, vt dictum est, tunc Notarius non erat in Palatio, sed accessit ad Palatium finita audientia, vt affirmat in fine dictæ suæ relationis.

Quinto mouebantur Domini, quod testes erant in Curia, & sic facilis erat eorum repetitio, quodque dicta repetitio non petitur ad protrahendum expeditionem causæ, cum causa non sit in termino expeditionis, sed ad indagandum veritatem.

Ex quibus omnibus cum appareat animum Iudicis non posse penitus acquiescere recognitioni, vt supra factæ, præsertim cum agatur de recognitione apocæ priuatæ, & valde præiudicialis parti, & facilis sit via indagandi veritatem, Domini censuerunt locum esse dictæ repetitioni, iuxta stylum huius Sacri Tribunalis, vt dictum est &c.

Man-

Manzanedo

Romana Spolij Domus

Mercurij 20. Nouembris 1614.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est docenti de anteriori possessione.*

2 *Sententia nulla non priuat primum possessorem sua possessione.*

3 *Citationis omissio quoad vnum pro indiuiso possidentem nullitatem causat etiam quoad citatos.*

4 *Nullitas ob defectum citationis ad sententiam dicitur insanabilis de stylo Signaturæ Sanctissimi.*

5 *Iudex non visis actis nulliter, & iniustè procedit.*

Decisio CXCII.

FVit in hac causa bis dubitatum coram me, cui esset dandum mandatum de manutenendo in possessione domus, de qua agitur inter Florenos, & Ferros, & vtraq; parte semper Informante, fuit resolutum, mandatum esse dandum Florenis, 1 † tamquam docentibus de eorum possessione anteriori, *iuxta tex. in cap. licet causam, vbi comm. DD. de probat.* Hodie, causa super eisdē tertio loco per me reproposita, placuit pariter Dominis, standum esse in decisis quoad nullitates sententiæ reintegratorię R.P. D. Sachetti, in qua Ferri fundant eorum posses-2 sionem, quæ, † cum esset nulla, non potuit priuare Florenos anteriori possessione per illos capta in vim mandati Rotalis, *Mohed. dec. 187. num. 2. & 3. par. 4. diuers.*

Nullitates autem dictæ sententiæ deducebāt Domini ex defectu citationis Fabij Barnabæ alterius ex fratribus de Florenis possessoris dictę domus p 3 indiuiso vna cū alijs, † cuius omissio causauit nullitatem sententiæ etiam quoad alios citatos, pro indiuiso possidentes, *iux. Gabr. cons. 56. num. 18. lib. 1. & alios allegatos in decisione facta in hac causa sub die* 4 10. *May præteriti*, † quę nullitas ob defectum citationis ad sententiam dicitur insanabilis, prout de stylo etiam Signaturæ Sanctissimi testatur *Ferrett. cons. 209. num. 8. & seq.*

Vnde, quamuis hæc sola nullitas sufficeret ad effectum, de quo agitur, cum nec etiam hodie illa ex aduerso impugnetur, nec valeat impugnari, vti ex actis notoriè apparet, Attamen visum fuit Dominis, attendendam quoque esse nullitatem prædictæ sententiæ causatam ex non integra transportatione actorum prout fuit factum in alijs decisionibus, per 5 quam † Iudex, nō visis actis, dicitur non minus nulliter, quam iniustè processisse, *Felyn. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ, num. 16. de Constit. cum alijs adductis in decisione vltimo loco facta.*

Ex quibus Domini dixerunt, standum esse in decisis quoad nullitates, & quod de Iustitia, si opus erit, videbitur &c.

Manzanedo

Calaguritana Pensionis

Mercurij 4. Decembris 1624.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria datur constito de mandato de manutenendo personaliter intimato, & reproducto, & seruatis quatuor solitis terminis substantialibus.*

2 *Notarij attestationi de facta intimatione sine testibus non creditur.*

3 *Confessione partis nulla potest dari maior probatio.*

4 *Contumacia requiritur ad effectum declaratoriæ.*

5 *Contumacia non soluendi considerari non potest, vbi in loco solutionis faciendæ non adest principalis, nec procurator.*

6 *Contumacia, seu contrauentio dicitur apparere, si, reproductis executorialibus, non constet de paritione, seu solutione.*

7 *Contumacia cessare non dicitur, vbi quis continuat litigare, & soluere non offert.*

Decisio CXCIII.

ROta censuit, dandam esse declaratoriam contra Valentinam nisi intra mensem paruerit mandato relaxato ad fauorem Ferdinandi pro exactione pensionis, de qua agitur, 1 † quia, vbi constat, prout in hoc casu, mandatū fuisse personaliter intimatum, & illo postea reproducto seruatis quatuor terminis substantialibus seruari solitis, si non docetur de paritione, datur sine dubio declaratoria, *Felyn. in cap. ad probandum. num. 6. de re iud. Cassad. dec. 6. nu. 10. de caus. poss. & propr. Achill. dec. 5. de sent. excōm. Rot. dec. 445. num. 4. par. 2. recent. & fuit dictum in Cordubem. anniuersariorū. 17. Iunii 1622. coram me, & aliàs sępius &c.*

Non obstat, quod prō parte Valentini dicatur nō constare de dicta intimatione, nisi per simplicem 2 attestationem Notarij, † cui non creditur sine testibus, *iuxta gl. §. si vero absunt. vers. quantum ad hoc. Auth. de hæred. & falcid. Becc. cons. 6. numer. 27. lib. 1. Cresc. decis. 4. num. 1. de fid. instrum. & in puncto fuit decisum in Elboren. decimarum 26. Iunii 1623. corā D. meo Pirouano*, quia huiusmodi obiectum verè tollitur ex subriptione ipsiusmet Valentini in dicta intimatione sibi facta, quæ cum fuerit hic in Vrbe formiter per duos testes recognita, resultat ex ea 3 propria partis confessio, † qua nulla potest dari maior probatio, *l. cum te. la 2. C. de transact. & generaliter. C. de non numer. pecun.*

Non obstat pariter, quod secundo dicebatur, nec minus constare de contumacia Valentini in nō ca-4 rendo dicto mandato, † prout requiritur ad effectū decernendi declaratoriam ex eo, quod in Ciuitate Calaguritana, vbi erat destinata solutio pensionis, non adesset Ferdinandus, nec alia legitima persona 5 pro eo ad recipiendam dictam solutionem, † & sic non videbatur posse considerari aliqua ipsius mora seu contumacia in non soluendo, *iuxta dec. Mohed. in his terminis 15. de locat.* nam fuit responsum, id esse 6 verum sed non procedere in isto casu, † in quo certa regula, quod, quod si ex reproductione executorialium non constat de paritione, siuè solutione, satis dicitur constare de contrauentione, vel contumacia, *Rota coram Cardinale Seraphino dec. 1313. num. 3. & in Valentina emolumentorum 30. Maij 1597. coram*

Car-

Cardinale Pamphilio, & in Nouarien. Decimarum 2. Iunij 1606. coram Cardinale Lancellotto.

Quod eo magis visum fuit procedere, dum Valentinus continuauit litigare, & non obtulit, se paratũ 7 soluere in partibus, † ex quo, cum non videatur cessare illius contumacia, benè potest dari declaratoria, *Miles. in repet. verb. excõmunicatus in(?). Achill. dec. 1. num. 2. de Sent. excom. Rot. dec. 5. de re iudic. in nouis. & in vna Dertusen. decimarum 11. Maij 1609. coram Reuerendissimo Lugdanen.* in quibus decisionibus habetur, quod, licet declaratoria non detur, nisi præuia liquidatione, tamen id non procedit, quando pars non obtulit, se soluturam facta liquidatione, quia tunc agitur, quod non velit soluere, *& notat etiam Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 29. in addit. nu. 29. & seq.* vnde, cum Valentinus non obtulerit, clare videtur colligi illum non habuisse, nec habere animum soluendi.

Ex quibus ita fuit resolutum.

Remboldo

Vicentina Administrationis Episcopatus.

Luna 16. Decembris 1624.

SVMMARIA.

1. *Actus vnicus sat est ad effectum acquirendi, & conseruandi possessionem.*
2. *Episcopatus administratio Sede vacante de iure cõmuni spectat ad Capitulum.*
3. *Decl. vt de consuetudine possit etiã spectare ad Archidiaconum, & Inferiorem, & num. 11.*
4. *Actus valde remoti, & sine scientia, & patientia aduersarij, & qui non probantur effectuati, non*
5. *Actus, qui dederunt causam liti, non attenduntur ad effectum manutentionis.*
6. *Vicarij deputatio Sede Episcopali vacãte spectat ad Capitulum.*
7. *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem contrariam.*
8. *Decl. si sit iustificatum, secus ante iustificationem, quia tunc non tollit detentationem, & facti insistentiam, ex quo interim danda est manutentio.*
9. *Possessio titulata præfertur in pari causa.*
10. *Inferiori iuris resistentiam habenti non datur manutentio sine titulo.*
11. *Ius resistere non dicitur alicui, si quid, si non de iure communi, saltem de consuetudine potest ad se spectare.*
12. *Inferiori datur manutentio non obstante iuris resistentia, vbi illius possessio est diuturna.*
13. *Antecessoris possessio iuuat etiam successorem in Dignitate, quia dicitur possidere ipsa Dignitas.*

Decisio CXCIV.

FVit dictum, mandatum de manutenendo dandum esse Archidiacono in quasi possessione administrandi Episcopatum tam in spiritualibus, quam in temporalibus Sede Vacante, quia de dicta eius quasi possessione administrandi Episcopatum Sede Vacante constat ex pluribus actis gestis per eum tempore, quo Sedes vacauit, quod ab anno 1475. species contingit, videlicet dicto anno 1475. 1553. 1564. 1597. 1607. 1612. & 1614. quibus vicibus plures actus gesti fuerunt à dicto Archidiacono concernentes dictam administrationem, & iu1 risdictionem Episcopalem † cum tamen etiam vnicus actus sufficiat ad effectum acquirendi possessionem, eamdemq; conseruandi, *Abb. in c. cum olim de caus. poss. & propr. Rip in c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 57. eodtit. Alex. cons. 74. nu. 16. lib. 4. Dec. cons. 124. nu. 1. Rot. dec. 81. par. 1. & dec. 139. num. 12. part. 2. diuers.*

Nec obstat, quod dicitur, Archidiaconũ admini2 strasse nomine Capituli, † ad quod spectat de iure cõmuni administratio Episcopatus Sede vacante, *cap. bonæ memoriæ, & ibi Dec. num. 37. de app. Abb. in c. irrefragabili. num. 2. circa princ. de offic. ordin.* quia actus, qui dantur *summario Capituli num. 10.* gesti per dictum Archidiaconũ nomine Capituli est prouisio vnius beneficij, cuius totalis dispositio spectabat ad Capitulum, & quod dictum beneficium erat à Sede Apostolica dicto Capitulo vnitum. Vnde sicuti non potuisset Ordinarius illud iure ordinario conferre, ita nec potuisset illud dictus Archidiaconus gerens vices Episcopi solus conferre. Vltra quod etiam non probatur, quod tunc Sedes Episcopalis vacaret. Et licet de iure communi administra3 tio spectet ad Capitulum, † tamen de consuetudine potest etiam spectare ad Archidiaconum, *Rot. decis. 42. coram Sanct. me. Greg. XV.*

Nec obstant actus gesti per Capitulum, quia quoad actus, qui dantur *summario d. Capituli num. 9.* gesti, vt prætenditur, anno 1373. & 1377. non pos4 sunt suffragari Capitulo, † tum quia sunt nimis remoti, nec constat de aliqua scientia, & patientia Archidiaconi, tum etiam quia dicti actus non probantur effectuati, nec quod Sedes Archidiaconalis eo tempore esset plena, prout contigit anno 1614. quo insimul, & Episcopalis, & Archidiaconalis vacabat. Et quod alios actus, qui dicuntur gesti anno 1614. & 1615. Sedes Archidiaconalis vacabat, & statim creato nouo Archidiacono ipse alios actus fecit, *vt in summario Archidiaconi à numer. 24. vsq; ad numerum 26.* dederuntq; dicti actus causam 5 litis, † adeo quod merito non sunt attendendi, *Card. Mantic. dec. 207. num. 10. Rot. dec. 207. nu. 1. par. 2. in recent.*

6 Non obstat, quod † ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 16.* deputatio Vicarij Sede Episcopali vacante spectat ad Capitulum, quodq; dictum Sacrum Cõcilium habet in fine de7 cretum irritans, † quod inficit titulum, & possessionem contrariam, *Cassad. dec. 11. num. 5. super reg.* 8 † quia decretum irritans operatur, quando est iustificatum, secus vero ante illius iustificationem, tunc enim non tollit detẽtationem, & insistentiam facti, *vt sæpe fuit resolutum, & signanter in Tadertina Assignæ 18. Iunii 1607. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in qua plures aliæ decisiones referantur,* ac propterea, cum in casu isto dubium sit, an intret dispositio dicti Concilij, ex quo illud non tollit consuetudinem cõtrariam de iure communi permissã, vt supra dictum est, merito non obstat Archidiacono pendente hoc iudicio dictum decretum, quin interim debeat in sua possessione manuteneri.

9 Non obstat, quod in omnem euentum † possessio Capituli, cum sit titulata, præferri debeat dictæ possessioni Archidiaconi, quia possessio titulata præfertur in pari causa, *iuxta tradita per Bald. cons. 104. in fin. lib. 5. Paris. cons. 112. nu. 79. lib. 1.* hic autẽ, vt ex supradictis apparet, non constat de possessione Capituli, quæ aliquo modo possit concurrere cum possessione Archidiaconi, nec propterea ea, quamuis esset titulata, potest dictæ possessioni Archidiaconi præferri.

10 Non obstat, quod Archidiacono resistit ius, † quo casu non datur manutentio inferiori absque titulo,

tum

tum quia, licet ius, vt dictum est, assistit Archidiacono, ex quo potest etiam ista administratio spectare ex consuetudine ad inferiorem, *Rot. d. decis. 411. coram Sanct. me. Greg. XV. & in Meten. Iuris corrigendi 8. Februarii 1616. coram Reuerendiss. D. meo De-*
32 *cano*, tum quia † datur etiam manutentio inferiori, quando ipsius possessio, prout in casu isto, est diuturna, *Rot. d. decis. 595. num. 6. & seq. part. 1. diuers. cum aliis per Add. ad dec. 312. num. 4. vers. item assistentia coram Sanctæ. me. Greg. XV.*

Nec obstat, quod non constat de possessione Mo-
33 derni Archidiaconi, quia † in omnem euentum sufficit, quod constet de possessione suorum antecessorum in Dignitate, illa enim iuuat etiam successorem, quia dicitur possidere ipsa dignitas, *ad not. per Felyn. in cap. constitutus. num. 14. de rescript. Innoc. & alii in c. cum super. vbi Abb. num. 18. de caus. poss. & propr. Guidop. dec. 629. Rot dec. 1. de restit. spol. in nou. & dec. 99 nu. 11. par. 1. diuers. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 86. num. 1. &c.*

Remboldo

Veliterna Affictus

Veneris 31. Ianuarii 1625.

SVMMARIA.

1 *Possessione nõn probata manutentio denegatur.*
2 *Defuncti possessio in hæredem non transit.*
3 *Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem nõ operatur quoad iura personalia, & quæ morte extinguuntur.*
4 *Nec in iis, quorum hæredes sunt incapaces, & illis ius resistit.*
5 *Iudicium retinendæ in vim possessionis defuncti in hæredẽ ex statuto continuatæ omnes admitti exceptiones, quæ perimere possunt petitorium.*
6 *Societas morte socii finitur.*
7 *Societas non transit ad filios soci' mortui, præsertim si sint pupilli, & non æquæ idonei.*
8 *Societas cum pupillis, & minoribus contrahi nõ potest, saltim sine solemnitatibus statutariis, etiam quod de illorum vtilitate tractetur.*

Decisio CXCV.

FVit dictum, hæredibus q. Antonij de Bonis nõ esse dandum mandatum de manutenendo in possessione administrationis, seu iurium so-
1 cialium affictus, de quo agitur, quia † non constat de aliqua possessione eorum, *iux. tex. in §. hodie. Instit. de interdict.* neque ex persona propria dictorum filiorum, ex quo non apparet, quod aliquando se ingesserint in dicta administratione, neq; ex persona Antonij Patris, qui fuit assumptus in socium à Grifolo, & Barella, quia, vltra quod non constat etiam de possessione dicti Antonij, quatenus tamen de ea constaret, non posset illa suffragari dictis filijs,
2 quia † possessio defuncti non transit in hæredẽ, *l. cũ hæredes. ff. de acq. poss. Natt. cons. 439. num. 5. Paris. cons. 13. num. 84. lib. 1. Alex. qui testatur de communi. in cons. 37. sub num. 5. vers. & constat, quod de in. comm. lib. 1. Achill. dec. 5. de caus. poss. & propr.*

Nec obstat statutum de continuanda possessione
3 in suum hæredem, quia † dictum statutum non operatur quoad iura personalia, & quæ morte patris extinguuntur, *Cuman. cons. 173. num. 4. Tiraq. in tract. de mort. saisit. par. 4. declarat. 2. latè Peregr. decis. 172. num. 10. & fuit dictum in Romana de Lucatellis corã Reuerendissimo Domino meo Decano, quæ est dec. 263. par. 2. in recẽt. & in Romana de Nocchiellis 27. Iunii 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo, vbi plures aliæ de-*
4 *cisiones allegantur*, † minusque operatur in iis, quorũ hæredes sunt incapaces, & in quibus illis ius resistit
5 quinimo † dictum possessoriũ admittit omnes exceptiones, quæ perimere possunt petitorium, *Bal. cons. 141. num. 3. lib. Tiraq. in d. tract. le mort. saisit. par. 5. declarat. 1. nu. 3. Gabr. in tit. de acq. poss. concl. vlt. num. 9. Rot. dec. 34. num. 21. & seq. par. 2. diu. etiã fuit dictum in dicta Romana de Lucatellis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

In proposito autẽ ius sociale, de quo agitur, erat mere personale, & fuit extinctum morte Antonij
6 Patris, non solum de iure communi, † quo societas finitur morte socii, *§. soluitur. instit. de societ. l. 4. §. 1. ff. pro soc. l. actione. §. morte, & l. si fratres. §. idem respondit. ff. eod. tit. Hond. cons. 44. num. 82. cum. seq. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 15 & seq. Thesaur. dec. 242. in prin. Osasch. dec. 76. num. 6.* sed etiam ex pacto expresso, vt moriente vno ex sociis, debeant superstit coassociare sibi totum negocium, & hæredes nullum habeant ius in dicto affictu, vt in summario Barellæ num. 2. Ideoq, etiam resistit dictis filijs Antonii d. pactum,
7 ac iuris dispositio, eoq; † magis, quod ipsi sunt pupilli, & sic non æquæ idonei, atq, eorum pater, vnde tanto minus potuit in eos transire dicta societas, *Ruin. cons. 91. numer. 7. lib. 1. Capyc. decis. 174. num. 9. Osasch. decis. 150. num. 1. ad med. vers. quartam addit rationem. cum aliis per Card. Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 24. num. 25. & 26.* & per consequens constat, nullum ius competere dictis filiis in petitorio, atq; ita nec possunt iuuari dicto statuto, cum eis obsistant omnes dictæ limitationes *ex supra allegatis.*

Non obstat commissio subscripta à Barella, in qua petitur deputari administratorem nomine Barellæ, & filiorum Antonij, aliiq; actus iudiciales, ex quibus colligi posse videtur, quod dictus Barella tacitè admiserit in socios duos filios, quia dicti actus non possunt deseruire ad inducendam quasi posses-
8 sionem, † & cum dicti filii essent tunc pupilli, seu minores, non potuissent etiam expresse contrahi cum illis societas *l. vt in conductionibus. ff. pro soc. Rom. cons. 282. Angel. cons. 60. nu. 1. & seq. Menoch. præsumpt. 56. nu. 6. & seqq. lib. 3. cum aliis per Petr. de Vbal. de duobus fratr. 3. par. in prin. col. 2.* saltem sine solemnitatibus statutariis, *Menoch. d. præsumpt. 56. num. 10.* vbi etiam hoc extendit, quando tractaretur de vtilitate pupilli, vel minoris. *Card. Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 26. num. 25. vers. cum pupillis &c.*

Vbaldo seniore

Cesenaten. Bonorum

Lunæ 3. Martij 1625.

SVMMARIA.

1 *Annum Notarii in Italia incipiunt à die Natiuitatis Domini 25. Decembris, non à die prima Ianuarii.*
2 *Instrumentum suspectum redditur ex causis, de quibus hic.*
3 *Possessio antiqua manutenenda est non docto de interruptione, & apprahensione alterius.*
4 *Continuatio non datur in non possidente.*
5 *Duo insolidum possidere non possunt.*
6 *Administrator, qui non sibi, sed domino possidet, non*

poccit

potest possessionem cedere sine speciali mandato.
7 *Spoliatū se de facto asserens fatetur se non possidere & reijcitur qualitas de facto.*

Decisio CXCVI.

Domini dixerunt, standum esse in decisis, & sic mandatum de manutenendo concessū locis pijs non esse reuocandum, *prout fuerat decisum* die 16. *Decembris* 1622. ex rationibus *in dicta decisione, & in alia* 21. *Februarij eiusdem anni coram me* firmatis.

Et licet exaduerso prætenderetur, ab ijs esse recedendum ex Instrumento concordiæ nouiter producto, & quod dicitur stipulato inter partes die 18. Decembris 1620. tamen illud non obstare Domini censuerunt.

Nam in primis nonnulli ex Dominis valdè dubitabant de fide istius instrumenti, quod habet datam prædictam 28. Decembris 1620. à natiuitate, *vt in summario locorum piorum num.* 3. licet illud verbū, *a natiuitate*, omittatur in summario Dandini, & sic apparet, Instrumentum esse rogatum in fine anni
1 1619. cum † Notarij in Italia incipiant annum à die Natiuitatis Domini sub die 25. Decembris non autem à die prima Ianuarij, *vt per Rot. decis.* 17. *de Iudic. in Antiq. & dec.* 3. *eod. tit. in nou. & confirmat notata per Io. de Grass. in tract. de subst. Procurat. super vers. Anno à Natiuitate Domini. num.* 2. licet *Couar. lib.* 1. *var. resolut. cap.* 12. *num.* 1. *in fin.* dicat, istam anni denumerationem à Christi Natiuitate ita esse intelligendam, vt anni currentis nondum finiti signum existat; sed hic concurrit etiam, quod Instrumentum dicitur celebratum anno XV. Pauli V. qui currebat anno Domini 1619. non autem anno 1620. de Mense Decembris, tunc enim currebat annus decimus sextus inceptus die 16. Maij eiusdē
2 anni 1620. † Vnde cum in isto Instrumento recedatur ab alio celebrato die 16. Februarij 1620. & tamen sit anterius ex prædictis, meritò non caret suspicione, quam augere videbantur multa considerata per Informantes pro locis pijs, vt, quia Instrumētum continet inuerisimilia, *Menoch. præsumpt.* 20. *num.* 12. *& seqq. lib.* 5. *Rot. in Perusina pecuniaria coram Reuerendissimo Patriarcha quæ est dec.* 366. *nu.* 6. *post* 2. *vol. cons. Farinac. qui idem tradit de falsit. et simulat. q.* 153. *num.* 176. *& seqq.* Non enim videtur verisimile, quod post relaxationem possessionis factam à Dandino, & apprehensionem possessionis locorum piorum vigore primi Instrumenti, prout firmatur in decisionibus in causa factis, fuerit de nouo deuentum ad nouum compromissum, & nouā concordiam locis pijs præiudicialem absque probabili causa, & tanto minus cum in ea prætensi agētes locorum piorum consentiunt, vt Dandinus continuet suam veterem possessionem certorum bonorum, & tamen ex decisionibus constat, quod ipse dimiserat eorum possessionem, & loca pia, ex iis fructus perceperant, quibus accedunt clausulę insolitę, *Menoch. vbi supra num* 20. *Rota dec.* 68. *num.* 3. *& d. dec.* 366. *num.* 8. *post secundum vol. cons. Farinac.* Dū Dandinus cōstituit, se possidere ad sui fauorem bona hæreditaria, neque adest constitutum locorum piorum ad eius fauorem, quæ visa est noua practica, & contra *l. quod meum cum ibi not. ff. de acq. poss.* & demum quia omnes prædicti Agentes, Testes Instrumentarij, & Notarius sunt mortui, & huc usque in tot causæ propositionibus nulla est facta productio, nec mentio de dicto Instrumento, *iuxta ea, quæ habentur per Farinac. d. q.* 153. *num.* 179. *&* 182. *Rot. d. dec.* 366. *num.* 9. *Menoch. d. præsumpt.* 20. *num.* 39. *& dicta dec.* 68. *num.* 7. sed data etiam veritate dictę secundæ concordiæ, adhuc Domini putabant non posse dari manutentionem Dandino, & sic standum esse
3 in decisis; quia, † cum constet de anteriori possessione locorum piorum, & dimissione possessionis facta à Dandino ex prædictis decisionibus, vtique doceri debet de interruptione possessionis locorum piorum, & noua Dandini apprehensione, alias prior possessio est manutenibilis, *Bart. in l. si duo. numer.* 9. *ff. vti possid. Rota decis.* 363. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.*

Nec obstat, quod in dicto Instrumento administratores permiserint, Dandinum continuare suam possessionem.

4 Quia respondebatur in primis, † non dari continuationem non possidenti. Vnde si loca pia possidebant, vt fuit firmatum, inane est pactum de con-
5 tinuanda possessione Dandini, cum † duo insolidū possidere non possint, *l.* 3. *§. ex contrario. ff. de acq. poss.* Præterea, stante dicta possessione locorum piorum, sequitur, vt prædicti Administratores non possint cedere possessionem Dandino sine speciali mā-
6 dato, de quo non constat, † cum non sibi, sed locis pijs possiderent, *l. vlt. C. de acquir. poss. Bart. in l. quod meum, num.* 9 *ff. de acq. poss. Alex. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. num.* 2. *eod. tit. & fuit firmatum in vltima dec. in fin.*

Vltimo ex alio cessare videtur difficultas, quia
7 Dandinus in vltimo Instrumento dicit, † se fuisse grauatum dimittere possessionem, & de facto fuisse spoliatum de tota hæreditate suæ Vxoris, & sic fatetur se non possidere, & loca pia possidere, & eijcitur illa qualitas de facto, *Rot. dec.* 82. *nu.* 3. *& seq. par.* 1. *diuers. & sæpissimè fuit resolutum.*

Neque obstant testes qui deponunt, Dandinum possedisse, quia vel sunt intelligendi ante dimissionem, vel standum est testibus locorum piorum ex rationibus consideratis in vltima decisione.

Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

Vbaldo Seniore

Theatina Iurisdictionis

Veneris 14. Martij 1625.

SVMMARIA.

1 *Episcopo manutētio debetur in cognitione causarum matrimonialium, & criminalium in locis suæ diœcesis propter iuris assistentiam, quam habet, etiā nulla quasi possessione probata.*
2 *Ampl. etiam si exaduerso Prælatus inferior prætendat immemorabilem, donec de illa non cōstet per tres conformes.*
3 *Manutentio ex sola assistentia dari non solet, vbi ea contrarijs probationibus offuscatur.*
4 *Decl. vt tamen non sufficiant priuilegia, nisi constet etiam de quasi possessione.*
5 *Priuilegia sonantia in exceptionem à iurisdictione Episcopi intelliguntur in dubio quoad Ecclesiam, & illius Clericos, non quoad Parochum, & Parochianos.*
6 Decisio Constantien. Iurisdictionis coram Attrebaten. declaratur.
7 *Testes de auditu non probant.*
8 *Scientia, & patientia Episcopi necessaria est ad illum excludendum à manutentione ex iuris assistentia, præsertim in cognitione causarum matrimonialiū, & criminalium.*
9 *Immemorabilis tribus conformibus canonizata requiritur ad Ordinarium excludendum à manutētione in cognitione causarum matrimonialium, & criminalium.*

10 *Episcopo non negatur manutẽtio ex iuris assistentia, donec discutiantur oppositiones per eum data testibus, & probationibus partis aduersæ.*

11 *Causæ matrimoniales, & criminales spectant ad solum Episcupum exclusis Abbatibus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Prælatis inferioribus, & numero 1. Et quid si adsint pro inferioribus sentẽtiæ num. 12.*

13 *Episcupo dandum est mandatum de manutenendo in approbatione Confessariorum ex iuris assistentia, & immemorabili non obstante.*

Decisio CXCVII.

ORta iam pridem cõtrouersia inter Archiepiscopum Theatinum ex vna parte, & Capitulum Basilicæ S. Petri de Vrbe ex altera super omnimoda iurisdictione in Abbatia S. Saluatoris de Maiella, nec non in alia S. Martini della Phara in Prouincia Theatina constitutis, & causa commissa in Rota, dubitatu cui esset dandum mandatum de manutenendo, & in quibus. Et propter amplitudinem materiæ Domini eam distinguentes censuerunt, D. Archiepiscopum esse manutenendum quoad causas Matrimoniales, & criminales, & approbationem Confessariorum, cum reseruatione, vt de alijs, quæ hinc inde prætenduntur, de quibus infra, particulariter videretur. Et quidem disputatio hæc fuit instituta cum præsupposito, quod loca, de quibus agitur, sint intra fines diœcesis Theatinæ, vt in dubio per me subscripto, & suppositum confirmatur ex pluribus enunciatiuis antiquis, in scripturis pro Capitulo productis, nec non ex actibus factis ab anno 1525. vsque ad annum 1605. *quæ fuerunt data in summario responsionis pro Archiepiscopo, ex quibus* saltem simul iunctis constat, hæc loca esse intra fines dictæ diœcesis, *iuxta alias deducta in causa Theatina Iurisdictionis 4. Maij. 1612. & in alia Iurisdictionis de Atissa 4. Iulij eiusdem anni coram Reuerendissimo D. meo Decano, & rursus in alia Theatina Iurisdictionis de Arbona 26. Iunij 1615. coram eodem, quæ est dec. 623 num. 1. par. 1. recent.* Quæ dicta sint ex abundanti, quia dubium super manutentione disputatur cum illo præsupposito, *vt dixi.*

Quod igitur pertinet ad causas matrimoniales, & criminales mouebantur Domini pro manutentione Archiepiscopi, quia 1 † quoad isti Episcopus habet assistentiam iuris in locis suæ diœcesis, propter quam assistentiam debetur sibi manutentio, *c. cum persona §. fin. de priuil in 6. Caputaq dec. 306 num. 2. par. 1. & dec. 201. par. 2. Rot. dec. 491. num 2 par. 1. recent. Card. Mantic. dec. 322. numer. 1. 2. & 11.* vbi quod id procedit, etiam si Episcopus non probet possessionem, *Rot. dec. 145. numer. 6. par. 2. diuers. dec. 501. num. 1. par. 2. recent.* nec non habet assistentiam *ex dispositione Sacri Concilij Tridētini Sess. 24. cap. 20. §. Ad hæc de reformat.* vbi statuitur, quod causæ Matrimoniales, & Criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquantur, *Rot. dec. 382. num. 1. par. 2. recent.* & licet alias Sacra Congregatio Concilii Interpretum declarauerit, Concilium non tollere immemorabilem 2 tamen † dum cognoscitur, *an* adsit immemorabilis pro Prælato inferiori, idque per tres conformes, interim Episcopus est manutenendus, *vt dixit Rota in causa Marsicen. Iurisdictionis 26. Aprilis 1609. coram Reuerendiss. Patriarcha, quæ est dec. 248. num. 1. par. 2. recent. & in Theatin. iurisdictionis de Atissa 5. Decembris 1614. coram Reuerendissimo Decano,* 3 licet † manutentio dari non soleat ex sola assistentia, vbi illa offuscatur ex contrariis probationibus, *Rot. d. dec. 382. num. 5. & d. dec. 501. numer. 4. par. 2. recent. & in alijs cumulatis in Cõstantien. iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Reuerendissimo Atrebaten.* Tamen visum est, dictas probationes non esse sufficientes ad prædictum effectum. Quia quoad priuilegia exhibita pro parte Capituli, quatenus essent in forma probanti, quod pro Archiepiscopo 4 impugnabatur, fuit etiam responsum, † priuilegia non sufficere ad excludendum manutentionem Archiepiscopi, nisi ostendatur etiam quasi possessio, *vt fuit firmatum in causa Sipuntin. iurisdictionis coram bo. me. Card. Sacratu, quæ est decis. 491. num. 4. par. 1.* 5 *recent.* Et accedit, quod, † quatenus sonant in exemptionem, illa intelligitur quoad Ecclesiam, & eius Clericos, non autem quoad Parochum, & Parochianos, *iuxta tex. in cap. per exemptionem, & ibi gl. in verb. curam habens. Io. Andr. num. 2. Franch. num. 3. Gemin. num. 14. & seq. de priuil. in 6. Scraph. decis. 1058. sub num. 6. Rot. dec. 324. num. 6. part. 1. recent.* Vltra quod in priuilegio Alexandri III. expresse reseruatur auctoritas Sedis Apostolicæ, & diœcesanorum Episcoporum canonica iustitia.

6 Nec applicatur † *decisio Constantien. iurisdictionis coram Reuerendiss. Attrebaten. supra allegata.* Quia ibi expressè negabatur loca controuersa per Abbatem, & Monasterium esse intra fines, hic autem supponitur, vt supra dictum est, vltra quod ab ea decisione in multis fuit recessum, vt constat *in decisione 324. præsertim num. 11. par. 1. recent.*

Non obstant testes dati pro capitulo, quia plerique 7 deponunt de auditu, & † sic non probant, *cap. licet ex quodam. de test.* & non deponunt de scientia, 8 & patientia Archiepiscopi, † prout est necessarium ad hunc effectum excludendi Ordinarium a manutentione *vt firmatur in d. dec. 491. numer. 10. & seq. par. 1. recent.* vbi id dicitur maximè procedere quo-9 ad causas Matrimoniales, & criminales, † in quibus ad excludendum ordinarium requiritur immemorabilis canonizata per tres conformes, *& idem dicitur in dec. 332. num. 4. eadem par. 1. recent.* de qua immemorabili testes nullatenus deponunt, & in summa, cum multa opponantur tum circa personas, & dicta testium, tum circa alias probationes Capi-10 tuli, † donec prædicta discutiantur, interim Archiepiscopus est manutenendus, *vt in his terminis dixit Rota dictæ decis. 382. in fin. part. 2. recent.*

Non obstat resolutio Sacræ Congregationis, quæ datur, quia ex lectura apparet suppositum fuisse Cõgregationi Abbatem habere quasi Episcopalem iurisdictionem, & Territorium separatum, quod non applicatur huic casui, in quo supponitur, loca, de quibus agitur, esse intra fines diœcesis Theatinæ.

Non obstat, quod decretum Concilii circa causas matrimoniales, & criminales, de quo super non cõpræhendat Abbates habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, nec capitula, quibus Abbatiæ sunt vnitæ, sed loquatur de Decanis, Archidiaconis, & alijs Prælatis inferioribus Ecclesiæ Cathedralis, nõ autem aliarum Ecclesiarum, *vt alias considerauit Rot. in causa Salamantina iurisdictionis 1. Iulij 1565. coram Card. Io. Aldobrandino;* Quia postmodum in Rota non fuit facta huiusmodi distinctio, sed indi-11 stinctè tentum, † quod Concilium habeat locum in Abbate, & alijs Prælatis inferioribus, *vt in Theatina iurisdictionis coram Reuerendissimo Domino meo Datario, quæ est dec. 382. part. 2. recent.* & declarationes Sacri Concilii indistinctè loquuntur, *vt aduertit Rota in Theatina iurisdictionis de Atissa 17. Decembris 1612. coram Reuerendiss. Decano.* Vltra quod non constat, quod Abbas, vel Capitulum habeat iurisdictionem Episcopalem, & proprium Territoriũ, vt in Constantien. iurisdictionis, supra allegata, immo supponitur contrarium, *vt supra dixi.*

12 Non

12 Non obstat, † quod Concilium non tollat sententias praesertim antiquas, & in iudicatum transactas, *Seraph. decis. 712. num. 5. vbi additio. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 202. & seq.* In proposito autem praetendit Capitulum, adesse sententiam Cardinalis Buccamatii latam de anno 1291. tempore Nicolai Papae Quarti datam *in summario Capituli. num. 4.* Quae tamen parum facere videtur, quia ibi supponitur, fuisse litem coram Cardinali vigore specialis commissionis inter Episcopum Theatinum, & nonnullos Abbates Archipresbyteros, & Conuentus Ecclesiarum dictae Dioecesis super visitatione, & aliis iuribus Episcopalibus, & quod de einsdem Pontificis mandato fuit ei iniunctum, vt de Ecclesiis subiectis Basilicae S. Petri de Vrbe nullo modo se intromittere occasione dictae commissionis, & quod ei innotuit, Ecclesiam S. Martini de Valle dictae Basilicae esse subiectam, & propterea non esse in dicta commissione comprehensam, quod quidem nihil commune habet cum eo, de quo hodie disputatur, nec illa est sententia ad fauorem Abbatis, vel Ecclesiae S. Martini, nisi quatenus absoluit à censuris in contumaciam illatis, sed solum continet, quod ratione subiectionis Basilicae Sancti Petri dicta Ecclesia non comprehendatur in commissione, de qua ibi.

Quo vero ad approbationem Cõfessariorum pariter Domini censebant, esse dandum mandatum de manutenendo Domino Archiepiscopo, quoniam,
13 † habet assistentiam iuris, & claram dispositionẽ *Concil. Trid. Sess. 23. cap. 15. de reformat.* vbi etiam tollit immemorabilem, *& fuit resolutum in causa Calaguritana iurisdictionis de Nagera 6. Iunij 1611. coram Reuerendissimo Attrebaten. quae est decis. 332. par. 1. recent. confirmata 20. Martij 1613 coram me,* nec probatur, quod Abbas, vel Capitulum habet territorium separatum, imo supponitur contrarium, *vt supra saepe dictum est.*

Quo vero ad visitationes, collationes beneficiorum, & causas ciuiles Domini mandarunt particulariter videri.

Et ita fuit decisum &c.

Vbaldo seniore.

Militen. Praeminentiarum

Lunae 9. Iunij 1625.

SVMMARIA.

1 *Religionis Hierosolymitanae Magnus Magister habet iurisdictionem vniuersale in Religione.*
2 *Regulari superiori debetur obedientia, illeque habet iurisdictionem in subditos.*
3 *Religionis Hierosolymitanae Magnus Magister habet iurisdictionem vna cum Conuentu.*
4 *Iurisdictio vna, & eadem potest esse penes vnum habitu, & penes alterum actu.*
5 *Iurisdictionem ordinariam habens habet etiam cognitionem causarum, & potest illam delegare.*
6 *Assistentiam iuris habenti datur manutentio.*
7 *Ampl. multo fortius si constet de actibus possessorijs.*
8 *Marescialllus est Tribunus militum.*
9 *Militum Tribunus habet iurisdictionem in milites, & facultatem eorum causas cognoscendi.*
10 *Marescialli iurisdictio.*
11 *Iurisdictio Superioris adempta non censetur ex iurisdictione Inferiori competenti in certis casibus.*
12 *Iurisdictio in dubio data censetur cumulatiuè, non priuatiuè.*
13 *Marescialli praeuentio in cognoscendis causis ad se spectantibus impedit delegationem Magni Magistri.*

Decisio CXCVIII.

PRaetendit Dominus Marescialllus, qui est caput linguae Aluerniae in Sacra religione Hierosolymitana, ad se pertinere cognitionẽ causarum in prima instantia vertentium inter fratres, & milites eiusdẽ Religionis priuatiuè quoad alios, praeter Illustrissimum Magnum Magistrum, dum eas velit per se ipsũ cognoscere, & se esse in quasi possessione cognoscendi dictas causas, nec non praetendit, omnes paces, quae fiunt inter eosdem fratres, & milites super rixis, & controuersiis inter eos ortis ineũdas esse vigore statutorum Religionis, & assertae consuetudinis coram ipso Marescialllo tantum, denuo in dictis statutis, & consuetudine comprehẽdi etiam familiares, & continuos commensales Magni Magistri, qui etiam praetendit se esse in quasi possessione haec omnia cognoscendi, & delegandi respectiuè. Ideo super his causa cõmissa in Rota fuit dubitatum, cui esset dandum mandatum de manutenendo.

Quo dubio proposito die 16. Decembris praeteriti coram Reuerendissimo Seleucien. fuit dictum vt videretur de bono Iure, & causa restringeretur. Sed hodiè sine vlla restrictione informantes coram me suffecto in locum Reuerendissimi Seleucien. quam plurima congesserunt super bono Iure ad effectum possessorii, & a Dominis fuit responsum, vtrique esse dandum mandatum de manutenendo cumulatiuè in casibus, & iuxta modum exprimendum in decisione.

1 Nam quoad Magnum Magistrum, † negari non potest, ipsum habere iurisdictionem vniuersalem in dicta Religione, tum ex stabilimentis praecipuè *sub tit. 9. vers. 10.* Vbi Magnus Magister residens in Cõuentu, potest designare, & creare arbitrio suo Locumtenentem, cui vigore suae praeminentiae potest concedere auctoritate, quae sibi videbitur tum ex constitutione fel. rec. Pii IV. *Incipi. circumspecta. sub dat. kal. Iunii anno primo in vers. ita vt Magister. &c. & in vers. nec non causas, & lites &c.* & accedunt confirmationes, & priuilegia aliorum summorum Pontificum subsequentium, & haec sunt conformia di-
2 spositioni iuris, † secundum quam debetur obedientia superiori Regulari, ita vt ipse habeat iurisdictionem in subditis. *Abb. in cap. Cum ad Monasteriũ numer. 7. de stat. Monach. Calder. cons. 1. post med. vers. item obuia. de regular. & stat. regul. Et in terminis Religionis S. Ioan. est decis. Mohed. decima de caus. poss. & propr.* & quoad cognitionem causarum *est decis. Rot. 101. numer. 2. lib. 3 par. 3. diuers. Cresc. dec. 16. de priuileg.* arguendo de exceptione ad regulam.

3 Neque obstat, quod Magnus Magister † non habeat iurisdictionem solus, sed vna cum Conuentu, *vt in dicta Constitutione Pii IV. vers. nec non causas. Rota d. dec. 101. nu. 2. & tradit pluribus Oldrad. cons. 128. per tot. praesertim num. 5. & 6. Verall. dec. 219. in fin. par. 1.*

Quia Conuentus non repugnat exercitio iurisdictionis Magni Magistri, nec delegationibus ab eo factis, vel faciendis, imo, cum eas fecerit, sciente, & patiente Conuentu, videtur ad ipsum pertinere ta-
4 lis iurisdictio, & in omnem euentum † non inconuenit, quod vna, & eadem iurisdictio sit penes Conuentum, & Magnum Magistrum, & apud Conuentum quidem habitu, apud Magistrum actu, bene fa-

ciunt uot. *per Doct.* quando distingunt officium Iudicis a iurisdictione *in l. prima. vbi Bart. num. 9. & ibi Cagnol. nu. 49. & seq. vbi de communi. ff. de iurisd. omn. iud.*

Stante igitur, quod Magnus Magister habet iurisdictionem ordioariam, sequitur, vt cognitio causarum ad eum spectet, & hoc pro parte Maresciali non negatur, sed videtur quod eas etiam posit delegare, † cum id proprium sit iurisdictionis ordinariæ, *l. 1. in fin. l. merc. l. imperinm. in fin. & ibi DD. communiter. ff. de iurisd. omn. iud.* Ex quibus apparet Magnum Magistrum habere assistentiam iuris pro 6 se, † cuius ratione videtur sibi danda manutentio, *iuxta cap. cum persona. de priuil. in 6. & sæpissimè censuit Rota, & signanter in Sipontina Iurisdictionis coram Cardinali Sacrato, quæ est dec. 491. nu. 2. par. 1. recens. & fuit dictum in Tiburtina iurisdictionis, 14. Martij præteriti coram me, vbi alia allegantur*, Sed 7 hic videtur cessare difficultas † ex pluribus delegationibus causarum à Magno Magistro factis, nec non ex attestationibus Notariorum, & Causidicorũ Insulæ Melitæ, *quæ fuerunt data in summario*, quod in causis excedentibus summam scutorum decem, recurritur, & supplicatur à partibus litigantibus Magno Magistro, qui eas committit, & delegat cui sibi libuerit.

Ex alia vero parte videbatur cõstare de bono Iure Domini Marescialli quoad certum genus causa- 8 rum, † cum Marescialius, nomen Gallicum, nihil aliud sit, quam Tribunus Militum, *vt in stabilimentis. tit. de verb. signif. num. 7. & tradit Alciat. de sing. cert. cap. 34. nu. 4. Tiraq. post Bud. in tract. de nobilit.* 9 *cap. 8. num. 17.* † Quod autem Tribunus militum haberet iurisdictionem in milites, & facultatem cognoscendi eorum causas, & lites, *probatur in l. officiũ regentis. §. officium Tribunorum. ff. de re milit. ibi: quærelas commilitonum audire, & in l. pen. C. de iurisd. omn. iud.* Habet etiam Marescialius pro se dispositionem stabilimentorum Religionis, *vt in tit. 19. de* 10 *Alberg. cap. 13.* vbi cauetur, † vt milites aduersus seruitores illis infestos fariant plantum, idest querelam porrigant Pilierio, qui est caput linguæ, qui eos componat, quod si non fecerit, fiat querela Magistro, seu Marescialio qui iustitiam faciant. Item datur statutum *sub titulo de Bailiuis tit.* in. *cap.* 2. vbi cauetur, quod omnes fratres, tam equites, quam seruentes armorum obediant Marescialio, à cuius tamen obedientia eximuntur Bailiui conuentuales, & eorum Locumtenentes, Priores, & alij ibi expressi, dat& etiam fuerunt plura alia stabilimenta, *vt in tit. del Sguardio de Consilio*, & alia concernentia iurisdictionem Marescialli in certis generibus causarum ibi enunciatis, quibus licet informantes conarentur singulis respondere, tamen Dominis videbatur constare de bono Iure Marescialli administrando iustitiam in dictis casibus expressis in statutis. Et accedunt sententiæ à Marescialio latæ, à quibus fuit appellatum ad venerabile consilium Religionis nec non deputationes ab eodem factæ, *quæ omnia dantur in summario Marescialli, super possessorio n. 1. & seqq.* Ex quibus omnibus simul iunctis Domini veniebant in illam sententiam, vt vtrique tam Magno Magistro, quam Domino Marescialio esset dandum mandatum de manutenendo, & quod iurisdictio vtrique competat cumulatiuè, & præuentiuè in certis casibus quo ad ipsum Marescialium. Cũ enim Magnus Magister habeat iurisdictionem vni- 11 uersalem, vt dictum est, succedit regula, † vt cum inferiori competat iurisdictio in certis casibus, qualis est Marescialius, non propterea censeatur adempta iurisdictio superiori, *iux. tex. in l. vlt. C. de iurisd. omni iud.* Vbi etiam si Rectori militum concedatur iurisdictio de rebus militaribus inter milites, non tamen censetur adempta iurisdictio eisdem de causis competentibus alteri Magistratui ordinario, *vt declarat Menoch. præsumpt. 18. num. 25. & seqq. vbi nu. 28. vers. 5. adducit tex. in d. l. fin. & benè facit tex. in cap. per hoc. de hæretic. in 6. & in Clem. 1. §. 1. eodẽ* 12 *tit.* & facit regula, † quod iurisdictio in dubio censetur data cumulatiuè, & non priuatiuè, *Roman. cons. 393. num. 1. & ibi Addent. Felyn. in cap. Pastoralis. num. 2. & seqq. de offic. ordin. & tenuit Rota ex sententia Sacræ Congregationis Concilij in causa Piscien. iurisdictionis 15. Iulij 1590. coram bo. mem. Cardinali Platin. & in montis Regalis iurisdictionis 27. Nouẽbris 1606. coram Reuerendissimo Domino meo nunc Decano, quæ est dec. 316. nu. 7. in eius impress. & dec. 321. num. 4. par. 2. recent. & latè habetur in decis. 4. num. 5. cor am fel. record. Greg. XV.* sicuti etiam è cõ- 13 trario, † quando Marescialius cœpit cognoscere causas ad se pertinentes, & sic præueniendo non debet admitti delegatio Magni Magistri, *iux. not. per Vant. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num. 21.* Et ita Domini intelligebant hanc materiam.

Qui autem sint casus præcisi, in quibus Marescialius habet iurisdictionem præuentiuam, & an ad ipsum solum spectet componere paces inter fratres, & an eius facultates comprehendant perpetuos cõmensales, & familiares Magni Magistri, Domini reiecerunt ad aliam inspectionem.

Et ita fuit decisum.

Reuerendiss. D. Coccino Decano Hispaniarum Mandati

Lunæ 2. Martij 1626.

S V M M A R I A.

1 *Confessio partis omnem superat probationem.*

2 *Manutentio datur possessione probata.*

3 *Procurator constitutus à Cõgregatione generali Clerici non potest a Capitulo reuocari.*

4 *Mandatum habens ad id, quod est consequens, non extenditur ad antecedens, vbi consequens absque antecedente commodè explicari potest. & num. 5.*

5 *Mandati fines sunt diligenter seruandi, etiam circa omnes qualitates.*

6 *Mandatũ est stricti iuris, & in dubio potius restringi debet, quam extendi.*

7 *Vicarius Episcopi habens potestatem recipiendi resignationem non potest etiam conferre.*

8 *Mandatum speciale requiritur in collatione beneficiorum.*

9 *Mandatum datum ad constituendum procuratorem in quibusdam casibus non extenditur ad facultatẽ reuocandi procuratorem antea per mandantem constitutum.*

10 *Dictio alternatiua, Aut, aliquando ordinem, non electionem significat.*

11 *Facultas data sub modo non potest exerceri, nisi modo adimpleto, & si casus euenerit.*

Decisio CXCIX.

FVit resolutum, Domino Aloysio de las Infãtas dandum esse mandatum de manutenendo ita vt sit standum in decisis. Nam ex confessione Capituli, & Procuratorum ab eo constitutorũ constat de illius possessione in exercitio Procuratoris Cleri, in reuocatione enim mandati facta per Capitulum Toletanũ habentur hęc verba: *He hecho y hago officio de tal agẽte general, &c.* & in interpellatione

latione facta à dictis Procuratoribus habetur: Monet ipsum, vt amplius non tractet negocia dicti Clero, & restituet scripturas ad hoc officium pertinens &c. Et propterea, † cum confessio partis superet omnem probationem; *l. cum te. C. de transact.*
2 † Non potest denegari mandatum, *ad vulg. §. Hodiè instit. de interd.*

Quod autem sit standum in decisis, Domini non
3 dubitarunt, quia, † cum Dominus Aloysius fuerit constitutus Procurator à Congregatione generali, non potuit à Capitulo reuocari, ex deductis in decisione, in qua respondetur ad contraria: Sola igitur difficultas consistit in facultate, quam Capitulum prætendit, & propterea aut nititur facultate sibi à Clero concessa, aut authoritate, quam habet ex breui Sanct. mem. Clementis VIII. & neutra suffragatur.

Nã facultas, quam habet à Clero: illa enim cõtinet hæc verba formalia. *Si en este quinquenio, ò quando acertaren à faltar los dichos Procuradores generales, por muorte, ausencia, ò alguna otra causa, la Santa Iglesia de Toledo nombrará en su lugar otros Prebendados.* Quare cum non sit concessa simpliciter facultas constituendi Procuratorem, Sed in casibus dumtaxat expresis, non inde sequitur, quod ex facultate constituendi Procuratorem sit data etiam facultas reuocandi Procuratorem cõstitutum à mã-
4 dante † habens enim mandatum ad id, quod est cõsequens, non censetur habere mãdatum ad id, quod est antecedens, vbi ipsum consequens sine antecedẽte commodè explicari potest, *est textus notabilis in l. 1. §. igitur proposito, vers. Quare si eum. ff. de exercit. act.* vbi dicitur, habentem mandatum ad exigendam pensionem, quæ est ipsius locationis consequẽs, non censeri haberi mandatum ad rem locandam, quod est locationis antecedens, & hoc non est ex alio, nisi quia vnum sine altero commodè stare potest, vt ex se patet, quemadmodum in casu isto, in quo non est data facultas simpliciter cõstituẽdi Procuratorem, sed in quibusdam casibus, ergo cõsequẽs, scilicet, constitutio Procuratoris stare potest sine antecedenti, scilicet, reuocatione, cum mãdatum sit
5 restrictum ad prædictos casus, † & illius fines sunt diligẽter seruandi, etiam circa omnes qualitates, & sic in hac facti specie in casibus, in quibus est data facultas constituendi Procuratorem, *cap. cum venissent, vbi Bald. de eo, qui mitt. in poss. & in cap. Pisanis in 3. notab. de restit. spoliat. Ias. in l. transactio. in princ. C. de transact. Dec. cons. 493. numer. 9. vers. non solum. Paris. cons. 47. num. 42. & 43. lib. 1.* Et quamuis illa conclusio non habeat locum, quando consequens commodè non potest explicari sine antecedente, *l. fin. in fin. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. c. præterea. de offic. delegat.* Attamen, cum in hoc casu facultas constituendi Procuratorẽ sit restricta ad quosdam casus, nec sit concessa simpliciter, sequitur, quod non inreet facultas Capituli,
6 cum † mandata sint stricti iuris, & in dubiis potius restringi debeant, quam extendi, *cap. Is, cui §. fin. de præbend. in 6. Io. Andr. in cap. prudentiam. in verb. circa. de offic. deleg. Felyn. in cap. cum dilecta. in princ. in Ampl. num. 41. de rescript.*

Et prædicta omnia corroborantur *ex decis. 1. de*
7 *renun. in antiq.* vbi dicitur, quod † Vicarius Episcopi habens potestatem recipiendi resignationem beneficiorum causa permutationis resignandorũ (quæ resignatio est ipsius permutationis præparatorium) non propter hoc debet censeri, habere facultatem ipsa Beneficia volentibus permutare conferendi (quæ quidem collatio est ipsius permutationis ex-
8 plicatio) eo quia † in collatione Beneficiorum requiritur mandatum speciale, *cap. fin. de offic. Vic. in 6. Felyn. in cap. audiiris. num. 13. vers. sicut etiam dicit, de præscript. Staphil. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. vers. quapropter retenta, latè Rom. cons. 33. in au.* & *seq. vbi contraria resoluit.* Ita in proposito, cum mandatum sit datum ad constituendum Procuratorem in quibusdam casibus, & nullus ex prædictis euene-
9 rit, † non potest extendi ad reuocationem Procuratoris antea per mandantẽ constituti vt pulchrè probat *tex. in l. si hominem. 30. ff. mand.* vbi in generali mandato non venit, vt quis possit retractare, quod per mandantem specialiter fuit statutum, & sic cum Clerus constituerit Procuratorem Dominum Aloysium, nec euenerit aliquis casus, de quo in mandato Capituli, ideo in illo mandato in his terminis non comprehenditur facultas reuocandi Dominũ Aloysium.

Aut vero Capitulum Toletanum nititur facultate concessa in Breui Sanct. mem. Clementis, & illa non suffragatur. Nam vltra responsionem datam in alia decisione, quæ placuit Dominis, est directũ Congregationi Ecclesiarum Regnorum Coronæ Castillæ, & legionis in oppido de Madrid congregatæ, vel alibi, & in illo datur facultas eligendi Procuratores, commorari debentes pro negotijs apud hanc Sanctam Sedem, & Sacram Catholicam Maiestatem, & facultas per hæc verba conceditur, *Per vos, seu maiorem vestrum partem, aut generali Congregatione absoluta, per Ecclesiam Toletanam, & Commissarios a vobis deputatos, vel deputandos eligendum.* Quamobrem cum ipsa Congregatio deputauerit Procuratorem, qui extat, & laudatur ab omnibus ferè Ecclesijs in suo munere, vt in alia decisione deductũ est, nõ est locus electioni per Capitu-
10 lum Toletanum faciendæ, † illa enim alternatiua, *aut,* non electionem significat, sed ordinem, *vt in simili habetur in l. fin. C. de Codic. & in l. 1. ff. eodem, & in l. cum pater. §. penult. ff. de leg. 2.* Vbi alternatiua posita inter testamentum, & codicillos ab intestato relictos, quæ sunt incompatibilia cum testamento, est nota ordinis, & sensus, quod scilicet valeat primum iure testamenti, si potest, si non, iure codicillorum. Sic in proposito San. mem. Clemẽs voluit, primo Procuratorem constitui à Congregatione, & ea dissoluta, à Capitulo Toletano, & sic implicitam, & non sunt compatibilia, quod Capitulum eligat, vbi Congregatio prius elegit. Quare durante, ac permanente ista electione, non est locus nouæ electioni,
11 quia † Capitulum non probat, euenisse casum, in quo ei fuit data facultas, *l. quibus diebus. §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. 1. ff. de obli. quæ sub mod.*

Quodque ita fuerit interpretatum Breue, non est ambigendi locus ex deputatione facta per Congregationem generalem, in qua prędicto modo fuit data facultas Capitulo eligendi Procuratorem. Accedat ex abundanti, vt iam dictum est, & latè fuit in alia decisione deductum, quod ferè omnes Ecclesiæ laudarunt personam Domini Aloysij etiam post istam reuocationem. Quare resolutio ista in iure fundata maxime etiam æquitati, & conuenientiæ innititur.

Ex quibus quidquid dicendum sit circa prætensã administrationem Capituli Toletani, super qua informatores insistebant, satis est, quod circa Procuratorem constituendum, illius facultas sit restricta in casibus præfatis, vt supra ponderatum est. Vnde non est insistendum super varietate facultatis administrandi, cum non sit præsentis inspectionis, ex quo in articulo, de quo agitur, habemus claras dispositiones. Vnde merito, quidquid in contrarium opponatur, Rota resedit in decisione facta *Decembris superioris anni*, in qua etiam plene respondetur obiectis, quæ hodiè repetuntur, & sublata videntur ex supradictis.

Et ita conclusum, &c.

R.P.D. Durano

Ianuen. Parochialis

Veneris 13. Martii 1626.

SVMMARIA.

1. *De bono iure constare dicitur ad effectum manutentionis, si constet de possessione, vel quasi, & num. 6.*
2. *Iuris eligendi, seu nominandi, vel præsentandi quasi possessio probatur ex electionibus, seu nominationibus effectum sortitis.*
3. *Electionis effectuatio probatur eo ipso, quod vnus electus per obitum alterius fuit prouisus.*
4. *Visitationum libri probant pertinentia ad visitationem.*
5. *Visitatoris assertioni quoad statum Ecclesiæ multũ deferendam est.*
7. *Quasi possessio præsentãdi vnico actu acquiritur, etiã contra prouisam ab Ordinario.*
8. *Præsentatio non dicitur effectuata, si sit admissa ad faciendam rem gratam.*
9. *Lim. secus in electionibus factis tamquam spectantibus ad eligentem, & si sint plures.*
10. *Conferendi libertas non dicitur acquisita ab Ordinario ex prouisione, a qua fuit appellatum, & appellatio non fuit prosecuta, nisi concurrant adminicula ad arguendum, appellantem possessorem animo dimisisse quasi possessionem nominandi.*
11. *Prouisio per modum prouisionis non mutat statum præcedentem, & num. 21.*
12. *Spolio agens præsupponit reum conuentum possidere.*
13. *Lim. secus in petitione reintegrationis æquiuoca, quia debet referri ad possessionem naturalem, & turbationem de facto.*
14. *Confessio æquiuoca debet interpretari ad fauorem confitentis.*
15. *Ciuilis Possessio remanet penes eum, qui per occupationem naturalis possessionis nõ habuit se pro spoliato.*
16. *Ciuilis possessionis retentio pendet ab animo possidentis.*
17. *Pro Spoliato an quis se habuerit arbitrandum est ex circonstantiis factorum, & verborũ, quæ præcesserunt, & subsecuta sunt.*
18. *Ius proprium quem à se obycere velle non præsumitur.*
19. *Reintegrationis actus iudicialis ordinatus ad acquirendum non debet contrarium operari.*
20. *Ciuilis possessionis iuris præsentandi retentio præsumitur ex præsentatione, ex recursu, & appellatione à prouisione facta ab Ordinario, & à manutentione petita.*
21. *Prouisio de beneficio iurispatronatus, quæ dedit causam liti non attenditur ad quasi possessionem.*
23. *Vice Curati deputatio non probat quasi possessionem apponendi Curatum.*
24. *Iuris assistentia non releuat, vbi alius est in possessione per tempus considerabile.*
25. *Ampl. nec quando redditur turbida.*
26. *Ius nominandi Vicarium, seu Curatum ad Parochiã Monialium ex iuris assistentia competit eisdem Monialibus.*
27. *Monasteria non dantur sine Ecclesiis.*
28. *Ecclesiam esse Monastery ad effectum manutentionis in quasi possessione nominandi Curatum, seu Vicarium quomodo probetur.*

Decisio CC.

VAcante Ecclesia Parochiali Sãcti Andreæ Ciuitatis Ianuen. Moniales Sãctæ Andreæ de Porta nuncupatæ, quæ ad eas spectare ius nominandi, seu eligendi, ac in illius possessione, seu quasi existere prætendebant, nominauerunt ad eam Andream Malaspinam Præsbyterum, sed quia Illustrissimus D. Modernus Archiepiscopus nominatione, seu electione Monialium non admissa dictam Ecclesiam tamquam vacantem per obitum Ioannis Baptistæ Barilaris, qui, vt dicebatur, fuerat ab Ordinario prouisus, contulit præuio concursu Aloysio Albertonio, & illum in possessionem immisit; Moniales prædictæ causam appellationis per eas interpositæ committi obtinuerunt Ordinario Saonen. qui pronunciauit, Moniales esse reintegrandas ad pristinam earum possessionem eligendi, seu nominandi Vicarium, & consequenter Andream fore, & esse confirmandum, & instituendum, tandem causa ad Rotam deuoluta, & commissa D. meo Vbaldo, fuit proposita die 17. Iunij anni 1624 super manutentione; Domini vero ordinarunt, vt videretur de bono iure; super quo hodie per me proposito dubio loco dicti D. mei aduersa valetudine impediti, fuit

1 resolutum, † satis ad effectum manutẽtionis, de qua agebatur, constare de bono iure Monialium eo ipso, quod constat de earum possessione, seu quasi dicti iuris eligendi, seu præsentandi Vicarium, *cap. querelam. de elect. cap. consultationibus. de iurepatr. Calder. cons. 23. de præb. Gonzal. ad reg. 8. glos. 45. §. 2. num. 4. Gozad. de benef. par. 5. num. 1. Rot. dec. 167. numer. 8. par. 2. diuers. & decis. 435. numer. 1. part. 1. recent.*

2 De † possessione autem Monialium visum fuit constare ex pluribus nominationibus, seu electionibus per eas factis, & effectum sortitis vsq; de anno 1554. *c. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 17. par. 2. diuers.*

Quia in primis vacante hac Ecclesia de dicto anno 1554. fuit ad eam præsentatus per Moniales Lazarus de Callana, qui ad requisitionem earum, & præuia informatione de illius sufficientia fuit institutus per Archiepiscopum Ianuen. & cum iste obierit, fuit per easdem nominatus, seu electus Bartholomeus Scarilia de anno 1573. quæ nominatio, quãuis facta ad Gratam loquutorij dicti Monasterij, attamen, quia de alia deputatione per Archiepiscopum non constat, & postea per mortem dicti Scariliæ de anno 1594. fuit per easdem nominatus, &

3 electus Bartholomeus Faceiottus, † satis probata videtur illius effectuatio eo ipso, quod vnus per obitum alterius fuit prouisus, *iuxta cons. Oldr. 229. communiter receptum. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 10. art. 7. Rot. dec. 545. nu. 2. & dec. 598. nu. 9. part. 1. diuers. & alibi sæpe.*

Quæ adminiculantur ex requisitione, seu præcepto per Archiepiscopum Ianuen. dictis Monialibus facto de anno 1594. vbi asseritur vacatio dictæ Ec-

4 clesiæ per obitum Scariliæ, & multo magis † ex Visitatione Apostolica de anno 1582. in qua fit mẽtio de institutione dicti Scariliæ per Archiepiscopum ad electionem Monialium, *Verall. dec. 158. par.*

5 *2. Rot. decis. 573. nu. 4. par. 2. recent.* visitatoris † enim assertioni quo ad statum Ecclesiæ multum deferendum est, *Rot. dec. 371. num. 2. par. 1. recent. & in Medialanen. Decimarum 15. Decembris 1618. coram bo. me. Andreg.*

Ex propterea ob eamdem rationem probatur effectuata nominatio, seu præsentatio per Moniales facta de Bartholomeo Facciotto, ex quo Archiepiscopus per modum prouisionis de anno 1609. deputauit

tauit Baptistam Barrilarium ad Curam dictæ Ecclesiæ sub narratiua, quod vacabat per obitum dicti Facciotti, qui, vt dictum est, fuerat per Moniales præsentatus per obitum Scariliæ, & præsertim stantibus literis Sacræ Congregationis Illustriss. Cardinalium Concilij Tridētini Interpretum directis, præsentatis Vicario Generali Archiepiscopi Ianuē. de anno 1595. & sic paulo post nominationem per Moniales factam de persona Facciotti, quibus cauebatur per Sacram Congregationem fuisse declaratum ius nominandi, de quo agitur, ad Moniales, approbationem vero ad Archiepiscopum spectare.

6 Ex † quibus actibus possessorijs satis videtur probari bonum ius Monialium pro confirmatione Malaspinæ per eas electi, & nominati, *Rot. in puncto* 7 *apud Greg. XV. dec. 370. nu. 2.* cum † etiam ex vnico tantum actu acquiratur quasi possessio etiam cōtra prouisum ab Ordinario, *vt late Garz. de benef. par. 5. c. 5. num. 59. Rota in Illerden. Parochialis 13. Iunij 1558. coram Caputaq. inserta apud eundem Garz. vbi supra num. 60.*

Non obstat, quod supradictæ nominationes, & electiones Monialium, in quibus fundatur earum 8 possessio, † prætendantur admissæ ad gratificandum ipsis Monialibus de persona eis bene visa, *Ferrett. cons. 33. num. 4. lib. 1.* quia idem Ferrett. *paulo infra* 9 subiungit, quod, † quando electiones, vt hic, sunt factæ tamquam spectantes ad nominantem, seu eligētem, non censentur admissæ tamquam ex gratia, sed ex iustitia, & multo magis quando non vnica, sed plures sunt quia multiplicatio excludit præsumptionem gratiæ, *Rip in d. c. cum Eccles. Sutrina. nu. 55. de caus. poss. & propr. Seraph. dec. 212. num. 2.*

Non obstat præterea, quod Monialibus requisitis de anno 1594. de mandato Vicarij Archiepiscopi ad dicendum, & allegandum, quare Archiepiscopus non posset libere conferre dictam Ecclesiam comparuit procurator, qui iura Monialium allegauit, & nihilominus Bartholomeus Facciottus fuerit prouisus ab eodem Ordinario Barrilarius, & Moniales se opposuerint, & appellauerint, fuit appellatio reiecta, & nunquam per illas prosequuta, sicque videtur constare de re iudicata super possessorio ad fa-10 uorem Archiepiscopi; Quia fuit responsum † quod non propterea Ordinarius acquisiuit libertatem cōferendi, nisi concurrant adminicula ad arguendum Moniales animo dimisisse possessionem, Rot. ponēs in terminis hanc distinctionem in *Lucana Mainscu-latus 1. Iulij 1587. coram Orano, & facit tex. optimus in l. si id, quod. §. quod autem ff. de acq. poss.* Et tantum abest, quod adminicula ex aduerso probentur, quod immo prouisio de dicto Franciotto stante nominatione Monialium, & declaratione S. Cōgregationis potius censetur facta pro continuanda earum possessione, & dicta Ordinarij deputatio postea facta 11 de Barrilario fuit per modum prouisionis, † quæ non mutat statum præcedentem, *Rebuff. de sent. prouis. in præfat. num. 35. cum seq. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli legitima 24. Nouembris 1621. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Non obstat prætensa confessio Monialium ad fauorem possessionis Archiepiscopi, quæ resultare videtur ex sententia, & processu desuper facto coram Episcopo Sauonen. vigore Breuis Apostolici, dum obtinuerunt reintegrari ad possessionem iuris no-12 minandi, quandoquidem, † qui agit spolio, præsupponit Reum euentum possidere, *Seraph dec. 1417. num 3.* Quia fuit bene responsum, quod reintegra-13 tionis petitio fuit æquiuoca, † & sic debet referri ad solam naturalem possessionem, & turbationem de facto, *Rot. dec. 560. num. 3. par. 1. & 649. num. 10. par. 2. recent.* & ratio est, quia dicta petitio est spe-14 cies confessionis, † ideoq; debet interpretari ad fauorem confitentis, *l. si quis intentione. ff. de iudic.*

15 *Roman. cons. 455. num. 4. & 6.* ac propterea † ciuilis possessio semper remansit penes Moniales, *Rot. dec. 561. num. 5. par. 1. recent Add. ad Greg. XV. dec. 555.*

16 cum enim † retentio possessionis ciuilis pendeat 17 ex animo possidentis, *l. licet. C. de acq. poss.* † id totū arbitrandum est iuxta circumstantias elicitas ex factis, & verbis præcedētibus, & etiam ex post gestis, *Rot. dec. 644. sub num. 6 par. 1. recent.* in præsenti autem ex ante, & post gestis potius adsunt circumstantiæ, ex quibus elicitur, quod Moniales semper voluerunt animo retinere eandem possessionem, Tùm 18 quia † non est credendū, quod voluerint abijcere pro-19 prium ius, *l. cum de indebito. ff. de prob.* & quia, † cū actus iudicialis reintegrationis sit ordinatus ad acquirendum, non debet contrarium operari, *l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. & in puncto Rot. d. dec. 561.* 20 *num. 7.* Tum etiam † ex præsentatione Facciotti, & ea recursu ad S. Congregationem, & appellatione interposita, & ex nominatione Malaspinæ, & demū ex manutentione per eas petita, de qua nunc agitur.

Non obstant prouisiones factæ per illustrissimū Archiepiscopum de Barrilario anno 1609. & de 21 Albertono anno 1622. † non prima, quia facta fuit per modum prouisionis, *Rebuff. vbi supra*, secunda 22 verò de Albertono dedit causam liti, † & ideo non est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. dec. 417. num 4. & in recent. dec. 30. num. 1. par. 2. & in Callien. Iuris conferendi 27. Maij 1616. coram R. P. D. meo Verospio.*

Minus obstat allegata deputatio Figarolij de an-23 no 1588. † quia fuit facta pro Vice Curato, videlicet loco dicti Scariliæ Curati ab ipsis Monialibus electi, ex quo cura animarum est valde numerosa, vt manifeste probari videbatur tam ex libro matrimoniorum, in quo prædictus Scarilia de dicto tempore ante, & post Curatus nominatur, & dictus Figarolius vocatur simplex Præsbyter, quam etiam ex supradicta Visitatione Apostolica, in qua asseritur dictum Scariliam tunc fuisse Curatum, & quia multo post, nempe de anno 1594. dicta Cura, seu Vicaria, vt dictum est, vacauit per obitum Scariliæ, non autem dicti Figarolij, & demum non apparet, quod ipse æque principaliter administrauerit cum Scarilia Curato.

Non etiam releuat iuris assistētia Archiepisco-24 pi, Tum quia † non suffragatur, quādo alius, vt hic, est in possessione temporis considerabilis, *Rot. decis. 685. sub num. 2. vers. & propterea. part. 1. recent. & fuit dictum in Aquilana Iurisdictionis 1607. coram Illustrissimo Patriarcha Antiocheno impress. penes Marches. de commiss. tom. 1. fol. 980. Greg. XV. dec. 312.* 25 *& ibi late Additio*, Tum etiam † quia redditur turbida tàm ex supradictis, quam etiam attenta iuris communis dispositione, cum potius quoad dictū ius nominandi iuris assistentia videatur esse pro 26 Monialibus, quia, † cū agatur de Ecclesia Monialiū nominatio Vicarij, seu Curati, de iure potius ad illas spectare videtur, *c. 1. de Cappel. Monach. Concil. Trid. sess. 25. cap. 11. de regul. tradunt Doct. in cap. cum Venerabilis. vbi Felyn. num. 36. de except. Rot. decis. 21. de præb. in antiq. & quia ita pro Monialibus censuit S. Congregatio Concilij.*

Et quod Ecclesia sit Monasterij, videtur non pos-27 se dubitari, quia, vltra quod † Monasteria non dantur sine Ecclesia, & quoad effectum manutentionis, 28 de quo agitur, † sufficit probatio ex sola possessione, ex quo dominium Ecclesiæ non deducitur principaliter in iudicium, sed incidenter, *Bart. in l. quidā in fine. nu. 4. ff. de cond. instit. Calder. cons. 23 de præb. Rot. dec. 24. num. 20 par. 2. diuers.* Dicebant Domini satis probari ex adiudicatione illis facta de dicto Monasterio cum possessione inde secuta vsque de anno 1509. tàm Conuentus, quam Ecclesiæ, cum cō-

scisione inuentarii rerum Ecclesiæ, in quo fuerunt descripta Vasa Sacra, libri Baptizatorum, & alia ad exercitium Sacramentorum, & Curæ spectantia, ac etiam ex Visitationibus Apostolicis, & per Archiepiscopos factis, aliisque pluribus pro parte Monialium deductis, & cumulatis &c.

Et ita vtraq; parte &c.

Remboldo

Oritana Voti

Veneris 27. Martii 1626.

S V M M A R I A.

1 *Præsbyteris probantibus quasi possessionem interessendi, & votandi in Capitulo debetur manutentio quoad actus, in quibus interuenerunt.*
2 *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur etiā per vnicum actum.*
3 *Canonici soli de iure communi sunt de Capitulo.*
4 *Facultas interessendi in Capitulo potest acquiri etiā à Præsbyteris non Canonicis ex priuilegio, consuetudine, vel statuto.*
5 *Ampl. vt ad effectum manutentionis sufficiat sola possessio.*
6 *Manutentionis in iudicio non inquiritur, an possessio sit iusta, vel iniusta, sed hoc reijcitur ad petitorium,*
7 *Actus, qui dedit causam liti, sufficit pro manutentione vbi contradictio fuit post actum perfectum & consumatum.*
8 *Testis etiam vnicus sufficit in iudicio manutentionis.*
9 *Illatio non fit ex diuersis.*

Decisio CCI.

DOmini dixerunt, mandatum de manutenendo dandum esse Præsbyteris in actibus, in quibus interuenerunt. Constat enim, dictos Præsbyteros tam ante erectionem Ecclesiæ Sāctæ Mariæ de Fontana Terræ Francauillæ in Collegiatam, quam etiam post erectionem interuenisse 1 in pluribus actibus capitularibus. Vnde † ipsis debetur manutentio ad hunc enim effectum attenditur quasi possessio, *Bald. in l. ordinarij iuris. num. 9. C. de rei vend. Iuxta in cap. bona. il secundo num. 4. de postul. prælat. Couar. pract. q. c. 17. Rota coram Reuerendiss. Domino meo Decano dec. 490. n. 1. ca* 2 *q;* † in incorporalibus acquiritur vnico actu, *c. cum Ecclesia Sutrina. vbi Abb. nu. 22. & 23. Rip. num. 52. & seqq. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 17. nu. 1. par. 2. diuers. & dec. 286. nu. 5. & 354. nu. 9. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

3 Nec obstat, quod, † iure communi inspecto, soli Canonici sunt de Capitulo, quia, quidquid sit de iu- 4 re, certum est, quod † etiam alii Præsbyteri possunt acquirere priuilegio, consuetudine, aut statuto facultatem essendi in Capitulo, *Rot. decis. 4. num. 5. par. 2. diuers. & dec. 296. num. 3. par. 1. & 708. nu. 3. par. 4. in recent.*

Nec obstat, quod ex parte dictorum Præsbyterorum non ostendatur priuilegium, minusue doceatur 5 de aliquo statuto, aut consuetudine, quia † ad effectū de quo agitur, sufficit, quod doceatur de sola posses- 6 sione, † neque in hoc iudicio inquiritur, An d. possessio sit iusta, vel iniusta, sed ista discussio reiicitur ad petitorium, *Ferrett. cons. 7. num. 3. & 4. Rot. coram San. me. Greg. XV. dec. 107. nu. 5. & dec. 275. nu. 11.*

Quod autem dd. Præsbyteri sint in quasi possessione tam ante erectionem dictæ Ecclesiæ in Collegiatam, quam etiam post erectionem interueniē- di in pluribus actibus in Capitulo, patet ex actibus datis *in summario dd. Præsbyterorum num. 1. & seqq.* ex illis enim apparet, quod interuenerunt in Capitulis, in quibus actum fuit de constitutionibus Procuratorum, & de aliis negotiis spectantibus ad vtilitatem Capituli, & in dd. actibus vocantur dd. Præsbyteri de gremio, & Capitulares, vt legitur in conclusionibus, vt vocant datis *in summario dd. Præsbiterorum num. 1.* vnde apparet ipsos fuisse admissos tamquam de gremio, & Capitulares, atque ita cō magis debetur eis manutentio.

Non obstat, quod non probatur ex dd. actibus, quod dd. Præsbyteri dederint votum in Capitulo, licet ex illis probaretur interessentia, quia, quod etiam votum dederint, apparet ex actis datis *primo summario num. 5. & 6.* ex dd. actibus apparet etiam, quod dederunt votum decisiuum, & non consultiuū, vel adhæsiuum.

Nec obstat, quod actus, qui datur *d. summ. num. 6.* fuit contradictus, & dedit causam liti, quia præterquam quod sufficit actus, qui datur *d. summ. num. 5.* ex supra allegatis, non constat etiam quoad actum *d. summ. nu. 6.* de aliqua contradictione in ipso actu, seu ante, sed dicti Præsbyteri fuerunt pacificè admissi, & contradictio fuit facta post actum perfe- 7 ctum, & consummatum, † eaque propterea non impedit, quo minus censeatur per dictum actum pacificè gestum acquisita possessio, *l. si ita sit, & ibi Bald. & Imol. num. 1. ff. de leg. 1. Rip. in l. 1. num. 88. ff. solut. matr.* & cum dd. actibus concurrit etiam de- 8 positio vnius testis, † qui etiam in hoc iudicio solus sufficeret, *Gabr. qui plura cumulat, in tract. de testib. concl. 1. num. 2. Rot. coram San. mem. Greg. XV. decis. 438. num. 2. & addit. ad dec. 160. num. 3. & fuit dictum in Mediolanen. Decimarum coram R. P. D. meo Pironano, quæ est dec. 291. nu. 20. in recol. per Farin. post 2. vol. cons.*

Ac plurimum faciunt literæ erectionis dictæ Ecclesiæ in Collegiatam, in quibus dicitur, quod Canonici habeāt vocem in Capitulo ante omnes simplices Sacerdotes, eiusdem Ecclesiæ, hinc namque colligitur, quod etiam simplices Sacerdotes habeāt vocem in capitulo, in qua propterea debeant manuteneri.

Nec obstat decretum factum in visitatione Ecclesiæ Oritanæ, quo disponitur, quod nullus ex Presbyteris habeat vocem eligendi, sed adhærendi tantum votis dignitatum, & Canonicorum, quia illud decretum fuit factum in Visitatione Ecclesiæ Cathedralis, & loquitur de Præsbyteris existentibus in dicta Ecclesia Cathedrali, Ideoq; non afficit Presbyteros Ecclesiæ Collegiatæ, cū † illatio non fiat ex 9 diuersis *l. Papinianus exuli, & ibi Doct. de minor. Surd. cons. 150. num. 94. lib. 1. &c.*

R. P. D. Pirouano

Auersana Pensionis

Veneris 24. Aprilis 1626.

S V M M A R I A.

1 *Solutio ex facta à prædecessore suffragātur pro manutentione contra successorem.*
2 *Mutatione personæ titularis non mutatur obligatio soluendi pensionem.*
3 *Solutio vnius pensionis termini, seu illius partis satis est*

est ad possessionem acquirendam quoad totam pensionem propter causam vniversalem acquirendi.
4 *Solutiones metu excommunicationis factæ non releuant ad quasi possessionem acquirendam, & num. 6. vbi quando dicantur metu factæ.*
5 *Solutiones factæ ab eo, de cuius mandato non constat iunctis adminiculis probant quasi possessionem. vbi de adminiculis.*
7 *Solutiones quæ asseruntur metu excommunicationis factæ, si sint factæ sine protestatione non impediunt quasi possessionis exigendi acquisitionem, quæ posita est in patientia, & acquiescentia, & n. 10.*
8 *Exempl. sine excommunicatio sit solum in literis comminata, siue etiam ad ipsam excommunicationem, & carcerationem deuentum.*
9 *Item secus si præcesserit clausula, sine retardatione solutionis pensionis.*
11 *Petitorium absorbet possessorium.*
12 *Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum, vbi dubitatur de iustitia, aut validitate rei iudicatæ.*

Decisio CCII.

IAM fuit resolutum 2. Maij 1625. D. Episcopo dandam esse manutentionem in quasi possessione exigendi pensionem sibi reseruatam super Canonicatu, de quo agitur, & hodie dubio reproposito Domini idem senserunt.

Veræ enim sunt conclusiones in eadem decisione firmatæ, quod scilicet solutiones respectu huius pensionis probantur factæ per Masserinum prædecessorem Dragonetti, † & per eas acquiratur quasi possessio pro obtinenda manutentione petita, *Rot. dec. 275. num. 1. coram Papa Greg. XV. & in Cæsaraugustana Pensionis 4. Iunij 1608. coram D. meo Patriarcha Hierosolymitano, & in Alerien. Pensionis prima Iulij, & 16. Decembris 1624. coram D. meo Decano*, nec referat, quod modernus Canonicus illas non soluerit, † ex quo mutatione personæ titularis non mutatur obligatio soluendi pensionem, *Guidop. dec. 629. Gig. de pens. q. 47. nu. 10. Put. dec. 353. lib. 3.* ac demum, † quod vnica, vel pars tantum vnius termini solutio sufficiat, cum in vtroque casu acquiratur possessio releuans quoad totam pensionem propter causam vniuersalem acquirendi, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 53. de caus. poss. & propr. Rot. articulum examinans in Spoletana Pensionis prima Iulij 1622. coram bo. me. Vbaldo. Dec. cons. 618. nu. 2. Surd. cons. 335. num. 6.*

4 Non obstat, † quod solutiones prædictæ verè, & concludenter non probentur, & probatæ non releuarent tamquam metu excommunicationis factæ.

Quia quod verè factæ fuerint dantur tres solutiones, nempe sub die 19. Septembris 1615. 19. Augusti 1622. 4. Septembris 1625. quæ verificantur ex libris Mercatorum de Vrbe parte citata extractæ, *vt ex registro fol. 74.* cuius particula fuit data *in summario Episcopi num. 4.* quæ est desumpta ex libris
5 Mercatorum, & solutæ per manus eorum, † de quorum mandato licet non constet, iunctis tamen adminiculis probant, *vt dicebatur in decisione, quæ reuidetur, sequen. dec. 2. de caus. poss. & propr. in antiquis, in Pacten. Pensionis primo Iulij 1596. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, in Alerien. Pensionis 16. Decembris 1624. coram D. meo Decano*, quæ adminicula sunt deponderata in dictis decisionibus ad hunc effectum, nempe literæ reseruationis pensionis, attestatio Canonici Messerini prædecessoris adhuc viuentis, quod semper per 17. annos, dum fuit Canonicus soluit pensionem, testes pro Dragonetto, in Curia examinati dicentes Messerinum cessasset tantummodo in solutione pensionis pro anno 1615. Epistola Iacobi Procuratoris Episcopi dicentis exegisse pensionem à Messerino de anno 1614. de quo tempore Dragonettus non erat molestatus, ac demum pluralitas solutionum, & magna summa, quæ contradicunt præsumptioni donationis, & quod quis voluerit iactare suũ, quæ ratio fuerit præcipua *dec. 2. de caus. poss. & propr. in antiq.*

Cæterum quod non releuent tamquam metu excommunicationis factæ, neq; hoc probatur, nam & si dentur testes in Curia examinati post extensionẽ prædictæ decisionis dicentes Messerinum fuisse excommunicatum ad instãtiã Episcopi de anno 1615. & 1616. de quo tempore contigit prima solutio data in actis, & aliæ duæ de anno 1622. & 1625.
6 † subiaceant præcedenti metu excommunicationis durante eadem causa obligationis soluendi, *Cran. cons. 117. num. 6. Ias. in l. si ob turpem. numer. 3. limit. 4. ff. de cond. ob turp. caus. Osasc. decis. 179. numer. 12.*
7 attamen, † cum illæ solutiones legantur factæ sine protestatione, quod non controuertitur, non sufficiũt ad impediendum acquisitionẽ quasi possessionis exigendi, quæ posita est in patientia, & acquiescentia, *Achill. dec. 11. de pens. Seraph. dec. 1047. num. 11.* dicentes protestationem debere concurrere in actu solutionis ad tollendum consensum, qui colligitur ex patientia soluendi; & exinde Rota semper transiuit cum hac distinctione *in dec. 241. numer. 299 an. 11. part. 1. recen. & dec. 367. vbi latissimè Add. coram Papa Greg. XV. Grat. discept. for. cap. 310. n. 38.*
8 *& seq.* † Neq; vera est subdistinctio pro Dragonetto ponderata, quod in casu Achill. erat necessaria protestatio, quia erat comminata excommunicatio in literis, non autem, vt in præsenti, deuentum ad excommunicationem, & carcerationem, ex quibus metus erat confirmatus, quem sensum dicitur habuisse *Achill. in illa dec. 11. de pens. & asserendo refert. Mandos. ad cons. Roma. 569. num. 24. litera M. & Put. dec. 8. de pens.* Qui, si bene attenduntur, hoc non dicunt, neq; senserunt. Nam Mandos. loquitur,
9 † quãdo præcedit clausula, sine retardatione solutionis pensionis; vt tunc per solutionem non imprimatur quasi possessio, quia semper præcedit necessitas, *& idem dicit Put. d. dec. 8.* & ex necessitate producitur causa, quæ remouet voluntatem liberam ab
10 actu, nisi aliud dicatur, † non sic in voluntaria solutione; quæ potest purgare metum ex solo actu cum libero exercitio voluntatis, quæ fuit ratio decisionũ supra allegatarum 241. *num. 6. & Seraph. 1047. num. 11.*

Demum non obstat, quod, cum agatur de re iudicata ob non interpositam appellationem per Episcopum, non detur manutentio in causa restitutionis
11 in integrum, dum † petitorium absorbet possessoriũ, *Abb. in cap. consultationibus. num. 9. de iur. patr. cum alijs alleg. in prima decisione.*

12 Quia † quando dubitatur de iustitia, aut validitate illius non solet denegari manutentiõ in causa restitutionis constito de possessione, cuius probatio supra fuit firmata *sequendo decis. Cas. de Grass. 4. de caus. poss. & propr. & hoc ipsum Rot. firmauit in dec. 235. 244. & 245. penes Cec. de cisib. & plenius in allegatis in prima decisione coram D. meo Baratto Anconitana Fructuum 4. Martij 1622. & 8. Nouembris 1624.*

Et ita &c.

Re-

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Romana 30. millium.

Lunæ 27. Aprilis 1626.

SVMMARIA.

1 *Iura in actis exhibita absque citatione ad dicendum contra non sunt de actis, nec transportanda.*
2 *Decl. procedere in iuribus extra factũ Iudicis, secus in calculo Peritorum parte citata per Iudicem electorum, & examine testium parte citata facto.*
3 *Periti in relatione citatio non requiritur, si parte citata fuerit electus.*

Decisio CCIII.

QVæsitum fuit apud me super integra transportatione actorum, & cum deficeret calculus factus super statu bonorum donantis pars dicebat, ex hoc non posse dici, acta non fuisse transportata, cum non repetiatur citatio ad dicendum contra istum calculum, quæ opertet, vt iura 1 efficiantur de actis, † alias, etiam quod sint exhibita in actis, non sunt de actis, *Sarnen. in reg. de Annal. q. 4. nu. 5. Cassad. dec. prima nu. 5. de except. Caputaq. des. 99. par. 2.*

2 Cæterum dicebant Domini, † hoc procedere, quando Iura producuntur, quæ sunt omnino extra factum Iudicis. In hoc autem casu Iudex, parte citata, elegit calculatorem, & præuia citatione suam fecit relationem in actis, vnde nulla requirebatur citatio partis ad dicẽdum contra, cum iste sit actus proueniens a decreto Iudicis, & Peritus censetur subdelegatus a Iudice ad ponendas illas rationes, quas Iudices propter eorum occupationes ponere non possunt. Ideo videmus, quod, cum examen testiũ sit factum parte citata, nõ requiritur alia citatio ad dicendum contra.

3 Hinc videmus etiam, quod † quando Peritus deputatur parte citata, in relatione illius non requiritur alia citatio, quę tamen in hoc casu adest, *Bart. in l. Theopompus num. 51. ff. de dot. præleg.* vbi quod quando Iudex mittit expertos ad mensurandũ agrũ, vel aliquam differentiam, parte citata, in relatione non requiritur noua citatio, *Marant. in praxi par. 6. in verb. rectè concipiatur. num. 23. qu. 16. Addit. ad dec. 2. num. 63. & 64. de rescript. in nou.* vbi si Auditor Rotę deputetur ad referendum Papę, non requiritur citatio in relatione licet super illa sententia feratur, & in terminis calculatorum ad libros Mercatorum videndum. & super illis calculandum dicit *Ang. in l. prima §. Marcell. num. 2. ff. si cui plusquam per l. falcid.*

Et ita conclusum &c.

R.P.D. Merlino

Fanen. bonorum

Veneris 20. Martij 1626.

SVMMARIA.

1 *Possessio anterior probata per Instrumentum est manutenenda.*
2 3 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
Possessio data per Iudicem minus ritè, & rectè procedentem non est manutenibilis.
4 *Lim. si articulus nullitatis, seu Iniustitia sit adhuc in suspenso, Lim. etiam vt num. 5.*
6 *Spolium allegari nequit ab eo, qui non possidet.*
7 *Citandus est etiam existens in detentatione.*

Decisio CCIV.

CVM Lucretia de Negusantibus iudicium agens contra Ludouicam Bartolellam apprehendisset die 26. Aprilis 1623. possessionem bonorum, de quibus agitur, in executionem mandati de immittẽdo ad sui fauorem relaxati per R.P.D. Bilium Iudicem ab A.C. deputatum, & defuncta dicta Ludouica Antonius Vffredutius infans mediáte persona Patris, & administratoris appręhẽderit eorumdem bonorum possessionem die 16. Ianuarij 1624. vigore mandati etiam de immittendo sibi concessi à Prætore Fani in vim testamenti Antonij Negusantij, dubitatum fuit, cui dandum sit mandatum de manutenendo.

Et Domini responderunt, esse dandum Lucretię, 1 † de cuius anteriori possessione verè constat per Instrumentum publicum *l. Prædia. vbi Doct. ff. de acq. poss. Put. dec. 360. num. 5. lib. 1.* non obstante prædicta 2 subsecuta possessione Antonij, † quæ tamquam iunior præsumitur clandestina, & turbatiua, *cap. licet causam. de probat. l. prima. in fin. vbi gl. Angel. & alij ff. vti possid. Bart. in l. si duo. numer. 4. eod. tit. Menoch. de retinen. remed. 3. numer. 725. & sequent. Alex. cons. 88. num. 12. lib. 5. Natt. cons. 538. numer. 3. lib. 3. Rond. cons. 80. numer. 21. lib. primo. Rot. diuers. decis. 306. num. 5. 6. par. 1. & decis. 19. num. 1. par. 2. & in alijs alleg. in Tullen. Cappellania 18. Februarij 1622. coram me.*

3 Nec subsistit, quod dicitur pro Antonio, † possessionem scilicet Lucretiæ nõ esse manutenibilem eo, quia Iudex minus ritè, & rectè processit, *vt fuit resolutum, & rationibus comprobatum in decisione inter easdem partes sub die 26. Iunij 1623. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, quoniam omisso, quod causa super ijsdem die 4. Decembris 1623. repropsita, Domini non fuerunt concordes, sed ordinarunt, quod informaretur etiam super validitate exa-4 minis testium. Vnde † articuli in decisione firmati resolutio adhuc forte manet in suspenso, visum 5 fuit cessare obiectum, † ex quo ipse Antonius non excipit contra supra dictum decretum de immittẽdo Domini Bilij tamquam consors litis cum Ludouica, vel vti successor, & heres eiusdem Ludouicę, in quo casu posset quidem dubitari de viribus dictæ possessionis Lucretiæ etiam ad effectum manutentionis ex alleg. verum excipit, vt supra, ex persona propria, neq; apparet, in eum causam prædictam, seu litem, vel Instatiam captam vmquam transiuisse; prout etiam frustra idem Antonius videtur insistere super eo, quod numquam habuerit se pro spoliato ad retinendam possessionem, in qua de tempore immissionis Lucretiæ, sine pretensi spolij ipse non exi-6 stebat, sed Ludouica, quia † spolium allegari nequit ab eo, qui non possedit, *ad l. impulsos. & tot. tit. C. vnde vi l. prima. ff. de vi, & vi arm. cum similib.*

Et in omnem euentum negari non potest, quin 7 Lucretia esset in detentatione bonorum, † & propterea erat citanda.

Et ita, vtraq; parte informante.

EODEM

Eadem

Mercurij prima Iulij 1626.

SVMMARIA.

1 *Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem non habet locum, vbi defunctus tempore mortis non possidebat.*
2 *Manutenendus est, qui docet de possessione.*
3 *Ampl. etiam quod sit in detentatione.*

Decisio CCV.

CVM, pendente lite coram me super manutentione in bonis, de quibus agitur, inter Lucretiam, & Antonium sub die 20. Martij Præteriti, resolutum fuerit, mandatum de manutenendo esse dandum Lucretię, nec Antonius acquiesceret resolutioni, atque vlterius camdē impugnaret Patritius modo veniens ad causam dubium reproposuit super eisdem, & DD. visum est, à decisis non esse recedendum tam quoad Antonium ex rationibus in decis. Allegatis, contra quas nihil releuans de nouo adducitur.

Quam & quoad Patritium, qui vti hæres ab Intestato Ludouicæ nitens dispositioni Statuti Ciuitatis Fani de continuanda possessione defuncti in hæredem petit, se manuteneri. Etenim † non suffragatur statutum prædictum in hoc casu, eo quia adhuc viuente dicta Ludouica possessio naturalis dictorum bonorū fuit effectualiter occupata per Lucretiam vigore mandati de Immittendo ad sui fauorem relaxati per R.P.D. Bilium Iudicem ab A. C. deputatum, vnde stante hac distractione possessionis, ob quam impeditur connexio inter Ludouicam, & hæredem, nec aliqua continuatio possessionis potest considerari, si defunctus tempore mortis non possidebat, *ad trad. per Cuman. in l. Pomponius. §. quæsitum. sub numer. 3. vers. ego dixi. ff. de acq. poss. Alex. cons. 83. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 467. nu. 8. Paris. cons. 1. num. 158. lib. 1. cum alijs apud Rot. coram bo. me. Greg. XV. dec. 298. num. 7. & dec. 307. num. 3.*

& consequenter † ipsa Lucretia docens, vt supra, de sua possessione, venit manutenenda, *vulg. §. retinendæ, & §. hodie. Inst. de Interd.*

Neque obstat, quod dicta possessio Lucretiæ non fuerit habita pro iusta, nec manutenibili *ex alias allegata decisione coram Reuerendiss. Domino meo Decano sub 26. Martij 1623.* omisso enim quod eadem causa reproposita non fuerit resoluta, sed dictum, vt discuteretur validitas examinis testium, vnde videtur in pendenti manere iustitia, vel iniustitia dictæ possessionis Lucretiæ, vt fuit consideratum in prima decisione huius causæ coram me, Domini censuerūt † sufficere, quod Lucretia esset in detentatione ad effectum, ne prædictum statum potuerit mutari, atq; eiusdem Lucretię omninò competat manutentio ex allegatis.

Et ita in decisis &c.

R.P.D. Durano

Romana Dotis, Siue Saluiani

Mercurij 10. Iunij 1626.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Possessio probatur ex testibus deponētibus de actibus positiuis.*
3 *Clausula constituti inducit veram possessionis translationem, & num. 15.*
4 *Saluianum contentatur possessione probata ex clausula constituti.*
5 *Possessio probatur ex litis sustentatione.*
6 *Saluianum intrat concurrente credito cum hypotheca antiqua possessione debitoris, & moderna rei conuenti.*
7 *Duo eamdem rem insolidum possidere non possunt.*
8 *Possessio iure familiaritatis non releuat.*
9 *Filius eatenus præsumitur possedisse bona matris iure familiaritatis, quatenus fuerint in matris dominio.*
10 *Filius possidens iure familiaritatis bona matris recepta de illis donatione per matrem cum clausula constituti incipit possidere iure proprio, etiā absq; alia declaratione.*
11 *Possidere quis iure familiaritatis præsumitur ad excludendum delictum, ne qui titulum non habet, videatur alienum occupare.*
12 *Transferens dominium in alium desinit esse dominus.*
13 *Mater post donationem factam filio cum pacto reuersiuo dicitur possidere bona donata iure familiaritatis vsque ad donationis resolutionem.*
14 *Possidere vno, vel alio modo consistit in animo possidentis.*
15 *Possidere vno, vel alio modo non cadit sub sensu corporali.*
16 *Saluianum non datur sine hypotheca.*
17 *Bonis donatis cum pacto reuersibili, & facultate hypothecandi pro restitutione dotis, hypotheca subsecuta tenet, & sufficit ad saluianum, nec dicitur resoluta per resolutionem donationis, & numer. 19.*
18 *Res aliena de voluntate domini potest hypothecari.*
20 *Donator cum licentia vendendi in aliquo casu acquirit sibi hypothecā in bonis donatis in eo casu ipso iure.*
21 *Hypotheca in hæreditate relicta venit sub hypotheca generali omnium bonorum, & iurium per defunctum constituta.*
22 *Pignus, seu hypotheca in re propria non datur.*
23 *Lim. secus, si illius dominium sit cōmutabile, & ad tempus duraturum.*
24 *Conditio nuptiarum intelligitur de futuris data scientia præsentium, & num. 50.*
25 *Lim. nisi adsit correspectiuitas ad matrimonium iam contractum.*
26 *Matrimonium certum contemplatum dicitur absq; illius specificatione in donatione parentum ad filiorum fauorem, vbi præcesserant sponsalia cum certa muliere.*
27 *Contractus licet nullus ex defectu solemnitatū probat tamen voluntatem.*
28 *Consensus ad aliquem actum nihil interest, an præcesserit, aut subsecutus fuerit.*
29 *Facultas alicui data aliquid faciendi nō imponit necessitatem. decl. vt num. 35. & 41.*

30 Fa-

30 *Facultate sibi concessa quem vsum non fuisse constat si id velle non declarauerit. decl. vt num. 35.*
31 *Hypotheca generalis comprahendit etiam bona donata cum pacto reuersiuo in cuius datæ facultatis hypothecandi.*
32 *Iurium appellatione venit etiã facultas aliquid faciendi, & disponendi.*
33 *Iura omnia defuncti transeunt in hæredes.*
34 *Facultas fideicommissario concessa disponendi de aliqua quantitate operatur, vt possint illam retinere etiam illius hæredes, si intestatus, seu absq; dispositione de illis decedat.*
36 *Prohibitioni de non alienando nõ dicitur factus locus, vbi casus non euenit.*
37 *Prohibitione de non alienando resoluta, est etiam resoluta exceptio illi consecutiua, & famulatiua.*
38 *Clausula separata habens orationem perfectam an resoluatur resoluta principali dispositione.*
39 *Causa dicitur anima, & spiritus dispositionis, & ipsa dispositio.*
40 *Rationis ex diuersitate, vel identitate fieri debet restrictio, vel ampliatio, nõ ex figura, & ordine scripturæ.*
42 *Mater quamuis non teneatur donare filio ad matrimonium habili propter nuptias pro dotis recipiẽdæ assecuratione iuris necessitate, tenetur tamen necessitate naturæ.*
43 *Alienatio tacite prohibita conditione pendẽte facta valet, donec ipsa conditio pendet, secus si prohibitio sit expressa.*
44 *Excussionis exceptio in saluiano nõ admittitur. ampl. vt num. 47.*
45 *Lim. secus si sit de natura obligationis.*
46 *Assecurationis natura est, vt veniat accessorie ad obligationem principalem.*
48 *Facultas obligandi bona pro dote concessa donatario an sit intelligenda in subsidium.*
49 *Consensus vbi requiritur in scriptis non sufficit sine scriptis. Lim. vt num. 52.*
51 *Consensus in scriptis frustra requiritur ad actũ, qui iam præcessit.*
53 *Magis attenditur finalis causa forma, quam verba præcisa.*

Decisio CCVI.

DOmina Domitilla de Cesijs vxor q. Adriani Balleoni egit vtili saluiano pro dote librarũ 20. mille, & alijs iuribus dotalibus contra D. Iuliam Balleonam Adriani matrem pro obtinenda immissione in possessionẽ Castri Grafsignaui, & vt quam primum, decentius nuberet, & cũ pacto, quod si præcederet sine descendentibus, bona donata libere, & integraliter ad ipsam reuerterentur, si vero cum illis, qui superuiuerent donatrici, constituit primogenituram in eorum fauorem cum prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis prima vice recipiẽdæ. Quare causa cõmissa in Rota corã bo. me. Vbaldo, cui ego fui subrogatus, fuit in ea dubitatũ, an sit dãda immissio, & Domini affirmatiuè resoluerunt, quia de credito dotali cum hypotheca constitit ex lectura publici
1 instrumenti de anno 1618. † quod facit probationẽ probatam, *Bal. in l. Imperator. num. 2. ff. de stat. hom. & in terminis saluiani, Hond. cons. 17. num. 19. lib. 2. Rot. apud Pacif. de salu. interd. decis. 13. & decis. 15. num. 1. & in recent. dec. 456 num. 2. & 457. num. 1. & 569. num. 1. par. 2. & apud Greg. XV. dec. 491. nu. 6. in fin.*

De possessione autem Adriani apparuit tam ex
2 testibus deponẽtibus de actibus positiuis, † qui propterea bene ad hunc effectũ probant, *Paul. de Castr. cons. 166. num. 1. lib. 2. & Rot. in alleg. dec. 569. nu. 2.*
3 quam † ex clausula *constituti*, ex qua inducitur vera possessionis trãslatio, *l. quod meo. vbi Bart. ff. de acq. poss. l. quæ mulier. vbi etiam Bart. ff. de rei vendic. Tiraq. de iur. constit. part. 2. ampl. 1. nu. 2. Paris. cons.*
4 *123 num. 2. & seqq. & in puncto*, quod † in saluiano sufficiat possessio ex constituto, *Mart. de claus. claus. 20. num. 4. Greg. XV. dec. 491. & fuit dictum in Sutrina Bonorum 23. Octobris 1595. coram Cardinali Pã-*
5 *philio*, & denuum possessio Iuliæ probatur, † ex litis substentatione, *Caputaq. dec. 369. par. 2. Rot. decis. 20.*
6 *numer. 2. & dec. 26. num. 16 apud Pacific.* † quibus concurrẽtibus intrat Saluianum, *Menoch. de adipis. remed. 3. q. 29. nu. 161. cum seqq Pac. decis. 201. lib. 1. Rot. dec. 324. nu. 3. & dec. 456. nu. 1. part. 2. recent. & apud Greg. XV. vbi supra num. 6.*

Solum igitur superest in contrarium adductis respondere, quæ pro clariori, & faciliori intelligẽtia, & quia tot, tantorumque hinc inde scribentium excitatæ difficultates id exposcunt, particulariter discuti, & examinari oportet.

Primo dicebatur, quod D. Iulia semper possedit Castrum, & alia bona, de quibus agitur, tam ante, quam post matrimonium Adriani cum Domitilla,
7 *vt ex testib. summ. num. 6.* vnde † cum duo non possint eamdem rem insolidum possidere, consequẽter Adrianus nunquam possedit, & ideo testes deponẽtes de illius possessione debere intelligi de posses-
8 sione iure familiaritatis, † quæ nõ releuat, *l. qui iure familiaritatis. vbi Bart. ff. de acq. poss. Menoch. de arbitr. cas. 160. nu. 13. cum seq.*

9 Hoc obiectum facile fuit sublatum, quia † Adrianus eatenus præsumitur possedisse bona predicta iure familiaritatis, quatenus fuerunt in matris dominio, *Alex. in d. l. qui iure. numer. 3. vbi etiam Imol. in*
10 *princ. & Castr. num. 4.* † in ipsum autem translato dominio per donationem cũ clausula *constituti* cæpit possidere iure proprio ex titulo præcedenti etiã absq; alia declaratione, *Soc. sen. cons. 181. nu. 5. vers. & eo maxime lib. 2. Purpur. cons. 298. nu. 12. Bursatt. cons. 9. num. 8. lib. 1. Rot. apud Greg. XV. dec. 92. nu. 3. & ibi Add. & apud R. P. D. meum Decanum decis.*
11 *239. num. 6.* & ratio est, quia † præsumitur possessio iure familiaritatis, vt excludatur delictum, ne, qui titulum non habet, videatur alienum occupare, quæ cessat in Adriano, qui titulũ habebat, ergo cessare in eo quoque debet præsumptio possessionis iure fami-
12 liaritatis. Et ex aduerso D. Iulia, † quę translato dominio in Adrianum desinit esse domina, *§ sic itaque*
13 *deseretis. Instit. de action.* † ex tunc vsq; ad donationis resolutionem iure familiaritatis possedisse præsumitur, *iuxtà tradita per Doct. in d. l. qui iure. & Surd. cons. 24. num. 36.* quo fit, vt testes D. Iuliæ deponẽtes de possessione Adriani iure familiaritatis, & de possessione illius iure proprio etiam post cõtractũ matrimonium non sint in consideratione habendi, vlt(r)a quod non reddunt scientiæ causam, quinimmo nec aliqua, quę congrua sit, reddi potest, quia,
14 cum † possidere vno, vel alio modo animi sit, *l. si*
15 *quis vi. § differentia. ff. de acq. poss.* † non cadit sub sensu corporali, & in omnem casum sufficit Domitillæ ad obtinendum in saluiano possessio Adriani ex clausula constituti quamuis de ea per testes deponentes de actibus possessorijs non constaret, *iuxta superius allegata.*

Secundo opponebatur, quod donatio de his bonis fuit resoluta per mortem Adriani vigore pacti reuersiui in ea adiecti, quod Adriano prædecedente Iuliæ donatrici sine descendentibus bona donata ad illam reuerterentur, & consequenter fuit etiam resoluta hypotheca in fauorem Domitillę, si quę fuit,
16 † sine qua non datur saluianum, *l. si ex duobus. § sed hac Marcellus. ff. de in diem addit. l. lex vectigalis. ff. de pignor. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 3.*

seqq. Rot. apud Seraphin. decis. 693. numer. 5.

Sed etiam hoc obiectum facile tollitur ex facto, quia, quamuis donatio fuerit resoluta in casu sequuto, tamen in eadem fuit Adriano data libera facultas hypothecandi bona donata pro restitutione dotis prima vice recipiendæ, quæ est ista, de qua nunc 17 agitur, † quæ facultas non fuit resoluta, *Rot. apud Pacif. dec. 150. num. 8.* & sic resolutio donationis nõ operatur quoad hypothecam, sed ipsa remansit pro dotis restitutione, & bona donata reuertuntur cum sua causa, idest cum dicta hypotheca ex consensu, & voluntate donatricis, *l. si quis. ff. de vsufr. leg. cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. Bart. in l. in diem addic. num. 1. ff. de aqu. pluu. arcen. Corbul. de emphit. tit. de priuat. ob non solut. canon. ampl. 34. numer. 3. post princ. vers. hoc verum nisi Dominus consenserit. Affl. dec. 112. numer. 7. & 9. Gabr. cons. 143. num. 6. lib. 1. Cresc. dec. 9. num. 6. de priuil. & Rot. in Romana Census 9. Martij. 1607. coram bo. me. Iusto,* & ratio est, quia, 18 sicut † in re aliena potest ab initio Domini voluntate pignus, seu hypotheca constitui, *l. aliena res. ff. de pignor. act. & l. Pomponius. § item illud. vbi glos. ff. in quib. caus. pign.* 19 ita † & dominus reuocabiliter potest pignus, vel hypothecam imponere in re propria in casum, quo Dominus esse desierit, accedente tamen, vt hic, consensu, & voluntate illius in quem dominium est recasurum, *arg. tex. in l. si rem. & l. existimo. ff. de verb. oblig.* inter vtrunque enim casum nulla versatur differentiæ ratio.

Sed verum est, ex quo penitus omnis tolli videbatur scrupulus, quod si bene res perpendatur, nec ius Adriano ex donatione competens fuit resolutũ quandoquidem fuit etiam sibi data licentia vendendi bo- 20 na donata pro dotis restitutione, ex qua † acquisiuit sibi Adrianus in dicto casu hypothecam in bonis donatis ipso iure, *vt probat tex. singularis in l. 3. § fin. ff. qui potior. ibi, inter fratres conuenit, vt si frater agri portionem pro indiuiso pignori datam à creditore suo non liberasset, ex diuisione quæsita fratris partem dimidiam alter distraheret, pignus intelligi constitutum existimaui. & ibi Bart. vbi per illum tex.* quod ex facultate vendendi cõstituitur hypotheca, *& facit singulare dictum Bald. in l. Crediteres. in fin. C. de pignor. vbi ex dicto §. quod si paciscor, vt si mihi* pecunia debita non soluatur, liceat mihi ingredi bona debitoris propria auctoritate, eo ipso censetur hypotheca contracta, licet nihil de hypotheca dictum fuerit, *& Baldi dictum commendat Cremon. sing. 2.* quæ hypotheca, resoluta donatione per mortem Adriani, procul dubio remansit in illius here- 21 reditate, † & ideo venit sub illa hypotheca generali omnium bonorum, & iurium in fauorem Domitillæ, *l. nomen. C. quæ res pign. oblig. Negus. de pig. in 2. memb. 2. par. num. 8. cum seqq.*

22 Neque obstat, quod † in re propria non detur pignus, aut hypotheca, *l. neque pignus. ff. de reg. iur.* quia 23 hæc regula limitatur, † quando dominium est commutabile, & tempore duraturum, vt quia restitutioni subiaceat, tunc enim potest esse hypotheca ei qui debet restituere, *l. ex sextante. § latinus. ff. de except. rei iudic. Bart. in l. debitor. ff. ad trebell. Bald. cõs. 167. num. 2. vers. nec obstat. lib. 1. Ias. in § sic itaque discretis n. 21. Inst. de action. Negus. de pign. in 4. memb. 5. par. nu. 2. vers. & non obstat.* Quod vero interesset Adriano, bona donata esse etiam sibi hipothecata in dicto casu, non eget discussione, cum enim donatio ideò sibi à Iulia matre facta fuerit, vt nobilius, & decentius matrimonio collocaretur, tanto magis id cõsecuturus erat, quantò pleniora iura in rebus ad hoc donatis acquisiuit.

Tertio adducebatur, quod matrimonium Adriani cum Domitilla præcessit donationem, igitur D. 24 Iulia, † quæ ideo dedit, vt decentius Adrianus nuberet, de aliis nuptiis intellexisse visa fuit, *l. si ita. 46. §. si pater, ff. de leg. 2. ibi, si enim hoc pater non ignorabat, videtur de aliis nuptiis sensisse, & l. iam facta de cond. & demonstr. ibi, si iam facta sint, quæ conditionis loco ponuntur, & sciat testator, quæ iterũ fieri possunt expectentur, vt fiant,* quorum iurium dispositionem procedere etiam in contractibus, & sic in donatione *firmant. Bart. in leg. 2. numer. 4. ff. de cond. & demonstr. Emanu. Costa lib. 2. select. cap. 128 num. 1.*

25 Non minus istud etiam ex facti cõtextura remouebatur, † quia ex ea clare conspicitur, donationem, & inde facultatem hypothecandi fuisse correspectiuas ad matrimonium cum Domitilla. Primo *ex traditis per Modern. de pact. augt. claus. 4. gl. 9. nu. 5.* 26 *par. 1. vbi num. 19. cum seqq.* † quod in donatione parentum facta filijs dicitur contemplatum certum matrimonium absque alia specificatione, quando, vt hic, præcesserunt sponsalia cum certa muliere. Secundo ex alia donatione, quæ præcesserat matrimonium, cuius in hac secunda, de qua agitur, fuit facta 27 mentio, † quæ, quamuis fuerit nulla defectu solemnitatis, probat voluntatem, *l. fin. ff. de reb. cor. qui sub sit.* Tertio quia licentia hypothecandi fuit pro assecuratione restitutionis dotis prima vice recipiendæ, & sic prioris matrimonij, illius scilicet, quod Adrianus cum Domitilla contraxit, cui Iulia in omnibus consensit, ac interfuerit, quinimmo & dotẽ prædictam post dictam donationem recepit. Quarto ex causa finali, seu impulsiua donandi, vt Adrianus quam primum, & decentius matrimonio collocaretur, cui plene per matrimonium cum Domitilla fuit satisfactum, tam quoad generis nobilitatem, quam quoad dotis quantitatem, & iniquum videretur, quod D. Iulia Adrianum tunc de recenti vxoratum desiderasset, quam primum iterũ vxorari, quod fieri non poterat, nisi soluto illo matrimonio. Et de- 28 mum, † quia de iure nihil interest præcesserit, aut subsecuta fuerit dicta facultas, *vt probat tex. optimus in l. si autem plures. ff. de aq. pl. arcen. ibi, & placet nihil interesse, vtrũ præcedat Domini voluntas aquæductionem, an subsequatur, quia & posteriorem voluntatem Prætor tueri debet,* & in puncto *Peregr. cons. 78. q. 8. in nu. 39 cum seqq. lib. 3. Vin. d. Franc. dec. 265. per tot.* vbi quod siue præcedat, siue subsequatur patris, aut matris donatio, vt filius decentius nubat, illa non potest à filijs diminui, seu retractari in præiudicium vxorum, quod vtiq. posset, si vxori nõ esset illico ius quæsitum.

Quarto contendebatur, quod vtcumque sit de facultate hypothecandi, & sic de Adriani potestate, non tamen constat, quod ille hypothecare voluerit, 29 † cum enim id totum vigore dictæ licentiæ in eius voluntate positum esse videatur, *iuxta doctrinã Bart. in l. centesimas. § vlt. ff. de verb. oblig.* debuit constare, 30 quod ea facultate vsus fuerit; † & non constat eo ipso, quod id velle non declarauit, *l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. 1.* vbi si alicui legetur, si volet, debet suam voluntatem declarare, *& ferè in terminis Laurent. Siluan. cõs. 14. per tot.* vbi quod filio grauato hereditatem restituere, si sine filijs decesserit, cui data fuerit facultas vendendi, & obligandi, debet intelligi, si expresse, & specialiter disposuerit, & & non aliter, quod fortius in casu nostro dicendum videbatur, ex quo bona donata fuerunt in eadem donatione prohibita alienari.

31 Huic difficultati fuit responsum, † quod stante facultate hypothecandi generalis hypotheca bonorum, & iurium Adriani in fauorem Domitillæ cõprehendit etiam absque alia expressione bona donata, quamuis alioquin obligari prohibita, *Negus. de pignor. 2. memb. 2. par. numer. 28. 43. & 44. Cran. cons. 256. numer. 5. & cons. 303. num. 4. Curt. Iun. cons. 26. num. 8. Bursati. cons. 32. nu. 10. ad fin. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. bona. numer. 14. & seqq. C. de reuoc.*

reuoc.donat.Rot.dec.149.num.9.& dec.150.num.2. apud Pacif.& ratio est, quia, vt vnus ex Dominis 32 aduertit, † appellatione iurium venit etiam facultas aliquid faciendi, & disponendi, *l.qui in potestate.ff. de testam.Dec.in l.emancipata.in 2.lect.numer.11.C. qui admitt.& in puncto Menoch. conf.210.num.32.* vt in simili si data sit facultas fideicommissario disponendi de mille, & decedat intestatus aut nulla facta de illis dispositione, eius legitimi hæredes, 33 † in quos transierunt vniuersa illius iura, *l.nihil* 34 *aliud. ff. de verb. signif.* † poterunt illa retinere *Natt.conf.217.num.10.Menoch.d.conf.210.num.30. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.7.num.14.Vinc.de Franc.dec.45.per tot.* supra vero in contrarium ad- 35 ducta † procedunt in facultate conditionali, cum nos versemur in facultate pura, licet restricta pro dote prioris matrimonij, quod, vt dictum est, iam præcesserat, quo modo distinguit *Rota in supra allegata dec.149.nu.9.apud Pacif.& ad Siluan.bene respondet Menoch.d.conf.210.num.69.*

Quinto illud acriter in contentionem veniebat, quidquid sit de hypothecandi licētia iuxta superius resoluta, illa tamē nō videbatur trahēda ad casū, qui euenit, nēpe ad casū premorientię Adriani sine descēdentibus, cū in eo simpliciter, & absolutè dictū fuerit, vt bona donata integrè ad Iuliam redirent, sed tantum ad secundum casum, nempe quando ipsa donatrix præmoreretur, quo casu apposuit prohibitionem de non alienando etiam latè sumpto vocabulo in fauorem primogenituræ, quam constituit, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis &c. vnde, 36 † quemadmodum non fuit factus locus prohibitioni de non alienando, quia casus iste non euenit ita nec etiam locus exceptioni dictę prohibitionis adiectæ, *ad l.nam quod §.fin.ff.de pen. leg.Surd.conf. 227.num.20.cum seqq.* erat enim dicta exceptio cōsequutiua, & famulatiua prohibitioni de non alie- 37 nando, † igitur, ista resoluta, etiam illa resoluta fuit, *ad trad.per Dec. conf.636.num.8.cum seqq Rot.apud Seraph.decis.883.& in recent.decis. 100. numer.7. par. 1.*

Fuit etiam optime responsum, quod, quando facultas alienandi esset consequutiua ad alienationis 38 prohibitionem, & cum eo resolueretur, † quia tamē alienationis prohibitio respicit totam donationem, & sic vtrumque casum, eo quo stat de per se, & in clausula separata habente suam orationem perfectā, *ibi*, & ad hoc, vt huiusmodi sua donatio, & dispositio suum sortiatur effectum &c. *iuxta doctrinā Bart. in l.fin.ff de reb.dub.Peregr.de fideicomm.art.16.nu. 102.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.181.num. 2.Rot.dec.709.num.7.par.1.recent.* pariter etiam exceptio, *ibi*, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis &c. ad totam donationem referri oportet, & sic exceptio sit de regula.

Rursus post clausulas, in quibus habentur prædicti duo casus, & illam, in qua sic alienationis prohibitio, mediat alia clausula, qua disponitur, vt quę dicta fuerunt de morte naturali, intelligātur etiam dicta de morte ciuili, quæ certe tam ad casum præmorientię Adriani sine descendentibus primo loco scriptum, quam ad secundum, quo cum illis decederet referenda est, quamuis secundum formam verborum restricta videatur ad casum primogenituræ, aliter sequeretur, quod Iulia voluit, quod in casu pręmorientiæ Adriani morte ciuili bona ad ipsam non essent reuersura, sed esset confiscationi locus, quod profecto dicendum non est, ergo à fortiori dicere conuenit, quod clausula prohibitionis alienationis inferius posita respicit vtrumque casum cum eadem prorsus ratio militet, *ad trad.per Pereg.vbi supra num.38.*

Præterea accedit causa donandi in exordio donationis, *ibi*, vt quam primum, & decentius nubere 39 possit, † causa enim dicitur anima, & spiritus dispositionis, ac ipsamet dispositio, *vt dixit Bald.in l. si quis seruo.num.7.C.de furt.Tiraq.in d.l.si vnquam verb.libertis num.38.* & ideo, quamuis alienandi, & hypothecandi facultas apposita videatur consequutiue ad prohibitionē alienationis, quę respicit perpetuitatem fideicommissi, quia tamen facultas prædicta respicit aliud longe diuersum, nempe fauorē 40 vxoris dotem soluentis, † consequenter ex diuersitate rationis debet fieri restrictio, aut ampliatio, nō vero ex figura, & ordine scripturæ, *l.cum pater. §. dulcissimis ff.de leg.2.Molin.de Hispan. primog.lib.2. cap.5.num.9.* & maximè stante correspectiuitate ad hoc matrimonium tamquam tunc tractatum, & cōclusum iuxta superius ponderata in responsione ad 41 tertium obiectum, † quo casu dubitandum non est, quin dicta facultas debeat simpliciter intelligi, ne dotantes decipiantur, *ad trad.per Modern.vbi supra clausula 4.gl.prima num.26.cum seqq.*

Demum Domini considerabant, quod hæc obligandi facultas processit à matre in donatione facta vnico filio habili ad matrimonium contrahendum, 42 quæ, † licet iuris necessitate compelli non poterat ad dandum filio propter nuptias pro dotis recipiēdæ assecuratione, tamen tenebatur necessitate naturæ ad id impellente. *Paul.de Castr.in l.quoniam nouella.num.2.vers.3.C.de inoffic.testam.Becc.conf.20. num.3.lib.1.Peregr.conf.78.num.13.lib.3.* ergo credendum est ita absolute fecisse, cum absolutè necessitate naturæ teneretur.

Non obstat, quod D. Iulia in casu præmorientiæ Adriani eam virtualiter prohibuit alienationem, dū in eadem clausula prouidet, quod tunc bona donata ad eā integraliter reuerterentur, & propterea quod expressa prohibitio inferius facta in clausula separa- 43 ta ad secundum dumtaxat casum referri debeat, † quia etiam prædicta expressa prohibitio ad casum præmorientię vtiliter refertur, quia illa cessante non obstāte virtuali, & tacita prohibione Adrianus eius vita durante potuisset bona donata alienare, *l.seruo legato.§.1. ff.de leg. primo l.cum pater.§. libertis, vbi gl.verb.alienauerit. ff.de leg.2. Bart.in l. fin.§. sin autem.vbi communiter Doct. C.cōm.de leg. Surd.conf.294.num.26.Rot.apud Seraph.dec.785.nu. 6.& diuers.dec.110.num.34. par.2.* sicque bona in alium translata non tam citò ad Iuliam redirent, & & forte difficilius, & deteriorata, secus autem est stante expressa prohibitione, quia tunc etiam viuēte grauato alienatio est nulla, & bona statim possunt vindicari, *d.§.libertis.l.peto.§. fratre ff.de legat.2. Molin.de Hispan.primog.lib.1.cap.16.nu.33.Peregr. de fideicom.art.4.nu.4.& Rot.vbi supra*, & proinde non sine misterio in dicta donatione causa expressæ prohibitionis fuit latissime concepta, vt vtrumque posset comprehendere casum, *ibi*, & ad hoc vt huiusmodi sua donatio, & dispositio semper, & omni tempore integrum effectum sortiatur &c.

Sexto obijciebatur, quod debuit prius fieri excus- 44 sio contra bona Adriani, quia, † quamuis in Saluiano excussionis exceptio nō admittatur, *ad trad.per Pacif.de salu.insp.1.cap.2.numer.72.cum seqq.Surd.* 45 *conf.4.num.36.* † admittitur tamen, quando est de natura obligationis, *Stracc.de assecurat. in præfat. num.54.* cum igitur hic facultas hypothecandi fuerit concessa pro assecuratione dotis, † & assecura- 46 tionis natura sit, vt veniat accessoriè ad obligationē principalem, *Stracc. vbi supra.Molin. de Hispan.primog.lib.4.c.7.num.1.cum seqq.* consequenter etiam excussioni locus esse videtur.

Sed Dominis visum fuit, hoc obiectum in contrarium retorqueri, quia Adrianus fuit pro dote principaliter obligatus, & illi à Iulia matre facta 47 donatio de presenti, † quo casu in Saluiano non admittitur

mittitur excussio, *ad late trad. per Pacif. vbi supra,* & facultas hypothecandi non solum cantat pro assecuratione, sed etiam pro dotis restitutione, aliter enim nō sequeretur effectus causæ impulsiuæ, vt quã 48 primum, & decentius nuberet, † quia nullus esset, qui impelleretur ad dotandum, si dicta facultas hypothecandi in subsidium esset intelligenda, & ita in puncto facultatis hypothecandi pro assecuratione dotis, *Modern. Roman. discept. for. cap. 996. per tot.* & in omnem casum esset exhibenda excussionis exceptio ratione propriæ hypothecæ Adriano quæsitæ *iuxta superius dicta in responsione ad secundum in fin.*

Postremo, ac tandem fuit allegatum, quod donatio facta fuit, quatenus Adrianus vxorē duceret de consensu in scriptis D. Iuliæ, & quod aliàs resolueretur, 49 † & ideo non sat esset, quod licenter vtcumque probetur, dum præcisè de illa in scriptis non constat, vt in terminis licentiæ in scriptis, *Bertaz. cons. crim. 8. num. 11. lib. 1.* & ex regula quod vbi debet interuenire scriptura, nō sufficit simplex consensus, *Put. dec. 45. lib. 3. & Rot. diuers. decis. 377. numer. 6. par. 1.*

Verùm ex supra traditis patet solutio, cum enim, vt dictum fuit ante matrimonium cum Domitilla 50 præcesserit alia donatio ad illud correspectiua, † licentia, quæ fuit subsecuta, de qua in secunda donatione, aut debet intelligi de alio matrimonio, *iuxta tex. in d. l. si iam facta. ff. de cond. & demonstr.* aut 51 manifestè fuit per errorem adscripta, quia, † cum iam præcesserit hoc matrimonium cum cōsensu D. Iuliæ, frustra in ordine ad illud licentia in scriptis erat requirenda, *vt in simili Rot. dec. 797. nu. 12. par. 1. diuers.* & in omnem casum, quādo licentia in scri-52 ptis esset de forma, † quia tamen illa respicit certum finem, videlicet, vt filium non nubat sine donatricis consensu, & voluntate, sufficit, quod per equipollens adimpleatur, prout tunc adimpleta fuit, *l. si* 53 *mater. C. de instit. & substit.* & ratio est, quia † magis attenditur finalis causæ forma, quam verba præcisa, *vt dixit Bald. in cap. quoniam. col. 2. de offic. de leg. Vant. de nullit. sent. ex defect. cit. num. 14. Paris. cons. 32. nu. 34. lib. 2. Crauett. cons. 77. numer. 4. lib. 1. Afflict. dec. 378. nu. 5. Sarnen. in reg. de public. q. 11. nu. 2. Rot. dec. 33. nu. 4. par. 2. diuers.*

Et ita &c. vtraq; &c.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano.

Cracouiensis Parochialis

Veneris 26. Iunij 1626.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur per instrumentum.*
2 *Instrumentalis possessio alio in possessione non existente suffragatur ad manutentionem.*
3 *Instrumentalis possessio præsumitur continuata vsq; ad tempus motæ litis, si ita asserat possessor.*
4 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
5 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
6 *Sententia est actus iuris, & non priuat possessione.*
7 *Sententia continens suspensionem illius executionis non potest exequi, nisi nulliter, suspensione non reuocata.*
8 *Iudex non ritè, & rectè procedens non priuat possessione.*
9 *Præsentia, & contradictio habet vim citationis.*

Decisio CCVII.

FVit per Dominos iterum resolutum Ioanni Mondroliosko dandum esse mandatum de 1 manutenendo, † quia de eius possessione capta de anno 1613. constat per instrumentum publicum *l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. l. non vicino. vbi* 2 *Bald. C. de fid. instr.* † quæ quidem possessio instrumentalis, cum alius non existeret in possessione, optimè suffragatur, *Rot. decis. 21. de restit. spoliat. antiq.* & 3 † præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis, cum allegetur ab ipso possessore, *Alciat. de præ-* 4 *sumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 2. & 3.* & † ideo prædicto Ioanni non potest denegari manutentio, *§. hodie. Inst. de interd.*

5 Non obstat possessio Ioannis Chiselchi, † quia tamquam iunior præsumitur clandestina, & turbatiua, *c. licet causam, & ibi Doct. de prob.* nec ista possessio potest iustificari ex sententia contra Ioannem Mondroliosch, & immissione per alterum Ioannē, 6 quia, aut attenditur sententia, † & clarum est, quod cum illa sit actus iuris, non priuat possessione, *l. 1. §. si vir. ff. de acq. poss. Oldrad. cons. 227. nu. 5. Mondcd. cons. 44. num. 29. lib. 1.* aut verò attenditur immissio, 7 † & cum sententia contineat hęc verba: Executionē tamen huius decreti ex certis causis suspendit, non potuit Iudex absq; vitio nullitatis procedere ad immissionem non reuocata priùs suspensione, *ex alleg.* 8 *per Lancell. de attent. par. 2. cap. 7. per tot.* † & ideo Iudex non priuauit Ioannem sua possessione, *& per Doct. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss.*

Motiuum autem, quod sententia fuerit lata Ioanne Mondroliosch non citato non placuit Dominis, quia indubitanter cōstat fuisse latam ipso præsente, 9 & contradicente oppositionibus instigatoris, † & ideo substinetur absque alia citatione, vt est magis communis opinió, *de qua Gabr. de citat. concl. 1. num. 411. limit. 52.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Manzanedo Patriarcha Hyerosolymitano

Romana Domus Sancti Iacobi Hispanorum

Veneris 26. Iunij 1626.

S V M M A R I A.

1 *Confessione partis in monitorio probatur possessio.*
2 *Sententia lata per Iudicē, qui non ritè, & rectè processit non priuat possessione, nec impedit manutentionem possidenti.*
3 *Recipiens pensiones domus absque protestatione videtur caducitatem illius remittere.*

Decisio CCVIII.

FVit resolutum, mandatum de manutenendo esse dandum Ecclesiæ, & Hospitali Sancti Iacobi Hispanorum de Vrbe in possessione domus, de qua agitur, cum cōstet de illius possessione

ca

ex confessione partis aduersæ, dum in illius monitorio firmat expressè, istam domum posideri à dicta Ecclesia, & Hospitali, † ex quo remanet probata possessio illius *iuxta dec.4.par.2.diuers.* Difficultas consistit in eo, an sententia lata in ista causa contra dictam Ecclesiam priuauerit illam ista possessione, † cum certum sit ad hunc effectum requiri quod Iudex processerit ritè, & rectè aliàs autem nõ priuat possessione, & datur manutentio possidenti, *Rot.decis.105.num.22. coram Sanct.mo.Greg.XV.* & *dec.644.num.5.par.1.recent.* & quamuis adducatur aliqua fundamenta, ex quibus probatur de iure Iudicem non processisse ritè, & rectè, nihilominus de illis non constat in facto; vnum tamen apparet, nẽpè, quod post dictam prætensam deuolutionem Ecclesia, & Hospitale soluit pensiones Domino directo, qui illa recepit absque aliqua protestatione, † ex quo videtur dictam caducitatem remisisse, *ad not.per Iul. Clar.in §.emphyt. q.10.nu.1.vbi allegat. Ias.de cammuni in l.fin.incip.si post moram.numer.4. vers.confirma per illud.ff.de eo, quo cert.loc.vbi refert alios.*

Et ita resolutum &c.

R. P. D. Pirouano

Nullius Canonicatus Sancti Deodati.

Mercurii 1. Iunii 1626.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alia in possessione non existẽte semper est manutenibilis.*
2. *Possessio posterior, & clandestina non attenditur.*
3. *Mandatum speciale requiritur ad præstandum consensum resignationi.*
4. *Resignans sua possessione priuandus non est, vbi dubitatur de validitate sui consensus.*

Decisio CCIX.

VIsum fuit in alia disputatione, Petrum non satisfecisse suę promissioni de faciẽdo reualidare Coadiutoriam, hodiè dubitatur, An Domino „ qui sub ea conditione Canonicatum resignauerat, sit danda manutentio, quod affirmatiuè fuit resolutum; quia constat de eius possessione per instrumentum publicum 7. Septembris 1621. Capitulariter capta, † quę alio non existente in possessione, semper est manutenibilis, *l. prædia vbi Bart.ff.de acq.poss.Caputaq.decis.337. par.2.Rot.diuers.dec.202.par.3. & dec.658.nu.1.part.2.recent.*

Non obstat possessio Petri, † quia posterior est, nempè de anno 1623. & clandestina, & fundata in cessione Dominici, de cuius consensu præstito in Cancellaria Apostolica non constat, cum nec ipse fuerit præsens in Vrbe, nec procurator specialiter fuerit constitutus ad talem consensum prestandum, † prout necessarium est, *per regulam Cancellariæ 44.* Vnde, † quando clarè non constat, sed dubitatur de validitate consensus, tunc resignans possessor non debet sua possessione priuari, *vt sæpius Rota tenuit in decisionibus relatis in dec.422. num.2.par.2.recent.*

Et ita &c.

R. P. D. Merlino

Tudertina Dotis

Mercurij 1. Julij 1626.

S V M M A R I A.

1. *Possidens auctore Prætore est manutenendus.*
2. *Donatio intelligenda est deducto ære alieno.*
3. *Exequutio quando possit consumari super bonis ad alium peruentis.*
4. *Exceptio altiorem indaginem, & petitorij discussionem respiciens non admittitur in summaryssimo iudicio manutentionis, sed ad petitorium reycitur.*
5. *Immisso Iudicis auctoritate qualibet causa etiam colorata sufficit pro manutentione, ad quam impediendam grauaminis illatio debet esse notoria, & patens.*

Decisio CCX.

PRętendentibus Dominia Comite Viuiano de Aptis, & Petro Corrado mandatum de manutenendo in possessione prædij nuncupati Cęsaris, de quo agitur, Proposui dubium, cui sit dandum prædictum mandatum, & Rota censuit dandũ esse Corrado.

Quoniam habet intentionem fundatam in possessione Iudiciali pręuia subhastatione dicti prędij capta per Brutum Petrignanum die 6. Maij 1610. & in cessione eiusdem prædij cum clausulis constituti, & alijs necessarijs à dicto Bruto sibi facta die 20. Octobris subsequentis, ita vt propterea † vti possidens auctore Prætore iure veniat manutenẽdus, *iux. not.per Fab.in §.retinendæ.numer.7.Instit.de Interd. Menoch.de retin.remed.3.nu.575. cum alijs per Rot. dec.513.num.2.par.1.recent.*

Nec visũ fuit obstare, quod dos in scutis 6000. pro qua deuentum fuit ad prædictam subhastationẽ, fuerit constituta Dominæ Violanti, & promissa D. Corrado eius viro de anno 1617. per Comitem Tibertum, qui donauerat vsque de anno 1596. omnia sua bona dicto Comiti Viuiano filio, non autem per ipsum Viuianum, cui dictum prædium, quod fuit subhastatum, obuenerat ex donatione patris, vnde Informantes pro Viuiano inferebant, eumdem esse considerandum vti tertium possessorem, & propterea contra illum non potuisse consumari executionẽ *ex allegatis.*

Quia Domini aduertebant, hanc donationẽ fuisse factam Domino Comiti Viuiano cum onere cõdecenter dotandi sorores, & filias respectiuè ipsorũ donantis, ac donatarij, & insuper Comitem Viuianũ agnouisse onus dictę dotationis, & promissionis dotis factæ per Patrem, ac solummodo impugnasse, prout etiam hodiè impugnat, illius quantitatem, nec non desuper conuenisse, quod per Arbitros declararetur, vt in Instrumento transactionis inter eum, & sorores inite sub die 30. Octobris anni 1617. indeque deducebant, vel † quod donatio huiusmodi censenda est, deducta prius prædicta dote, tamquam ęre alieno, *ad l. mulier bona.ff.de Iur.dot.* vel onus dotãdi proprium est ipsius donatarij, atque † in neutro casu Comes Viuianus potest dici tertius possessor ad euitandã consumationẽ executionis cõtra se ipsũ *iux.trad.per Guid.Pap.dec.447.nu.1.& 2.Rot.apud Card.Seraph.dec.891.n.3. & 4.cum alijs cumulatis in Veneta donat.9.Iun.1617.corã R.P.D.meo Burat.*

Neq;

Neq; applicatur excessiuitas d. assignationis in scutis 6000. quā summam ex parte Viuiani prætēditur excedere vires Patrimonij, seu bonorum donatorum, cum tamē dos iuxta illas debuerit regulari, eo quod onus circa eamdem iniunctum in donatione fuerit, non quidem soluendi certam quantitem pro dote, sed simpliciter dotandi.

Etenim omisso, quod hodie non agatur de solutione integræ dotis, sed de executione facta super dicto prædio subhastato dumtaxat pro primo termino scutor. 1500. in quo procul dubio nullus cadit excessus. Huiusmodi distinctio Dominis visa est verbalis ad effectum rescindendi subhastationem de qua agitur, quidquid sit ad effectum probandi, 4 excessiuitatem dotis, de qua, † cum requirat altiorem indaginem, & petitorij discussionem respiciat in præsenti summarijssimo Iudicio manutentionis non potest agi sed postea erit cognoscendū in petitorio, *vt fuit resolutum in Bononien. Professionis 14. Martij 1622. coram me, & sæpè in alijs* Interimque Corradus omnino venit manutenendus, Præsertim 5 quia † immisso auctoritate Iudicis sufficit quælibet causa etiam colorata, & grauaminis illatio ad manutentionem impediendam esse debet notoria, & patens, *vt plenè fuit dictum in illa Romana de Bombellis 3. Martij 1613. coram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato.*

Et ita, vtraque parte Informante, &c.

R.P.D. Pirouano

Hispalen. Decimarum

Mercurii 1. Julii 1626.

S V M M A R I A.

1. *Arbitrium intelligitur, prout de iure, vel cū aliqua modificationis, si æquitas suadeat.*
2. *Possessor nec de iure, nec æquitate priuandus est iure suo lite pendente.*
3. *Testes deponentes de facto proprio plenius probant.*
4. *Parochus habet assistentiam iuris circa decimas ex bonis intra limites.*
5. *Priuilegij exceptio manutentionem non impedit, donec de eo disputetur.*
6. *Manutentio factum, idest possessionem, non iustitiam facti desiderat.*

Decisio CCXI.

CApitulum Hispalen. obtinuerat mandatum tam à Vicario Hispalen. quā a Nuntio Hispaniarum in quasi possessione leuandi decimas de bonis loci de Benasusa, causa ad Rotam deuoluta cum clausula, *sine præiudicio mandati de manutenendo, & non retardata solutione decimarum arbitrio Rotæ.*

Dubitauit, An intret arbitrium ad eumdem effectū, & non intrare pro retardatione fuit resolutū.

1 Quia arbitrium † a Principe intelligitur prout de iure, vel cum aliqua modificatione, æquitate suadente, *Cæs. de Grass. dec. 7. nu. 7. de iud. Rota dec. 189. num. 3. 221. numer. 1. & 465. coram Papa Greg. XV.*

2 † sed neque de iure, neque de æquitate possessor venit priuandus iure suo; lite pendente, *gl. in cap. 1. in verbo, deferre, vbi etiam Abb. nu. 4. vt lit. pend. Dec. cons. 92. num. 1. Put. dec. 497. nu. 1. lib. 2.* Ergo arbitrium nullo modo intrare debet.

Possessio autem Capituli bene probatur ex testibus datis in eius summario, qui deponunt de extractionibus ab ipsis vti Capituli arrendatarijs factis, 3 qui, † cum deponant de facto proprio, plenius solēt probare, *Rota dec. 449. num. 7. & 521. num. 2. coram* 4 *Papa Gregorio XV.* quibus accedit assistentia † Iuris quam habet Capitulum super dictis bonis vti intra limites existentibus, *cap. cum conting. & cap. cum in tua. de decim.* & vti perpetuus Administrator omnium decimarum ex persona vniuersalis Parochi Ciuitatis, & totius Diœcesis, *vt alias fuit firmatum in Hispalen. iuris nominandi 29. Aprilis 1613. coram Domino meo Patriarcha Pamphilio.*

Non obstant priuilegia militiæ. S. Iacobi, quia, 5 † dum disputatur, An intrēt, & suffragentur emptori bonorum, non est retardanda manutentio, † quæ 6 factum, & sic possessionem, non autem Iustitiam facti desiderat, *Innoc. in cap. bona, il secundo num. 4. de postulat. Prælat. Bal. in l. ordinarij Iuris nu. 7. C. de rei vendic. Couar. practic. q. c. 17. per totum.*

Et ita &c.

R.P.D. Durano

Bergomensis Pensionis de Tresturio.

Veneris 13. Nouembris 1626.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum de manutenendo nulliter datū potest ex integro à Iudice appellationis concedi.*
2. *Solutiones prædecessorum suffragantur pro manutētione contra successorem.*
3. *Clausula,* Quorum tenores, *operatur, vt omnia censeantur expressa.*
4. *Clausulæ non sunt censendæ inutiliter apposita, sed vt aliquid operentur.*
5. *Pensionarij de iure ad solutionem oneris, & decimæ pro rata contribuere tenentur. Et si reseruata sit pensio libera, & superueniat indultum impositionis decimæ aduersus etiam pēsionarios cum clausulis derogatorijs, an ad illam teneatur pensionarius, vel titularis. num. 6. & seqq.*

8. *Emphyteuta ne, an Dominus directus teneatur soluere tributa, & censā Principi, & quid stante conuentione.*
9. *Voluntas concedentis, seu disponentis à præfatione præcipuè declaratur. & num. 11.*
10. *Præfatio causam finalem inducit.*
11. *Voluntas concedentis à causa finali regulatur, limitatur, & extenditur.*
12. *Verba generalia restringi debent ad rem, & causam expressam, vbi fieri potest salua ratione recti sermonis.*
13. *Mens potiùs consideranda, quam verba in priuilegijs & gratijs.*
14. *Derogatio est stricti iuris.*
15. *Derogatum tantum censetur, quantum dictum, aut de necessitate infertur.*
16. *Conuentio partium non tollitur Principis concessione nisi expressè derogetur. Lim. vt num. 17.*

18. *Clausula,* Quorum tenores, Sublata, & decretum *irritans, regulatur secundū naturam dispositionis.*
19. *Clausulæ accessoriæ non obstant, vbi non obstat dispositio principalis.*
20. *Derogatio alicuius est operationis, vbi exactionem facilitat.*
21. *Creditum prius in tempore, potius in iure.*
22. *Creditum strictius ob iuramentum, & cameralem obligationem priùs soluendum.*
23. *Princeps in dubio præsumitur voluisse præiudicare*

 M iuri

iuri tertij minus, quam fieri potuit.

24 *Rescriptum sat est modicum operari in praeiudicium tertij.*

25 Decis. 161. par. 2. diuers. *declaratur.*

26 *Obligatio officit illam, qui se obligauit, non alium.*

27 Decis. in Valentina Subsidij 4. Maij 1611. *declaratur.*

28 Decis. in Asculana Pensionis coram Cardinali Pamphilio *declaratur.*

Decisio CCXII.

Paulus Papa V. in resignatione, quam Ioannes Paulus Garlinus fecit Ecclesię de Trescutio reseruauit ei super fructibus eiusdem Ecclesiæ annuam pensionem scut. 200. & eius nepotibus 60. exemptam, & immunem ab omni decima imposita, & ex quauis causa imponenda, & alio quocumq; onere, & etiamsi in impositionibus huiusmodi decimarum caueatur expressè, quod pensionarij pro rata pensionum suarum quantumuis exemptarum decimis contribuere teneantur, cui reseruationi Martinus resignatarius modo prędicto consensit, & pensionem cum iuramento, & obligatione Camerali, etiam successorum nomine de suo, & eorum proprio soluere promisit absq; spe aliquid vnquam postea repetendi, seu defalcandi, ita vt omne, quod propterea ipse, & sui successores in dicta Ecclesia soluerent, quod præfatam ratam pro tempore quomodolibet concernerent Io: Paulo resignanti, & nepotibus gratiosè donare, & remittere teneantur donatione pura, & irreuocabili.

Sed postea Gregorius XV. Serenis. Reipublicę Venetorum concessit certas decimas super fructibus omnium, & quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum sui dominij, ad quas etiam pensionarios teneri voluit, quamuis pensiones essent, vt supra exemptæ, & sub quibusuis obligationibus etiam in forma Cameræ, & iuramento, ac quibusuis cautelis, & decretis munitæ, etiam per viam donationis, & generaliter sub quauis verborum forma, aut expressione conceptæ etiam quod ipsi, à quibus pēsiones huiusmodi sunt soluendę iuri, & actioni petendę, vel retinendæ portionis, aut ratæ partis pensionarios tangentium iureiurando renuntiauerint.

Cuius indulti prætextu Hieronymus Isabellus, qui Martino resignatario in d. Ecclesia successit, prætendens, quod Ioannes Paulus pensionarius teneatur contribuere solutioni prædictarum decimarum, integram pensionem soluere recusauit. Sed nihilominus cum fuerit conuentus coram A.C. obtinuit Io: Paulus manuteneri in possessione exigendi integram Pensionem, Vnde causa appellationis mihi comissa sine retardatione solutionis arbitrio Rotæ, proposui hodiè dubium. An intret arbitrium, in cuius discussione fuit pro parte Hieronymi de tribus oppositum, nempe de inualiditate mandati A.C. quod quasi possessio non fuerit probata, & demum de iniustitia, sed validitas fuit visa clara, & quando fuisset turbida, cessabat difficultas, ex quo 1 † nunc ex integro poterat manutētio concedi. Quasi 2 possessio videbatur etiam benè probata, quia † ad effectum manutentionis sufficiunt solutiones, de quibus in actis, factę per Martinum prędecessorem, *Guid. Pap. dec. 629. sępius per Rotam canonizata Gig. de pension q. 47. num. 10. Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 89. Put. dec. 51. lib. 3. Seraph. dec. 1147. nu. 1. & fuit millies decisum.*

Qua propter post binas huius dubii propositiones scilicet, 29. Aprilis præteriti, & 6. huius mensis fuit difficultas restricta ad iustitiam, quę in eo solū versatur, An per supradictum indultum Gregorii XV. fuerit derogatum clausulis appositis in reseruatione pensionis, ita vt obstent pensionario in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Et pro parte affirmatiua, & sic pro titulari videtur esse expressa verba dicti indulti, vbi grauantur pensionarii, & derogatur pactis inter pensionarium, & titularem conuentis, cum clausula, *quorum tenores,* 3 † quæ operatur, vt omnia censeantur expressa iuxta vulgare consilium Butrii, ac expressa derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, & cum decreto irritanti, & clausula sublata, & in specie derogatur obligationibus in forma Cameræ, quia titularis erat obligatus ad fauorem pensionarii, nec non donationibus, & iuramento ad fauorem eiusdē. Quę derogationes cum non conueniant, nec adaptari valeant Reipublicę, cui clausulæ supradictæ non obstabant, vt patet ad sensum, videtur necessario dicendum, quod solum habent respectum ad titularem, itaut eius fauore dumtaxat appositæ cēseantur, 4 † ne aliàs inutiles sint, & superfluæ, & nihil penitus operentur, *vt in simili Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 115. nu. 63. & seqq.* Et tanto magis, quia 5 sic intelligendo reducitur res ad ius cōmune, † quo pensionarii tenentur contribuere pro rata pensionis *Gig. de pension. qu. 59. nu. 31.*

Et fortius pro titulari stringebat, quod Rota sæpius in puncto visa fuit sentire ad eius fauorē, scili-6 cet, † quod per huiusmodi derogationes exemptio, pacta, & conuentiones ad fauorem pensionarii in reseruatione appositæ fuerint sublatę ex mente, & voluntate Papæ, *vt par. 2. diuers. dec. 161. in princ. & n. 4. 6. & 13. & in Ascul. pēsionis 17. Februarij 1586. coram Card. Pāphilio, & in Valentia. Subsidij 4. Maij 1611. coram bo. me. Penia in fin. vers. ad dec. in causa Toletana.*

Cæterum re maturè discussa, Domini contrariū resoluerunt, videlicet Isabellum titularem teneri, iuxta reseruationem releuare Ioannem Paulum, & eius nepotes pensionarios ab omni, & quacumque decima. Habent enim pensionarii intentionem fundatam in literis reseruationis, cuius verba sunt clara, vt supra in facto, & in pluribus decisionibus Rotę in similibus terminis loquētibus, *vt apud Seraph. dec. 1348. n. 2. in vers. nā cū agatur, & in vers. nō tamē tollit. & dec. 702. n. 5. & 6. par. 2. recent. & in d. Valētina Subsidij 4. Maij 1611. allegata etiam ex aduerso, & clarius in dec. 26. Nouembris eiusdem anni in eadem causa facta coram eodem bon. mem. Penia, & in Perusina Pensionis 13. Ianuarij 1614. coram Cardinali Sacrato, & in Senensi Pensionis 7. Iunij 1621. coram bo. me. Remboldo, & in alijs adductis per Modern. discept. foreas. cap. 548. num. 26. cum seqq.*

Ex quibus decisionibus iuxta mentem Rotæ declaratur dictum Breue Gregorij XV. quo etiam pē-7 sionarii grauantur, vt † sit verum ad fauorem Reipublicę, cui pensionarii tenentur pro sua rata, non minus, quam titulares, ita vt prætextu quarumuis exemptionum, aut conuentionum cum titularibus initarū non possint eximi à contributione decimarum, quia illis omnibus quoad Rempublicam fuit in dicto Breui expressè derogatum, vt sic concessio decimarum, vt inferius dicetur, habeat faciliorem exitum, & effectum, sed propterea non fuit de mente Papę velle pręiudicare pensionariis, quoad titulares, ad quorum fauorem non respexit, nec illis in dicto Breui quidquam concessit, sed potius fuit eius voluntas, vt quoad illos pacta, & conuentiones, & clausulę omnes in reseruatione ascriptę remaneant, in suo robore, & firmitate, *Rota in prædicta decis. 1348. apud Seraph. in d. Valentin. Subsidij, & alijs supra allegatis.* Et hoc ipsum bene denotant verba indulti ibi; quoad hoc nullatenus suffragari, idest respectu Reipublicæ, cui solum indultum fuit concessum, & nō pēsionariis, ita vt Reipublicæ inclusio

fit

sit titularium exclusio, *ad l. cum Prætor. ff. de iudic. & in puncto dicta verba ad hoc expendit Rota in d. dec. Ceneten. coram bo. me. Remboldo.*

Qui intellectus ad dictũ Breue tanto magis congruit, & recipi debet, quanto est iuri communi cõ-8 formis, eo enim attento, si † emphyteuta pactum inierit cum Domino directo, vt no ipse, sed Dominus directus tributa, ac censum Principi soluat, nihilominus emphyteuta tenetur perinde ac, si nulla præcesserit conuentio, *l. ius emphyteutici prædij, & ibi Rebuff. C. de fund. patrim. lib. 11.* vbi talis conuentio non confirmata à Principe dicitur nulla, & improbata, *& facit tex. in l. fin. C. sine censu, & reliq.* Quod tamen conuentio sit nulla, intelligi debet quoad ad præiudicium fisci dumtaxat, *l. inter debitorem ff. de pact. ibi inter debitorem, & creditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædij pignorati, non agnosceret, sed eius soluendi necessitas debitorem spectaret, talem conuentionem quantum ad fisci rationẽ non esse seruandam, respondi.* Cæterum quoad ipsos contrahentes conuentio est valida, & seruanda, *vt probat expressus text. in l. epistola. § pactũ. ff. de pact. ibi, pactum, vt si quas summas propter tributiones prædij pignori nexi fiscas, creditor soluisset, à debitore reciperet, & vt tributa eiusdem prædij debitor penderet i actum,* idcirco seruandum est, & ita declarant *gl. in d. l. ius emphyteutici. Iason in d. l. epistola. Aluar. Valasch. de iur. emphyt. q. 17. num. 28. Francisc. Marc. dec. 471. num. 13. par. 1.* Ergo derogationes pactorum, & conuentionum contentę in Breui debent intelligi ea mente Papæ ad fauorem Reipublicæ tãtum, non autem titularis.

Quæ Pontificis mens, & voluntas inde magis vrget, quod ille, vt legitur in præfatione Breuis, eo dumtaxat motus fuit ad concedendum has decimas vt, per eas subuentum sit publicis Reipublicæ necessitatibus, quæ tot tantaq; munitissima præsidia sustinet ad fauces inimicorum, quorum ipsa, & totius Italię est firmissimum propugnaculum, ideoque ad eam semper verba indulti dirigantur, quæ ratio nec indirectè conuenire potest titularibus, cum quibus indultum non loquitur, licet enim illa publica subuentio sit omnium communis, tamen dum Respublica siue ab vno, siue ab alio integras exigit decimas, quod postea pensionarius iuxta pacta conuenta releuetur à titulari, aut non releuetur, prorsus dicit respectu ad priuatam vtilitatem titularis, aut pen-9 sionarij, vt patet ad oculum, † nihil autem est, vnde magis voluntas concedentis declaretur, quã à præfatione, *l. cum hi in prin. & ibi Bart. & Ias. ff. de transact. Crauett. cons. 221. num. 8. vers. septimo vero* Cũ 10 enim † præfatio inducat causam finalem, *l. fin. ff. de* 11 *hæred. instit.* aperit mentẽ concedentis, ita vt † illa à præfatione, vt à sua causa finali, reguletur, limitetur, aut extẽdatur, *l. cum pater. § dulcissimis. ff. de leg. 3. l. si de certa. vbi Bart. C. de transact. Bal. in l. sub prætexta. num. 12. C. de eodem. Paul. de Castr. cons. 332.* 12 *lib. 1. Crauett. cons. 16. num. 5.* vbi quod † verba sunt restringenda ad rem, super qua exprimitur *l. si quis ita. ff. de testam. tutel. & Surd. dec. 217. nu. 6.* vbi quod quando exprimitur certa causa, verba generalia, vltra dictam causam nihil operantur, sed debent restringi ad eam, quando salua ratione recti sermonis restrictio fieri potest. Hic autem recti sermonis ratio postulat, vt fiat dicta restrictio, ne Põtificis gratia, seu concessio trahatur ad eos, quibus non conuenit ratio cõcessionis. Vnde dixit Rota *apud Mohed.* 13 *dec. 23. de præbend.* quod † in priuilegijs, & gratijs non tam verba sunt attendenda, quam mens consideranda.

Præterea etiam eadem Pontificis voluntas, & intentio non minus elicitur, combinando indultum decimarum cum pactis, & clausulis reseruationis. Etenim in his habetur, quod titularis in subsidium promisit suo, & successorum nomine de proprio soluere ratam decimarum spectantem ad pensionariũ, quam promissionem Pontifex ratam habuit, illamque expreisè confirmauit, & approbauit. In indulto autem ad denotandum, quod derogationes in eo cõtentæ nullo modo attingant interesse titularis, sed Reipublicę, derogatur dumtaxat clausulis, quę (iuxta mox dicenda) possunt adaptari faciliori, aut difficiliori exactioni ex fructibus beneficiorum, non autem derogatur clausulæ, vt in omnem casum titularis etiam de proprio soluere teneatur. Cum enim 14 † derogatio sit stricti iuris, *Gemin. cons. 35. num. 2.* 15 tantum, † & non plus est derogatum, quantum dictum, aut quantum de necessitate, infertur, *l. Sancimus, C. de testam. Crauett. cons. 26. num. 7. Rota in d. Valentin. subsidij 4. Maij coram bo. mem. Penia vers. quod vera ex derogatione.* Cũr autem Papa hoc vnũ derogare omiserit, non autem alia, illa sola videtur esse ratio, quod cum decime non de proprio, vt pensio, sed solum de fructibus sint exigendæ, superfluum erat derogare huic clausulæ, quæ non pertinet ad decimarum exactionem, sed solum ad priuatũm interesse titularis, & pensionarij, quod interesse non fuit consideratum; sed omissum, quia nullo modo, nullaque ratione mouit Papam ad concedẽdum indultum, ergo quoad illud conuentiones, & clausulæ reseruationis remanserunt in suo pristino statu, & per consequens iuramentum, & obligatio Cameralis, sub quibus etiam facta fuit promissio soluendi de proprio, quæ consideratio fuit de mente Rotę in *d. Perusina Pensionis vers. minus refragatur. in fin. coram Cardinali Sacrato.*

16 Tandem generaliter † nulla Principis concessio etiam cum clausulis derogatorijs tollit partium cõuentiones, nisi adeo clarè, & distinctè illis sit derogatum, vt alia non possit capi interpretatio, *cap. ex multiplici. vbi gl. & Anchar. num. 4. de decim. Felyn. in cap. causam, quæ. num. 10. de rescript. Put. dec. 193. lib. 1. in non impress. Caputaq. dec. 55. par. 2. & in puncto Rota in d. Valentina subsidij 4. Maij in vers. nõ obstant clausula derogatoria,* ex quibus patet responsio ad contraria, quæ ex aduerso adducebantur, sed pro maiori satisfactione, & claritate illis singulariter respondetur.

Nõ obstat primo, quod in indulto Gregorij XV. pensionarij in specie grauentur, & derogetur in eo pactis, & conuentionibus inter Pensionarium, & ti-17 tularem, quia † grauamen, & derogationes intelliguntur quoad decimas, & sic quoad Rempublicam Venetorum, ita, vt quoad eam conuentiones sint derogatę, & nullę, *iuxta tex. in d. l. inter debitorem, & in d. l. ius emphyteutici,* remanent tamen validæ, vt prius, quoad contrahentes, *iuxta tex. in dicta leg. epistola. § pactum. ff. de pact. & Rot. dec. 5. superius allegat.*

Non obstat secundo clausula *quorum tenores, decretum irritans,* & clausula, *sublata,* quia intelliguntur eodem themate retento, nempe quoad præiudi-18 cium Reipublicæ, quia, † cum regulentur secundũ naturam dispositionis, cui sunt adiectæ *Mart. de clausul. par. prima claus. 176. num. 17. Cassad. decis. 10. nu. 4. ad reg. Cancellar. Caputaq. dec. 121. par. prima,* 19 si † non obstat principalis dispositio Breuis, minus obstare debẽt clausulæ accessoriæ ipsius Breuis, *reg. accessorium. de reg. iur. in 6.*

Non obstat tertio, quod derogetur in Breue obligationi Camerali, iuramento, & regulę de iure quęsito &c. quæ taliter videntur adaptari ad fauorem titularis erga pensionarium, vt nullo modo conueniant Reipublicæ, cui dictæ clausulæ nõ obstabãt. Quia, vltra quod, cum constet de mente Papæ, & de causa finali certa, & determinata ad solum fauorẽ Reipublicæ, non est curandum de effectu dictarum clausularum, nisi si, & in quantum contenta in illis

posſint afferre commodum Reipublicæ, & non ali- 20 ter iuxta ſupradicta, Reſpondetur etiam ſtatis eſſe quod derogationes illæ operentur faciliorem decimarum exactionem ad fauorem Reipublicæ, vt dixit *Rota in dicta Valentina ſubſidij 29. Nouembris 1611. coram bo.me. Penia.*

Facilior autem exactio ex derogatione prædictorum poteſt conſiderari, tam contra titularem, quam etiam contra Penſionarium. Contra titularem, ne excuſetur, quod Papa prius illum grauauit ſub iuramento, & obligatione Camerali ad fauorem Pen- 21 ſionarij, & ſic † quod illius creditum ſit non ſolum 22 priùs, & ſic potios, *l. qui prior. de regul. iur.* ſed † etiã ſtrictius propter iuramentum, & obligationem Cameralem, & ideò priùs ſoluendum eſſe, *ad l. 1. cum ſeqq. & l. cum ex pluribus. ff. de ſolut. Menoch. de arbitr. Caſ. 493. numer. 14. cum ſeqq.* vbi quod debiti cauſa grauior alia eſſe dicitur, ſi vna habet faciliorẽ exactionem, quam altera. Contra vero Penſionariũ, quia ob eaſdem cauſas forte prætenderet, priũs ſibi ſoluendam eſſe penſionem ex fructibus, quam Reipublicæ decimas. Vnde ſummus Pontifex ad tollendum has difficultates, gratia faciliotis exactionis decimarum appoſuit dictas derogationes, ita ut ſolum quoad dictam faciliorem exactionem voluerit præiudicare penſionarij, vbi enim apparet, Principẽ 23 voluiſſe præiudicare iuri tertij, † in dubio debet intelligi, quod voluit in modico præindicare, & nõ in magno, *Pariſ. conſ. 6. num. 16. vol. 2. Bal. in cap. 1. §. Sacramenta. de pact. Iuram. firman. in vſib. feud.* 24 vbi † ſat eſſet, ſi reſcriptum aliquid modicum operetur in præiudicium tertij, *Iaſ. in l. quoties. num. 4. C. de precib. Imper. offer. Dec. in cap. qua in Eccleſiarũ. numer. 26. de conſtit. Aluar. Valaſ. conſult. 71. numer. 21. & numer. 24. vol. 1. Rot. in dict. Valentina ſubſidii 4. Maii coram bo. mem. penia in verſ. nec eſt nouum.*

25 Non obſtat quarto † *dec. 161. par. 2. diuerſ.* quia ibi præceſſerat concordia inter Clerum, & Regem Catholicum, in qua totus Clerus ſe obligauerat ſoluere excuſatum, non obſtantibus quibuſcunque exẽptionibus, priuilegijs, & contractibus etiam iuratis, & in forma Cameræ &c. & Papa aliud non fecit, quam concordiam confirmare. Vnde mirum nõ eſt, quod in caſu illo fuerit reſolutum, Penſionarium te- 26 neri, & non eſſe releuandum à titulari, quia † obligatio, quæ ex perſona, & facto illius originem trahit, ipſum ſolum afficere debuit, & non titularem, *l. quacumq; gerimus. ff. de action. & obligat. & in l. inter ſtipulantem. ff. de verb. oblig.* Vnde etiam derogatio iuramenti, & obligationis Cameralis ad dãnum Penſionarij facta fuit, & ſic etiam eſt intelligẽ- 27 dum † *d. dec. Valentin. Subſidii 4. Maii in verſ. cauſa Toletana.* dum loquitur de obligatione Camerali, quia deciſio in d. cauſa Toletana eſt eademmet dec. 161. *par. 2. diuerſ.* Hic autem verſamur in ſimplici indulto Papæ, nulla præcedente obligatione Penſionarij, ſed conceſſo ex cauſa ita reſtricta ad Rempublicam, vt non conueniat penſionario.

28 Demum † Deciſioni *in cauſa Aſculana Penſionis 17. Februarii 1586. coram Cardinali Pamphilio, & aliis deciſionibus exaduerſo allegatis* reſpondet eadẽ deciſio Valentina ſubſidii, in illis difficultatem non fuiſſe reſtrictam ad terminos huius diſputationis, & in cauſa dictæ Deciſionis Aſculanæ Penſionis erat Penſionarius miles Hieroſolymitanus, & contributio erat in fauorem Religionis impoſita per magnum Magiſtrum, ideo cauſa hæc dum erat communis, ſed propria penſionarij, & in omnem caſum ſemper vrgat illa particularis exceptio, quod hic non fuit derogatum obligationi ſoluẽdi de proprio cui accedunt etiam obligatio Cameralis, iuramentum, & alia vincula, de quibus in literis reſeruationis &c.

Et ità vtraque.

Manzanedo

Interamnen. Aquarum

Veneris 4. Decembris 1626.

SVMMARIA.

1 *Manutentionis in quaſi poſſeſſione ducẽdi aquam ad effectum ſufficit probare, aquam ſemel de anno ſuperiori ductam fuiſſe.*

2 *Poſſeſſio recens, & quæ cauſam liti dedit, non eſt manutenenda.*

3 *Manutentio datur abſque titulo, & cauſa poſſidendi.*

4 *Aqua poſtquam ingreſſa eſt fundum ſuperiorem, poteſt dominus fundi illa vti diuertendo curſum naturalem etiam in præiudicium fundi inferioris. Lim. vt num. 6. &* [illegible]

5 *Aqua antiquum ca*[illegible]*re licet, ſi fiat ſine iniuria, & damno fundi inferioris, alias ſecus, & num. 8.*

7 *In Aquaductibus non* [illegible] *recedendum à vetuſtate.*

9 *Teſtes, quibus aſſiſtit conſuetudo, & ſtatutum in concurſu ſunt præferendi.*

Deciſio CCXIII.

Licet Domini de Manaſſeis eſſent in poſſeſſione ducendi aquam per canale antiquum exiſtens in fundo Dominorum de Lilijs, nihilominus dicti Domini de Lilijs nouũ canale fecerunt, ex quo aquam perciperent Manaſſei. Vnde inter eos ſuper dictæ aquæ diuerſione orta differentia, cauſa mihi commiſſa, Dubitaui, cui ex illis ſit dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione ducendi aquam per nouum, vetuſue canale.

Et Domini Manaſſeis concedendum fore cẽſuerunt, quia ex teſtibus pro parte ſua examinatis conſtat de eorum poſſeſſione, vel quaſi ducendi aquam per aquæductum ſolitum, & antiquum per plures plures annos continuos vſque ad tempus motæ litis, 1 & † tamen pro manutentione ſufficit probare, aquam ſemel de anno ſuperiori fuiſſe ductam, *l. 1. in princ. ff. de acq. quot. & æſtiu. Menoch. de retin. remed. 6. num. 15. Rot. coram bon. mem. Greg. XV. deciſ. 100. num. 1.*

Nec poſſeſſio Dominorum de Lilijs ducẽndi aquam per nouum canale eſt habenda in conſidera- 2 tione, † tum quia recens, tum etiam quia liti cauſã dedit, vt ſæpe Rota dixit, & in omnem caſum, cum 3 in petitorio ſit diſcutiẽdum de dicta ſeruitute, † interim Dominis de Manaſſeis ad ſtatum aquæ ducẽdæ per aquæductum ſolitum, & antiquum, abſq; eo, quod probent titulum, vel cauſam poſſidendi, eſt danda manutentio, *Rota deciſ. 83. in fin. part. 2. recent.*

4 Nõ obſtat †, quod, poſtquam aqua ingreſſa eſt fundum ſuperiorem, poſsit Dominus fundi illa vti diuertendo curſum naturalem, etiam in præiudicium fundi inferioris, *l. 1. §. illud labeo. ff. de aq. quot. & æſtiu. l. 2. §. item labeo ait. ff. de aq. pluu. arcen. cũ aliis in Ferrarien. aquarum 14. Nouembris 1622. coram Domino meo Pirouano.*

Quoniam, vltra quod prædicta concluſio non ita 5 de plano procedit, cũ † regulare ſit in hac materia, quod tunc licet mutare antiquum canale, ſi fiat ſine iniu-

iniuria, & damno fundi inferioris, alias secus, *ad tex. in l. 3. §. si quis nouũ canale. ff. de Riuis. l. 2. § item vers. quamquam. in fin. ff. de aq. pluu arcen. Dec. cons. 244. num. 7. & 8 Bero cons. 239. num. 20. lib. 3. Surd. cons. 447. num. 11. lib. 3.*

6 Obiectum † procederet, si aqua in ipsomet Lilij fundo nasceretur, sed, cum illa emanet ex remoto, & publico aquæductu, & fuerit a Manasseis Dominis fundi inferioris præoccupata, non possunt eam Domini de Lilijs Patroni fundi superioris à solito fluxu deuiare, *vt declarat Menoch. vbi supra n. 49. Et ita intelligendam præallegatã decisionẽ Ferrarien. & iuxta ibi tradita responderunt.*

7 Vlterius fuit responsum, † quod in illis aquæductibus non est recedẽdum à vetustate tam ex dispositione iuris communis, *ad tex in l. si manifeste. ff. de seruit. & aqua. Ias cons. 150. lib. 2.* quam ex statuto Interamnen. in illis prohibente innouationes vltra solitum cursum; Vnde tanto minus licuit Dominis de Lilijs istam aquam per canale antiquum solitũ fluere à solito cursu contra consuetum modũ diuertere, *l. preces. l. manifeste. C. de seruit. & aq. Bero. cõs. 139. num. 14. lib. 3.* stante præsertim damno, & præiudicio ex dicto nouo canale resultante, vt deponũt testes pro Manasseis examinati dicẽtes, quod aqua prius defluebat directẽ, hodiè verò longiori itinere diminuta, & debilior redit ad fundum Manasseorũ, ita vt non sine magnis impensis, aliisque operibus manufactis possit trahi ad irrigandum dictum fundum, ex quibus damnum dicti fundi satis concludere videntur, & sic intrat conclusio, quod, † vbi oritur
8 dammum aluei, canalis immutatio fieri non potest, *vt not. Barbat. cons. 28. nu. 13. lib. 4. Sard. d. cons. 447. d. num. 11. lib. 3.*

Nec prædictis refragatur, quod testes Dominorũ de Liliis dicant, quod transitus dictæ aquæ per nouũ canale est commodior, & vtilior Dominis Manasseis, & quod breuius, & rectius transit per nouum canale,

Quia, vltra quod illorum depositio confunditur contrariis probationibus, vt supra ostẽsum fuit, Respondetur, quod adhuc etiam in ipsamet veritate, & rectitudine decursus aquæ potest adesse iniuria, & præiudicium, vt si aqua fluat impetuosius, & fortius, vnde possit redundare inundatio, & † cum testes
9 Dominorum de Manasseis deponant de dicto præiudicio affirmatiuè, nempè de necessaria parata, & bastione manutenendo antiquum solitũ cursum conformem consuetudini, & statuto in concursu illorũ de Liliis veniunt præferendi, *Rot. d. dec. 100. num. 4. Greg. XV.*

Et ita &c.

Decisio CCXIV.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Ampurien. Domorum

Veneris 15. Ianuarii 1627.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio datur possessori.*
2. *Possessio probatur ex actibus possessoriis.*
3. *Locatio cum perceptione pensionum sufficit ad possessionem probandam.*
4. *Possessio sola sufficit ad effectum manutentionis.*
5. *Manutentio facilius conceditur, vbi possessio est situlata.*
6. *Precario possidens non acquirit possessionem manutenibilem in præiudicium illius, à quo precario possidet.*

FVit responsum pro Domino Episcopo Informante, quod ei sit concedendum mandatum de manutenẽdo in possessione domorum existentium in Coemeterio Abbatiæ nuncupatæ S. Mariæ de Chierico.

1 Quia † manutentio regulariter datur possessori, *§. retinendæ. Instit. de Interd.* in hoc autem casu Episcopi possessio remanet sufficienter probata ex testibus, *qui dantur in summario num. 3.* deponentibus
2 † de pluribus actibus possessoriis, *Cas. de Grass. decis. 19 num. 2 de caus. poss. & propr. & dixit Rota in Cesenaten. domorum 21. Februarii 1622. coram bo. me.*
3 *D. meo Vbaldo,* & præsertim † de locationibus effectuatis mediante perceptione pensionum, quod solũ sufficeret ad hanc possessionem probandam *l. qui vniuersas. §. quod per Colonum, vbi gl. & Doct. ff. de acq. poss. Gabr. in tit. de locat. concl. 4 n. 2. Seraph. dec. 896. n. 1. dec. 1200. n. 11. & sæpè fuit decisũ, vt in Rom. census de Bezza 16. Martii 1620. corã bo. me. D. meo Vbaldo.*

Et quidem huiusmodi manutẽtionem eo facilius DD. dixerunt esse Episcopo concedendam, quia dicti testes nedum deponunt de possessione Episcopi, sed etiam de pertinentia, quod domus ab immemorabili tẽpore fuit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Chierico, cui Ecclesiæ parum distant, & quod Episcopi pro tempore de istis domibus semper ad libitum disposuerunt, concedendo illas ad habitandum personis sibi bene visis, vnde, † licet ad effectum manutẽ-
4 tionis sola possessio sufficiat, *Bart. in l. quod meo. nu. 1. ff. de acq. poss. cum aliis per Rot. dec. 275. nu. 5 par. 1. in recent. & dec. 559. nu. 11. par. 2,* † quando pos-
5 sessio est etiam situlata, vt dixi, eo facilius conceditur manutentio, *cap. licet causam. vbi Felyn. nu. 9. de probat. Caputaq. dec. 336. par. 2.*

Non obstat, quod prædictæ domus à multis annis à dicto Domino Episcopo, & illius antecessoribus concedi consueuerint Vassalis Comitis de oliua pro custodiendo Vexillo.

6 Quia, † cum hoc precario factum fuerit, *vt dicunt testes in dicto summario num. 5.* non fuit illis acquisita aliqua possessio manutenibilis in præiudiciũ Episcoporum concedentium, & Ecclesiæ, *l. 1. in prin. & in fin. ff. vti possid. Rom. cons. 341. nu. 6. lib. 2. Menoch. de retin. remed. 3. num. 19.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. Pirouano

Romana, Seu Terracinensis Affictus

Mercurij 27. Ianuarii 1627.

S V M M A R I A.

1. *Locatio sola sufficienter probat possessionem locatoris contrà conductorem.*
2. *Manutentio datur possessione probata.*
3. *Conductoris possessio probatur ex sublocatione, affidatione, & adittis, ac bonimentis.*
4. *Conditione non impleta non acquiritur possessio manutenibilis.*
5. Constitutio Pauli II. de reb. Eccl. nõ alien. *impedit principium validæ acquisitionis possession. propter vehementem resistentiam illius translationis.*

6 *Exceptiones, quæ simultaneè oriuntur cum actione ex eodem instrumento, faciunt, vt actor ipsarum non obstantiam probare debeat.*
7 *Ablatiuus absolutus infert conditionem.*
8 *Conditione pendente non dicitur translata possessio valida.*
9 *Locatio transferre non solet possessionem in conductorem, nisi concurrant clausulæ constituti, & precarij.*
10 *Conductor potest possessionem habere de scientia, & voluntate locatoris.*
11 *Traditionis possessionis loco stat scientia domini, qui rem tradere tenebatur, vbi detentor adimplenit contentu in contractu.*
12 *Conditiones secundum iuris dispositionem regulantur.*
13 *Clausula, omni meliori modo, sustinet actum eo modo, & pro eo tempore, quo sustineri potest.*
14 *Locatio rei Ecclesiasticæ facta vltra triennium attentat pro tempore præmisso, & quid stante consuetudine.*
15 *Acquisitionis possessionis principium impeditur, vbi constitutio, vel lex illi aduersatur cum decreto irritanti, quod inficit titulum, & possessionem.*
16 *Possessor habens cõtra se decretum irritans non potest vti aliquo remedio possessorio, nec summarissimo manutentionis, in quo nullæ exceptiones admittuntur.*
17 *Decretum irritans inficit possessionem ciuilem, naturalem, & detentationem, & omnem iuris effectũ tollit.*
18 *Remedia possessoria consistunt in fomento iuris.*
19 *Decretum irritans tunc inficit possessionem, vbi dubitari non potest, quin comprehendat casum controuersum, vel cadat sub corpore bonorum, de quibus agitur, & num. 25.*
20 *Decretum quamuis possessionem inficiat, non tamen tollit detentationem, quæ est meri facti.*
21 *Manutentio datur pro detentatione, quæ est meri facti, & ad statum.*
22 *Detinenti manutentio non datur, quando ei ius vehementer resistit, nisi doceat de legitimo titulo.*
23 *Possessio aduersus iuris vehementem resistentiam nõ dicitur possessio, sed iniqua occupatio, quæ occupatori non prodest.*
24 *Manutentio datur vbi iuris præsumptio tantum possessori resistit.*
26 *Manutentio datur, etiam quod ius resistat, vbi intercedit tempus considerabile, scilicet decennij.*
27 *Manutentio non datur, nec aliud remedium possessorium illi, qui proprio facto, vel contractu à possessione cecidit.*
28 *Agi non potest ex contractu vltro, citroq; obligatorio, nisi agens adimpleuerit ex parte sua.*
29 *Exceptio fundari non potest in contractu; neq; de illius inobseruantia dari, nisi excipiens prius doceat de adimplemento pro sui parte.*
30 *Mora semper nocet.*
31 *Mora quando renunciatum censeatur.*
32 *Approbato contractu ab illo recedere non licet.*
33 *Pacto resolutiuo an possit quis vti, postquam contractum approbauit, & pro illius obseruatione egit.*
34 *Manutentio pendens à validitate resolutionis contractus est simul cum petitorio terminanda.*

Decisio CCXV.

DVbitatum fuit in hac causa cui dandum sit mandatum de manutenendo, & cum ad eandem possessionem retinendam cõcurreret Illustrissimus Commendator fratres Præuitales, qui primo Abbatiam, de qua agitur, conduxerũt, & Ioannes Delius, qui secundo tandem Abbatiam conduxit, Domini responderunt, Illustrissimo Commendatario dandum esse mandatum de manutenẽdo, & non conductoribus. Constat enim de eiusdem Illustrissimi possessione ex ipso locationis instru-1mento exaduerso producto, ex qua sola † locatione sufficienter possessio locatoris in præiudicium conductorum probatur, *cap. inter dilectos de fid. instr. Soccin. conf. 51. num. 5. lib. 3. Gabr. tit. de locat. concl. 4. num. 14. Menoch. de retin. remed. 3. num. 571. Rot. dec. 314. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 291. impress. post cons.* 2 *Parin. lib. 2.* † possessione autem, & quidem anteriori probata manutentio non solet denegari, *§. hodie. § retinendæ Inst. de interd. l. 1. §. interdictum autem. ff. vti possid. Couar. pract. quæst. 17. num. 1. Laderch. cons. 95. num. 7. Rot. dec. 160. num. 1. coram Papa Gregorio XV.*

Præuitalibus autem primis conductoribus visum fuit non esse dandum mandatum de manutenendo, quia sufficienter de eorum possessione manutenibili non docent; quamuis enim habeant locationem eisdem factam per Illustrissimum Commendatarium, seu eius Agẽtes sub die 14. Septembris 1624. & exinde deuenerint ad actus positiuos inferentes possessionem bonorum conductorum, qui dantur in 3 *summario fratrum num. 2.* nempe ad sublocationes affidationes, ad edicta, & bannimenta, & alia, attamen ex eodem locationis instrumento constitit illa bona, de quibus agitur esse Ecclesiastica Abbatiæ, scilicet de Fossa Noua, & vltra triennium fuisse locata, nempe ad sexennium, & cum præcisis verbis, *Saluo, e reseruato primieramente il beneplacito di N. S. & della Santa Sede Apostolica da impetrarsi da S. S. Illustrissima à spese però dell'infrascritti conduttori,* 4 *& nos altrimente.* † possessionem, aut tenutam manutenibilem nullo modo acquirere potuerunt non impleta conditione beneplaciti obtinendi, sub qua fuit contractum, & quod magis est resistente constitutione Pauli II. *inter Extrauag. de reb. eccles. non* 5 *alien.* † per quam impeditur principium validæ acquisitionis possessionis bonorum conductorum propter vehementem resistentiam translationi possessionis, quæ ex ea deducitur, tam ex clausulis comminatiuis censurarum, quam ex decreto irritanti, 6 † quæ exceptiones cum simultaneæ cum actione ex eodem instrumento oriantur, Præuitales dicuntur Actores in eisdem, & tamquam fundamentum eorũ intentionis non obstantiam prædictarum probare tenentur, *Cassad. dec. 10. de rescript. Iasõ in §. ... num. 128. Inst. de action. Cephal. cons. 387. num. 13. & seqq. lib. 3.* Certum est enim, quod illa verba, *Reseruato primieramente il consenso, & beneplacito apostolico,* 7 importãt ablatiuũ absolutum † inferens conditionem, videlicet, si, & postquam obtentum fuerit, *l. à testatore. ff. de cond. & dem. Dec. cons. 383. num. 3. & 466. num. 18. Bero. cons. 39. num. 18. Surd. cons. 236. numer. 3. lib. 2. Handed. cons. 95. numer. 16. lib. 2.* 8 † Conditione autem pendente non potest dici translata aliqua possessio, quæ valida sit, *l. qui absenti. §. 1. ff. de acq. poss.* vbi, *Neque aliter accipientis fiunt, quã conditio extiterit.* & per illum textum impediri acquisitionem possessionis, responderunt *Oldrad. cons. 139. num. 5. Nat. cons. 372. num. 6. Rip. respons. 8. num. 3. Tiraq. de constit. poss. ampl. 15. num. 3. & 4.* dicens ex eo possessionis translationem impediri, quia deficit

ficit causa habilis ad illam transferendam, nempe dispositio puræ locationis, quia si est conditionalis, semper deficit titulus adhuc suum esse non habens pendente conditione, *Menoch.* loquens de conditione, vt hic suspensiua *cons. 388. numer. 35. quem Rota recipit in causa de Mazzatestis 28. Aprilis 1617. coram D. meo Verospio. Honded. cons. 18. nu. 53. vol. 2.* addens, quod nec etiam ex puro constituto eadem possessio transfertur, quando pendet à contractu conditionali. Neq; dicatur, quod aliud est possessionem esse translatam ex contractu conditionali locationis, quod Præuitales facile possent concedere, 9 ex quo † locatio ipsa nisi concurrant clausulæ constituti, & precarij, non soleat transferre possessionẽ in conductorem, *Menoch. de retin. remed. 3. q. 72. nu. 571. Card. Mantic. dec. 37. num. 1.* & aliud, quod ijdẽ 10 conductores non sint in possessione, † quam possunt habere de voluntate locatoris, & sciente, vt hodie prætendunt; *l. 2. C. de acq. poss. l. non solum §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. 3. §. illud. ff. de acq. poss. quia Angelus in l. super longi. C. de præscript. longe temp. glos. & alij ad d. l. 2. & Alex. cons. 33. nu. 6. lib. 6.* decla- 11 rant † tunc scientiam domini stare loco traditionis possessionis, quando ille tenebatur tradere rem, & detentor adimpleuit contenta in contractu, quod nõ contigit in præsenti, quia locatio erat conditionalis, & conductores non adimpleuerunt pactum de accedendo Lucatello; vnde dicit Alex. quando possessio semper præsumitur penes detinentem contra voluntatem domini.

Neq; dicatur, quod conditio prædicta subordine- 12 tur ad aliam conditionem, † quatenus beneplacitũ necessarium sit, *Gabr. cons. 92. num. 7. lib. 1. Rota dec. 96. num. 2. par. 1. diuers.* necessarium autem minimè dicebatur, & si locatio legatur ad sexennium con- 13 tra constitutionem Pauli II. cum † potuerit intra triennium non prohibitum sustineri propter clausulam omni meliori modo *Couar. var. resolut. lib. 2. c. 16. nu. 5. Card. Mantic. post alios de tacit. lib. 5. tit. 5. num. 19. & seqq.*

Quia immo necessariũ fuisse conuincitur ex ipsa constitutione Pauli II. prohibentis locationes vltra triennium, & ex locatione per sexennium, vt quam- 14 uis inter scribentes non leuis sit controuersia, † an locatio facta pro pluribus anni, teneat pro tempore permisso, vel in vniuersum sit nulla, cuius affirmatiuæ opinionis Auctor fuit *Bart. in Auth. qui rem. nu. 7. C. de Sacr. Sanct. Eccles.* negatiuæ verò, quod pro tẽpore permisso substineatur, fuerit, *Bal. in Aut. si quarum ruinas. num. 2. C. eod. tit. de Sacr. Sanct. Eccles.* quarum respectiuè opinionum adhærentes refert *Cardinal. Mantic. de contr. lib. 5. tit. 5. num. 1. & 19.* hanc tamen controuersiam determinauit *Rot. in Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coram bon. mem. Penia, quæ est 30. par. 1. recent. quam Domini postmodum sequuti sunt in alijs causis, vt in Mediolanen. trãsactionis 29. Martij 1599. coram Cardin. Pamphilio, & in Cumen. locationis 20. Martij 1600. coram eodẽ,* quod scilicet pro triennio sustineri non possit propter naturam cõtractus, quæ indiuidua est, nec aliàs contrahentes fuissent contracturi, cui opinioni non dissensit idem *Card. Mantic. d. tit. 5. num. 32.* dicens in tam difficili quæstione ad coniecturas esse recurrendum, ex quo constare possit, num locator minori tempore locare voluerit, quam fuerit expressum, & conductor pro minori tempore non fuisset conducturus, quæ maxime cõueniunt, quod Illustrissimus Commendator aliàs non fuisset pro minori tempore locaturus, ex quo voluit fideiussores pro toto sexennio, & apposuit pactum resolutiuum in casum nõ præstitæ fideiussionis, ex quibus iudicatur, noluisse scindere locationem, aut ad minorem temporis quantitatem reduci. Nec replicatio vrgere videtur ex allegata Vrbis consuetudine, quod locatione soleant fieri vltra triennium, & quidem validè respectu Casalium, quæ non nisi de triennio in triennium reddunt fructum, *Couar. var. lib. 2. cap. 16. nu. 6. Nauar. de rebus Eccles. non alien. nu. 21. Quarantin. in Sum. Bular. vers. alienatio. num. 18. Rota in Romana rescissionis contractus 28. Nouembris 1580. coram Clem. VIII.* quia quidquid sit quoad Casalia, quæ vniformem habent culturam, secus vero quoad bona huius Abbatiæ, quæ eiusdem qualitatis non apparent, & ex pluribus membris constat, ad quæ difformis consuetudo extendi non potest, *Bald. cons. 275. ad fin. lib. 3. Natt. cons. 555. num. 5. Becc. cons. 99. num. 18. lib. 1.*

15 Præterea est etiam indubitata conclusio, † principium acquisitionis possessionis impedire, quando constitutio, vel lex illi aduersitur, & quidem vehementer procedendo ad annullationem actus per decretum irritans, quod legitur in ipsa Constitutioni Pauli II. & titulum, & possessionem inficit, *cap. si eo tempore 45. de elect. in 6. ibi efficiunt tamen, vt effectu careant ea, quæ postmodum subsequuntur, cap. 2.* 16 *in fin. de præb. eod. lib. 6.* ita vt † talis possessor non possit vti aliquo ex remedijs possessorijs, nec summarijssimo manutentionis, in quo nullæ exceptiones admittuntur, *Cassad. dec. 1. num. 1. de restit. spol. Put. dec. 197. nu. 3. lib. 3. Rota dec. 510. nu. 5. par. 3. diuers. Mandos. in reg. 1. Cancell. q. 3. nu. 4.* dicens decretum 17 † prædictum inficere naturalem, & ciuilem, ac etiã detentationem, *Gabr. de claus. concl. 3. num. 50. Cresc. dec. 4. nu. 4. de priuil. Rot. dec. 189. par. 2. diuers. nu. 4. ibi, quod inficit possessionem, & omnes iuris effectus illius tollit,* qui effectus si sunt sublati, tolluntur etiã 18 omnia remedia possessoria, † quæ consistunt in fomento iuris, *Alex. in l. 1. num. 16. ff. de acq. poss. Rot. dec. 11. de caus. poss. & propr. in antiq. & latissimè cõprobant Rot. dec. 24. num. 5. par. 2. diuers. Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 444. Gonzal. ad reg. 8. gl. 66. num. 29. Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. num. 427. cum seq. & admittit. dec. 370. coram Papa Greg. XV. & in terminis constitutionis Paulinæ eadem Rota in Romana Spolij apud Marches. impres. part. 2. fol. 210.*

19 Neq; obstat, † tunc demum decretum irritans inficere possessionem, quando dubitari non potest de illius effectu, quod scilicet comprehendat casum controuersum, vel cadat sub corpore bonorum, de quibus agitur, *Cassad. dec. 1. de restit. spoliat. & admittunt supra relati, nempe Menoch. nu. 456. Gonzal. num. 40. Garz. nu. 430. post alios ab eisdem allegatis,* quæ dicebantur adhuc non esse iustificata propter quæstionem de triennio non comprehenso in constitutione prohibente, & de Casalibus Vrbis ex consuetudine vltra triennium validè locari solitis.

Quia prædicta ex supradictis sufficienter sunt sublata; non enim dubitatur, quin bona istius Abbatiæ tamquam bona Ecclesiastica cadant sub constitutione Pauli II. neq; controuersia de triennio, & de consuetudine releuat, postquam illa fuit terminata ex iudicio Dominorum, *in dec. 30. par. 1. recent.* & ista sit difformis, sub qua Abbatiæ non comprehenduntur.

20 Quod si replicetur † decretum irritãs etsi inficiat possessionem, non tamen tollere detentationem, *Lancell. de attent. part. 3. cap. 24. q. 1. num. 77. Rota in Parmen. Prioratus 16. Ianuarij 1598. & in Liten. Beneficiorũ 4. Iulij 1607. coram Illustrissimo Cardina-* 21 *li Caual. & decis. 752. num. 6. par. 2. recent.* † & pro detentatione, & quæ est meri facti, & ad statum dari manutentionem, *vt firmatur in eadem decis. 752. num. 6. Bald. in c. querelam. nu. 13. de elect. & dictum fuit in Albanen. confinium coram me 24. Ianuarij 1624.*

22 Adhuc tamen obiectum facilè euitatur, quia † de-

tinenti non datur manutentio, quando ius resistit vehementer illius detentationi, & prout in præsenti resistit Præuitalibus constitutio Pauli II. & ita propter publicã vtilitatẽ conseruandi bona Ecclesiastica, & sub censuris tam tradenti, quàm ingredienti possessionem absque beneplacito Apostolico, quo casu possessio, aut detentatio sine legitimo titulo defendi non potest, *Conūr. pract. qu. cap. 17. num. 6. vers. 4. non sic respondendum erit: Menoch. de retinẽd.* 23 *remed. vlt. num. 24.* dicens, quod † hæc non est possessio, sed iniqua occupatio, quæ occupatori nõ prodest. *Roder. de Ann. reddit. lib. 1. q. 17 num. 21. & seq. Rot. dec. 370. num. 7. coram Papa Greg. XV.* & in causa resensionis contractus *apud Marches. par. 1. fol.* 24 98. † quidquid sit, quando iuris præsumptio tantummodo resistit, *vt firmatur in eadem dec. 370. & add. comprobant ex alijs decisionibus*, aut ageretur de tẽpore considerabili; quæ in præsenti non concurrunt, & nihilominus supra allegatæ decisiones non obstãt, quamuis in suis terminis bene procedant, nam deci-25 sio *Parmen. Prioratus coram Orano* emanauit, † in casu, quo reseruatio poterat controuerti, altera decisio *Lislen. Beneficiorum* adhuc non erat iustificata gratia, vltima verò *dec. 752. num. 6.* loquitur de possessione longæua, & considerabili, scilicet ab anno 1532. vsque ad annum 1613. in quibus casibus, nẽpe *Parmen. & Licien.* potest cõtrouerti, quod interet decretum irritans fuit concessum, dari manutentionem 26 sed in præsenti de eo non dubitatur; & † similiter admittitur, quando intercedit tempus cõsiderabile, *Rot. dec. 495. num. 4. par. 1. diuers. & dec. 685. num. 3. par. 1. & 397. num. 4. par. 2. recent.* quod tempus in præsenti considerari non potest, cum agatur de mẽsibus, non autem decennio, aut vlteriori tempore, quod solet initi præsumptione tituli, & *Lancellott.* simpliciter loquitur referendo se *ad dec. 81. de caus. poss. & propr. in antiq.* quæ firmat cõtrariũ, nisi expulsio facta fuisset lite pẽdente, qui nõ est casus noster.

Demum qualis qualis sit ista detentatio inefficax infecta absque iuris effectu, & irreleuans, attamen, quia Præuitales voluntarie illam amiserunt vigore pacti resolutiui locationis in casum non accessus Lucearelli, prout promiserunt intra mensem, nec adimpleuerunt, & Illustrissimus Commendatarius pacto vsus fuerit locando alijs, vnde manutentio 27 † non datur, neque aliud remedium possessorium, quando ex proprio facto, aut contractu ceciderunt à possessione, *Alex. cons. 92. num. 2. Socc. in l. rem, quæ nobis, nu. 8. ff. de acq. poss. Afflict. dec. 392. n. 27. Surd. post alios con. 49. num. 3.* & hanc opinionem sequitur Rota in minore, Et prælato Ecclesiæ, *in Albiganen. Cappellæ 25. Maij 1592. coram Cardinale Arrigonio & in Beneuentana spolii 10. Martii, & Romana spolii 16. Iunii 1614. coram D. meo Verosp.o.*

Neque obstat, quod Illustriss. Commendator vti non potuerit pacto resolutiuo ex voluntate Præuitalium, nisi prius adimpleto ex sui parte reportando beneplacitum Apostolicum, à quo pendebat forma contractus, et perfectio, quæ præcedere debebat resolutioni conuentæ in casum non accessus Lucatelli infra mensem, interim autem dici non posse quod de voluntate eorum constet ex pacto resoluti-28 uo † carente actione ante implementum, *l. Iulianus. §. offerri, ff. de act. empt. cum alijs allegatis per Becc. cons. 45. num. 15. lib. 1.*

29 Quia Præuitales, † qui contractus locationis innituntur docere debent, se prius adimplesse, faciendo accedere Locatellum, nec prius possunt dare de inobseruantia Aduersarii, *Alex. cons. 101. nu. 7. lib. 2. Crauett. cons. 1. num. 10. Beccius cons. 45. numer. 18. lib. 1.* maximè quia erat appositus terminus mensis ad accedendum, et fuerunt interpellati, quo casu 30 † prima mora semper nocet, *vt affirmat idẽ Becc. d. cons. 45. num. 17.* qua stante, licuit Illustriss. Commendatario vti pacto resolutiuo ex voluntate Præuitalium, dum non currarunt implere pro eorum parte conuenta.

Similiter neque obstat approbatio contractus locationis, quæ deducitur ex iudiciali petitione præteritarum pensionum, et futurarum pro toto sexennio; et mandatorum relaxatione cum alijs subsecutis in executione eorumdem, ex quibus duo infere-31 bantur, primo quod † cuicumque futuræ moræ cẽseatur renunciatum, *Moros. cons. 40. num. 9. Mant. de* 32 *contract. lib. 4. tit. 31. num. 47.* secundo, † quod non licuerit Illustrissimo Commendatario variare recedendo à locatione, et bona alteri locare, *l. Æmilius. §. dicebam. ff. de minor. 25. ann. l. si fundus. §. eleganter. ff. de leg. comm. l. post diem. eod. tit. Becc. cons. 45. num. 3.*

Quia vtraque illatio pendet à præiudicio electionis actionis, et quamuis acerrima sit inter scribentes 33 controuersia; † an possit in hac electione variari, quorum opiniones referuntur *per Moros. d. cons. 40. num. 1. & 6.* attamen sequendo distinctionem *Castr. in rubr. num. 11. C. de pact. int. empt. & vendit.* vt scilicet, si creditum iudicialiter petatur, nec consequi possit, tunc licitum est variare, determinatur hæc quæstio, et ea ratione, quia censetur creditor suum petijsse, vt incontinenti sibi solueretur, quod si consequi non potest, non propterea debet vsum pacti amittere, dicens hanc distinctionem sequi Roman. Vltramontanos, *Tiraq. & alios ab eo allegat.* de qua integra satisfactione cum hodie Præuitales docere non possint, consequenter variationem impedire 34 nequeunt et in omnem casum, † si effectus manutentionis penderet ab hac quæstione; qui tamen verè non pendet, sed à valida possessionis, vel detentationis acquisitione, vt supra dictum fuit, non esset agẽdum possessorio retinendæ, sed tamquam pendens à validitate resolutionis contractus, simul cum petitorio esset terminandum, *Rot. in Bracaren. de Iausi 16. Iunij 1604. coram Cardinale Sacrato, & in Romana Sancti Thomæ 4. Ianuarij 1613. coram me.*

Superest nunc concursus Ioannis Delai secundi conductoris, cui non etiam esse dandum manutentionem Domini dixerunt, quia obstant, quæ Præuitalibus doctum fuit obstare quoad impediendum initium acquisitionis possessionis ex cõstitutione Paulina, et decreto irritante impediente effectum validæ possessionis.

Et ita etc.

Reuerendiss. D. Coccino Decano Bononiensis Fideicommissis di Manzolis.

Veneris 16. Aprilis 1627.

S V M M A R I A.

1 *Aegidiana de stylo Curiæ locum habet in quocumque possessorio.*
2 *Stylus Curiæ, vbi causa agitatur, attendi debet, etiam inter forenses, & exclusiue quoad statuta loci originis in respicientibus ordinatoria, non decisoria.*
3 *Aegidiana respicit ordinatoria.*
4 *Appellatio suspendens non admittitur in remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*
5 *Statutum Bononiæ de permissa appellatione in possessorio non procedit in remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

6. Fidei-

6 *Fideicommissario datur remediũ l.fin.aduersus hæredem grauatum, & grauati hæredem.*
7 *Fideicommissarius an, & quando agere possit non facta sibi restitutione reali, seu verbali.*
8 *Aegidiana non comprahendit personas Ecclesiasticas.*
9 *Decl. Aegidianam intrare, si ante sententiam persona Ecclesiastica deseruerit statum Clericalem transeundo ad laicalem.*
10 *Aegidiana non comprahendit bona Ecclesiastica.*
11 *Testes de auditu à personis suspectis non probant.*
12 *Examen factum in vim remissoriæ probat consentiẽ in iudicem, qui remissoriam dedit.*
13 *Legitimæ detractio non impedit immissionem fideicommissario pro indiuiso.*
14 *Detractiones turbidæ, & non iustificatæ non retardant immissionem fideicommissario, sed reijciuntur ad petitorium.*

Decisio CCXVI.

COmes Vlisses de Manzolis in vltimo suo, quod condidit, testamento instituit Co: Franciscũ eius filium tunc Cameræ Apostolicæ Clericum hæredem particularem in legitima, in qua imputari voluit precium Clericatus. In alijs verò suis bonis hæredem vniuersalem scripsit Co. Alexandrum alterum filium, qui cum beneficio legis, & Inuentarij vigore dicti testamẽti hæreditatem adiuit. Verùm Co: Franciscus non acquiescendo paternæ dispositioni prætendens, hereditatem patris fuisse suppositam fideicommisso q. Georgij de Manzolis Aui materni, introducto iudicio in Rota coram R. P. D. Pirouano, præuia discussione, ac liquidatione dicti fideicommissi, & identitatis bonorum fideicommisso subiectorum, vt constat ex pluribus decisionibus in hac causa factis, obtinuit mandatum de immittendo in quatuor corpora dictæ hæreditatis pro indiuiso, sine tamen aliorum præiudicio, à quo mandato cum pro parte Comitis Alexandri fuisset appellatum, fuit commissa mihi per signaturam SS. causa, cum clausula, *Constito, quod sit locus Aegidianæ exequatur, sin minus &c.* vnde dubitaui, An esset locus Ægidianæ, & DD. pro affirmatiua resoluerũt.

1 Primo, quia † de stylo Curiæ Ægidiana habet locũ in quocumque possessorio, *vt latè Pacif. de Salu. in spect. 4. cap. 2. num. 11. & 35. vbi plures cumulat decisiones.* vnde, † cum iudicium agatur in Curia, &
2 sit possessorium, meritò debet attendi stylus Curiæ, etiam exclusiuè, quoad statuta loci, ex quo partes sunt oriundæ, maximè in ijs, quæ respiciunt ordinatoria, non autem decisoria iudicij, prout † Ægidiana,
3 *vt latè Contard. ad l. vnic. lim. 4. num. 10. & seqq.* secundo, quia in hoc iudicio agitur *remed. l. fin. C. de*
4 *edict. Diu. Adr. toll.* † in quo non admittitur appellatio suspendens, *vt per Bald. in d. l. fin. in 3. not. Dec. n. 16. vers. sexto notab. Zuccard. nu. 435. Ang. in l. cum antea. num. 4. vers. nisi forsan. C. de arbitr. Guidop. qu. 132. col. vlt. Bero q. 144. cum alijs, quos congerit Menoch. de adipisc. remed. 4. numer. 826. & dixit Rot. in Rom. hæreditatis 31. May 1600. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Nec obstat statutum Bonon. concedens vnicuiq;
5 in quolibet possessorio semel appellare, quia † dictũ statutum non habet locum in sententia lata in *Remed. d. l. fin.* vt in terminis dicti statuti firmatum *Bero. qu. 44. num. 1. & seqq. quem refert, & sequitur Menoch. d. remed. 4. num. 833. R. Ruginell. de appell. 6. 2. cap. 3. num. 649. vers. secundo in fin. Person. de adipisc. cap. 333. vers. qua regula. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 17. lim. 6. membr. 4. num. 23. & seqq.* & hanc veritatem agnouit etiam Rota *Bononien. apud Barzium dec. 71. num. 20. & seqq. addent. ad dec. eiusdem Rotæ ad Statut. Bononien. dec. 74. propè fin. vers. excipio tamen.*

Nec visum fuit DD. posse dubitari, quin *remed.*
6 *d. l. fin.* competeret Co: Francisco, † quia certum est, huiusmodi remedium dari fideicommissario, qualis est Co: Franciscus aduersus hæredem grauatum, & sic etiam aduersus grauati hæredem, *vt per tex. in l. penult. §. cum autem, vbi Bart. in fin. & alij C. de Senat. Consult. Trebell. & Gabr. cons. 44. num. 6 lib. 2. tenuit Rota dec. 237. num. 1. par. 1. recent. & dec. 201.*
7 *num. 9. par. 2. diuers.* nec dicatur, † quod requirebatur restitutio siuè realis, siuè verbalis, quia contrarium verius est. Primò, quia sumus in casu, in quo fideicommissarius agit contra hæredem grauati, quo casu non requiritur, *vt bene per Hond. cons. 26. num. 25. lib. 1.* secundo, quia de iure Canonico ex quadã æquitate ad tollẽdus varios circuitus, actiones absque restitutione aliqua transeunt ipso iure in fideicommissarium, qui illas exercere potest, *vt fuit originale dictum Baldi in c. in præsentia, per illum tex. num. 31. de probat. quem illic sequitur Dec. num. 9. & simile videtur sensisse Rota in dec. 450. num. 6. par. 1. diu.* vbi quod ad dirimendas lites ad effectum translationis actionum hæreditas habetur quandoque pro restituta, *Guglielm. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verb. si absque liberis, il secundo nu. 85.* vbi quod de æquitate iuris Canonici nõ est opus aliqua restitutione verbalis, siuè reali, & quod hodie cessant multæ variæ subtilitates, & sic vidit iudicari in parlamento Tolosano, maximè cum in casu nostro clarè cõstet de fideicommisso. *Paris. cons. 52. num. 48. vers. 3. facit, & cons. 53. numer. 13 lib. 3. & cons. 12. num. 115 lib. 2. Rim. Iun. cons. 363. & in terminis bene Honded. d. cons. 26. n. 24. & seq.* vbi quod opinio Baldi procedit siuè agatur petitorio, siuè possessorio, *quos omnes sequitur Peregr. de fideicom. art. 2. nu. 65.* vbi dicit, se nunquam practicasse, aut practicatam vidisse verbalem restitutionem, *& benè Ladere. cons. 156. num. 2.* nec minus dicatur, quod Co: Alexander non possidet ex testamento Vlissis Patris, sed ex testamento Georgij Aui fideicommittentis, ideoque contra ipsum tamquam contra hæredem Elissis grauati non competere remedium *d. l. fin.* Quia quidquid sit, an possit sibi mutare causam possidendi, & an mutauerit, certum est, quod aut possidet ex testamento Vlissis Patris, & intrant superius deducta, aut ex testamento Aui fideicommittentis, & non potest negari immissio. Co: Francisco pro indiuiso, quia tamquam fideicommissarius, & sic habens parem titulum plene iustificauit vocationem propriæ personæ vigore eiusdem testamenti.

Neque obstat, quod Co: Franciscus de tempore motæ litis erat Cameræ Apostolicæ Clericus, ideoque ratione illius causa esset appellabilis, tamquam
8 inter personas Ecclesiasticas, † quas Ægidiana non compræhendit, *vt fuit dictum in Perusina hæreditatis 27. Iunij 1581. coram Brauo.* Quia fuit responsum, quod, cum de tempore obtenti mandati iam vendidisset Clericatum Cameræ, & deseruisset statum Clericalem transiens ad laicalem, non potest dici, quod esset persona Ecclesiastica, & sic non cõprehẽ-
9 sus sub Ægidiana. Nec † dicatur, attendendum esse tempus incæpti iudicij, quia aduertendum est, quod, cum hodie quæratur, an sit locus Ægidianæ, debet inspici potius tempus sententiæ, quam petitionis, & ratio est, quia Ægidiana disponit super appellatione, quæ datur à sententia, non autem à petitione, *Rot. Bononien. ad statut. decis. 134. num. 9.*

Minus obstat, quod inter corpora hæreditaria, in qua fuit data immissio, adest prædium *della Ancardina,*

10 *curdinu*, quod erat emphyteoticum Ecclesiæ, † & ideo illius respectu causa esset pariter appellabilis, cum bona Ecclesiastica non comprehendantur sub Ægidiana. Quia fuit responsum, non probari, esse tale, quale asseritur, & testes, qui dantur, præter quam quod sunt valde suspecti, solum deponunt 11 de auditu à personis suspectis, † & ideo nihil probant.

Nec visa sunt releuare quę deducuntur tam circa validitatem, quam iustitiam dicti mandati de immittendo.

Nam quoad validitatem defectus iurisdictionis R.P.D. Pirouani, non meruit allegari, quia, vltra quod causa fuit illi commissa de consensu partium, & discussa coram eodem, vtraque parte informante, & emanarunt tot decisiones nulla vnquam facta op-12 positione, † satis tollitur ex prosecutis ob examen factum in partibus in vim remissoriæ obtentæ per Co: Alex. ab eodem R.P.D. Pirouano, *vt benè Rota dec. 158. num. 4. apud Seraph. & 779. num. 6. part. 1. diuer.*

Quo vero ad iustitiam, de illa satis constat ex tot decisionibus in hac causa factis, negocio pluries, & maturè discusso, & vtraq; parte informante.

Nec officiunt pretensę detractiones, quoad legitimam Vlixis, dato etiam sine veri prejudicio, quod 13 non potuisset prohiberi, certum est, quod † detractio legitimę non impedit immissionem secundum opinionem, quam Rota seruat, quæ concedit immissionem fideicommissario pro indiuiso, *vt fuit dictum in Foroliuien. fideicom 10. Iun. 1614. & in Recanaten. de Tassoris 28. Nouembris 1618. coram Reuerendiss. bon. me. Patr. Antioch. & in Tusculana fideicomm. 4. Iulij 1618. coram, me.*

Quo vero ad alias detractiones, duo considerarũt 14 DD. Primo, quod non poterat negari † quin in omni casu adeo essent turbidæ, & non iustificatæ, vt essent remittendę ad petitorium tamquam requirentes altiorem indaginem, *vt tenuit Rot. dec. 194. num. 22. apud Sanct. mem. Greg. XV. & decis. 520. num. 2. par. 1. diuer. & in terminis nostris dec. 135. in fin. par. 3. recent.*

Secundo, quod immissio fuerat data solum in quatuor corpora hereditaria, & tamen præter fructus iam perceptos remanebant alia bona Co: Alex. quæ in omni casu potuerit retinere in compensationem eius, quod constabit ipsi deberi.

Et ita conclusum vtraq; parte Informante.

R.P.D. Durano.

Ianuen. Parochialis.

Luna 19. Aprilis 1627.

S V M M A R I A.

1 Nominatio vnica sufficit pro manutentione, & num. 9.
2 Ius nominandi Vicarium in propria Ecclesia Parochiali Regularium spectat de iure ad ipsos Regulares.
3 Cura animarum secularium potest penes Regulares residere, per alium tamen exercenda.
4 Monasterij appellatione venit etiam Ecclesia in eo incorporata, & si Monasterium sit Regulare etiã Ecclesia est Regularis.
5 Monasteria non dantur sine Ecclesijs.
6 Dominium incidenter deductum ad effectum manutentionis probatur ex sola possessione.
7 Iuris resistentia manutentionem non impedit, nisi sit vehemens, & ineuitabilis, & talis non dicitur, si sit dubia, & turbida.
8 Iuris resistentia manutentionẽ non impedit, vbi adest longæua temporis considerabilis possessio.
9 Vicario Episcopi attestanti de præsentatione un creditur, & num. seqq.
10 Præsentationis admissio, & institutionis concessio est de pertinetibus ad Vicarium Episcopi sine speciali mãdato.
11 Vicario attestanti de pertinentibus ad eius officium creditur.
12 Episcopo creditur in pertinentibus ad eius officium.
14 Episcopo, seu illius Vicario attestanti de actu de præterito non creditur. Lim. vt numer. 17. 19. & seqq.
15 Vicario attestanti de examine non creditur.
16 Verba præteriti temporis in instrumentis apposita intelliguntur de tempore conditorum instrumentorum.
18 Institutionis actus facit præsumere præcessisse nominationem habentis iuris assistentiam, & examen præsentati.
21 Vicarij simplex fides non facit fidem.
22 Vicarius, & Episcopus vnum, & idem Tribunal constituunt, & factum vnius factum alterius reputatur.
23 Vicarij attestatio de rebus ad Vicariatum spectantibus nocet Episcopo, & num. 25.
24 Scientia Officialis scientia Domini dicitur, illi nocet.
26 Vicarij attestatio de deputatione alicuius in Vicariũ Ecclesiæ, non facta expressione, an ad nutum, vel in perpetuum, intelligitur iuxta suum naturum, & in perpetuum, intelligitur iuxta suam naturum, & iuris dispositionem.
27 Præsentatione effectuata acquiritur quasi possessio præsentandi.
28 Ampl. etiam effectuatione secuta ex institutione nullu.
29 Sumptum de sumpto fidem non facit.
30 Lim. nisi probetur obseruantia contentorum in ea, & concurrant adminicula.
31 Instrumentum parte citata, & non oponente productum facit fidem.
32 Dictio Ите. in fine subscriptionis Notarij, talem se non asserentis, comprehendit qualitatem Notarij. eoque magis, si in legalitate adsit attestatio, ipsum esse Notarium.
33 Præsentatio effectuata quando dicatur non constito de institutione, & numer seqq. & num. 39. & seq.
34 Visitationum liber probat præsentationem, & institutionem.
35 Præsentandi quasi possessio acquisita ex vna præsentatione præsumitur continuata in futurum, dum non probatur amissa.
36 Interpretatiõ semper fieri debet, vt dispositio nõ mereatur à sapiente reprehendi.
37 Verba singula singulis referenda sunt, & ad concordiam reducenda.
38 Curato ad nominationem alterius instituto vlueti potest ab Episcopo de consensu solũ ipsius Curati deputuri vice Curatus. Lim. vt nu. 43.
40 Præsentatiõ admissa cum clausula, Si, & in quantũ, censetur admissa, si de iure admittenda sit.
41 Deputatio per modum prouisionis nullum facit statũ.
42 Præsentandi quasi possessio non interrũpitur per collationem, seu deputationem factam ab ordinario quasi possessore ignorante. & num. 59.
44 Manutentio datur ei, qui probat olim possedisse, dum exaduersa possessio non probatur amissa.
45 Animo solo retinetur possessio.
46 Mutatio voluntatis non præsumitur.
47 Præsumitur semper in futurum possedisse, & animum continuandi possessionem habuisse, qui in præteritum possedit, & num. 49.

48 Ampl.

48 *Et in pl. etiam quando iam diu possedit.*
49 *Ampl vt onus probandi possessionis amissionem trāsferatur vt in aduersarium.*
50 *Deputatio Curati, quæ dedit causam liti, non est attendenda ad effectum manutentionis.*
51 *Deputatio per modum prouisionis non mutat statum præcedentem, & num. seqq.*
52 *Ordinarius potest deputare Vicarium, seu Oeconomum in beneficio vacante, donec de Rectore prouideatur, vel cognoscatur de iuribus eligentium.*
53 *Patronos sua quasi possessione spoliare iniquum est.*
54 *Episcopus non potest Ecclesiam prouidere de Rectore perpetuo, stante quasi possessione nominandi alterius, de qua fuerit oppositum; sed tantum potest deputationem facere per modum prouisionis.*
55 *Parochiales debēt prouideri ab Ordinario de Rectore perpetuo, non amouibili.*
56 *Episcopus incapax est plurium Ecclesiarum.*
57 *Decreti annitā, ans, & clausula Sublata, claudunt os, vt illis stantibus non detur possessio releuans, quæ sit manutenibilis.*
58 *Cautum vbi habemus expressum cessat tacita, & præsumpta.*
59 *Patronus tacitè accedens collationi factæ per Ordinarium pro conseruatione sui iuris sibi non præiudicat.*
60 *Acquiescentia circa aliquem actum non plus præiudicat, quam actus ipse.*
61 *Ordinarius non præscribit libertatem aduersus iuspatronatus per simplicem non vsum præsentandi Patronorum, sed per liberam collationem.*
62 *Interlocutio sine citatione, & causæ cognitione, & notoriè iniusta non transit in iudicatum, nec ab ea opus est appellare.*
63 *Petitio reintegrationis æquiuoca referri debet ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto, non ad ciuilem, etiam in incorporalibus.*
64 *Possessio ciuilis, & naturalis datur etiam in incorporalibus.*

Decisio CCXVII.

DIE 12. Martij anni præteriti fuit decisum, constare de bono iure Monialium ad effectum, vt debeāt manuteneri in quasi possessione nominandi Vicarium Ecclesiæ Parochialis Sancti Andreæ de Porta Ciuitatis Ianuen. Sed quia Illustriss. D. Archiepiscopus obtinuit iterum audiri, Fuit propterea per quatuor vices causa proposita super iisdem, & vtrinque acriter controuersa, & per Dominos mature examinata, & eadem hodie resoluta ad fauorem Monialium, quo fit, vt hæc secunda Decisio maiori etiam egeat discussione.

Resolutio fuit fundata in tribus nominationibus Monialium continuatis, & effectum sortitis. Prima anno 1554. Secunda de anno 1573. Et vltima de 1 anno 1594. & tamen sufficit † vna *Rip. in cap. cum Ecclesia. num. 53 de caus. poss. & propr. Romana cons. 311. in fin. Rot. dec. 17. nu. 1. par 2. diuers. & in Illerden. Parochialis 13. Iuny 1558. coram Capataq. Gonzal. super reg. 8. gl. 45. §. 2. num. 29. & late Garz. de benef. par. 5. num. 59.* Et eo magis dicebant Domini constare de bono iure Monialium, quia ius non videtur assistere D. Archiepis. Sed Monialibus, Cum enim agatur de propria eorū Ecclesia, & sic de Ec- 2 clesia regulari, ius † nominandi Vicarium ad eas de iure spectat, *cap. 1. de Capell. Menoch. Concil. Trid. Sess. 25. de regul. cap. 11.* Et pro eisdem Monialibus censuit, sunt iam plures anni, Sacra Concilij Congre- 3 gatio. Nec hoc mirum videtur, quia etiam † cura animarum secularium potest penes illas residere, per alium tamen exercenda, *Fely. in cap. cum venerabilis. nu. 36. de except. Rot. dec. 31. infra de præbend. in antiq.*

Nec placuit prætentio Domini Archiepiscopi, quod d. Ecclesia non sit Monialium, nec consequenter Regularis, & sic non intrare textam in d. *cap. 1. de Cappell. Menoch.* quia non agitur de Ecclesia separata, & distincta à Monasterio, sed de Ecclesia ipsius Monasterij, quod aliam, quam istam nō habet, 4 ita vt † appellatione Monasterij etiam Ecclesia cōprehendatur, *gl. in c. 1. in verb. exempto, vbi communiter DD. de priuil. in 6.* Vnde, cum hoc Monasteriū sit Regulare, Ecclesia etiam est Regularis, quia 5 clarum est, † quod Monasteria non dantur sine Ec- clesijs, vltra quod ad effectum manutentionis suffi- 6 cit probare † dominium Ecclesiæ esse Monasterij ex sola possessione, dum illud deducitur incidenter, *Bart. in l. quidam in fin. nu. 4. ff. de cond. inst. Calder. cons. 23. de præbendis.*

De possessione autem Monialium non est dubitandum, cum sit notoria, & probetur in Actis, quod primitus hoc Monasterium erat Ordinis S. Benedicti, quia autem erat adeo destitutum, vt in eo vix degerent quinque Moniales, in vim specialis rescripti Apostolici, & instante Senatu Ianuen. fuerunt in illud de anno 1509. translatæ Priorissa, & Moniales S. Margheritæ Ordinis D. Augustini, & fuit illis tradita possessio tam Conuentus, quam Ecclesiæ, nec non consignatæ cum Inuentario Sacræ Suppellectiles, nempe Tabernaculum pro Custodia Sanctissimi Sacramēti, Vas Crismatis, Liber Baptizatorū, & alia huius generis ad vsum, & curam Sacramentorum pertinentia. Quæ consignatio non fuisset illis facta, sed vero Parocho, nisi ad eas cura animarum habitu spectaret. Quibus accedunt Visitatio Apostolica de anno 1582. & plures enunciatiue Archiepiscoporum in actis Visitationis, quibus hæc Ecclesia dicitur, & nominatur Ecclesia Monialium S. Andreæ.

Et in omnem casum, etiamsi Monialibus ius non assisteret, sed resisteret, adhuc eis danda esset manu- 7 tentio, quia † iuris resistentia eam non impedit, nisi sit vehemens, & ineuitabilis, *Innoc. in cap. cum venissent. num. 3. vers. illud obtinet de rest. in integr. Couar. pract. q. cap. 16. num. 6. Rot. apud Greg. XV. dec. 370.* Qualis hæc non esset, sed dubia, & turbida, ac illa multum detraheretur, tam ex quo Moniales auctoritate Apostolica adeptæ fuerint possessionem Ecclesiæ, & rerum ad curam spectantium de manu executorum, quam ex longeua, & temporis considerabi- 8 lis possessione nominandi Vicarium, † Quo casu iuris resistentia non impedit manutentionem, *Abb. in c. 1. nu. 8. vt lit. pend. Lancell. de attent. 2. par. c. 4. declar. 4. nu. 6. Rot. dec. 595. nu. 4. par. 1. diuers. & decis. 685. nu 3. par. 1. recent.*

Quare tota difficultas posita in eo fuit, quis cœpte litis tempore possideret. Quæ ad duo præcipue capita separatim discutienda reducitur. Primum est, an prædictæ tres præsentationes Monialium sint releuantes, ita vt eis suffragentur ad effectum, de quo agitur. Secundum, quatenus sic, an illæ semper vsque ad tempus litis motæ fuerint in eodem statu, an vero de anno 1609. quo vacauit hæc Ecclesia per obitum Faciotti per eas nominati in tertia nominatione amiserint possessionem; ita vt dicto tempore litis motæ iam desierint possidere, Dominus vero Archiepiscopus possessionem acquisitus fuerit.

Quoad primum de releuantia prædictarum trium præsentationum voluerunt Domini maioris claritatis causa, eas singillatim examinare. Prima de anno 1554. de persona Lazari de Cassanis inexuperabilis visa fuit ad fauorem Monialium, ex quo fuit

effe-

effectuata, dum idem Lazarus fuit per Vicarium Archiepiscopi Ianuen. deputatus cum narratiua, quod illum deputabat ad præsentationem Monialium, *cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & prop. Seraph. decis. 1411. numer. 2. & fuit sæpius decisum.*

Neque obstat, quod de hac præsentatione non cōstet, nisi per simplicem enunciatiuam Vicarij Domini Archiepiscopi, 9 † cui non creditur de præsentatione facta, *Mascard de prob. tom. 2. concl. 958. nu. 24. Caputaq. dec. 238. par. 2.* quia immo eius narratiua probat quasi possessionem præsentandi, *vt in pluribus Put. dec. 167. lib. 1. in nou. impress.* & ratio est, 10 quia † admittere præsentationem, & concedere institutionem spectat ad Vicarium iure proprio ratione sui officij, ac ex sua ordinaria iurisdictione absq; speciali mandato *cap. ex frequentibus extra de instit. & ibi gl. & in cap. fin. de offic. Vic. in 6. Rocch. de iurepatr. verb. competens qu. 31. Couar lib. 3. var. cap. 20. num. 7. Garz. de benef. par. 5. cap. 8. num. 185. cum* 11 *seq.* † Vicario autem attestanti de spectantibus ad eius officium plene creditur, *Rot. dec. 313. par. 1. re-* 12 *cent.* † Non minus quam Episcopo, quia militant in eo omnes rationes, quas in Episcopo attendi *Rot. dec. 11. de iure patr. in nou. & apud Caputaq. dec. 87. par. 3.*

Nec contrarium probat *d. dec. Caputaq. 238. par. 2.* Quia, vltra quod nulla ibi fit mentio de effectuatione, vel secuta, & nō aliter intrat contra cōclusionem superius firmatam, *& d. decisio Putei.* non impugnat *Caputaq. d. concl.* ex defectu potestatis Vicarij, sed 13 quia † in casu illius decisionis non attestabatur Vicarius de præsentatione facta coram ipso, vt in casu nostro, sed coram alio, nempe coram Episcopo, cui propterea non creditur, prout distinxit *Rota Iacen. Pensionis 16 Decembris 1591 coram Card. Pamphilio,* Mascard. vero in loco citato, & decisiones Rotæ per eum ibi allegatæ loquuntur in simplici enonciatiua Vicarij de surrepatione, cui non est standum in præiudicium Episcopi, non autem quando, vt hic, attestatur de actu coram se gesto ratione sui officij.

Non obstat etiam, quod dicta enunciatiua Vicarij fuerit de actu de præterito, dum Vicarius non enunciat, L. ā dum tempore deputationis fuisse per Moniales nominatum, sed nominationē fuisse antea factam ex illis verbis, ibi *fuisse præsentatum coram nobis,* & rursus, ibi *& habita prius per nos iuridica informatione de eius sufficientia* Quæ informatio videtur necessario capta post nominationem, & multo 14 magis deputatio inde secuta, † quo casu nec ipsi Episcopo attestanti de actu institutionis credendum est de aliquo actu de præterito, nisi quatenus vno, eodemque tempore coram eo, & per eum facta existant, *Rot. dec. 16. de probat. in antiq. Crescent. dec. 13. de probat. & Put. dec. 374. lib. 1. & Rot. in Portugallien. Vicariæ apud Garziam par. 8. cap. 4. num. 45. & in Vicen. Beneficij 11. Decembris 1619. coram bo. me.* 15 *Vbaldo.* Et quod † Vicario attestanti de examine non credatur, dixit *Rota in Placentina Parochialis 14. Iulij 1619. coram Illustriss. no Patriarcha Mancando.*

Quia respondetur, quod immo iuxta doctrinam 16 *Bart. in l. post dotem num. 23. ff. solut. matr.* † actus enunciatus in aliquo instrumento per verba importantia tempus præteritum præsumitur tempore instrumenti gestus, si potuit eo tempore fieri, ita vt præteritum non intelligatur ex interuallo, sed in continenti, aut de modica præteritione, prout passim Notarij in instrumentis sic asserunt; dedit, vendidit, & tradidit, quæ sunt verba præteriti temporis, & tamen intelliguntur de eodem tempore confecti instrumenti, *ex Bart. vbi supra, cuius doctrina est communiter recepta, Ias. ibidem nu. 85. Alciat. de præsum. reg. 3. præsum. 35. num. 3. Menoch. præsump. 18. lib. 3. & cons. 87. num. 68 Barbosa in d. l. post dotem. nu. 26. & Cenc. de Cens. par. 2. cap. 1. quæst. 1. num. 9.* Vnde 17 † etiam attestatio Vicarij de præsentatione Monialium, & examine præsenti per verba de præterito debet eodem modo intelligi, cum præsentatio, examen, & deputatio bene potuerint vnica hora, & cōtextu expediri. Et tanto magis, quia stante iuris assistentia pro monialibus deputatio Vicarij verisimiliter præsupponit nominationem illarum, & examē 18 præsentati, & ideo † ex solo actu institutionis præsumitur præcessisse, *Rot. dec. 11. de iurepatr. in nouis.* Nec aduersantur, *dec. 16. de probat. in antiq. & dec.* 19 *Crescent. & Put.* allegatæ, quia loquuntur † in casu quando Episcopus in literis assereret, quod contulit Beneficium vacans per resignationem in eius manibus factam, & per eum admissam, cui merito non creditur propter præsumptionem antidatæ in præiudicium Tertij, nempe Prouisi Apostolici, aut resignantis, nam aliter esset in facultate ordinariorum priuare beneficiatos suæ Diœcesis, asserendo, eos in eius manibus resignasse, quo fit, vt multo minus eius Vicario in hoc credatur. Decisio vero Portugallien. non applicatur, dum dicit, quod non creditur Episcopo, qui in erectione cuiusdam Vicariæ asseruit, 20 Parochialē fuisse vnicā Monasterio, & † sic de actu de præterito, qui coram eo vnico contextu fieri nō potuit, *Garz. vbi supra num. 26.*

Minus releuant decisiones *Vicen. Beneficij, & Placentina Parochialis supra etiam allegatæ,* quia in illa Vicentina Vicarius non attestabatur de actu de recenti, & coram se facto, & qui debebat necessario præcedere pro fundamento actus gesti, sed de actu de præterito facto coram Episcopo cum relatione ad quoddam instrumentum, de quo non constabat quod nec potuit, Vicario absente, coram quocumq; Notario celebrari, cum tamen in casu nostro præsentatio Monialium de persona Lazari debuit fieri, vel exhiberi coram ipsomet Vicario instituente. In decisione vero Placentina erat solum simplex Vicarij 21 fides, † quæ non facit fidem, *Mantic. dec. 51. num. 6. Seraph. dec. 128. num. 1* & attestabatur de examine, & reprobatione, & sic de actu de præterito coram aliis gesto, & in præiudicium tertij, cuius assertioni ideo non fuit habita fides.

Nec etiam officit, si dicatur, quod Vicarius in casu nostro attestatur de præsentatione Monialium in præiudicium tertij, scilicet D. Archiepiscopi, 22 quia, cum † ipsi vnum, & idem constituant Tribu-23 nal, factum vnius † reputatur factum alterius, ita vt D. Archiepiscopus non possit dici tertius respectu sui proprij Vicarij in his, quæ competunt Vicario ex natura Vicariatus, prout competit institutio, 24 sicut in simili † scientia officialis dicitur scientia Domini, eique præiudicat, quando ille in actu interuenit vti officialis, & scientia prouenit ex actu ad ipsum, aut Dominum spectanti, *Bart. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publican. Alex. cons. 6. num. 8.* 25 *lib. 1. Rot. dec. 507. par. 1. recent.* Idcirco † creditur Vicario in præiudicium Episcopi de omnibus narratis in Instrumento institutionis, quādo illa, vt hic eodem tempore, & momento interuenerunt, *vt late Crescent. dec. 1. de offic. Vic. num. 5. cum seqq.* Vbi etiā Vbi etiam quod pro actus validitate præsumuntur eodem momento facta.

Non obstat præterea, quod Moniales prætendunt esse in quasi possessione præsentandi Vicarium ad nutum earum amouibilem, cum tamen Lazarus nō fuerit deputatus ad nutum, nec Vicarius enunciet istam qualitatem, sed solum simplicem præsentationem, etenim respondetur, quod nec etiam enunciat, quod deputatio fuerit facta in perpetuum, vnde 26 † præsumitur temporalis iuxta naturam suam; & & iuris dispositionem, quæ attenta in Ecclesia Regulari,

gulari, qualis est hæc Monialium, deputatur Vicarius temporalis, *d. cap. 1. de cappell. Menoch.* & ex constitutione Pij V super Vicarijs edita, *Gonzal. gl. 5. §. 6. num. 7.* Et quando ex hoc, aut alio ex supradictis obiectis præsentatio Lazari patereur difficul-
27 tatem, tamẽ, † quia fuit effectuata, fuit ex ea acquisita Monialibus quasi possessio in præiudiciũ D. Ar-
28 chiepiscopi, *Put. dec. 183. lib. 1. nouis.* Etiam † quod effectuatio sequuta fuerit ex institutione nulliter facta per eius Vicarium, *vt dixit Rota in vna Burcharen. torum Achille de anno 1555. quam refert, & sequitur Garz de benef. par. 5. cap. 5. num. 104.*

Demum non obstat, quod dicebatur, scripturam de anno 1554. per quam probatur hæc præsentatio Lazari, non esse in forma probanti, vti exemplum extractum à Notario Actuario Episcopi Sauonen. ab altero exemplo per Antonium Roccataliatam desumpto ex Protocollo cuiusdam Hieronymi Roccataliatæ eius antecessoris in officio, quæ propterea
29 tanquam sumptum † de sumpto fidem non facit, *Ant. August. in epit. de exemp. num. 4. Put. dec. 152. lib. 3. & Rota par. 2. recent. dec. 297.* Quia fuit be-
30 ne responsum, quod ad hunc effectum † sufficit obseruantia contentorum in dicta scriptura ex vacatione per obitum Lazari à Monialibus electi cum alijs pluribus adminiculis, quæ hic concurrunt, *Bal. cons. 400. num. 5. lib. 4. Corn. cons. 101. num. 4. & cons. 158. num. 1. & 2. Rot. in recent. dec. 472. nu. 3. par. 1. & dec. 78. nu. 1. par. 3.*

Et cessat penitus difficultas, quia fuit mihi datũ & Dominis in Rota ostensum Instrumentum dictæ præsentationis, quod fuit ordinatum poni in Actis, non ab exemplo, sed ex Protocollo Hieronymi de eo rogati, extractum per dictum Antonium eius in officio successorem, quod est illud idem, quod fuit productum coram Episcopo Sauonen. citata parte,
31 † quæ nihil opposuit, quod ideo fidem facit, *Bar. in l. 1. § si quis ff. de bon. poss. secundum tab. Abill. dec. 2. num. 7. de offic. deleg. Rot. dec. 27. num. 1. & 581. num. 4. par. 2. recent.* Nec dubitarunt Domini de notariatu Antonij, quamuis ille non se enunciet Notarium
32 quia in fine suę subscriptionis adest dicto, &c. † quę comprehendit dictam qualitatẽ, *Zabarell. cons. 133. num. 1. in fin. vers. aliter.* Et præsertim accedente legalitate Vicarij D. Archiepiscopi attestantis de Notariatu tam Antonij, quam Hieronymi eius prędecessoris.

Secunda nominatio facta legitur de anno 1573. de persona Bartholomei Scanilię per obitum su-
33 pradicti Lazari, † cuius effectuatio videtur etiam non posse controuerti, quamuis non constet de formali institutione. Primo, quia cum Monialibus ius assistat, & d. nominatio probetur per eas facta, eo ipso, quod Scanilia nominatus cum effectu tanquã Vicarius postea curam exercuit, & non constat de alia deputatione D. Archiepiscopi, nec de alio titulo, præsumptum est, quod possedit vigore præsentationis, quæ de iure fieri debuit, & sic huius præsentationis Monialium, *vt dixit Rota in d. Vicen. Beneficij 11. Decembris 1619. coram bo. me. Vbaldo.* Secundo, quia Scanilia fuit præsentatus per obitum Lazari, qui fuerat institutus ad præsentationem Monialium, post cuius obitum incontinenti possedit Scanilia, quo defuncto, fuit etiam per Moniales electus Bartholomeus Facciottus, qui etiam possedit, vnde benè probatur effectuatio, *iuxta cons. Oldrad. 229. sæpius per Rotam canonizatum Lambert. de iure patr. lib. 2. par. 1. q. 10. art. 7. Rota dec. 545. num. 2. & dec. 598. nu. 9. par. 1. diuers. & fuit dictum in dec. in hac causa facta coram me vers. quia in primis.* Quod vero vacatio obtigerit per mortem Scanilię, asseritur in requisitione, seu præcepto tunc Archiepiscopi Monialibus facto, de anno 1594. & de hoc numquam fuit dubitatum. Tertio, & tandem tollit omne dubium Visitatio Apostolica de anno 1582. vbi fit mentio, & claris verbis adnotatur, quod Scanilia, qui tunc erat Vicarius d. Ecclesiæ, fuit institu-
34 tus ad nominationem Monialium, † ex Visitatione autem benè comprobãtur præsentatio, & institutio, *Caputaq. dec. 158. par. 2. Rot. decis. 573. num. 4. par. 2. recent.*

Neque obstat, quod hæc præsentatio Scanilię facta fuerit ad crates Monasterij, quia, ex quo pręsentationis Instrumentum fuit factum in loco solito, & vbi debuit fieri, non excluditur, quin illud potuerit coram Ordinario exhiberi, & obtineri ab eo institutio, prout præsumitur ex supradictis, eo ipso, quod de alio titulo non constat, & quia ex possessione Monialium de pręterito vigore nominationis, & depu-
35 tationis de anno 1554. † præsumitur, eas suam cõtinuasse possessionem in futurum, dum illa non probatur amissa, *Glos. Bal. & alij in l. fine possidetis. C. de probation. Menoch. præsumpt. 64. lib. 6. per tot. & in puncto Rota in Fanen. beneficij 11. Decembris 1620. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec etiam releuare visum fuit, quod Visitator Apostolicus in d. Visitatione dixerit, quod Scanilia habebat curam animarum ab anno 1573. sub die 29. Ianuarii, & tamen præsentatio Monialium facta legitur 31. eiusdem mensis, & anni, & ideo quod Institutio Scanilię non potuit esse facta ad Monialiũ nominationem subsecutam biduo post d. institutionẽ, sed liberè ab Ordinario. Quia, vltra quod cessat omne dubium ex eodem instrumẽto nominationis, ex quo clarè colligitur, quod Scanilia fuit bis per Moniales nominatus. Primo statim post obitum Lazari; & postea d. die 31. Ianuarii, quæ reiteratio eo magis, ac magis denotat enixum animum Monialiũ continuandi possessionem; Domini vlterius aduertebant, Visitatorem non asseruisse, Scaniliam fuisse prouisum die 29. Ianuarii, Sed postquam dixit, curã istius Ecclesiæ exerceri per cappellanum ad nutum Monialium amouibilem, qui tunc erat Bartholomeus Scanilia; Subdit, quod ille habebat curam animarum à die 29. Ianuarii, pręuia approbatione Examinatorum Synodalium, quæ admissio, seu approbatio generica ad animarum curam, non infert ad institutionem, seu prouisionem istius Ecclesiæ sub illamet die, alioquin Visitator asseruisset de directo
36 contrarium; cum † tamen semper sit decreto res temperanda, ac ita interpretanda, vt dispositio non mereatur à sapiente reprehendi, *l. Saluius Aristo. ff. de leg. Præstan. Paris. cons. 3. num. 23. & seqq. lib. 2.* Vnde admissio Scanilię ad curam, de qua meminit Visitator, intelligi debet, quod ille præcedenter fecit se approbare generaliter, vt faciliùs Moniales alliceret ad illum præsentandum, prout biduo post fuit per eas præsentatus, & sic pręsumi, quod succes-
37 siuè fuerit etiam institutus. † Hoc enim verisimili temperamento ad concordiã reducuntur verba visitationis, *adnot. per gl. in l. si negociorum verb. gestorum. C. de neg. gest.* Et saluatur ius competens Monialibus tam de iure, quam ex quasi possessione præsentandi in qua erant.

Postremo non obstat deputatio cuiusdam Figarolii de anno 1588. pro exercenda cura d. Ecclesię. Ex ea enim nihil Monialibus deperit, nec D. Archiepiscopo fuit aliquod ius acquisitum, quia, vt dicitur in decisione in hac causa facta, ille fuit deputatus in vice Curatum loco Scanilię de eius consensu, & ex libro matrimoniorũ apparet, quod Scanilia tam ante, quam post d. deputationem exercuit vti Curatus d. curam, & Figarolius ibidem vocatur simplex Præsbyter. Et remouetur omnis scrupulus, quia postea de anno 1594. vacauit hæc Vicaria per obitum Scanilię, non autem Figaroli. Nec dubita-
38 ri potest, † quin, viuente adhuc Scanilia, potuerit de eius consensu fieri per Ordinarium dicto Deputatio

tatio

tatio vice Curati etiam sine consensu Monialium, *Feder. de sen. cons. 95. num. 3. vers. item super eo, quod quæritur.*

Tertia Monialiũ præsentatio fuit de anno 1594. per obitum supradicti Scanilię in personam Bartholomei Facciotti etiam ad erates electi, & D. Vicario per earum Procuratores pręsentati, ac per 39 eum admissi, si, & in quantum, † cuius effectuatio nullo etiam modo, nullaq; ratione potest controuerti, tùm quia iuxta superius dicta tam de iure, quam ratione quasi possessionis Monialiũ illa debuit admitti, *Ferretr. cons. 33. numer. 4. cum seqq. lib. 2.* prout etiam, illam fuisse admittendam, declarauit Sacra Concili Congregatio in literis Vicario D. Archiepiscopi directis, & pręsẽtatis de anno 1595. quæ propterea fuit admissa ex clausula, *si, & in quan-* 40 *tum*, † quę hoc operatur, *Bal. in l. edita. num. 98. C. de eden. in 2. lect. Mart. de clausul. par. 1. claus. 512. n. 1.* sicut de appellatione ita admissa tradit *Roman. cons.* 501. & in puncto, quod præsentatio cum d. clausula censeatur admissa, si de iure est admittenda, *dixit Rota dec. 687. par. 1. diuers. quæ apud Seraph. est dec.* 499. tum etiam quia postea de anno 1609. vacauit hęc Vicaria per obitum Facciotti, Vnde pro eius effectuatione ad effectum quasi possessionis Monialium, vltra vulgare consilium *O. drad.* 229. supra allegatum, militant etiam, & applicantur omnes rationes supra deductæ pro effectuatione secundę pręsentationis.

Neq; obstat, quod constet de alia deputatione d. Faciotti facta die 13. Octobris eiusdem anni, absq; vlla penitus relatione ad Monialium præsentationẽ prius factam, quia pręterquam quod illa secunda 41 deputatio fuit per modum prouisionis, quę † ideo nullum statum facit, *cap. cum vos, vbi Abb. num. 1. de off. ordin. Rebuff. de sent. prouis. in præfat. num. 37.* d. deputatio non excludit, quin adsit alia anterior prout adsuit ad pręsentationem Monialium admissa, si, & in quantum. Quinimò aut inde excluditur, & nulla redditur secunda deputatio vti facta Monialibus 42 ignorantibus, † quarũ possessio propterea non fuit interrupta, *Cuder. d. cõs. 12. in fi. de iurepatr. Seraph. dec. 337. num. 2.* vel dicendum, quod ex illa secunda deputatione potius censeri debet continuata Monialium possessio, *iuxta regul. l. 2. C. de acq. poss.* prout illam continuare semper Moniales crediderunt, de qua credulitate videtur, non esse hęsitandum ex quo, sparso postea rumore, quod D. Archiepiscopus intendebat deputare alium Vicarium, Moniales recurrerunt ad Sacri Concilii Congregationem, & ab ea reportarunt literas, quas, vt dictum est, pręsentauerunt Vicario D. Archiepiscopi petentes manuteneri. Quo factũ fuit, vt Facciottus semper visus fuerit continuare in pristina possessione, in qua erat ad præsentationem Monialium vsq; ad annum 1609. quo ille obiit, & quod Moniales ideo toto hoc tempore alium non nominarunt, quia Facciottus eis gratus, & per ipsas nominatus curam administrauit.

Nec releuat, quod in memoriali nomine Monialium S. Congregationi porrectum fuerit narratum, quod D. Archiepiscopus recusabat admittere, & approbare Vicarium ab eis nominatũ, quasi inde colligi videatur, quod Facciottus numquam fuit per D. Archiepiscopum deputatus, quia, ex quo ille fuerat iam admissus, si, & in quantum, dicta narratiua necessario intelligi debet in eo sensu, quod non admittebatur liberè, & simpliciter, aut quia idem Facciottus fuit etiam deputatus per viam prouisionis, quod fieri non poterat in earum præiudicium. Et cessat penitus, quia semper Facciottus curam potiùs exercuit vti Vicarius titularis, quam per modum prouisionis; tùm ex quo deputatio cuiusdam alterius Vicarii per D. Archiepiscopum facta numquã habuit effectum, tùm etiam, & multo magis, ex deputatione Iacobi Sybillę in vice Curatum, de licentia tamen Facciotti Curati facta die 20. Aprilis anni 1595. & ex alijs duabus similibus deputationibus in vice Curatum de persona Io: Baptistæ Barrilarij de 43 anno 1604. & 1608. quæ, † vti factæ de Facciotti licentia, denotant, quod ipse potius vti titularis, & sic ad præsentationem Monialium, quam per modũ prouisionis possedit, quia vti talis non potuisset consentire, vt alius substitueretur, qui eius nomine curã exerceret, *ad l. fin. ff. de off. eius, & l. a Iudice. C. de iudic.* ex quibus possessio Monialium vsque de anno 1609. quo Facciottus decessit, & per eius obitum hæc Vicaria vacauit, visa fuit Dominis semper cõtinuata, & quod exaduerso vsq; ad hoc tempus non constat de aliqua prouisione, vti de libro.

Superest nunc expendere secũdum dubium supra excitatum videlicet, an à d. anno 1609. quo obiit Facciottus vsq; ad tempus litis motæ semper Moniales continuauerint in d. quasi possessione, in qua tunc erant. Et certum est, quod regula stat pro Mo- 44 nialibus, ita vt ei, † qui probat olim possedisse, vti probant Moniales, detur hodie manutentio, dum ex aduerso possessio non probatur amissa, *Bal. in l. 1. nu. 12. C. vti possid. Dec. cons. 126. circa fin. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, vers. ex istis. de caus. possess. & propr. Rot. dec. 81. par. 1. diuers. Greg. XV. dec. 555. nu. 10. & in puncto Rota in d. Fanen. Beneficii supra allegata coram R. P. D. meo Pirouano, & in Papien. Iur. Patr. 9. Aprilis 1601. coram bo. mem. Card. Pamphilio.* Et 45 ratio est, † quia possessio solo animo retinetur, *l. li-* 46 *cet. C. de acq. poss.* † mutatio autem voluntatis non 47 præsumitur, *l. cum, qui C. de probat.* vnde † qui in præteritum possedit, præsumitur semper in futurum possedisse, animumq; continuandi possessionem habuisse, *l. 3. § si seruus. ff. de acq. poss. Innoc. in cap. 2. de* 48 *rest. spol.* etiam † quando iamdiu possedit, *Menoch. præsumpt. 64. num. 4. lib. 6.* adeò vt olim possidens semper pro se habeat præsumptionem, ita vt 49 † onus probandi possessionis amissionem incumbat Aduersario, *l. circa. ff. de probat. l. libertus. §. vlt. ff. de liber. caus.* vnde stat difficultas, An amissio probetur D. Archiepiscopum, & visum fuit eam nullo modo probari, maximè stante iuris assistentia pro Monialibus.

Non obstat, quod defuncto Facciotto de d. anno 1609. D. Archiepiscopus deputauit eumdem Barrilarium, qui, vt dictum est, Facciotto viuente fuerat deputatus eius vice Curatus, ex qua deputationem prætendit D. Archiepiscopus, ipsũ acquisiuisse quasi possessionem confendi, prout etiam idem prætendit ex alia deputatione cuiusdam Albertonii de anno 1622. quia fuit bene satisfactum, quod hæc vltima 50 de Albertonio dedit causam liti, † quæ propterea non est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. dec. 417. nu. 4. & in recent. dec. 30 num. 1. par. 2.* Deputatio vero Barrilarii, in qua fit præcipuum fundamen- 51 tum, fuit per modum prouisionis, † quę idcirco non mutat statum præcedentem, *ex Rebuff. vbi supra*, & 52 ratio est, quia † ordinarius auctoritate potest deputare Vicarium, seu Oeconomum in beneficio vacãte, interim, & quousque de Rectore prouidetur, aut cognoscitur de iuribus eligentium *d. c. cum vos. cap. peruenit. el. 1. & ibi gl. verb. assignes, extra de appel. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 18. vers. alioquin. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 18. num. 2.* vnde, cum huiusmodi deputatio non fiat ad firmandum statum, sed ad interim, tantum, nec minimum quidem præiudicii ex ea infertur illis, qui antea possidebant, sed interim eorum ius illęsum conseruatur: aliter enim possent Episcopi canonum auctoritate spoliare Patronos 53 sua quasi possessione, † quod esset iniquum, *Hostien. in dict. cap. cum vos. vers. Instituere, & ibi Anchar. nos.*

Non

Non obstat etiam, quod Barrilarius sic deputatus continuauerit in d. cura vsq; ad mortem, quę fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper remansit Monialiũ, ex quo etiam semper Barrilarius vsque ad mortem visus fuit d. curam exercere per modum prouisionis, nihil enim est, cur non potuerit sic exercere, ergo sic exercuisse credendum est, dum non constat de alio eius titulo, quam de isto. Quin-54 imò † stante quasi possessione Monialium, de qua opponebatur, nõ potuit D. Archiepiscopus interim prouidere, nisi per modum prouisionis, non autem de Rectore perpetuo, *Gl. in d. cap. cum vos. vers. causa, & ibi Io: Andr. nu. 4. vers. alia de causa, & Card. num. 2. q. 4.* vbi quod esset iniustum, & indignum, vt vna pars in præiudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuo faceret, vel innouaret.

Minus obstat noua pretensio, & subtilitas Aduocatorum, scilicet, quod ex deputatione Barrilarii per modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manutenendus in quasi possessione prouidendi per modum prouisionis, quia, ut hoc pretẽditur ad conseruandum ius D. Archiepiscopi sic prouidentis à iure sibi datum, & hoc non est sub lite, aut ad effectum impugnandi Monialium quasi possessionem, itaut ideò desierint possidere; Ex dicebant DD. quod hoc non merebatur allegari, quia sic omnes quasi possessiones patronorum, quantumuis iustificatę, euanescerent, aut tandem id prætenditur ad effectum, quod cum d. Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per modum prouisionis, quantum est dicere ad nutum amouibilẽ iuxta testes D. Archiepiscopi super hoc vsu loquẽdi nouissimè examinatos, ita vt deputatio Barrilarii non solum fuerit prouisionalis, sed etiam prouisiua, & consequenter quod D. Archiepiscopus sit manutenendus in quasi possessione deputãdi Vicarium ad nutum amouibilem, quod si subsisteret, excluderetur penitus manutẽtio Monialium ad earum nutum, quę quidem prætensio ne dum iure probatur, sed est contra ius expressum, quia iuxta præscriptam formam à Conc. Trid. & ex Constitutione 55 Pii V. † Ordinarii debent de Parochialibus prouidere in perpetuum, & per concursum, non autem amouibiliter, aliter enim resideret cura huius Ec-56 clesiæ principaliter penes Archiepiscopum, † qui est incapax plurium Ecclesiarũ, *Seraph. dec. 1304. n. 2. Rota in Pamphilonen. decimarum 13. Decembris 1592. coram Comitulo*, vnde propter decretum irritans, & clausulam, *sublata*, appositam in Concilio, & in d. Constitutione non potest dari possessio rele-57 uans, quæ sit manutenibilis, quia † claudunt os parti & tollunt facultatem Iudici aliter Iudicandi, *Bart. in l. fin. C. de Canon. Frumen. Vrb. Rom. lib. 11. Card. in cap. quia diligenter, vbi etiam Imol. de elect. & fuit sæpissimè decisum.*

Nec etiam obstat, quod postea D. Archiepiscopus Indixerit concursum huius beneficii tamquam de libro, & quod Barrilarius fuit vnus ex approbatis per examinatores, licet aliis duobus votis inferior. Vnde dicebant informantes pro D. Archiepiscopo inde præsumi, quod Barrilarius, mutata priori causa possidendi, possedit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab ordinario. Nam dicebant DD. quod dũ non apparet, quod post tentum concursum alium titulum obtinuerit, potiùs præsumi debet, quod semper permansit prior causa, & deputatio expressa per 58 modum prouisionis, quia, † vbi habemus causam expressam, cessat tacita, & pręsumpta, *l. cum ex filio. §. filio, vbi gl. ff. de vulg. Angel. Perus. cõs. 248. Cranet. cons. 32. num. 2.* & vbi gratia expressam causam habet, non debet ad aliam trahi. *Rota dec. 166. num. 7. par. 2. recent.* Quinimò ex testibus datis per D. Archiepiscopum excluditur penitus pręsumptio tituli perpetui, dum deponunt, Barrilarium semper fuisse tentum, & habitum pro Curato amouibili, & ex quo fuit votis inferior, non debet præsumi, quod fuerit electus, & præsertim, quia Moniales appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ ideo nõ fuerunt appellationem prosecutæ, quia D. Archiepiscopus grauare cessauit, non procedendo ad deputationẽ vigore concursus, sed permittendo, quod idem Barrilarius, vti prius per modum prouisionis, continuaret exercitium d. curæ, & in omnem casum nouus titulus, & noua possidendi causa superueniẽs ex facto D. Archiepiscopi, Monialibus ignorãtibus eis non noceret ad effectum, de quo agitur, *iuxta d. 59 cons. Calder. 12. in fin. de iure patr.* sed † potius habẽdum esset, ac si Moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro conseruatione sui iuris, *Dec. cons. 126. circa fin. & dixit Rota in d. Papien. Iurispatr. 9. Aprilis 1601. coram Card. Pamphilio.*

Non obstat præterea acquiescentia, seu taciturni-60 tas Monialium toto dicto tempore, quia † non potuit plus eis præiudicare, quam actus ipse, qui, si tãquam factus per modum prouisionis, eis non præiu-61 dicabat, ergo nec acquiescentia. Nec † Ordinarius præscribit libertatẽ aduersus iuspatronatus per simplicem non vsum pręsentandi Patronorum, sed requiritur factum Ordinarii directè contrarium seruituti Iurispatronatus, hoc est libera collatio, *ad l. hæc autem, & ibi DD ff. de seruit. vrban. prædior. & in puncto Rota dec. 109 num. 8. par. 2. diuers.* prout etiam, nec Monialibus obesse potuit, quod dum instarẽt pro admissione d. appellationis, Vicarius D. Archiepiscopi eam ne dum reiecit, sed dixit eis nullum ius competere nec in possessorio, nec in petitorio; fuit enim simplex interlocutio sine citatio-62 ne, & causę cognitione, & notoriè iniusta, † quæ ideo non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare, *iuxta notat. in c. inter cæteros, vbi Felin. & aly. de re iud. Cæs. de Graff. dec. 2. nu. 8. de solut.*

Postremo, ac tandem non obstat, quod Moniales corã Episcopo Sauonen. petierint reintegrari, quasi ideo confessę fuerint, eas non possidere: sed D. Archiepiscopum, petitio enim reintegrationis fuit 63 æquiuoca, vnde † debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto, *Rota decis. 560. nu. 3. par. 1.* non autem ad possessionem Ciuilẽ quæ semper remansit apud Moniales, *Rota dec. 561. num. 5. par. 1 recent. & addent. ad Greg XV. dec. 555*, quæ distinctio, quidquid contenderint informantes pro D. Archiepiscopo, etiam locũ habet in iuribus 64 incorporalibus, † in quibus datur etiam duplex possessio, Ciuilis, & naturalis, *Bar. in l. 1. num. 12. vers. in contrarium. ff. de acq. poss. & in puncto Guidopap. decis. 629. num. 14. & Rot. decis 649. num. 10 part. 2. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R.P.D. Pirouano

Placentina Decimarum

Mercurij 21. Aprilis 1627.

S V M M A R I A.

1. *Possidenti ante motã litem manutentio denegari non solet.*
2. *Decreta Iudicum iustitiæ, & validitatis præsumptionem habent, & num. 5.*
3. *Possessio ante motam litem continuata præsumitur vsque ad litem motam alio exaduerso non probata.*
4. *Continuatio præsumptiua possessionis sufficit in summarissimo retinendæ.*

5 Testes

5 *Testes examinati sine citatione, & nō iurati an probent in iudicio manutentionis.*
6 *Factum perceptionis fructuū sufficit ad manutentionē absq; probatione tituli, aut iustitia possessionis.*

Decisio CCXVIII.

Dictum fuit, Archipresbytero Bilegni dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi linum, & linosam ex locis, de quibus agitur, quia quoad prædictas duas species fructuum constat de illius possessione ante motam litem, † qua subsistente, manutentio non solet denegari, *l. 1. §. interdictum autem. ff. vti possid. §. retinendæ. Inst. de interd. Rot. dec. 160. 458. coram Papa Greg. XV.*

De possessione autem dicti Archipresbyteri visum fuit sufficienter constare ex vndecim testibus datis, qui de anno 1569. fuerunt examinati, deponentibus de exactione lini, & linosæ in locis, de quibus agitur, facta nomine Archipresbyterorum pertempora huius plebis, & exinde fuerunt relaxata duo mandata de manutenendo ad Instanciam dd. Archipresbyterorum de anno 1570. à Vicario Placentino, & anno 1572. à bonæ memoriæ Robusterio tunc Rotę Auditore, quę magis coadiuuant veritatem eorumdem testium † propter præsumptionem iustitię, quam habent Iudicum decreta, *Aegid. dec. 577 Rebuff. de pacif. possess. num. 193. Gabr. de sent. concl. 5. la princ.* & † hęc ipsa possessio continuata præsumitur vsq; ad tempus motę litis, alio exaduerso non probato, *Menoch. præsumpt. 64. num. 6. lib. 6.* † quę præsumptiua possessionis continuatio sufficit in iudicio summariissimo retinendæ, *Rot. dec. 4. par. 2. diuers. & 401. 513. 601. par. 2. recent.*

Non obstat, † quod testes prædicti fuerint examinati sine partis citatione, & absq; Iuramēto, atq; ita nulliter, super quorum dictis non possit constitui gradus probationis.

Quia, cum fuerint examinati vsq; de anno 1569. & obtenta fuerint mandata de manutenendo, nec reperiantur processus, & acta, standum est obseruantię ex mandatis prædictis habentibus præsumptionem validitatis, & iustitiæ, vt supra fuit dictum.

Similiter neque obstat, quod Archipresbyter niti non possit assistentia Iuris, cum bona prædicta sint extra fines suę Parochiæ, nempe in Parochia Burgi Noui subiecta Plebi S. Ioannis.

Quia, & si Archipresbyter pretendat iuuari assistentia iuris, in hac tamen parte, † quoad fructus prædictos lini, & linosæ fundat se in onero facto perceptionis fructuum, quod † sufficit ad manutentionem, absque eo, quod probetur titulus, aut iustitia possessionis, *Innoc. in cap bona il 2. num. 4. de postul. prælat. Bal. in l. ordinarij Iuris. nu. 7. C. de rei vendic. Couar. pract. 4. cap. 17. num. 3. & seqq.*

Et ita &c.

R. P. D. Dunozetto

Esina Saluiani

Veneris 18. Iunij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Possessio auctoritate Iudicis capta priuat anteriorē possessorem ciuili, & naturali possessione.*
2 *Ampl præsertim si sententia sit valida, & iusta.*
3 *Citanda non est in Saluiano mulier, cui bona sunt obligata pro sua dote, nisi sit in possessione.*
4 *Saluiani requisita, & num. seqq.*
5 *Clausula constituti probat possessionem contra constituentem, & habentes causam ab eo.*
6 *Possessio rei consenti in Saluiano probatur ex litis subsignatione.*
7 *Possessio post appellationem interpositam, & admissā cum clausula, si, & in quantum, in Saluiano an sit spoliatiua, & attentata.*
8 *Index appellationem admittens cum clausula, si & in quantum, an dicatur detulisse appellationi, ita vt liget sibi manus etiam in casu inappellabili.*
9 *Retentio ex iuribus auctoris non competit, vbi auctor non cessit iura, sed illis renunciauit, vel cessit extinctiuè, non translatiuè.*

Decisio CCXIX.

Censuerunt Domini, mandatum de manutenendo esse dandum Matthię Nisio, quia de eius possessione constat auctoritate Iudicis capta, quę † potens est priuare anteriorem possessorem ciuili, & naturali possessione, *Aug. in l. etiam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Alex. num. 2. ff. de acq. poss. Mohed. decis. 4. de restit. spol. Rot. dec. 801. num. 6. par. 1. diuers.* † maxime, cum sententia, cuius vigore Matthias adeptus fuit possessionē sit valida, & iusta. *Doct. supra citat. Seraph. decis. 1326. num. 1.*

Quoad validitatem dictæ sententię ea est patēs, nam contra eam vnum tantummodo obiicitur, nempe quod Matthias agens in Saluiano non citauerit Calliopem ratione eius dotis, & iurium dotalium, quę habebat super bonis apprehēsis per Matthiam, Nam respondetur quod, † cum Calliopes non esset in possessione, non erat necesse eam citare, *gl. in l. de vnoquoque. in verb. quis causa. ff. de re iud. Tiraq. in tract. res int. alios act. limit. 1. Surd. dec. 256. n. 1. Rot. dec. 584. nu. 3. par. 2. recent.*

Quo vero ad iustitiam pariter visa fuit euidens, quia Matthias probat † requisita Saluiani, nempe eius creditum cum hypotheca ex instrumento impositionis census, & possessionem Quintini debitoris de tempore contractę hypotecę ex assignatione facta Siluestrinę eius filię de fundo, de quo agitur, cum clausula constituti, † quę probat contra ipsum constituentem, & habentes causam ab eo, *Ruy. cons. 169. nu. 16. lib. 1. Rot. coram Greg. XV. dec. 491. nu 10. & dec. 766. nu. 11. par. 1. diuers. Seraph. dec. 1415. num. 2.* † secūdum extremum probatur ex litis subsignatione, *Verall. dec. 369. par. 2. Rot. coram Gregorio XV. d. dec. 491. num. 11. Seraph. d. dec. 1415. num 3.*

Non obstat, † quod executio fuerit spoliatiua, vti facta post appellationem interpositam à sententia primi Iudicis, & intra decem dies datos ad appellandum, ac eum expressa admissione appellationis per Iudicem à quo: Quia appellatio non fuit admissa simpliciter, sed cum clausula, *si & in quantum de iure*, & sic Iudex videtur detulisse, quatenus iuris dispositione deferendum erat, & consequēter respectu possessorii appellationem reiecit, quia agebatur de sententia vigore Ægidianę lata, quę tollit effectū suspensiuum, *Bald. in l. edita. in 2. lect. numer. 98. C. de eden. Gabr. conf. 35. numer. 9. lib. 1. Osasc. dec. 5. num. 9. & dec. 131. num. 1.* nec huiusmodi dici attentata possessio potest, *Verall. dec. 49. num. 1. & seq. par. 1. Rot. dec. 173. nu. 3. par. 1. recent.*

Nec releuat, † quod stante etiam dicta clausula, Iudex à quo non possit cognoscere super dubia sua responsione, sed illa sit translata ad Iudicem ad quē, *Contard. de moment. poss. limit. 13. num. 19.* quia idem *Contard.* prius se declarat, *sub num. 17. & 18.* quod Iudex non videtur detulisse appellationi, quando id non permittitur.

Minus

M inus obstat exceptio retentionis bonorum ex
9 iuribus Calliopæ vxoris, quia † instrumentum dotationis factę filię Erzelini nō est cessionis iuris, ita vt Erzelinus sit subrogatus in locū ipsius Calliopæ, quę tamquam prior præferenda esset Matthiæ, sed est solum renunciationis iurium suorum ad effectum, vt bona hæc data pro dote remanerēt libera à sua obligatione, & sic non excludant Matthiam, qui est anterior Erzelino, *ad tex. in l. Paulus. ff. quib. mod. pign. vel. hyp. solu. Alber. in l. Claudius Felix. nu. 2. vers. item hoc intelligas. ff. qui pot. in pign. hab.* & licet in proemio instrumenti dicatur de cessione iurium, tamen vel debet attendi conclusio eiusdem instrumenti, vel saltem debet intelligi de cessione extinctiua, non translatiua, quoniam ipsamet Calliopes in eodem instrumēto reseruauit iura sua in ceteris bonis Quintilij: nō enim se comparauerunt, quod voluerit cedere iura super hoc fundo, & eadem iura sibi reseruauerit in alijs bonis, sed re vera non est cessio, sed extinctio iurium, & sic bene applicatur materia *dicta l. Paulus.*

Et ita resolutum vtraque parte informāte &c.

EODEM

Eadem

Luna 15. Nouembris 1627.

SVMMARIA.

1 *Possessio, seu immissio an probetur per relationem Executoris, seu Baiuli.*

2 *Fideiussio præstanda post executionem illam non vitiat, si non præcedat.*

Decisio CCXX. La prima.

SVB Die 18. Iunij proximè præteriti fuit resolutum in hac causa, Matthię Nasio dandum esse mandatum de manutenendo, hodie, proposita causa super eisdē, Domini steterunt in decisis ex rationibus in decisione deductis.

1 Non obstat, quod † possessio Matthiæ non sufficienter probetur ex relationibus Licinij Executoris, & Antonij Mariæ Baiuli Curiæ Ciuitatis Esij: Nam ex Constitutionibus Marchiæ, in cuius districtu est Ciuitas Esij, *lib. 4. cap. 49. vers. si quis autem* relationi Executoris, & Baiuli statur, & quod Executori attestanti se immisisse credatur, *tradit Tiraq. de retract. lignag. § 8. gl. 9. n. 22. Greg. XV. dec. 402. num. 2.*

Nec releuat, quod nō fuerit præstita fideiussio, seu obligatio de reficiendis melioramentis infra 15. dies factæ illorum liquidatione iuxta formam
2 sententiæ: Nam, † cum ista præstatio fideiussionis esset præstanda post actum, non poterat vitiare executionem præcedentem, *Afflict. decis. 374. num. 4.*

Et ita vna tantum parte &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo.

Colonien. Monasterij

Luna 27. Junij 1627.

SVMMARIA.

1 *Possessori, qui, non obstante executione in vim Breuis Apostolici, non habuit se pro spoliato, dari debet manutētio ratione ciuilis possessionis solo animo retinibilis.*

2 *Locationes cum adminiculis plenè probant, possessionem.*

3 *Immissio auctoritate Executoris Apostolici facta priuat primum possessorem naturali, & ciuili possessione, si ritè, & rectè processum fuerit, secus è contra.*

4 *Iudex non ritè, & rectè procedens dicitur procedere vis priuatus.*

5 *Iudex procedens non citato possessore nō ritè, & rectè procedit.*

6 *Executio excessiua operatur, vt nō dicatur bene processum.*

Decisio CCXX. la seconda.

DOmini dixerunt, manutentionem esse dādam Canonicis, qui licèt fuerint priuati Monasterio, de quo agitur, illorumque bona, fuerint per partem aduersam in vim Breuis
1 Apostolici occupata, cum † tamen se non habuerint pro spoliatis, vt patet ex recusationibus, & actibus factis in contrarium, qui dantur in summario num. 2. & 5. ratione ciuilis possessionis, quæ solo animo retinetur, manuteneri debent, *Ioan. Fabr. §. retinendæ num. 21. Instit. de Interdict. Rot. dec. 99. nu. 1. par. 1. & dec. 19. nu. 12 par. 2. diuers. Menoch. de retinen. remed. 3 num. 22. & fuit dictum in Meliten. beneficij 4. Iulij 1614. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & sæpe in alijs.*

Et quidem de d. possessione Canonicorum non solùm constat ex supradicta expulsione, sed etiam ex pluribus locationibus bonorum Monasterii capitulariter factis ante datam Breuis, *de quibus in*
2 *summ. num.* 10 & † quę concurrentibus adminiculis plenè probant possessionem, & adminicula, vltra supradictam expulsionem, sunt relatio Nuntii Apostolici, & attestatio Magistratus Nouesien. *de quibus in summario num. 11. & 12. Gabr. de locat. concl. 4. nu. 6. Cas. de Graff. dec. 10. in fin. de caus. poss. & prop. Seraph. dec. 896. nu. 2. & in recent. dec. 687. num. 4. par. 1.*

3 Non obstat, † quod Canonici ab Executoribus Apostolicis fuerint priuati omni possessione tam naturali, quàm ciuili, *Mohed. dec. 4 de rest. spol.* quia hoc procedit quando fuit ritè, & rectè processum, *& iustè possidet. vbi Bart. ff. de acq. possess. Angel. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas num. 2. in fin. & ibi Ias. num. 20. Claud. de Seissel. & alij. ff. eodem tit. Rot. decis. 802. num. 7. par. 1. diuers.* secus verò est,
4 † quandò minus ritè, & rectè processum fuit, nam tunc executor vti priuatus processisse cēsetur, *Ang. Imol. & alij in d. §. qui ad nundinas. & dixit Rota in Hispalen. beneficiorum 13. Martij 1596. corā Gyptio.* Quod verò in casu nostro neque ritè, neque rectè
5 fuerit processum, patet, tum † quia Canonici possessores non fuerunt citati, *cap. licet Episcopus. de*

prabend.

prabend. in 6. Felin. in c. fin. numer. 24. de prasumpt. Greg. XV. dec. 69. num. 5. cum quia literæ Apostolicæ loquuntur de Monasterio S. Nicolai plane diruti prope Oppidum Nouesii, & tamen fuit facta executio super Monasterio diuerso Beatæ Mariæ Virginis sito in Oppido Nouesii Magnifice extructo, 6 & ornato, adeò vt † ex ista æquiuoca, & excessiua executione satis appareat, non fuisse benè processũ, *Gabr. cons. 31. num. 7. lib. 2. Honded. cons. 20. num. 25. lib. 1. sel. rec. Greg. XV. dec. 355. num. 4.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. Merlino

Dertusen. Beneficij

Luna 5. Iulij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alio tunc in possessione non existente, prodest ad effectum manutentionis.*
2. *Iudex iniustè procedens non potest priuare aliquem ciuili possessione.*
3. *Manutenendus est qui immissionem iniustam passus non habuit se pro spoliato.*
4. *Ius tertij actor opponere non valet in beneficialibus.*
5. *Sententia an contineat mixturam ex verbis,* Non obstantibus prætensionibus &c.
6. *Mixturæ implicita complicatio non releuat ad effectum appellationis suspensiuæ.*

Decisio CCXXI.

DOmini censuerunt manutentionẽ in possessione Beneficii Sanctæ Annæ dandam esse Castelletto, quia docet de sua possessione, vt ex publico instrumẽto apprehensionis sub 1 die 26. Iunii 1623. † quod, cum alius tunc temporis non possederit, ipsi prodest ad effectum manutẽtionis *iuxta vulg. l. prædia. vbi Doct. ff. de acq. poss. Verall. dec. 334. num. 6. par. 2. Rot. recent. dec. 661. n. 1. par. 1. & sæpe in aliis.*

Nec visum fuit obstare, quod idem Castellettus à dicta possessione fuerit expulsus, & in eam immissus Villalta ab A. C. vigore Breuis de capienda possessione nomine Cameræ: Quoniam A. C. iniustè processit, *vt patet ex decisione in hac eadem causa* 2 *sub die 27. Aprilis 1626. coram me,* † indèque non potuit Castellettum priuare sua ciuili possessione, *l. fin. vbi gl. & Doct. C. si per vim. Aug. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. ff. de acq. poss. Bald. cons. 249. in fin. lib. 3. Rot. diuers. dec. 802. num.* 3 *6. par. 1.* † in qua propterea, cum nũquam se habuerit pro spoliato, vt expressè fuit protestatus in actu intimationis sibi factæ, venit omnino manutenẽdus, *Rot. coram Sanct. me. Greg. XV. dec. 46. num. 9. & inter recent. dec. 674. num. 1. par. 1. cum aliis in Placentina Præstimonij 24. Ianuarij 1615. coram me.*

Nec etiam releuat aliud obiectum, quod hæc possessio Castelletti fuerit capta pendente termino ad appellandum à sententia in partibus lata per Iudices Synodales super eo, quod ipse Castellettus esset immittendus. Etenim huiusmodi iudicium actum fuit, & Monachos, qui non sunt in hac causa neq; immo curarunt appellare, ac proinde Villaltã 4 dicitur allegare ius tertii; † de quo actor non valet opponere in beneficialibus, *ex latè traditis per Romanum cons. 347. num. 1. & seqq.* præcipue quando, vt in præsenti, sententia ad sui fauorem lata fecerit transitum in rem iudicatam *cap. Inter Monasteriũ, extra de re iudic. & quoad consultationem eod. & bene* 5 *Socc. sen. cons. 77. num. 10. lib. 4.* præterea † nec satis constat, quod prædicta sententia fuerit appellabilis vel continens mixturam ab informantibus pro Villalta deductam ex illis verbis, *Non obstantibus prætensionibus &c.* Quoniã dictæ prætensiones non fuerunt redactæ ad speciem, vnde nequit dici, quod petitorium respiciant, cum possint referri etiã ad possessorium, de quo agebatur ex remed. scilicet *l.* 6 *fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* † & consequenter istius implicitæ mixturæ complicatio non releuat ad effectum appellationis suspensiuæ, *Rota diuers. decis. 263. num. 1. & 2. & apud Cardin. Seraph. decis. 603. num. 1. & apud Sanct. mem. Greg. XV. dec. 232. num. 6.*

Et ita &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Florentina Hospitij

Luna 5. Iulij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Possessio attentata post appellationem non est manutenibilis.*
2. *Manutentio datur possessionem probanti.*
3. *Deputationes Vicarii amouibilis probantur effectuatæ eo ipso, quod per remotionem vnius alter fuit deputatus.*
4. *Locationes per se non probant possessionem, sed probant cum adminiculis, præsertim in summariissimo iudicio manutentionis.*
5. *Probationes leniores sufficiunt in manutentione.*
6. *Ampliat. vt sat sit probatio semiplena, & vnius testis.*
7. *Manutentioni locus est stante commissione cum facultate manutenendi quem de iure.*
8. *Continuans non attentat.*

Decisio CCXXII.

DIE Prima Iulii 1626. coram bo. me. Buratto, Io. Baptista Totio solum informãte, fuit ei denegata manutentio, ea scilicet ratione, quia ceperat possessionem post appellationem legitimè interpositam per A. R. Fratres Sanctæ Mariæ Nouellæ, & Hospitalarium Hospitalis Magni Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia, & 1 ideo † huiusmodi possessio, tanquam attentata, nõ erat manutenibilis, *cap. non solum. de app. in 6. cum vulg.* Hodie proposita de nouo causa vtraque parte informante, Domini eadem ratione, de quo dixerũt eidem denegandam manutentionem, & illam esse concedendam Conuentui Sanctæ Mariæ Nouellæ, & 2 ab eo deputatis, † quia constat de illorum possessione deputandi Vicarium, & Hospitalarium in loco Sancti Calcinai, de quo agitur, ex testibus datis in summario Conuentus *num. 2.* qui bene deponunt de huiusmodi deputationibus factis amouibiliter 3 ad nutum eiusdem Conuentus, † & dictę deputationes probantur effectuatæ ex depositionibus, eorũdem testium, dum dicunt, quod per remotionem vnius alter fuit deputatus, *ad cons. Oldrad. 129. num. 2. Rot. diuers. dec. 545. num. 2. par. 1. & in recent. dec. 360. num. 6. & 541. num. 2. par. 2.* & insuper accedunt quã plures locationes bonorũ Hospitalis, quę fuerunt

4 fuerunt factæ per dictos deputatos, quæ, licet per se nõ probent possessionẽ, cõcurrentibus tamẽ supradictis illã probant *Gabr. de locat. & cond. concl. 4. nu. 6. Cas. d e Grass. dec. 10. in fin. de caus. poss. & propr. Seraph. dec. 896. n. 2. Rot. decis. 687. n. 4. par. 1. in recẽt.* præsertim in hoc iudicio summarissimo manutentionis,† in quo sufficiunt leuiores probationes; *Rot. coram Greg. XV. dec. 258. num. 3. & dec. 324. num. 5. &*
5
6 *458. numer. 7.* &c.† etiam semiplena, & vnius testis, *Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 34. Rot. dec. 196. nu. num. 6. par. 1. & 375. nu. 1. lib. 3. par. 3. diuers.* vnde absque difficultate debet manuteneri Conuentus,
7 stante præsertim vltima commissione cum facultate manutenendi quem de iure, *iuxta tradita per Add. ad fel. record. Greg. XV. dec. 91. in fin.*

Quoad attentata ex parte Cõuentus Domini dixerunt de illis non constare, quia, cum per eum fuerit continuata antiqua possessio, intrat vulgata,
8 & trita conclusio, quod † qui continuat, non attẽtat, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 1.*

Et ita &c.

R. P. D. Merlino

Romana Census.

Luna 15. Nouembris 1627.

S V M M A R I A.

1 *Testis vnicus sufficit ad effectum manutentionis, & qualibet leuior probatio.*
2 *Cessionarius agere potest exequutiuè, & pro mandato de manutenendo ex obligatione camerali ad fauorem cedentis, & illius quasi possessione in iuribus incorporalibus absq; alia apprehensione.*
3 *Ampl. etiam quod non fuerit cessum ius reale, sed ius tantum exigendi aliquos illius fructus.*
4 *Solutiones factæ à marito constituunt quem in quasi possessione exigendi contra vxorem vti præsumptiuè facta de consensu vxoris, & num. 6.*
5 *Maritus mandatum habet à lege circa administrationem bonorum vxoris.*
6 *Fideiussor soluens potest reportare cessionem etiam ex interuallo, eaq; vti contra principalem debitorem, & illius heredes.*
7 *Mandato de manutenendo relaxato in annuis præstationibus, relaxatur postea separatim mandata executiuum ex stylo A.C.*
8 *Notariorum actuariorum fidei statur circa ordinatoria iudicij.*
9 *Exceptio respiciens petitorium, & altioris indaginis non retardat manutentionem.*
10 *Proximiorum appellatione veniunt etiam affines.*
11 *Proximiores extitisse, & habiles ad interessendum tempore contractus minoris probare debet contractum impugnans.*
12 *Mulier contrahens non proprio, sed tutorio nomine, non subijcitur solemnitatibus statuti de contractibus mulierum.*
13 *Falsitas allegata causæ in contractu non præsumitur*
14 *Iudicis decretum in instrumento, illiusq; obseruantia tollit suspicionem nullitatis, & causæ falsitatis.*

Decisio CCXXIII.

CVM D. Felix de Americis fideiussor pro annuo censu scut. 63. vendito à quadam Virginia de Americis nomine Pauli, & aliorum filiorum in pupillari ætate existentiũ precio scutorum 909. Capitulo, & Canonicis S. Marci de vrbe, & successiuè D. Cosmus Iacomellus hæres dicti felicis soluissent scuta 236. pro fructibus dicti census obtinuerant ab eodẽ Capitulo, & Canonicis cessionem iurium contra D. Antonium del Drago, & DD. Alberinos principales debitores census, & à filijs Virginiæ causam habentes, & in vim cessionis huiusmodi relaxatum fuit ab A. C. mandatum pro dicta summa, Vnde causa in Rota introducta, & mihi in gradu appellationis commissa, Dubitaui, an mandatum esset exequendum, & hodie Domini affirmatiuè responderunt.

Constat enim DD. Felicem, & Cosmum esse cessionarios Capituli, et Canonicorum S. Marci *summario eorum num. 3.* ipsos Canonicos esse creditores prædicti census, et in possessione exigendi fructus, probatur ex instrumento impositionis obligatione Camerali vallato, *summ. nu. 1.* et ex depositio-
1 ne vnius testis *summ. num. 5.* † qui sufficit ad effectũ manutentionis, in qua admittuntur quælibet leuiores probationes, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Rota dec. 28. num. 4. & 9. & dec. 196. num. 6. par. 1. diuers. coram Cardinale Seraphino decis. 624. nu. 5. & dec. 1326. num. 1. & coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 458. num. 2. vbi addent. nu. 3. & dec. 449. nu. 10.*
2 Et proinde,† sicuti Canonici, et Capitulum potuissent agere exequutiuè ad fructus census decursos, et non solutos contra prædictos debitores ita et D. Cosmus cessionarius Capituli potuit eodem modo agere tam vigore mandati de manutenendo, quod probata possessione cedentis in iuribus incorporalibus datum est cessionario etiam absque alia apprehensione, *ad trad. per Menoch. de retinẽd. remed. 3. num. 35. & 259. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 12. Ostsrb. dec. 50. nu. 5. & 21. Moltern. Rom. discept. forens. cap. 310. num. 1. & seqq. Rot. dec. 299. num. 7. & 241. num. 2. & decis. 614. num. 3. par. 1. & decis. 764. num. 2. par. 2. recent. & apud Modern. Perus. de Censibus dec. 149. & 850.* Quam etiam vigore obligationis Cameralis, cuius beneficium per cessionem fuit translatum in ipsummet cessionariũ, *ad l. huiusmodi, vbi gl. in verb. cedat. ff. de leg. 1. Bart. in l. 1. nu. 22. ff. de acti. & oblig. Galles. de oblig. Cam. q. 5. num. 1. Bero. cons. 189. num. 19. lib. 1. Paris. cons. 107. num. 90. lib. 3. Surd. cons. 444. numer. 12. & 13. Cardin. Seraphin. dec. 1210. num. 5. Rot. in recent. dec. 624. nu. 1. par. 1. & dec. 9. num. 1. & dec. 135. nu. 9. apud Galles. de oblig. Cam.*
3 Nec obstare Domini censuerunt,† quod, cum à capitulo D. Cosmo non fuerit cessum Ius reale census, sed instrumentum pro recuperandis fructibus decursis, non posit dici transiuisse in ipsum cessionarium quasi possessionem exigendi, et virtutẽ obligationis Cameralis, quæ cohærent iuri reali, quod remansit apud cedentem, *iuxta trad. per Butr. in c. fin. num. 14. de caus. poss. & propr. Com. cons. 93. num. 14. lib. 2. Rom. 311. num. 6.* Quoniam visum fuit sufficere, quod actio, et exercitium illius iuris realis fuerint cessa ipsi Cosmo ad hoc, vt posit pro consequẽdis fructibus solutis eodem remedio vti, quod competebat Capitulo, quodque ipse per cessionem acquisiuit, *Bart. in d. l. 1. num. 22. ff. de act. & obligat. Paris. cons. 64. num. 7. lib. 1. Bero. cons. 189. num. 19. lib. 1. Rim. Iun. cons. 67. num. 21.* et cessio Iuris realis perpetui census fuisset necessaria, si prætenderetur exactio etiam pro fructibus in futurum decurrẽdis,

et quotannis percipiendis, pro quibus cessionarij non agunt.

4 Minus obstat, † quod Cosmus non potuerit agere contra Pantasileam, et Hersiliam pro repetitione fructuum solutorum a Capitulo S. Marci, cuius Iure vtitur idem Cosmus, cum nunquã contra illas fuerit in quasi possessione exigendi, sed semper Mariti soluerint pro ipsis, sine quarum mandato non potuerunt constituere Capitulũ in quasi possessione; Quia respõsum fuit, solutiones huiusmodi præsumi factas fuisse de consensu vxorum, *ad tradita per Felyn. in cap. sicut. numer. 31. in fin. de sent. & re iudic. Canal. dec. 45. num. 12. in fin. par. 1. Rot. decis. 2. de caus. poss. & prop. in antiq. & fuit dictum in Veneta Cẽsus 10. Decembris 1610. coram bon. me. Card. Marcomontio.*

5 † Maritus enim habet mandatum à lege circa administrationem bonorum vxoris, *l. maritus. C. de procur. Paris. cons. 33. num. 67. lib. 1. Rol. cons. 64. nu. 2. lib. 4. Honded. cons. 66. nu. 23. lib. 1.* et ex lapsu 40. fere annorum pro pluribus successiuè continuatis solutionibus ex causa dicti census, aliisq; adminiculis, resultat præsumptio, quod cum ipsarum mandato, et scientia mariti soluerint, *Rot. dec. 146. part. 1. diuers. & dec. 43. num. 4. & 5. post tract. de Saluiano & coram Sanct. me. Greg. XV. dec. 275. num. 3. & 4. vbi adden. num. 19.*

6 Nec subsistit, quod iidem Canonici nõ potuerint cedere ius, quod iam fuerat sublatum, et actionem, quæ per solutionem factam ab ipso fideiussore remanserat extincta, et consumpta, quia dicebatur fuisse solummodo extinctam obligationem fideiussoriam per solutionem huiusmodi, non autem iura competentia creditori contra principalem debitorem, quæ potuerunt cedi fideiussori, et cessio suffragatur siue contra ipsum debitorem, siue illius hæredes, *iuxta tex. in l. Papinianus, & ibi glos. in verb. & suo nomine. ff. mandati. Bart. in l. modestinus. num. 4. Ang. num. 2. Castr. nu. 6. in fin. de solut. Gabr. cons. 63. num. 3. & 20. lib. 2. Rota decis. 184. num. 3. & 7. post tract. de Censibus, & fuit dictum in Romana pecuniaria 1. Iulij 1728. coram me.*

Non enim releuat, quod videatur, non bene fuisse actum remedio retinendæ, sed potius actione personali exequutiuè nulla facta mentione mandati de manutenendo, prout requirebatur in petitione mandati exequutiui. Quia respõsum fuit satisfuisse, quod in citatione ad videndum relaxari mandatum exequutiuum, fuerint repetita omnia iura, sub quia generali repetitione comprahensum fuit etiam man-

7 datum de manutenendo, & † de stylo A. C. relaxantur postea separatim mandata exequutiua, vt constat vt constat ex attestatione Notariorum A. C.

8 † quibus creditur in probando stylo circa ordinatoria Iudicij, *Ofasch. dec. 22. num. 15. & seq. Rot. in recent. dec. 644. num. 4. par. 1. & dec. 725. nu. 9. par. 2. & coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 141. num. 2. in eius impr.*

Nullitates vero circa impositionem dicti census ex eo deductas, quod non fuerint seruatæ solemnitates statuti Vrbis *cap.* 113. minus obstare Domini

9 existimarunt, tum quia, † cum hæc sit exceptio respiciens petitorium, & altiorem requirens indaginem, non est admittenda ad retardandum iudicium manutentionis, *Caputaq. dec. 342. par. 2. Rota decis. 99. num. 1. & 2. par. 1. diuers. & dec. 209. num. 7. post tract. de Censibus, & alios cumulat Modern. Rom. disecept. forens. cap. 113. num. 35. & 208. num. 14.* Tũ etiam quia ex lectura Instrumenti constat, fuisse adhibitas omnes necessarias solemnitates, & pro

10 pupillis interuenisse duos affines proximiores, † in quibus etiam verificatur, & satis adimpletur forma statuti, *Crescent. dec. 4. de constit. Rot. coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 479. num. 3. & fuit dictã in Romana nullitatis census 28. Februarij 1611. corã*

11 *Ortembergo*, & † stante Iudicis decreto præsumitur alios proximiores non adfuisse de tempore contractus, & alleganti contrarium incumbit onus probandi, ne dum quod alij extarent, Sed etiam quod essent habiles ad interessendum, *Rot. coram Achill. dec. 4. de præsumpt. & dec. 28. num. 5. & dec. 30. nu. 4. & 6. & 57. num. 1. apud Pie. de statut. Vrbis, & in*

12 *alijs sepissimè.* Respectu autem Virginiæ nullæ requirebantur solemnitates, cum contraheret nõ proprio, sed tutorio nomine, *Alex. in l. quarentem. num. 3. ff. de in ius voc. Paris. cons. 98. numer. 37. lib. 1. cum alijs per Marant. prax. de iudic. par. 4. distinct. 16. n. 37. & 38. & per Modern. Rom. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 502. & 504.*

Non obstat, quod in huiusmodi census impositione fuerit expressa falsa causa, dum fuit dictum, ex illis pecunijs extinguendam esse societatem spectantem ad pupillos, ad quos re vera non spectabat, sed potius ad Dominos de Americis, Quia id non iustificatur, & de prætensa hac falsitate non satis doce-

13 tur † cum tamen de iure non præsumitur, *Surd. cõs. 39. num. 7. & dec. 142. num. 4. & in his terminis fuit dictam in Romana donationis de Grandis 10. De-*

14 *cembris 1603. coram Penia*, † & obseruantia subsequuta per spatium quadraginta annorum iuncta Iudicis auctoritate, facit præsumi veram causam in Instrumento expressam, & tollit omnem falsitatis, aut nullitatis suspicionem, *l. 1. in fin. ff. de reb. cor. Castr. consil. 432. num. 2. lib. 1. Gabr. de Seru. concl. 5. num. 1. & seq. Rota coram Cardinale Seraphin. decis. 1432. num. 4. & coram Sanct. me. Greg. XV. dec. 406. num. 7. vbi addent. num. 20.*

Ex quibus conclusum fuit, mandatum A. C. esse exequendum &c.

R. P. D. Durano.

Ianuen. Parochialis

Veneris 19. Nouembris 1627.

S V M M A R I A.

1 *Possessione clara probata datur possidenti manutentio.*

2 *Petitorium respicientia non impediunt manutentionem.*

Decisio CCXXIV.

FVit per duas decisiones conformes resolutũ, constare de bono iure Monialium ad effectũ, vt debeant manuteneri in quasi possessione nominandi Vicarium, seu Rectorem Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ de Porta Ciuitatis Ianuen. Sed quia Illustrissimus Patriarcha Hierosolymitanus Archiepiscopus Ianuen. pars aduersa non acquieuit, Rota ex solita sua benignitate voluit, iterũ eum audire, vnde hodiè fuit causa proposita super eisdem, & resolutum, standum esse in decisis, placuerunt enim Dominis rationes, & motiua Decisionum.

Neque obstat, quod in dictis decisionibus dictum fuerit, dictam Ecclesiam esse Regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi, quæ ad petitorium videntur pertinere. Quia cum de ordine Rotæ videretur de bono iure ad effectum manutentionis, & pro parte D. Archiepiscopi ad fundandum ius suum ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quod dicta Ecclesia esset secularis, & Vicarius perpetuus, illa fue-

runt

runt etiam incidenter dicta, et ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramq; partem suspensum fuit. Et in omnem casum, etiam quod non constaret de Regularitate Ecclesiæ, 1 † ex quo possessio monialium est clara, et sic possessorium non dependet à petitorio cōpeteret eis manutētio. *Rota in Neapolitana iuris conferendi 19. Decēbris 1614. & 23. Februarij 1515. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, & in puncto Greg. XV. dec. 370.*

Cætera autem, quæ exaduerso adducebantur, dicebant Domini, quod 2 † aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissime satisfactum in prædictis Decisionibus, aut demum visum fuit, non indigere responsione.

Et ita vtraq; etc.

R.P.D. Merlino.

Alexandrina Archipresbyteratus.

Luna 24. Nouembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Compatiuntur se ad inuicem, vt quis reijciat titulū possidendi, & tamen insistat in possessione, nouo præsertim titulo validiori superueniente.*
2. *Renunciare quis potest causæ, & titulo possessionis, & ex superuenienti titulo adhuc continuare in possessione naturali, & de facto.*
3. *Animus ex facto subsecuto meliùs, quam per verba declaratus remanet.*
4. *Animus potissimùm attendi debet in amittenda, & conseruanda possessione.*
5. *Protestatio, & declaratio correspectiua ad renūciationem non potest ab ea separari.*
6. *In correspectiuis vnum alteri dicitur inesse, nec vnū sine altero acceptari potest.*
7. *Causa, & titulus possidendi est actus diuersus à possessione.*
8. *Renuncianti, qui adhuc de facto incumbit possessioni, competit manutentio.*
9. *Possessio reddita infecta ex decreto irritanti, quod inficit titulum, & possessionem, non est manutenenda.*
10. *Lim. secus. si superuenerit nouus, & iustus titulus cum renunciatione primi, & cōtinuatione in possessione.*
11. *Mutare quis potest causam possessionis ex nouo iure, & titulo, & meram detentationem efficere bonā possessionem.*
12. *Confessionem partis allegare non potest, qui eamdē impugnauit.*
13. *Attentata dici non potest possessio capta ante litem motam.*

Decisio CCXXV.

PErmanserunt Domini in decisis *sub die 28. Iunij præteriti coram me*, et sic manutentionem concedendam esse R.^do Massobrio, quia de illius possessione nec hodie dubitari poterat, cum iam solemniter illam appræhenderit, et plures actus in prima Decisione recēsitos exercuerit. Renunciatio autem facta in exequutionem decreti, quod in prouisione Apostolica fuit insertum, non percutiebat actum ipsius possessionis, vt quid facti, sed solum respiciebat causam, ex qua possessio deriuauit, nempe præsentationem factam ab assertis patronis, vt bene inferunt illa verba, Renunciauit institutioni, præsentationi, ac possessioni inde secutæ, et sic non absolute, et simpliciter renunciauit possessioni, quæ ex d. prouisione oriebatur. Hæcque 1 duo inuicem † se compatiuntur, quod nempe quis reijciat titulum possidendi, et tamen insistat in possessione, præsertim si nouus titulus validior super-2 ueniat. Et propterea † potuit Massobrius parendo decreto suæ prouisionis Apostolicæ renunciare causæ, et titulo possessionis, et tamen ex superueniente titulo adhuc cōtinuare in sua possessione naturali, et de facto, *Rot. apud Achill. decis. 4. de caus. poss. & prop. cum alijs in dec. allegatis*, et consequenter datur manutentio ad possessionem, non quidem ad illam ab initio appræhensam vigore præsentationis Patronorum, sed ad possessionem immutatā in vim noui tituli Apostolici.

Et quod re vera Massobrius in renūciatione hoc ipse intellexerit, scilicet conseruare possessionem de facto, et solum, reiecto primo titulo præsentationis, inhærere secundo, ex prouisione Apostolica apparet, et ex verbis eiusdem renūciationis, et ex fa-3 cto subsecuto, † per q̄ melius, quā per verba animus declaratur, *ad cap. dilecti. il 2. de appell. Menoch. cōs. 1. nu. 264. Rot. coram Card. Mantic. decis. 313. num. 7.* 4 † qui animus potissimum attendi debet, vel in amittenda, vel in conseruanda possessione, *l. 3. in princ. & §. in amittenda, vbi DD. de acq. poss. Abb. in cap. 2. numer. 3. de consuet. Nati. cons. 538. numer. 12. lib. 3. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 252. num 4.*

Ex verbis, quia statim, et immediatè in renunciatione declarauit, et protestatus est Massobrius, se velle possidere, beneficium in vim prouisionis Apo-5 stolicæ, et † hæc declaratio, et protestatio tamquā correspectiua ad ipsam renunciationem, non potest ab ea separari, et sic eatenus renunciauit possessioni sequutæ ex præsentatione, quatenus cognouit continuationi possessionis suæ esse consultum ex supradi-6 cto titulo, et † in correspectiuis vnum alteri dicitur inesse, nec vnū sine altero acceptari potest, *ad not. in l. penes. C. de pact. Aym. cons. 46. 1. nu. 39. Rot. corā Card. Seraph. dec. 540 nu. 4.*

Ex facto, quia die sequenti 9. Iunii immediatè post d. renunciationē interuenit Massobrius in Capitulo solemniter congregato pro traditione possessionis, et receptionis Iuramenti noui Canonici, et die 11. eiusdem collegialiter incessit in Processione Sanctissimi Corporis Christi cum alijs Canonicis, et sequuta turbatione die 16. eiusdem mensis Iunii obtinuit Massobrius à suo essequutore monitorium pro manutentione. Ex quibus deprehenditur, quod non dimisit, nec dimittere voluit possessionem, sed solummodo causam, et titulum possidē-7 di qui † est actus diuersus ab ipsa possessione *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poss.*

Et quatenus liberè renunciasset, et dimisisset, at-8 tamen, † cum perseuerauerit in possessione, et de facto illi incubuerit, non obstante huiusmodi renunciatione adhuc manutentio competeret, *iuxta doct. Innoc. in c. super hoc. de renunc. cum concord. alleg. in alia decisione vers. secunda quoq;*

Nec obstare Domini censuerunt, quod hæc 9 † possessio capta vigore præsentationis non possit manuteneri, cum reddita fuerit infecta ex decreto irritanti *reg. 8.* quod ne dum titulum, sed et possessionem inficit, & Massobrius confessus fuit, Archipresbyteratum esse reseruatum, et sic intrare *reg. 8.* 10 et illius decretum. Quia cessat hoc obiectum, † cū statim fuerit immutata causa possidendi, et ex nouo et iusto titulo effecta manutenibilis illa possessio, quæ prius erat infecta; per renunciationem enim vnius tituli statim acquisitus, & genitus est alter ti-

effectuata, dum idem Lazarus fuit per Vicarium Archiepiscopi Ianuen. deputatus cum narratiua, quod illum deputabat ad præsentationem Monialium, *cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & prop. Seraph. decis. 1412. numer. 2. & fuit sæpius d. eisdem.*

Neque obstat, quod de hac præsentatione non cõstet, nisi per simplicem enunciatiuam Vicarij Domini Archiepiscopi, 9 † cui non creditur de præsentatione facta, *Mascard. de prob. tom. 2. concl. 958. nu. 28. Caputaq. dec. 238. par. 2.* quia immo eius narratiua probat quasi possessionem præsentandi, *vt in pũcto Put. dec. 167. lib. 1. in nou. impress.* & ratio est, 10 quia † admittere præsentationem, & concedere institutionem spectat ad Vicarium iure proprio ratione sui officij, ac ex sua ordinaria iurisdictione alio speciali mandato *cap. ex frequentibus extra de instit. & ibi gl. & in cap. fin. de offic. Vic. in 6. Rocch. de iurepatr. verb. competens. qu. 31. Couar. lib. 3. var. cap. 20. num. 7. Garz. de ben. 7 par. 5. cap. 8. numer. 85. cum 11 seq.* † Vicario autem attestanti de spectantibus ad eius officium plene creditur, *Rot. dec. 313. par. 1. re-12 cent.* † Non minus quam Episcopo, quia militant in eo omnes rationes, quæ in Episcopo attendi *Rot. dec. 11. de iure patr. in nou. & apud Caputaq. dec. 87. par. 3.*

Nec contrarium probat *d. dec. Caputaq. 238. par. 2.* Quia, vltra quod nulla ibi fit mentio de effectuatione, quæ secuta, & nõ aliter intrat contra cõclusio[n]em supra firmatam, *& d. decisio Putei.* non impugnat *Caputaq. d. concl.* ex defectu potestatis Vicarij, sed 13 quia † in casu illius decisionis non attestabatur Vicarius de præsentatione facta coram ipso, vt in casu nostro: Sed coram alio, nempe coram Episcopo, cui propterea non creditur, prout distinxit *Rot. in Iacen. Pensionis 16 Decembris 1591 coram Card. Pamphilio*, Mascard. vero in loco citato, & decisiones Rotæ per eum ibi allegatæ loquuntur in simplici enunciatiua Vicarij de iurepatron. cui non est standum in præiudicium Episcopi, non autem quando, vt hic, attestatur de actu coram se gesto ratione sui officij.

Non obstat etiam, quod dicta enunciatiua Vicarij fuerit de actu de præterito, dum Vicarius non enunciat, Lazarum tempore deputationis fuisse per Moniales nominatum, Sed nominationẽ fuisse antea factam ex illis verbis, *ibi fuisse præsentatum coram nobis*, & rursus, *ibi & habita prius per nos iuridica informatione de eius sufficientia* Quę informatio videtur necessario capta post nominationem, & mul-14 to magis deputatio inde secuta, † quo casu nec ipsi Episcopo attestanti de actu institutionis credendum est de aliquo actu de præterito, nisi quatenus vno, eodemque tempore coram eo, & per eum factæ extitiꝭ, *Rot. dec. 16. de probat. in antiq. Crescent. dec. 13. de probat. & Put. dec. 374. lib. 1. & Rot. in Portugallien. Vicaria apud Garziam par. 8. cap. 4. num. 45. & in Vicen. Beneficij 11. Decembris 1619. coram bo. mem. 15 Vbaldo.* Et quod † Vicario attestanti de examine non credatur, *dixit Rota in Placentina Parochialis 14. Iunij 1619. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.*

Quia respondetur, quod immo iuxta doctrinam 16 *Bart. in l. post dotem num. 21. ff. solut. matr.* † actus enunciatus in aliquo instrumento per verba importantia tempus præteritum præsumitur tempore instrumenti gestus, si potuit eo tempore fieri, ita vt præteritum non intelligatur ex interuallo, sed in continenti, aut de modica præteritione, prout passim Notarij in instrumentis sic asserunt; dedit, vendidit, & tradidit, quæ sunt verba præteriti temporis, & tamen intelliguntur de eodem tempore confectis instrumenti, *ex Bart. vbi supra, cuius doctrina est cõmuniter recepta, Ias. ibidem nu. 85. Alciat. de præsum. reg. 3. præsum. 35. num. 3. Menoch. præsump. 18. lib. 3. & cons. 87. num. 68. Barbos. in d. l. post dotem. nu. 26. & Cenc. de Cens. par. 2. cap. 1. quæst. 1. num. 9.* Vnde 17 † etiam attestatio Vicarij de præsentatione Monialium, & examine præsenti per verba de præterito debet eodem modo intelligi, cum præsentatio, examen, & deputatio bene potuerint vnica hora, & cõtextu expediri. Et tanto magis, quia stante iuris assistentia pro monialibus deputatio Vicarij verisimiliter præsupponit nominationem illarum, & examẽ 18 præsentati, & ideo † ex solo actu institutionis præsumitur præcessisse, *Rot. dec. 11. de iurepatr. in nouis.* Nec aduersantur, *dec. 16. de probat. in antiq. & dec. 19 Crescent. & Put.* allegatæ, quia loquuntur † in casu quando Episcopus in literis assererit, quod contulit Beneficium vacans per resignationem in eius manibus factam, & per eum admissam, cui merito non creditur propter præsumptionem antidatæ in præiudicium Tertij, nempe Prouisi Apostolici, aut resignantis, nam aliter esset in facultate ordinariorum priuare beneficiatos suæ Diœcesis, asserendo, eos in eius manibus resignasse, quo fit, vt multo minus eius Vicario in hoc credatur. Decisio vero Portugallien. non applicatur, dum dicit, quod non creditur Episcopo, qui in erectione cuiusdam Vicariæ asseruit, 20 Parochialẽ fuisse vnitã Monasterio, & † sic de actu de præterito, qui coram eo vnico contextu fieri nõ potuit, *Garz. vbi supra num. 26.*

Minus releuant decisiones *Vicen. Beneficij, & Placentina Parochialis supra etiam allegatæ*, quia in illa Vicentina Vicarius non attestabatur de actu de recenti, & coram se facto, & qui debebat necessario præcedere pro fundamento actus gesti, sed de actu de præterito facto coram Episcopo cum relatione ad quoddam instrumentum, de quo non constabat quod non potuit, Vicario absente, coram quocumque Notario celebrari, cum tamen in casu nostro presentatio Monialium de persona Lazari debuit fieri, vel exhiberi coram ipsomet Vicario instituente. In decisione vero Placentina erat solum simplex Vicarij 21 fides, † quæ non facit fidem, *Mantic. dec. 51. num. 6. Seraph. dec. 128. num. 1.* & attestabatur de examine, & reprobatione, & sic de actu de præterito coram aliis gesto, & in præiudicium tertij, cuius assertioni ideo non fuit habita fides.

Nec etiam officit; si dicatur, quod Vicarius in casu nostro attestatur de præsentatione Monialium in præiudicium tertij, scilicet D. Archiepiscopi, 22 quia, cum † ipsi vnum, & idem constituant Tribu-23 nal, factum vnius † reputatur factum alterius, ita vt D. Archiepiscopus non possit dici tertius respectu sui proprij Vicarij in his, quæ competunt Vicario ex natura Vicariatus, prout competit institutio, 24 sicut in simili † scientia officialis dicitur scientia Domini, eique præiudicat, quando ille in actu interuenit vti officialis, & scientia prouenit ex actu ad ipsum, aut Dominum spectanti, *Bart. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publican. Alex. cons. 6. num. 8. 25 lib. 1. Rot. dec. 507. par. 1. recent.* Idcirco † creditur Vicario in præiudicium Episcopi de omnibus narratis in Instrumento institutionis, quãdo illa, vt hic eodem tempore, & momento interuenerunt, vt late *Crescent. dec. 1. de offic. Vic. num. 5. cum seqq.* Vbi etiã Vbi etiam quod pro actus validitate præsumuntur eodem momento facta.

Non obstat præterea, quod Moniales prætendunt esse in quasi possessione præsentandi Vicarium ad nutum earum amouibilem, cum tamen Lazarus nõ fuerit deputatus ad nutum, nec Vicarius enunciet istam qualitatem, sed solum simplicem præsentationem, etenim respondetur, quod nec etiam enunciat, quod deputatio fuerit facta in perpetuum, vnde 26 † præsumitur temporalis iuxta naturam suam; & & iuris dispositionem, qua attenta in Ecclesia Regulari,

gulari, qualis est hæc Monialium, deputatur Vicarius temporalis, *d. cap. 1. de cappell. Menoch.* & ex constitutione Pij V super Vicarijs edita, *Gonzal. gl. 5. §. 6. num. 7.* Et quando ex hoc, aut alio ex supradictis obiectis præsentatio Lazari pateretur difficul-
27 tatem, tamẽ, † quia fuit effectuata, fuit ex ea acquisita Monialibus quasi possessio in præiudiciũ D. Ar-
28 chiepiscopi, *Put. dec. 183. lib. 1. nouis.* Etiam † quod effectuata in sequuta fuerit ex institutione nulliter facta per eius Vicarium, *vt dixit Rota in vna Barcharea. coram Achille de anno 1555. quam refert, & sequitur Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 104.*

Demum non obstat, quod dicebatur, scripturam de anno 1554. per quam probatur hæc præsentatio Lazari, non esse in forma probanti, vti exemplum extractum à Notario Actuario Episcopi Sauonen. ab altero exemplo per Antonium Roccataliatam desumpto ex Protocollo cuiusdam Hieronymi Roccataliatæ eius antecessoris in officio, quæ propterea
29 tamquam sumptum † de sumpto fidem non facit, *Ant. August. in epit. de exemp. num. 4. Put. dec. 152. lib. 3. & Rota par. 1. recent. dec. 197.* Quia fuit be-
30 ne responsum, quod ad hunc effectum † sufficit obseruantia contentorum in dicta scriptura ex vacatione per obitum Lazari à Monialibus electi cum alijs pluribus adminiculis, quæ hic concurrunt, *Bal. cons. 400. num. 5. lib. 4. Corn. cons. 101. num. 4. & cons. 158. num. 1. & 2. Rot. in recent. dec. 472. nu. 3. par. 1. & dec. 78. nu. 1. par. 3.*

Et cessat penitus difficultas, quia fuit mihi datũ & Dominis in Rota ostensum Instrumentum dictæ præsentationis, quod fuit ordinatum poni in Actis, non ab exemplo, sed ex Protocollo Hieronymi de eo rogati, extractum per dictum Antonium eius in officio successorem, quod est illud idem, quod fuit productum coram Episcopo Sauonen. citata parte,
31 † quæ nihil opposuit, quod ideo fidem facit, *Bar. in l. 1. § si quis ff. de bon. poss. secundum tab. Abill. dec. 2. num. 7. de offic. deleg. Rot. dec. 27. num. 1. & 581. num. 4. par. 2. recent.* Nec dubitarunt Domini de notariatu Antonij, quamuis ille non se enunciet Notarium
32 quia in fine suę subscriptionis adest dicto, &c. † quę comprehendit dictam qualitatẽ, *Zabarell. cons. 133. num. 1. in fin. vers. aliter.* Et præsertim accedente legalitate Vicarij D. Archiepiscopi attestantis de Notariatu tam Antonij, quam Hieronymi eius prędecessoris.

Secunda nominatio facta legitur de anno 1573. de persona Bartholomei Scanilię per obitum su-
33 pradicti Lazari, † cuius effectuatio videtur etiam non posse controuerti, quamuis non constet de formali institutione. Primo, quia cum Monialibus ius assistat, & d. nominatio probetur per eas facta, eo ipso, quod Scanilia nominatus cum effectu tamquã Vicarius postea curam exercuit, & non constat de alia deputatione D. Archiepiscopi, nec de alio titulo, præsumptio est, quod possedit vigore præsentationis, quæ de iure fieri debuit, & sic huius præsentationis Monialium, *vt dixit Rota in d. Vicen. Beneficij 11. Decembris 1619. coram bo. me. Vbaldo.* Secundo, quia Scanilia fuit præsentatus per obitum Lazari, qui fuerat institutus ad præsentationem Monialium, post cuius obitum incontinenti possedit Scanilia, quo defuncto, fuit etiam per Moniales electus Bartholomeus Facciottus, qui etiam possedit, vnde benè probatur effectuatio, *iuxta cons. Oldrad. 229. sæpius per Rotam canonizatum Lambert. de iure patr. lib. 2. par. 1. q. 10. art. 7. Rota dec. 545. num. 2. & dec. 598. nu. 9. par. 1. diuers. & fuit dictum in dec. In hac causa facta coram me vers. quia in primis.* Quod vero vacatio obtigerit per mortem Scanilię, asseritur in requisitione, seu præcepto tunc Archiepiscopi Monialibus facto de anno 1594. & de hoc numquam fuit dubitatum. Tertio, & tandem tollit omne dubium Visitatio Apostolica de anno 1582. vbi fit mentio, & claris verbis adnotatur, quod Scanilia, qui tunc erat Vicarius d. Ecclesię, fuit institu-
34 tus ad nominationem Monialium, † ex Visitatione autem bene comprobatur præsentatio, & institutio, *Caputaq. dec. 158. par. 2. Rot. decis. 573. num. 4. par. 2. recent.*

Neque obstat, quod hæc præsentatio Scanilię facta fuerit ad crates Monasterij, quia, ex quo pręsentationis Instrumentum fuit factum in loco solito, & vbi debuit fieri, non excluditur, quin illud potuerit coram Ordinario exhiberi, & obtineri ab eo institutio, prout præsumitur ex supradictis, eo ipso, quod de alio titulo non constat, & quia ex possessione Monialium de pręterito vigore nominationis, & depu-
35 tationis de anno 1554. † præsumitur, eas suam cõtinuasse possessionem in futurum, dum illa non probatur amissa, *Glos. Bal. & alij in l. siue possidetis. C. de probation. Menoch. præsumpt. 64. lib. 6. per tot. & in puncto Rota in Fanen. beneficij 11. Decembris 1620. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec etiam releuare visum fuit, quod Visitator Apostolicus in d. Visitatione dixerit, quod Scanilia habebat curam animarum ab anno 1573. sub die 29. Ianuarii, & tamen præsentatio Monialium facta legitur 31. eiusdem mensis, & anni, & ideo quod Institutio Scanilię non potuit esse facta ad Monialiũ nominationem subsecutam biduo post d. institutionẽ, sed liberè ab Ordinario. Quia, vltra quod cessat omne dubium ex eodem instrumẽto nominationis, ex quo clarè colligitur, quod Scanilia fuit bis per Moniales nominatus. Primo statim post obitum Lazari; & postea d. die 31. Ianuarii, quę reiteratio eo magis, ac magis denotat enixum animum Monialiũ continuandi possessionem; Domini vlterius aduertebant, Visitatorem non asseruisse, Scaniliam fuisse prouisum die 29. Ianuarii, Sed postquam dixit, curã istius Ecclesię exerceri per cappellanum ad nutum Monialium amouibilem, qui tunc erat Bartholomeus Scanilia; Subdit, quod ille habebat curam animarum à die 29. Ianuarii, pręuia approbatione Examinatorum Synodalium, quæ admissio, seu approbatio generica ad animarum curam, non infert ad institutionem, seu prouisionem istius Ecclesię sub illamet die, alioquin Visitator asseruisset de directo
36 contrarium: cum † tamen semper sit decreto res temperanda, ac ita interpretanda, vt dispositio non mereatur à sapiente reprehendi, *l. Saluius Aristo. ff. de leg. Praslau. Paris. cons. 3. num. 23. & seqq. lib. 2.* Vnde admissio Scanilię ad curam, de qua meminit Visitator, intelligi debet, quod ille præcedenter fecit se approbare generaliter, vt faciliùs Moniales alliceret ad illum præsentandum, prout biduo post fuit per eas præsentatus, & sic pręsumi, quod succes-
37 siuè fuerit etiam institutus. † Hoc enim verisimili temperamento ad concordiã reducuntur verba visitationis, *adnot. per gl. in l. si negotium verb. gestorum. C. de neg. gest.* Et saluatur ius competens Monialibus tam de iure, quam ex quasi possessione præsentandi in qua erant.

Postremo non obstat deputatio cuiusdam Figarolii de anno 1588. pro exercenda cura d. Ecclesię. Ex ea enim nihil Monialibus deperit, nec D. Archiepiscopo fuit aliquod ius acquisitum, quia, vt dicitur in decisione in hac causa facta, ille fuit deputatus in vice Curatum loco Scanilię de eius consensu, & ex libro matrimoniorũ apparet, quod Scanilia tam ante, quam post d. deputationem exercuit vti Curatus d. curam, & Figarolius ibidem vocatur simplex Præsbyter. Et remouetur omnis scrupulus, quia postea de anno 1594. vacauit hæc Vicaria per obitum Scanilię, non autem Figarolii. Nec dubita-
38 ri potest, † quin, viuente adhuc Scanilia, potuerit de eius consensu fieri per Ordinarium dicta Depu-

tatio

tatio vice Curati etiam sine consensu Monialium, *Feder. de sen. cons. 95. num. 3. vers. item super eo, quod quæritur.*

Tertia Monialiũ præsentatio fuit de anno 1594. per obitum supradicti Scanilliæ in personam Bartholomei Facciotti etiam ad crates electi, & D. Vicario per earum Procuratores præsentati, ac per 39 eum admissi, si, & in quantum, † cuius effectuatio nullo etiam modo, nullaq; ratione potest controuerti, tùm quia iuxta superius dicta tam de iure, quam ratione quasi possessionis Monialiũ illa debuit admitti, *Ferrett. cons. 33. numer. 4. cum seqq. lib. 2.* prout etiam, illam fuisse admittendam, declarauit Sacra Concilii Congregatio in literis Vicario D. Archiepiscopi directis, & præsẽtatio de anno 1595. quæ propterea fuit admissa ex clausula, *si, & in quantum*, 40 † quę hoc operatur, *Bal. in l. edita num. 98. C. de eden. in 2. lect. Mart. de claus. par. 1. claus. 5 12. n. 1.* sicut de appellatione ita admissa tradit *Roman. cons. 501.* & in puncto, quod præsentatio cum d. clausula censeatur admissa, si de iure est admittenda, *dixit Rota dec. 687. par. 1. diuers. quæ apud Seraph. est dec. 499.* tum etiam quia postea de anno 1609. vacauit hęc Vicaria per obitum Facciotti, Vnde pro eius effectuatione ad effectum quasi possessionis Monialium, vltra vulgare consilium *O. drad. 229.* supra allegatum, militant etiam, & applicantur omnes rationes supra deductæ pro effectuatione secundę præsentationis.

Neq; obstat, quod constet de alia deputatione d. Faciotti facta die 13. Octobris eiusdem anni, absq; vlla penitus relatione ad Monialium præsentationẽ prius factam, quia preterquam quod ista secunda 41 deputatio fuit per modum prouisionis, quę † ideo nullum statum facit, *cap. cum vos, vbi Abb. num. 1. de off. ordin. Rebuff. de sent. prouis. in præfat. num. 37.* d. deputatio non excludit, quin adsit alia anterior prout adsuit ad præsentationem Monialium admissa, si, & in quantum. Quinimò aut inde excluditur, & nulla redditur secunda deputatio vti facta Monialibus 42 ignorantibus, † quarũ possessio propterea non fuit interrupta, *Cald. d. cõs. 12. in fi. de iurepatr. Seraph. dec. 337. num. 2.* vel dicendum, quod ex illa secunda deputatione potius censeri debet continuata Monialium possessio, *iuxta regul. l. 2. C. de acq. poss.* prout illam continuate semper Moniales crediderunt, de qua credulitate videtur, non esse hęsitandum ex quo, sparso postea rumore, quod D. Archiepiscopus intendebat deputare alium Vicarium, Moniales recurrerunt ad Sacri Concilii Congregationem, & ab ẽa reportarunt literas, quas, vt dictum est, præsentauerunt Vicario D. Archiepiscopi petentes manuteneri. Quo factũ fuit, vt Facciottus semper visus fuerit continuare in pristina possessione, in qua erat ad præsentationem Monialium vsq; ad annum 1609. quo ille obiit, & quod Moniales ideo toto hoc tempore alium non nominarunt, quia Facciottus eis gratus, & per ipsas nominatus curam administrauit.

Nec releuat, quod in memoriali nomine Monialium S. Congregationi porrectum fuerit narratum, quod D. Archiepiscopus recusabat admittere, & approbare Vicarium ab eis nominatũ, quasi inde colligi videatur, quod Facciottus numquam fuit per D. Archiepiscopum deputatus, quia, ex quo ille fuerat tam admissus, si, & in quantum, dicta narratiua necessario intelligi debet in eo sensu, quod non admittebatur liberè, & simpliciter, aut quia idem Facciottus fuit etiam deputatus per viam prouisionis, quod fieri non poterat in earum præiudicium. Et cessat penitus, quia semper Facciottus curam potiùs exercuit vti Vicarius titularis, quam per modum prouisionis; tùm ex quo deputatio cuiusdam alterius Vicarii per D. Archiepiscopum facta numquã habuit effectum, tùm etiam, & multo magis, ex deputatione Iacobi Sybillę in vice Curatum, de licentia tamen Facciotti Curati facta die 20. Aprilis anni 1595. & ex alijs duabus similibus deputationibus in vice Curatum de persona Io: Baptistæ Barrilarij de 43 anno 1604. & 1608. quæ, † vti factæ de Facciotti licentia, denotant, quod ipse potius vti titularis, & sic ad præsentationem Monialium, quam per modũ prouisionis possedit, quia vti talis non potuisset consentire, vt alius substitueretur, qui eius nomine curã exerceret, *ad l. fin. ff. de off. eius, & l. a Iudice. C. de iudic.* ex quibus possessio Monialium vsque de anno 1609. quo Facciottus decessit, & per eius obitum hæc Vicaria vacauit, visa fuit Dominis semper cõtinuata, & quod ex aduerso vsq; ad hoc tempus non constat de aliqua prouisione, vti de libro.

Superest nunc expendere secũdum dubium supra excitatum videlicet, an à d. anno 1609. quo obiit Facciottus vsq; ad tempus litis motæ semper Moniales continuauerint in d. quasi possessione, in qua tunc erant. Et certum est, quod regula stat pro Mo-44 nialibus, itaut ei, † qui probat olim possedisse, vti probant Moniales, detur hodie manutentio, dum ex aduerso possessio non probatur amissa, *Bal. in l. 1. nu. 12. C. vti possid. Dec. cons. 126. circa fin. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, vers. ex istis. de caus. possess. & propr. Rot. dec. 81. par. 1. diuers. Greg. XV. dec. 555. nu. 10. & in puncto Rota in d. Fanen. Beneficii supra allegata coram R. P. D. meo Pironauo, & in Papien. Iur. patr. 9. Aprilis 1601. coram bo. mem. Card. Pamphilio.* Et 45 ratio est, † quia possessio solo animo retinetur, *l. li-46 cet. C. de acq. poss.* † mutatio autem voluntatis non 47 præsumitur, *l. cum, qui C. de probat.* vnde † qui in præteritum possedit, præsumitur semper in futurum possedisse, animumq; continuandi possessionem habuisse, *l. 3. § si seruus. ff. de acq. poss. Innoc. in cap. 2. de* 48 *rest. spol.* etiam † quando iamdiù possedit, *Menoch. præsumpt. 64. num. 4. lib. 6.* adeò vt olim possidens semper pro se habeat præsumptionem, ita vt 49 † onus probandi possessionis amissionem incumbat Aduersario, *l. circa. ff. de probat. l. libertus. §. vlt. ff. de liber. caus.* vnde stat difficultas, An amissio probetur D. Archiepiscopum, & visum fuit eam nullo modo probari, maximè stante iuris assistentia pro Monialibus.

Non obstat, quod defuncto Facciotto de d. anno 1609. D. Archiepiscopus deputauit eamdem Barrilarium, qui, vt dictum est, Facciotto viuente fuerat deputatus eius vice Curatus, ex qua deputatione prætendit D. Archiepiscopus, ipsũ acquisiuisse quasi possessionem consendi, prout etiam idem prætendit ex alia deputatione cuiusdam Albertonii de anno 1612. quia fuit bene satisfactum, quod hæc vltima 50 de Albertonio dedit causam liti, † quæ propterea non est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. dec. 417. nu. 4. & in recent. dec. 30. num. 1. par. 2.* Deputatio vero Barrilarii, in qua fit præcipuum fundamen-51 tum, fuit per modum prouisionis, † quę idcirco non mutat statum præcedentem, *ex Rebuff. vbi supra,* & 52 ratio est, quia † ordinariu auctoritate potest deputare Vicarium, seu Oeconomum in beneficio vacãte, interim, & quousque de Rectore prouidetur, aut cognoscitur de iuribus eligentium *d. c. cum vos. cap. peruenit. el. 1. & ibi gl. verb. assignes, extra de appel. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 18. vers. alioquin. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 18. num. 2.* vnde, cum huiusmodi deputatio non fiat ad firmandum statum, sed ad interim, tantum, nec minimum quidem præiudicii ex ea infertur illis, qui antea possidebant, sed interim eorum ius illęsum conseruatur; aliter enim possent Episcopi canonum auctoritate spoliare Patronos 53 sua quasi possessione, † quod esset iniquum, *Hostien. in dict. cap. cum vos. vers. Insistere, & ibi Anchar. not.*

Non

Non obstat etiam, quod Barrilarius sic deputatus continuauerit in d. cura vsq; ad mortem, quę fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper remansit Monialiū, ex quo etiam semper Barrilarius vsque ad mortem visus fuit d. curam exercere per modum prouisionis, nihil enim est, cur non potuerit sic exercere, ergo sic exercuisse credendum est, dum non constet de alio eius titulo, quam de isto. Quin-
54 imò † stante quasi possessione Monialium, de qua opponebatur, nō potuit D. Archiepiscopus interim prouidere, nisi per modum prouisionis, non autem de Rectore perpetuo, *Gl. in d. cap. cum vos. vers. causa, & ibi Io. Andr. nu. 4. vers. alia de causa, & Card. num. 2. q. 4* vbi quod esset iniustum, & indignum, vt vna pars in præiudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuo faceret, vel innouaret.

Minus obstat noua pretensio, & subtilitas Aduocatorum, scilicet, quod ex deputatione Barrilarii per modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manutenendus in quasi possessione prouidendi per modum prouisionis, quia, ut hoc pretēditur ad conseruandum ius D. Archiepiscopi sic prouidentis à iure sibi datum, & hoc non est sub lite, aut ad effectum impugnandi Monialium quasi possessionem, itaut ideò desierint possidere: Et dicebant DD. quod hoc non merebatur allegari, quia sic omnes quasi possessiones patronorum, quantumuis iustificatę, euanescerent, aut tandem id prætenditur ad effectum, quod cum d. Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per modum prouisionis, quantum est dicere ad nutum amouibilē iuxta testes D. Archiepiscopi super hoc vsu loquēdi nouissimè examinatos, ita vt deputatio Barrilarii non solum fuerit prouisionalis, sed etiam prouisiua, & consequenter quod D. Archiepiscopus sit manutenendus in quasi possessione deputādi Vicarium ad nutum amouibilem, quod si subsisteret, excluderetur penitus manutētio Monialium ad earum nutum, quę quidem prætensio ne dum iure probatur, sed est contra ius expressum, quia iuxta præscriptam formamà Conc. Trid. & ex Constitutione
55 Pii V. † Ordinarii debent de Parochialibus prouidere in perpetuum, & per concursum, non autem amouibiliter, aliter enim resideret cura huius Ec-
56 clesiæ principaliter penes Archiepiscopum, † qui est incapax plurium Ecclesiarū, *Seraph. dec. 1304. n. 2. Rota in Pamphilonen. decimarum 13. Decembris 1592. coram Comitulo*, vnde propter decretum irritans, & clausulam, *sublata*, appositam in Concilio, & in d. Constitutione non potest dari possessio rele-
57 uans, quæ sit manutenibilis, quia † claudunt os parti & tollunt facultatem Iudici aliter iudicandi, *Bart. in l. fin. C. de Canon. Framen. Vrb. Rom. lib. 11. Card. in cap. quia diligenter, vbi etiam Imol. de elect. & fuit sæpissimè decisum.*

Nec etiam obstat, quod postea D. Archiepiscopus indixerit concursum huius beneficii tamquam de libro, & quod Barrilarius fuit vnus ex approbatis per examinatores, licet aliis duobus votis inferior. Vnde dicebant informantes pro D. Archiepiscopo inde præsumi, quod Barrilarius, mutata priori causa possidendi, possedit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab ordinario. Nam dicebant DD. quod dū non apparet, quod post tentum concursum alium titulum obtinuerit, potiùs præsumi debet, quod semper permansit prior causa, & deputatio expressa per
58 modum prouisionis, quia, † vbi habemus causam expressam, cessat tacita, & pręsumpta, *l. cum ex filio. §. filio, vbi gl. ff. de vulg. Angel. Perus. cons. 248. Crauet. cons. 32. num. 2.* & vbi gratia expressam causam habet, non debet ad aliam trahi. *Rota dec. 166. num. 7. par. 2. recent.* Quinimò ex testibus datis per D. Archiepiscopum excluditur penitus pręsumptio tituli perpetui, dum deponunt, Barrilarium semper fuisse tentum, & habitum pro Curato amouibili, & ex quo fuit votis inferior, non debet præsumi, quod fuerit electus, & præsertim, quia Moniales appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ ideo nō fuerunt appellationem prosecutæ, quia D. Archiepiscopus grauare cessauit, non procedendo ad deputationē vigore concursus, sed permittendo, quod idem Barrilarius, vti prius per modum prouisionis, continuaret exercitium d. curæ, & in omnem casum nouus titulus, & noua possidendi causa superueniēs ex facto D. Archiepiscopi, Monialibus ignorātibus eis non noceret ad effectum, de quo agitur, *iuxta d.*
59 *cons. Calder. 12. in fin. de iurepatr.* sed † potius habēdum esset, ac si Moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro conseruatione sui iuris, *Dec. cons. 126. circa fin. & dixit Rota in d. Papien. iurispatr. 9. Aprilis 1601. coram Card. Pamphilio.*

Non obstat præterea acquiescentia, seu taciturni-
60 tas Monialium toto dicto tempore, quia † non potuit plus eis præiudicare, quam actus ipse, qui, si tāquam factus per modum prouisionis, eis non præiu-
61 dicabat, ergo nec acquiescentia. Nec † Ordinarius præscribit libertatē aduersus iuspatronatus per simplicem non vsum presentandi Patronorum, sed requiritur factum Ordinarii directè contrarium seruituti Iurispatronatus, hoc est libera collatio, *ad l. hac autem, & ibi DD ff de seruit. vrban. prædior. & in puncto Rota dec. 109 num. 8. par. 2. diuers.* prout etiam, nec Monialibus obesse potuit, quod dum instarēt pro admissione d. appellationis, Vicarius D. Archiepiscopi eam ne dum reiecit, sed dixit eis nullum ius competere nec in possessorio, nec in petitorio; fuit enim simplex interlocutio sine citatio-
62 ne, & causę cognitione, & notoriè iniusta, † quæ ideo non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare, *iuxta notat. in c. inter cæteros, vbi Felin. & aly. de re iud. Cas. de Grass. dec. 2. nu. 8. de solut.*

Postremo, ac tandem non obstat, quod Moniales corā Episcopo Saonen. petierint reintegrari, quasi ideo confessę fuerint, eas non possidere: sed D. Archiepiscopani, petitio enim reintegrationis fuit
63 æquiuoca, vnde † debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto, *Rota decis. 560. nu. 3. par. 1.* non autem ad possessionem Ciuilē quæ semper remansit apud Moniales, *Rota dec. 561. num. 5. par. 1. recent. & addent. ad Greg XV. dec. 555*, quæ distinctio, quidquid contenderint informantes pro D. Archiepiscopo, etiam locū habet in iuribus
64 incorporalibus, † in quibus datur etiam duplex possessio, Ciuilis, & naturalis, *Bar. in l. 1. num. 12. vers. in contrarium. ff. de acq. poss. & in puncto Guidopap. decis. 629. num. 14. & Rot. decis 649. num. 10 part. 2. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. Pirouano

Placentina Decimarum

Mercurij 21. Aprilis 1627.

S V M M A R I A.

1. *Possidenti ante motā litem manutentio denegari non solet.*
2. *Decreta Iudicum iustitiæ, & validitatis præsumptionem habent, & num. 5.*
3. *Possessio ante motam litem continuata præsumitur vsque ad litem motam alio ex aduerso non probato.*
4. *Continuatio præsumptiua possessionis sufficit in summarijssimo retinendæ.*

5 Testes

5 *Testes examinati sine citatione, & nō iurati an probent in iudicio manutentionis.*

6 *Factum perceptionis fructuũ sufficit ad manutentionē absq; probatione tituli, aut iustitiæ possessionis.*

Decisio CCXVIII.

DIctum fuit, Archipresbytero Bilcgni dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi linum, & linosam ea locis, de quibus agitur, quia quoad prædictas duas species fructuum constat de illius possessione ante motam litem, † qua subsistente, manutentio non solet denegari, *l.1.§. interdictam autem. ff. vti possid.§.retinendæ.Inst.de interd. Rot. dec.160. 458.coram Papa Greg. XV.*

De possessione autem dicti Archipresbyteri visum fuit sufficienter constare ex vndecim testibus datis, qui de anno 1569. fuerunt examinati, deponentibus de exactione lini, & linosæ in locis, de quibus agitur, facta nomine Archipresbyterorum per tempora huius plebis, & exinde fuerunt relaxata duo mandata de manutenendo ad Instantiam dd. Archipresbyterorum de anno 1570. à Vicario Placentino, & anno 1572. à bonæ memoriæ Robusterio tunc Rotę Auditore, quę magis coadiuuant veritatem eorumdem testium † propter pręsumptionem iustitię, quam habent Iudicum decreta, *Aegid.dec. 577 Rebuff.de pacif.possess.num.193. Gabr.de sent. concl.5.in princ.* & † hęc ipsa possessio continuata pręsumitur vsq; ad tempus motę litis, alio exaduerso non probato, *Menoch.præsumpt.64.num.6.lib.6.* † quę pręsumptiua possessionis continuatio sufficit in iudicio summarissimo retinendæ, *Rot.dec.4.par. 2.diuers.& 401.523.601.par.2.recent.*

Non obstat, † quod testes prędicti fuerint examinati sine partis citatione, & absq; Iuramēto, atq; ita nulliter, super quorum dictis non possit constitui gradus probationis.

Quia, cum fuerint examinati vsq; de anno 1569. & obtenta fuerint mandata de manutenendo, nec reperiantur processus, & acta, standum est obseruantiæ ex mandatis prędictis habentibus præsumptionem validitatis, & iustitiæ, vt supra fuit dictum.

Similiter neque obstat, quod Archipresbyter niti non possit assistentia Iuris, cum bona prędicta sint extra fines suę Parochiæ, nempe in Parochia Burgi Noui subiecta Plebi S. Ioannis.

Quia, & si Archipresbyter pretendat iuuari assistentia Iuris, in hac tamen parte, † quoad fructus prędictos lini, & linosæ fundat se in mero facto perceptionis fructuum, quod † sufficit ad manutentionem, absque eo, quod probetur titulus, aut iustitia possessionis, *Innoc.in cap bona.il 2.num.4.de postal, prælat.Bal.in l.ordinarij Iuris.nu.7.C. de rei vendic. Couar.pract.q.cap.17.num.3.& seqq.*

Et ita &c.

R.P.D. Dunozetto

Esina Saluiani

Veneris 18. Iunij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Possessio auctoritate Iudicis capta priuat anteriorē possessorem ciuili, & naturali possessione.*

2 *Ampl præsertim si sententia sit valida, & iusta.*

3 *Citanda non est in Saluiano mulier, cui bona sunt obligata pro sua dote, nisi sit in possessione.*

4 *Saluiani requisita, & num.seqq.*

5 *Clausula constituti probat possessionem contra constituentem, & habentes causam ab eo.*

6 *Possessio rei conuenti in saluiano probatur ex litis substentatione.*

7 *Possessio post appellationem interpositam, & admissā cum clausula. si, & in quantum, in saluiano an sit spoliatiua, & attentata.*

8 *Iudex appellationem admittens cum clausula, si & in quantum, an dicatur detulisse appellationi, ita vt liget sibi manus etiam in casu inappellabili.*

9 *Retentio ex iuribus auctoris non competit, vbi auctor non cessit iura, sed illis renunciauit, vel cessit extinctiuè, non translatiuè.*

Decisio CCXIX.

CEnsuerunt Domini, mandatum de manutenendo esse dandum Matthię Nisio, quia de eius possessione constat auctoritate Iudicis capta, quę † potens est priuare anteriorem possessorem ciuili, & naturali possessione, *Ang.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.num.2.in fin.& ibi Alex. num.2.ff.de acq.poss.Mohed.decis.4.de restit. spol.Rot. dec.802.num.6.par.1.diuers.* † maxime, cum sententia, cuius vigore Matthias adeptus fuit possessionē sit valida, & iusta. *Doct. supra citati. Seraph.decis. 1326.num.1.*

Quoad validitatem dictæ sententię ea est patēs, nam contra eam vnum tantummodo obiicitur, nempe quod Matthias agens in Saluiano non citauerit Calliopem ratione eius dotis, & iurium dotalium, quę habebat super bonis appręhēsis per Matthiam, Nam respondetur quod, † cum Calliopea non esset in possessione, non erat necesse eam citare, *gl.in l. de vnoquoque.in verb.quis causa.ff.de re iud.Tiraq.in tract.res int.alios act.limit.1.Surd.dec.256.n.1.Rot. dec.584.nu.3.par.2.recent.*

Quo vero ad iustitiam pariter visa fuit euidens, quia Matthias probat † requisita Saluiani, nempe eius creditum cum hypotheca ex instrumento impositionis census, & possessionem Quintini debitoris de tempora contractę hypothecę ex assignatione facta Siluestrinę eius filię de fundo, de quo agitur, cum clausula constituti, † quę probat contra ipsum constituentem, & habentes causam ab eo, *Ruy.cons.169.nu.16.lib.1. Rot.coram Greg. XV. dec. 491.nu 10.& dec. 766.nu.11.par.1. diuers.Seraph. dec.1415.num.2.* † secūdum extremum probatur ex litis substentatione, *Verall.dec.369.par.2.Rot.coram Gregorio XV.d.dec.491.num.11.Seraph.d.dec.1415. num.3.*

Non obstat, † quod executio fuerit spoliatiua, vti facta post appellationem interpositam à sententia primi Iudicis, & intra decem dies datos ad appellandum, ac cum expressa admissione appellationis per Iudicem à quo: Quia appellatio non fuit admissa simpliciter, sed cum clausula, *si & in quantum de iure*, & sic Iudex videtur detulisse, quatenus iuris dispositione deferendum erat, & consequēter respectu possessorii appellationem reiecit, quia agebatur de sententia vigore Ægidianę lata, quę tollit effectū suspensiuum, *Bald.in l.edita.in 2. lect.numer.98.C.de eden. Gabr. cons. 35.numer.9.lib.1.Osasc.dec.5.num. 9.& dec.131.num.1.* nec huiusmodi dici attentata possessio potest, *Verall.dec. 49.num.1.& seq.par 1. Rot.dec.173.nu.3.par.1.recent.*

Nec releuat, † quod stante etiam dicta clausula, Iudex à quo non possit cognoscere super dubia sua responsione, sed illa sit translata ad Iudicem ad quē, *Contard.* de *moment.poss.limit.13.num.19.* quia idem *Contard.* prius se declarat, *sub num.17.& 18.* quod Iudex non videtur detulisse appellationi, quando id non permittitur.

Minus

M inus obstat exceptio retentionis bonorum ex 9 iuribus Calliopæ vxoris, quia † instrumentum dotationis factæ filiæ Erzelini nõ est cessionis iurium, ita vt Erzelinus sit subrogatus in locũ ipsius Calliopæ, quæ tamquam prior præferenda esset Matthiæ, sed est solum renunciationis iurium suorum ad effectum, vt bona hæc data pro dote remanerẽt libera à sua obligatione, & sic non excludant Matthiam, qui est anterior Erzelino, *ad tex. in l. Paulus. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. Alber. in l. Claudius Felix. nu. 2. vers. item hoc intelligat. ff. qui pot. in pign. hab.* & licet in proemio instrumenti dicatur de cessione iurium, tamen vel debet attendi conclusio eiusdem instrumenti, vel saltem debet intelligi de cessione extinctiua, non translatiua, quoniam ipsamet Calliopea in eodem instrumẽto reseruauit iura sua in ceteris bonis Quintilij; nõ enim se comparuntur, quod voluerit cedere iura super hoc fundo, & eadem iura sibi reseruauerit in alijs bonis; sed re vera non est cessio, sed extinctio iurium, & sic bene applicatur materia *dictæ l. Paulus.*

Et ita resolutum vtraque parte informãte &c.

EODEM

Eadem

Luna 15. Nouembris 1627.

SVMMARIA.

1 *Possessio, seu immissio an probetur per relationem Executoris, seu Baiuli.*

2 *Fideiussio præstanda post executionem illam non vitiat, si non præcedat.*

Decisio CCXX. La prima.

SVB Die 18. Iunij proximè præteriti fuit resolutum in hac causa, Matthiæ Niso dandum esse mandatum de manutenendo, hodie, proposita causa super eisdẽ, Domini steterunt in decisis ex rationibus in decisione deductis.

1 Non obstat, quod † possessio Matthiæ non sufficienter probetur ex relationibus Licinij Executoris, & Antonii Mariæ Baiuli Curiæ Ciuitatis Elii; Nam ex Constitutionibus Marchiæ, in cuius districtu est Ciuitas Elii, *lib. 4. cap. 49. vers. si quis autem* relationi Executoris, & Baiuli statur, & quod Executori attestanti se immisisse credatur, *tradit Tiraq. de retract. lignag. § 8. gl. 9. n. 22. Greg. XV. dec. 402. num. 2.*

Nec releuat, quod nõ fuerit præstita fideiussio, seu obligatio de reficiendis melioramentis infra 15. dies facta illorum liquidatione iuxta formam 2 sententiæ: Nam, † cùm ista præstatio fideiussionis esset præstanda post actum, non poterat vitiare executionem præcedentem, *Afflict. decis. 374. num. 4.*

Et ita vna tantum parte &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo.

Colonien. Monasterij

Luna 27. Iunij 1627.

SVMMARIA.

1 *Possessori, qui, non obstante executione in vim Breuis Apostolici, non habuit se pro spoliato, dari debet manutentio ratione ciuilis possessionis solo animo retinibilis.*

2 *Locationes cum adminiculis plenè probant possessionem.*

3 *Immissio auctoritate Executoris Apostolici facta priuat primum possessorem naturali, & ciuili possessione, si ritè, & rectè processum fuerit, secus è contra.*

4 *Iudex non ritè, & rectè procedens dicitur procedere vti priuatus.*

5 *Iudex procedens non citato possessore nõ ritè, & rectè procedit.*

6 *Executio excessiua operatur, vt nõ dicatur bene processum.*

Decisio CCXX, la seconda.

DOmini dixerunt, manutentionem esse dandam Canonicis, qui licèt fuerint priuati Monasterio, de quo agitur, illorumque bona fuerint per partem aduersam in vim Breuis 1 Apostolici occupata, cum † tamen se non habuerint pro spoliatis, vt patet ex recusationibus, & actibus factis in contrarium, qui dantur in summario num. 2. & 5. ratione ciuilis possessionis, quæ solo animo retinetur, manuteneri debent, *Ioan. Fabr. §. retinendæ num. 21. Instit. de Interdict. Rot. dec. 99. nu. 1. par. 2. & dec. 19. nu. 12 par. 2. diuers. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 22. & fuit dictum in Meliten. beneficij 4. Iulij 1614. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & sæpe in alijs.*

Et quidem de d. possessione Canonicorum non solum constat ex supradicta expulsione, sed etiam ex pluribus locationibus bonorum Monasterii capitulariter factis ante datam Breuis, *de quibus in* 2 *summ. num. 10* & † quę concurrentibus adminiculis plenè probant possessionem, & adminicula, vltra supradictam expulsionem, sunt relatio Nuntii Apostolici, & attestatio Magistratus Nouellen. *de quibus in summario num. 11. & 12. Gabr. de locat. concl. 4. nu. 6 Cæs. de Graff. dec. 10. in fin. de caus. poss. & prop. Seraph. dec. 896. nu 2. & in recent. dec. 687. num. 4. par. 1.*

3 Non obstat, † quod Canonici ab Executoribus Apostolicis fuerint priuati omni possessione tam naturali, quàm ciuili, *Mohed. dec. 4 de rest. spol.* quia hoc procedit quando fuit ritè, & rectè processum, *l. iuste possider. vbi Bart. ff. de acq. possess. Angel. in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. & ibi Ias. num. 20. Claud. de Seissel. & alij. ff. eodem tit. Rot. decis. 802. num. 7. par. 1. diuers.* secus verò est, 4 † quandò minus ritè, & rectè processum fuit, nam tunc executor vti priuatus processisse cẽsetur, *Ang. Imol. & alij in d. §. qui ad nundinas. & dixit Rota in Hispalen. beneficiorum 13. Martij 1596. corã Gyptio.* Quod verò in casu nostro neque ritè, neque rectè 5 fuerit processum, patet, tum † quia Canonici possessores non fuerunt citati, *cap. licet Episcopus. de*

N *præbend.*

prebend. in 6. Felin. in c. fin. numer. 24. de praesumpt. Greg. XV. dec. 69. num. 5. tum quia literae Apostolicę loquuntur de Monasterio S. Nicolai plane diruti prope Oppidum Nouesii, & tamen fuit facta executio super Monasterio diuerso Beatae Mariae Virginis sito in Oppido Nouesii Magnifice extructo, 6 & ornato, adeò vt † ex ista aequiuoca, & excessiua executione satis appareat, non fuisse benè processũ, *Gabr. cons. 31. num. 7 lib. 2. Honded. cons. 20. num. 25. lib. 1. fel. rec. Greg. XV. dec. 355. num. 4.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. Merlino

Dertusen. Beneficij

Lunae 5. Iulij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentalis possessio, alio tunc in possessione non existente, prodest ad effectum manutentionis.*
2. *Iudex iniustè procedens non potest priuare aliquem ciuili possessione.*
3. *Manutenendus est qui immissionem iniustam passus non habuit se pro spoliato.*
4. *Ius tertij actor opponere non valet in beneficialibus.*
5. *Sententia an contineat mixturam ex verbis, Non obstantibus praetensionibus &c.*
6. *Mixturae implicitae complicatio non releuat ad effectum appellationis suspensiuae.*

Decisio CCXXI.

Domini censuerunt manutentionē in possessione Beneficii Sanctae Annae dandam esse Castelletto, quia docet de sua possessione, vt ex publico instrumēto apprehensionis sub 1 die 26. Iunii 1623. † quod, cum alius tunc temporis non possederit, ipsi prodest ad effectum manutētionis *iuxta vulg. l. praedia. vbi Doct. ff. de acq. poss. Verall. dec. 334. num. 6. par. 2. Rot. recent. dec. 661. n. 1. par. 2. & saepe in alijs.*

Nec visum fuit obstare, quod idem Castellettus à dicta possessione fuerit expulsus, & in eam immissus Villalta ab A. C. vigore Breuis de capienda possessione nomine Camerae Quoniam A. C. iniustè processit, *vt patet ex decisione in hac eadem causa* 2 *sub die 27. Aprilis 1626 coram me,* † indèque non potuit Castellettum priuare sua ciuili possessione, *l. fin. vbi gl. & Doct. C. si per vim. Aug. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. ff. de acq. poss. Bald. cons. 149. in fin. lib. 3. Rot. diuers. dec. 802. num.* 3 *6 par. 1.* † in qua propterea, cum nũquam se habuerit pro spoliato, vt expressè fuit protestatus in actu intimationis sibi factę, venit omnino manutenēdus, *Rot. coram Sanct. me. Greg. XV. dec. 46. num. 9. & inter recent. dec. 674. num. 1. par. 1. cum alijs in Placētina Praestimonij 24. Ianuarij 1625. coram me.*

Nec etiam releuat aliud obiectum, quod haec possessio Castelletti fuerit capta pendente termino ad appellandum à sententia in partibus lata per Iudices Synodales super eo, quod ipse Castellettus esset immittendus. Etenim huiusmodi iudicium actum fuit, & Monachos, qui non sunt in hac causa neq; immo curarunt appellare, ac proinde Villaltā 4 dicatur allegare ius tertii; † de quo actor non valet opponere in beneficialibus, *ex latè traditis per Roman. cons. 347. num. 1. & seqq.* praecipue quando, vt in praesenti, sententia ad sui fauorem lata fecerit transitum in rem iudicatam *cap. liter Monasteriū, extra de re iudic. c. quoad consultationem eod. & bene* 5 *Socc. sen. cons. 77. num. 10. lib. 4.* praeterea † nec satis constat, quod praedicta sententia fuerit appellabilis vti continens mixturam ab informantibus pro Villalta deductam ex illis verbis, *Non obstantibus praetensionibus &c.* Quoniã dictae praetensiones non fuerunt redactae ad speciem, vnde nequit dici, quod petitorium respiciant, cum possint referri etiã ad possessorium, de quo agebatur ex remed. scilicet *l.* 6 *fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* † & consequenter istius implicitae mixturae complicatio non releuat ad effectum appellationis suspensiuae, *Rota diuers. decis. 265. num. 1. & 2. & apud Cardin. Seraph. decis. 603. num. 1. & apud Sanct. mem. Greg. XV. dec. 232. num. 6.*

Et ita &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo.

Florentina Hospitij

Lunae 5. Iulij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Possessio attentata post appellationem non est manutenibilis.*
2. *Manutentio datur possessionem probanti.*
3. *Deputationes Vicarii amouibilis probantur effectuatae eo ipso, quod per remotionem vnius alter fuit deputatus.*
4. *Locationes per se non probant possessionem, sed probant cum adminiculis, praesertim in summariissimo iudicio manutentionis.*
5. *Probationes leuiores sufficiunt in manutentione.*
6. *Ampliat. vt sat sit probatio semiplena, & vnius testis.*
7. *Manutentioni locus est stante commissione cum facultate manutenendi quem de iure.*
8. *Continuans non attentat.*

Decisio CCXXII.

DIE Prima Iulii 1626. coram bo. me. Buratto, Io: Baptista Totio solum informãte, fuit ei denegata manutentio, c[illegible] eatione, quia ceperat possessionem post appellationem legitimè interpositam per A. R. Fratres Sanctae Marię Nouellae, & Hospitalarium Hospitalis Magni Sanctę Marię Nouę de Florentia, & 1 ideo † huiusmodi possessio, tamquam attentata, nõ erat manutenibilis, *cap. non solum. de app. in 6. cum vulg.* Hodie proposita de nouo causa vtraque parte informante, Domini eadem ratione denuo dixerũt eidem denegandam manutentionem, & illam esse concedendam Conuentui Sanctę Marię Nouellę, & 2 ab eo deputatis, † quia constat de illorum possessione deputandi Vicarium, & Hospitalarium in loco Sancti Calciani, de quo agitur, ex testibus datis in summario Conuentus *num. 2.* qui benè deponunt de huiusmodi deputationibus factis amouibiliter 3 ad nutum eiusdem Conuentus, † & dictę deputationes probãtur effectuatae ex depositionibus, eorũdem testium, dum dicunt, quod per remotionem vnius alter fuit deputatus, *ad cons. Oldrad. 129. num. 2. Rot. diuers. dec. 545. num. 2. par. 1. & in recent. dec. 360. num. 6. & 541. num. 2. par. 2.* & insuper accedunt quã plures locationes bonorũ Hospitalis, quę

fuerunt

4 fuerunt facta per dictos deputatos, quę, licet per se nō probent possessionē, cōcurrentibus tamē supradictis illā probant *Gabr. de locat. & cond. concl. 4. nu. 6. Cas. de eGrass. dec. 10. in fin. de caus. poss. & propr. Seraph. dec. 896. n. 2. Rot. decis. 687. n. 4. par. 1. in recēt.* prēsertim in hoc iudicio sūmarissimo manutentio-
5 nis, † in quo sufficiunt leuiores probationes, *Rot. coram Greg. XV. dec. 258. num. 5. & dec. 314. num. 5. &*
6 *458. numer. 7.* &. † etiam semiplena, & vnius testis, *Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 34. Rot. dec. 196. nu. num. 6. par. 1. & 375. nu. 1. lib. 3. par. 3. diuers.* vnde absque difficultate debet manuteneri Conuentus,
7 stante prēsertim vltima commissione cum facultate manutenendi quem de iure, *iuxta tradita per Add. ad fel. record. Greg. XV. dec. 91. in fin.*

Quoad attentata ex parte Cōuentus Domini dixerunt de illis non constare, quia, cum per eum fuerit continuata antiqua possessio, intrat vulgata,
8 & trita conclusio, quod † qui continuat, non attētat, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 2.*

Et ita &c.

R. P. D. Merlino

Romana Census.

Lunæ 15. Nouembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Testis vnicus sufficit ad effectum manutentionis, & quęlibet leuior probatio.*
2. *Cessionarius agere potest executiuè, & pro mandato de manutenendo ex obligatione camerali ad fauorem cedentis, & illius quasi possessione in iuribus incorporalibus absq; alia apprehensione.*
3. *Ampl. etiam quod non fuerit cessum ius reale, sed ius tantum exigendi aliquos illius fructus.*
4. *Solutiones factæ à marito constituunt quem in quasi possessione exigendi contra vxorem vti præsumptiuè factæ de consensu vxoris. & num. 6.*
5. *Maritus mandatum habet à lege circa administrationem bonorum vxoris.*
6. *Fideiussor soluens potest reportare cessionem etiam ex interuallo, eaq; vti contra principalem debitorem, & illius hæredes.*
7. *Mandato de manutenendo relaxato in annuis præstationibus, relaxatur postea separatim mandatū executiuum ex stylo A. C.*
8. *Notariorum actuariorum fidei statur circa ordinatoria iudicij.*
9. *Exceptio respiciens petitorium, & altioris indaginis non retardat manutentionem.*
10. *Proximiorum appellatione veniunt etiam affines.*
11. *Proximiores extitisse, & habiles ad interessendum tempore contractus minoris probare debet contractum impugnans.*
12. *Mulier contrahens non proprio, sed tutorio nomine, non subiicitur solemnitatibus statuti de contractibus mulierum.*
13. *Falsitas allegata causa in contractu non præsumitur*
14. *Iudicis decretum in instrumento, illiusq; obseruantia tollit suspicionem nullitatis, & causæ falsitatis.*

Decisio CCXXIII.

CVM D. Felix de Americis fideiussor pro annuo censu scut. 63. vendito a quadam Virginia de Americis nomine Pauli, & aliorum filiorum in pupillari ætate existentiū precio scutorum 909. Capitulo, & Canonicis S. Marci de vrbe, & successiuè D. Cosmus Iacomellus hæres dicti Felicis soluissent scuta 236. pro fructibus dicti census obtinuerant ab eodē Capitulo, & Canonicis cessionem iurium contra D. Antonium del Drago, & DD. Albertinos principales debitores census, & à filijs Virginiæ causam habentes, & in vim cessionis huiusmodi relaxatum fuit ab A. C. mandatum pro dicta summa, Vnde causa in Rota introducta, & mihi in gradu appellationis commissa, Dubitaui, an mandatum esset exequendum, & hodie Domini affirmatiuè responderunt.

Constat enim DD. Felicem, & Cosmum esse cessionarios Capituli, et Canonicorum S. Marci *summario eorum num. 3.* ipsos Canonicos esse creditores prædicti census, et in possessione exigendi fructus, probatur ex instrumento impositionis obligatione Camerali vallato, *summ. nu. 1.* et ex depositio-
1 ne vnius testis *summ. num. 5.* † qui sufficit ad effectū manutentionis, in qua admittuntur quęlibet leuiores probationes, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Rota dec. 28. num. 4. & 9. & dec. 196. num. 6. par. 1. diuers. coram Cardinale Seraphino decis. 624. nu. 5. & dec. 1326. num. 1. & coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 458. num. 2. vbi addit. nu. 3. & dec. 449. nu. 10.*
2 Et proinde, † sicuti Canonici, et Capitulum potuissent agere executiuè ad fructus census decursos, et non solutos contra prædictos debitores ita et D. Cosmus cessionarius Capituli potuit eodem modo agere tam vigore mandati de manutenendo, quod probat possessione cendentis in iuribus incorporalibus datdum est cessionario etiam absque alia apprehensione, *ad trad. per Menoch. de retined. remed. 3. num. 55. & 259. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 12. Ostisch. dec. 50. nu. 5. & 21. Modern. Rom. discept. forens. cap. 310. num. 1. & seqq. Rot. dec. 299. num. 7. & 241. num. 2. & decis. 614. num. 3. par. 1. & decis. 764. num. 2. par. 2. recent. & apud Modern. Perus. de Censibus dec. 149. & 250.* Quam etiam vigore obligationis Cameralis, cuius beneficium per cessionem fuit translatum in ipsummet cessionariū, *ad l. huiusmodi, vbi gl. in verb. cedat. ff. de leg. 1. Bart. in l. 1. nu. 22. ff. de act. & oblig. Galles. de oblig. Cam. q. 5. num. 1. Bero. cons. 189. num. 19. lib. 1. Paris. cons. 107. num. 90. lib. 3. Surd. cons. 444. numer. 12. & 13. Cardin. Seraphin. dec. 1210. num. 4. Rot. in recent. dec. 624. nu. 1. par. 1. & dec. 9. num. 1. & dec. 135. nu. 9. apud Galles. de oblig. Cam.*

3 Nec obstare Domini censuerunt, † quod, cum à capitulo D. Cosmo non fuerit cessum Ius reale census, sed instrumentum pro recuperandis fructibus decursis, non possit dici transiuisse in ipsum cessionarium quasi possessionem exigendi, et virtute obligationis Cameralis, quæ cohæret iuri reali, quod remansit apud cedentem, *iuxta trad. per Butr. in c. fin. num. 14. de caus. poss. & propr. Com. cons. 93. num. 14. lib. 2. Rom. 311. num. 6.* Quoniam visum fuit sufficere, quod actio, et exercitium illius iuris realis fuerint cessa ipsi Cosmo ad hoc, vt possit pro consequendis fructibus solutis eodem remedio vti, quod competebat Capitulo, quodque ipse per cessionem acquisiuit, *Bart. in d. l. 1. num. 22. ff. de act. & obligat. Paris. cons. 64. num. 7. lib. 1. Bero. cons. 189. num. 19. lib. 1. Rim. Iun. cons. 67. num. 21.* et cessio Iuris realis perpetui census fuisset necessaria, si prætenderetur exactio etiam pro fructibus in futurum decurrēdis,

runt etiam incidenter dicta, et ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramq; partem suspensum fuit. Et in omnem casum, etiam quod non constaret de Regularitate Ecclesiæ, † ex quo possessio monialium est clara, et sic possessorium non dependet à petitorio cōpeteret eis manutētio. *Rota in Neapolitana iuris conferendi 19. Decēbris 1614. & 23. Februarij 1515. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, & in puncto Greg. XV. dec. 370.*

Cætera autem, quæ exaduerso adducebantur, dicebant Domini, quod † aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissime satisfactum in prædictis Decisionibus, aut demum visum fuit, non indigere responsione.

Et ita vtraq; etc.

R.P.D. Merlino.

Alexandrina Archipresbyteratus.

Lunæ 24. Nouembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Compatiuntur se ad inuicem, vt quis reijciat titulū possidendi, & tamen insistat in possessione, nouo præsertim titulo validiori superueniente.*
2. *Renunciare quis potest causæ, & titulo possessionis, & ex superueniente titulo adhuc continuare in possessione naturali, & de facto.*
3. *Animus ex facto subsecuto meliùs, quam per verba declaratus remanet.*
4. *Animus potissimùm attendi debet in amittenda, & conseruanda possessione.*
5. *Protestatio, & declaratio correspectiua ad renūciationem non potest ab ea separari.*
6. *In correspectiuis vnum alteri dicitur inesse, nec vnū sine altero acceptari potest.*
7. *Causa, & titulus possidendi est actus diuersus à possessione.*
8. *Renuncianti, qui adhuc de facto incumbit possessioni, competit manutentio.*
9. *Possessio reddita infecta ex decreto irritanti, quod inficit titulum, & possessionem, non est manutenenda.*
10. *Lim. secus. si superuenerit nouus, & iustus titulus cum renunciatione primi, & cōtinuatione in possessione.*
11. *Mutare quis potest causam possessionis ex nouo iure, & titulo, & meram detentationem efficere bonā possessionem.*
12. *Confessionem partis allegare non potest, qui eamdē impugnauit.*
13. *Attentata dici non potest possessio capta ante litem motam.*

Decisio CCXXV.

PErmanserunt Domini in decisis *sub die 28. Iunij præteriti coram me*, et sic manutentionem concedendam esse R.^mo Massobrio, quia de illius possessione nec hodie dubitari poterat, cum iam solempniter illam appræhenderit, et plures actus in prima Decisione recēsitos exercuerit. Renunciatio autem facta in exequutionem decreti, quod in prouisione Apostolica fuit insertum, non perstringebat actum ipsius possessionis, vt quid facti, sed solum respiciebat causam, ex qua possessio deriuauit, nempe præsentationem factam ab assertis patronis, vt bene inferunt illa verba, Renunciauit institutioni, præsentationi, ac possessioni inde secutæ, et sic non absolute, et simpliciter renunciauit possessioni, quæ ex d. prouisione oriebatur. Hæcque 1 duo inuicem † se compatiuntur, quod nempe quis reiiciat titulum possidendi, et tamen insistat in possessione, præsertim si nouus titulus validior super2 ueniat. Et propterea † potuit Massobrius parendo decreto suæ prouisionis Apostolicæ renunciare causæ, et titulo possessionis, et tamen ex superueniente titulo adhuc cōtinuare in sua possessione naturali, et de facto, *Rot. apud Achill. decis. 4. de caus. poss. & prop. cum alijs in dec. allegatis*, et consequenter datur manutentio ad possessionem, non quidem ad illam ab initio appræhensam vigore præsentationis Patronorum, sed ad possessionem immutatā in vim noui tituli Apostolici.

Et quod se vera Massobrius in renūciatione hoc ipse intellexerit, scilicet conseruare possessionem de facto, et solum, reiecto primo titulo præsentationis, inhærere secundo, ex prouisione Apostolicæ ap3 paret, et ex verbis eiusdem renūciationis, et ex facto subsecuto, † per q̄ melius, quā per verba animus declaratur, *ad cap. dilecti. il 2. de appell. Menoch. cōs. 1. nu. 264. Rot. coram Card. Mantic. decis. 313. num. 7.* 4 † qui animus potissimum attendi debet, vel in amittenda, vel in conseruanda possessione, *l. 3. in princ. & §. in amittenda, vbi DD. de acq. poss. Abb. in cap. 2. numer. 3. de consuet. Natt. cons. 538. numer. 12. lib. 3. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 252. num 4.*

Ex verbis, quia statim, et immediatè in renunciatione declarauit, et protestatus est Massobrius, se velle possidere, beneficium in vim prouisionis Apo5 stolicæ, et † hæc declaratio, et protestatio tamquā correspectiua ad ipsam renunciationem, non potest ab ea separari, et sic eatenus renunciauit possessioni sequutæ ex præsentatione, quatenus cognouit, continuationi possessionis suæ esse consultum ex supradi6 cto titulo, et † in correspectiuis vnum alteri dicitur inesse, nec vnū sine altero acceptari potest, *ad not. in l. penes. C. de pact. Aym. cons. 46. 1. nu. 39. Rot. corā Card. Seraph. dec. 540 nu. 4.*

Ex facto, quia die sequenti 9. Iunii immediatè post d. renunciationē interuenit Massobrius in Capitulo solemniter congregato pro traditione possessionis, et receptionis Iuramenti noui Canonici, et die 11. eiusdem collegialiter incessit in Processione Sanctissimi Corporis Christi cum aliis Canonicis, et sequuta turbatione die 16. eiusdem mensis Iunii obtinuit Massobrius à suo essequutore monitorium pro manutentione. Ex quibus depræhenditur, quod non dimisit, nec dimittere voluit possessionem, sed solummodo causam, et titulum possidē7 di qui † est actus diuersus ab ipsa possessione *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poss.*

Et quatenus liberè renunciasset, et dimisisset, at8 tamen, † cum perseuerauerit in possessione, et de facto illi incubuerit, non obstante huiusmodi renunciatiōne adhuc manutentio competeret, *iuxta doct. Innoc. in c. super hoc. de renunc. cum concord. alleg. in alia decisione vers. secunda quoq;*

Nec obstare Domini censuerunt, quod hæc 9 † possessio capta vigore præsentationis non possit manuteneri, cum reddita fuerit infecta ex decreto irritanti *reg. 8.* quod ne dum titulum, sed et possessionem inficit, & Massobrius confessus fuit, Archipresbyteratum esse reseruatum, et sic intrare *reg. 8.* 10 et illius decretum. Quia cessat hoc obiectum, † cū statim fuerit immutata causa possidendi, et ex nouo et iusto titulo effecta manutenibilis illa possessio, quæ prius erat infecta; per renunciationem enim vnius tituli statim acquisitus, & genitus est alter ti-

 tulus

tulus, et renunciatio correspectiua fuit, et correlatiua cum adeptione noui tituli, in vim gratię Apostolicæ, & decretum irritans operaretur, quando non fuisset facta huiusmodi declaratio, cum superueniē-

11 tia immediata noui iuris, atque † illam detentationem, qualis esset, potuit sibi immutare, & efficere bonam possessionem *ad trad. per Put. dec. 165. nu. 4. & 5. lib. 2. Mantic. dec. 71. nu. 1. & 2. ac 10. & dec. 245. num. 14. cum alleg. in alia dec.*

Vltra quod confessio Massobrij, non reddit notoriam libertatem beneficij, cum super hoc lis pen-

12 deat, et † hanc confessionem circa reseruationem impugnauit Boidus, ex quo iuspatronatus esse contendit, et ideo non potest in cōfessione illa sic impugnata se fundare, *Gabr. concl. 1. num. 2. de reg. iur. cum alijs.*

Minus obstat, quod illa possessio Massobrij fuerit attentata, quia non probatur, vllam adfuisse litem inter Massobrium, et Patronos de tempore captæ possessionis, Sed solummodo inter ipsos Patronos, cum sub die 18. Septembris apprehensa fuerit possessio, die autem 31. Octobris, et sic post mensem, et vltra per Arnutium interposita appellatio ab institutione, et possessione Massobrij, vnde lis cessat

13 de tempore captæ possessionis, † et consequenter non fuit attentata, *Rot. dec. 10. vt lit. pend. in nou. cum alijs per Lancell. de attent. in præfat. numer. 298. & 613.*

Ex quibus, et alijs doctè, et egregiè, vt semper per Dominum Merendam deductis; censuit Rota, mandatum de manutenendo dadum esse Reu. Massobrio.

Eminentissimo Domino Cardinali Vbaldo

Colonien. Monasterij

Veneris 3. Decembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Executor non benè procedens non priuat quem possessione, nisi quatenus se pro spoliato habeat.*
2. *Quod quis se pro spoliato habuerit, non præsumitur.*
3. *Quod quis se pro spoliato non habuerit, constat ex recusationibus, & actibus in contrarium factis*
4. *Ciuilis sola possessio animo retenta sufficit pro manutentione.*
5. *Executio facta in re diuersa ab ea, quæ est descripta in Breue, nulla, & excessiua est.*
6. *Leuiores probationes admittuntur in iudicio manutentionis.*
7. *Translatio Monasterij de vno loco ad alium an fieri possit sine licentia Papæ.*
8. *Translationis nullitatis exceptio respicit petitoriū, & non discutitur in manutentione.*

Decisio CCXXVI.

Placuit Dominis decisio in hac causa facte die 21 Iunij preteriti, in qua fuit resolutum, dandam esse manutentionem Canonicis in possessione Monasterij Beatę Marię Virginis siti in Oppido Nouesii et eius bonorum, quia, licet fuerint Canonici in vim Breuis Apostolici ab Executore eiecti à possessione Monasterij, et bonorū, attamē,

1 † cum Executor non benè processerit, non priuauit Canonicos eorum possessione, nisi quatenus se pro spoliatis habuisset, *Put. dec. 419. lib. 2. & passim tenet Rot. vt in dec. fel: rec. Greg. XV. 307. num. 6. & 458. num. 9. & in recent. dec. 674. num. 1. par. 3. &*

2 *sæpe in alijs;* † quod non solū præsumitur *iuxta dec.*

3 *Greg. XV. 307. num. 10. & 11.* † sed etiam ex recusationibus, et actibus factis in contrarium pro Canonicis satis euidenter apparet, quod se non habuerūt pro spoliatis, et quod animo saltem ciuilem posses-

4 sionem retinuerunt, † quę sola sufficit pro manutentione, *Greg. XV. dec. 9. num. 6. & in d. dec. 307. num. 6. 7. & 12. Rot. dec. 57. in fin. par. 2. in recent. cum alijs in decisione, de qua agitur, allegatis.*

Quod autem executor malè processerit, euidēter patet ex eo, quod vigore literarum Apostolicarum erat facienda exequutio in Monasterium Sancti Nicolai planè dirutum propè Oppidum Nouesii, de quo Monasterio literæ loquuntur, non autem erat, facienda exequutio, prout facta fuit, super Monasterio diuerso B. Mariæ Virginis sito in Oppido Nouesii magnificè extructo, et ornato, de quo literę

5 Apostolicæ non loquūtur, et propterea † exequutio tamquam facta super re diuersa ab ea, quę est comprehensa, & expręssa in gratię, remanet nulla, excessiua, et inualida, *Gabr. cons. 31. num. 7. lib. 2. Hond. cons. 20. numer. 25. lib. 1. fel. record. Greg. XV. decis. 355. num. 4.*

Non obstat, quod dictum Monasterium B. Marię, à quo fuerunt expulsi Canonici, non esset Monasterium, sed esset Hospitium illius Monasterii diruti extra Oppidum, quia ista difficultas penitus cessat, ex quo apparet, quod post dictā destructionem Canonici venerunt ad habitandum in Oppido Nouesii ibiq; nouum Monasterium, et Ecclesiam ædificarūt, et quando Canonici fuerunt requisiti, vt vellent parere Breui, fuerunt requisiti, vt exirent de Monasterio, et semper ab Exequutoribus iste locus appellatur Monasterium, et non Hospitium, vt patet ex requisitionibus alias datis *in summario præterita positionis num. 24. & seqq.* Et quod sit Monasterium, comprobatur ex attestationibus Senatus Nouesien. et Nuncii Apostolici pariter datis in præterita positione; quæ omnia videntur plusquam sufficere in

6 hoc iudicio manutentionis, † in quo etiam leuiores probationes admittuntur, *Rot. diuers. dec. 196. num. 6. par. 2. Seraph. dec. 644. num. 5.*

Ex prædicta eo magis procedere videntur, cum etiam ex serie istius facti appareat, quod Monasterium dirutum extra muros in quo antea dd. Canonici habitabant, neq; erat sub Inuocatione S. Nicolai, de quo cantant literæ, sed sub Inuocatione B. Mariæ Virginis, et sic diuersitas istorum Monasteriorum est clara, præsertim cum asseratur Monasterium S. Nicolai extra dictum Oppidum, neq; fuisse dirutū, sed adhuc extare, et quidem bene ædificatum, et in eo degere fratres Tertię Regulæ S. Francisci, ex quo, vt dixi, tāto magis apparet supradicta diuersitas, quę penitus viciat exequutionem factam, *ex supra allegatis.*

7 Non obstat, † quod dd. Canonici non potuerint facere supradictam translationem Monasterii de vno loco ad aliū sine licentia Papę, *vt in cap. vnic. de excess. Prælat. in 6.* quæ licentia hic non adest, quia quidquid de hoc dicendum sit, cum *tex. in d. cap. vnic.* loquatur de Religionibus Mendicantibus, et post Concilium Trident. possint etiam Ordinarii facere translationes, et nouas erectiones Monasteriorum, *Rot. dec. 745. num. 1. par. 2. in recent.* cessat

8 difficultas in casu nostro, † quia ista exceptio respicit petitorium, et validitatem translationis de qua propterea non est discutiendū in hoc Iudicio summarissimo manutentionis, *Rot. decis. 585. par. 1. & 287. in fin. par. 2. in recent.*

Et ita decisum vtraque parte Informante etc.

R.P.D.

R. P. D. Pirouano

Narnien. Bonorum

Veneris 14. Ianuarii 1628.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio non datur sine possessione de tempore motæ litis.*
2 *Possessio posterior non est manutenibilis dato alio in possessione existente.*
3 *Possessio iunior semper est improba, & non manutenibilis.*
4 *Possessio an probetur per constitutum aduersus constituentem, & habentem causam ab eo, & an sit manutenibilis ad fauorem hæredis constitutarij.*
5 *Possessorium dependens à petitorio est simul cum petitorio terminandum, nec est interim danda manutentio.*
6 *Domino directo negatur manutētio vbi deuolutio est dubia, sed cognoscendum est de ipsa deuolutione, quæ est articulus præiudicialis ad causam possessorij.*
7 *Pacti reuersiui effectus cessat non purificata conditione.*
8 *Decedere sine filijs, vel cum filio, qui paulo post decedat in infantili ætate, an sit idem.*
9 *Positi in conditione in contractu an dicantur ad inuicem vocati.*
10 *Clausula constituti dicitur accessoria ad contractū principalem.*

Decisio CCXXVII.

DDubitatum fuit, An D. Dionisio Castello sit dandum mandatum de manutenendo in possessione bonorum, de quibus agitur, et negatiuè fuit responsum.

1 Quia non docet de sua possessione anteriori de tempore litis motæ, † sine qua non datur manutentio, *l. 1. § interdictum autem. ff. de interd. § retinendæ. Instit. eod tit. Rot. dec. 160. & 382. coram Greg. XV.*

Nam si innititur Instrumentali illa est posterior
2 possessione capta per Sorores de Arca, † quæ propterea non est manutenibilis, dato alio in possessione existente, *Pat. dec. 372. lib. 2. Rot. dec. 6. num. 1. co-*
3 *ram Greg. XV.* † eo enim ipso, quod possessio est iunior, semper est improba, et non manutenibilis, *cap. licet causam. de probat. Bal. in l. penult. num. 15. C. si à non compet. Iudic. Surd. cons. 28. n. 28. & cons. 168. num. 16.*

Si verò illam deducit ex clausula Constituti, de qua in donatione Sulpitiæ, et Delphiniæ, quæ emanauit die 21. Ianuarij 1623. ad fauorem Victoriæ, et Posthumiæ suarum germanarum pro se ipsis, et earum et cuiusq; ipsarum hæredibus, et successoribus quibuscumque, cum qua Posthumia idem D. Dionisius matrimonium contraxit, et Catherinam suscepit, cuius se hæredem prætendit ab intestato, cum decesserit post matris suæ obitum, et per consequens vti posset beneficio constituti stipulati pro hæredibus, et successoribus quibuscumq; visum fuit, neque
4 ex ea posse iuuari, quia, † et si admitteretur, possessionem probari per constitutum tam aduersus constituentes, quam habentes causam ab eis, prout sunt illæ sorores de Arca, et illam esse sufficientem ad obtinendam manutentionem, possetq; operari ad fauorem hæredis constitutarij propter expressam Notarij stipulationem pro hæredibus quibuscumque.

Attamen, quia in Instrumento donationis legitur pactum reuersiuum bonorum donatorum in casu prædecessus alterius ex donatarijs sine filijs, et filiabus legitimis, et naturalibus, prędecesseritque Posthumia, et Catherina eius filia, filijs Victoriæ alterius
5 sororis superstitibus, inde † dicebatur, possessionem tamquam dependentem à determinatione releuantis pacti reuersiui debere simul cum petitorio determinari, nec interim manutentionem posse concedi, *Capyc. dec. 72. & 209. Seraph. dec. 1278. num. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 430. Rot. decis. 516. num. 4. par. 1. & dec. 423. num. 7. par. 2. recent. & coram Greg. XV. dec. 283. num. 5. vbi Add. alias decisio-*
6 *nes cumulat.* et † per eamdem rationem manutentio denegatur D. directo, quādo deuolutio est dubia, et probabiliter potest cōtrouerti de fine locationis, non obstante, quod inuestitura contineat pactum capiēdi possessionem propria auctoritate in casu deuolutionis, cum semper determinari debeat ante omnia articulus deuolutionis, qui est præiudicialis ad causam possessorii, *Rot. decis. 105. num. 12. coram Greg. XV. & in Regien. bonorum 20. Decembris 1613. coram Archiepiscopo Seleucien. & in alijs cumulatis per add. eadem dec. 105.*

Non obstat, quod quæstio pacti reuersiui cadere non possit post obitum Posthumię cum filiis mortuę,
7 scilicet Catherina eius filia, † atque ita, non purificata condicione, cessat effectus pacti, *secundum rationes cons. Oldr. 21. per Rotam passim receptas.*

Quia, cum Sulpitia donationem reuocauerit cau-
8 sis in ea expressis [illegible] adhuc dubitari possit, † An sit eadem ratio de [illegible]rina Infanti, quæ paulo post matrem decessit, ac si Posthumia sine filiis decessisset, *ex Fabr. in suo C. lib. 8. tit. 37. in prin. de donat. & Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 24. numer. 22.*
9 † Ac etiam ea quo filii Victorię, et Posthumię leguntur positi in conditione, possint dici ad inuicem vocati, cum versemur in contractu, non autem in vltima voluntate, *Gabr. de fideic. conclus. 4. numer. 50. Gabr. cons. 96. num. 19. lib. 2. Menoch. cons. 325. nu. 1. lib. 4. Hond cons. 29. num. 103. lib. 1.* omnia exindè requirunt iudicium, et discussionem, et sunt expectanda, cum ab eorum determinatione pendeat effectus
10 clausulę constituti, † tāquam accessoriæ ad contractum principalem *Bal. in l. ex testamento. in fin. C. de fideic. Decian. cons. 1. numer 60. lib. 3. Thraq. de constit. poss. ampliat. 15. numer. 3. Honded. cons. 23. numer. 24. lib. 1. & cons. 18. numer. 53. & sequ. lib. 2. & idem fuit firmatum in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616. & 20. February 1617. coram bonæ memoriæ Vbaldo.*

Et ita etc.

E O D E M

Eadem

Lunæ 18. Martij 1630.

S V M M A R I A.

1 *Constituto translata dicitur in constitutarium vera, ciuilis, & naturalis possessio, quamuis per actum fictum.*
2 *Possessione probata manutentio nunquam possidenti denegatur.*
3 *Possessio corporalis superueniens post possessionem alterius in vim constituti, vti posterior, dicitur clandestina, & improba, & per Iudicem defendi non potest.*
4 *Possides ciuiliter potest tollere id, per quod eius pos-*

 sessio-

sessio inquietatur, & corporaliter ingredi, & insistere, non obstante occupatione alterius medio tẽpore facta.

5 *Constitutum sequitur naturam contractus principalis, siuè conditionalis.*

6 *Manutentionis in iudicio factum possessionis, non autem illius iustitia attendi solet.*

Decisio CCXXVIII.

Dictum fuit, D. Dionysio dandum esse mãdatum de manutenẽdo in possessione medietatis bonorum donatorum per Talphinam, quia docet de sua possessione ex cõstituto apposito per eamdem Talphinam in Instrumento donationis 10. Aprilis 1623. fauore Postumiæ donatariæ, et eius hæredum, cuius nunc est D. Dionysius ex persona Catherinæ eius Postumiæ filię, et hæredis, † per quod in eum translata fuit vera, ciuilis, et naturalis possessio, quamuis per actum fictum, *l. certe. §. 1. ibi, propriè habere dicitur. ff. de Præcar. l. quod meo. ff. de acq. poss. Bart. in l. ab emptore. in fin. ff. de pact. latissimè Tiraq. ex multis comprobans. de Iur. const. par. 2. ampl. 1. num. 1. quibus accedunt Menoch. de recuper. remed. 14. num. 24 Gabr. conf. 51. num. 5. lib. 1. Hond. conf. 42. nu. 37. lib. 1. Ofasch. dec. 133. num 6. Surd. conf. 71. nu. 44.* possessione autem † probata, manutentio nunquam possidenti denegatur, *§. retinendæ. Instit. de Interd. l. 1. §. interdictum autẽ. ff. vti possid. Rot. dec. 160. num. 1. & 458. num. 1. coram Papa Greg. XV.*

Non obstat possessio medio tempore capta per sorores, vel earum nomine, et antequam Dionysius eamdem etiam appræhenderet.

Quia, quidquid sit dicendum in concursu huius naturalis possessionis cum Dionysius ex confessione Talphinæ per constitutum habeat et ciuilem, et naturalem veram, quamuis per actum fictum, vt iã dictum fuit, † altera sororum corporalis possessio superueniens tamquam posterior dicitur clandestina, et improba, quæ per Iudicem defendi nõ potest, *cap. licet causa. vbi Felyn. num. 8. de probat. Mohed. dec. 20. de restit. spoliat. Lancellott. de attent. par. 2. c. 4. de attent. accus. pend. num. 63. Rot. dec. 6. num. 3. & dec. 9. num. 5. coram Papa Greg. XV.* et præcedente ac ciuili per constitutũ translata, quod alia superueniens nihil tribuat, sæpe resolutum fuit, *Cas. de Grass. decis. 5. de caus. poss. & propr. & in eadem dec. 9. numer. 7. coram Papa Greg. XV. & in Clusina, seu Perusina Pastæ Putcoli coram bo. me. Litta 27. Ianuarij 1603.* vnde † si D. Dionysius adhuc corporalem possessionem post sorores de Arca cæpisset, nihilominus in ea insistere potest, quia potuit tollere, quod in re ab eo possessa factum fuit, si per id inquietaretur eius possessio, *Roman. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 6. Ias. numer. 24. ff. de acq. poss. Natt. conf. 378. num. 2. Menoch. de retin. remed. 3. num. 29. Surd. conf. 221. num. 35.*

Nec effectus huius constituti potest impediri ex eo, quod pendeat à determinatione pacti reuersiui donationis, *vt in decisione 14. Ianuarij 1628.* dicebatur responsum, dum agebatur de bonis Sulpitiæ condonatricis, † vt propterea constitutum sequi debeat naturam principalis contractus, siuè inualidi, siuè conditionalis, *Hond. conf. 23. numer. 24. lib. 1. Corr. in verb. constitutum. Tiraq. de const. par. 3. limit. 7. num. 16.*

Quia hodie ex alia decisione 1. Decẽbris 1628. fuit firmata validitas, et releuantia donationis, qua agitur, ita vt non sit necessaria alia dilatio ad effectum manutentionis in hoc summarissimo retinẽdæ, † in quo factum possessionis, non autem iustitia illius solet attendi, *Bal. in l. ordinarij iuris. num. 7. de rei vindicat. Innoc. in cap. bonæ. il secundo. num. 4. de postul. Prælat. Couar. pract. qu. cap. 17. num. 4. & seq. Laderch. conf. 95. num. 4.*

Et ita etc.

R. P. D. Ghislerio

Lucana Præcedentiæ

Lunæ 24. Januarij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Præcedentiæ materia regulatur à possessione, & cõsuetudine, & num. 6.*

2 *Ampl. etiam si in contrarium ius assistat, quia tunc minus dignus præfertur digniori.*

3 *Testis etiam vnicus in summariissima manutentione plenè probat. & num. 8. vbi ampl. maximè concurrentibus adminiculis.*

4 *Ampl. eo magis si deponat de facto proprio.*

5 *Actus etiam vnici sufficiunt pro manutentione.*

7 *Præcedendi possessio arguitur ex priori discriptione limic. vt num. 12.*

9 *Præcedendi quasi possessio non probatur ex actu familiari, & ex vrbanitate facto, seu ratione amicitiæ, vel consanguinitatis. & num. 11. vel sub alio nomine, & titulo. d. num. 11. & 13.*

10 *Testis dubitatiuè per verbum, videtur, deponens nõ concludit.*

14 *Actus de recenti, qui dederunt causam liti, non habentur in consideratione ad effectum manutentionis.*

15 *Actus antiqui magis continuati, de quibus testes specificè, & melius deponant, sunt in concursu in manutentione præferendi.*

Decisio CCXXIX.

Canonici Cathedralis Ecclesię Lucanæ, prętendentes vti singuli præcedere in actibus, tàm priuatis, quam publicis, singulis Prioribus Collegiatarum Ecclesiarum eiusdem Ciuitatis, obtinuerunt sententiam fauorabilem à Vicario Lucano. Et, causa mihi commissa per appellationẽ proposuit. Cui sit dandum mandatum de manutenẽdo. Et licet Priores habeãt assistentiam iuris, tamẽ † cum in materia præcedentiæ attendatur possessio et consuetudo *Bal. in cap. cum olim. de consuetud. & in l. obseruare. §. antequã vero. ff. de off. Procons. Nat. conf. 62. in fin. Menoch. conf. 51. nu. 49.* † etiam si dispositio iuris communis esset contraria, nam tunc minus dignus præfertur digniori, *Panorm. in cap. Auditis. tertio notab. de Elect. Rip. in cap. cam te. de rescript. Menoch. conf. 51. num. 51. Seraph. dec. 964. in princ. Add. ad Greg. XV. dec. 124.* DD. dixerunt, manutentionem esse dandam Canonicis, quia pro illorum quasi possessione videntur concurrere meliores probationes, de quibus deponunt testes, qui dantur, quia secundus super duodecimo deponit; *Che stante l'vso, & consuetudine, i Signori Canonici haueuano la precedenza, tãto con li Priori delle Collegiate & hà veduto nelle funtioni publiche d'essamini con occasione di concorsi, e d'Ordini, che i Signori Canonici hanno preceduta ai Priori, che vi interueniuano, & per la Città priuatamente &c. & esso testimonio, quando è stato Priore per quest'vso, & consuetudine, tanto in luoghi publici, come priuati, li hà dato la precedenza, sicome hà veduto ancora osseruare al suo successore nel Priorato di S. Alessandro,* † qui testis etiam solus in hoc summarissimo Iudicio manutentio-

nutentionis plenè probat, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. S. M. Greg. XV. decis. 438. numer. 2.* 4 † maximè cum deponat de facto proprio, *Corn. cons. 193. nu. 14. & seqq. lib. 2.* cui accedit quartus super eod. art. qui deponit in indiuiduo de duobus actibus secū gestis, et quidem cōsiderabilibus, nempè vno publice in Processione, altero verò proximè ad mensam Episcopi, in quibus ipse testis, qui tunc erat Canonicus, habuit præcedentiam 5 † qui actus etiam vnici sufficerent pro manutentione, *Menoch. cons. 126. numer. 6. vol. 2. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq. priuat. Abb. in cap. cum Ecclesia numer. 23. & ibi Rip. num. 52. de caus. poss. & propr. & dixit Rot. in Hispalen. iuris sedendi Synodo 20. Martij 1589. corā Bubalo*, et vlterius quoad vsum, et consuetudinem concordat super. 24. ibi: *Et detti Signori Canonici precedono à detti Priori non solo per detta giurisditione temporale, & per molti altri Priuilegij, & habito insigne, che hanno da Sommi Pontefici, ma anche per la consuetudine inueterata*, 6 † quæ consuetudo in huiusmodi materia principaliter attenditur, *glos. in cap. 2. in verb. Auscultentur. de Offic. Archid. Gem. in. in c. 2. num. 7. de consuetud. Mantic. decis. 244. numer. 2.* et deniq; deponit de auditu ab antiquioribus, in quo etiam concordat tertius.

Cum quibus concurrunt Instrumenta Examinū, in quibus Canonici semper ante Priores descripti 7 nominantur, † ex qua priori descriptione arguitur possessio præcedendi, *Cassan. in catal. Glor. Mundi parte. 1. consideràt. 17. cap. Bene quidem, & ibi gl. 96. distinct. Abb. in cap. cum olim. num. 7. de consuet. Dec. cons. 160. num. 2.*

Nec obstat quod aliqui ex dictis testibus sint Canonici, de quorum interesse agitur, quia, quidquid sit de hoc, in omnem casum vel sufficeret dictus secundus testis, vt dictum est, qui non est Canonicus, nec patitur exceptionem, & tertius licet fuerit Canonicus, attamen de tempore examinis, nec de præsenti habet interesse, & ij testes deponunt de generalitate actuum, vel saltem negari non potest, licet essent 8 Canonici, quin præstent aliquod adminiculum, † quod pariter sufficit, vt dictus secundus faciat plenam probationem, *Bart. in l. 1. §. idem Cornelio num. 3. ff. de quæstion. s. m. Greg. XV. decis. 172. numer. 3. & ibi Adden. Caputaq. decis. 271. par. 3.* maxime cum alia adminicula non desint.

Non obstant igitur testes pro parte Priorum, nā 9 primus deponit solum † de actu familiari, & potius ex vrbanitate sedendi ad mēsā, Immo potius coadiuuat testes contrarios, dum in sessione habita in Ecclesia, & sic in actu considerabili, & publico dicit, Canonicum habuisse præcedentiam. Nec facit quidquam, dum deponit, quod propè Sanctiss. Sacramentum occasione Orationum 40. Horarū Priores incedebant cum rocchetto propius Sacerdotem illud gestantem, quia dubitatiue loquitur per verbū, 10 videtur, & † ideò non concludit, *Fel. in cap. quoties. num. 18. & ibidem Aret. num. 23. & 24. de testibus.* 11 vel non releuat, † cum ille actus possit considerari respectu particularis constitutionis dictæ Societatis, secundus, & tertius deponunt de actibus, qui possunt considerari ratione familiaritatis, amicitiæ & consanguinitatis, qui in hac materia præcedentiæ, non sunt habendi in consideratione, nec ex eis infertur præiudicium possessioni, *l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poss. Ruin. cons. 155. nu. 10. lib. 4. Mantic. d. dec. 244. num. 10.* quintus non cōcludit, cum actus, de quo ipse deponit, non inferat necessario ad præcedentiam, vt ipse etiam fatetur, dum dicit, quod apprehendens Baldachinum ad manum dexteram, antequam veniat Sacerdos, remanet postquam ille venit ad sinistram, secus denique conquassatur ex quarto teste Canonicorum, & reducuntur ad concordiam, nam testis Priorum loquitur in principio Possessionis, testis Canonicorum deponit in processu, & fine, qui finis attendi debet.

Non obstant iura deducta pro parte Priorum, quia in Breue Signaturæ Iustitiæ, scribitur, prout de 12 iure. Nec Laudum, quia † ibi Notarius ex suo capite primo loco descripsit Priorem, ex cuius facto in notando, vel primo, vel secundo loco, nō potest fieri præiudicium alteri. Nec Instrumentum depositio-13 num, † quia in illo funerali Hieronymus Canonicus erat Rector S. Laurentij, & ita quoque ibi enūciantur in illis verbis D. Hieronymo Canonico Lucen. Rectori Ecclesiæ S. Laurentij in Podio, & sic non tamquam Canonicus, sed tamquam Rector Ecclesiæ inferioris dedit præcedentiam Priori Collegiatæ Maioris. Non officit declaratio Congregationis, quia loquitur prout de iure, ignorans cōsuetudinem huius Ecclesiæ Lucanæ, et ideo nec etiam fuit mandata executioni.

Tandem omnes isti actus facti per Priores sunt 14 de recenti, qui dederunt causam liti, † nec ius aliquod considerabile tribuerunt, *Rot. in Hispalen. Iurispatr. coram Robusterio 16. Iunij 1586. in Burgen. iurisdictionis S. Ioannis 4. Decembris 1591. coram Orano s. m. Greg. XV. dec. 4. num. 2. & 564. num. 4. & in Callien. iuris conferendi 4. Iunij 1617. corā Illustriss.* 15 *Card. Verospio.* † actus verò Canonicorum sunt antiqui, magis continuati, et habent testes specifice, et melius deponentes, qui propterea in concursu veniunt præferendi.

Et ita decisum, vtraque parte informante,

R. P. D. Dunozetto

Recanaten. Dotis

Lunæ 28. Februarij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Confessio contra ipsum confitentem optime probat.*
2. *Possessio probata per confessionem partis cum qualitate, quod sit iure familiaritatis, est manutenibilis, & remouetur ab ea d. qualitas.*
3. *Ampl. præsertim vbi contra qualitatem viget præsumptio.*
4. *Mutasse vxor præsumitur causam possidendi iure familiaritatis in causam sui crediti dotis absque declaratione.*
5. *Immissio nulla non priuat primum possessorem sua possessione.*
6. *Immissio nulla dicitur, si fuerit concessa possessore nō citato.*

Decisio CCXXX.

CEnsuerunt Domini, mandatum de manutenendo esse concedendum D. Mariæ Ceuolæ, de cuius possessione constat ex confes-1 sione Theobaldi Condulmarij, † quæ contra ipsum confitentem optime probat, *l. 1. & tot. tit. C. de confess.*

Non obstat, quod d. confessioni sit adiecta qualitas, iure familiaritatis, quæ videtur aduersari con-2 fessioni, Quia † ad effectum manutentionis reijcitur illa qualitas, et remanet probata possessio, iuxta doctrinam, *Bart. in l. Aurelius. §. item quæsiit. num. 2. ff. de liber. leg. Rot. dec. 802. numer. 2. par. 1. diuers. & 525. num. 2. par. 2. recenc. & coram Greg. XV. decis. 200. & Add. ibidem num. 5.*

3 Maxime † quia contra d. qualitatem adest præsumptio iuris, ex eo, quia Maria contra debitores

Mariti

Mariæ obtinuit inhibitionem dotalem vigore sui
4 creditii dotis, † per quam præsumitur sibi mutasse causam possidendi iure familiaritatis in clausam sui crediti dotis absque alia declaratione, *Achill. dec.4.in fin. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 143. num. 4. part. 2. diuers. & decis. 761. numer. 2. & 3. part. 2. recent.*

Neque obstare visa fuit immissio concessa à Iu-
5 dice de partibus, † ea enim tamquam nulla non potest priuare Mariam sua possessione, *ad tex. in l. meminerint C. vnd. vi. Aym. cons. 18. numer. 8. Greg. XV. dec. 9. num. 4. & 5. & dec. 46. num. 5. & decis. 305. num. 22.*

6 Quod autem fuerit nulla patet, † quia Maria, quæ possidebat, non fuit citata, prout citari debebat, *l. 1. §. cū ex edicto. ff. quæ sent. sin. appell. rescind. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.*

Et ita conclusum vna tantum parte informante etc.

R. P. D. Merlino

Bononien. Domus

Luna 28. Februarii 1628.

S V M M A R I A.

1 *Iuramento calumniæ petito, & non præstito processus nullus redditur.*
2 *Iuramentum calumniæ præstari sufficit in quallibet parte iudicii ante sententiam, & in obseruatione terminorum substantialium.*
3 *Clausula, Arbitrio, relaxat de rigore iuris, & dat facultatem amplectendi æquitatem.*
4 *Iuramentum calumniæ non est simpliciter de substantia iudicii, sed si petatur.*
5 *Iuramento calumniæ omisso, & non petito processus valet.*
6 *Arbitrium intrat pro sanatione examinis facti cum interrogatoriis partis aduersæ.*
7 *Iuramentum calumniæ non requirit mandatum speciale ad sic iurandum, sed sufficit generale ad lites.*

Decisio CCXXXI.

EXaminatis pro D. Comite Betiuolo testibus remissorialibus, fuit ex parte D. Marchionis Manzoli oppositum de nullitate, eo quod fuerit petitum iuramentū calumniæ antequam testes examinarentur, et, eo non præstito, fuerit processum ad examen, cumq; ad sanandam huiusmodi nullitatem adierit D. Comes signaturam Sanctissimi, rescriptum fuit, vt, non obstante prætensa nullitate, in causa procederem ad vlteriora arbitrio Rotæ, Vnde dubium proposui, An intraret arbitrium.

Et Domini resoluerūt, intrare, nam quamuis di-
1 ctum iuramētum fuerit omissum in partibus, † indeque ob precedētem petitionem resultet nullitas, *cap. 1. cum ibi notatis cōmuniter per Doctor. de iura. calumnia. in 6. Rot. apud Card. Seraph. dec. 1355. nu. 1. cum aliis alleg. per Addent. ad Sanct. mem Greg. XV. dec. 209. num. 6.* attamen, ad illam excusandam, et remittendam visum est sufficere, quod iuramentum postea fuerit in Curia præstitum durante instā-
2 tia, cum † tale iuramentum admittatur in qualibet parte Iudicii ante sententiam, *Abb. in cap. cum in causa. nu. 19. de iuram. calum. Pract. Papien. in form. libell. act. reul. in gl. Per Sacramentum calumniæ. nu. 4. vers. hodiè autem. Soccin. in cap. fin. num. 38. de iuram. calum. & in reg. 209. Fallen. 2. Gall. obseruat. 86. num. 2. cum seqq. lib. 1.* ac sufficiat, quod præstetur in obseruatione terminorum substantialium, *Rota in recent. dec. 346 num. 3. par. 2. & inter impress. coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 417. num. 5. in Messanen. Studii 10. Martii 1595. coram bo. me. Card. Pamphilio, & plures cumulantur per Addent. ad Sanct. mem Gregorii XV. d. dec. 209. num. 6. in fin.* Præcipuè quando, vt in præsenti, adest clausula, *arbitrio &c.*
3 † quæ plurimum relaxat de rigore iuris, ac tribuit Iudici facultatem amplectendi æquitatem, *Rota in recent. dec. 228. num. 2. par. 1. & in Fanen. tutelæ 21. Februarii 1622. coram me, & sæpe in aliis.* Æquitas vero suadere videtur nullitatis prædictæ sanationē,
4 quia † iuramentū calumniæ non est simpliciter de substantia Iudicii, sed dumtaxat si fuerit petitum, vt patet ex eo, quod petitione huiusmodi deficiente, ac
5 † omisso iuramento, valet processus, *Host. in sum. tit. de lit. contest. d. uid. sub numer. 3. Matthesil. singul. 64. Marant. in praxi par. 6. in primo actu 2. part. Iudic. nu. 2. Francisc. Curt. qui de communi testatur in tract. de iur. iur. propter calumn. §. quod obseruari. num. 16.*
6 *post med. & in §. sed quia verum est. num. 2.* † Vnde cum testes fuerint examinati cum interrogatoriis D. Marchionis, ac postea durante adhuc instantia, vt dictum est supra, fuerit præstitum iuramentum calumniæ in Curia, nihil prorsus deperiisse videtur eidem D. Marchioni, sicque omnino intrat arbitriū pro sanatione dicti examinis, *iuxta dec. Put. 300. lib. 3. in correct. Cæsar. de Graff. dec. 11. num. 18. de prob. Rot. in recent. dec. 587. num. 3. & 680. num. 1. & seq. par. 2. & apud s. m. Greg. XV dec. 466. nu. 1. cum aliis aliis ibidem alleg. per Add. num. 11.*

Non obstat, quod Procurator, qui iurauit de calumnia, careret mandato speciali ad sic iurandum,
7 † quia sufficit generale, quod habebat ad lites, *Bart. in l. qui bona. §. si alieno. num. 11. ff. de damn. infect. vbi Alex. num. 8.* et ita obseruari de generali consuetudine, quidquid de rigore iuris esset dicendum, attestantur *Matthesil. singular. 146. Maderu. Bonon. var. resol. lib. 1. cap. 47. num. 8 & dixit Rota in Bonon. census 7. Maii 1600. coram bo. me. Corduba, & in Romana pecuniaria de columna 21. Aprilis 1617. corā bo. me. Archiepiscopo Seleucien.*

R. P. D. Pirouano

Nullius Parochialis.

Veneris 17. Martij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur possessione probata.*
2 *Ampl. præsertim si sit auctoritate Iudicis acquisita.*
3 *Possessio posterior, primo possessore non citato, dicitur clandestina, & non manutenibilis.*

Decisio CCXXXII.

ANtonio Maria solo Informante, dictum fuit, dandum esse mandatum de manutenēdo in possessione capta die 5. Nouembris præteriti per instrumentum, quod datum fuit,
1 *eius summario num. 2.* † et ea iustificata, non solet denegari manutentio, *vulg. §. retinendæ. Inst. de interd. l. 1. §. interdictum autem. ff. vti possid. Rot. decis.*
2 *160. & 582. num. 1. coram Greg. XV.* † maximè id affirmans, quando, vt hic, est quæsita auctoritate Iudicis, *per l. iuste possidet. ff. de acq. poss.*

Neque

Neq; refert, quod Petrus aduersarius eamdem Parochialis Ecclesiæ assecutus fuerit possessionem, & quidem in vim prouisionis Apostolicæ, quia, † cum illa sit posterior, & clandestina, per consequens non est manutenibilis, non citato primo possessore, *Put. dec. 372. lib. 2. Rot. decis. 6. num. 1. & 10. coram Papa Greg. XV. & dec. 106. num. 1. & 2. par. 1. recent.*

Et ita &c.

R.P.D. Durano

Asculana Bonorum.

Luna 27. Martij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Iudicis auctoritate possidens iustè possidere præsumitur.*
2. *Iudicis auctoritate possidens est manutenendus.*
3. *Sententia nulla non priuat succumbentem sua possessione.*
4. *Sententia publicata intra decem à die termini pro seruato habiti, & in alia die, substinetur consilio de stylo loci.*
5. *Immissio ex Saluiano non est danda creditori stante anteriori hypotheca alterius. Lim. vt num. 6.*
7. *Mulier iuramento non obligatur, vbi remanet indotata.*
8. *Decl. si tamen doceatur, quod tempore obligationis marito non remanserint tot bona, qua sufficerent pro restitutione medietatis dotis.*
9. *Statutum strictè interpretari debet, vt minus deroget iuri communi, quam fieri possit.*
10. *Immissio non substinetur pro fructibus Census decurrendis.*
11. *Immissio data pro fructibus decursis, & decurrendis substinetur pro decursis.*
12. *Animo amittitur possessio, & alteri acquiritur.*

Decisio CCXXXIII.

Ottauius Ambrosius fideiussor census flo. 80. impositi per Amonem, & Camillum de Monteronibus super eorum bonis, & venditi cuidam Vincētio Cataldo pretio flor. 1000. à Iudice coactus, soluit vti talis fideiussor scuta 400. pro fructibus decursis, reportata autem iurium cessione; egit coram Locumtenente Gubernatoris Asculi remedio vtilis Saluiani contra Papinium, et Mariā de Monteronibus vti tertios possessores vnius vineæ, et domus, quæ de tempore impositionis dicti census possidebantur per prædictos Amonem, et Camillum, et obtinuit immitti in eorum possessionem retinendam donec, et quousque fuerit satisfactus tam de fructibus decursis, et solutis, quam de decurrendis in futurum, sed, reuocata dicta sententia immissionis per Rotam Maceratensem, A.C. in tertia instantia confirmauit primam sententiā Locumtenentis in ea parte, in qua declarauit, Ottauiū esse immittendum, donec fuerit satiafactus de fructibus decursis, et solutis, in reliquis verò illam reuocauit, et sententiam Rotæ Maceratensis confirmauit. Verum deuoluta causa ad Rotam, cum vtraque partium contenderet possidere, dato dubio, cui dandum sit mandatum de manutenendo, resoluerunt, dandum esse Ottauio.

Quia, cum ille post dictam primam sententiam Locumtenentis ad eius fauorem latam fuerit immissus in possessionem prædictarum vineæ, et domus

1 Iudicis auctoritate; † propterea præsumitur iustè

2 possidere, *L. iusto. ff. de acq. poss.* et † consequenter est manutenendus, *Ang. in l. etiam possidere. § qui ad nūdinas. num. 2. in fin. & ibi Ias. num. 20. ff. eod. Seraph. dec. 116. num. 3. & dec. 1127. nu. 1. Rot. dec. 137. nu. 1. par. 1. recent.*

Nec obstat, quod dicta sententia Locumtenentis prætendatur nulla ex defectu citationis ad sententiam, † quæ ideo non priuauit Mariam, et Papirium sua possessione, *Rot. dec. 807. num. 7. vers. quia pro responsione. par. 1. diuers. & in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram bonæ memoria Andrea, & alibi sæpe.*

Quia dicta nullitas tollitur ex facto, ex quo apparet, quod Iudex die 28. Martij partes personaliter in iudicio monuit ad sententiam pro prima die iuridica, quæ fuit dies 30. eiusdem mensis, in qua idē Iudex habuit terminum pro seruato, intra quod sententiam publicauit. Vnde, † quamuis publicatio fuerit die prima Aprilis, et sic sub die, qua non cadebat citatio, hoc nihil refert, stāte stylo illarum partium habendi terminum pro seruato sub vna die, et publicandi sententiam alia die, dummodo tamen publicatio fiat, prout in casu nostro facta fuit, intra decennium à die seruati termini, vt in puncto fuit resolutum *in alia Asculana bonorum 1. Iulij 1615. coram bona memoria Cardinali Sacrato, & in Ferrarien. decimarum 21. Aprilis 1621. coram bon. me. Vbaldo, & in Perusina bonorum 8. Martij 1627. corā Reuerendiss. D. meo Decano, in quibus fuit seruatus idē stylus.*

Nec etiam obstat prætensa iniustitia deducta, ex quo Marius, et Papirius retinerent bona vti hæredes Vraniæ eorum matris, quæ habebat anteriorem hypothecam in bonis Amonij Viri pro flor. 1000. suæ dotis, † qua hypothecæ anterioritate stāte, non erat danda immissio creditori, *Pasf. de Salu. Interd. insp. 3. cap. 4. num. 19. & Rot. diuers. dec. 75. n. 1. in impress. in fin. d. tract.*

Quia fuit bene responsum, † quod, cum dicta Vrania medio iuramento, et cum debitis solemnitatibus expresse consenserit impositioni dicti census asserens, se posse releuari super alijs bonis dicti sui viri, non possunt propterea Marius, et Papirius opponere ex eius persona de anteriori hypotheca ad impediendam Ottauio immissionem, *ad tex. in l. iubemus. C. ad Senat. cons. Velleian. & l. vnic. § cum lex Iulian. vers. cum enim C. de rei ux. act. Thesaur. decis. 123. nu. 17. & ibi addit. in lit. x. in 5. addit.*

Nec releuat, si dicatur, † quod Vraniæ consensus nō potest suffragari Ottauio, ex quo illa remanebat indotata, quo casu non obligatur Iuramento, *Abb. cons. 8. num. 6. par. 2.*

Quia, vltra quod hoc non iustificatur in facto, immo excluditur, ex quo in eo apparet, quod de tēpore census impositi eius vir possidebat multa alia bona, † in omnem casum Marius, et Papirius tenebantur probare, quod nullo modo fuit probatum, de dicto tempore maritum Vraniæ eorumdem patrem non habuisse alia in bonis, quod sufficeret pro restitutione medietatis dotis, *Castr. in l. mania. §. 2. nu. 4. ff. sol. matr. Gutierez. de Iuram. confirm. par. 2. cap. 2. num. 20. & seq. Barbos. in 5. par. l. 1. num. 68. vers. quæ tamen conclusio. ff. sol. matr. Rot. in Fulginaten. pecuniaria 25. Iunij 1621. coram bon. mem. Patriarcha Manzaneda.*

Minus releuat statutum Asculanum, quo cauetur, bona dotalia non posse alienari, nec obligari, nisi modo, et forma ibi expressis.

Quia hic non versamur in alienatione, siue obligatione bonorum dotalium sui mariti, in quibus propterea non intrat statutum, † quod est strictè, et ad literam interpretandū, et vt minus, quā fieri possit iuri communi deroget, *Alderan. Mascard. de stat. conclus. 4. n. 51. & seq. Ostasch. dec. 21. nu. 14. Greg. dec. 398. nu. 4.*

Tan-

Tandem non obstat, quod Iudex mandauerit immitti Octauium tam pro fructibus decursis, et solutis, quam in futurum decurrendis.

10 Quia,† licet eius sententia nō sustineatur quoad fructus decurrendos, *Rot. in Bononien. Censos 27. Nouembris 1626. coram me*, 11 † Bene tamen sustinetur prout etiam possessio inde capta in eo capite, quo mandat immitti pro decursis, cum fructus decursi, et soluti sint certi, et nullam habeant connexionem cū fructibus decurrendis, *Crot. cons. 107. nu. 19. Rot. dec. 33. num. 7. par. 2. diuers.* et cessat omnis difficultas, ex quo Marius, et Papirius renunciauerunt possessioni protestando tātummodo insistere velle, et procedere in hac causa super meritis negocij principalis *summario Octauij num. 5.* vnde, 12 † cum eo ipso amiserint animo possessionem, *l. 3. §. in amittēda. ff. de acq. poss.* nihil est cur Octauius nō possideat, *iux. tex. optimum in l. 3. §. si cui vxori, vbi Bart. & comm. D.D. de acq. poss.*

Et ita vtraque etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano,

Braccharen. Archidiaconatus

Veneris 31. Martij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Executio non potest fieri contra intrusum etiam lite pendente sine citatione, nisi constet ex actis, ipsum esse talem, & habere causam a litigante, & nulla ei prorsus defensionem competere.*

2 *Declaratoria non est danda contra intrusum, nisi intimatis sibi prius executorialibus.*

3 *Executoriales possunt exequi contra intrusum nō obstante commissione causa ad eius instantiam, cuius inhibitio non emanauit, vel fuit moderata.*

4 *Intrusi possessio dicitur improba, & vitiosa, & ab eo auferenda.*

5 *Declaratoria locus est constito de contumacia.*

6 *Contumacia ad effectum declaratoria dicitur constare, vbi seruatis solitis terminis nō apparet de obedientia, & num. 8.*

7 *Aggrauatoria danda est contra illum, contra quem data fuit declaratoria, & tamen substinet censuras non parendo.*

8 *Diligentias morales facere quis tenetur, et factas ostendere pro paritione declaratoria.*

Decisio CCXXXIV.

PLuries proposui dubium, an esset danda declaratoria contra Hectorem intrusum lite pendente, et aggrauatoria contra Capitulum, et quoad Hectorem Domini voluerunt, quod ei intimarentur executoriales, prout fuit factum, & merito 1 quidem, cum † executio non possit fieri etiam contra intrusum lite pendente, nisi constet ex actis, ipsum esse talem, et habere causam à litigante, et nullam ei prorsus defensionem competere, aliàs citari debet, et nisi citetur, executio est nullà, nec possessori aliquod fit preiudicium, *Francus in cap. ex ratione num. 29. de appellat. Gabr. cons. 31. numer. 20. lib. 2.* 2 † facta igitur intimatione executorialium Hectori non dubitarunt, quin contra ipsum possit fieri executio, *vt patet ex prædictis, & bene Bal. in l. executorem. num. 26. C. de execut. rei iudic. Ruin. cons. 34. n. 32. lib. 5. Rota dec. 14. vers. fallit secundum quosdam. de probat. in nou. quæ duplicatur apud Egid. dec. mihi 708. Cresc. dec. 16. de sent. & re iudic. Mohed. decis. 1. eod. tit. Rot. dec. 441. num. 2. par. 3. diuers. Mantic. dec. 310. in princ.* et propterea literæ executoriales possunt contra ipsum executioni demandari. *vt fuit resolutū in causa Senogallien. Parochialis 9. Iunij 1559. coram Oradino, quam refert, & sequitur Lancellott. de atten. par. 1. cap. 3. num. 71.* vbi quod 3 † literę executoriales possunt executioni demandari contra intrusum, ad cuius instātiam causa fuit commissa, si vigore commissionis non emanauit inhibitio, aut illa fuit moderata, *Mantic. d. dec. 310. num. 2. & fuit dictum in causa Toletana de Manjanares 14. Nouembris 1605. coram bo. me. iusto*, et ratio est, quia 4 † possessio sic intrusi est improba, et vitiosa, et ideo debet ab eo omnino auferri, *Cresc. decis. 19. num. 3. sent. & re iudic. Mohed. dec. 1. eod. tit.*

Cum igitur executoriales fuerint intimatę, et possint executioni demandari contra d. Hectorem, Domini dixerunt, deueniendum esse ad declarato- 5 riam, † quia constat de eius contumacia, ex quo contempsit obedire Iudici, *l. contumacia. ff. de re iudic.* 6 † seruatis enim terminis de iure seruari solitis, *de quibus per Vestr. in praxi cap. vlt. num. 19. lib. 8.* non apparet de obedientia, quod sufficit, vt dicatur constare de contumacia, ita vt declaratoria possit dari, *vt passim dicit, et seruat Rota.*

Quantum verò attinet ad Capitulum, an contra ipsum sit danda aggrauatoria, cum contra ipsum sit data declaratoria, et ipsum sustineat censuras nō 7 parendo, † danda est aggrauatoria, *Abb. et alij in c. 2. de cleric. excom. minist. Spec. in tit. de accusat. §. sequitur porro. Soccin. in cap. per pendimus num. 248. et 252. de sent. excom. Vestr. in praxi lib. 5. cap. 14. num. 4. addentes ad Rot. dec. 2. num. 53. de rescript. in nou. et fuit dictum in causa Vallisoldana Pensionis 19. Nouembris 1614. coram R.P.D. meo Merlino, et in causa Legionen. Canonicatus 14. Martij 1625. coram bo. me. D. Patriarcha Hierosolymitano.*

Neq; obstat, quod Capitulum non sit condemnatum ad eijciendum intrusum, et illum etiā non possit excludere, cum se prouisionibus secularium de- 8 fendat, quia, † cum Capitulum teneatur parere quātum in se est, tenetur adhibere omnem diligentiam, vt intrusum eijciat, cum illum iniuste admiserit, nec potest excusari ex prætensis prouisionibus seculariū, cum non constet, fecisse morales diligentias, prout tenetur, imo potius appareat de collusione, quare, cū fuerint seruata omnia, *de quibus per Vestr. in praxi lib. 8. cap. vlt. num. 16. vers. quod si sic moniti, et num. 19. Marches. de commiss. par. 1. fol. 315. num. 2. 102. et seq. add. ad Rot. decis. 2. num. 53. de rescript. in nou.* et fuerint etiā seruati quatuor termini soliti, *de quibus Vestr. in d. cap. fin. num. 9.* Visum fuit Dominis benigne agendo, dandam esse aggrauatoriā contra Capitulum, nisi infra mensem paruerit.

Et ita conclusum, auditis omnibus partibus, etc.

R.P.D. Gislerio

Salernitana Beneficij.

Mercurij 10. Maij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur ex traditione clauium.*

2 *Salarij receptio arguit, recipientem possidere precario nomine.*

3 *Manutentio non est danda ei, qui successit possidenti precario contra illum, à quo precario possidebat auctor.*

4 *Ma-*

4 *Manutētio debetur anteriori possessori, qui nō habuit se pro spoliatō, non posteriori immisso primo non citato, & num. 6.*
5 *Possessio posterior præsumitur clandestina.*
6 *Ampl. etiam quod sit de mandato Iudicis, qui primum possessorem non citauerit.*
7 *Cura translata de vna in aliam Ecclesiam, an secunda Ecclesia dicatur effecta Parochialis.*
8 *Remissoria non ad probandum, quæ sunt extra dubium, & non releuant.*

Decisio CCXXXV.

Ecclesia Sanctæ Mariæ Gratiarum in Terra Sancti Georgij post cōcessionem de situ factam Monachi Congregationis Virginis ab Hominibus dictæ Terræ, fuit ibi constructa per Congregationem, et Monachos, salua licentia Ordinarij, quę tamen fuit obtenta cum onere soluendi quolibet anno pro recognitione in Festo Sancti Matthei libram vnam Ceræ laboratæ, ad cuius Ecclesiæ regimen fuit deputatus vnus ex Monachis Sacerdos, qui per nouennium in dicta Ecclesia cum alijs Monachis celebrauit, et licet ab anno 1600. cœperit à Sacerdotibus Secularibus regi, et administrari, tamen illi Curam habebant à Monachis, et inseruiebant salario constituto duodecim carlenorum pro singulo mense, quare non obstante prouisione Ordinarij per obitum Constantini ad fauorē Francisci de Nocero, Domini censuerunt, mandatum de manutenendo in possessione dictæ Ecclesiæ esse concedendum Monachis, sine tamen præiudicio exercitij Curiæ Parochialis Sancti Stephani in eadem Ecclesia B. Virginis Gratiarum.

Quia constat de concessione Communitatis, et confirmatione Episcopi, *vt in summario num. 1.* de assignatione Monacorum *in eodem summario nu. 3.* nec non de Visitatione Abbatis Generalis, *num. 4.* Præterea Constantinus accepit salarium pro Missis celebrandis, seu celebratis, et Clauēs à D. Placido Decano *n. 5.* Tādē apparet solutio ceræ facta Ecclesiæ Cathedrali in recognitionem *num. 6.* Ex quibus omnibus simul iunctis constat de possessione Monachorum † et de traditione Clauium, *facit tex. in l. Clauibus. ff. de contr. empt. Butr. in cap. fin. num. 32. de caus. poss. & prop. Soc. Sen. cons. 13. numer. 15. lib. 1. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 11.* et † ex receptione salarij arguitur, Cōstantinum precario possidere; † Vnde multo minus illius successori potest dari manutentio contra Monachos verè possidētes, *ad l. 1. ff. vti possid. Rot. dec. 6. de rest. spol. in nou.* † cū eorum possessio sit anterior, *§. hodie. inst. de interd.*

Non obstat possessio Francisci de Nocera, quia † vti posterior præsumitur clandestina, et licet capta de mandato Executoris nihil operatur, quia, cū Monachi possiderent, erant citādi, et † sat est, quod non habuerint se pro spoliatis ad effectum, vt Monachis, non Francisco, sit danda manutentio, *Put. dec. 419. in fin. lib. 2. Seraph. dec. 1041. num. 3.*

Neq; obstat, quod medio tempore probetur possessio aliorum. Quia in contrarium est veritas ex supradictis; et † licet Cura Ecclesiæ Sancti Stephani fuerit trāslata ad Ecclesiam B. Virginis Gratiarum, non tamen sequitur, quod Ecclesia ipsa fuerit effecta Parochialis in præiudicium Monachorum; Cura enim fuit quidem translata ad Ecclesiam, sed Ecclesia nō fuit effecta Parochialis, et [illegible] vltima prouisio grauauit, *de qua in summ. Francisci num. 3.* dum Archiepiscopus prouidit Ecclesiam B. Virginis tamquam vacantem, cum non vacaret, sed Cura Sancti Stephani, quæ in ea exercebatur.

Remissoria, quę petitur, vt in articulis, qui dātur, *num. vltimo*, nihil facit, tum quia † hoc est extra dubium, tum quia non releuant, cum tēdant solum ad probandum translationem Curæ ad Ecclesiam B. Virginis, non autem quod ipsa Ecclesia fuerit effecta Curata.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, vt supra etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Virili

Feretrana Parochialis.

Lunæ 22. Maij 1628.

SVMMARIA.

1 *Nullitas debet esse patens, vt obstet manutentioni.*
2 *Iniustitia debet esse notoria, vt obstet manutentioni.*
3 *Processu non producto non potest dici constare de nullitate, vel iniustitia.*
4 *Citatum quem non fuisse dici non potest non ostenso processu.*
5 *Transumpta facta lite pendente absque citatione non probant.*
6 *Iura, vt probent, debent esse recognita.*
7 *Sententia per contradictas non intimata morte procuratoris an valeat.*
8 *Actorum integra transportatio præsumitur.*
9 *Possessio capta in vim sententiæ, & mandati de reintegrando inter Ecclesiasticas personas ante appellationem post decem dies ad appellandum est valida.*
10 *Executio capta dicitur per relaxationem, & expeditionem mandati.*
11 *Comissio restitutionis in integrum non impedit executionem captam.*
12 *Vnionis exceptio vti petitoriam respiciens non admittitur in iudicio manutentionis.*

Decisio CCXXXVI.

CVM Rector Ecclesiæ S. Mariæ voluisset iterum audiri super manutentione data sub die 11. Februarij 1628. ad fauorem Ecclesię S. Stephani, proposito dubio super eisdem, placuit Dominis non recedere a decisis ex rationibus in decisione deductis.

Nec obstare visa fuerunt, quæ deducebantur ex capite nullitatis, et iniustitiæ.

1 Nam † nullitas debet esse patens, *Seraph. decis. 867. num. 1.*

2 Iniustitia † vero debet esse notoria, *Rot. dec. 646. num. 2. par. 2. recent.*

Nullitas autem, et iniustitia non potest probari, cum Procurator S. Mariæ penes se retineat processum, † quo non producto, non potest dici, constare de nullitate, et iniustitia, *Rota dec. 636. num. 2. par. 1. recent.* cum casu manutentionis, *Rot. in recent. dec. 293. numer. 6. & 7. part. 1. & decis. 347. num. 3. par. 2.*

Vnde non obstat, quod non fuerit citatus Simon Salsa, qui de tempore latæ sentētiæ in vim resignationis factæ per Iacobum possidebat.

4 Tum quia, † ex quo non exhibetur processus, nō potest dici non fuisse citatum, *Seraph. dec. 1807. nu. 3. Rota dec. 636. nu. 3. par. 1. diuers. & in recent. dec. 684. nu. 4. par. 2. & fuit dictam in Imolen. spolij 31. Martij præteriti coram me.*

Tum quia de resignatione, et possessione non cōstat, cum Iura ex aduerso producta nō sint in forma pro-

probanti, cum sint transumpta facta lite pendente, absque citatione partis, † et sic non probant, *auth. si quis in aliquo, ubi Dec. num. 9. & 10. C. de eden. Rot. dec. 1. de fid. Instr. in nou.* nec etiam sunt recognita, † prout requiritur, *cap. 1. & ibi DD. de fid. Instr. Oldrad. cons. 127. num. 6. Ruin. cons. 115. num. 4. & 5. Verall. dec. 17. num. 3. par. 3.* et propterea sat est fuisse citatum Iacobum Salsam possidentẽ tempore motæ litis.

7 Nec facit, quod † sententia fuerit per contradictas non intimata morte Procuratoris, *iuxta decis. Bellam. 494.*

Quia ista opinio Intimationis recessit ab Aula, et non seruatur de stylo Curiæ, *Egid. dec. 491. Rota in recent. dec. 191. num. 6. par. 2. Papazzon. ad decis. 13. num. 1. & 2. de rescript. in nou. Vestr. in prax. lib. 4. cap. 5. num. 5.*

Pariter non placuit defectus non transportationis Actorum coram bo. me. Vbaldo, † quia pro integra actorum transportatione præsumitur, *Greg. dec. 59. num. 1. & dec. 118. num. 3.*

Non obstat quod possessio fuerit capta post appellationem interpositam à mandato de reintegrãdo, et sic fuerit attentata, cum inter Ecclesiasticas personas detur appellatio in possessorio.

Quia mandatum de reintegrãdo fuit relaxatum, et expeditum ante interpositam appellationem, quę non emanauit intra 10. dies datos ad appellandum, sed longe post, † Vnde, licet causa esset appellabilis, cum non fuerit appellatum in tempore, sententia transiuit in iudicatum, et propterea legitime capi potuit possessio post rem iudicatam, *Seraph. dec. 229. num. 1. & 4. Cas. de Grass. dec. 2. num. 2. & 5. de appellat. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 14. num. 32. in fin.*

Nec nocet commissio appellationis, et restitutionis in integrum, et quod postea sit capta possessio, quia, † cum iam executio esset cœpta, ex quo iã erat relaxatum, et expeditum mandatum, *Put. dec. 285. lib. 2. Rot. dec. 545. num. 5. par. 1. in recent.* vtq; † commissio restitutionis in integrum non potuit impedire executionem iam ceptam, *Put. dec. 277. lib. 2. in nou. Rot. in recent. dec. 370. num. 2. par. 1. & dec. 138. num. 2. par. 2.*

12 Prætensio † vnionis vti respiciens petitorium nõ est admittenda in iudicio manutentionis, *cap. in litteris de rest. spol. Ferret. cons. 7. num. 3. lib. 1. Greg. dec. 549. num. 6.*

Et ita vtraq; etc.

Eminentissimo Domino Cardinali Virili

Neapolitana Beneficij.

Luna 5. Iunij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum captæ possessionis ipsam possessionem probat.*
2. *Possessio cessa transfertur de cedentem in cessionarium absq; alia apprehensione, & est cessionarius ex illa manutenendus.*
3. *Possessio capta cum Monitorio A. C. habente clausulam si quis, an sit attentata.*
4. *Possessionem Beneficij capere de manu Nuncij non est necesse, vbi Commissarius Cameræ possessionẽ per ipsum captum cedit prouiso Apostolico.*
5. *Massaria possessionẽ capere sat est in Beneficio, quod non habet Cappellam, seu Ecclesiam materialem.*
6. *Clausula, Constito, debet plene iustificari, etiã quod non adsit contradictor.*
7. *Exceptio non iustificationis clausulæ, Constito, reijcitur ad petitorium.*
8. *Prædo etiam manutenendus est.*
9. *Recognitio non videtur necessaria de Instrumento, in quo adest sigillum Nuncij, tamquam in Curia notum.*
10. *Recognitio sufficit fieri ante relaxationem mandati.*

Decisio CCXXXVII.

CORam bo. me. Remboldo duæ fuerunt factæ decisiones, vna sub die 10. Maij 1621. in qua fuit dictum, Io: Mariæ prouiso, Apostolico dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur, altera sub die 21. Iunij 1626. in qua fuit resolutum, nec contra Ioannem Baptistam, nec contra Octauianum dandam esse declaratoriam. Vnde dato dubio, An sit standum, vel recedendum à decisis super manutentione sub dicta die 10. Maij, vel potius danda sit declaratoria. Pluries causa proposita die 17. Decembris 1627. fuit dictum, Nõ liquere, et die 13. Martij 1628. fuit rescriptum, vt informaretur: Cui sit dãdum mandatum de manutenendo, et tandem die 5. Iunij 1628. fuit responsum: Recognitis prius iuribus, dandum esse mandatum de manutenendo Ioanni Mariæ; et sic standum in decisis sub die 10. Maij 1621. coram bo. me. Remboldo, quia de possessione Ioannis Mariæ constat, nam, cum Commissarius Cameræ, siue eius procurator acceperit possessionem, 1 vt ex publico Instrumento, † per quod probatur possessio, *l. prædia, ff. de acq. poss.* illamq; cesserit Ioanni Mariæ, † vtique in cessionarium fuit translata possessio, perinde ac si ipse met cessionarius ab initio possessionem accepisset, et ei datur manutentio, *Nat. cons. 398. n. 38. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 259. Gonzal. super reg. 8. gl. 14. num. 118. & fuit dictum in Romana census 2. Iunij 1610. coram bo. me. Penia.*

Quod Commissarius Cameræ cesserit possessionem Ioanni Mariæ, patet, Nam præmissa narratiua, quod mediante eius procuratore acceperat possessionem realem, et actualem, omnia, et singula iura super Capella, eiusque bonis quomodolibet competentia cessit Ioanni Mariæ cum clausula, ponens etc. constituens etc. vnde satis apparet, quod fuit cessa ipsamet possessio capta per Commissarium, *Felyn. in rubr. de rescript. numer. 6. Rot. dec. 5. de rescript. in nou.*

3 Nec obstat, † quod possessio Ioannis Mariæ sit attentata, ex quo fuit capta cum Monitorio Auditoris Cameræ executorialis breuis, quod facit litem respectu impetrantis, et habet clausulam, *si quis, &c.* quæ resoluitur in simplicem citationem, quia fuit responsum, quod non erat monitorium, sed mandatum, et quatenus contineat monitorium cum clausula *si quis, &c.* ad effectum, vt possessio sit attentata, requireretur, quod Octauianus Caraffa esset in possessione, quia tunc esset legitimus contradictor, de qua cum non doceatur, cessat ratio legitimi cõtradictoris, et non fit resolutio in simplicem citationem, et possessio non est attentata, *vt fuit dictum in Tuden. Parochialis Sanctæ Christinæ 4. Nouembr. 1592. coram bo. me. Card. Pamphilio, Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 492.*

Nec facit quod possessio non sit capta de manu 4 Nuncij iuxta Constitutionem Pij IV. quia † illa nõ habet locum, quando Commissarius Cameræ accipit possessionem, et illam cedit prouiso Apostolico, ex quo cessat suspicio malitiæ cõsiderata à Cõstitutione,

stitutione, *vt fuit dictum in Auersana fructuum 18. Ianu 1607. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Vltra quod Quintius Bonioannis Commissarius in specie deputatus vigore literarum Nuncii, relaxauit possessionem procuratori Commissarii Cameræ Apostolicæ, retentis prius fructibus solutis pro Camera iuxta ordinem literarum Nuncii, *vt in summario num. 5.*

Non obstat, quod non fuerit capta possessio Ecclesiæ; sed Massariæ, quia Beneficium non habet Cappellam, nec Ecclesiam materialem, nec nomẽ alicuius Sancti, et narratiua in gratia est de nuda 5 nuncupatione Beneficii, vnde † sat fuit capere possessionem Massariæ, *iuxta cons. Surd. 323. num. 46. & 47.*

Non obstat, quod clausula, *Constito etc.* non sit 6 plene iustificata, † prout requirit, etiam quod non adsit contradictor, *vt fuit dictum in Abulen. Benefi-* 7 *cij. 26. Iunij 1609. coram bo. me. Penia,* † quia de hac iustificatione, quæ potest quoque adesse, videndum 8 est in petitorio, cum † etiam prædo sit manutenendus, *l. cum fundus ff. de vi, & vi arm. cap. in literis de restit. spoliat. Seraph. dec. 382. num. 5.*

Non obstat, quod Instrumentum captæ possessio-9 nis non sit recognitum, quia omisso, † quod adest Sigillum Nuntium Curia notum, adest recognitio, 10 † quæ sufficit fieri ante relaxationem mandati, *iuxta dec. Put. 18. de fid. Instrument.*

Et ita vtraque etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano,

Ferrarien. Archipresbyteratus

Veneris 16. Iunii 1628.

S V M M A R I A.

1 *Institutio facta in contradictorio Iudicio habet vim diffinitiuæ, & causat attentata, secus si extraiudicialiter.*
2 *Ampl. siue subsecuta fuerit actualis institutio post appellationem, siue pendente, tempore ad appellandum.*
3 *Ab institutione datur appellatio, etiam si dicatur, nõ habere vim diffinitiui, quia trahit secum executionem, & non potest reparari per diffinitiuam. vbi redditur ratio, & intrant attentata, & num. 4.*
4 *Appellatio ab Interlocutoria, vbi est admittẽda, causat attentata.*
5 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi amoueri non debet, etiam quod nullum detegatur ius.*
6 *Appellatio an detur suspensiua ab institutione in Parochiali, & à relatione Examinatorum, ita vt intrent attentata.*
7 *Producta quæ non sunt in actis, non sunt habenda in consideratione.*
8 *Iudex non potest aliunde, quam ex actis sumere informationes, & se mouere, aliàs tollerentur parti defensiones, quia suas non posset facere diligentias.*
9 *Quæ non sunt de actis, dicuntur non esse de mundo.*
10 *Iura non sufficit esse in actis, nisi etiam fuerint producta parte citata ad dicendum contra.*
11 *Amp. etiam in instrumento rogato ab eodem Notario, nisi saltem repetatur cum partis citatione.*
12 *Ampl. etiam in iuribus productis in alio iudicio, quia debet repeti, vel produci cum citatione in iudicio, de quo agitur.*
13 *Iuspatronatus in Principe, & Magnate habente iurisdictionem in loco præsumitur ex vsurpatione, & requirit probationem immemorabilis, & præsentationum sortitarum effectum per 50. annos. ampl. vt num. 16. 18. 19. 21. 32. 41.*
14 *A Tituli primordio posterior fundatur cuentas.*
15 *Principium attenditur in actu nulliter concepto.*
17 *Potentia in aliquo quomodo probetur.*
20 *Ad Iurispatronatus quasi possessionem acquirendam quæ requirantur.*
21 *Iuspatronatus in persona potenti probari debet in petitorio, & possessorio ex Concil. Trid. & nu. 24. vbi redditur ratio.*
22 *Quasi possessio præsentanti in Persona Potenti non sufficit ad effectum manutentionis.*
23 *Patronus prætensus, qui semel dotauit se iurepatronatus secundum formam Concilij Trid. non est repellendus à quasi possessione præsentandi.*
25 *Assertio, seu attestatio Ordinarij, vel Iudicis, de iurepatronatus, seu quod de eo cognouerit, an probet, & præiudicet Ecclesiæ. & num. 32. 33. 36.*
26 *Procurator Fiscalis citandus est in cognitione iurispatronatus.*
27 *Breuitas temporis facit constare non fuisse in causa adhibitam cognitionem, nisi talis sit causa, in qua Iudex illa temporis breuitate potuerit instrui, & num. 29.*
28 *Tempore in actibus omnibus indigemus, vt aliquid maturius agamus.*
30 *Sententia antiqua lata, iam 39. anni sunt, potest exequi sine actis.*
31 *Probationes antiquæ probant sine actis.*
32 *Iuspatronatus prætensum à familia potenti probari debet per authenticas scripturas, non autem per testes, vel aliud æquipollens, & num. 38. & 41.*
33 *Episcopi assertioni standum est in concernentibus eius officium.*
34 *Ecclesia regulariter libera præsumitur, & præsentatio competit ex gratia.*
35 *Institutio facta sine causæ cognitione nõ suffragatur.*
36 *Enunciatiua Papæ non facta motu proprio, nec de facto proprio, sed ad supplicationem partis non tribuit ius, nec probat iuspatronatus. Limit. vt num. 37.*
39 *Verbum*, Remaneor, *quid importet. & numer. seq.*
40 *Concessio facta à Principe de Castro cum pertinentijs non amplectitur res singulorum, nec vniuersitatis, sed solum quod est propriam ipsius Principis.*

Decisio CCXXVIII.

Vacante Archipresbyteratu Bondeni, Serenissimus D. Dux Mutinæ prætẽdens, illum esse de Iurepatronatus, præsentauit coram Suffraganco Ferrariensi Iuliũ Veneticum, cui præsentationi se opposuit Promotor Fiscalis Episcopatus, & hinc inde pluribus actitatis, tandẽ idem Coadiutor die 31. Iunij superioris anni per hæc formalia verba præsentato institutionem concessit: mandans Serenissimum D. Ducem manutẽneri in possessione, seu quasi iuris præsentandi, & nominandi, et ad hunc effectum mandauit præsentatum institui, prout ipse die 3. Augusti sequentis instituit, & die 23. eiusdem mensis Promotor Fiscalis, à die habitæ notitiæ interposuit appellationem cum protestatione, quod nihil fieret, appellatione pendente. Vnde introducta causa in Rota dubitani; [illegible] dicta institutio suffragaretur, et ne-

negocio matur è discusso, negatiuè fuit resolutum ex duplici capite.

1 Primo, quia huiusmodi institutio fuit attentata, ea quo,† cum fuerit facta in contradictorio iudicio habet vim diffinitiuæ, et causat attentata, *gloss. in cap. fin. verb. Inanes. de elect. in 6. Io. Andr. in cap. Auaritiæ. ante num. 4. vers. item facta ordinata iudicio. Gemin. ante numer. 8. vers. tertius quando fit ordinato iudicio cum contradictore. Franc. nu. 5. de elect. in 6. Innoc. in cap. constitutus. c. 46. in fin. vers. secus nu. tem. Host. num. 11. in fin. vers. si autem procederetur. Abb. num. 14. de appellat. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 49. per tot. vbi num. 2.* dicit, quod etsi *Lambert. de Iurepatr.* fuerit allegatus in causa Neapolitana de Squillagiis coram Oradino de mense Decembris 1562. Rota non admisit hoc dictum, et dixit, quod lectura erat corrupta, subdit, quod plerique ex dominis idem sentiebant, dum proponebatur causa Bituntina Beneficiorum 16. Iunii 1563. coram de Rubeis, et tandem concludit, quod dictu Lambertini potest saluari, quando extraiudicialiter proceditur, tunc enim ab institutione non datur appellatio, *vt dicunt etiam omnes DD. supra allegati, & num. 4. in fin.* dicit quod *Abb. in cap. constitutis* loquitur, quando ordinarius summariè, et extraiudicialiter procedit ad institutionem, *vt dixit Rota in causa Compostellana coram Chissanen. 16. Ianuarij* 1554. et verè ita loquitur *Abb.* et distinguit, quando extraiudicialiter proceditur, ∫vt videre est nu. 5. et quando iudicialiter, *allegata num. 14. Rot. dec. 6. numer. 2. par. 2. vbi aliæ decisiones alleganiur, & latè Garz. de Benefic. par. 9. cap. 4. num. 16. cum pluribus*

2 *seqq.* † et ista procedunt, siuè appellatio antecesserit, siue subsequuta fuerit actualem institutionem, quia sufficit ad eff. ctum attentato rum, quod institutio fuerit concessa, pendente tempore ad appellandum, cum actualiter fuerit appellatum in tẽpore, *Cassad. dec. 3. de rest. spol. Cæsar. de Grass. dec. 2. de appell. Put. dec. 414. nu. 2. lib. 3. in correct.*

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia, dato etiam sine vero præiudicio, quod institutio nõ

3 haberet vim diffinitiuæ, nihilominus † ab ea dabatur appellatio, cum traheret secum executionem, et non posset reparari per diffinitiuam, *Federic. de Senis cons. 66. in princ.* vbi quod si à tali interlocutoria non posset appellari, lex in hoc dicendo esset iniqua, quia præstaret occasionem iudicibus perperam interloquendi, *Anchar. cons. 372. nu. 5. vers. circa vero secundum Rot. dec. 281. in fin. lib. 3. part. 3. Natt. cons. 172. nu. 2. & seqq. lib. 1.* et ideo gesta appellatione pendente etiam ex isto capite essent at-

4 tentata, † quia appellatio, etiam ab interlocutoria, quando est admittenda, causat attentata, *Roman. cons. 501. num. 2. vbi Apostil. dat concord.* quod autem ab ista interlocutoria daretur appellatio, non potest ambigi, ex eo, quod suffraganeus Ferrariensis instituit, ex quo Serenis. D. Dux erat in possessione, ergo interlocutoria trahebat secum executionem, ita ut non posset per diffinitiuam reparari, quia tunc videtur posse reparari, quando possessor, si succumbat, tenetur restituere omnes fructus, quos percipit post litem contestatam, sed si institueretur præsentatus appellatione pendente ab institutione iudicialiter concessa, et succumberet, Ordinarius, qui prætendit liberam, non posset recuperare fructus,

5 hoc est prouisionem illius Beneficii, quia † præsentaodi, etiam quod nullum detegatur ius possessoris, non debet amoueri, *cap. consultationibus. de iurepatr. cap. querelam. de elect. & vtrobique DD. Calderin. cons. 23. in prin. vers. illud tamen. de Preben. Oldrad. cons. 312. num. 2. Abb. cons. 54. num. 2. par. c. Rota dec. 374. num. 3. par. 1. in recent.* et ita in puncto, licet ad aliud propositum, dicit *gl. in cap. ex literis. in verb. vel antequam, & ibi Abb. num. 9.* [illegible] ratio est ista, *de iurepatr. Alex. cons. 75. numer. 46. lib. 4. Rocch. de iurepat. in verb. competens. quæst. 23. in 2. & 3. opin.* qui Doctores, licet loquantur, quando ante præsentationem fuit mota lis cum ali quo in quasi possessione præsentandi, bene tamen applicantur in terminis ad casum nostrum, quia ratio huius opinionis respicit casum, quare Episcopus instituere non posset, *vt cõsiderat Lancellot. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 649.* licet in casu, quod lis moueatur possessori ante vacationem, verior opinio sit, quod nec Patronus possit præsentare, *vt per Lancell. de attent. vbi supra d. num. 449. & seqq.*

6 Non obstat, † quod hic agitur de Parochiali, et ideo non erat admittenda appellatio, ad effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantum, *vt disponit Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 18. de reform. et est constit. S. M. Pij V. 33. in nouis. in §. 5. incipiente decernentes.* Quia fuit responsum, quod Concilium loquitur in relatione facienda ab examinatoribus, quæ non potest suspendi per appellationem, quo minus fiat institutio, secus in casu isto, in quo agitur de iurepatr. et Serenis. D. Dux prætendit esse in quasi possessione præsentandi, ac iudicialiter fuit processum ad institutionem non ex relatione examinatorum, sed ex prætensa quasi possessione, vnde ea prædictis casibus nõ possunt attentata, *vt fuit resolutum in causa Lucanæ Plebis, seu Parochialis 8. Ianij 1571. coram bo. me. Card. Lancellotto Seniore, siue Binarino, quam refert Garz. de Benef. part. 9. c. 4. num. 18.* et in istis terminis loquitur etiam Constitutio prædicta S. M. Pii V. et in puncto, quod Institutio Parochialis iudicialiter facta, pendente appellatione, sit attentata; *fuit resolutum in causa Aprien. Parochialis 1. Iulij 1596. coram recol. mem. Francisco Penin, & in alia Aprien. Parochialis 4. Decembris 1596. coram bo. mem. Card. Lancell. Iuniore, ac in causa Compostellana Parochialis de Bayona 9. Decembris 1598. coram eod. bo. me. Penin, quas decisiones refert Garz. vbi supra num. 22. cum seqq. & passim nostro tempore hoc fuit dictum, & sine controuersia admissum.*

Secundo principaliter dictum fuit, institutionem non suffragari, quia, aut prætenditur, quod illa possit sustineri, ex quo constet de Iurepatronatus Serenis. Ducis, aut ex quo est in quasi possessione præsentandi, ad quam se restrinxit suffraganeus Ferrariensis, et ex probatione iurispatronatus d. Institutio defendi non potest, quia, aut illud prætenditur probari ex dotatione, et fundatione iuxta formam præscriptam a Concilio, vel ex Priuilegio, si ex dotatione, et fundatione, de illa non constat, si ex priuilegio, nec minus. Non potest enim fieri vis in Priuilegiis ponderatis in causa *Commaulen. & Ferrarien. Præpositura, & Beneficij 15. Decembr. 1625. coram bo. me. Remboldo,* quia copiæ illorum fuerunt ponderatæ per Datariam impugnando dicta prætensa Priuilegia, qualia illa essent, nec fuerunt produ-

7 cta in actis, † vnde in illis non potest fieri aliquod fundamentum nisi per Serenis. Ducem producantur in actis huius causæ, vt per Rotam cognosci possit, quantum releuent, et ideo, cum non sint in actis, nulla est de illis habenda consideratio, cum

8 Rota non admittat, † quod possit Iudex aliunde, quam ex actis sumere informationes, *vt fuit resolutum in causa Perusina separationis Thori 28. Iulij 1589. coram bo. me. Gyptio, S. M. Greg. dec. 224. in fin. Rota dec. 446. num. 8. par. 1. diuers. & dec. 178. nu. 2. par. 4. & passim hoc tenet Rota,* quod etiam fuit optima ratione ponderatum, *in causa Romana hæreditatis 17. Iunij 1615. coram bo. me. Card. Sacrato,* vbi quod si Iudex extra acta moueri posset, non posset pars facere suas diligentias, et ita tollerentur defe-

9 nsiones, vnde ea, † quæ non sunt de actis, dicuntur nõ esse de hoc mundo, *Rota dec. 404. sub num. 1. par. 1.*

recens,

10 *recent*, quæ adeo vera sunt, † vt non sufficiat iura esse in actis, nisi etiam fuerint producta parte citata ad dicendum contra, *Cassador.dec.7.in fin.de appell.Cæsar.de Grass.dec.3.nu.7.de rest. spol.* † etiam
11 quod Instrumenta sint rogata in actis eiusdem Notarii causæ, nisi saltem repetantur cum partis citatione, *vt fuit dictum in causa Romana Saluiani 25. Maij 1616 coram Illustriss.D.Cardinali S.Eusebii, &*
12 *coram S. M.Greg.in dec.508.num.6* immo, † si dicta Priuilegia fuissent producta in illo iudicio, (quod tamen non est verum) non nocerent in isto, *Cephal.cons.377.num.86.Riminal.Iun.cons.213.nu.20. Achil. decis. 2. de confess.S.M. Greg.decis.432.num.5.*

Aut verò prætenditur probari Iuspatronatus iuxta formam Concilij et cum agatur de magno Prin-
13 cipe, certum est,† quod tam de iure cõmuni præsumitur ex vsurpatione, *Pat.dec.55.& 56.lib.1.& dec.356.par.2.in correct.Mohed.dec.10.de iurepat.* quam ex dispositione Concilii, *Rota coram S.M. Clem.VIII.dec.199.par.2.diuers.& decis.331.ead. par.2.* et ideò aut Serenissimus D. Dux prætendit hoc Iuspatr.ex persona clar.me. Ducis Alphonsi vltimi Ducis Ferrariæ, aut ex persona propria. Si ex persona Ducis Alphonsi, prout videtur pretendere, vt patet ex literis obtentis à S.M. Paulo V. ibi *quæ de iurepatr. Laicorum nobilium virorum dilecti filii Cæsaris de Este Mutinæ, & Regii Ducis ex fundatione, vel dotatione iuxta capitulationem Fauētina existit,* Si enim prætendit hoc Iuspatr. ex Capitulatione Fauentina, in necessariam consequentiam illud prętendit ex successione Ducis Alphonsi; et isto casu, dum illud prætendit ex iure Ducis Alphonsi, sequitur, quod illud Iuspatr. habet præsumptionem iuris contra se, ita vt, cum agatur de Iurepatr. spectante ad personam Magnatis, requiratur probatio immemorabilis cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum iuxta dispositionem S.Concilii Trid.*Sess.25.cap.9.de refor.* in eo enim solo Concilium alterauit dispositionem iuris communis, vt debeat doceri de dictis præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, quia etiam de iure communi in istis Magnatibus requiritur probatio immemorabilis, vt infra dicetur. Et quòd Dux Alphõsus compræhēderetur sub ista dispositione Cõcilii, est extra omnem difficultatem, cum haberet iurisdictionem in loco, *Put.d.dec.55.& 56.& vtrobiq; additio lib.1.in correctis, & dec.3.& 8.de iurepatr. Chissanen.dec.67.Caputaq.dec.128. par.2.Mohed. dec.10.nu.2.de iurepatr. Cott.dec.336.Rot.dec.56. n.2.6.& 7.dec.119. nu.1.vers.Ratio.par.1.in recēt. S.M.Greg. dec.222.num.1.& ibi latè Add. & fuis resolutum in causa Lucana Iurispatr. de Podiis. 5. Martii 1621.coram me,* et hac quidem probatione vti debet Serenis.D. Dux Mutinæ, cum sit successor
14 Ducis Alphonsi: † à primordio enim tituli posterior formatur euentus, *l. 1.5.nulla. & ibi gl.in vers. Primordium tituli. C.de impon.lucr. descript.lib.10. Oldrad.cons.94.in princ.vers.& quantum ad primũ.*
15 vbi † quod principium attenditur in actu nulliter concepto, quia si a principio fuit actus nullus in sua conceptione respectu vitij personarum, etiam quod actus sit sub conditione, non conualidatur, licet tēpore purificatæ conditionis cesset vitium, & generaliter, vbicumq; aliquid fit in exequutionem præcedentis actus, attenditur actus præcedens, & sic principium, *Anchar.cons.28.num.3. & in terminis Iurispatr.Rot.d.dec.219.num.1.vers.ratio fuit.par.2. recent.* vbi æquiparat illos, qui sunt, vel aliquando fuerunt Domini temporales loci, vbi existit Beneficium.

Si vero Serenissimus D. Dux prætendit hoc Iuspatr. ex persona propria, eget eadem probatione,
16 quia † decretum prædictum Concilij *Sess.25.cap.9. de reform.* propter dictionem, plerumque, quæ vtitur, habet locum etiam quando cessat præsumptio vsurpationis, si iuspatr. prætendatur à persona Potēti, vel magnate, siue vniuersitate, vt censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, *& dixit Rota in causa Sorana iurispatr.28. Aprilis 1603.coram bo. me.Card.Pāphilio, vbi fuit reprobata decisio in causa Toletana iuris decimandi 3.Maij 1582.* in qua dicebatur quod dato concursu paris, vel maioris potentiæ Episcopi, cessat præsumptio vsurpationis, *& idem fuit dictum coram eodem in Iacen.Parochialis 27.Iunij 1603.& admissum in d.causa Lucana iurispatr.de Podijs 14.Iunij 1621.coram me,* & quod requiratur eadem probatio, quando ad iuspatr. agit familia potens, & magnas, prout requiritur, quādo agit Dominus Castri, *sæpissimè fuit resolutum. A.A. dec.104.lib.2.alias 1273.lib.3.par.3.diuers.* vbi simpliciter loquitur in iurepatr. Magnatum. *Achill. dec.4 num.10.de iurepatr.Crescen.dec.1.eod.tit.Chissanen.d.dec.67.Io.Paulus dec.8.alias 842.lib.3.par. 3.diuers.* vbi quod iuspatr. præsumitur ex vsurpatione, ne dum in Dominis, sed etiam in familia potēti, & vniuersitate, & quod D. Simonetus, dum erat Auditor, annotauerat, quod de familia potenti hoc pluries fuerat resolutum, *Cotta dec.356. Peregr.dec. 5.lib.2.& fuit resolutum in causa Neapolitana Cappellaniæ.29.Ianuarij 1570.coram bo.me.Card.Lācel. Seniore,* vbi de familia Caracciola. *Seraph.dec.952. nu.6.* vbi de Nobilibus Venetis in statu Venetorum, quæ conclusio fuit habita pro indubitata *in d. causa Lucana iurispatr. de Podys 5. Martii 1621. coram me.*

17 In proposito autem, siue dicamus † potentiam probari ex diuitijs, amicis, numerositate personarũ, & familiarum, ac populari existimatione, *prout volunt D.D.in l.1.ne liceat in poten. & in cap. fin. vbi Card.num.3.& 5.de alien.iud.mut. causa fact* & negari non potest, quod Serenissimus D. Dux censeri debeat persona potens respectu Nobilitatis, & magnę potentiæ, ac magnarum diuitiarum, etiam in statu Ferrariæ, totiusq; populi existimationis. Cum illa Ciuitas fuerit sub dominio illius familiæ, & in illa Ciuitate adsint quam plures familiæ a Principibus Æstinis Beneficatæ, siue dicamus in iudicanda potentia hoc esse relinquendum arbitrio, & religioni iudicantis, *prout voluit Bal.cons.152.sub nu. 1.vers.Nam illa lex.lib.1.cuius dictum sequuta fuit Rota in causa Lucana iurispatr. de Podiis 14. Iunii 1621.coram me,* & nemo sanę mentis inficiari poterit, quin intret arbitrium Iudicis in casu, de quo agitur, pro iudicanda persona Serenis. Ducis potētis in Ciuitate Ferrariæ, tam propter magnitudinē personæ, & diuitiarum, præsertim in ditione Ferrariensi quam propter alias adhærentias, vt supra dictum est.

18 Et prædicta esse vera, † quod scilicet sufficiat potentia in loco, quamuis non sit coniuncta cum iurisdictione, satis depræhenditur ex eo, quia Sacra Congregatio, prout etiam Rota, sępe censuerunt, iuspatr. vniuersitatis etiam paruę, et sine iurisdictione in loco, ac etiam Parochianorum præsumi ex vsurpatione, *Put.d.decis.55.& 199.lib.1.in correct. Mohed.d.dec.2. in fin.de iurepatr. Crescent.dec.1.nu. 2.eod.tit.Io.Paul.d.dec.842.num.1.vers.secus tamē Chissanen.d.dec.67.in princ.Mātic.dec.234.& 253. num.1.Rot.d.dec.199.par.2.* etiam quod vniuersitas sit parua, *vt fuit resolutum in causa Nullius Archipræsbyteratus fossæ secchæ 2.Maii, & 1.Iulii 1588. coram bo.me.Card.Pamphilio,* ac etiam quod iuspatron. prętendatur à paucis Parochianis, siue vicinis, *fuit resolutum coram me in causa Cremonen. Cappellaniæ 11.Aprilis 1601.& in causa Bononien. de Varignana 20.Martii 1589.coram Gyptio, & in cau-*

sa Ilerden. Beneficii 11. *Martii* 1596. *coram Penia. Mantic. d. dec.* 234. *nu.* 2. *vers. quod locum, & d. dec.* 153. *num.* 3. *Ros. dec.* 431. *num.* 1. *par.* 1. *recent. & optimè facit doctr. Specul. in tit. de Iurepatr. numer.* 11. *Gonz. super regul.* 8. *gl.* 18. *num.* 68. *vers. quod etiam. Garz. de benef. par.* 5. *cap* 9. *num.* 102.

19 Non obstat, † quod ad effectum, vt præsumitur Iuspatronatus ex vsurpatione in persona potēti requiratur potentia in loco, vt in decisionibus supra allegatis, ita vt iurisdictio extra locum Beneficii non sufficiat ad præsumendum Iuspatronatus esse ex vsurpatione, *vt fuit resolutum in causa Meliten. Iurispatr.* 10. *Martii* 1608. *corā Illustrissimo Card. S. Eusebii.* Quia fuit responsum, prædicta rectè intellecta non obstare: Nam vera est consequentia, habet iurisdictionē in loco, ergo intrat præsumptio vsurpationis: sed regulariter non est vera consequentia non habet iurisdictionem in loco, ergo non intrat præsumptio vsurpationis, nisi quando cessante iurisdictione ex alijs, cessat quoque potentia, prout in dicta causa Meliten. in qua cum prætendens Iuspatronatus haberet iurisdictionem extra locum, ideo Iuspatronatus non præsumebatur ex vsurpatione, quia ex aliis cessabat potentia in loco, quæ quidem potentia in statu Ferrariæ non cessat in Serenis. D. Duce, licet cesset iurisdictio, stante magnitudine illius personæ, ac diuitiarum, aliisq; supra ponderatis.

Aut vero prætenditur, institutionem posse substineri, ex quo Serenis. D. Dux est in quasi possessione presentandi, et illa non suffragatur. Et pro huius articuli resolutione tria sunt præmittenda.

20 Primum, † quod ad acquirendam possessionem Iurispatronatus plura requiruntur, Et primo, q̃ ille, qui vult præsentare, presentauerit bona fide. Secūdo, quod præsentatio fuerit admissa. Tertio, quod institutus fuerit habitus tamquam Rector in possessione Rectoriæ. Quarto, quod præsentans credat vti iure suo. Quinto, quod ille, in cuius præiudiciū possessio quæritur, hoc sciat, et patiatur, *Calder. in cons.* 12. *de iurepatr. Dec. cons.* 129. *num.* 3. *Gig. cons.* 48. *num.* 42. *& cons.* 49. *num.* 79. *&* 80. *Rocch. in verb. competent. q.* 14. *nu.* 35 *cum pluribus seqq. Lambert. de iurep. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 10. *Paleott. dec.* 680. *lib.* 3. *p.* 3. *et dec.* 687. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers. & fuit dictum in causa Firmana Iurispatr.* 16. *Iunii* 1588. *coram bo. me. Card. Pamphilin, & alias sepissimè.*

21 Secundum est præmittendum, † quod probatio Iurispatronatus, ex quo versamur in persona potēti, iuxta tenorem Concilij, requiritur tām in petitorio, quam in possessorio secundum declarationem Sacræ Congregationis Illustriss. Interpretum, *quā refert Gonz. ad regul.* 8. *gl.* 18. *n.* 23. *& reuerēter passim Rota sequitur, vt in Reatina iurispatr.* 28. *Octobris* 1587. *coram. Robusterio, In causa Valentinā Cappellaniæ* 8. *Aprilis* 1595. *coram bo. me. Cardinali Blancherto, in causa Auximana iurispatr.* 28. *Maij* 1595. *coram Illustriss. Mellino, in Calagurritana Iurispatr. de Viana* 15. *Martij* 1599. *coram bon. me. Penia, in causa Romana Parochialis de Publicolis* 31. *Ianuarij* 1600. *coram Episcopo Pacen. In causa Bononien. Parochialis de Gadco* 17. *Iunij* 1605. *coram Andrea s. m. Greg. d. dec.* 222. *num.* 2. *vers. Quæ probatio. Rota dec.* 756. *num.* 31. *vers. Vnde sequitur. par.* 2. *recent. & fuit dictum coram me in Pampilonen. de Inast* 1. *Iulij* 1605. *& in Barchinonen. Prioratus* 11.

22 *Maij* 1609. ita vt † non sufficiat docerè de quasi possessione presentādi, ad effectum manutentionis, *Garz. d. glos.* 18. *num.* 23. *vers. vbi etiam*, quia Concilium sustulit omnem possessionem, *Seraph. decis.* 1395. *numer.* 4. *vers. Neque obstat, & numer.* 5. *vers. & ex ea.*

23 Tertiò est præmittendum, † quod prætensus Patronus, qui semel docuerit de Iurepatronatus, non est repellendus à quasi possessione præsentandi, si tamen, dum docuit de Iurepatronatus, seruauerit formā Concilii Tridentini, prout declarauit Sacra Congregatio, *& refert Gonz. vbi supra numer.* 26. *&* 27. *Seraph. d. dec.* 1395. *num.* 7. *& fuit dictum in causa Volaterana Cappellania* 28. *Aprilis* 1595 *coram bo. me. Blancherto, & in d. Romana Parochialis* 31. *Ianuarii* 1600. *coram Episcop. Pacen. ac etiam in d. Comaclen. & Ferrarien. coram bo. me. Remboldo,* Ratio autem, cur requirantur probationes etiam in possessorio iuxta formam Concilii, est clarissima,

24 † quia, cum Concilium prescribat certam formam probandi Iuspatronatus, si eo modo non probetur, abrogat, et irritat iuspatronatus cum quasi possessione subsecuta; ergo ne Iuspatronatus cadat sub hoc decreto, probatio illius debet fieri nedum in iudicio petitorio, sed etiam possessorio, seruata forma Concilii, et in hac parte Concilium adhæret illi opinioni, quod ex præsentatione facta sine titulo Patronus censeatur in mala fide vera, et propterea non acquirere aliquod ius in possessione, *Alex. cons.* 75. *num.* 47. *& seqq. vol.* 4. non autem illi opinioni, quod quasi possessio attendatur, si erat bona fide facta, *Put. d. decis.* 46. *in addit. lib.* 1. *in correct. Crescent. dec.* 2. *de iurepatr. idem Put. dec.* 27. *eod. tit. Dec. cons.* 117. *num.* 2. *vers. vnde ex ista*, quæ quidem bona fides præsumebatur, si præsentatus spatio 20. annorum possederat *Put. d. dec.* 55. *in addit. lib.* 3. *& dec.* 337. *lib.* 2. *in correct. & dec.* 24. *de iurepatr.* quibus in locis loquitur in terminis præsentati, qui possederat spatio 26. annorum. Vnde Concilium tollit istam præsumptionem bonæfidei ex possessione longi temporis, et vult, quod iuspatronatus probetur aliàs illud irritat cum quasi possessione præsentandi. Hinc meritò Sacra Congregatio resoluit tam in petitorio, quam in possessorio requiri probationes Concilii. Nec dicatur, quod Concilium irritat possessionem, quando iuspatronatus prætenditur ex priuilegio, et ideo deberet doceri, quod ius patronatus pretendatur ex priuilegio; quia Concilium loquitur generaliter per verba, reliqui patronatus omnes, et verum est, quod comprehendit iuspatronatus ex priuilegio, *ex adductis per Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 116. sed non ideò dicendum est, quod non comprehendat etiam omnes, quocumque titulo prætendantur, præterquam ex dotatione, et fundatione per dicta verba generalia, *vt in specie probat Gonzal. reg.* 8. *gloss.* 18. *numer.* 23.

His positis quasi possessio presentandi non suffragatur, vt dictum est, et cū Serenissimus D. Dux posuit allegata duas præsentationes, de illis sigillatim agetur. Quantum enim attinet ad primam de anno 1599. licet ordinarius in institutione dixerit cognito tamen prius de bono iurepatronatus prædicti, et quod in terminis edicti nostri per nos hac

25 de causa specialiter propositi etc. attamen ista assertio Episcopi non suffragatur, sed ex actis probari debet, fuisse cognitum super iurepatronatus iuxta terminos Concilii, quia non statur assertioni factæ per Ordinarium, vt in nostris terminis *Rota decis.* 421. *num.* 3. *vers. minus obstare. par.* 2. *in recent. & in causa Mediolanen. iurispatr.* 21. *Aprilis* 1589 *coram bo. me. Perusino, & in causa Albanen. iurispatr.* 22. *Iunii* 1592. *in fin. coram bon. mem. Cyptio, & in dicta causa Romana de Publicolis* 31. *Ianuarii* 1600. *in vers. nec obstat. coram bo. me. Pacen.* et idem est in probatione iurispatronatus, quæ debet fieri de iure communi nisi iustificetur ex actis, *Rot. d. dec.* 199. *n.* 5. *vers. et bis. par.* 2. *diuers.* 235. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* vbi dicitur, non credi etiam assertionibus Iudicis, nisi factæ sint præuia causæ cognitione, et de illis appareat in processu, *iuxta cons. Soccin.* 47. *num.* 15. *vol.* 4. nec confessio Episcopi, quod Beneficium sit de iure-

iurepatronatus præiudicat Ecclesiæ, *Caputaq. decis. 128. num. 4. par. 2. Rot. d. dec. 421. num. 3. in fin. vers.*
26 *tamen etiam. par. 2. recent.* et † deberet etiam constare, fuisse citatum Procuratorem fiscalem, de cuius interesse agebatur, *Seraph. d. deci. 1395. numer. 7. vers. Nec fuit citatus*, et prædicta eo magis procedunt in casu isto, cum edicta fuerint facta die 19. Octobris 1599. et de eadem die fuerit facta præsē-
27 tatio, et institutio. Vnde † ex ista breuitate temporis satis liquet, quod non fuit adhibita causæ cognitio, *ad tex. in cap. cum ex literis. vers. perspeximus quoq; de in integ. restit. gl. in cap. iurgantium. in verb. celeri. in fine. de re indic. & ibi Butr. nu. 3. Bart. in l. prolatam. in fin. & ibi latè Add. in litera L. & M.*
28 *C. de Sent.* Et ratio est, quia † in omnibus actibus tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, *Anchar. cons. 36. incip. visa quadam petitione nu. 2. & 3. per tex. in l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact.*
29 et † quamuis ista non procedunt, quando temporis breuitate Iudex potuit instrui, quia tunc breuitas temporis non vitiat, *d. cap. iurgantium. ibi celeri sententia, & ibidem Imol. in princ. de re indi. Alex. cons. 213. num. 3. vol. 7. Bal. cons. 204. num. 4. vers. & licet fuerit factum lib. 3.* attamen hic nō ostenditur, quod breuitas temporis sufficeret, immo, cum nō doceatur de titulo fundationis, et dotationis, aut priuilegio, præsumptio stat in cōtrarium, quod requireretur congruum tempus ad probādam immemorabilem cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, quę probatio est necessaria, cessantibus prædictis, vt supra probatum fuit. Nec Serenissimus D. Dux potest iuuari in hoc concordia Fauētina, vt statim dicetur. Nec etiam applicatur con-
30 clusio, † quod sententia antiqua potest exequi sine actis: Primo, quia, quatenus ageretur de sententia, ad hunc effectum requiritur, quod sit lata ante 30. annos, *Put. dec. 328. lib. 2. in correctis Rip. resp. 1. nu. 9. de iurepatr. lib. 1. Mantic. dec. 296. num. 7.* in hoc autem casu prima Institutio non fuit facta antè 30. annos. secundo, cum constaret de tempore secundæ præsentationis, de anno 1618. quod prima institutio fuit facta sine causæ cognitione, vt patet ex prędictis, requirebatur in secunda institutione ad acquirendam quasi possessionem causæ cognitio, vt statim probabitur. Tertio, veritas est, quod hic non
31 sumus in sententia, et † quamuis idem dicatur de probationibus, quod de sententia, quod si sunt antiquæ probant sine actis, itaut, qui vult impugnare probationes antiquas, teneatur exhibere acta *S. M. Greg. dec. 535. num. 9. & 10.* tamen hic nullæ afferūtur probationes, sed sola assertio Episcopi, cui non statur in istis terminis, vt supra dictum est, et modo etiam dicetur, et tandem cessat omnis difficultas, quia, vt iam ostensum fuit, liquido apparet, nullam causæ cognitionem adhibitam fuisse.

Neque in hac facti specie discutiēdum est, quid posset operare assertio Episcopi, si ageretur de pro-
32 bando Iurepatronatus in familia nō potēti, † quia, cum agatur de familia potenti, requiritur immemorabilis cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, quæ debent probari per scripturas authenticas, quæ probatio requiritur à Concilio pro forma, ita quod aliter facta, vt per testes, vel aliud equipollens, nō suffragetur, *vt pluries fuit resolutum per Sacram Congregationem Concilij, et per Rotam in causa Sabinca. Beneficiorum 15. Octobris 1581. coram Robusterio. Rot. dec. 199. num. 4. par. 2. coram S. M. Clemente Octauo, & in causa nullius Archipresbyteratus 4. Maii, & prima Iulii 1588. corā bo. me. Card. Pamphilio, & in Albanea. Prioratus 26. Nouembris 1588. coram Orano, & in Aquinaten. Iurispatronatus 19. Ianuarii 1590. coram bo. me. Card. Mantic. et alias sæpissimè, et noniter Gonz. ad regul. 8. gl. 18. num. 79. Grat. discept. 268. num. 21. vsq; ad fin.* quæ adeo vera sunt, vt nec sufficiat probatio præsūpta, quæ resultat ex enunciatiuis, et institutionibus Episcoporum de presētationibus coram ipsis factis, *vt fuit resolutum in causa Aquinaten. Iurispatr. 9. Iunii 1600. corā Card. Seraphino, et in Sorana Iurispatr. 28. Aprilis 1603. coram Cardinale Pamphilio, et in Pacen. Parochialis 27. Iunii 1603. coram eodem, et nouissimè articulo maturè discusso in causa Terracinē. Canonicatus 10. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Merlino*, licet de iure circumscripta dispositione Concilij, assertioni Episcopi de præsentatione coram se facta credatur, *Rot. dec. 11. de iurepatr. in nouis*, et ideo, cum pręsentationes debeāt probari per authentica documenta, et Concilium hoc disponat de forma, vt supradictum est, non sufficiunt assertiones Episcopi, vt in prædictis decisionibus, et p̄sertim in decis. D. M. Merlini, in qua, cū pars, quę informabat, contrarium prætenderet, contra ipsam solam informantem Rota respondit. Neq; dicatur quod hodie non agitur de ista probatione, sed an fuerit facta, quod præsumitur ex dicta assertione
33 Episcopi, † cui standum est in his, quæ concernunt officium suum, *Rot. dec. 698. numer. 4. par. 1. diuers.* quia, vt modo dictum est, in hoc casu non statur assertioni Episcopi, sed debeat ex actis constare, Iuspatronatus fuisse probatum iuxta dispositionem Concilij, et sic iuxta prædicta modo pōderata.

Quantum attinet ad secundam præsentationem de anno 1618. vnacum enunciatiua in literis S. M. Pauli V. sic concepta. *Quæ de Iurepatronatus Laicorum Nobilium Virorum dilecti filii Cæsaris de Este Mutinæ, et Regii Ducis ex fundatione, vel dotatione iuxta Capitulationem Fauentinam existit etc.* nec ista præsentatio, et inde secuta assertio Papæ, ac institutio Ordinarii suffragantur, non quidem presentatio, et institutio, quia, licet Serenis. D. Dux de facto esset in quasi possessione præsentandi ex præsentatione effectum sortita anni 1598. nihilominus ostendere tenebatur, illam primam institutionem fuisse factam cum causæ cognitione, vt ex illa bona fides resultaret, et inde sublequi posset secunda institutio, cum illi resisteret Sacrosanctum
34 Concilium, et ius commune, † Ecclesiaq; regulariter libera præsumatur, et præsentatio ex gratia competat, *cap. quoniam de Iurepatr. cap. omnes Basilicæ. 16. qu. 7. ita in puncto dicit Didacus Spino. de testam. gl. 4. in fin. et bene ad propositum Valasch. cōsult.*
35 *163. nu. 9. cum seqq. Gonzal. d. gl. 18. nu. 48.* et † propterea, cum ista institutio fuerit facta sine causæ cognitione, non suffragatur, vt in dictis Sacrę Cōgregationis Concilii, et Rotæ decisionibus, et nec po-
36 test iuuari ex enunciatiua Papæ, quia, † cum non fuerit facta motu proprio, nec contineat factum proprium ipsius Sanctæ Memoriæ Pauli V. sed sit ad supplicationem partis, non tribuit aliquod ius, nec probat Iuspatronatus, de quo principaliter dubitatur, *Clem. in fin. de sent. excom. Paris. cons. 128. 4. 22. vers. in super. lib. 4. Aret. cons. 23. num. 8. et seqq.* vbi dicit, hoc procedere, etiamsi super ea fundetur intentio Papæ. *Dec. cons. 602. numer. 15. latè Aym. de antiq. temp. par. 1. §. 1. nu. 9.* præsertim quia concernit interesse partis, *Caputaq. dec. 137. num. 5. par. 3. et fuit in puncto dictum in causa Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Et ad propositum non applicantur decisiones *In causa Portuen. Beneficy 9. Maii 1594. coram bo. me. Pacen. et coram Illustriss. Millino 22. Martii 1596.*
37 *quæ sunt dec. 523. et 524. par. 4. diuers.* quia † ibi agebatur de assertione Papæ facta motu proprio, et super facto, quod sibi causa cognita innotuerat, et super ea fundabatur intentio Papæ, et ideo eius assertioni standum erat, *Clem. 1. de probat. et ibi DD. glos. in dict. Clem. fin. in verb. Non intelligitur. de*

P 4 *sent.*

sent exceptionatum allegatis in prædictis decis. & fuit 38 *consideratum in prædicta causa Sarzana,* † in qua põderatum etiam fuit, quod in casu dictarum decisionum Portuen. non controuertebatur existentia Iurispatronatus, sed solum pertinentia inter emptorẽ Castri, qui prætendebat, Iurispatronatus competere Castro, & venditorem, qui dicebat, illud esse gentilitium, & ideo sufficiebant ordinariæ probationes, *vt fuit dictum, in causa Firmana Iurispatronatus 21. Iunij 1593. coram bo. me. Card. Blanchetto.* immo etiam leuiores, cum non ageretur principaliter de Iurepatronatus, neque Ordinarius, aut aliquis ab eo prouisus esset in causa, sed incidenter, & alium finẽ, vt videretur, an esset emptoris, vel venditoris Castri, *vt considerauit bo. mem. Pacen. in sua dec.* in hoc autem casu dubitari non potest, quin ageretur de ipso Iurepatronatus, licet alius non esset in causa, cum ageretur ad effectum institutionis in præiudicium libertatis beneficii, maximè cum Fiscalis esset in causa, ideoque certum sit requiri exactas probationes, *vt fuit resolutum in causa Pampilonen. Parochialis de Inusi 10. Aprilis, & 20. Nouembris 1595. coram bo. me. Card. Mantic.*

Nec, vt dictum est, Serenissimus D. Dux potest iuuari assertione Papæ circa concordiam Fauentinam, quia, si concordia Fauentina non suffragatur, nec ipsa assertio potest suffragari: quod autem dicta concordia Fauentina non suffragetur, satis patet, cũ in ea dicatur, *Rimanghi a lui*, scilicet Serenissimo Duci, *& à suoi heredi, & successori, cot i vltimi, come singolari solamente il Iuspatronato della Prepositura di Pomposa, & quello della Pieue di Bondeno con tutte* 39 *lara pertinenze,* † cuius verbi (*remaneat*) natura est in hoc casu, vt importet continuationem, & perseuerantiam iuris, & dispositionis præcedentis, *l. sed & si manente. ff. de precar. & fuit consideratum in dicta causa Comaclen. & Ferrarien. coram bon. mem. Remboldo.* ideoq; nisi doceatur, quod hoc Iuspatronatus spectaret ad Ducem Alphonsum, dispositio horum Capitulorum non potest suffragari Serenissimo D. Duci, *cap. 1. & ibi Bal. numer. 2. & seqq. de* 40 *capit. qui cur. vendid.* vbi dixit, † quod si Imperator fecit concessionem alicuius Castri, cum pertinentijs, in huiusmodi concessione non veniunt defensæ, vel Molendina, quæ erant propria Communitatis, neque veniunt res singulares vicinorum, quia tantum videtur Rex cõcedere, quod erat proprium, *arg. l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & l. vxor. pa- trui, C. de leg. & l. qui Tabernas. ff. de contrahempt. Franc. Aret. in cons. 15. num. 5.* sic in proposito. cum in Capitulis dicatur, quod Beneficia remaneant de Iurepatronatus. Ideò Papa præsupponit, quod talia sint, & quod talia debeant remanere penes Serenis. D. Ducem, qualia fuerant penes Ducem Alphonsum, & propterea, nisi doceantur, quod de tempore Capitulorum Beneficia essent de Iurepatronatus Ducis Alphonsi, Capitula non suffragantur Serenis. D. Duci, cum existentia Iurispatronatus Ducis Alphonsi sit fundamentum intentionis Serenis. D. Ducis, & dispositionis Capitulorum, *Bart. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. public. Tiraq. de vtroq. retract. §. 8. gl. 7.* Papa enim, vt supra relatum est, in Capitulis dixit, *Rimanghi anco a lui il Iuspatronato,* non autẽ voluit simpliciter concedere Iuspatronatus; pro vt si dixisset, Beneficia sint de Iurepatronatus, quo casu dispositio ex certa scientia facta præiudicaret libertati Ecclesiæ, *vt in simili considerat Franc. Aret. d. cons. 15. nu. 9. vers. His non obstantibus.*

Non obstat, quod Conc. Trid. *d. Sess. 25. cap. 9. de Reform.* excipiat patronatus competentes sublimibus, ac supremis Principibus iura Imperii in Dominis suis habentibus, quia hodie de hoc non est disputandum, cum Concilium præseruet tantum consuetudines, seu præscriptiones, & facultates, ac Priuilegia dictorum Principium, & ideo frustra disputatur, an sit locus huic exceptioni, cum de prædictis non constet: Et quod hoc sit verum, satis patet, quia Sacrosanctum Concilium decernit, vt Ius- 41 patronatus sit ex fundatione, & dotatione, † et vult illud probari per authenticum documentum, vel aliàs iuxta modum ibi præceptum, post quẽ modum ibi præscriptum subdit, *Reliqui Patronatus &c. seu facultates, & Priuilegia concessa &c. cum vacat scilicet Beneficia (exceptis Patronatibus super Cathedralibus &c. & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes iura Imperij in Dominijs suis habentes pertinent) in totum prorsus abrogamus.* Vnde cum præseruet Iuspatronatus dictorum Principum etiam quod nõ sit ex dotatione, et fundatione, præsumit Concilium, quod de Iurepatronatus debeat constare secundum dispositionem Iuris communis, quod non corrigitur, quoad dictos Principes, et propterea, si Serenissimus D. Dux prætenderet hoc Iuspatronatus esse præseruatum per Cõcilium, etiã 42 quod non esset ex dotatione, et fundatione, † deberet probare aliquem titulum de iure sufficientem ad inducendum Iuspatronatus. Et si niteretur sola præscriptione, prout Iuspatron. posse præscribi *tenet Federic. de Senis cons. 234. quem refert, & exornat Paul. de Citadinis de Iurepatr. par. 3. caus. 5. num. 3. cum pluribus seqq. fol. mihi 58.* vt illo capite posset iuuari, deberet docere de immemorabili, quę requiritur in persona potenti etiam de iure communi ad hunc effectum, *Butr. in cap. dilectus sub nu. 12. vers. solet dic contrarium, vbi etiam Card. sub num. 2. qu. 41. præcipuè ibi. Populus autem. de offic. leg. Mohed. dec. 10. num. 1. & 2. de Iurepatr. Achill. dec. 4. nu. 4. eod. tit. Put. d. dec. 55. 56. & 199. in princip. lib. 1. in correctis, Caputaq. dec. 128. num. 1. & num. 4. in fin. & num. 5. par. 2. Gaidob. dec. 114. incip. Thomas Pontianicus in fin. vers. secus si de illo. Chissanen. d. dec. 67. incip. Iuspatronatus in magnis. Card. Mantic. dec. 89. num. 3. vers. sed neque, & dec. 234. num. 1. fuit latè deductum in dicta Comaclen. & Ferrarien. Præpositura coram Remboldo.* Si verò niteretur, se concessisse ex priuilegio, deberet ostendere priuilegium, aut concessionem Apostolicam, cum priuilegium, aut concessionem Apostolicam, cum priuilegium, aut concessio Ordinarij non sufficiant, *c. de reb. Eccl. nõ alien. in 6. Rebuff. in prax. in 3. par. Signaturæ vers. nec non Iuspatr. Staphil. de literis gratiæ, de modo, & for. impetr. §. c. de iurispatr. prærogatina num. 3. & 4.* etiam si Patronus esset in possessione per centum, et quadraginta annos, vel aliõ lõgissimo tempore, cũ constaret de priuilegio inualido, *Gonz. ad reg. 8. gl. 18. num. 48. Paris. de confident. qu. 28. numer. 280. & hanc opinionem sequitur Rota, vt in decisionibus relatis per Garz. de benefic. par. 5. c. 9. num. 128. & 129.*

Et ita conclusum, negocio maturè discusso, licet vna tantum parte informante.

R.P.D. Dunozetto.

Lucana Iurispatronatus

Mercurij 18. Junij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendi.*
2. *Lim. nisi concluderet constet de proprietate alterius.*
3. *Præsentandi quasi possessio acquisita per consensum præstitum permutationi suffragatur etiam pro quasi possessione in casu vacationis per obitum.*

4 Tu.

4 *Tutoris consensus in aliquẽ præsentando sufficit pro pupillo.*
5 *Iurispatronatus cessio ad fauorem compatroni non eget Ordinarij consensu.*
6 *Ordinarius dicitur approbasse translationem iurispatronatus factam in compatronum per illius præsentationem admissionem.*
7 *Beneplacitum Apostolicum necessarium in alienatione Patronatus Ecclesiastici præsumitur interuenisse ex lapsu 30. annorum, & subsecuta obseruantia.*
8 *Patronatus siue Ecclesiastici, siue laicalis translatio, nisi sit in compatronum, requirit consensum Ordinarij.*
9 *Productio vnius tituli ad vnum finem, nõ tollit præsumptionem alterius allegatum ad alium finem.*
10 *Præsentandi ius præscribitur spatio 40. annorum.*

Decisio CCXXXIX.

1 DOmini dixerunt, Dominicum esse instituẽdum † tamquam præsentatum à Martino existente in quasi possessione præsentandi, *cap. consultationibus. vbi Butr. nu. 9. de iurepatr. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 130. de caus. poss. & propriet. Rot. dec. 167. num. 7. & 8. par. 2. diuers.*

2 Hæc enim sola attenditur ad hunc effectum, † nisi pleuè, & concludenter doceatur de proprietate alterius veri patroni per rem iudicatam, confessionẽ partis, aut Instrumẽtum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit, *Butr. in cap. ex literis. num. 8. de iurepatronatus. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. qu. 3. art. 6. n. 4. par. 1. Rota in Lucana iurispatr. coram bo. me. Penia inter recent. decis. 374. num. 4.*

3 Quasi possessio vero Martini satis est iustificata ex consensu præstito de anno 1622. permutationi factæ de hoc Beneficio in manibus Ordinarij, † cuius vigore fuit quæsita quasi possessio, etiam in casu vacationis per obitum, *Abb. cons. 54 in fin. part. 1. Crescent. dec. 2. de iurepatr. Put. dec. 301. lib. 2. in recent. Rota coram S. M. Greg. XV. dec. 349. vbi Adden. num. 7.* &

4 † hic consensus benè potuit præstari per tutorem pro Martino tunc pupillo, *Federic. de Sen. cõs. 102. in primo dub. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 1. q. 2. art. 10.*

Non obstat Instrumentum fundationis de anno 1613. in quo medietas huius Patronatus legitur reseruata Vniuersitati Cappellanorum. Omne enim qualecumque Ius fuit de anno 1554. translatum in Martinum Seniorem vigore donationis, de cuius

5 viribus Domini non dubitabant, tum quia † vti facta Compatrono, qualis de illo tempore erat Martinus Senior, non indigebat consensu Ordinarij, *Achill. dec. 10. de iurepatr. Caputaq. dec. 284. par. 1. & dec. 131. par. 2. Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 464. num. 8.*

6 Tum etiam quia, quatenus præfatus consensus fuisset necessarius, † satis de eo constare videbatur ex subsecuta Ordinarij tolerãtia plurium annorum, nec non ex admissionibus præsentationum factarũ per Martinum donatarium, eiusq; successores, quæ non potuerunt fieri citra approbationem donationis; *Lambert. d. tract. lib. 1. par. 2. q. 8. art. 7. in fin. Rot. in Hannonien. iurispatr. de Mola. 27. Nouembris 1597. coram bo. me. Gypsio*, & hæc approbatio potuit quãdocunque superuenire etiam post donationem, *cap. cura, & cap. suggestum. de iurepatr. Rot. dec. vlt. eod. tit. in antiquis.*

7 Non obstat allegatus defectus beneplaciti Apostolici; quod videbatur necessarium in alienatione Patronatus Ecclesiastici ex Constitutione Paulina de reb. Eccl. non alienandis. † Illud enim ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia subsecuta præsumitur interuenisse, *Anchar. cons. 136. Seraph. dec. 671. numer. 1. Rota decis. 506. numer. 2. & 4. part. 2. recent.*

Neque hæc præsumptio eliditur ex productione alterius tituli insufficientis, nimirum consensus Vicarii. Quia hic non fuit exhibitus ad effectum ostendendi esse satisfactum *extrauag. Pauli secundi de reb. Eccl. non alien.* sed fuit productus ex abundãti pro maiori cautela, & ad magis remouendum

8 scrupulum Iuris communis, quo attento † in trãslatione Patronatus, siue Ecclesiastici, siue Laicalis (nisi actum esset de donatione facta compatrono) videbatur adhibendus consensus Ordinarii, *cap. nobis. vbi DD. de iurepatr.*

9 † Productio autem vnius tituli ad vnum finem, et effectum, non tollit præsumptionem alterius tituli melioris allegatam ad aliũ finem, & effectum diuersum, *Rot. dec. 285. nu. 4. par. 2. recent.*

Preterea, cum ab anno 1551. quo Martinus Senior præsentauit Pardum, emanauerint per eius hæredes plures præsentationes effectuatæ, et sit

10 lapsum spatium 40. annorum, † videbatur etiã Martinus iunior, qui præsentauit Dominicum, aduersus prætentiones Cappellanorum tutus præscriptione quadragenaria, *cap. de quarta. de præscript. Conar. in reg. possessor. par. 2. §. 10. numer. 8. Purpurat. consil. 560. numer. 16. Rota decis. 407. numer. 1. part. prima diuers.*

Et ita vtraque etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Colonien. Monasterij.

Mercurij 21. Iunij 1628.

SVMMARIA.

1 *Excommunicato manutentio concedenda non est.*
2 *Limita secus si excommunicatio sit dubia, & requirat ulteriorem indaginem.*
3 *Limita secus si excommunicati prætendantur particulares, & manutentio petatur per Vniuersitatem.*
4 *Nullitatis translationis oppositio non retardat manutentionem possessori de facto.*
5 *Immissionem passus ab Executore, qui non bene processit, est manutenendus, nisi se habuerit pro spoliato.*
6 *Nullitatis exceptio non discutitur in iudicio summarissimo manutentionis, sed ad petitorium reijcitur.*
7 *Translatio antiqui Monasterij in nouum intelligitur facta cum omnibus bonis antiqui.*
8 *Papæ intentionis defectus gratiam viciat.*

Decisio CCXXXX.

PLacuerunt Dominis duæ Decisiones in hac causa factæ, in quibus abunde fuit firmatum dandam esse Manutentionem Canonicis in possessione Monasterii B. M. V. siti in Oppido Nouesij, et eius bonorum. Nec obstare, dixerunt, quod de nouo hodie deducitur, non posse concedi manu-

1 tentionem Canonicis, † cum sint excommunicati propter locationes vltra triennium factas bonorũ Ecclesiæ *vigore extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* et de excommunicato est in puncto

 dec.

decis.275. num.5. post cons.Farin. S.M.Greg. XV. dec. 64. vbi adden.num.13. Quia † in omnem casum requirunt altiorem indaginem, et hodie non agitur nomine particularium, qui locationes fecerunt, sed nomine Congregationis pro interesse Ecclesię, 3 † cui particulares praeiudicare non potuerunt, *cap. 1. & per tot. de his, quæ fiunt à maior. part.capit. Cassad.dec.8.de caus. poss. & propriet. Alex.cons.81.num. 7.lib.4. Et fuit dictum in Theanea. Beneficij 11. Ianuarij 1621.coram bo.me.D. meo Vbaldo.*

Non obstat repetitum motiuum nullitatis translationis ob defectum licentiæ Papæ, quia placuerũt decisiones datæ in vltima decisione in fine, et in 4 omnem casum † nullitas translationis non impedit, quin saltem de facto isti Regulares, vel pro eis Re-5 ligione possideret, † cuius possessionis vigore, cũ se non habuerint pro spoliatis ab exequutore, qui non bene processit, debent interim manuteneri, *Sanct. Me.Greg.XV.dec.9 num.6. & dec.307.num.6. & 7. Et firmatur.in decisionibus, de quibus agitur*, vbi etiã, 6 † quod ista exceptio nullitatis non est discutienda in iudicio manutentionis summarijssimo, sed ad petitorium reijcienda. *Gabr. cons.51.num.13.vol.1. Put.dec.108.lib.3. Acchil.dec.15. de restit. spol. & dixit Rot. in Spoletana pensionis 21.Maij 1619.coram bo.me.D.meo Vbaldo.*

Non obstat pariter, quod hoc, de quo agitur, non sit Monasterium, sed Hospitium in Oppido Nouesij, quia illud etiam obiectum fuit sublatum in vltima decisione, in qua ex multis probationibus adductis pro parte Canonicorum sufficienter probatum fuit, constare de contrario, et hodie augetur ista probatio ex nouo instrumento status istius loci, ex quo optimè comprobatur, quod est Monasterium, non Domus, vel Hospitium, et quod habet Ecclesiam formatam. Vnde in concursu tot probationum, ex quibus veritas elucescit, Domini procurarunt attestationem quandam exaduerso datam in contrarium.

Non obstat, quod bona essent vacantia, ex quo Monasterium antiquum erat dirutum, et super istis bonis habeat saltem ius Archiconfraternitas, quia, cum fuerit facta translatio antiqui Monasterij in Mo-7 nasterium nouum, † translatio intelligitur facta cũ omnibus bonis antiqui Monasterij, *cap. 2. de Relig. dom. Zeroll. in praxi Episcop. par.1. in verb. Moniales. vers. ad decimum septimum, in fin. Et ita censuit Sacra Congr. Conc. vt in declaratione quæ est impressa post Conc. cap. 5. sess. 25. de Regul. num.12.*

Non obstat, quod Canonici fuerint expulsi auctoritate Papæ, qui absque dubio potuit illos expellere, quia non reuocatur in dubium potestas Papæ, sed voluntas, cum non fuerit ei narratum, quod adesset Monasterium cum Ecclesia subrogatum in locũ antiqui, sed fuit præsuppositum, quod bona essent vacantia, quod non erat, vt supra, et sic intrat de-8 fectus intentionis Papæ, † qui semper vitiat gratiã. *Paris.cons.4.num.27.lib.1. Gabr. de claus.concl.2.num. 20. Rot.dec.45 num.1.par.2.diuers. Seraph.dec.981. in prin. & dec.998.num.12.*

Et ita decisum, vtraque parte acerrimè informante etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano.

Nouarien. Bonorum.

Luna 26. Junij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Iudex subdelegatus eamdem habet auctoritatem in actu subdelegato, quam habet subdelegans.*
2 *Commissio plenariam potestatem tribuit super omnibus, quæ ad causam pertinent.*
3 *Iurisdictione cõcessa, ea quoque intelliguntur concessa, sine quibus iurisdictio explicari non potest.*
4 *Principali commisso, etiam accessoriam commissum censetur.*
5 *Mandatum restrictum ad videndum exequi literas compulsoriales relaxatas per talem Auditorem an suffragatur quoad Iudices compulsoriales concordatos coram alio Auditore, & num.7.*
6 *Rota facit vnum tribunal, & vnicam iurisdictionẽ adeò vt vnus Auditor dicatur subrogatus loco alterius, & facta coràm vno in causa alteri commissa substineantur.*
7 *Citans pro certa hora quando possit actam expedire.*
8 *Comparatio, & protestatio partis aduersæ quando faciat constare, aliquid actam esse in termino, & hora citationis.*
9 *Citatione vnica plures termini, & actus cumulari possunt.*
10 *Comparationis in iudicio quæ debeant interuenire, & num. seqq. & num.17. & seqq.*
11 *Comparationis in iudicio petens iurat de calumnia, & se non habere alium modum recognoscendi.*
12 *Recognitio per comparationem dicitur probatio subsidiaria, & fit alijs probationibus deficientibus.*
13 *Comparationem facere potest Iudex per se ipsum, sed tutius est, vt adhibeat duos peritos.*
14 *Periti plures pro comparatione literarum requiruntur, nec vnus sufficit.*
15 *Periti debent esse partibus non suspecti.*
16 *Peritum, parte citata non eligente, eligit Iudex, non tamen suspectum.*
17 *Periti debent iurare.*
18 *Responsio relatiua ad interrogationem habet implicitum tenorem interrogationis, à qua declarationem recipit.*
19 *Scriptura certa requiritur, ad quam fieri debeat comparatio.*
21 *Periti debent suam relationem in scriptis producere, vel in actis scribi facere.*

Decisio CCXXXXI. La prima.

AGitur de recognitione Instrumenti inuestituræ factæ per viam transactionis de anno 1502. per Cardinalem de Sancto Seuerino Ioanni Iacobo Triuultio, de qua quidem inuestitura adsunt duo Instrumenta, alterũ leuatũ a Francisco de Badagio, qui de eo fuit rogatus, alterum vero exemplatum per Petrum Cellum. Vnde difficultas hodie fuit restricta ad Instrumentum leuatum per Notarium rogatum, vt videatur, An fuerit vltimo loco legitime recognitũ per cõparationem reseruato, vt quid inde resultet videatur; cuius difficultatis resolutio circa duo versatur, Primò circa

circa validitatem processus comparationis, secundo circa id, An comparatio fuerit legitimè facta.

Et quantum attinet ad primum, non potest dubitari de validitate processus comparationis, cum ille fuerit factus à Iudice per Rotam subdelegato, 1 † qui ideo quoad hunc actum eamdem auctoritatē habet, quam Rota, *cap. vlt. §. delegatus, & ibi not. Franc. num. 2. de Iudic. lib. 6.*

Nec minus ambigi potest de facultate Rotæ in facienda huiusmodi recognitione per comparationem, 2 † cum ex distributione Commissionis facta Auditori, ipse receperit super omnibus, quæ ad causam pertinent, plenariam potestatem, *iuxta not. in c. 3 præterea. de offic. deleg.* et † concessa Iurisdictione, ea quoque cōcessa videantur, sine quibus iurisdictio explicari non potest, *cap. suspiciens. de offic. delegati l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic.* Prout 4 † et commisso principali censetur quoque commissum accessorium, *cap. prudentiam. §. sexta. in fin. de offic. deleg.*

Non obstant tres nullitates oppositæ contra dictum Procuratorem factæ super hac comparatione: Non prima defectus mandati clar. me. Odoardi Cardinalis Farnesij tunc Commendatarij, quod videtur restrictum ad videndum exequi literas compulsoriales relaxatas per nunc Illustriss. Cardinalē Verospium tunc Rotæ Auditorem, et ideo Procurator non poterat petere executionem literarum cōpulsorialium postea relaxatarum per bo: me: Cardinalem Sacratum, 5 † vnde processus remanet nullus, *vt in dec. vlt. Sanct. mem. Greg.* quia fuit responsum quod bo: me: Cardinali Sacratus non relaxauit nouas literas compulsoriales, sed tantum deputauit nouos Iudices in Curia concordatos pro executione literarum compulsorialium per prius relaxatarū quarum vigore fuit facta recognitio per comparationem, et sic non potest dubitari de viribus mādati, quatenus etiam ita rigorose esset interpretandū, secundo fuit responsum, quod in Rota materia ista 6 non est adeo strictè interpretanda, cum † Rota faciat vnum Tribunal, et vna sit omnium iurisdictio, ita vt vnus loco alterius subrogatus dicatur, et acta facta coram vno in causa alteri commissa sustineātur, et valida reputentur, *Put. dec. 339. lib. 3. in correct.* maximè parte non opponente, *idem Put. dec. 460. lib. 2. pariter in correct.* quare, et si prædictus Illustrissimus Verospius relaxasset compulsoriales, attamen bon. mem. Card. Sacratus denuo easdem potuit relaxare, quo casu mandatum Procuratoris videbatur sufficere ex ratione prædicta, quia scilicet non censebatur mutata persona Iudicis, cum, vt dictum est, Rota faciat vnum Tribunal, tertio fuit responsum, quod mandatum habet duas partes, prima est ad exequendum literas compulsoriales relaxatas, per Illustrissimum Cardinalem Verospium, secunda continet hæc verba. Item petendum, et obtinendum recognosci per comparationem Instrumentum transactionis Inuestituræ, et aliorum celebratum inter tunc Commendatarium, et Abbatem Sancti Bartholomei, et Ioannem Iacobum Triuultium rogatum per Franciscum de Badagio etc. quæ secunda pars ad effectum, de quo agitur, abunde sufficit: Neque potest huic motiuo obijci, quod facultas recognoscendi per comparationem est registrata in literis compulsorialibus, quia, cum non possit dubitari de validitate relaxationis compulsorialium, sed tantū de validitate comparationis, esto, quod mandatum Procuratoris de partibus non esset sufficiens pro scripturis compulsandis, non potest tamen infitiari, quin esset sufficiens pro recognitione scripturarum per comparationem, quia in hoc casu non erat necessaria compulsatio, et postea recognitio per comparationem, cum tam dictum Instrumentum fuisset productum in Rota, et habitum sub oculis Dominorum, vt illius facies posset considerari, et certum est quoad recognitionem per comparationem, quod mandatum non erat restrictum,

Non obstat secunda nullitas, quod scilicet pars fuerit citata pro certa hora ad recognoscendum, et non fuerit expectata. Quia primo fuit respōsum, quod pars fuit vltimo loco citata 16. Martii pro die 18. in vesperis ad videndum præsentari tres libros Matriculæ per publicos Officiales, per quos erat facienda comparatio Instrumenti, & Protocolli antea iam productorum etc. et eadem die 18. in vesperis fuit reproducta intimatio, *vt in proc. compul. fol. 47.* vbi legitur tantum executio citationis die 17. quam illius reproductio facta die 18. in Audientia hora vespertina, et accusata contumacia pro parte Cardinalis Farnesii, Officiales præsentarunt libros, et fuit facta recognitio per Peri- 7 tos, † quæ quidem recognitio valida fuit, etiam, quod non fuerit expectatus totus lapsus horæ vigesimæ quartæ, quia sufficit, quod fuerit facta statim, ac incepit hora vesperarum, *Bart. in l. qui ante Calendas. 13. sub num. 5. vers. quandoq; datur terminus. ff. de verb. oblig.* vbi quod, si citatio fuit ad aliquem actum non momentaneum, in quo plura requirantur, ita vt si pars esset expectanda vsq; ad vltimum momentum diei, nihil posset probari, tunc citatus quandocumque intra terminum præscriptū potest curare, vt actus expediatur, *Franc. in cap. cōpareat num. 24. & 25. de appellat. Abb. in cap. consuluit. num. 5. & 10. de offic. deleg.* vbi dicit, quod si citetur ad hodie per totam, non arguit sententiam ferri, nisi in extrema hora diei, sed intelligitur pro hora Audientiæ, & ita seruatur in Curia, *Seraph. dec. 1115. num. 2. & 3.* nec contrarium dicit *Castr. in l. more Romano. num. 5. ff. de ferijs*, quia loquitur, quando agitur contra aliquem contumacem lapso termino, ita vt post lapsum termini debeat contumax iudicari, qui non est casus noster. Secūdo principaliter fuit responsum, quod verba citationis sūt ista, Citetur D. Marchio, & M. Antonius eius Procurator comparituri die 18. Martij in vesperis &c. vnde, licet comparatio debuerit fieri in vesperis, alias fuisset nulla, vt in puncto *Bart. in l. fin. §. si is, qui ff. quod vi, aut clam.* nihilominus, cum verba illa in vesperis sint generalia, & possint comprehendere vltimam horam, & omnes horas vesperarum vt in simili notat in puncto *Bart. in cons. 175. col. 1. vers. præterea ad hoc viget ratio. lib. 1.* ad saluandam comparitionem, si constaret, non fuisse factam in vltima hora, citatio deberet interpretari, vt sonet in omnibus horis vesperarum, cum verba citationis possint recipere huiusmodi intellectum, *Bart. in d. cons. 175. in fin. vers. item possunt intelligi. lib. 1.* tertio fuit responsum, cessare omnem difficultatem, quia Procurator Marchionis 18. Martij in vesperis comparuit, & protestatus fuit, non debere fieri recognitionem per comparitionem, sed consulendam esse Rotam, & Instante Procuratore Cardinalis Commendatarii procedi ad vlteriora, replicauit Iudicē 8 debere abstinere à comparatione, † Vnde ex tenore istius facti satis apparet, quod comparatio fuit facta in hora, in qua cadebat citatio, cum Procurator Marchionis comparuerit in vesperis, & se opposuerit recognitioni faciendæ, & Procurator Commendatarii institerit procedi ad vlteriora. Nec huic tertiæ responsioni obstat, quod protestatio videatur facta post comparationem, cum ex ordine literæ ibi hoc appareat, quia ordo literæ non est attendendus, cum ex contextu verborum de contrario expressè appareat: quod scilicet protestatio fuit facta ante comparationem, ea quo contineat non deueniri ad comparationem, & sic ad actum de futuro, & non de præterito, *l. si ita quis*

O 4 sub-

*num.*30.*&* 31. *Salyc.num.*19. quæ omnia præstiterunt secundum tradita per dd. Doctores, quæ ad praxim nouissime reduxit *Eques Iulius Cæsar Dottifangus Vrbevetan. in suo eleganti tract. de recognitione literarum per comparationem nondum impresso, qui extat apud me manuscriptus*, et quamuis prædicti DD, dicant, quod periti debent aduertere etiam ad stylum Notarij, et ad modum dictaminis, attamen cum dd. libris Matriculæ adhibeatur plena fides, in quibus continetur signum, et subscriptio post ta in calce Instrumenti, de quo agitur, et ad 17. lineas scriptas manu propria eiusdem Francisci, cum tota reliqua pars Instrumenti sit scripta aliena manu, et in hac parte Periti optime retulerunt, comparando omnes quatuor manus, et signum, tertiam videlicet positam in dictis tribus libris, et quartam positam in Instrumento, de quo agitur.

Circa tertium, et vltimum, An scilicet Periti recte retulerint *Salic. in d. l. Comparationes num.* 19. *in fin. & Curt. sen. in l. admonendi num.* 114. *vers. vltima*
11 *requiritur. ff. de iur. iur.* dicunt, † quod periti eelationem suam debent facere in scriptis, vel in actis, facere scribi, quia est species probationis, quod ad vnguem fuit seruatum, repetendo etiam in relatione recognitionem signi, et aliarum qualitatum, de quibus supra dictum fuit. Vnde negari non potest, quin etiam constet de validitate relationis factæ p peritos.

Et ita hodie fuit conclusum, visis etiam scripturis, quas in positione huius causæ D. Marchio aliàs dederat, et hodie nec in voce, nec in scriptis informare voluerit etc.

R.P.D. Ghislerio

Parmen. seu Lunen. Sarzanen. Separationis Thori.

Mercurij 28. Iunij 1628.

SVMMARIA.

1. *Arbitrium regulari debet à iure.*
2. *Arbitrium non intrat ad reuocandam executionem iam factam, & consummatam.*
3. *Matrimonij in facie Ecclesiæ contracti nullitate pendente, exercitium matrimoniale coniugibus interdici non debet.*
4. *Ampl. præsertim si coniuges sint in quasi possessione matrimonij, & neuter ex eis reclamet, sed tertius det de nullitate.*
5. *Tertius litem mouens super inualiditate matrimonij debet citare non solum virum, sed etiam vxorem.*
6. *Commissio litem non introducit, nisi postquam est in actis producta, & facta citatio ad dicendum contra.*
7. *Matrimonium consumatum separari non debet ex superaduenientia commissionis restitutionis in integrum.*
8. *Sententia in dubio præsumitur valida, & iusta, nisi exhibeatur processus, in quo contrarium constet.*
9. *Inchoandum non est à separatione matrimonij, quod prætenditur nullum.*
10. *Matrimonium non esse contractum à proprio Parocho, nec de licentia debet probari ab allegante.*
11. *Parochi attestatio de licentia data matrimonium celebrandi suffragatur etiam post illud contractum.*
12. *Matrimonium non annullatur ex solo defectu omissionis denunciationum.*

Decisio CCXXXXI. la seconda.

Licet quinta currentia fuerit dictum, constare de interesse Marchionis Ludouici Malaspinæ ad effectum, vt admittatur ad causam respectu simplicis Audientiæ, et deducat iura sua, tamen commissa causa ad eius instantiam nullitatis Matrimonij aliàs initi per Marchionem Hippolytum Malaspinam cum clausula, *vt procedatur ad separationem arbitrio Rotæ*, Domini censuerunt, non intrare.

1 Arbitrium † enim debet esse à iure regulatum, *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur num.* 8. *San. me. Greg. XV. dec.* 189. *num.* 3. *Rot. decis.* 450. *num.* 1. 587. *num.* 1. *&* 669. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* et talis clausula intelligitur, pro vt de iure, *Cæs. de Graff. dec.* 7. *num.* 7. *&* dec. 8. *num.* 2. *de sent. & re iudic. Pereg. dec.* 239. *circa fin. lib.* 2. maximè, cum certum sit,
2 † arbitrium non intrare ad reuocandam executionem iam factam, et consumatam, *& sæpissimè Rota censuit*, *vt in Fanen. Beneficij* 28. *Iunij* 1624. *coram bo. me. Vbaldo s. m. Greg. XV. dec.* 70. *in princ. & dec.* 201. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.* de iure autem
3 est, quod † Matrimonio in faciem Ecclesiæ contracto, si lis super eius nullitate postea moueatur, non debet, lite pendente, exercitium Matrimoniale coniugibus interdici, *est tex. in cap.* 2. *vt lit. pend. Frāch. dec.* 130. *num.* 4. *Abb. in cap* 2. *sub num.* 4. *qui plurimos legit Sanchez de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 50 *ad fin. vers. quod expresse, & lib.* 7. *disput.* 2. *nu.* 15. *vers.*
4 *quod si opponas*. Idque † præsertim videtur suaderi quia neuter ex cōiugibus reclamat, et in Matrimonij quasi possessione existunt, quare mota lite per tertiū super inualiditate Matrimonij, videtur prius, quam ad separationem procedatur, esse cognoscendum per sententiam, et rem iudicatam, *Frāch. d. dec.* 103. *num.* 7. saltem ad euitandum præiudicium
5 vxoris, contra quam nec lis fuit introducta, † et tamen est citanda, cum de eius principali interesse agatur, *Gratian. discept.* 850. *num.* 18. *&* 19.

Non obstat, quod dicitur, Matrimonium fuisse contractum post litem in Rota introductam coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, nam, vltra quod Marchionissa vxor in ea non comprehenditur, ces-
6 sat difficultas, quia † commissio nunquam fuit in actis producta citato Marchione Hypolito, vt requiritur ad effectum introducendi litem, nec facta citatio ad dicendum cōtra commissionem, *Clement. fin. & ibi not. vt lit. pend. Rot. decis* 4. *in fin. eod. tit. in antiq. Cassad. eod. tit. dec.* 1. *num.* 4. *s. m. Greg. XV. dec.* 94. *num.* 2. quinimmò apellatio fuit deserta ex lapsu 4. annorum. Nec facit commissio restitutionis in integrum, parte citata, cum fuerit post consumatū
7 Matrimonium, † quod propterea non debet per huiusmodi litem separari, *Sanchez d. lib.* 7. *disput.* 2. *num.* 15.

Non obstat, quod prætendatur nullitas, vel iniu-
8 stitia sententiæ super nullitate Ordinis, † quia nisi exhibeatur processus, de hoc non potest constare, et interim intrat præsumptio pro validitate, et iusti-
9 tia, nec est locus separationi, † cum ab ea non sit inchoandum, *Gratian. vbi supra num.* 4. *&* 5. qui loquitur in Matrimonio contracto post sententiam super nullitate professionis.

Non obstat, si dicatur, Matrimonium de facto processisse inter sanguine coniunctos, et non seruatis solemnitatibus Sacri Concilij, nec coram proprio Parocho, vel de licentia, quia nisi producatur processus, non potest dici de supradictis constare.
10 Vbi enim Matrimonium est contractum, † debet probari, quod non interuenerit proprius Parochus, nec licentia; *Sanch. disp.* 37. *num.* 5. *lib.* 3. et procuratore

eutore præsumitur; sed quod plus est, datur Breue de dispensando in gradu prohibito, pronuncia Delegari super dispensatione, licentia data proprijs Parochis, et matrimonium contractum inter Missarū solemnia, *summario Marchionis Hippolyti à num. 1.* 31 *vsque ad fin.* et † attestatio Parochi de licētia suffragatur etiam post contractum matrimonium, *Capuc. dec. 205. par. 2. Gemin. cons. 27. & firmauit Rota in Toletana Matrimonii 10. Decembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino*, Vltra quod defectus omissionis denunciationum ad hunc effectum non videtur cō- 32 siderabilis, † nec sufficit ad annullandum matrimonium, *Grat. discept. 841. à num. 21. vsque ad 27. Sanchez. de Matrim. lib. 3. disp. 5. num. 3. & tenuit Rot. dec. 75. num. 11. par. 1. recent. & dec. 390. num. 5. par. 2. recent.* In quibus habetur, ita censuisse Congregationem Interpretum Sacro Concilio Tridentino.

Nec etiam obstat, quod non verificetur clausula Breuis, quatenus requisito Vicario Sarzanæ super executione circa dispensationem recusaret, vel caussam rationabilem non allegaret, ideo Vicarius Brugnati non potuerit procedere, quia placuit responsio in facto, quod si exhibebitur processus, apparebit de requisitione, et quod non fuit doctum de causa rationabili.

Et ita fuit resolutum, vtrque etc.

R. P. D. Merlino.

Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus

Luna 3. Iulij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur ex confessione in literis prouisionis aduersarii contra ipsum.*
2 *Ampl. etiam quod sit cum qualitate intrusionis, quia qualitas rejicitur vti habens præsumptionem cōtra se, & datur manutentio*
3 *Appellatio datur à sententia mixti Executoris, vt puta cum clausula vocatis vocandis, etiam ad effectum suspensiuum.*
4 *Immissionem passus in vim sententiæ appellabilis, qui non habuit se pro spoliato, est manutenendus docto de possessione.*

Decisio CCXXXXII.

PRO Angelo Maria informante responsum fuit, scilicet, illi dandum esse mandatum de manutenendo. Constat enim de illius possessione ex confessione Alexandri in literis suæ prouisionis Apostolicæ emanatæ, *vt in summario num.* 1 1. quæ † confessio contra ipsum optimè probat, *l. cum precum, C. de liber. caus. l. 1. C. de conf. Gabr. de confess. concl. 4. num. 1. & seqq. Rot. dec. 802. par. 1. diuers. & dec. 525. num. 2. par. 2. recent. & apud Sanct. me. Greg. XV. dec. 200. num. 2. & dec. 469. num. 8. & seqq.*

Nec obstat, quod illa confessio sit cum qualitate 2 intrusionis, et intrusus nō sit manutenēdus. Quia † cū cōfessio habeat presumptionē pro se, possessio enim præsumitur iusta, et legitima, non vitiosa, diuiditur ipsa confessio, et admittitur ad effectum manutentionis reiecta qualitate intrusionis, *Bart. in l. Aurelius. §. item quæsiit. nu. 2. ff. de liber. leg. Rot. in d. dec. 802. num. 1. par. 1. diuers. & in recent. dec. 525. nu. 2. par. 2. & passim Rota seruat.*

Minus obstat, quod Angelus Maria auctoritate Iudicis fuerit à possessione eiectus, et immissus Alexander; Quia, cum pro parte Angeli Mariæ ab 3 huiusmodi sententia fuerit appellatum, † & rectè, quia Iudex erat mixtus Executor propter clausulā, vocatis vocandis, *Card. cons. 63. in prin. & num. 2. Rot. dec. 32. de rescript. in antiq. & coram Sanct. me. Greg. XV. dec. 69. num. 4. & seqq.* & consequenter ab eo dabatur appellatio tam ad effectum deuolutiuū, 4 quam suspensiuum, † cumque possessio fuerit tradita Alexandro pendente appellatione, nec Angelus Maria se habuerit pro spoliato, adhuc illi danda est manutentio probata eius possessione, *vulg. §. retinendæ. Inst. de interd. cum alijs.*

Et ita decisum Angelo Maria tantum informante &c.

R. P. D. Merlino

Romana deuolutionis Domus

Luna 3. Iulij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum adeptionis possessionis alio non possidente probat possessionem.*
2 *Ampl. eo magis subsecuta inquilinorum recognitione, & locatione, & exactione pensionum, quæ sūt præcipua signa possessionis.*
3 *Possessori concedi debet mandatū de manutenendo.*
4 *Mandati relaxatio, illiusq; executio attentatè facta in spretum inhibitionis Rotalis contra eum, qui se non habuit pro spoliato, non efficit, quin ipse ex possessione ciuili sit manutenendus.*
5 *Iudex, quem apparet ritè, & rectè non processisse, nō priuat possessionem sua possessione.*
6 *Clausula, omnesque alios, in commissione apposita apta est comprahendere quoscunque sua interesse putantes.*
7 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta timenda est, & illius spretum causat attentata.*

Decisio CCXXXXIII.

PRO Informante responsum fuit, scilicet dādam esse Prudentiæ manutentionem in domo, de qua agitur. Constat si quidem de illius possessione ex publico Instrumento adeptionis, 1 *summario num. 1.* † quod alio non possidente, satis probat *l. prædia. vbi DD. ff. de acq. poss. Menoch. de retin. rem. 3. num. 375. Put. dec. 360. num. 8. lib. 1. in antiq. Rot. coram S. m. Greg. XV. decis. 268. numer. 1. vbi* 2 *Add. num. 8.* † iuncta præsertim subsecuta recognitione inquilinorum, & locatione istius domus per Prudentiam facta, atque exactione pensionum, quæ sunt præcipua signa possessionis, *Socc. sen. cons. 17. num. 14. lib. 4 Cas. de Grass. dec. 10. nu. 3. de caus. poss.* 3 *& propr. Afflict. dec. 325. num. 1. & seqq.* † et propterea eidem concedendum est mandatum de manutenendo, *§. retinendæ. instit. de interd. DD. in l. 1. ff. eod. Rota in recent. dec. 605. num. 1. par. 1.*

Non obstat, quod per mandatum relaxatum ab A. C. contra bona hæreditaria Bertonen. et executum super hac domo Prudentia fuerit priuata sua possessione.

4 Quia, † cum relaxatio mandati, et prætensa executio (de qua etiam dicitur non constare in actis) fuerint attentatæ in spretum, scilicet inhibitionis Rotalis, *de qua in summario num. 4.* et Prudentia nunquam se habuerit pro spoliata, non amisit suam possessionem ciuilem, quæ sufficit pro manutentio-

ne

ne ob timenda, *Castr. in l. fin. num. 11. & Alex. num. 16. C. de ed. D. Adr. tollen. Rota in recent. dec. 632. ua. 2. par. 1. & apud Sanct. Mc. Greg. XV. dec. 546. nu. 2.*

5 † et cum appareat, Iudicem rite, et recte non processisse, dici non potest, quod Prudentia fuerit sua possessione priuata, *ad l. iniusle possidet. ff. de acq. poss. cum vulg.*

Minus obstat, quod Lucretia, ad cuius instantiam fuit relaxatum mandatum, non sit comprehensa in commissione; vigore cuius emanauit inhibitio.

6 Quoniam in commissione adest clausula, *omnesque alios*, † quæ apta est comprehendere quoscumque sua interesse putantes, et sic etiam Lucretiam, *Achill. dec. vlt. de rescript. Put. dec. 96. lib. 1. & fuit dictam in Toletana Parochialis 28. Nouebris 1601. coram Reuerendissimo D. meo Decano, qua est dec. 47.*

7 *inter eius impressas*, et in omnem casum † inhibitio Rotalis siuè iusta, siuè iniusta erat timenda, et ob spretum resultarunt attentata, *vt in his terminis dixit Rota dec. 74. lib. 2. par. 3. diuers. & fuit late deductum in Romana diuisionis societatis 5. Nouembris 1622. coram bo. me. Buratto.*

Et ita, Prudentia tantum informante, resolutum fuit etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Cæsaraugustana Præeminentiarũ

Lunæ 6. Nouembris 1628.

SVMMARIA.

1. Ecclesiæ appellatione veniunt omnia, quæ intra Ecclesiæ septa tamquam portiones ipsius continentur.
2. Concessum de toto videtur etiam concessum de parte.
3. Manutentio concessa in quasi possessione præcedendi in Ecclesia absolutè, & indefinitè intelligitur in qualibet parte Ecclesiæ.
4. Ratio vbi est eadem, ibi est eadem dispositio.
5. Iura intelligenda sunt ex mente, & ratione, non ex verbis.
6. Verba non sunt accipienda Iudaicè.
7. Vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri.
8. Partes non debent dissere pare à substantia, & qualitate totius.
9. Actus antecedentes tolluntur per subsequentem declarationem.
10. Actus attentati lite pendente sunt damnabiles, turbatiui, & non sunt habendi in consideratione.
11. Contraueniente vna ex partibus, potest altera etiam contrauenire, vel liberata ab obligatione parendi.
12. Contrauenien di iustam habens causam excusatur à pœna contrauentionis.
13. Contrauenien s prius non potest dolere, alterum contrauenisse.
14. Contraueniens post contrauentionem alterius potest nihilominus exigere pœnam cōtrauenientibus ab eo, qui prius contrauenit.
15. Executoriales debent intimari, & reproduci.
16. Termini seruandi pro declaratoria.
17. Declaratoria danda est consilio de voluntaria inobedientia, & contrauentione.
18. Contumacia fundamentum esse solet censurarum.

Decisio CCXXXXIV.

Consulti Do mini super interpretatione, et forma executionis mandati de manutenendo alias de anno 1557. per bo. me. D. de Rubeis relaxati, cum sub die 26. Aprilis, et 29. Nouembris superioris anni inter cætera respondissent Decano, Dignitatibus, et Canonicis Metropolitanæ dandam esse manũ dexteram à Priore, et Capitulo Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari in eadẽ Ecclesia, quoties ad illam certis diebus accedunt, Illustriss. D. meus Cardinalis Millinus præfatum mandatum iuxta formam dictarum Resolutionum Rotalium exequi præcisè mandauit. Vnde executorialibus expeditis, ac legitimè intimatis, cum nihilominus cōtra formam, et tenorem dicti mandati de manutenendo, nec non earumdem executorialium plura fuerint in partibus attentata, Dubitatum, an hinc indè consisteret de contrauentione, ita vt danda esset declaratoria. Cuius articuli resolutio pendet ex tribus inspectionibus. Prima est, vt videatur quis prior contrauenerit. Secunda an talis contrauentio posteriorem excuset. Tertia, et vltima, an eadem prior contrauentio sit excusabilis, ita vt non sit locus declaratoriæ.

Et quoad primam inspectionem, omissis contrauentionibus verbalibus, ad quas videbatur mandatum de manutenendo non extendi, cum sub die 24. et 26. Aprilis præteriti Prior, et Capitulũ de Pilar recusauerit dare manum dexteram Decano, Dignitatibus, et Canonicis Metropolitanæ, qui pro Palmarum benedictione, et concione habenda ad Ecclesiam B. Mariæ de Pilari accesserant; Immo Prior ipse primam sedem in cornu Euangelii occupasset, dubitari nō potest, quin Capitulum de Pilar primo contrauenerit mandato, et executorialibus, cum secundum mandatum de manutenendo, et resolutiones Rotales eamdem manum dexteram Metropolitanis omnino dare teneretur.

Neque obstat, quod mandatum de manutenendo, et decisiones Rotales loquantur de Ecclesia, non autem de Præsbyterio, in quo manus dextera fuit

1 denegatâ. Quia † appellatione Ecclesiæ indistinctè veniunt omnia, quæ intra Ecclesiæ septa tamquam portiones ipsius continentur, *arg. cap. si quis in atrio cap. si quis contumax, cap. id constituimus. 17. qu. 4. Abb. in cap. Ecclesia. num. 10. de Immunitat. Ecclesiæ Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 24. nu. 31. & cap. 25. num. 12. 13. & seqq. Farinac. de immunitat. Eccl. nu. 268. Et late Modern. discep. forens. discep. 617.*

2 *num. 2.* vbi quod † concessum de toto videtur etiam concessum de parte. Et ideo, cum mandatum, et decisiones dicant, dandam esse manum dexteram Me-

3 tropolitanæ in ipsa Ecclesia absolute, et indefinitè, † consequenter illa debetur in qualibet parte Ecclesiæ absque vlla limitatione, *cap. si Ciuitas, vers. ratione quoque, de sentent. excom. in 6. cap. vnic. de cōsecrat. Ecclesiæ, vel Altar. eod. libr. Et fuit dictum in Lauretana iurisdictionis 23. Ianuarij 1617. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Maximè quia vniuersalis ratio reuerentiæ de iure debitæ Ecclesiæ Sancti Saluatoris Metropolitanæ tamquam Parenti, quæ late fuit ponderata coram me, sub die 29. Nouembris superioris anni militat tam in Præsbyterio, quam in qualibet alia par-

4 te Ecclesiæ, † ita vt locum habeat eadem dispositio, *l. illud. ff. ad l. aquil. Alex. cons. 75. num. 3. lib. 5. Becc. cons. 62. num. 17. & cons. 89. nu. 10. & seqq.* vbi quod

5 † iura intelligenda sunt ex mente, et ratione non

6 autem ex verbis, et quod † iudaicè verba non sunt

7 accipienda. Præsertim ad euitandum, † ne in vna, eandemque Ecclesia vnus, et idem Decanus digni-tates,

sa Ilerden. Beneficii 11. Martii 1596. coram Penia. Mantic. d. dec. 234. nu. 1. vers. quod iocum, & d. dec. 255. num. 3. Ror. dec. 431. num. 1. par. 1. recent. & optimè facit doctr. Specul. in tit. de Iurepatr. numer. 11. Gonz. super regul. 8. gl. 18. num. 68. vers. quod etiam. Garz. de benef. par. 5. cap 9. num. 102.

29 Non obstat, † quod ad effectum, vt præsumitur Iuspatronatus ex vsurpatione in persona potēti requiratur potentia in loco, vt in decisionibus supra allegatis, ita vt iurisdictio extra locum Beneficii non sufficiat ad præsumendum Iuspatronatus esse ex vsurpatione, *vt fuit resolutum in causa Meliten. Iurispatr. 10. Martii 1608. corā Illustrissimo Card. S. Eusebii.* Quia fuit responsum, prædicta rectè intellecta non obstare: Nam vera est consequentia, habet iurisdictionē in loco, ergo intrat præsumptio vsurpationis: sed regulariter non est vera consequentia non habet iurisdictionem in loco, ergo non intrat præsumptio vsurpationis, nisi quando cessante iurisdictione ex alijs, cessat quoque potentia, prout in dicta causa Meliten. in qua cum prætendens Iuspatronatus haberet iurisdictionem extra locum, ideo Iuspatronatus non præsumebatur ex vsurpatione, quia ex aliis cessabat potentia in loco, quæ quidem potentia in statu Ferrariæ non cessat in Serenis. D. Duce, licet cesset iurisdictio, stante magnitudine illius personæ, ac diuitiarum, aliisq; supra ponderatis.

Aut vero prætenditur, institutionem posse sustineri, ex quo Serenis. D. Dux est in quasi possessione præsentandi, et illa non suffragatur. Et pro huius articuli resolutione tria sunt præmittenda.

30 Primum, † quod ad acquirendam possessionem Iurispatronatus plura requiruntur, Et primo, q̄ ille, qui vult præsentare, præsentauerit bona fide. Secūdo, quod præsentatio fuerit admissa. Tertio, quod institutus fuerit habitus tamquam Rector in possessione Rectoriæ. Quarto, quod præsentans credat vti iure suo. Quinto, quod ille, in cuius præiudiciū possessio quæritur, hoc sciat, et patiatur, *Calder. in cons. 12. de iurepatr. Dec. cons. 129. num. 3. Gig. cons. 48. nu. 42. & cons. 49. num. 79. & 80. Rocch. in verb. competeat. q. 14. nu. 35 cum pluribus seqq. Lambert. de iurep. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 10. Paleott. dec. 680. lib. 3. p. 3. et dec. 687. nu. 1. par. 1. diuers. & fuit dictum in causa firmana Iurispatr. 16. Iunii 1588. coram bo. me. Card. Pamphilia, & alias sepissime.*

31 Secundum est præmittendum, † quod probatio Iurispatronatus, ex quo versamur in persona potēti, iuxta tenorem Concilij, requiritur tām in petitorio, quām in possessorio secundum declarationem Sacræ Congregationis Illustriss. Interpretum, *quā refert Gonz. ad regul. 8. gl. 18. n. 23. & reuerēter passim Rota sequitur, vt in Reatina iurispatr. 28. Octobris 1587. coram. Robusteria, in causa Valentinā Cappellaniæ 8. Aprilis 1595. coram bo. me. Cardinali Blanchetto, in causa Auximana iurispatr. 28. Maij 1595. coram Illustriss. Mellino, in Calaguritana Iurispatr. de Viana 15. Martij 1599. coram bon. me. Penia, in causa Romana Parochialis de Publicolis 31. Ianuarij 1600. coram Episcopo Pacen. in causa Bononien. Parochialis de Gadeo 17. Iunij 1615. coram Andrea s. m. Greg. d. dec. 282. num. 2. vers. Quæ probatio. Rota dec. 756. num. 31. vers. Vnde sequitur. par. 1. recent. & fuit dictum coram me in Pampilonen. de Iunsi 1. Iulii 1605. & in Barchinonen. Prioratus 11.*

32 *Maii 1609.* ita vt † non sufficiat docere de quasi possessione præsentādi, ad effectum manutentionis, *Garz. d. glos. 18. num. 23. vers. vbi etiam,* quia Concilium sustulit omnem possessionem, *Seraph. decis. 1395. numer. 4. vers. Neque obstat, & numer. 5. vers. & ex eo.*

33 Tertio est præmittendum, † quod prætensus Patronus, qui semel docuerit de Iurepatronatus, non est repellendus à quasi possessione præsentandi; si tamen, dum docuit de Iurepatronatus, seruauerit formā Concilii Tridentini, prout declarauit Sacra Congregatio, *& refert Gonz. vbi supra numer. 26. & 27. Seraph. d. dec. 1395. num. 7. & fuit dictum in causa Valaterana Cappellania 28. Aprilis 1595 coram bo. me. Blanchetto, & in d. Romana Parochialis 31. Ianuarii 1600. coram Episcop. Pacen. ac etiam in d. Comaclen. & Ferrarien. coram bo. me. Remboldo,* Ratio autem, cur requirantur probationes etiam in possessorio iuxta formam Concilii, est clarissima,

34 † quia, cum Concilium præscribat certam formam probandi Iuspatronatus, si eo modo non probetur, abrogat, et irritat iuspatronatus cum quasi possessione subsecuta; ergo ne Iuspatronatus cadat sub hoc decreto, probatio illius debet fieri nedum in iudicio petitorio, sed etiam possessorio, seruata forma Concilii, et in hac parte Concilium adhæret illi opinioni, quod ex præsentatione facta sine titulo Patronus censeatur in mala fide vera, et propterea non acquirere aliquod ius in possessione, *Alex. cons. 75. num. 47. & seqq. vol. 4.* non autem illi opinioni, quod quasi possessio attendatur, si erat bona fide facta, *Put. d. decis. 46. in addit. lib. 1. in correct. Crescent. dec. 2. de iurepatr. idem Put. dec. 27. eod. tit. Dec. cons. 117. num. 2. vers. vnde ex ista,* quæ quidam bona fides præsumebatur, si præsentatus spatio 20. annorum possederat *Put. d. dec. 55. in addit. lib. 3. & dec. 237. lib. 1. in correct. & dec. 24. de iurepatr.* quibus in locis loquitur in terminis præsentati, qui possederat spatio 26. annorum. Vnde Concilium tollit istam præsumptionem bonæfidei ex possessione longi temporis, et vult, quod iuspatronatus probetur aliās illud irritat cum quasi possessione præsentandi. Hinc merito Sacra Congregatio resoluit tam in petitorio, quam in possessorio requiri probationes Concilii. Nec dicatur, quod Concilium irritat possessionem, quando iuspatronatus prætenditur ex priuilegio, et ideo deberet doceri, quod ius patronatus pretendatur ex priuilegio, quia Concilium loquitur generaliter per verba, reliqui patronatus omnes, et verum est, quod comprehendit iuspatronatus ex priuilegio; *ex adductis per Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 116.* sed non ideò dicendum est, quod non comprehendat etiam omnes, quocumque titulo prætendantur, præterquam ex dotatione, et fundatione per dicta verba generalia, *vt in specie probat Gonzal. reg. 8. gloss. 18. numer. 23.*

His positis quasi possessio præsentandi non suffragatur, vt dictum est, et cū Serenissimus D. Dux possit allegare duas præsentationes, de illis sigillatim agetur. Quantum enim attinet ad primam de anno 1599. licet ordinarius in institutione dixerit cognito tamen prius de bono iurepatronatus prædicti, et quod in terminis edicti nostri per nos hac

25 de causa specialiter propositi etc. attamen sola assertio Episcopi non suffragatur, sed ex actis probari debet, fuisse cognitum super iurepatronatus iuxta terminos Concilii, quia non statur assertioni factæ per Ordinarium, vt in nostris terminis *Rota decis. 421. num. 3. vers. minus obstare. par. 1 in recent. & in causa Mediolanen. iurispatr. 21. Aprilis 1589 coram bo. me. Perusino, & in causa Albanen. iurispatr. 22. Iunii 1592. in fin. coram bon. mem. Cypeio, & in dicta causa Romana de Publicolis 31. Ianuarii 1600. in vers. nec obstat. coram bo. me. Pacen.* et idem est in probatione iurispatronatus, quæ debet fieri de iure communi nisi iustificetur ex actis, *Rot. d. dec. 199. n. 5. vers. ex his. par. 1. diuers. 235. nu. 4. par. 2. recent.* vbi dicitur, non credi etiam assertionibus iudicis, nisi factæ sint præuia causæ cognitione, et de illis appareat in processu, *iuxta cons. Soccin. 47. num. 15. vol. 4.* nec confessio Episcopi, quod Beneficium sit de iure-

Iurepatronatus præiudicat Ecclesiæ, *Capitaq. decis. 128. num. 4. par. 2. Rot. d. dec. 421. num. 3. in fin. vers.* 26 *tamen etiam. par. 2. recent.* et † deberet etiam constare, fuisse citatum Procuratorem fiscalem, de cuius interesse agebatur, *Seraph. d. deci. 1395. numer. 7. vers. Nec fuit citatus*, et prædicta eo magis procedunt in casu isto, cum edicta fuerint facta die 19. Octobris 1599. et de eadem die fuerit facta præsentatio, et institutio. Vnde † ex ista breuitate tempo-27 ris satis liquet, quod non fuit adhibita causæ cognitio, *ad tex. in cap. cum ex literis. vers. perspeximus quoq. de in integ. restit. gl. in cap. iurgantium. in verb. celeri. in fine. de re iudic. & ibi Butr. nu. 3. Bart. in l. prolatam. in fin. & ibi latè Add. in litera L. & M.* 28 *C. de Sent.* Et ratio est, quia † in omnibus actibus tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, *Anchar. conf. 36. incip. visa quadam petitione nu. 2. & 3. per tex. in l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact.* 29 et † quamuis ista non procedunt, quando temporis breuitate Iudex potuit instrui, quia tunc breuitas temporis non vitiat, *d. cap. iurgantium. ibi celeri sententia, & ibidem Imol. in princ. de re iudi. Alex. conf. 13. num. 3. vol. 7. Bal. conf. 204. num. 4. vers. & licet fuerit factum lib. 3.* attamen hic nō ostenditur, quod breuitas temporis sufficeret, immo, cum nō doceatur de titulo fundationis, et dotationis, aut priuilegio, præsumptio stat in cōtrarium, quod requireretur congruum tempus ad probādam immemorabilem cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, quę probatio est necessaria, cessantibus prædictis, vt supra probatum fuit. Nec Serenissimus D. Dux potest iuuari in hoc concordia Fauentina, vt statim dicetur. Nec etiam applicatur con-30 clusio, † quod sententia antiqua potest exequi sine actis: Primo, quia, quatenus ageretur de sententia, ad hunc effectum requiritur, quod sit lata ante 30. annos, *Put. dec. 328. lib. 2. in correctis Rip. resp. 1. nu. 9. de iurepatr. lib. 1. Mantic. dec. 296. num. 7.* in hoc autem casu prima Institutio non fuit facta ante 30. annos. Secundo, cum constaret de tempore secundæ præsentationis, de anno 1618. quod prima institutio fuit facta sine causæ cognitione, vt patet ex prędictis, requirebatur in secunda institutione ad acquirendam quasi possessionem causæ cognitio, vt statim probabitur. Tertio, veritas est, quod hic non 31 sumus in sententia, et † quamuis idem dicatur de probationibus, quod de sententia, quod si sunt antiquæ probant sine actis, itaut, qui vult impugnare probationes antiquas, teneatur exhibere acta *S. M. Greg. dec. 535. num. 9. & 10.* tamen hic nullæ afferūtur probationes, sed sola assertio Episcopi, cui non statur in istis terminis, vt *supra* dictum est, et modo etiam dicetur, et tandem cessat omnis difficultas, quia, vt iam ostensum fuit, liquido apparet, nullam causæ cognitionem adhibitam fuisse.

Neque in hac facti specie discutiēdum est, quid posset operare assertio Episcopi, si ageretur de pro-32 bando Iurepatronatus in familia nō potēti, † quia, cum agatur de familia potenti, requiritur immemorabilis cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, quæ debent probari per scripturas authenticas, quæ probatio requiritur à Concilio per formam, ita quod aliter facta, vt per testes, vel aliud equipollens, nō suffragetur, *vt pluries fuit resolutum per Sacram Congregationem Concilij, et per Rotam in causa Sabinen. Beneficiorum 15. Octobris 1581. coram Robustrin. Rot. dec. 199. num. 4. par. 2. coram S. M. Clemente Octauo, & in causa nullius Archipresbyteratus 2. Maii, & prima Iulii 1588. corā bo. me. Card. Pamphilio, & in Albanen. Prioratus 26. Nouembris 1588. coram Orano, & in Aquinaten. Iurispatronatus 19. Ianuarii 1590. coram bo. me. Card. Mantic. et aliis sæpissimè, et nouiter Gonz. ad regul. 8. gl. 18. num. 79. Grat. discept. 168. num. 21. vsq; ad fin.* quæ adeo vera sunt, vt nec sufficiat probatio præsumpta, quæ resultat ex enunciatiuis, et institutionibus Episcoporum de presētationibus coram ipsis factis, *vt fuit resolutum in causa Aquinaten. Iurispatr. 9. Iunii 1600. corā Card. Seraphino, et in Soran. Iurispatr. 28. Aprilis 1603. coram Cardinale Pamphilio, et in Sacen. Parochialis 27. Iunii 1603. coram eodem, et nouissimè articulo maturè discusso in causa Terracinē. Canonicatus 10. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Merlino*, licet de iure circumscripta dispositione Concilij, assertioni Episcopi de præsentatione coram se facta credatur, *Rot. dec. 11. de iurepatr. in nouis*, et ideo, cum presentationes debeāt probari per authentica documenta, et Concilium hoc disponat de forma, vt supradictum est, non sufficiunt assertiones Episcopi, vt in prædictis decisionibus, et p̄sertim in decis. D. M. Merlini, in qua, cū pars, quę informabat, contrarium prætenderet, contra ipsam solam informantem Rota respondit. Neq; dicatur quod hodie non agitur de ista probatione, sed an fuerit facta, quod præsumitur ex dicta assertione 33 Episcopi, † cui standum est in his, quæ concernunt officium suum, *Rot. dec. 698. numer. 4. par. 1. diuers.* quia, vt modo dictum est, in hoc casu non statur assertioni Episcopi, sed debeat ex actis constare, Iuspatronatus fuisse probatum iuxta dispositionem Concilij, et sic iuxta prædicta modo pōderata.

Quantum attinet ad secundam præsentationem de anno 1618. vnacum enunciatiua in literis S. M. Pauli V. sic concepta. *Quæ de Iurepatronatus Laicorum Nobilium Virorum dilecti filii Cæsaris de Este Mutinæ, et Regii Ducis ex fundatione, vel dotatione iuxta Capitulationem Fauentinam existit etc.* nec ista præsentatio, et inde secuta assertio Papæ, ac institutio Ordinarii suffragantur, non quidem presentatio, et institutio, quia, licet Serenis. D. Dux de facto esset in quasi possessione præsentandi ex præsentatione effectum sortita anni 1598. nihilominus ostendere tenebatur, illam primam institutionem fuisse factam cum causæ cognitione, vt ex illa bona fides resultaret, et inde subsequi posset secunda institutio, cum illi resisteret Sacrosanctum 34 Concilium, et ius commune, † Ecclesiaq; regulariter libera præsumatur, et præsentatio ex gratia competat, *cap. quoniam de Iurepatr. cap. omnes Basilica. 16. qu. 7. in in puncto dicit Didacus Spino. de testam. gl. 4. in fin. et bene ad propositum Valasch. cōsult.* 35 *163. nu. 9. cum seqq. Gonzal. d. gl. 18. nu. 48.* et † propterea, cum ista institutio fuerit facta sine causæ cognitione, non suffragatur, vt in dictis Sacrę Cōgregationis Concilii, et Rotæ decisionibus, et nec po-36 test iuuari ex enunciatiua Papæ, quia, † cum non fuerit facta motu proprio, nec contineat factum proprium ipsius Sanctæ Memoriæ Pauli V. sed sit ad supplicationem partis, non tribuit aliquod ius, nec probat Iuspatronatus, de quo principaliter dubitatur, *Clem. in fin. de sent. excom. Paris. conf. 128. n. 22. vers. in super. lib. 4. Aret. conf. 23. num. 8. et seqq.* vbi dicit, hoc procedere, etiamsi super ea fundetur intentio Papæ. *Dec. conf. 602. numer. 15. latè Aym. de antiq. temp. par. 1. §. 1. nu. 9.* præsertim quia concernit interesse partis, *Caputaq. dec. 337. num. 5. par. 3. et fuit in puncto dictum in causa Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Et ad propositum non applicantur decisiones *in causa Portuen. Beneficij 9. Maii 1594. coram bo. me. Paccn. et coram Illustriss. Millino 22. Martii 1596.* 37 *quæ sunt dec. 523. et 524. par. 4. diuers.* quia † ibi agebatur de assertione Papæ facta motu proprio, et super facto, quod sibi causa cognita innotuerat, et super ea fundabatur intentio Papæ, et ideo eius assertioni standum erat, *Clem. 1. de probat. et ibi DD. glos. in dict. Clem. fin. in verb. Non intelligitur. de*

sent exceptionum allegatis in prædictis decis. & fuit 38 *consideratum in prædicta causa Sarsina,* † in qua pōderatum etiam fuit, quod in casu dictarum decisionum Portuen. non controuertebatur existentia Iurispatronatus, sed solum pertinentia inter emptoré Castri, qui pretendebat, Iurispatronatus competere Castro, & venditorem, qui dicebat, illud esse gentilitium, & ideo sufficiebant ordinariæ probationes, *vt fuit dictum, in causa Firmana Iurispatronatus 21. Iunij 1593. coram bo. me. Card. Blanchetto.* immo etiam leuiores, cum non ageretur principaliter de Iurepatronatus, neque Ordinarius, aut aliquis ab eo prouisus esset in causa, sed incidenter, & alium finé, vt videretur, an esset emptoris, vel venditoris Castri, *vt considerauit bo. mem. Pacen. in sua dec.* in hoc autem casu dubitari non potest, quin ageretur de ipso Iurepatronatus, licet alius non esset in causa, cum ageretur ad effectum institutionis in præiudicium libertatis beneficij, maximè cum Fiscalis esset in causa, ideoque certum sit requiri exactas probationes, *vt fuit resolutum in causa Pampilonen. Parochialis de Iausi 11. Aprilis, & 20. Nouembris 1595. coram bo. me. Card. Mantic.*

Nec, vt dictum est, Serenissimus D. Dux potest iuuari assertione Papæ circa concordiam Fauentinam, quia, si concordia Fauentina non suffragatur, nec ipsa assertio potest suffragari: quod autem dicta concordia Fauentina non suffragetur, satis patet, cū in ea dicatur, *Rimanghi a lui,* scilicet Serenissimo Duci, *& à suoi heredi, & successori, cue i vltimi, come singolari solamente il Iuspatronato della Prepositura di Pomposa, & quello della Pieue di Bondeno con tutte* 39 *lura pertinenze,* † cuius verbi (*remaneat*) natura est in hoc casu, vt importet continuationem, & perseuerantiam iuris, & dispositionis præcedentis, *l. sed & si manente. ff. de precar. & fuit consideratam in dicta causa Comaclen. & Ferrarien. coram bon mem. Remboldo.* ideoq; nisi doceatur, quod hoc Iuspatronatus spectaret ad Ducem Alphonsum, dispositio horum Capitulorum non potest suffragari Serenissimo D. Duci, *cap. 1. & ibi Bal. numer. 2. & seqq. de* 40 *capit. qui cur. vendidit:* vbi dixit, † quod si Imperator fecit concessionem alicuius Castri, cum pertinentijs, in huiusmodi concessione non veniunt defensæ, vel Molendina, quæ erant propria Communitatis, neque veniunt res singulares vicinorum, quia tantum videtur Rex cōcedere, quod erat proprium, *arg. l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & l. vxor. patroni. C. de leg. & l. qui Tabernas. ff. de contrahe empt. Franc. Aret. in cons. 15. num. 8.* sic in proposito. cum in Capitulis dicatur, quod Beneficia remaneant de Iurepatronatus. Ideò Papa præsupponit, quod talia sint, & quod talia debeant remanere penes Serenis. D. Ducem, qualia fuerant penes Ducem Alphonsum, & propterea, nisi doceantur, quod de tempore Capitulorum Beneficia essent de Iurepatronatus Ducis Alphonsi, Capitula non suffragantur Serenis. D. Duci, cum existentia Iurispatronatus Ducis Alphonsi sit fundamentum intentionis Serenis. D. Ducis, & dispositionis Capitulorum, *Bart. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. public. Tiraq. de vtroq. retract. §. 8. gl. 7.* Papa enim, vt supra relatum est, in Capitulis dixit, *Rimanghi anco a lui il Iuspatronato,* non auté voluit simpliciter concedere Iuspatronatus, pro vt si dixisset, Beneficia sint de Iurépatronatus, quo casu dispositio ex certa scientia facta præiudicaret libertati Ecclesiæ, *vt in simili considerat Franc. Aret. d. cons. 15. nu. 9. vers. His non obstantibus.*

Non obstat, quod Conc. Trid. *d. Sess. 25. cap. 9. de Reform.* excipiat patronatus competentes sublimibus, ac supremis Principibus iura Imperii in Dominis suis habentibus, quia hodie de hoc non est disputandum, cum Concilium præseruet tantum consuetudines, seu præscriptiones, & facultates, ac Priuilegia dictorum Principium, & ideo frustra disputatur, an sit locus huic exceptioni, cum de prædictis non constet: Et quod hoc sit verum, satis patet, quia Sacrosanctum Concilium determinat, vt Ius- 41 patronatus sit ex fundatione, & dotatione, † et vult illud probari per authenticum documentum, vel aliàs iuxta modum ibi præscriptum, post qué modum ibi præscriptum subdit, *Reliqui Patronatus &c. seu facultates, & Priuilegia concessa &c. cum vacāt scilicet Beneficia (exceptis Patronatibus super Cathedralibus &c. & exceptis aliis, qua ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes iura Imperij in Dominijs suis habentes pertinent) in totum prorsus abrogamus.* Vnde cum præseruet Iuspatronatus dictorum Principum etiam quod nō sit ex dotatione, et fundatione, præsumit Concilium, quod de Iurepatronatus debeat constare secundum dispositionem Iuris communis, quod non corrigitur, quoad dictos Principes, et propterea, si Serenissimus D. Dux prætenderet hoc Iuspatronatus esse præseruatum per Cōcilium, etiā 42 quod non esset ex dotatione, et fundatione, † deberet probare aliquem titulum de iure sufficientem ad inducendum Iuspatronatus. Et si niteretur sola præscriptione, prout Iuspatron. posse præscribi *tenet Federic. de Senis cons. 234. quem refert, & exornat Paul. de Cittadinis de Iurepatr. par. 3. caus. 5. num. 3. cum pluribus seqq. fol. mihi 58.* vt illo capite posset iuuari, deberet docere de immemorabili, quę requiritur in persona potenti, etiam de iure communi ad hunc effectum, *Butr. in cap. dilectus sub nu. 12. vers. solue, dic contrarium, vbi etiam Card. sub num. 2. qu. 41. præcipuè ibi. Populus autem. de offic. leg. Mohed. dec. 10. num. 1. & 2. de Iurepatr. Achill. dec. 4. nu. 4. eod. tit. Put. d. dec. 55. 56. & 199. in princip. lib. 2. in correctis, Caputaq. dec. 128. num. 1. & num. 4. in fin. & num. 5. par. 2. Guidob. dec. 114. incip. Thomas Pontiaticus. in fin. vers. secus si de illo. Chissauen. d. dec. 67. incip. Iuspatronatus in magnis. Card. Mantic. dec. 89. num. 3. vers. sed neque, & dec. 234. num. 1. fuit laté deductum in dicta Comaclen. & Ferrarien. Præpositura coram Remboldo.* Si verò niteretur, se concessisse ex priuilegio, deberet ostendere priuilegium, aut concessionem Apostolicam, cum priuilegium, aut concessionem Apostolicam, cum priuilegium, aut concessio Ordinarij non sufficiant, *c. de reb. Eccl. nō alien. in 6. Rebuff. in prax. in 3. par. Signatura vers. nec non Iuspatr. Staphil. de literis gratia, de modo, & for. impetr. §. 1. de iurispatr. prærogatiua num. 3. & 4.* etiam si Patronus esset in possessione per certum, et quadraginta annos, vel aliò longissimo tempore, cū constaret de priuilegio inualido, *Gonz. ad reg. 8. gl. 18. num. 48. Paris. de confident. qu. 28. numer. 280. & hanc opinionem sequitur Rota, vt in decisionibus relatis per Garz. de benefic. par. 5. c. 9. num. 128. & 129.*

Et ita conclusum, negocio maturè discusso, licet vna tantum parte informante.

R. P. D. Dunozetto.

Lucana Iurispatronatus

Mercurij 18. Iunij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendi.*
2. *Lim. nisi concluderter constet de proprietate alterius.*
3. *Præsentandi quasi possessio acquisita per consensum præstitum permutationi suffragatur etiam pro quasi possessione in casu vacationis per obitum.*

4 Tu.

4 *Tutoris consensus in aliquē præsentando sufficit pro pupillo.*
5 *Iurispatronatus cessio ad fauorem compatroni non eget Ordinarij consensu.*
6 *Ordinarius dicitur approbasse translationem iurispatronatus factam in compatronum per illius præsentationem admissionem.*
7 *Beneplacitum Apostolicum necessarium in alienatione Patronatus Ecclesiastici præsumitur interuenisse ex lapsu 30.annorum, & subsecuta obseruantia.*
8 *Patronatus siue Ecclesiastici, siue laicalis translatio, nisi sit in compatronum, requirit consensum Ordinarij.*
9 *Productio vnius tituli ad vnum finem, nō tollit præsumptionem alterius allegatam ad alium finem.*
10 *Præsentandi ius præscribitur spatio 40.annorum.*

Decisio CCXXXIX.

1 Domini dixerunt, Dominicum esse sollitue dum † tamquam præsentatum à Martino existente in quasi possessione præsentandi, *cap.consultationibus. vbi Butr.nu.9. de iurepatr. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. nam.130.de caus.poss. & propriet.Rot.dec.167.num.7. & 8. par.2.diuers.* 2 Hæc enim sola attenditur ad hunc effectum, † nisi plenè, & concludenter doceatur de proprietate alterius veri patroni per rem iudicatam, confessionē partis, aut Instrumētum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit, *Batr. in cap.ex literis.num.8.de iurepatronatus. Lambert. de iurepatronat.lib.2.qu.3.art. 6.n.4.par.1.Rota in Lucana iurispatr.coram bo.me.Penia inter recent.decis.374. num.4.*

Quasi possessio vero Martini satis est iustificata ex consensu præstito de anno 1622. permutationi 6 factæ de hoc Beneficio in manibus Ordinarij, cuius vigore fuit quæsitā quasi possessio, etiam in casu vacationis per obitum, *Abb.cons.54 in fin.part.1. Crescent.dec.2.de iurepatr. Put.dec.301.lib.2.in recent.Rota coram S.M.Greg XV.dec.349.vbi Adden. num.7.* & 4 † hic consensus benè potuit præstari per tutorem, pro Martino tunc pupillo, *Federic. de Sen. cōs.102.in primo dub. Lambert.de iurepat.lib.2.par.1.q.2.art.10.*

Non obstat Instrumentum fundationis de anno 1613.in quo medietas huius Patronatus legitur reseruata Vniuersitati Cappellanorum, Omne enim qualecumque Ius fuit de anno 1554. translatum in Martinum Seniorem vigore donationis, de cuius 5 viribus Domini non dubitabant, tum quia † vti facta Compatrono, qualis de illo tempore erat Martinus Senior, non indigebat consensu Ordinarij, *Achill.dec.10.de iurepatr. Caputaq.dec.284.par.1. & dec.131.par.2.Reuerendiss.D.meus Decanus dec. 464.num.8.*

Tum etiam quia, quatenus præfatus consensus 6 fuisset necessarius, † satis de eo constare videbatur ex subsecuta Ordinarij tolerantia plurium annorum, nec non ex admissionibus præsentationum factarū per Martinum donatarium, eiusq; successores, quæ non potuerunt fieri citra approbationem donationis, *Lambert.d.tract.lib.1.par.2.q.1.art.7.in fin.Rot. in Mediolan.iurispatr. de Kal.27.Nouembris.1597. coram bo.me.Gypsio,* & hæc approbatio potuit quādocumque superuenire etiam post donationem, *cap. cum, & cap suggestum.de iurepatr.Rot.dec.vlt.cod. tit.in antiquis.*

Non obstat allegatus defectus beneplaciti Apostolici, quod videbatur necessarium in alienatione Patronatus Ecclesiastici ex Constitutione Paulina 7 de reb. Eccl. non alienandis. † Illud enim ex lapsu 30.annorum iuncta obseruantia subsecuta præsumitur interuenisse, *Ancbar.cons.136.Seraph.dec.671. numer.1. Rota decis.506. numer.2. & 4. part.2.recent.*

Neque hæc præsumptio eliditur ex productione alterius tituli in sufficientis, nimirum consensus Vicarij. Quia hic non fuit exhibitus ad effectum ostendendi esse satisfactum *extrauag.Pauli secundi de reb.Eccl.non alien.* sed fuit productus ex abundāti pro maiori cautela, & ad magis remouendum 8 scrupulum Iuris communis, quo attento † in trāslatione Patronatus, siue Ecclesiastici, siue Laicalis (nisi actum esset de donatione facta compatrono) videbatur adhibendus consensus Ordinarij, *cap.nobis.vbi DD.de iurepatr.* 9 † Productio autem vnius tituli ad vnum finem, et effectum, non tollit præsumptionem alterius tituli melioris allegatam ad aliū finem, & effectum diuersum, *Rot.dec.285.nu.4.par.2.recent.*

Præterea, cum ab annò 1551.quo Martinus Senior præsentauit Pardum, emanauerint per eius hæredes plures præsentationes effectuatæ, et sit la-10 psum spatium 40.annorum, † videbatur etiā Martinus iunior, qui præsentauit Dominicum, aduersus prætentiones Cappellanorum tutus præscriptione quadragenaria, *cap.de quarta.de præscript.Couar.in reg.possessor. par.2.§.10.numer.8. Purpurat.consil. 560.numer.16.Rota decis. 407.numer.1.part.prima diuers.*

Et ita vtraque etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Colonien. Monasterij

Mercurij 21. Iunij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Excommunicato manutentio concedenda non est.*
2 *Limit. secus si excommunicatio sit dubia, et requirat altiorem indaginem.*
3 *Limit. secus si excommunicati prætendantur particulares, & manutentio petatur per Vniuersitatem.*
4 *Nullitatis translationis oppositio non retardat manutentionem possessori de facto.*
5 *Immissionem passus ab Executore, qui non bene processit, est manutenendus, nisi se habuerit pro spoliato.*
6 *Nullitatis exceptio non discutitur in iudicio summarissimo manutentionis, sed ad petitorium reijcitur.*
7 *Translatio antiqui Monasterij in nouum intelligitur facta cum omnibus bonis antiqui.*
8 *Papæ intentionis defectus gratiam vitiat.*

Decisio CCXXXX.

Placuerunt Dominis duæ Decisiones in hac causa factæ, in quibus abunde fuit firmatum dandam esse Manutentionem Canonicis in possessione Monasterij B.M.V. sui in Oppido Nouesii, et eius bonorum. Nec obstare, dixerunt, quod de nouo hodiè deducitur, non posse concedi manu-1 tentionem Canonicis, † cum sint excommunicati propter locationes vltra triennium factas bonorū Ecclesiæ vigore extrauag. *Ambitiosæ de reb.Eccles. non alien.* et de excommunicato est in puncto

decis. 275. num. 3. post cons. Farin. S. M. Greg. XV. dec. 64. vbi adden. num. 13. Quia † in omnem casum requirunt altiorem indaginem, et hodie non agitur nomine particularium, qui locatores fecerunt, sed nomine Congregationis pro interesse Ecclesiæ, 3 † cui particulares præiudicare non potuerunt, *cap. 1. & per tot. de his, quæ fiunt à maior. part. capit. Cassad. dec. 8. de caus. poss. & propriet. Alex. cons. 81. nu. 7. lib. 4. Et fuit dictum in Theanen. Beneficij 11. Ianuarij 1621. coram bo. me. D. meo Vbaldo.*

Non obstat repetitum motiuum nullitatis translationis ob defectum licentiæ Papæ, quia placuerũt decisiones datæ in vltima decisione in fine, et in 4 omnem casum † nullitas translationis non impedit, quin saltem de facto isti Regulares, vel pro eis Re- 5 ligione possideret, † cuius possessionis vigore, cũ se non habuerint pro spoliatis ab exequutore, qui non bene processit, debent interim manuteneri, *Sanct. Me. Greg. XV. dec. 9. num. 6. & dec. 307. num. 6. & 7. Et firmatur in decisionibus, de quibus agitur,* vbi etiã, 6 † quod ista exceptio nullitatis non est discutienda in iudicio manutentionis summarijssimo, sed ad petitorium reijcienda. *Gabr. cons. 51. num. 13. vol. 1. Put. dec. 108. lib. 3. Acchil. dec. 15. de restit. spol. & dixit Rot. in Spoletana pensionis 21. Maij 1619. coram bo. me. D. meo Vbaldo.*

Non obstat pariter, quod hoc, de quo agitur, non sit Monasterium, sed Hospitium in Oppido Nouesij, quia illud etiam obiectum fuit sublatum in vltima decisione, in qua ex multis probationibus adductis pro parte Canonicorum sufficienter probatum fuit, constare de contrario, et hodie augetur ista probatio ex nouo instrumento status istius loci, ex quo optimè comprobatur, quod est Monasterium, non Domus, vel Hospitium, et quod habet Ecclesiam formatam. Vnde in concursu tot probationum, ex quibus veritas elucescit, Domini procurarunt attestationem quandam ex aduerso datam in contrarium.

Non obstat, quod bona essent vacantia, ex quo Monasterium antiquum erat dirutum, et super istis bonis habeat saltem ius Archiconfraternitas, quia, cum fuerit facta translatio antiqui Monasterij in Mo- 7 nasterium nouum, † translatio intelligitur facta cũ omnibus bonis antiqui Monasterij, *cap. 2. de Relig. dom. Zeroll. in praxi Episcop. par. 1. in verb. Moniales. vers. ad decimum septimum, in fin. Et ita censuit Sacra Congr. Conc. vt in declaratione quæ est impressa post Conc. cap. 5. sess. 25. de Regul. num. 12.*

Non obstat, quod Canonici fuerint expulsi auctoritate Papæ, qui absque dubio potuit illos expellere, quia non reuocatur in dubium potestas Papæ, sed voluntas, cum non fuerit ei narratum, quod aderat Monasterium cum Ecclesia subrogatum in locũ antiqui, sed fuit præsuppositum, quod bona essent vacantia, quod non erat, vt supra, et sic intrat de- 8 fectus intentionis Papæ, † qui semper vitiat gratiã. *Paris. cons. 4. num. 27. lib. 1. Gabr. de claus. concl. 2. nu. 20. Rot. dec. 451. nu. 1. par. 2. diuers. Seraph. dec. 981. in prin. & dec. 998. num. 12.*

Et ita decisum, vtraque parte acerrimè informante etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano.

Nouarien. Bonorum.

Luna 26. Junij 1628.

S V M M A R I A.

1 *Iudex subdelegatus eamdem habet auctoritatem in acta subdelegato, quam habet subdelegans.*
2 *Commissio plenariam potestatem tribuit super omnibus, quæ ad causam pertinent.*
3 *Iurisdictione cõcessa, ea quoque intelliguntur concessa, sine quibus Iurisdictio explicari non potest.*
4 *Principali commisso, etiam accessorium commissum censetur.*
5 *Mandatum restrictum ad videndum exequi literas compulsoriales relaxatas per talem Auditorem an suffragatur quoad Iudices compulsoriales concordatos coram alio Auditore, & num. 7.*
6 *Rota facit vnum tribunal, & vnicam iurisdictionẽ adeò vt vnus Auditor dicatur subrogatus loco alterius, & facta coram vno in causa alteri commissa substineantur.*
7 *Citant pro certa hora quando possit actum expedire.*
8 *Comparitio, & protestatio partis aduersæ quando faciat constare, aliquid actum esse in termino, & hora citationis.*
9 *Citatione vnica plures termini, & actus cumulari, possunt.*
10 *Comparationis in iudicio quæ debeant interuenire, & num. seqq. & num. 17. & seqq.*
11 *Comparationis in iudicio petens iurat de calumnia, & se non habere aliam modum recognoscendi.*
12 *Recognitio per comparationem dicitur probatio subsidiaria, & fit alijs probationibus deficientibus.*
13 *Comparationem facere potest Iudex per se ipsum, sed tutius est, vt adhibeat duos peritos.*
14 *Periti plures pro comparatione literarum requiruntur, nec vnus sufficit.*
15 *Periti debent esse partibus non suspecti.*
16 *Peritum, parte citata non eligente, eligit Iudex, non tamen suspectum.*
17 *Periti debent iurare.*
18 *Responsio relatiua ad interrogationem habet implicitum tenorem interrogationis, à qua declarationem recipit.*
19 *Scriptura certa requiritur, ad quam fieri debeat comparatio.*
21 *Periti debent suam relationem in scriptis producere, vel in actis scribi facere.*

Decisio CCXXXXI. La prima.

AGitur de recognitione Instrumenti inuestituræ factæ per viam transactionis de anno 1502. per Cardinalem de Sancto Seuerino Ioanni Iacobo Triuultio, de qua quidem inuestitura adsunt duo Instrumenta, alterũ leuatũ à Francisco de Badagio, qui de eo fuit rogatus, alterum vero exemplatum per Petrum Cellum. Vnde difficultas hodie fuit restricta ad Instrumentum leuatum per Notarium rogatum, vt videatur, An fuerit vltimo loco legitime recognitũ per cõparationem reseruato, vt quid inde resultet videatur; cuius difficultatis resolutio circa duo versatur, Primo circa

circa validitatem processus comparationis, secundo circa id, An comparatio fuerit legitimè facta.

Et quantum attinet ad primum, non potest dubitari de validitate processus comparationis, cum ille fuerit factus à Iudice per Rotam subdelegato, 1 † qui ideo quoad hunc actum eamdem auctoritatē habet, quam Rota, *cap. vlt. §. delegatus, & ibi not. Franc. num. 2. de Iudic. lib. 6.*

Nec minus ambigi potest de facultate Rotæ in facienda huiusmodi recognitione per comparatio- 2 nem, † cum ex distributione Commissionis facta Auditori, ipse receperit super omnibus, quæ ad causam pertinent, plenariam potestatem, *iuxta not. in c. 3 præterea. de offic. deleg.* et † concessa Iurisdictione, ea quoque cōcessa videantur, sine quibus iurisdictio explicari non potest, *cap. sufficiens. de offic. delegat. 4 l. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic.* Prout † et commisso principali censetur quoque commissum accessorium, *cap. prudentiam. §. sexta. in fin. de offic. deleg.*

Non obstant tres nullitates oppositæ contra dictum Procuratorem factæ super hac comparatione: Non prima defectus mandati clar. me. Odoardi Cardinalis Farnesij tunc Commendatarij, quod videtur restrictum ad videndum exequi literas compulsoriales relaxatas per nunc Illustriss. Cardinalē Verospium tunc Rotæ Auditorem, et ideo Procurator non poterat petere executionem literarum cōpulsorialium postea relaxatarum per bo: me: Cardi- 5 nalem Sacratum, † vnde processus remanet nullus, *vt in dec. vlt. Sanct. mem. Greg.* quia fuit responsum quod bo: me: Cardinali Sacratus non relaxauit nouas literas compulsoriales, sed tantum deputauit nouos Iudices in Curia concordatos pro executione literarum compulsorialium per prius relaxatarū quarum vigore fuit facta recognitio per comparationem, et sic non potest dubitari de viribus mādati, quatenus etiam ita rigorosè esset interpretandū, secundo fuit responsum, quod in Rota materia ista 6 non est adeo strictè interpretanda, cum † Rota faciat vnum Tribunal, et vna sic omnium iurisdictio, ita vt vnus loco alterius subrogatus dicatur, et acta facta coram vno in causa alteri commissa sustineātur, et valida reputentur, *Put. dec. 339. lib. 3. in correct.* maximè parte non opponente, *Idem Put. dec. 460. lib. 2. pariter in correct.* quare, et si prædictus Illustrissimus Verospius relaxasset compulsoriales, attamen bon. mem. Card. Sacratus denuo easdem potuit relaxare, quo casu mandatum Procuratoris videbatur sufficere ex ratione prædicta, quia scilicet non censebatur mutata persona Iudicis, cum, vt dictum est, Rota faciat vnum Tribunal, tertio fuit responsum, quod mandatum habet duas partes, prima est ad exequendum literas compulsoriales relaxatas, per Illustrissimum Cardinalem Verospium, secunda continet hæc verba: Item petendum, et obtinendum recognosci per comparationem Instrumentum transactionis Inuestituræ, et aliorum celebratum inter tunc Commendatarium, et Abbatem Sancti Bartholomei, et Ioannem Iacobum Triuultium rogatum per Franciscum de Badagio etc. quæ secunda pars ad effectum, de quo agitur, abunde sufficit: Neque potest huic motiuo obijci, quod facultas recognoscendi per comparationem est registrata in literis compulsorialibus, quia, cum non possit dubitari de validitate relaxationis compulsorialium, sed tantū de validitate comparationis, esto, quod mandatum Procuratoris de partibus non esset sufficiens pro scripturis compulsandis, non potest tamen infitiari, quin esset sufficiens pro recognitione scripturarum per comparationem, quia in hoc casu non erat necessaria compulsatio, et postea recognitio per comparationem, cum iam dictum Instrumentum fuisset productum in Rota, et exhibitum sub oculis Dominorum, vt illius facies posset considerari, et certum est quoad recognitionem per comparationem, quod mandatum non erat restrictum.

Non obstat secunda nullitas, quod scilicet pars fuerit citata pro certa hora ad recognoscendum, et non fuerit expectata. Quia primo fuit respōsum, quod pars fuit vltimo loco citata 16. Martii pro die 18. in vesperis ad videndum præsentari tres libros Matriculæ per publicos Officiales, per quos erat facienda comparatio Instrumenti, & Protocolli antea iam productorum etc. et eadem die 18. in vesperis fuit reproducta intimatio, *vt in proc. compul. fol. 47.* vbi legitur tantum executio citationis die 17. quam illius reproductio facta die 18. in Audientia hora vespertina, et accusata contumacia pro parte Cardinalis Farnesii, Officiales præsentarunt libros, et fuit facta recognitio per Peri- 7 tos, † quæ quidem recognitio valida fuit, etiam, quod non fuerit expectatus totus lapsus horæ vigesimæ quartæ, quia sufficit, quod fuerit facta statim, ac incepit hora vesperarum, *Bart. in l. qui ante Calendas. 13. sub num. 5. vers. quandoq; datur terminus. ff. de verb. oblig.* vbi quod, si citatio fuit ad aliquem actum non momentaneum, in quo plura requirantur, ita vt si pars esset expectanda vsq; ad vltimum momentum diei, nihil posset probari, tunc citatus quandocumque intra terminum præscriptū potest curare, vt actus expediatur, *Franc. in cap. cōpareat num. 24. & 25. de appellat. Abb. in cap. consuluit. num. 5. & 10. de offic. deleg.* vbi dicit, quod si citetur ad hodie per totam, non arguit sententiam ferri, nisi in extrema hora diei, sed intelligitur pro hora Audientiæ, & ita seruatur in Curia, *Seraph. dec. 1115. num. 2. & 3.* nec contrarium dicit *Castr. in l. more Romano. num. 5. ff. de ferijs,* quia loquitur, quando agitur contra aliquem contumacem lapso termino, ita vt post lapsum termini debeat contumax iudicari, qui non est casus noster. Secūdo principaliter fuit responsum, quod verba citationis sūt ista, Citatus D. Marchio, & M. Antonius eius Procurator comparituri die 18. Martij in vesperis &c. vnde, licet comparatio debuerit fieri in vesperis, alias fuisset nulla, vt in puncto *Bart. in l. fin. §. si is, qui ff. quod vi, aut clam.* nihilominus, cum verba illa in vesperis sint generalia, & possint comprehendere vltimam horam, & omnes horas vesperarum vt in simili notat in puncto *Bart. in cons. 175. col. 1. vers. præterea ad hoc viget ratio. lib. 1.* ad saluandam comparitionem, si constaret, non fuisse factam in vltima hora; citatio deberet interpretari, vt sonet in omnibus horis vesperarum, cum verba citationis possint recipere huiusmodi intellectum, *Bart. in d. cons. 175. in fin. vers. item possunt intelligi. lib. 1.* tertio fuit responsum, cessare omnem difficultatem, quia Procurator Marchionis 18. Martij in vesperis comparuit, & protestatus fuit, non debere fieri recognitionem per comparitionem, sed consulendam esse Rotam, & Instante Procuratore Cardinalis Commendatarij procedi ad vlteriora, replicauit Iudicē 8 debere abstinere à comparatione, † Vnde ex tenore istius facti satis apparet, quod comparatio fuit facta in hora, in qua cadebat citatio, cum Procurator Marchionis comparuerit in vesperis, & se opposuerit recognitioni faciendæ, & Procurator Commendatarij institerit procedi ad vlteriora. Nec huic tertiæ responsioni obstat, quod protestatio videatur facta post comparationem, cum ex ordine literæ ibi hoc appareat, quia ordo literæ non est attendendus, cum ex contextu verborum de contrario expressè appareat: quod scilicet protestatio fuit facta ante comparationem, ex quo contineat non deueniri ad comparationem, & sic ad actum de futuro, & non de præterito, *l. si ita quis*

substitutus. vbi Bald. ff. de hered. Instit. DD in l. ambiguitates. C. de testamen. Surd. cons. 523. nu. 7. vol. 4. & bene Menoch. cons. 400. nu. 11. vol. 4.

Non obstat etiam tertia nullitas, quod scilicet vnica citatione, et Audientia fuerint cumulati plures termini, videlicet exhibitionis, et admissionis trium librorum matriculæ, vocationis Peritorum, delationis, ac receptionis iuramentorum, inspectionis vtriusque scripturæ, tam comparatæ, quam comparandæ, et relationis super earum comparatione, nam huic motiuo fuit responsum, non esse nouum in 9 iure, quod † sub vnica citatione possint plures actus cumulari, *gl. in cap. 2. in verb. & si veneritis. de testibus cogen. Socc. de citat. art. 28. numer. 1. Carpan. de de statut. Mediolan. par. 1. cap. 1. num. 113.* quod procedit de plano in casu isto, in quo omnia prædicta vno, eodemq; tempore erant explicanda. Exhibitio enim librorum debuit sic fieri, cum stante *statut. Mediolan. cap. 354.* non possent extra custodiam Officialium Deputatorum dimitti, delatio autem iuramentorum facta à peritis, inspectio Iurium inuicem comparatorum, et relatio ab eisdem facta præsentibus Iudicibus non inducunt inculcationem ter-10 minorum, † cū hæc omnia in Iudicio comparationis debeant successiue fieri, *Cyn. post gl. in l. comparationes. num. 10. in fin. C. de fid. Instrum. & etiam Odofredus num. 4. vers. etiam ipse Iudex Bald. nu. 30. vers. sed certe tutius est cum seqq.* qui in specie dicit quod omnia prædicta interuenire debent, cum Iudex, adhibitis alijs peritis, ipsisque iuramento delato, corpora literarum inspicere debeat, *Ang. ibidem num. 4. vers. secundo quod Iudex. Castr. numer. 20. vers. sed dicit Angel. Salic. num. 8. vers. nisi ea saluādo Sicard. n. 4. Menoch. latè de arbitr. casu 114. n. 26.*

Quantum attinet ad secundam inspectionem An comparatio fuerit legitimè facta, pendet ex tribus. Primo, vt videatur, an esset locus recognitioni per comparationem; secundo, quatenus sic, an fuerint adhibitæ solemnitates requisitæ; tertio, quatenus etiam sic, an periti rectè retulerint. Et quantum attinet ad primum, An scilicet esset locus recognitioni per comparationem, nulla adest difficultas, agitur de Instrumento confecto de anno 1502. et Procurator Commendatarij habens sufficiens mandatum, ac petens recognitionem, iurauit de calumnia, 11 quod est speciale in hoc casu, † in quo non solum in causa principali iuratur de calumnia, sed etiam, quando agitur in specie de recognitione per comparationem, et iurauit se non habere alium modum recognoscendi dictum Instrumentum, quæ duo iuramenta ex parte petentis comparationem tamquam de necessitate, et forma requiruntur, *vt in Auth. de instr. caut. & fid. §. si vero moriuntur gl. in l. comparationes. in verbo ab his. vers. iurant antè & ibi Ang. num. 11. Castr. num. 12. vers. addo. Salic. num. 7. Bald. num. 7. vers. tertio oppono. Sicard. num. 5. vers. sunt autem. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 114.* 12 *num. 34.* et ratio est, † quia ista est subsidiaria probatio, donec enim sunt aliæ probationes, non recurritur ad comparitionem, *Bald. in d. l. comparationes. num. 10. Cyn. num. 6.*

Circa secundum, An scilicet fuerint adhibitæ so-13 lemnitates requisitæ; † certum est, quod si Iudex vult ipse recognoscere, potest hoc facere, sed tutius est, vt adhibeat alios peritos, prout fuit factum in casu isto, *vt not. Cyn. in d. l. comparationes. numer. 10. Bald. q. 6. numer. 30. & latè Menoch. de arbitr. dicto* 14 *casu 114. num. 26.* † et quod debent esse plures periti, nec sufficiat vnus, *dicit Cyn. in d. l. comparationes d. num. 10. Bart. in lect. antiq. num. 9. Bald. num. 30.* 15 † Qui quidem periti, *vt dicit Salic. in eadem l. comparationes q. 6. num. 18. in fin.* debent esse non suspecti partibus, et idem etiam dicit *Bald. ibid. num. 32.* 16 Et propterea, † cum pars Marchionis noluerit nominare suum confidentem, sufficit, quod Iudex nominando ex officio non nominauerit aliquem suspectum, quam quidem nominationem Iudex potuit facere, cum pars Marchionis fuerit specialiter citata ad eligendum suum peritum, et hoc facere neglexerit, *l. fin. vers. electione videlicet, & ibi gl. in verb. dirimēda C. de iudic. Cagnol. in l. 2. n. 259. vers. partibus vero. C. de rescind. vendit.*

17 Et in hac recognitione interuenerunt † tria requisita, nempè iuramentum peritorum, scriptura certa, ad quam debuit fieri comparatio, et diligens examinatio peritorum. Primum enim requisitum, hoc est iuramentum peritorum est de iure necessarium, et de forma, *vt dicunt DD. mox allegandi, & ad literam dicit tex. in d. l. cōparationes. §. omnes autem. C. de fid. Instrum.* qui tex. dicit per formalia verba, *omnes autem comparationes non aliter fieri concedimus, nisi Iuramento antea præstito ab his, qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum, quod neque lucri causa, neque Inimicitijs, neque gratia tenti huiusmodi faciant comparationem*, quod iuramentum ita deberet concedi videtur de forma, *& sensit Salicet. in d. l. comparationes num. 3. Bald. numer. 4.* vbi quod Periti debent interrogari, an id quod dicunt, causa odij, vel inimicitia, aut gratia tenti dicant. *Bart. ibidem in lect. antiq. in fin.* vbi quod Periti debēt iurare secundum formam *in d. l. traditum.* quod ad vnguem fuit seruatum, *vt in proc. compulsoriali fol. 50. prima pag.* vbi apparet peritos fuisse interrogatos, an prece, pretio, odio, vel amore, seu aliqua spe lucri, et interesse ducti accesserint ad Iudicium perhibendum, qui responderunt medio Iuramento, se ipsos pro veritate tantum dicenda de eo, quod sciuerint, et requisiti fuerint, se accessisse non prece, 18 pretio, odio, amore, vel spe lucri, cum † responsio relatiua ad interrogationem habeat implicitum tenorem interrogationis, à qua recipit declarationē, *l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de Interrog. act. §. præterea inutilir. de inut. stipul. Bal. cons. 54. numer. 2. vers. ex hoc sequitur. libr. 1. Alex. post cons. 75. nu. 12. vers. cum responsio. lib. 5. Surd. cons. 414. n. 72.*

19 Secundum etiam requisitum interuenit, † nempe scriptura certa, ad quam comparationem prædictā fecerunt, vt disponitur *in d. l. comparationes.* certitudo autem scripturarum ex eo deducitur, quia fuerunt exhibiti per Officiales tres libri, Matriculæ Notariorum Mediolani, qui conficiuntur iuxta formam statuti illius Ciuit. *de quo Carpan. cap. 353. lib. 1.* in quibus libris Matriculæ inter alia continentur signum, et subscriptio manu propria Francisci de Badagio, ex quibus libris ex eodem *statut. cap. 374. apud eundem Carpan. eod. lib. 1.* certa, et indubitata fides adhibetur, quare non potest dubitari de certitudine scripturæ, ad quam debuit fieri comparatio, *vt bene ad proposit. Bald. in d. l. comparationes. nu. 6. in fin. vers. ego addo septimam scripturam. cum seqq. & optimè comprobat tex. in Auth. ad h.c. §. Item & certū. C. de fid. Instrū. & in §. illud etiam Auth. de his, qui ingred. ad appell. vnde sumitur.* quibus in locis dicitur sufficere tertiam esse prolatam ex Archiuio publico, quod ex eisdem rationibus repetit, *Salic. in d. l. comparationes. num. 13. vers. quinta scriptura. Sicard. num. 8.* et propterea sequitur, comparationem ex hoc capite sustineri, cum in ista materia duæ scripturæ requirantur, vna quæ debet recognosci, altera, ad quam debeat fieri comparatio, quę debet esse certa, quarum vtraque interuenit, et secūda est certa, *Cyn. in d. l. comparationes. num. 4. vers. differentia. Bart. numer. 3. Bald. numer. 10. Fulgos. num. 5.*

20 Tertium quoque requisitum interuenit, † quod scilicet periti inspiciant singulas literas, seu elemēta, dictiones, et elementorum, verborumque tractus, signa, et his similia, *vt not. Bal. in d. l. comparationes. num. 30.*

num. 30. *&* 31. *Salyc.num.* 19. quæ omnia præstiterunt secundum tradita per dd. Doctores, quæ ad praxim nouissime reduxit *Eques Iulius Cæsar Bottifang us Vrbeuetan. in suo eleganti tract. de recognitione literarum per comparationem nondum impresso, qui extat apud me manuscriptus*, et quamuis prædicti DD. dicant, quod periti debent aduertere etiam ad stylum Notarij, et ad modum dictaminis, attamen cum dd. libris Matriculæ adhibeatur plena fides, in quibus continetur signum, et subscriptio posita in calce Instrumenti, de quo agitur, et ad 17. lineas scriptas manu propria eiusdem Francisci, cum tota reliqua pars Instrumenti sit scripta aliena manu, et in hac parte Periti optime retulerunt, comparando omnes quatuor manus, et signum, tertiam videlicet positam in dictis tribus libris, et quartam positam in Instrumento, de quo agitur.

Circa tertium, et vltimum, An scilicet Periti rectè retulerint *Salic. in d. l. Comparationes num.* 19. *in fin. & Curt. sen. in l. admonendi num.* 114. *vers. vltimo* 21 *requiritur. ff. de iur. iur.* dicunt, † quod periti relationem suam debent facere in scriptis, vel in actis, facere scribi, quia est species probationis, quod ad vnguem fuit seruatum, repetendo etiam in relatione recognitionem signi, et aliarum qualitatum, de quibus supra dictum fuit. Vnde negari non potest, quin etiam constet de validitate relationis factæ p peritos.

Et ita hodie fuit conclusum, visis etiam scripturis, quas in positione huius causæ D. Marchio altàs dederat, et hodie nec in voce, nec in scriptis informare voluerit etc.

R.P.D. Ghislerio

Parmen. seu Lunen. Sarzanen. Separationis Thori.

Mercurij 28. Iunij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Arbitrium regulari debet à iure.*
2. *Arbitrium non intrat ad reuocandam executionem iam factam, & consumatam.*
3. *Matrimonij in facie Ecclesiæ contracti nullitate pendente, exercitium matrimoniale coniugibus interdici non debet.*
4. *Ampl. præsertim si coniuges sint in quasi possessione matrimonij, & neuter ex eis reclamet, sed tertius dat de nullitate.*
5. *Tertius litem mouens super inualiditate matrimonij debet citare non solum virum, sed etiam vxorem.*
6. *Commissio litem non introducit, nisi postquam est in actis producta, & facta citatio ad dicendum contra.*
7. *Matrimonium consumatum separari non debet ex superuenientia commissionis restitutionis in integrum.*
8. *Sententia in dubio præsumitur valida, & iusta, nisi exhibeatur processus, in quo contrarium constet.*
9. *Inchoandum non est a separatione matrimonij, quod prætenditur nullum.*
10. *Matrimonium non esse contractum à propriu Parocho, nec de licentia debet probari ab allegante.*
11. *Parochi attestatio de licentia data matrimonium celebrandi suffragatur etiam post illud contractum.*
12. *Matrimonium non annullatur ex solo defectu omissionis denunciationum.*

Decisio CCXXXXI. la seconda.

Licet quinta currentis fuerit dictum, constare de interesse Marchionis Ludouici Malaspinæ ad effectum, vt admittatur ad causam respectu simplicis Audientiæ, et deducat iura sua, tamen commissa causa ad eius instantiam nullitatis Matrimonij altàs initi per Marchionem Hippolytum Malaspinam cum clausula, *vt procedatur ad separationem arbitrio Rotæ*, Domini censuerunt, non intrare.

1 Arbitrium † enim debet esse à iure regulatum, *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur num.* 8. *San. me. Greg. XV. dec.* 189. *num.* 3. *Rot. decis.* 450. *num.* 1. 587. *num.* 1. *&* 669. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* et talis clausula intelligitur, pro vt de iure, *Cas. de Graff. dec.* 7. *num.* 7. *& dec.* 8. *num.* 2. *de sent. & re iud. Pereg. dec.* 239. *circa fin. lib.* 2. maximè, cum cer-
2 tum sit, † arbitrium non intrare ad reuocandam executionem iam factam, et consumatam, *& sæpissimè Rota censuit*, *vt in Fanen. Beneficij* 28. *Iunij* 1624. *coram bo. me. Vbaldo s. m. Greg. XV. dec.* 70. *in princ. & dec.* 201. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.* de iure autem
3 est, quod † Matrimonio in faciem Ecclesiæ contracto, si lis super eius nullitate postea moueatur, non debet, lite pendente, exercitium Matrimoniale coniugibus interdici, *est tex. in cap.* 2. *vt lit. pend. Franch. dec.* 130. *num.* 4. *Abb. in cap* 2. *sub num.* 4. *qui filij sint legit Sanchez de Matrim lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 50. *ad fin. vers. quod expresse, & lib.* 7. *disput.* 2. *nu.* 15. *vers.*
4 *quod si opponas.* Idque † præsertim videtur suaderi quia neuter ex coniugibus reclamat, et in Matrimonij quasi possessione existunt, quare mota lite per tertiù super inualiditate Matrimonij, videtur prius, quàm ad separationem procedatur, esse cognoscendum per sententiam, et rem iudicatam, *Franch. d. dec.* 103. *num.* 7. saltem ad euitandum præiudicium
5 vxoris, contra quam nec lis fuit introducta, † et tamen est citanda, cum de eius principali interesse agatur, *Gratian. discept.* 850. *num.* 18. *&* 19.

Non obstat, quod dicitur, Matrimonium fuisse contractum post litem in Rota introductam coram bon. mem. Patriarcha Mantanedo, nam, vltrà quod Marchionissa vxor in ea non comprehenditur, ces-
6 sat difficultas, quia † commissio nunquam fuit in actis producta citato Marchione Hypolito, vt requiritur ad effectum introducendi litem, nec facta citatio ad dicendum cõtra commissionem, *Clemet. fin. & ibi not, vt lit. pend. Rot. decis* 4. *in fin. eod. tit. in antiq. Cassad. eod. tit. dec.* 1. *num.* 4. *s. m. Greg. XV. dec.* 94. *num.* 2. quinimmò apellatio fuit deserta ex lapsu 4. annorum. Nec facit commissio restitutionis in integrum, parte citata, cum fuerit post consumatũ
7 Matrimonium, † quod propterea non debet per huiusmodi litem separari, *Sanchez d. lib.* 7. *disput.* 2. *num.* 15.

Non obstat, quod prætendatur nullitas, vel iniu-
8 stitia sententiæ super nullitate Ordinis, † quia nisi exhibeatur processus, de hoc non potest constare, et interim intrat præsumptio pro validitate, et iusti-
9 tia, nec est locus separationi, † cum ab ea non sit inchoandum, *Gratian. vbi supra num.* 4. *&* 5. qui loquitur in Matrimonio contracto post sententiam super nullitate professionis.

Non obstat, si dicatur, Matrimonium de facto processisse inter sanguine coniunctos, et non seruatis solemnitatibus Sacri Concilij, nec coram proprio Parocho, vel de licentia, quia nisi producatur processus, non potest dici de supradictis constare.
10 Vbi enim Matrimonium est contractum, † debet probari, quod non interuenerit proprius Parochus, nec licentia; *Sanch. disp.* 37. *num.* 5. *lib.* 3. et procexe-

cutore

ne ob timenda, *Castr. in l. fin. num. 15. & Alex. num. 16. C. de ed. D. Adr. tollen. Rota in recent. dec. 632. nu. 2. par. 1. & apud Sanct. Me. Greg. XV. dec. 546. nu. 2.*
5 † et cum appareat, Iudicem ritè, et rectè non processisse, dici non potest, quod Prudentia fuerit sua possessione priuata, *ad l. iuste possidet. ff. de acq. poss. cum vulg.*

Minus obstat, quod Lucretia, ad cuius instantiam fuit relaxatum mandatum, non sit comprahensa in commissione; vigore cuius emanauit inhibitio.

6 Quoniam in commissione adest clausula, *omnesque alios*, † quæ apta est comprahendere quoscumque sua interesse putantes, et sic etiam Lucretiam, *Achill. dec. vlt. de rescript. Put. dec. 96. lib. 1. & fuit dictum in Toletana Parochialis 28. Nouēbris 1601. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ est dec. 47. inter eius impressas*, et in omnem casum † inhibitio
7 Rotalis siuè iusta, siuè iniusta erat timenda, et ob spretum resultarunt attentata, *vt in his terminis dixit Rota dec. 74. lib. 2. par. 3. diuers. & fuit latè deductum in Romana diuisionis societatis 5. Nouembris 1622. coram bo. me. Buratto.*

Et ita, Prudentia tantum informante, resolutum fuit etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Cæsaraugustana Præeminentiarū

Lunæ 6. Nouembris 1628.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ appellatione veniunt omnia, quæ intra Ecclesiæ septa tamquam portiones ipsius continentur.*
2 *Concessum de toto videtur etiam concessum de parte.*
3 *Manutentio concessa in quasi possessione præcedendi in Ecclesia absolutè, & indefinitè intelligitur in qualibet parte Ecclesiæ.*
4 *Ratio vbi est eadem, ibi est eadem dispositio.*
5 *Iura intelligenda sunt ex mente, & ratione, non ex verbis.*
6 *Verba non sunt accipienda iudaicè.*
7 *Vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri.*
8 *Partes non debent discrepare à substantia, & qualitate totius.*
9 *Actus antecedentes tolluntur per subsequentem declarationem.*
10 *Actus attentati lite pendente sunt damnabiles, turbatiui, & non sunt habendi in consideratione.*
11 *Contrauenientе vna ex partibus, potest altera etiam contrauenire vel liberata ab obligatione parendi.*
12 *Contraueniendi iustam habens causam excusatur à pœna contrauentionis.*
13 *Contraueniens prius non potest dolere, alterum contrauenisse.*
14 *Contraueniens post contrauentionem alterius potest nihilominus exigere pœnam cōtrauentionis ab eo, qui prius contrauenit.*
15 *Executoriales debent intimari, & reproduci.*
16 *Termini seruandi pro declaratoria.*
17 *Declaratoria danda est consilito de voluntaria inobedientia, & contrauentione.*
18 *Contumacia fundamentum esse solet censurarum.*

Decisio CCXXXXIV.

CОnsulti Domini super interpretatione, et forma executionis mandati de manutenendo aliàs de anno 1557. per bo. me. D. de Rubeis relaxati, cum sub die 26. Aprilis, et 29. Nouembris superioris anni inter cætera respondissent Decano, Dignitatibus, et Canonicis Metropolitanæ dandam esse manū dexteram à Priore, et Capitulo Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari in eadē Ecclesia quoties ad illam certis diebus accedunt, Illustriss. D. meus Cardinalis Millinus præfatum mandatum iuxta formam dictarum Resolutionum Rotalium exequi præcisè mandauit. Vnde executorialibus expeditis, ac legitimè intimatis, cum nihilominus cōtra formam, et tenorem dicti mandati de manutenendo, nec non earumdem executorialium plura fuerint in partibus attentata. Dubitaui, an hinc indè constaret de contrauentione, ita vt danda esset declaratoria. Cuius articuli resolutio pendet ex tribus inspectionibus. Prima est, vt videatur quis prior contrauenerit. Secunda an talis contrauentio posteriorem excuset. Tertia, et vltima, an eadem prior contrauentio sit excusabilis, ita vt non sit locus declaratoriæ.

Et quoad primam inspectionem, omissis contrauentionibus verbalibus, ad quas videbatur mandatum de manutenendo non extendi, cum sub die 24. et 26. Aprilis præteriti Prior, et Capitulū de Pilar recusauerit dare manum dexteram Decano, Dignitatibus, et Canonicis Metropolitanæ, qui pro Palmarum benedictione, et concione habenda ad Ecclesiam B. Mariæ de Pilari accesserant; Immò Prior ipse primam sedem in cornu Euangelii occupasset, dubitari nō potest, quin Capitulum de Pilar primo contrauenerit mandato, et executorialibus, cum secundum mandatum de manutenendo, et resolutiones Rotales eamdem manum dexteram Metropolitanis omnino dare teneretur.

Neque obstat, quod mandatum de manutenendo, et decisiones Rotales loquantur de Ecclesia, non autem de Præsbyterio, in quo manus dextera fuit
1 denegata. Quia † appellatione Ecclesiæ indistinctè veniunt omnia, quæ intra Ecclesiæ septa tamquam portiones ipsius continentur, *arg. cap. si quis in atrio cap. si quis contumax, cap. id constituimus. 17. q. 4. Abb. in cap. Ecclesia. num. 10. de Immunitat. Ecclesiæ Decian. in tract. crimin. libr. 6. cap. 24. nu. 31. & cap. 25. num. 12. 13. & seqq. Farinac. de Immunitat. Eccl. nu. 268. Et late Modern. discept. forens. discept. 617.*
2 *num. 2.* vbi quod † concessum de toto videtur etiam concessum de parte, Et ideo, cum mandatum, et decisiones dicant, dandam esse manum dexteram Metropolitanæ in ipsa Ecclesia absolute, et indefinitè,
3 † consequenter illa debetur in qualibet parte Ecclesiæ absque vlla limitatione, *cap. si Ciuitas, vers. ratione quoque. de sentent. excom. in 6. cap. vnic. de cōsecrat. Ecclesiæ, vel Altar. eod. libr. Et fuit dictum in Lauretana Iurisdictionis 23. Ianuarij 1617. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Maximè quia vniuersalis ratio reuerentiæ de iure debitæ Ecclesiæ Sancti Saluatoris Metropolitanæ tamquam Parenti, quæ late fuit ponderata coram me, sub die 29. Nouembris superioris anni militat tam in Præsbyterio, quam in qualibet alia par-
4 te Ecclesiæ, † ita vt locum habeat eadem dispositio, *l. illud. ff. ad l. aquil. Alex. cons. 75. num. 3. lib. 5. Becc. cons. 62. num. 17. & cons. 89. nu. 10. & seqq.* vbi quod
5 † iura intelligenda sunt ex mente, et ratione non
6 autem ex verbis, et quod † iudaicè verba non sunt
7 accipienda. Præsertim ad euitandum, † ne in vna, eandemque Ecclesia vnus, et idem Decanus digni-

tates,

tates, et Capitulum ratione diuersorum paitium Ecclesiæ diuerso iure censeantur, *contra tex. in cap. cognominus. 12. q. 2. l. eum, qui ædes. ff. de vsucapion.* 8 et † ne partes discrepent a substantia, et qualitate totius, pariter *contra tex. in l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Alber. in l. ait Prætor. la secunda ff. de iur. init. Et fuit ponderatum in d. Luuretana Iurisdictionis coram Curd. Sacrato.*

Neq; etiam obstat, quod Metropolitani tam ante, quam post declarationem mandati vltimo loco factam, sederint in Præsbyterio modo prædicto, neque absque huiusmodi præcedentia, quia 9 † actus antecedens fuerunt sublati per declarationem subsecutam, *arg. tex. in cap. cæterum. de rescript. cap. dudum de Præben. in 6. l. pacta nouissima C. de pact. l. quod iussit. ff. de re iudic. cum vulgar.* posteriores vero vel emanarunt in vim Regiæ prouisionis, vel 10 fuerunt attentati lite pendente, et † sic tamquam damnabiles, et turbatiui nullatenus habendi sunt in consideratione, vt de huiusmodi actibus pariter fuit dictum coram me sub dicta die 29. Nouembris 1627.

Quo vero ad secundam inspectionem, licet non possit controuerti, quin Metropolitani quoque contrauenerint, primo dum in die Sanctarum Iustæ, et Rufinæ non admiserunt in propria Ecclesia Canonicos de Pilar, et 15. Augusti ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Pilari non accesserunt, prout tenebantur secundum tenorem mandati de manutenendo; Attamen visum fuit Dominis, ipsos esse excusandos; 11 † quia, cum præcessisset contrauentio ex parte Capituli de Pilar, ipsi quoque tamquam liberati ab obligatione parendi, impunè potuerunt contrauenire; *Ad hoc proponas. la 2. C. de pact. vbi Alex. num. 6. vers. nam secundo offendens, & cons. 115. nu. 7. lib. 4. late Bart. in l. 1. §. cum arietes. nu. 2. vers. sed si appareret. ff. si quadrup. paup. fecis. dic. Roman. cons. 155. num. 7. Beto. cons. 185. numer. 22. lib. 3. Gozadin. cons. 32. num. 5. Sigonol. cons. 195. num. 3. in fin. Rolan. cons. 57. num. 20. & seq. lib. 1. Ruin. cons. 58. nu. 5. lib. 1. & cons. 136. num. 6. vers. quoad aliud. lib. 5. Becc. cons. 45. num. 6. 7. 10. & 17. & cons. 106. num. 31. lib. 1. Mathesil. singul. 50. num. 3. Rota dec. 368. num. 2. & dec. 369. num. 12. par. 4. diuers. Modern. discept. forens. 307. num. 5.* Et sic impunè potuerunt tam ipsos venientes ad propriam Metropolitanam non admittere, quam ad ipsorum de Pilari non accedere, Ne parendo, vel viderentur approbare malegesta ab illis de Pilari, vel vt nouis contrauentionibus viam præciderent, et sic tollerent occasionem vlterioris contrauentionis, *ad tex. in l. eo, quem. ff. de pact. dotal. §. meminerint. C. vnde vi. cap. qualiter. 17. de accusat. cap. 2. & 3. de concess. preb. in 6.* 12 † vnde, cum habuerint iustam causam contraueniendi, à pœna contrauentionis excusantur, *Alex. qui alios allegat. cons. 32. num. 8. & 9. lib. 2. & cons. 66. num. 4. lib. 5.* 13 † et cum Capitulum de Pilar prius contrauenisset, dolere non potest, Metropolitanos contrauenisse, *Bart. in l. 1. nu. 21. C. de usufruct. legat. Socc. cons. 128. num. 3. vers. non obstat, lib. 3. Ruin. cons. 58. num. 5. lib. 1. Rota dec. 184. num. 3. par. 2. & dec. 86. num. 15. par. 4. diuers. Dec. cons. 452. num. 10. Roman. d. cons. 155. nu. 7. Alex. cons. 212. n. 2. lib. 2. Mathesil. d. singul. 50. num. 1. & Rota apud Zach. de obligat. Cameral. decis. 70. num. 17. Modern. discept. forens. 1000. num. 21. &* 14 *seq.* ita vt, † non obstante eadem contrauentione, possint Metropolitani contra Capitulum de Pilari tamquam eum, qui prius contrauenerit, contrauentionis pœnas exigere, *Alex. d. cons. 32. n. 9. lib. 2. Rolan. d. cons. 57. numer. 24. lib. 1. Becc. d. cons. 106. num. 31. vers. in quib. Rota decis. 184. numer. 3. par. 2. & decis. 369. num. 2. par. 4. diuers. & apud Zach. dec. 139. nu. 4. & 5.*

Quo denique ad tertiam, et vltimam inspectionem, 15 quamuis executoriales fuerint intimatæ, † prout requiritur, *Innoc. in cap. fin. num. 5. vers. alias autem de eo, qui mittit. in possess. Roman. cons. 482. n. 5. Rot. dec. 15. de sent. excomm. in antiq. Felin. in cap. cum sit. num. 14. de appellat.* & post intimationem fuerint 16 reproductæ, † & postmodum seruati quatuor termini, de stylo seruari soliti, *Felyn. in cap. Rodulphus. n. 41. de rescript. Vestran prax. cap. vlt. libr. 8. num. 19. Peregr. dec. 15. nu. 3. lib. 1.* & constet de voluntaria inobedientia, & contrauentione, vt supra probatum 17 est, † quibus stantibus danda esset declaratoria, *cap. absit. 10. qu. 3. Abb. in cap. 1. num. 10. de iudic. in cap. reprehensibilis. num. 2. de appell. & in cap. sane quia num. 5. de off. deleg. Socin. in cap. nulli. nu. 5. & 8. de sent. excomm. Oldrad. cons. 277. num. 1. Cassad. decis. 5. num. 7. de constit. & dec. 6. num. 10. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 478. par. 2. recent. Et fuit sæpissime resolutum.*

Domini tamé solita benignitate mitius agentes, licet agnoscerent pretensionem illorum de Pilari ex superius deductis nullatenus posse sustineri: Quia tamen videbatur eisdem non defuisse aliquam causam saltim coloratam deducendi, atque confouendi hanc, licet minus legitimam, pretensionem, censuerunt, eorum contrauentionem pro nunc posse excusari. Et ideò non esse dandam contra ipsos declaratoriam: In quam sententiam eo libentius inclinarũt quia, cum Prior de Pilari obtulerit, se paratum obedire quibuscumquè declarationibus super hoc per Sanctissimum faciendis, aliqua ex parte videbatur exclusisse à se, & Capitulo suspicionem contuma-18 ciæ, † quæ solet esse fundamentum censurarum, *Cassad. d. dec. 5. num. 7. de Constit. & dec. 6. num. 10. de caus. poss. & propr. Rot. d. dec. 478. par. 2. recent.*

Ideò mandarunt, vt partes hinc inde pareant mandato de manutenendo; & ita conclusum, vtraq; parte informante &c.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano,

Romana Statutorum.

Veneris 24. Nouembris 1628.

S V M M A R I V M.

1 *Attentatum dicitur, quod factum est post inhibitionem.*
2 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta semper est attimenda, & causat attentata.*
3 *Manutentio datur ex. [illegible] quasi possessione interueniendi in Congregationibus.*

Decisio CCXXXXV.

HÆC causa agitur inter Dominos Curiales Maioricenses, & Sardos ex vna, & Curiales Aragonenses, Cathalanos, & Valentinos ex alia, super iure statuendi, cum enim fuerint facta certa statuta, quibus inter cætera cauebatur, quod de cætero Officialium Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Montis Ferrati de Vrbe electio nullatenus fieret in Congregatione particulari, in qua æquali numero Maioricenses, & Sardi cum alijs Nationibus conueniunt, sed potius in Congregatione generali, in qua numero longius superantur, dictique Sardi, & Maioricenses prætenderent hæc ipsis valde præiudicialia existere, cum iura in electionibus sibi ab antiquo competentia restringerent: Ideò Sardi, & Maio-

Maioricenses prędicti reclamare cęperunt, causaq; ia citationis, et tactationum coram me pręuia commissione ad instantiam D. Antiochi Estupa Sardi, et aliorum introducta, fuerunt ob huiusmodi contradictionem de facto priuati, vel eiecti à dicta Cõgregatione. Vnde dubitatum fuit, An constaret de attentatis, et An ipsis esset dantum mandatum de manutenẽdo, et eisdem solum informantibus, affirmatiuè fuit resolutum, quia, cum intentauerint in Rota remediũ *l. diffamari. C. de Ingen. & manumiss.* Rotaque inhibuerit, et hac inhibitione nõ obstate, deuentum fuerit ad confectionem nouorum statu-
1 torum, et ad priuationem huiusmodi, † negari non potest, quin hæc omnia sint attentata, *tot. tit. vt lit. pend. clement. 2. eod. tit. Rot. decis. 3. pariter cod. sit. in*
2 *nouis*, maximè quia † inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta semper est timenda, et causat attentata, *Put. decis. 385. lib. 2. in correct. Verall. dec 93. par. 2. Cæsar. de Grass. dec. 6 de caus. poss. & propr.*

Quo verò ad mandatum de manutenendo, satis constat de possessione Curialium Maioricensium, et Sardorũ interueniendi in Congregationibus par-
3 ticularibus, et generalibus. † vnde eis non potest denegari manutentio, *§ hodiè. Instit. de interdict.* donec negocium cognoscatur in petitorio.

Et ita conclusum etc.

R. P. D. Dunozetto

Bononien. Census.

Veneris 15. Decembris 1628.

SVMMARIA.

1 *Possessio probatur ex confessione partis in commissione.*
2 *Possessio probatur ex actione spolij per aduersarium intentata, & mandato de reintegrando obtento.*
3 *Possessio capta pendẽte appellatione, & recursu ad Signaturam, quæ causam simpliciter commisit, est attentata, & num. 9.*
4 *Executionem passo, qui se pro spoliato non habuit, debetur manutentio.*
5 *Signaturæ rescriptum intelligi debet prout de iure.*
6 *Appellatio non datur à sententia, & mandato de reintegrando.*
7 *Possessio capta in vim sententiæ, & mandati, à quibus non datur appellatio, non est attentata, sed manutenibilis.*
8 *Signatura simpliciter rescribendo, & committendo causam appellationis intelligitur ad vtrumque effectum.*
10 *Decisio, in qua Domini habuerunt difficultatem, & quæ debet iterum proponi, non meretur allegari.*

Decisio CCXXXXVI.

Censuerunt Dominidandum esse mandatum de manutenendo Comitibus de Lambertinis, quia de eorum possessione satis visũ
1 fuit constarè, † tam ex confessione Comitis Pepuli desumpta ex commissione, in qua fatetur, Lambertinos possidere, *Rot. coram Greg. XV. dec. 200. nu. 2.*
2 *& dec. 802. part. 1. diuers.* quam etiam † ex actione spolii, et mandato de reintegrando ab eodem Populo contra prædictos Lambertinos obtento, *Rota coram Greg. XV. dec. 202. num 3. & dec. 561. num. 2. par. 2. recent. & in Romana spolij Domus 10. Maij 1624. coram bon. me. Patriarcha Mazanedo.*

Non obstat possessio Pepuli capta auctoritate Iudicis vigore supradicti mandati de reintegrãdo.
3 Quia, † cum fuerit capta pendentibus appellatione, et recursu ad signaturam Sanctissimi, qui causã dictæ appellationis simpliciter commisit, dicitur attentata, *cap. non solum de appell in 6 Rot. in Romana Bonorum de Zanonis Lunæ 11. Maij 1621. coram*
4 *bo. me. Vbaldo.* Vnde † cum Lambertini non habuerint se pro spoliatis, eis concedenda venit manutentio, *Seraph. decis. 1045. numer. 4. Greg. XV decis. 46. num. 9. Rot. in d. Romana de Zanonis coram bo. mem. Vbaldo.*

5 Minus obstat, quod † rescriptum Signaturæ debeat intelligi prout de iure, *iuxta dec. Cresc. 1. de re-*
6 *script. & sic*, † cum de iure à sententia, de mandato de reintegrando non detur appellatio, possessio de-
7 inde secuta † non dicatur attentata, et consequenter sit manutenibilis.

8 Quia fuit responsum, † signaturam Sanctissimi rescribendo simpliciter intelligi debere ad vtrumque effectum, suspensiuum scilicet, et deuolutiuum, *vt fuit aliàs resolutum in Vrbeueiana Bonorum 26. Ianuarij 1624. & in eadem 24. Martij eodem anno coram bo. me. Vbaldo, & in præcitata Romana de Za-*
9 *nonis coram eodem Vbaldo*: Vnde, † stante effectu suspensiuo, quidquid actum est medio tẽpore, vel appellatione pendente, dicitur attentatum, *d. cap. non solum de app. in 6. cum alijs supracitatis.*

Non obstat *decisio Bononien. Associationis Lunæ 9.*
10 *Iulij 1628. coram me*, Quia † in ea Domini difficultatem habuerunt, et causa venit iterum proponenda.

Et ita vtraque etc.

R. P. D. Verospio.

Reatina Iuris Redimendi.

Mercurij 28. Decembris 1628.

SVMMARIA.

1 *Immissus auctoritate Iudicis iustè procedentis est manutenendus.*
2 *Mandati iustitia probatur ex decisionibus desuper emanatis.*
3 *Possessio in vim mandati Iudicis iustè procedentis non dicitur spoliatiua.*
4 *Nullitates ad effectum spolij debent esse concludentes, & luce meridiana clariores.*
5 *Spolium vt excludatur omnis capi debet interpretatio.*
6 *Mandatum de associando quando sit concedendum, & num. 20.*
7 *Alternatiua petitio, mandatum, & executio an sustineatur.*
8 *Clausula, omni meliori modo, sustinet actum eo modo, quo validius sustineri potest, & num. 9.*
9 *Possessio capta præsumitur eo titulo, quo melius capi poterat.*
10 *Obligationem cameralem habenti pro retrouenditione competit immissio, & non requiruntur termini substantiales.*
11 *Executiua via competit pro omnibus, quæ proueniũt ia obligationis Cameralis executionem, vel ex natura contractus.*
12 *Termini substantiales seruati ab vna parte deseruiunt etiam pro alio.*
13 *Debitor debitoris an executiuè conueniatur.*
14 *Res iudicata paratam habet executionem.*
15 *Euictionis promissio nihil habet commune cum iure redimendi, quod venit ex obligatione, & facto*

empio-

emptoris ex diuerso instrumento.

16 *Venditor non censetur obligatus ex casu, qui nō erat de tempore venditionis.*

17 *Consensus præstitus à creditore alienationi aliquorū bonorum non extinguit creditum.*

18 *Legatum occasione dotis subsistetur, etiam quod dos non debeatur.*

19 *Extensio obligationis cameralis non requiritur, vbi fuit consensum in mandatum vnica citatione præcedente.*

20 *Manutentio conceditur etiam post sententiam, & rem iudicatam, & in gradu restitutionis in integrum.*

21 *Clausulas consuetas tenetur Notarius in Instrumento apponere.*

22 *Possessio in vim instrumenti iam extensi dari, & capi valide potest.*

23 *Actiones duæ, quarum vna veniat in consequētiam alterius, & subordinatæ possunt simul vno, & eodem tempore, & decreto intentari, & expediri.*

Decisio CCXXXXVII.

PRopositi dubium in alia decisione coram me reseruatum, sub die 26. Maij proximè præteriti. An cōstaret de aliquo spolio, quod Cappelletti purgare tenerentur, cum per duas decisiones, *& coram bon. mem. Buratto 22. Iunij 1626. & eam, quam dixi sub die 26. Maij præteriti corā me,* firmatum fuerit, eisdemque competere ius redimēdi prædium, cuius possessione dicebat se Vincentinus spoliatum. Et in hoc etiam articulo pro Cappellettis DD. responderunt, nec aliquod spolium 1 dixerunt existere, † vt imo mandatum de manutenendo illis competeret, qui Iudicis auctoritate, & quidem iuste procedentis in prædij controuersi possessionem immissi, in ea erant manutenendi, *l. 1. ff. ne vis fiat ei. §. retinendæ. Instit. de Interdict.*

2 Cum enim † ipsius mandati Iustitia probata videretur ex decisionibus, prout ex ipsis argui *dixit sæpius Rota, vt dec. 350. num. 1. par. 1. dec. 668. nu. 1.* 3 *par. 2. recent.* † possessio, quam Cappelletti ex Iudicis mandato acceperunt, spoliatiua dici nō poterat *gl. in cap. præsentium. verb. in aliam. in fin. 7. q. 1. cap. intra quatuor. de maiorit. & obed. Gemin. cons. 112. Aym. cons. 5. num. 8. cum alijs, quos congerunt Gabr. concl. 1. num. 123. de rest. spoliat. Menoch. de recuper.* 4 *possess. remed. 8. num. 3.* Tam quod † nullitates ad effectum spolij debent esse concludentes, & meridiana luce clariores, *vt sæpè etiam voluit Rot. in Romana de Bombellis 13. Februarij 1615. coram Card. Sacrato, & in dec. 646. numer. 1. & seqq. par. 2. recent.* 5 Quam etiam quod † omnis capi debet interpretatio ad excludendum spolium, *l. merito. ff. pro socio. Rota dec. 450. nu. 9. par. 1. diuers.*

Et quia spolium Vincentinus deducebat ex eo, quod, cum in Instrumento, in quo se idem prædium Claudio retrouendere obligauit, talis facultas capiendi possessionem propria authoritate non legeretur concessa per clausulam Constituti, Precarij, 6 aut similem, † mandatum de associando per Iudicem nec concedi potuerit, *ad l. creditores. vbi Bart. num. 25. & alij. C. de pignor. Negusan. de Pignor. lib. 4. num. 20. concl. 8. cum alijs in decis. in hac causa 27. Martij 1624. coram R. P. D. meo Merlino* DD. omisso mandato de associando, quod tamen dixerunt etiam posse defendi, responderunt, amplexi motiuum in 7 facto, ex quo omnia sublata videbantur, †. quod possessionem Cappelletti non magis dici posset cæpisse vigore mandati de associando, quam mandati de immittendo, vt ideo actum nullum possessionis (quatenus in vim mandati de associando non sustineretur) vigore tamen mandati de immittendo impugnare non liceret, *vt voluit Rota in Romana de Nocchiellis 26. Iunii 1624. coram bon. mem. Vbaldo,* cum enim & pars in citatione vtrumque alternatiuè petierit, & Iudex in decreto, & mandato idem alternatiuè concesserit, ipsique etiam executores alternatiuè Cappellettos ad possessionē prædij associauerint, vel immiserint: ratione huius alternatiuè substinerentur in altera sui parte, prout in alternatiuis satis est, *l. si hæredi plures. cum similibus ff. de condit. instit.* tam petitio, quæ fieri sic potuit, *Aretin. in l. naturaliter, §. nihil commune. num. 22. ff. de acq. poss. Rot. dec. 257. num. 2. par. 1. diuers.* quam decretum, & mandatum, quod etiam ita concedi, & interponi potuit, *l. si pupillorū. §. si Prætor. vbi Bald. nu. 3. expressè id notat. ff. de reb. eorum.*

Stante maximè clausula, *omni meliori modo,* in, 8 mandato, & in ipsa exequutione, † quæ operatur vt actus valeat, quomodo validius sustinetur, *Felyn. in cap. cum super. num. 11. de offic. delegat. Dec. cons. 11. num. 20. cons. 14. num. 3. & cons. 77. nu. 4. Soccio. cons.* 9 *66. numer. 4. lib. 3.* Vt de possessione, † quod capta præsumatur eo titulo, quo melius poterat, *Aym. cōs. 222. num. 3. & 4. Signorol. cons. 57. numer. 10. Cæs. de Grass. dec. 19. num. 5. de probat.* & de decreto Iudicis cum d. clausula, *Put. dec. 230. lib. 2.*

Et iustitia huius mandati de immittendo sicut, & validitas etiam ex decisionibus indubitata reddebatur, si enim, vt in illis firmatur, potuerunt Cappelletti agere vigore obligationis Cameralis ad 10 retrouenditionem prædii, † vtique in eiusdem retrouenditionis executionem illis competebat immissio, *vt in Romana domus 24. Maii 1602. coram Litta,* & omissis terminis substantialibus, quod validitati opponebatur, adhuc mandatum consistebat, cum non actum fuerit principaliter ad immissionem, sed in executionem obligationis Cameralis, *Bart. in extrauag. ad reprimen. col. 2. vers. summariè. Ias. in l. 2. numer. 7. C. de Edicto diu. Adr. toll. & in Rubr. C. qui admitti. numer. 3. Moderni Cornetani in pract. cap. 43. num. 17. lib. 1. & cap. 10. num. 23. vers.* 11 *tamen ex communiori. lib. 2.* † Et priuilegium viæ executiuæ competat pro omnibus, quæ prouenunt vel ex natura contractus, vel in ipsius obligationis Cameralis executionem, *Papien. in form. libell. super rest. integr. gl. super verb. immitti, & relaxari. num. 1. Guidopap. dec. 143. Rota Iannen. dec. 21. nu. 15. Card. Seraph. dec. 321. num. 20. Rota in Romana de Cosciaris 13. Ianuarii 1599. coram Orano, & in d. Romana* 12 *domus coram Litta.* Cum † etiam, qui casu requirerentur, cum sint communes, satis esset, vt illos seruauerit Vincentius, *Speculat. in tit. de testib. §. qualiter autem. numer. 22. Scacc. de Iudic. cap. 3. num. 213. Verall. dec. 149. num. 3. par. 3.*

Eademq; responsione tollitur, quod pro legato via executiua non competeret, cum Euphemia Claudii fratris hæres ex sua cessione idem ius trāstulerit in Cappellettos, quod ipsi Claudio compe-13 tebat, † & vti creditores ex causa dicti legati, stante debitoris inopia agere etiam potuerint contra Vincentinum debitorem debitoris executiuè, *vt in dec. coram bon. me. Buratto 22. Iunii 1626. & coram me 26. Maii præteriti firmatum fuit.* Et deinum viæ executiuæ ex capite rei iudicatæ locus esset, cum postquam actum fuit ex causa legati in partibus, & obtentum mandatum contra hæredem, illud transiuerit in Iudicatum, ideoq; etiam, quod legatum pa-14 ratam executionem non haberet, † haberet tamen res iudicata, *l. 1. & l. fin. vbi omnes. C. de execut. rei iudic. l. si cum nullo. ff. eod. Rota decis. 119. num. 10. pars. 2. diuers. & in Recanaten. separationis Thori, 31. Ianuarii 1624. coram R. P. D. meo Pironano.*

Nec, ex quo fuit promissa euictio huiusmet prædii Vincentino ab Ægidio, & Paulo eidemq; venditioni,

tioni; & pacto consenserit Claudius, ideo legatum sibi ab Ægidio factum super hoc prædio consequi non possunt, aut debent Cappelletti, quia, cum post venditionem adhoc, vt illi Claudius consentiret, se hoc pacto retrovenditionis Vincentinus obligauerit, pendebat euictio à cōtractu venditionis, qui ex 15 Vincentini promissione expirauit, indeque, & † nihil habet commune cum hoc iure, quod venit ex obligatione, & facto emptoris, *l. qui insulam. §. fin. & ibi Bart. ff. locat. Alex. cons. 114. numer. 3. & per tot. lib. 3. Rom. cons. 503 num. 13.* & legatum sibi factum super hoc prædio consequi non prohibentur Cappelletti, etiam quod euictio fuerit per hæredes promissa, cum ex ea promissione, quæ post venditionem, & pactum euictionis sequuta fuit, posset 16 agere, † et ipse venditor non censetur obligatus ex casu, qui non erat de tempore venditionis, *l. Lucius. ff. de euict. Rip. in l. qui Roma. §. duo fratres. num. 77. ff. de verb. obligat. & in l. 1. numer. 24. C. de pact. Rom. d. cons. 503. num. 13. Surd. cons. 70. in fin. num. 18.*

Idemque legatum debetur, etiam quod factum esset occasione dotis, quæ dicebatur consumpta, cū filii consenserint pluribus patris alienationibus, et 17 pro iure dotis maternæ, † quia non indè amiserunt creditum dotis, licet ex d. consensu sibi in hypotheca super bonis alienatis præiudicauerint, *l. iubemus, & ibi Doct. C. ad Vellelan. Barbos. in l. 1. par. 5. num. 69. ff. solut. matrim. Dec. cons. 379. nu. 6. Rot. in Romana donationis de Carcauris. 3. Aprilis 1620. coram* 18 *Cardinalis Sacrato.* † et legatum certæ quantitatis factum occasione dotis sustinetur, etiam quod dos verè non deberetur, *vt est tex. in § sed si vxori. instit. de legat. l. cum filius. § hæres meus. ff. de leg. 2. l. si non designata, & l. refert, & ibi Bald. & alii C. de fals. caus. legat. adiect. Bart. in l. 3. nu. 2. ff. de dote præleg. Surd. dec. 161. nu. 27. & seq.* Idque eo magis propter scientiam testatoris de consumptione facta ad sui commodum, *l. cum alienam, et ibi DD. C. de leg. Menoch. cons. 299. nu. 13. et seq.*

Et demum non obstat, quod non præcesserit extensio obligationis Cameralis in Instrumento non rogato in Curia, ex quo etiam validitatem hu-19 ius mandati de immittendo impugnabant, † quia per consensum in mandatum vnica citatione præcedente dixerunt DD. illam non fuisse necessariam, cum id habeat in suis facultatibus A. C. vt similia instrumenta exequi possit, etiam quod debitores in forma Cameræ obligati non sint, *Rota in Veneta donationis 9. Decembris 1605. coram Penia, in Romana Pecuniaria 26. Ianuarii 1509. coram Card. Caualeria, et in hac eadem causa præuidetur d. dec. 22. Iunii 1626. coram bo. me. Buratta.*

Atq; ita cum bene hoc mandato de immittendo possessionem suam Cappelletti tuerentur, et spoliū ex dictis omnino excluderent, manutentio illis 20 denegari non poterat, † quæ solet quandocumque concedi etiam post sententiam, et rē iudicatam, et in gradu restitutionis, in integrum, *Cas. de Crass. dec. 4. in fi. de caus. poss. et propr. Rot. dec. 38. par. 1. diuers. et coram Ludouis. dec. 458. num. 8.*

Cum præterea, vt dixi, mandatum de associando etiam competeret, et ex Instrumento, quod Iudex mandauit confici ex officio, talis facultas concēderetur propter clausulas constituti, et licentiam da-21 tam, quæ et in illo legebantur, † et tamquam consueta, et solita tenebatur Notarius in eodem apponere, *Gabr. de consuet. concl. 3. num. 12. Boer. dec. 77. numer. 3. Berzaz de clausul. cl. 16. in glos. 3. numer. 2.* 22 † vt ideo, cum per diem ante relaxationem mandati fuerit extensum Instrumentum, possessio in illius executionem bene capi poterit, *Afflict. decis. 326. Magon. dec. Florent. 120. num. 11. Camill. Boreli. in sum. dec. tit. 44. de citat. num. 455. Rota in Romana domus 24. Maij 1605. coram Litta.* Cum etiam, antequam conficeretur Instrumentum, præcesserit depositum precij pro ipsius prædij retrouenditione: quæ omnia Iudex vno, eodemque decreto mandauerat 23 tamquam ea, † quorum alterū veniebat in alterius consequentiam, et vt actus subordinati vnus ab alio dependebat, *Grat. cons. 77. num. 18. & cons. seq. num. 4. lib. 2. Rot. dec. 450. num. 5. & seq. par. 1. diuers.*

Et ita vtraq; parte informante, et causa pluries proposita ad fauorem Dominorum Mansueti, et Fausti de Cappellettis resolutum.

R. P. D. Dunozetto.

Romana Vineæ de Capocephalis

Veneris 26. Ianuarij 1629.

SVMMARIA.

1. *Testis vnicus sufficit pro manutentione.*
2. *Confessio aduersarij in positionibus, seu articulis probat possessionem.*
3. *Possessio capta in vim sententiæ appellabilis pendēte termino ad appellandum est nulla, & attentata, & non manutenibilis.*
4. *Aegidiana cessat, & datur appellatio à sententia lata in interdicto Quorū bonorū super re emphyteutica Ecclesiæ.*
5. *Manutentio debetur sententiam appellabilem, & immissionem passo durante termino ad appellandum, etiam quod non appellauerit infra decem, sed à die habitæ notitiæ reclamauerit, & manutentionem, petierit, vbi fuerit domi tantum citatus.*

Decisio CCXXXXVIII.

CEnsuit Rota, Capocephalis, dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Vineæ, de qua agitur, quia de eorum possessione tempore motæ litis visum fuit constare, nō dum ex depositione vnius testis eaducti pro Stri-1 nis ex- minati, † quæ solum sufficit ad effectum manutentionis, *Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 34. Rota* 2 *coram Greg. XV. dec. 438. num. 2.* verum † etiam ex confessione eorumdem de Strinis desumpta ex positionibus, seu articulis per ipsos exhibitis, *Crauett. cons. 150. nu. 5. Rot. coram Greg. XV. dec. 458. nu. 4. & 5. & aliàs sæpissimè.*

Non obstat possessio dictorum de Strinis capta auctoritate Iudicis vigore decreti, seu mandati de 3 immittendo, † quia, cum à dicto decreto daretur appellatio, possessio inde secuta, pendente termino ad appellandum, dicitur nulla, et attentata, *cap. non solum de appellat. in 6. Rot. coram Greg. XV. dec. 518. num. primo, & dec. 618. num. 1. par. 2. recent.* et consequenter non est manutenibilis, *Rot. dec. 225. num. 4. par. 2. recent. & in Romana melioramentorum 9. Decembris 1616. coram bo. me. Vbaldo.*

Quod autem à decreto prædicto daretur appellatio, patet, nam, licet fuerit actum in possessorio ex interdicto quorū bonorū, in quo ex dispositione Ægi-4 dianæ non datur appellatio, † tamen, cum ageretur de Vinea emphyteutica (prout inter partes non controuertitur) cessabat Ægidiana, et dabatur appellatio, *Rot. dec. 32. num. 2. par. 1. & decis. 472. par. 2. recent. & in Romana domus ad Sanctum Honufrium 29 Aprilis 1626. & 25. Martij 1627. coram R. P. D. meo Durano.*

Minus obstat, quod decretum prædictum ob non interpositam appellationem per dictos de Capocephalis

phalis transiuerit in iudicatum, et sic videantur acquieuisse, ac se habuisse pro spoliatis, et propterea non possint nunc petere manutentionem, quia respondetur, quod, † cum Capocephali non fuerint personaliter citati, sed tantum domi dimissa copia, satis erat ad hoc, vt non censeantur se habuisse pro spoliatis, quod à die habitę notitiæ reclamauerint, ac petierint manutentionem, *Rot. coram Greg. XV. dec. 307. num. 12. dec. 546. num. 14. & dec. 555. num. primo.*

Et ita vtraque etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo.

Romana Restitutionis in integrum

Veneris 26. Ianuarii 1629.

SVMMARIA.

1. *Restitutio in integrum dari non potest sine bono iure.*
2. *Monitorium quando comprahendat petitorium, & possessorium, & num. seqq.*
3. *Clausula*, omne ius, omnemq; actionē etc. *& clausula* omni meliori modo, *faciunt, vt in monitorio censeantur comprahensa expressa, & non expressa.*
4. *Clausula*, quam, et quas, *in commissione iactationum quid importet.*
5. *Verba*, Res, et Iura, *in monitorio comprahendunt dominium, & proprietatem.*
6. *Clausula*, rebusque alijs in actis causæ, etc. *operatur relationem ad totum processum.*
7. *Sententia sufficit iustificari ex actis, etiam quod non sit conformis libello.*
8. *Reo, & possessori satis est vincere per nō ius actoris, & competit illi absolutoria.*
9. *Intentans remedium* l. diffamari. *dicitur reus, nisi intentetur à non possidente contra possidentem, & num. 12.*
10. *Agens remedio* l. diffamari. *obtinet per non ius actoris absque alia probatione, vbi tamen probauit suam possessionem.*
11. *Res vna, & eadem non potest a duobus insolidum possideri.*

Decisio CCXXXXIX.

ITerum hodie DD. dixerunt, non constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam absolutoriam, quæ fecerat transitum in iudicatum ad fauorem R. P. D. Ricciulli, et moti sunt ijsdem rationibus adductis, et consideratis in decisione in causa facta die 27. Maij 1627. ex quibus clare constat de Iustitia supradictæ sententiæ, et de non bono iure D. Claricis, † sine quo restitutio dari non potest, *Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nouiss. Verall. dec. 94. par. 3. Seraph. dec. 1238. nu. 1.*

Non obstat repetitum motiuum, quod sententia sit inualida tamquam lata in petitorio, † cum Monitium sit solum restrictum ad possessorium, quia ista restrictiua non verificatur, immo ex lectura Monitorij contrarium apparet, dum fuit deducta omnis actio, et omne ius, non solum petendo mandatum de manutenendo, sed etiam aliud quomodolibet necessarium, et opportunum decerni, et relaxari, Ex quibus verbis apparet fuisse deductum tam possessorium, quam petitorium, *Rot. decis. 254. nu. 2. par. 1. diuers. & bene consideratur* in decisione, et ad hunc effectum neq; fuissent necessaria supradicta verba petitorium concernentia, sed satis, superque fuisset, quod intentatum remedium super molestationibus & iactationibus non haberet restrictiuam, nec dictionem aliquam taxatiuam respectu possessorii, nā de sui natura simpliciter intentatum, vtrumque cōprahendit, *Cast. ad decis. 6. de rescript. & decis. 9. de caus. poss. & propr. num. 6. & 8. Menoch. de recuper. poss. remed. 5. q. 27. nu. 363. Contard. in l. vn. in verb. petitorium. q. 13. num. 54. Mandos. reg. 29. q. 14. num. 4. Gabr. de act. concl. 6. num. 3.* † vnde multo magis vtrumque comprahendere debet, stantibus supradictis verbis vniuersalibus, *omne ius, omnemq; actionē &c.* & clausula *etiam omni alio meliori modo*, quæ facit vt censeantur comprahensa, tam expressa, quam nō expressa, *iuxta decis. Verall. 124. par. 1. Achill. decis. vnic. de verb. signif. Cæs. de Grass. dec. 7. nu. 4. de elect.* & in simili † quando fuit causa iactationum commissa cum clausula *quam, & quas, &c. Sarnen. q. 34. num. 4. de infirm. Mandos. vbi supra d. reg. 29. num. 6. & 7.*

Et prædicta comprobantur ex expressione in eodem monitorio facta, quod molestiæ erant etiam super rebus, & iuribus, † quæ comprahendunt dominium, & proprietatem, *iuxta dec. Orad. relata per Mandos. in d. reg. 29. quæst. 14. in fin. Contard. in d. leg. vnica. in d. verb. Petitorium. quæst. 13. numer. 57. & 58. Mohed. decis. 6. de Rescript. Seraphin. decis. 335. num. 4.*

Et ex hoc cessat obiectum, quod sententia lata in petitorio habeat relationem ad monitorium, cui non sit conformis, quia immo conformitas est clara stante supradicto fundamento, quod monitorium continet tam possessorium, quam petitorium, & in omnem casum tollitur omnis difficultas, quia sententia non solum habet verba proque in monitorio, sed etiam habet clausulam, *rebusque alijs*, † quę cum extendatur, rebusque alijs in actis causæ, & causarū huiusmodi latius deducta, operatur relationem ad totum processum, *Rot. decis. 254. sub num. 2. vers. postremo. part. 1. diuers.* & sic dicendum est, quod sententia absolutoria est tam à contentis in monitorio quam in processu, in quo cum indubitanter fuerit etiam deductum petitorium ex actis factis in prosecutione Iudicij post libellum, † satis esset, quod ex illo remaneret iustificata sententia, *Imol. in cap. ex tenore in fin. de rescript. Bera. cons. 43. numer. 8. lib. 3. Astill. decis. 95. numer. 8. cum alijs in dict. decis. alleg.*

Non obstat, quod, si monitorium continebat petitorium, debuisset pronunciari Cameras, & Apothecas controuersas esse, vel non esse de iure Emphiteutico, quia, cum tempore executi Monitorii D. Ricciullus reperiretur, prout est etiam de præsenti, in quasi possessione proprietatis respectu totius domus, & signanter respectu Camerarum, & Apothecarum, super quibus obtinuit etiam mandatum de manutenendo, † satis ei fuit, tamquam reo, et possessori vincere per non ius, d. D. Claricis, et obtinere simpliciter absolutoriam. *l. quia accusare. C. de edend. cap. vlt. §. sanè. de iur. iur. cum vulgar.*

Non obstat, quod immo esset rea d. Clarix, quæ commisit causam iactationum. Quia, † licet regulariter agens remedio *l. diffamari*. dicatur obtinere partes rei, id tamen non procedit, quando intentatur à non possidente contra possidentem, vt est in casu nostro, *Bal. in l. sed etsi per Prætorem. §. sed etsi sub nu. 4. vers. Item contra eum, qui est in possessione ff. quib. ex caus. maior. 20. ann. & in leg. 3. sub numer. 2. vers. Nota quod. C. qui bon. ced. poss. Boer. dec. 255. num. 10.*

Et hinc est, † quod agens remed. *l. diffamari*. tūc demum nihil probare tenetur, et obtinet per non

ius

ius actoris, quando probauit sua incumbentia, nempe, quod sit in possessione rerum, super quibus molestatur, *vt declarat Franc. Aret. conf. 68. sub num. 6. Gabr. in tit. de Art. concl. 6. num. 38. & fuit dictum in Barbastren. decimarum 10. Nouembris 1624. coram R.P.D. meo Merlino.*

31 Dum igitur Claris non requiritur, † nec reperiri potest in quasi possessione detinendi iure libero, seu pleno iure dominii corpora controuersa, attento, quod in illis est in possessione proprietatis D. Ricciullus, *vt supra dixi ad l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss.* sequitur d. intentatum remedium *l. diffamari.* nihil ei nocere possit quoad beneficium possessionis, sed eo non obstante adhuc remanere purè, et simpliciter reus, perinde ac si fuisset in petitorio conuentus, *vt post alios tradit Contard. in d. l. diffamari. cap. 4. num. 19. & 20.* vndè meritò fuit ei data absolutoria dicta Clarice non probante ius habere super dictis corporibus controuersis.

Non obstant probationes per Claricem adductæ, quia non sunt concludentes, et conquassantur aliis probationibus in decis. ponderatis, ex quibus etiam ex abundanti constat de dominio, et proprietate D. Ricciulli.

Et ita, vtraque parte informate, resolutum fuit.

R.P.D. Queipo.

Romana Administrationis Hæreditatis.

Luna 29. Januarii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Possidens tempore mota litis est manutenendus.*
2 *Causa eius propria dicitur, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.*
3 *Administrandi facultas honorifica, & remotio dedecus censetur.*
4 *Administrator Domini loco habetur.*
5 *Iniuria ab honorifico principio nasci non debet.*
6 *Verbum, alius, est repetitiuum similium.*
7 *Verba debent intelligi cum effectu.*
8 *Verba enixa, & geminata plurimum operantur.*
9 *Administrator deputatus, seu mandatum habens à pluribus, si simpliciter actum gerat, & administret, omnium nomine gerere censetur, & possessionem acquirit, secus si nomine suo, vel alterius tantum.*

Decisio CCL.

CVM ex substitutione à Laurentio Gipponario facta Cappella S. Antonii in Ecclesia S. Hominis boni, in omnibus eius bonis successisset, et a Gipponariis prædicta successione admissa, et bonis venditis ad effectũ, vt in loca Montiũ redigerẽtur, et ex eius redditibus dotes per singulos annos filiabus dũtaxat Gipponariorũ, et Pillamantellorum distribuerentur secundum testatoris voluntatem expræssam, et redditibus prædictorum bonorum exactis, et perceptis, et generaliter administratione facta per dictos Gipponarios, vt ex eorum summario constat, Congregatio Sartorum coram Reuerendissimo Vicegerente comparuit petẽs manutentionem cumulatiuè cum Gipponariis in administratione bonorum, et Maritaggiorum, qui Sartoribus in administratione petitam manutentionem concessit, in maritaggio verò denegauit, ac Gipponariis priuatiuè tribuit, quod decretũ in hac parte confirmauit Signatura, et quoad primam fuit rescriptum cum facultate manutenendi, quos de iure, vnde causa mihi commissa, subrogato in locũ bo. mem. Patriarchę Manzanedo dubium hodie pro manutentione in administratione prædictorum bonorum in Rota proposui, et Domini ad fauorem

1 Gipponariorum resoluerunt † *propter reg. tex. in l. vnic. C. vti possid. l. 1. §. hoc interdictum. ff. eod. tit. §. retinendæ inst. de interd. l. liberis §. vlt. ff. de liber. caus. Io. Faber. in d. §. retinendæ in princ. Couar. pract. cap. 17. num. 5. Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 16.* cum in statu, et quasi possessione administrandi tempore motæ litis Gipponarii existerent, et pro se voluntatem testatoris expressam haberent, tum quia eis priuatiuè dotium distributionem concessit, et eorum filias legitimas, et naturales, ad prædictas dotes dumtaxat voluit admitti, ideoq; Gipponariorum priuatiuè hoc opus pium esse videtur, *iuxta re-*

2 *gul. tex. in l. 2. §. in propria, ibi † eam esse propriam causam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. ff. quando appell. sit, & habet lo-*

3 *cum regula tex. in l. in re, mandata. C. mand.* et † cum facultas administrandi honorifica reputetur, eius autem remotio dedecus censeatur, *secundum gl. fin.*

4 *in l. testamento li. ff. de manum. testam.* et † administrator Domini loco habeatur, *secundum tex. in l. quo fundum. §. si tutor, & ibi, gl. verb. expellat. ff. pro empt.* verisimile est, Gipponarios, ad quorum honorem, et vtilitatem principalis dispositio scripta fuit in successorus à Testatore eodem iure censendos, ne

5 † aliàs ex honorifico principio iniuria nasceretur, *argumento tex. in l. meminerim. C. vnde vi. l. quod fauore. C. de legib.* tum quia Sartores à Maritaggio, et ab omni alio ratione prędictorũ bonorũ sub quouis

6 colore, et prætextu Testator exclusit, et cum † verbum, *Alius*, similium sit repetitiuũ, *l. si fugitiui. vbi gl. vlt. C. de seru. fugit. l. plures. 19. C. de fid. Instr. cap. sedes. 15. de rescript. vbi notant Abb. & D. Gomezius in reg. de Triennali qu. 2. Couar. pract. cap. 25. num. 3. Antonius Gomez. in l. 29. Tauri. nu. 26. Grat. discept. forens. cap. 168. numer. 34.* et præcesserit dotium, et earum distributionis, administrationis expressa exclusio, in bonorum administratione idem Testator

7 disponere videtur, † nam alias prædicta verba sine effectu remanerent, *contra regulam tex. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; iur. & ibi Bart. & Ias. l. pænul. §. pænult. ff. ne quis eũ, qui in ius vocat. est vi eximat. cap. si ciuitas. de sent. ex com. lib. 6. Ias. in §. is, qui pro emptore. num. 383. ff. de vsucapion. Guttier. allegat. 5. numer. 19. & in lucmo potest. num. 8. & fuit dictum*

8 *coram D. meo Decano dec. 70. num. 6.* præcipuè † cum in ea prohibitione Testator enixis, et geminatis verbis vsus fuerit, *secundum regulam tex. in l. cum pater. 77. §. filius matrem. ff. de leg. 2.*

Non obstat in Congregatione generali Sartorũ, et Gipponariorum ad prædictam administrationẽ vtriusque artis personas fuisse designatas, ideoque omnes administrationis actus Congregationis nomine factos videri, *secundum regulam tex. in l. qui aliena. 6. §. si is, qui putabat. ff. de acq. hæred. ibi vbi Bart. dicit diligenter notandum esse l. post dotem. vbi notat. gl. verb. filia. ff. sol. matr. l. seruus communis. ff. de stipul. seru. l. vlt. C. per quas personas, res nob. acq.* Nam respondetur, quod specialiter Gipponarii in sua Adunantia personas suæ Artis dumtaxat destinarunt ad prædictam administrationem, à quibus solis omnia administrata referuntur, ideoque adunantia Congregationis generalis non fuit effectum

9 sortita, et † cum nomine illius neque ab ea, neq; ab alia adunantia deputati aliquem actum gesserint non potuit quærere possessionem *secundum tex. in l. per seruum. 37. §. vlt. l. res ex mandato. 59. ff. de acq. rer. domin. l. 2. C. de his qui, à non Domin. man. m.*

sint, l. 1. §. hac quæ de seruis. ff. de acq. poss. Doctrina autem supra relata procedit, quando habens mandatum simpliciter actum gessit, non vero quando nomine suo, vel alterius, *vt docet Ias. in l. 1. §. nunciatio. num. 4. ff. de nou. oper. nunciat.*

Et ita vna tantum parte informante &c.

R.P.D. Merlino

Romana Vineæ.

Mercurij 31. Ianuarij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio eo magis competit, si constet non solum de possessione, sed etiam de titulo.*
2. *Possessio sola, & simplex sufficit pro manutentione.*

Decisio CCLI.

Decisionem sub die 27. Martij præteriti coram me Camilla, & Gaspare tantum informantibus, ad eorum fauorem emanatã hodie etiam iisdem pariter solum informantibus Domini confirmandam esse censuerunt.

Visum enim fuit subsistere illius decisionis fundamentum, quod de possessione Camillæ, & Gasparis ex depositione trium testium satis constet, quinimò & de titulata eorumdem possessione docetur, quandoquidem ex sententia bo. me. Cardinalis Sacrati deprehenditur, vineam, de qua agitur, fuisse fundũ dotalem matris Camillæ, *& fuit resolutum per duas decisiones sub die 17. Iunij, & 12. Nouembris 1610. coram eodem Cardinali Sacrato,* 1 † vnde tanto magis competit manutentio, *cap. licet causam, & ibi Canonistæ. de prob. cum alijs allegatis in decisione.* quamuis 2 quidquid sit de tali titulo, † sufficiet sola, & simplex possessio ad obtinendum in hoc iudicio retinendæ, *per iura vulgata, de quibus in dicta decisione.*

Et ita in decisis Domini permanserunt &c.

E O D E M

Eadem

Mercurij 13. Iunij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Possessio probatur ex confessione partis aduersæ in monitorio appellantis aduersarium detentorem.*
2. *Possessio probatur ex testibus de ea deponentibus.*
3. *Sententia mandans aliquem amoueri à possessione probat illius possessionem.*
4. *Possessori negari non potest manutentio.*
5. *Possessor non dicitur à possessione ciuili cecidisse ex sententia Iudicis nulliter, & iniustè prolata.*
6. *Manutentio cõpetit ex retentione ciuilis possessionis.*
7. *Iudex appellationis, vel nullitatis cum clausula, nõ retardata executione, detecta iniustitia, vel nullitate sententiæ potest procedere per viam manutentionis.*

Decisio CCLII.

Vnanimi Dominorum consensu resolutum fuit Margaritæ Thomansinæ dandum esse mandatum de manutenẽdo in possessione Vineæ, de qua agitur, quoniam constat de possessio- 1 ne eiusdẽ Vineæ, † tum ex confessione Pauli Ghislerij in monitorio emanato, in quo ipsam Margaritam appellat detentricem, *Rot. dec. 302. num. 1. par. 1. diuers. & in recent. dec. 525. num. 2. par. 2. & apud S. M. Greg. XV. decis. 200. numer. 2. & fuit decisum in Lunen. Sarzanen. Beneficij 3. Iulij præteriti coram me* 2 † tum ex testibus examinatis, & de eadem possessione bene deponentibus, *iuxta tradita per Menoch. de retin. poss. remed. vlt. numer. 34. Rot. coram Cardinali Seraph. dec. 392. & in recent. dec. 669. num. 3. par. 2. & coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 239. nu. 1. & in Romana Vineæ 27. Martij 1628. coram me,* 3 † tum denum ex sententia Iudicis, in qua mandauit, Margaritam amoueri à possessione, & proinde supponit illam possidere, *arg. l. manumissionis. ff. de iust. & iur. l. decem. ff. de verb. oblig. Rot. dec. 347. nu. 1. par. 1. recent. & apud S. Mem. Greg. XV. dec. 200. nu. 2. de quibus omnibus in summario Margaritæ nu. 1. 2. & 3.* vnde 4 † manutentio denegari non potest, *vulg. §. retinendæ. Inst. de interd. cum concord.*

Non obstat, quod Margarita per sententiam Iudicis fuerit sua possessione priuata; Quoniam, cum fuerit resolutum, Iudicem nulliter, et iniustè processisse, *vt in decisione sub die 14. Iunij præteriti coram me in hac causa emanata,* 5 † consequenter non cecidisse sua possessione ciuili, *iuxta doctr. Ang. in l. clã possidere. § qui ad nundinas. n. 2. ad fin. de acq. poss. Rot. diuers. dec. 802. num. 7. par. 1. & dec. 81. nu. 9. par. 1. recent. & fuit dictum in Dertusen. Beneficij 5. Iulij* 6 *1627. coram me* † ratione cuius competit manutẽtio, cum Margarita nunquam habuerit se pro spoliata, *Rot. in recent. dec. 555. nu. 2. par. 1. & corã fel. me. Greg. XV. dec. 9. num. 4. & dec. 46. nu. 9. & coram Card. Caualerio dec. 37. nu. 1. & in prealleg. Dertusẽ. Beneficij coram me.*

Nec obstare visum fuit, quod, cum in Rota fuerit commissa causa nullitatis cum clausula, *non retardata executione*, non potest procedi per viam manutentionis, sed disputationem super dicta executione prius esse terminandam iudicio ordinario, 7 † quoniam huiusmodi clausula impedit quidem iudicem ad quem, ne retardet executionem sentẽtię, sed tamen non facit, quod si postea detegatur iniustitia, vel nullitas eiusdem sententiæ, non possit cõcedere manutentionem, vel per viam attentatorum reuocare executionem, *vt censuit Rot. apud S. Me. Greg. XV. dec. 9. num. 11. vbi Add. latius explicant, & de obseruantia Rotæ testantur, & fuit dictum in Britonien. Canonicatus 6. Martij 1626. coram bo. me. Patriarcha Manzaneda,* nec enim sensus præsumitur Signaturæ per huiusmodi clausulam confouere velle sententiam, si ea iniusta, vt nulla detegatur à Iudice ad quem, nec remedium manutentionis auferre ab eo, cui per Iudicem à quo illatum est grauamen.

Et ita decisum etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano,

Mediolanen. Bonorum.

Veneris 7. Februarii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio danda est possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Testes deponentes simpliciter de possessione probant possessionem, & eo magis si deponant de actibus possessorijs.*
3 *Possessio vera consistit in secatione, & perceptione fæni, & in plantatione.*
4 *Alluuione quod est auctum, dicitur possideri à possessore prædij, cui auctum est, & adhæret absque alia apprehensione.*
5 *Possessio iunior clandestina, & turbatiua præsumitur.*
6 *Ciuilis possessio præfertur naturali in mãdato de manutenendo.*

Decisio CCLIII.

DVbitati; cui sit concedendum mandatum de manutendo in possessione Prati nũcupati, *il Bambardone*, et totius minutulę, seu Terræ auctæ per alluuionem, et Domini negocio maturè discusso, censuerunt, dictum mandatum esse dandum Illustrissimo D. Archiepiscopo, non autẽ DD. Comitibus de Taberno. De possessione enim Illustrissimi Archiepiscopi quoad pratum *Bombardoni* clare deponunt omnes testes, et hoc non videtur deductum in controuersiam. † Vnde ei tamquã possessori de tempore litis motæ danda esset manutentio, *§. hodie. instit. de interdict.* et ex eadem ratione debetur etiam manutentio quoad minutulam, seu terram auctam per alluionem, cum omnes testes conueniant, quod mensa Archiepiscopalis est in possessione vsque ad Piaridam fluminis Padi, hoc est vsque ad Ripam, et in qua planicie continentur auctæ per alluuionem, sed in specie, quod mensa Archiepiscopalis possederit dictas terras per alluuionem acquisitas deponunt quam plures testes, qui ne dum deponunt mensam possedisse, † quod sufficeret, *Glos. in l. stipulatio ista. §. hac quoque vbi Bart. & alij ff. de verb. oblig. Rot. dec. 307 nu. 1. & 6.* sed etiã exprimunt actus possessionis secationis, ac perceptionis fœni, et plantationis, † in quibus consistit vera possessio, *l. 2. C. de acq. poss. Rot. dec. 506. num. 4. par. 1. diuers.*

Et huiusmodi depositio licet de per se sola sufficiat, nihilominus valde coadiuuatur, † quia, cum indubitatum sit, mensas possidere pratum *Bombardoni*, cui facta fuit prædicta adiectio, etiam absque actu apprehensionis fuisset acquisita possessio mẽsæ, cum non sit nouus ager, sed adhęreat agro *Bombardoni*, quem indubitanter possidet, *Bart. in tract. de flumin. & Tiber. §. acquiritur nobis, num. 1. & 2. Tiraq. post alios in tract. le mort. Saisit. le vif. declarat. 6. nu. 18. Pontan. de spol. lib. 2. num. 21. Peregr. de iur. fisci lib. 8. num. 39.*

Non obstat posterior possessio Comitis Ludouici Tabernæ, de qua deponunt testes, † quia tamquã iunior, et Mensa existente in possessione, præsumitur clandestina, et turbatiua, *cap. licet causam, vbi DD. de probat. Bart. in l. si duo, in prin. sub num. 4. ff. vti possit Verall. dec. 339. nu. 2. & dec. 6. par. 2. diuers.* et ex testibus apparet verè talem fuisse ex quo Comes Ludouicus, postquam emit certa bona à quodam Doctore Perona, statim intrusit se in illis bonis Ecclesiæ, † ac propterea, cum mensę, et pro ea Illustrissimus D. Archiepiscopus non habuerit se pro spoliato, sed animo retinuerit ciuilem possessionem, debet preferri, cum pro se habeat possessionem ciuilem anteriorem possessione naturali. *vt reprobato Couar. pp. qq. cap. 17. n. 5. tenuit Rot. in causa Ciuitatis Castelli de Molionorijs 22. Iunij 1567. coram Platto, & in Cusentina Capellæ 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo Mellino, & in causa Romana Vineæ 22. Iunij 1605. coram me, & aliàs sæpissimè.*

Et ità conclusum, vna tantum parte Informante etc.

R. P. D. Durano.

Romana Donationis de Capranica.

Veneris 9. Februarii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Donatione nulla existente ex defectu insinuationis, & sic consensus non dicitur donans amisisse possessionem, & num. 9.*
2 *Donatio non excedens debita soluenda per donatarium valet absque insinuatione.*
3 *Donatio excedens summam, ad quam requiritur insinuatio, non facta insinuatione nulla est. & donãti competit manutentio.*
4 *Computatio temporis futuræ vitæ quomodo facienda respectu annuæ præstationis.*
5 *Obligatio est strictè interpretanda, nec extenditur ad non expressa.*
6 *Confessione propria nulla est maior probatio.*
7 *Bona fideicommisso subiecta obligari non possunt in præiudicium vocatorum.*
8 *Detractiones legitimè, & trebellianica semel facta non sunt amplius facienda.*

Decisio CCLIV.

DIE 26. Iunij præteriti fuit resolutum, constare de bono Iure D. Asdrubalis ad effectum, vt sit illi danda manutentio in bonis per eum donatis 2. Iunij 1615. D. Camillo eius Fratre ex illo decisionis fundamento, quod, † cum donatio fuerit nulla ex defectu insinuationis, et sic consensus Asdrubal numquam amisit possessionem, in quã antea erat *Rebuff. de insinuat. donat. glos. 6. & 7. Hond. Put. Rot. & alys latius deductis, & allegatis in dec. quæ Dominis placuit.*

Sed ex benignitate DD. concessa Camillo noua Audientia tota difficultas stetit, An bona donata excedat debita Asdrubalis scutorum 2500. quæ vice versa in dicta donatione Camillus pro eo soluere promisit, quia, † si non excedunt, donatio etiam sine insinuatione sustinetur, *Tiraq. in l. si vmquam. verb. donatione largitur. numer. 139. C. de reuoc. donat.* † quatenus vero excedant, fuit nulla, et sic manutentio est danda Asdrubali, vt etiam in eadem decisione firmatur; et causa vtraque parte informante bis proposita, hodie, dum tertio proponeretur, excessus visus fuit Dominis patens, et sic fuit conclusum, standum esse in decisis. Quandoquidem Asdrubal donauit Camillo medietatem dotis quondam

Dominæ Iuliæ communis matris liquidam in scutis 4750. et plura alia credita, et Iura, inter quæ cõnumerantur scuta 1500. ipsum Asdrubalem tangentia pro medietate pretij Iuris redimendi Casale Capicottæ, quod Ius fuit venditum D. Principi Burghesio precio scutorum 3000. medietas crediti contra DD. de Ceppis, et Ius fideicommissi quondam Iuliæ Cæsarinæ, quod vltimo loco per mortem Liuiæ Capranicæ fuit purificatum, et eius vigore fideicommissarijs concessa immissio in possessionẽ Casalis Montis Gabbioni in Territorio Corneti, et vnius Palatij siti in Ciuitate Plebis. Præterea donauit vsumfructum bonorum fideicommissorum domus de Capranica ad se spectantium ascendentem pro sua portione iuxta calculum datum per Camillum ad annua scuta 664. qui vsusfructus, 4 † attẽta Asdrubalis ætate de tempore donationis, et facta computatione *iuxta tex. in l. hæreditatum ff. ad l. falcid.* constituit summam scutorum circiter 13000. et sic ille solus etiam circumscripta dote materna, et scutis 1500. alijsque iuribus supradictis longe excedit dicta debita Asdrubalis, quæ in dicta donatione extinguere promisit.

Neq; obstare visa fuerunt pro parte Camilli nouiter deducta ad excludendum excessum.

Et primo quod non sit habenda ratio medietatis dotis maternæ donatæ in donatione, de qua agitur, ex quo Asdrubal illam antea eidem Camillo cesserat in alio instromento de anno 1612.

Quia fuit bene responsum, quod in dicto priori Instrumento Asdrubal dumtaxat Camillo cessit vsumfructum Castri Capranicæ, quem habebat, et sunt clara verba cessionis ibi, *detto Signor Camillo non possa vendere detta terra di Capranica, non intẽdendosi per la sopradetta concordia far pregiudicio alcuno alli fideicommissi, che sono in casa Capranica, come se questo Instrumento non fosse stato fatto*, ita quod sit permutatio tãtum rerum in vsumfructum, et iurisdictionem tantum, de dote autem prædicta 5 in dicta cessione nec verbum vllum, quæ † propterea Asdrubalis remansit, *ad l. quidquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & l. fundi nihil. §. 1. ff. de act. empt. Bal. in l. ad probationem. la prima in prin. C. de probat. Alex. cons. 46. num. 4. lib. 2. Alciat cons. 3. num. 5. lib. 4. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 11. num. 14.*

Vnde minus obstat, quod Angelus Auus Paternus qui dotem receperat, assignauerit Octauio Marito Iuliæ eius filio, et Patri Asdrubalis, et Camilli Castrum Capranicæ pro satisfactione dictæ dotis, ita vt eo ipso, quod Asdrubal de dicto Anno 1612. fecit prædictam cessionem, visus fuerit omnia Iura, quæ habebat in dicto Castro, et sic dotem maternã Camillo cessisse, quia semper verum est quod vsũfructum dicti Castri dumtaxat cessit, quem habebat vti successor, pro medietate in d. dote, pro qua fuit Castrum consignatum, quo fit, vt medietas proprietatis dicti Castri libera apud ipsum remanserit, quæ ideo venit in dicta donatione de anno 1615. et cõsequenter excessus est tanto maior, quanto valor dictæ medietatis Castri excedit medietatem dotis, vt ad sensum patet.

Non obstat secundo quod Camillus in dicta donatione in se susceperit alia debita, seu onera bonorum donatorum, *de quibus in eius summario num. 5.*

Quia in dicto donationis Instrumento conuẽtũ fuit, vt Camillus solum debita illa in se susciperet, quæ ex bonis donatis prouenirent, qualia non sunt prætensa debita, vt patet ex eorum speciali dinumeratione. Nam Census ad fauorem Capobianchi, seu Margani, et census ad fauorem fratrum S. Mariæ de Populo, et vt dicitur *della Spagnola* sunt debita Angeli Capranicæ, vt constat ex confessione ipsius Camilli, de qua in Inuentario bonorum Octauij p. eumdem Camillum eius filium confecto, qua 6 † nulla maior probatio, *l. cum te. C. de probat. Bal. cons. 354. nu. 2. lib. 3. & Rot. dec. 5. 18. nu. 3. par. 2. recent.* Census ad fauorem DD. de Lante, vltra quod non iustificatur, etiam ex eadem Camilli confessione constat pariter esse debitum Angeli, census vero ad fauorem DD. de Vitellis, et census ad fauorẽ Monialium S. Luciæ sunt debita Octauij, vt similiter Camillus expresse confitetur in prædicto Inuẽtario, demum census ad fauorem Monialium Sanctæ Susannæ, vltra quod fuit etiam ab Octauio impositus, et sic militat eadem responsio, hodie pro medietate est debitum proprium Camilli, dum in diuerso Instrumento non vti hæres Patris, sed vti tertius illum in se suscepit, pro alia vero medietate, licet sit debitum Asdrubalis, qui eodem modo se obligauit, tamen Camillus ad dictam medietatem vti debitum Asdrubalis vigore Instrumenti donationis non tenetur, cum non fuerit comprehensa in dictis scutis 2500. quæ tantum soluere promisit, vt constat ex notula in dotione inserta, in qua in specie recensentur debita Asdrubalis ex quibus cõflatur dicta summa scutorum 2500. Vnde, cum bona donata proueniãt ex antiquis fideicõmissis DD. Cardinalium de Capranica, Faustinæ de Valle, et Camilli Capranicæ senioris, prout ex eorum Instrumentis, de quibus in Actis, et ex geminata eiusdem Camilli confessione, nempe in prædicto Inuẽtario, et in dicto Instrumento donationis, propterea illa 7 † non sunt prædictis debitis Angeli, et Octauij obnoxia, *ad l fi. C. com. de leg.* prout nec medietas dotis maternæ, vt supra donata, *ad l. 1. C. de bon. matern.* et consequenter debita prædicta non excludunt excessum.

Nec releuat, si dicatur, bona donata esse saltem dictis debitis obnoxia pro legitima, et Trebellianica Angeli, et Octauij ex eis detrahenda.

Quia cessit penitus, ex quo fuerunt semel detractæ, vt constat ex sententia bo. me. Cardinaliũ Sfortiæ, et Vrsini executioni demandata, 8 † et sic non sũt iterum detrahendæ, *Paul. de Castr. cons. 80. nume. 2. lib. 1. post Bal. in l. scimus. num. 3. ff. de inoff. testam. & Rota in Anconitana fideicommissi 5. Decembris 1584. coram Blanchetto.*

Minus releuant ad diminuendum excessum alia debita in eodem summario Camilli.

Quia in primis census per Camillum post donationem impositus ad fauorem D. Io: Baptistæ de Aste pro soluendis, vt dicitur, dicta scuta 2500. quę Camillus pro extinguendis debitis Asdrubalis in dicta donatione soluere promisit, est debitum proprium Camilli, et non debet diminuere excessum vltra dicta scuta 2500. Cætera autem debita, scilicet ad fauorem DD. de Valle, Odescalichi, Picolomini, et Orphanorum, sunt penitus aerea, et sine aliquo fundamento, cum nullibi iustificentur, nisi in solo dicto Camilli.

Non obstat denium, quod, ex quo Asdrubal citauit, et requisiuit Camillum, vt adimpleret contenta in dicto donationis Instrumento, visus fuit facto proprio à possessione cecidisse, et sic manutentionẽ prætendere non posse.

Quia præter quam quod hoc nõ concluderet, nisi quoad concurrentem quantitatem eius, quod adimpleri requisiuit, in quo solum donatio erat valida etiam sine insinuatione, et Camillus recepit iam multo plus ex fructibus rerum donatarum, vt fuit dictum in dicta prima decisione, in omnem casum, stante Insinuationis defectu, 9 † Asdrubal numquam amisit possessionem, et sic ab ea non cecidit, *ex Rebuff. & alijs sup. alleg.*

Et ita decisum etc.

R.P.D.

R. P. D. Merlino

Ariminen. Spolii.

Veneris 9. Februarij 1629.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum executiuum actum illius vigore subsequentem declarat.*
2 *Stylus ordinatoria concernens probatur ex Curialiũ attestatione.*
3 *Immissus ex primo decreto verè non possidet.*
4 *Immissus ex primo decreto acquirit detentationem, pro qua datur ei manutentio Iudicis officio.*
5 *Interpretatio fieri debet pro validitate actus, etiam verba impropriando.*
6 *Detentationem habens potest impropriè, & largè secundum subiectam materiam dici dominus.*
7 *Immissus ex primo decreto, licet regulariter fructus suos non faciat, illos tamen percipit, & custodit, ac bona colit, & locat.*
8 *Vtile per inutile inseparabilibus non vitiatur.*
9 *Terminus nullus à iure statutus est ad executionem totaliter perficiendam in actione personali, sed potest Iudex præfigere ad debitoris instantiam.*
10 *Impedito temporis lapsus nocere non debet.*
11 *Subhastatio facta pro tota summa in mandato contenta non habita ratione fructum perceptorũ dicitur excessiua, & nulla ac spoliatiua in totum. Lim. vt num. 13.*
12 *Testes examinati in alio iudicio, & sine citatione partis non probant.*
14 *Subhastatio facta de pluribus prædijs, cum tamen vnum sufficeret, non dicitur nulla, sed potest appellari à grauamine.*

Decisio CCLV.

CAusa per quattuor vices proposita, et mature discussa, DD. recesserunt à decisis.

Primum enim decisionum fundamentum, quod nempe A.C mandauerat executoribus, vt caperent de bonis Sebastiani, illi autem associarunt Franciscum ad possessionem, visum fuit cessare ex totius relationis lectura, ex qua apparet, quod Executor retulit, se in executionem mandati A.C. immisisse, et associasse in tenutam actualem, et corporalem bonorum, de quibus agitur, pro summa, de qua in dicto mandato, explicite etiam recensendo illius substantiam, et tenorem, seque ad illud semper expressè referendo, et sic patet, ipsum immisisse ex primo decreto, ad effectum subhastandi, et non ad alium effectum, cui mandatum prædictum minime deseruiebat, et nil aliud facere voluisse, quam, quod 1 in præambulo mandato continebatur, † à quo actus subsequens recipit interpretationem, *l. asse toto. ff. de hered. Instit. l. ait prætor in prin. & ibi Doct. ff. de re indic. Crauett. cons. 45. num. 4. Surd. cons. 19. nu. 19. & seqq. & cons. 105. num. 30. Menoch. præsumpt. 26. num. 1. in fin. lib. 2. & in terminis Rot. decis. 397. num. 2. circa fin. & num. 3. par. 1. recent.* præsertim attento 2 stylo Curiæ Ariminen. † qui tamquam concernens ordinatoria fuit sufficienter probatus ex Curialium attestatione pro parte D. Puuonii data, *Rota dec. 644. nu. 4. par. 1. recent. & in Romana census 15. Nouembris 1627. corã me.* Vnde cum immissus ex 3 primo decreto, † licet vere non possideat, *vt per Alex. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. nu. 22. & Iaf. num. 13. ff. de re iudic.* nihilominus † acquirat detentationem, pro qua etiam datur manutentio Iudicis officio, *l. 1. §. sed sine vi. ff. ne vis fiat. gl. in l. 3. §. creditores. in verb. non posse, & ibi Bart. & Angel. ff. vti possid. gl. quam ibi sequitur Bart. Castr. & Roman. in l. Aquilius Regulus. ff. de donat. Menoch. de retinen. possess. rem. vlt. num. 18. & fuit resolutum in Anconitana bonorum 9. Iunij 1624. coram bo. me. Buratto;* et propterea supradictæ relationis verba sunt intelligenda de huiusmodi detentatione iuxta subiectam 5 materiam, ad effectum sustinendi actum, † pro eius validitate omnis fieri debet interpretatio, etiam verba impropriando, *cap. 1. de respons. impub. l. quoties. ff. de reb. dub. Alex. cons. 35. numer. 11. lib. 4. vbi Apostyl. in verb. Fallit. & cons. 129. num. 4. lib. 2. Seraph. dec. 1418. num. 21.*

Neque intellectus huiusmodi excluditur ex eo, quod executor mandauit Colonis, vt recognoscerent Franciscum in Dominum, eique de fructibus responderent; quoniam, cum Franciscus haberet 6 detentationem, † poterat quodammodo dici Dominus impropriè, ac largè secundum subiectam materiam, *vt benè per Alex. in dicta cons. 129 num. 3. & 4. lib. 2.* præsertim ad sustinendum actum ex allegatis, et præceptum, vt Coloni responderent de fructibus non repugnat immissioni ex primo decreto, nã 7 † taliter immissus, licet regulariter non faciat fructus suos, illos tamen percipit, et custodit, ac bona colit, et locat, *Bart. in l. si is, qui. §. si antiphena ff. de pignor. Specul. de primo decret. §. item de effectu. num. 1. versicul. vt ipsum. Castren. consil. 54. num. 2. & 3. lib. 1. Negus. de pignor. 5. memb. 5. part. num. 6. & 7.*

Præterea, cum executor se expressè retulerit ad mandatum prædictum, et in fine relationis dixerit, se omnia fecisse, prout in similibus fieri solet, apparet, ipsum immisisse ex primo decreto, et alia necessaria fecisse pro eiusdem mandati executione iuxta solitum. Vnde dato etiam, quod præceptum prædictum facere non potuisset, sed illud faciendo, mandati fines excessisset, adhuc tamen præceptum ipsũ 8 vitiaretur, et non vitiaret, † cũ n. isthæc sint separabilia, vtile per inutile vitiari non debet, *l. pedius. ff. de arbitr. l. 2. §. Trebatius. ff. de acq. plur. arcen. Tiraq. de retract. conuent. adfin. numer. 144. & 145. cum seq. Hondedi. cons. 17. numer. 25. lib. 2. Surd. cons. 305. num. 48.*

Neque obstat, quod creditor steterit in tenuta per duos annos, antequàm fuerit ad deliberationẽ deuentum, et sic videatur voluisse vere possidere, 9 quoniam responsum fuit, quod † à Iure, vel Statuto nullus reperitur præfixus creditori terminus ad executionem totaliter perficiendã in actione personali, sed debitor debet instare, vt Iudex præfigat, *gl. 1. in l. si tempora. C. de fid. Instr. lib. 10. Bald. in l. ordo. num. 6. vers. non tamen nego, vbi quod Iudex potest differre vltra annum, & vers. alij dicunt. vbi quod etiam vltra biennium. C. de execut. rei iudic. Capit. dec. 36. num. 4. Coller. de process. execut. par. 3. cap. 9. num. 58. prat. Papien. in forma libelli pro executione sententiæ in gloss. in verb. faciendo. num. 3. in fin.*

Amplius creditor fuit impeditus per quattuor Inhibitiones, *de quibus in summario vltimæ positionis num. 3.* et habuit impedimenta à matre, et ab aliis creditoribus debitoris, *vt in summario nu. 4. 5. & 6.* 10 † quibus stantibus temporis lapsus in aliquo nocere non debet, *iuxta notata in auth. Clericus. C. de Episcop. & Cler. & in l. fin. C. de adul. Bal. in l. 1. n. 4. C. de iur. calcul. Rot. coram S. M. Greg. XV. dec. 327. n. 8. & 9.*

Secundum decisionum fundamentum, quod fructus per biennium percepti debuerint in sortem 11 imputari, et consequenter subhastatio † tamquam facta pro tota summa in mandato contentu, et sic

excessiua, fuerit in totum nulla, ac spoliatiua, *vt per Rot. dec. 33. num. 6. par. 2. diuers. & dec. 630. num. 3. par. 2. recent. cum alijs in prima dec. alleg.* sublatum fuit, ex testibus datis pro D. Pauonio in *summario vltimæ positionis num.* 7. examinatis tamen ad instantiam Pastonij debitoris in hoc eodem iudicio spolij, ex quibus constat, quod ipsemet debitor, non autem creditor, vt supra immissus, fructus percepit, quorum testium depositio coadiuuatur etiam ex eo, quia idem debitor soluit decimas pro ipsis fructibus in bonis, de quibus agitur, recollectis, *vt in d. summario num.* 1. ac etiam ex eo, quod retinuit bona descripta in Catastro, sicut antea retinebat, *in eodem summario num.* 2. non obstante, quod contrariũ affirmasse videantur alij testes ad instantiam eiusdẽ

12 Pastonij de anno 1621. quoniam † illi tamquam examinati in alio iudicio, non citato creditore, nec dicto D. Pauonio, non probant, *l. si quãdo. C. de testib. cup. 2. & ibi Abb. & aly DD. eod. tit.*

13 Atq; vlterius etiam placuit alia respõsio, † quod, cum simus in fructibus perceptis intra triennium, intra quod non præsumitur consumptio, dato etiam quod illi fuissent re vera per creditorem percepti, adhuc tamen in sortem imputari non debuissent, sed ipsi debitori restituendi essent, & sic immissus adhuc remansisset creditor totius summæ in mandato contentæ, licet e conuerso fuisset debitor fructuũ, *vt post Cin. Bald. & alios tradit Regu. de pignor. d. 3. mem. 5. pa. n. 11. & 12. & Borgn. de Tut. & Curat. num. 230.*

Terrium deniq; fundamentum primę decisionis, quod fuerint subhastata duo prædia, cum tamẽ vnũ sufficeret, corruit ex prædictis, cum enim fructuum detractio fieri non debuerit, cessant deducta in decisionę ad probandum, quod vnum tantum prædiũ fuisset sufficiens, immo, etiam si detractio fieri debuisset, adhuc tamen nullibi constat, quod potuisset reperiri emptor, qui vnum prædium sine alio emisset pro tanto precio proportionabiliter. Et in omnẽ euentum ex hoc tantum sequeretur, quod, si debitor

14 fuisset grauatus, † potuisset appellare, si voluisset, non tamen fuisset nulla subhastatio, *vt in proposito post Bart. Imol. Alex. & alios respondit Surd. in cons. 39. num. 29.*

Neq; obstat solutio scutor. 250. facta per Cupiolum Laurentio filio creditoris sub die 22. Aprilis 1611. quoniam non propterea fuit diminutum creditum, pro quo fuit facta subhastatio, Franciscus enim habebat plura alia credita, pro quibus etiam obtinuerat mandata executiua, *vt in summario in alia positione dato num. 3.* in quorum extinctionem cedere potuit solutio prædicta præsertim quia illa apparet facta in executionem mandati de consignãdo relaxari a Gubern. Arimini, nulla facta mentione mandati A.C. *vt in d. summario num.* 4. & in quietantia dicitur, *per saldo del retroscritto mandato, vt in summario Pastoni num.* 6. quod ad mandatũ de quo agitur, continens summam scut. 1450. applicari non potest, tum quia a tergo illius nulla legitur quietantia, tum etiam quia non fuit doctum, immò nec etiam oppositum de solutione residui.

Reliqua, quæ contra subhastationis validitatem obijciebantur, visa fuerunt satis leuia, & sufficienter sublata ex responsionibus datis per informãtes pro D. Pauonio, quæ placuerunt Dominis.

Ex quibus fuit conclusum, non intrare spolium, & sic esse recedendum a decisis, vtraque parte informante &c.

* * *

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Colonien. Monasterii.

Luna 12. Februarij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Remissoria non datur quoad materias irreleuantes.*
2. *Executio in vim Breuis facta super re in Breui non comprahensa nulla est, & excessiua.*
3. *Remissoria denegatur, vbi militat præsumptio calumniæ.*
4. *Remissoria non datur in summarissimo possessorio.*
5. *Contumax in parendo mandato Rotali non est vlterius audiendus.*
6. *Declaratoria locus est seruatis solitis terminis.*

Decisio CCLVI.

Domini dixerunt, denegandam esse remissoriam, quia articuli loquuntur de Monasterio B. Marię in Oppidó Nouesii, de quo cum non loquatur Breue Archiconfraternitati concessum, restrictum solum ad Monasterium S. Nicolai extra d. Oppidum, sequitur, vt materia articula-

1 ra sit prorsus irreleuans, † propter quam irreleuationem passim denegari solet remissoria, *l. ad probationem. C. de probat. Verall. dec. 68. nu. 2. par. 3. Cass. de Grass. dec. 1. nu. 5. & dec. 2. de dilat. Mohed. dec. 5. nu. 6. de probat. Seraph. dec. 1364. num. 2.*

Semper enim remanet firmum fundamẽtum de-

2 cisionum, quæ emanarunt in hac causa, † quod executio facta super d. Monasterio B. Mariæ Virginis, tamquam facta super re diuersa ab ea, quæ est comprahensa, & expressa in d. Breui, remanet nulla excessiua, & inualida, *Gabr. cons. 31. numer. 7. lib. 2. Honded. cons. 20. nu. 25. lib. 1. S. M. Greg. XV. dec. 555. num. 4.*

Deinde tanto magis hanc remissoriam denegãdam esse, dixerunt, quia, cum Confraternitas distulerit illam petere, quousq; causa fuit decisa per plures decisiones, intrat præsumptio calumniæ, quod illa petatur ad eludenda decisionum fundamenta, vt interim possit impedire executionem mandati

3 Rotalis, † quo casu pariter remissoria denegatur, *Bal. in l. non ignorat. vers. si differt petere in 1. notabili. C. de fruct. & lit. expens. & fuit dictum in Vlixbonẽ. Iuris conferendi 7. Februarij 1607. corã bo. me. Card. Lancellotto.*

4 Idq; † præsertim cum simus in summarijssimo possessorio, *Rota diuers. dec. 641. nu. 8. par. 1. Seraph. dec. 194.* Et iam ex latè deductis in facto, & summario Canonicorum euidenter constat de intentione Confraternitatis; quod nihil aliud cogitat, quam se consouere in spolio commisso detrectando omnibus viis parere d. mandato Rotali, nõ obstantibus

5 pluribus intimationibus factis, † quibus cum fuerit Confraternitas plusquam effecta contumax in parendo, non est amplius audienda, *l. sed & si per Prætorem. §. sed si cum decreto. ff. ex quibus. caus. maior. Ias. in l. Sancimus. num. 2. C. de iudic.* & † cum

6 fuerint vltra supradictas intimationes seruati termini seruari soliti, in hoc casu potius videtur esse locus declaratoriæ, quam remissoriæ, *Cassad. dec. 6. num. 2. de caus. poss. & propr. Mohed. dec. 1. de Sent. Excomm. Rot. dec. 445. num. 4. par. 2. in recent.* Et in ter-

terminis mandati de manutenendo *fuit dictum in Mantuana bonorum 1. Decembris 1615. & in Medialanen. pecuniaria 4. Decebris 1615. coram bo. me. D. meo Vbaldo.*

Et ita fuit resolutum, vtraq; parte informante.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Bononiensis de Manzolis

Veneris 16. Februarii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Sententia, quæ est vnius capituli, est indiuidua, & num. 5.*
2 *Decretum continens membra diuidua, si sit appellabile quoad vnū, non efficitur appellabile quoad aliud Lim. vt num. 3. & 4.*

Decisio CCLVII.

IN citatione nominatim, & particulari nomine petita fuit immissio in diuersis prædijs, inter quæ reperitur prædium Riccardinæ, cuius pars asseritur Emphiteutica, et fuit factum decretū per verba, *petijt, obtinuit &c.* vnde ex hoc prætendebatur, non esse locum Ægidianę, nō dum quoad prędiū Riccardinæ, sed etiam quoad alia prædia, † quia, quando sententia est vnius capituli, est indiuidua, *l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. Roman. cons. 454. num. 22. vers. in totum nulla est immissio.* Cæterum, cum agatur solum ad effectum admittendi appellationē respectu aliquorum corporum, aliquorum vero nō, et decretum contineat in se membra diuidua, seu separabilia, † hoc casu quoad vnum membrum debet dari appellatio, quoad aliud vero non, *l. etiam. ff. de minor. Roman. cons. 281. num. 2.* vbi quod, et si sententia sit indiuidua, tamen quando membra sunt diuidua, vel separabilia, tunc stat firmitas in vno ex membris valido, atq; infirmitas in inualido *Abb. in cap. cum dilectus. 6. num. 5. de caus. poss. & propr.* vbi quod, licet sententia super diuersis articulis, seu causis, vel actionibus in eodem tempore lata, possit dici vna in veritate, sunt tamen plures sententiæ, quia quot sunt articuli, tot sunt sententię, *& allegat. tex. in d. l. etiam ff de minor. cui potest addi glos. in d. l. in hoc iudicio. in verb. non valere. in vers. solue, cum vna species. ff. famil. ercisc.* & subdit *Abb.* quod potest dici vna propter vnitatem chartæ, & temporis, *& bene Put. in dec. 315. num. 1. lib. 1. in correct.* quod petita iudicantur vt plura, quando sunt deducta plura separata æque principaliter, prout fuit factum in casu isto, cum fuerint petita prædia *della Riccardina, del Gatto, della Mezzolara,* & alia, *vt bene per glos. Marginal. in l. scire debemus ff. de verb. oblig.* vbi quod tot sunt stipulationes, quot sunt res, vel summæ in obligationem deductæ, licet sit vna verborū conceptio, † quamuis secus esset, si res non fuissent specificatæ sed sub vniuersali, vel generali nomine collectæ essent, quia tunc censeretur vna stipulatio continens plura corpora, *& in puncto fuit resolutum in causa Romana Saluiani 15. Februarij 1619. coram bo. me. Remboldo.*

Nec in reliquis contrarium dicit idem *Put.* quia in casu illo fuerunt petita 500. & condemnatio fuerat facta in 600. & ideo non immerito sententia in totum corruebat, quia, quando sententia cōtinet vnam summā, si non valet in totum, non valet in parte, quia in indiuiduis in maiori summa nō inest minor, et vtile per inutile vitiatur, qui non est casus noster. Nec minus etiam contrarium *dicit Rot. dec. 323. nu. 1. par. 1. diuers.* † quia illa decisio loquitur, quando duæ causæ sunt complicatæ, licet, vna nō admittat appellationem, altera sic, tamen propter complicationem ab vtraq; datur appellatio, in hoc autem casu ista bona non sunt complicata, quia tunc essent, si vna dependeret ab alia, prout in casu illius decisionis, quia causa spolij pendebat à falsitate Instrumenti venditionis, et nullitatis prioris sententiæ, et propterea causæ dicebantur complicitæ, qui nō est casus noster, *& ita in puncto respōdet Rot. in d. Romana Saluiani corā bo. mem. Reboldo.*

Nec applicatur dec. *Afflict. 2*8. † vbi decretum adiudicationis sen. 1000. super aliquibus bonis obligatis, et super aliquibus non obligatis corruit in totum, licet bona possint diuidi, cum decretum fuerit latum sub vna structura verborum, quia *Afflict.* loquitur, quando fuit facta executio, et in casu isto nō agitur de reuocanda executione, sed de illa facienda, non obstante appellatione, et ideo quoad corpora, quæ non sunt Emphyteutica, potest fieri executio, cum sit locus Ægidianæ, secus quoad alia corpora, quæ cum bene possint diuidi, intrant superius deducta.

Et ita conclusum, vtraque parte informante.

R. P. D. Queipo

Romana Administrationis Hæreditatis.

Luna 5. Martii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Actus vnicus sufficit ad manutentionem.*
2 *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur per vsū, per scientiam, & patientiam eius, cui vsus ille præiudicat, & num. 4.*
3 *Status vltimus præferendus est in manutentione.*

Decisio CCLVIII.

CVM, Informante Vniuersitate Sartorum, causa ista iterum proponeretur, Dominis placuit cumulatiuè Vniuersitati Sartorum, et Gipponariorum administrationem deferre, et in hac parte a decisis recedendum, Nam ex *summ. Sartorum nu. 5. & 6.* apparet, quod mortua Felice Vxore Laurentij testatoris, et bonorū illius vsufructuaria, Congregatio secreta à Sartoribus, et Gipponariis die prima Augusti 1615. facta fuit, quo die cū in particulari concursu Officialium vtriusq; artis, duo ex Gipponariis, et duo ex Sartoribus deputarētur, eodem die in generali Congregatione eorumdem, prædicta deputatio, et electio fuit confirmata, ad effectum vt possessionem bonorum Laurentii possent capere nomine Capellæ S. Antonii, ea administrare, vt latius in actis constituetur, et à prædictis quatuor nominatis die 23. Augusti eiusdem anni nomine prædictæ Capellæ, et Congregationis generalis, transactio, et concordia cum hæredibus Fęlicis vxoris testatoris super diuisione, et possessione bonorum, quæ in hæreditate Laurentii remanserant, facta, et inita fuit, et iste actus possessionis manifestus, et vnic controuersia apparere videtur, † et ad manutentionem vnicus sufficit, *secundum tex. & gloss. ibi in cap. consultationibus. de iurepatronat. gl. verb. breuitatem. in cap. cum Ecclesia*

Sutrina. vbi Abb. num. 22. de caus. poss. & propr. l. 1. §. quæsitum. ff. de aq. quot. & æstiu. cap. cum de benef. de præbend. in 6. Docet *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actu priu. & cum pluribus relatis Couar. pract. c. 14. num. 2. vers. 3. Gutier cons. 3. num. 1. Ludouis. dec.* 2 *313. num. 1.* † in iuribus enim incorporalibus quasi possessio acquiritur per vsum, & scientiam, & patientiam eius, cui vsus ille præiudicat, *secũdum tex. in l. quoties. la prima. §. vlt. l. quoties la secunda. ff. de seruit. l. si d. se. emero. ff. si seruit. vindic. l. si ego. §. 1. ff. de public. l. 1. ff. de seruit. rust. præd.* docent *Bar. Cast. & alij DD. in d. l. quoties la seconda, & in d. l. 2. & ibi Padilla. Abb. in cap. in præsentia. num. 25. de probat. Couar. in reg. possessor. 2. par. in princ. numer. 8. in pria. Gonz. super reg. 8 glos. 45. §. 2. num.* 32. & actus ille possessionis immediatior est litis contestatione 3 † quem in manutentione præferendum esse docet, *Couar. pract. cap. 17. numer. 3. Menoch. de retinen. remed. vlt. numer. 29. Gratian. discept. forens. cap. 314. num. 14.*

Neque actus possessionis à Gippunarijs priuatiuè facti per eos allegati vrgent, quia, vel sunt ante-4 riores, † & ad manutentionem non prosunt ea dicta, vel ignorantibus Sartoribus sunt gesti, & quãuis *Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto num. 10. ff. de itiner. actuq; priu.* scientiam aduersarij non desiderari existimet ad vsum illius interdicti, contrarium videtur esse verius, & secundum iuris rationem, vt contra *Longobal.* asserentem ad quasi possessionem iuris incorporalis acquirendam scientia, & patientia aduersarij opus non esse, *docuerunt Coras. in l. quoties, la secunda. nu. 1. ff. de seruit. Couar. in d. reg. possess. 2. par. in prin. num. 8.*

Et ita &c. vtraque &c.

R.P.D. Durano

Ferrariensis Attentatorum

Mercurij 7. Maii 1629.

SVMMARIA.

1 *Attentare est delictum.*
2 *Possessio capta in vim sententiæ appellabilis pendẽte termino ad appellandum est attentata.*
3 *Appellatio suspensiua non datur à decreto de exequendo.*
4 *Clausula, vocatis vocandis, & clausula, consilio, faciunt executorem mixtum, & illius sententiam appellabilem, & executionem inde factam pendente termine ad appellandum attentatam. Decl. vt num. 5.*
6 *Sententia continens plura capita potest in aliquo confirmari, & in aliquo reprobari, & quoad caput confirmatum dicuntur duæ sententiæ conformes.*
7 *Sententia contra defunctum nulla est. Limit. vt num. 9.*
8 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de validis.*
10 *Continuas non attentat.*
11 *Instrumentum captæ possessionis probat possessionem manutenibilem.*
12 *Index nulliter, seu iniustè procedens non priuat quẽ possessione.*
13 *Monitio vim habet citationis.*
14 *Possessio capta post appellationem est attentata.*

Decisio CCLIX.

DOminæ Virginia vti hæres Cæsaris Palmitoli eius Patris obtinuit per duas sententias, vnam Locumtenentis Ciuilis, aliam Rotę Prætoris Ferrariæ D. Violantem eius Sororem, seu eius Procuratorem condemnari ad sibi restituendum duo prædia, de quibus agitur; quæ sententia virtute decreti emanati, & mandati relaxati die Nouembris 1603. in vim specialis commissionis cum clausulis *vocatis vocandis &c. & consilio de duabus conformibus &c.* fuerunt executioni traditæ per Vicelegatum Ferrariæ cum possessione subsecuta ad fauorem Dominæ Virginiæ die 2. Decembris eiusdem anni. Cum autem D. Comes Alphonsus filius, & hæres Violantis prætenderet etiã nomine proprio executionem prædictam fuisse attentatam, obtinuit committi causam Rotæ Ferrariensi cum expressa facultate reuocandi dicta prætensa attentata, quæ vti talia Rota prædicta declarauit esse reuocanda, à cuius sententia cum Virginia appellasset, & D. Comes vice versa etiam dicta bona possidere prætenderet, fuit tandem de consensu partium causa in Rota mihi commissa in statu, & terminis &c. vnde hodie de ordinatione Rotæ dubitaui, An constet de attentatis prætensis per dictum Com. Alphonsum, an verò dictæ Virginiæ sit dandum mandatum de manutenendo. Et quoad primam dubij partem fuit negatiuè resolutum, quia 1 † cum attentare sit delictum *Lancellott. de attent. in præfat. num. 102. Bellam. dec. 18. num. primo* debent attentata concludenter probari, *ad tex. in l. merito. ff. pro soc. cap. super his, vbi Felin. num. 17. de accus. & Rot. dec. 41. num. 1. par. 2. recent.* quæ tamen non probatur per D. Alphonsum.

Neque obstat, si dicatur, dictum decretũ Vicelegati fuisse appellabile, & quod mandatum, & possessio inde secuta fuerint pendente termino ad appel-2 landum, † quæ iden videntur attentata, *cap. non solũ. & ibi gl. de appellat. in 6* quia, cum decretum emanauerit in vim duarum conformium, non potuit ab eo appellari, tum ex statuto Ferrariæ prohibente appellationem à duabus conformibus, tum etiam, 3 † quia de iure à decreto de exequendo non datur appellatio in suspensiuũ, *l. ab executore. ff. de appellat. Gabr. de appellat. conclus. 4. num. 1. in fin. Surd. consil. 358 num. 12. Moderu. de appellat. q. 17. lim. 10. num. 9. Rot. dec. 620. nu. 2. par. 1. recent. & alibi sæpius*, & tandem, quia alias dicta Commissio, seu rescriptum Papæ Vicelegato directum, quo mandatur exequi duas sententias conformes, esset superfluum, quia eius virtute non posset fieri executio.

Minus obstat, quod dicta Commissio, ex quo emanauit decretum de exequendo contineat clausulas, *vocatis vocandis, & consilio de duabus conformibus,* 4 † quæ faciunt executorem mixtum, ac propterea, quod à sententia, seu decreto Vicelegati debeatur appellatio, ita vt citrã vitium attentatorum nõ potuerit deueniri ad executionem, *Staphil. de liter. grat. in tit. de non. formul. mandat numer. 3. Seraph. dec. 1045. num. 2. & Greg. XV. dec. 91. num. 3. & 4.* 5 quia, † hoc procederet, si decretum Vicelegati de sui natura fuisset appellabile, quo casu executor per dictas clausulas reducitur ad instar aliorum Iudicũ *Abb. in cap. exhibita. numer. 6. & ibi Felin. num. 4. de Iudic.* sed, cum appellabile non sit ex supradictis, huiusmodi clausulæ non alterant, nec mutant ius commune, & dispositionem dicti statuti Ferrariẽsis, quæ immo, vt dictum fuit in dicta commissione, expressè præseruatur.

Non obstat etiam, si dicatur, dictas duas sententias Locumtenentis, & Prætoris Rotę non fuisse cõ-formes

formes, ex quo in prima D. Violans, seu eius Procurator condemnantur ad restitutionem duorum prædiorum dumtaxat iuxta petitionem D. Virginię in secunda autem illa etiam absoluitur à reconuentione, quo D. Comes Alphonsus iure proprio se opposuit, prætendens dicta prædia ad se spectare ex fideicommisso dicti q. Cæsaris Palmiroli eius Aui, ac ideo non obstantibus duabus cõformibus decretum Vicelegati fuisse appellabile, quia fuit facile responsum, quod dictæ duæ sententiæ fuerunt conformes in eo, quod mandant dicta duo prædia restitui D. Virginiæ hæredi dicti q. Cæsaris, ex quo Domina Violans, cui illa fuerunt specialiter legata aut iure institutionis relicta, cum eo tamen, quod non posset amplius petere pro legitima, aut eius supplemento, nihilominus supplementum petiit, & obtinuit. Vnde cum dicta secunda sententia contineat duo capita distincta, & separata, vnum confirmatorium prædictæ sententiæ aliud vero continens absolutionem à dicta reconuentione, in capite, in

6 quo fuerant conformes, † potuerunt etiam separatim approbari, & exequi, *ad l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. & cum quæritur. cum duabus seqq. ff. de excep. rei iud. Bart. in l. appellanti. ff. de appellat. Couar. qu. 125 num. 5. Dec. cons. 385. num. primo Boer. dec. 23. num. 1. & seq. Guidopap. dec. 436. numer. 74. Vinc. de Franc. dec. 173. Ant. Thesaur. dec. 122. num. 7. & Rota in Bononien. fideicommissi de Manzolis 19. Februarij præteriti coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & ratio est, quia tot sunt sententię, quot sunt capita sententię inter se diuersa, *Rebuff. de sent. promis. art. 2. glos. 4. num. 1. ad leg. Regn. Lancellott. de attent. cap. 12. lib. 2. numer. 12. Io: Baptista Cost. in tract. de port. rat. qu. 137. & Rota coram Greg. XV. dec. 552. num. primo, & in recent. decis. 427. sub num. 2. par. 2. recent.*

7 Non obstare similiter visum fuit prætensam nullitatem sententiæ Locumtenentis, † ex quo fuit lata contra Violantem iam defunctam, *ad l. eius, qui prouincia. vers. quod si stipulatus. ff. si cert. pet. vbi Castr. Alex. & Ias. post Bart. in l. in summa. §. si quis ex edicto. ff. de re iudic. & Rota in Meleuitana fideicommissi 9. Decembris 1620. coram bo. me. Seleucien.*

8 † statutum autem de exequendis duabus conformibus esse intelligendum de sententiis validis, *Surd. cons. 99. n. 18. Maresc. var. resol. cap. 86. n. 3. lib. 1. & Mohed. dec. 11. de re iud. & Rota in Mediolan. rescissionis contractus 4. Iulij 1601. coram Lancell.* quia facilè tollitur ex facto, cum dicta sententia fuerit etiam lata contra D. Negusoldum Procuratorē Vio-

9 lantis, & dominum litis effectum, † contra quem de iure procedi potuit, & sententia proferri, *ad l. non solum §. morte ff. de nou. oper. nunt. l. nulla dubitatio. vbi Alex. C. de procur. Surd. d. cons. 99. nu. 5. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 85. & Greg. XV. dec. 396. nu. 1. & ibi Add.*

Tandem non obstat, quod post inhibitionem Rotalem fuerit ad instantiam D. Virginię factum præceptum depositario fructuum, ne illos D. Com: Alphonso, aut aliis consignaret, quia, vltra quod dictũ præceptum videtur obtentum in conformitate inhibitionis Rotalis, qua stante, nihil erat innouandũ circa fructuum consignationem, illud D. Virginia obtinuit pro coadiuuanda, & continuanda possessio-

10 ne, quam habebat, vt mox dicetur, † qui autem continuat non attentat, *gl. in d. c. non solum. de appell. in 6. & in clem. 2. in verb. innouari, vt lit. pend. Lancel. de attent. lit. pend. dim. prima num. 21. & Rota apud Greg. XV. dec. 557. nu. 1.*

Quo vero ad secũdam partem dubii Domini dixerunt, manutẽtionem esse dandam D. Virginię, quia de eius possessione constat, ex publico instrumento possessionis adeptę vigore duarum conformium, & mandati de exequendo dicti Vicelegati,

11 † ex quod Instrumento probatur possessio iusta, *ad l. iustè possidet. ff. de acq. poss. Zuccard. in l. fin. nu. 433. C. de ed. Diu. Adr. toll. Abb. in c. cum nobis. n. 5. vers. nono probatur. & Rota decis. 641. num. 2. part. prima diuers.*

Neq; obstat, si dicatur, quod decretũ de exequendo Vicelegati, cuius vigore Virginia fuit imissa, fuit

12 nullũ defectu citationis, † quod Iudex nulliter, seu iniustè procedens non priuat aliquem sui possessione, *Abb. in cap. conquerente. de restit. spoliat. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. & Rota dec. 802. num. 7. par. 1. diuers.* quia tollitur ex facto, dum constat, quod Vicelegatus die 30. Octobris monuit partes ad diem veneris, quæ erat sexta Nouembris, & dicta die de consensu partium prorogauit dictam monitionem ad secundam ordinariam, quæ fuit die 28. eiusdem mensis, in qua factum fuit

13 decretum, † quæ meritò fuit vera citatio, *l. scire oportet. §. qui autem. ff. de excusat. tut. & l. 2. quomod. & quando Iud.*

Non obstat etiam, quo Com: Alphonsus vltimo loco fuerit reintegratus ad possessionem dictorum prædiorum per Rotam Ferrariensem vigore particularis commissionis, quia in primis, dum dicta Rota illum reintegrauit, declarando, possessionem, D. Virginiæ fuisse attentatã, iniustè processit, quia non aderant attentata ex supradictis, deinde dicta sententia reintegratoria erat appellabilis, & cum effectu fuit ab ea legitimè appellatum, & conse-

14 quenter, † si quæ possessio in executionem illius fuit capta per D. Alphonsum, fuit attentata, & tandem dicta sententia fuit nulla defectu iurisdictionis, quia Rota Ferrarien. non fuit commissa causa super immissione petita per D. Virginiam iam finita per dictas duas sententias conformes executioni demandatas per dictum Vicelegatum, sed solum causa renouationis super dicto prætenso fideicommisso, à qua D. Virginia fuerat absoluta in dicta secunda sententia lata per Prætorem Rotę Ferrarien. respectu cuius fuit etiam dictæ Rotæ ad instantiam Comitis commissa causa attentatorũ, quæ nihil commune habent cum attentatis, de quibus nunc agitur.

15 Tandem non obstat, † quod executio vigore dicti decreti prætendatur excessiua, & ideo nulla, *ex Ias. in l. si non sortem. § si centum. num. 2 ff de cond. indeb.* quia nullibi in facto de excessu constat, immo de contrario, cum decretum de exequendo, & immissio in possessionem inde secuta emanauerit iuxta tenorem dictarum duarum sententiarum cõformium.

Et ita &c. vtraque &c.

Eminentissimo Domino Cardinali Virili

Veronen. Iurium Parochialium

Veneris 23. Martij 1629.

S V M M A R I A.

1 *Testes sine citatione partis examinati possessionem non probant.*

2 *Parochus se intromittere non potest in Ecclesiam Regularium dum cadauera sepeliuntur.*

3 *Parochus non habet iuris assistentiam quo ad Ecclesiam intra suam Parochiam, quæ sit vnita Monasterio Regularium.*

4 *Manutentio non datur ex sola iuris assistentia turbida.*

5 De-

5 *Decreta, & sententia, quæ dederunt causam liti, non attenduntur pro possessione, nec afficiunt non citatos.*

Decisio CCLX.

CVM præsupposito, quod Bulla *Alex. tertij de qua in summario num.* 1. sit in forma probanti, denegarunt Domini Parocho Sanctæ Mariæ ad Clauicam manutentionem circa delationem Scolæ, & exercitium aliarum functionum intus Ecclesiam Sanctæ Margaritæ.

Moti fuerunt, quia, aut Rector Sãctæ Mariæ prætendit manutentionem ex actibus possessorijs gestis intra dictam Ecclesiam, & de huiusmodi possessione non docetur, & † testes vti examinati sine citatione Oliuetanorum non probant, *cap.* 2. *de testibus. l. si quando. C. eod.* aut Rector prætendit manutentionem ex sola assistentia iuris; & cum ex bulla Alex. III. Ecclesia Sanctæ Margaritæ sit vnita Monasterio Sanctæ Mariæ in Organo Oliuetanorum vtique intrant declarationes Sact. Congregationis Concilij, & Rituum *in summario num.* 3. † quod, dum cadauera defunctorum sepelliuntur in Ecclesiis Regularium, Parochus intra dictam Ecclesiam non possit se intromittere, nec aliquos actos exercere; † in Ecclesia enim vnita Monasterio Regularium non habet Parochus iuris assistentiam ex eo, quod sit sita intra suos limites, *Abb. in cap. dilectus nu.* 3. *&* 11. *de Cappell. Monach. & in cap. ad audientiam. il primo nu.* 8. *de Eccl. ædific. & in c. cum venerabilis. nu.* 46. *de except. Calder. cons.* 6. *nu.* 1. *vers. item sicut. de relig. domib.*

4 Vltra quod † ex sola assistentia iuris turbida nõ datur manuteotio, *Seraph. dec.* 1278. *numer.* 4. *Greg. XV. dec.* 312. *nu.* 1. *& ibi Add. & fuit dictum in Mole Regalis Iurisdictionis* 4. *Nouembris* 1596. *coram bo: me: Penia.*

Non obstant decreta, & sententia Vicarij Veronensis, † quia dederunt causam liti, & non afficiunt Oliuetanos non citatos, *Bald. in l. ab eo, numer.* 17. *C. quomod. & quand. &c. Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 310. *Cas. de Grass. dec.* 8. *in fin. de dol. & contum. Greg. dec.* 467. *num.* 3.

Rituale Episcopi non loquitur in Ecclesia vnita Monasterio Regularium.

Quoad quartam portionem funeralium informantea pro Oliuetanis offerunt, religiose procedendo, Rectori quartam ipsorum funeralium, quæ in die sepulturæ cum corporibus mortuorum deferuntur.

Et ita vtraque &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Romana Domus

Veneris 30. Martii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Possessio alicuius probatur ex subbastatione, & deliberatione contra ipsum facta.*
2 *Possessori datur manutentio.*
3 *Executionem, subbastationem, & deliberationem passus ex sententia Iudicis non ritè, & rectè procedentis, qui non habuit se pro spoliato, est manutenendus.*
4 *Executiuè agi non potest contra tertium possessorem.*
5 *Executio fieri potest ex debito Patris super ipsius re per mulierem hæredem in dotem data viro.*
6 *Intellige si mulier fuerit hæres vniuersalis, secus si particularis.*
7 *Executio fieri potest contra virum in bonis sibi in dotem datis, si litem instituerit.*
8 *Decl. secus si solum comparuerit pro eius interesse dando de nullitate subbastationis factæ in re propria.*

Decisio CCLXI.

DOmini dixerunt, Martio informanti esse dandum mandatum de manutenendo in possessione domus, de qua agitur, † quia de illius possessione constat ex subhastatione, & deliberatione contra ipsum facta, *Aym. cons.* 56. *num.* 5. *& num.* 11. *Rot. dec.* 456. *num.* 4. *par.* 2. *in recent. & fuit dictum in Perusina Societatis* 31. *Iulij* 1624. *coram bon. memoriæ Domino meo Vbaldo, & in Romana census* 10. *millia* 21. *May* 1627. *coram me.* † possessori autem datur manutentio, *vulg.* §. *retinendæ. instit. de interd.*

Non obstat, quod stante subhastatione, & deliberatione facta ad fauorem Domini de Aste, videatur Martius sua possessione priuatus;

3 Quia, † cum Iudex non ritè, & rectè processerit, & D. Martius non habuerit se pro spoliato, debet manuteneri, *Abb. in cap. conquærente. l. sub num.* 8. *de restit. spoliat. Put. decis.* 409. *in fin. lib.* 2. *in nou. Rot. dec.* 802. *num.* 5. *par.* 4 *diuers. & dec.* 211. *num.* 1. *in recent.*

4 Quod autem non ritè processerit, patet ex eo, † quia, cum Martius esset tertius possessor, non poterãt contra eum executiuè agere, prout factum fuit, sed erat agendum remedijs competentibus contra tertios possessores, *Alex. in l. à Diuo Pio* §. *si super rebus. num.* 28. *vers. & pro hoc benefacit. ff. de re iudic. Franc. Aret. cons.* 86. *in fin. san. me. Greg. XV. dec.* 22. *num.* 1.

Non obstat, quod debitum, cuius vigore fuit relaxatum mandatum, & facta executio, esset factum per patrem vxoris Martij ante contractum matrimonium, † & sic potuerit super dicta domo, quamquis in dotem data, fieri executio, cum antea fuisset Patris debitoris, *iux. dec. Seraph.* 891. *num.* 1. *& seqq.*

6 Quia, † cum Eugenia vxor Martij non fuerit hæres vniuersalis sui Patris, sed tantum fuerit instituta in dicta domo pro sua legitima, & dote, & sic in re certa, dicta decisio Seraphini non intrat, cum loquatur in terminis, quando Mulier hæres vniuersalis Patris omnia eius bona in dotem dedit, nam tunc bona illa censentur data, deducto ære alieno, & potest executiuè agi *iuxta terminos l. mulier bona.* 73. *ff. de iur. dot. & loquitur etiã Guid. Pap. dec.* 447. *nu.* 2. *Capyc. dec.* 128. *num.* 4. *&* 5. *in quibus se fundat dec. Seraphini.*

7 Non obstat, † quod, cum Maritus se liti opposuerit, potuerit contra eum fieri executio, *iux. dispositionem tex. in l. si non se obtulit. ff. de re iud. & Seraph. d. dec.* 891. *nu.* 10.

8 Quia † Maritus solum comparuit pro suo interesse dãdo de nullitate subhastationis factæ in re propria, non autem se opposuit, nec se obtulit pro sustẽtanda lite mulieris, in quibus terminis loquuntur textus, & decisio Seraphini.

Et ita, vna tantum parte informante, fuit conclusum.

Emi-

Eminentissimo Domino Cardinali Vbaldo.

Coloniensis Monasterii

Mercurii 4. Aprilis 1629.

SVMMARIA.

1 *Declaratoriæ locus est mādato personaliter intimato, seruatis quatuor solitis terminis, & non docto de paritione.*

2 *Intimatio contra Confraternitatem non collegialiter facta quando sufficiat.*

3 *Declaratoria nō retardatur per paritionem verbaliter factam, vbi mandatum continet factum præcisum restituendi quem ad naturalem possessionem.*

Decisio CCLXII.

FVit hodie dubitatum, An esset danda declaratoria contra Confratres S. Crucis Ciuitatis Colonien. ob non paritionem mandati Rotalis, et Domini affirmatiuè responderunt, quia, cum constet d. mandatum pluries fuisse personaliter intimatum Campio Vice præfecto d. Archiconfraternitatis, nec non aliis Confratribus, *vt in summario dato sub die 12. Februarij præteriti num. 6. & seqq.* et fuerint postea seruati quatuor termini seruari soliti *in d. summar. num. 25.* et non fuerit doctū de paritione, 1 † meritò debet contra illos concedi declaratoria, *iuxta dec. Rot. 445. par. 2. recēt. Cassad. dec. 6. de caus. poss. & propr. Moned. decis. 1. de sent. Excomm.*

2 Non obstat, † quod, cum agatur contra Vniuersitatem, debuisset d. mandatum collegialiter intimari, quia, cum d. Vice Præfectus, ad quem spectabat ius congregandi, sæpius fuerit requisitus, vt Cōfraternitatem congregaret, et noluerit illam congregare, pro collegialiter intimata haberi debet, *s. m. Greg. XV. dec. 584 vbi addens. num. 6. vers. si tamen Vniuersitas, fuit dictum in Terdonen. bonorum 15. Decembris 1614. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.* Idque præsertim cum Notarius tempore, quo aliquando Confraternitas reperiebatur congregata, ad illam accessisset pro facienda intimatione, et eam facere non potuerit; cum ei fuerint præclusæ portæ, et fuerit reiectus, *vt in d. summario num. 13. & 14.* vnde satis fuit, quod ipse affixerit copiam authenticam ad ostium d. Oratorii, ad hoc, vt, stante dicto impedimento, pro sufficienter citata habeatur, *cap. quoniam frequenter. §. porrò. vbi Abb. num. 3. vt lit. non contest. Crescent. dec. 28. num. 2. de sent. & re indicat. Seraph. dec. 1094 nu. 3. Rot. in Zamoren. aallitatis professionis 7. Nouembris 1625. coram bo. mem. D. meo Vbaldo.*

Non obstat paritio ab aliquibus verbaliter facta, 3 † quia, cum d. mandatum contineret factum præcisum restituendi Canonicos ad naturalem possessionem, à qua eiecti fuerunt, sola patientia, et oblatio verbalis non fuit sufficiens, *Seraph. dec. 1213. & fuit dictum in Pampilonen. Cappellaniæ 3. Iuly. 1623. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & in Treueren. bonorum 9. Iunij 1625. coram eodem.*

Et ita, vna tantum parte informante, fuit conclusum etc.

EODEM

Eadem

Lunæ 7. Maij 1629.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria sine contumacia non datur.*

2 *Possessio probatur ex litis sustentatione.*

3 *Contumacia non cessat ad effectum effugiendi declaratoriam non præstita sufficienti patientia etiam per sequestratariam.*

4 *Declaratoria danda est contra partem, quæ variis artibus, & collusionibus parere differt.*

5 *Declaratoria effugi non potest ex verbali oblatione, vbi opus est facto.*

6 *Declaratoria datur solitis terminis seruatis, & notoria stante contumacia.*

Decisio CCLXIII.

SVB die 4. Aprilis præteriti fuit in hac causa resolutum, vna tantum parte informante, esse dandam declaratoriam contra Confratres S. Crucis Ciuitatis Colonien. ob non paritionem mandati Rotalis, cui resolutioni cum non acquiesceret Confraternitas, iterum hodie proposui dubium super iisdem, et Domini, vtraque parte informante, steterūt in decisis, ex rationibus in d. decisione adductis, quibus dixerunt non obstare, quod Archiconfraternitas aliquid non possideat, ex quo tam Monasterium, quam eius bona, et fructus sint sub sequestro penes deputatum à Serenissimo Electore executore Breuis, de quo agitur, et ideo, cum ipsa nihil habeat, in quo pareat mandato de manutenendo, cesset contumacia, 1 † sine qua declaratoria non datur, *Rota dec. 7. in fin. de sent. Excomm. in nou. Bisignet. dec. 2. nu. 3. & 4. de lit. contest.*

2 Quia fuit responsum, vel † quod ipsa Archiconfraternitas ex sustentatione litis probatur possidere, *Verall. dec. 369. par. 2. s. m. Greg. XV. dec. 362. an. 3.* 3 vel si possidet sequestratarius, † cum ipse possideat ad commodum Archiconfraternitatis, ad cuius fauorem emanauit supradictum Breue Greg. debebat curare omni meliori modo, vt sequestratarius dimitteret possessionem, seu detentationem, et debebat præstare patientiam sufficientem pro paritione, sine qua non cessat contumacia, *Caual. dec. 332. num. 4.* quimmò non paritio, et contumacia ipsiusmet sequestratarii in dimittenda possessione, et omnia alia impedimenta præstita Canonicis præsumuntur præstita ad instantiam ipsiusmet Archiconfraternitatis, de cuius interesse agitur, vt in simili passim Rota interpretatur recursus ad Iudices Laicos habitos esse ad Instantiam eius, cuius principaliter interest, *Seraph. dec. 1094. num. 1.* et hoc tanto magis est dicendum in casu nostro, tum quia mandato Rotali expressè prohibetur quælibet perturbatio, et quolibet impedimentum quouis quæsito colore præstitum, tum quia ex circumstantiis reuera constat de contumacia in parendo facto, et verbis declarata, dum Archiconfraternitas congregata clausit portas Notario, qui accedebat pro facienda intimatione, illumque reiecit, *vt in decisione de qua agitur.* Et dēm postea ad effugiendam paritionem fuit nomine Archiconfraternitatis responsum, quod possessio erat repetenda à Serenis. Colonien. qui sequestrauit bona, quod propè paritione requirebatur licentia Serenis. vel Præfecti Archiconfraternitatis

nitatis absque eo, quod fuerit factum aliquod signū paritionis pro parte eiusdem Confraternitatis declarando, quod nolebat vti breui, vel quid simile colligitur euidēs collusio, et detractatio parēdi istis 4 actibus, & responsionibus, † & propterea omnino declaratoriam DD. daudam esse dixerunt, *vt in dec. 487. num. 8. par. 3. lib. 3. diuers.* & licet ab aliquibus fuerit verbaliter oblata paritio, attamen reuera in 5 aliquo non paruerunt, † & vt dicitur in *decisione, de qua agitur*, oblatio verbalis non sufficiebat, cum mandatum contineret factum præcisum restituendi Canonicos ad naturalem possessionem, pro qua restitutione debebant Confratres adhibere omnem conatum, & facere declarationem vt supra, ne aliàs istis solis verbis remaneant Canonici defraudati, prout remanent vsq; ad presentem diem, *ad tradit. per Bart. in l. Prator. ait. §. si quis paratus. ff. de nou. oper. nunciat. Gabr. de solut. conclus. 8. num. 2. Grat. discept. forens. cap. 639. num. 18. & seqq.*

Contra sequestratarium, & fratres Minores S. Francisci de obseruantia occupatores Monasterij, de quo agitur, contra quos pariter fuerunt seruati 6 termini seruari soliti, † est etiam concedenda declaratoria, stante illorum notoria contumacia, quæ nec etiam ex parte Archiconfraternitatis negatur.

Et ita; vtraque parte Informante, fuit resolutum &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Virili

Massanen. Archipresbyteratus.

Veneris 11. Maii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur docenti se possidere tempore motæ litis.*
2 *Instrumentum adeptæ possessionis, alio in ea non existente, probat possessionem manutenibilem.*
3 *Tituli validitas, seu iustificatio in summarissimo possessorio manutentionis non requiritur.*

Decisio CCLXIV.

DOmino Bartolo de flore tantum Informāte, dederunt Domini mandatum de manutenendo, † cum doceat de eius possessione 1 tempore motæ litis, *§. retinendæ. Instit. de Interd.*

De possessione constat, quia Bartolus constituit Procuratorem Saluum Amalphum ad capiendam possessionem istius Archipresbiteratus, *vt in sum-* 2 *mario num. 1.* & † ex Instrumento captæ possessionis per supradictum Procuratorem nomine Bartoli alio non existente in possessione, probatur possessio ad effectum manutentionis, *l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. Pet. dec. 550. nu. 4. lib. 1 in nou. Greg. dec. 138. num. 2. & dec. 268. num. 10.* & in summarissimo possessorio manutentionis non requiritur validitas, aut iustificatio tituli, *Greg. dec. 323. num. 2. & dec. 649. num. 12. par. 2. rec. & dec. 595. num. 8. par. 1. diuers.*

3 Et propterea ea, † quæ pro parte Marcelli Impalomeni possent allegari ob illius impetrationem contra validitatem tituli Bartoli, vti respicientia petitorium, et requirentia iustificationem gratiæ dicti Marcelli, non possunt impedire supradictam manutentionem ad fauorem Bartoli.

Et ita fuit conclusum etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo.

Romana Locorum Montium.

Luna 14. Maij 1629.

S V M M A R I A.

1 *Constituti clausula transfertur possessio, & nu. 13. vbi quid in locis montium non mutato nomine in patentibus.*
2 *Constitutario datur manutentio.*
3 *Exactione acquiritur possessio, & num. 13. vbi quid in locis montium cessis non renouatis patentibus.*
4 *Possessionem habenti danda est manutentio.*
5 *Verba, A me spectanti, important dominiū, & possessionem.*
6 *Verba in dubio demonstratiuè, & non limitatiuè intelligi debent.*
7 *Exactio censetur facta in vim tituli præcedentis.*
8 *Exactio in dubio nomine proprio potiùs facta censetur, quàm alieno.*
9 *Exactio facta censetur illius nomine, in cuius vtilitatem cesserunt solutiones.*
10 *Exactio vnica sufficit ad effectum manutentionis.*
11 *Prædo etiam, & spoliator manutenendus est.*
12 *Manutentio datur etiam ad statū, vnde sufficit possessio de facto.*
14 *Possidens auctore Prætore iustè, & ritè procedentis est manutenendus, secus si nulliter, vt puta sine citatione primi possessoris, quia hic tunc est manutenendus, si non habuerit se pro spoliato.*
15 *Possessor etiam iniustus, & illiciens citandus est.*
16 *Ampl. etiam quod exaduerso allegatur ignorantia suæ possessionis.*
17 *Scientia Viri de lite contra Vxorem, quæ non fecit defensiones, non operatur, vt sententia in contumaciam lata ipso viro nocet.*
18 *Ampl. eo magis si vir fuerit citatus in alijs actibus & non ad ipsam sententiam.*

Decisio CCLXV.

VIrtute Commissionis habentis clausulam, cum facultate manutenendi, quem de iure, disputato dubio, cui esset dandum mādatum de manutenendo etc. Renato Materio dandum esse, Domini resoluerunt, nam de eius possessione tempore motę litis constat: primo ex eo, quod Martia vxor ei ista 76. loca montium dedit in dotem cum æstimatione scutorum 109. pro quolibet 1 loco, cum clausula *Constituti*, † per quam in Renatum maritum fuit translata possessio, quam Martia vxor habebat, *l. quod meo. l. interdum. ff. de acq. poss. Tiraq. de Iur. constit. par. 1. num. 2. & 4. Rot. dec. 551. num. 4. par. 2 recent. Greg. XV. dec. 437. nu. 1. & seq.* & in puncto in incorporalibus, & locis montium, quod clausula *Constituti* transferat eamdem possessionem, *Rot. dec. 764. num. 2. par. 2. recent. Bart. in d. l. quod meo. num. 6. & 7. vbi Alex. num. 2. Corn. nu. 8.* 2 *in fin.* † Constitutario autem dari manutentionem tradit. *Faber in §. retinendæ. num. 7. Instit. de Interd. Rot. decis. 299. num. 1. post Pacific. de Salu. & apud Pit. decis. 153. num. 4. addent. ad Greg. d. decis. 457. num. 6.*

Sc-

Secundo, quia Renatus post cessionem locorum Montium in dotem, mediantibus pluribus ordinibus exegit, † per quam exactionem acquisiuit possessionem, *Bart. in l. penult. ff. de condit. Instit. Soccin. Sen. cons. 7 5 in num. 2. lib. 1. Dec. cons. 400. num. 3. Rot. dec. 691. num. 2. par. 2. recent.* † & consequenter ei danda est manutentio, *§. retinendæ. Instit. de interdict.*

Non obstat, quod ordines dicant *i lochi cantanti soto nome della Signora Martia*, & quietantiæ dicãt *per la Signora Martia*, quia duo ordines subdunt, *a me spettanti*, † quæ verba important dominium, &c. possessionem *Rebuff. in l. verbu illud pertinere vers. ita sicut. & vers. & sic verba spectare. ff. de verb. sign. Felin. in rubr. de rescript. nu. 7. vers. hoc autem limitatur* & consequenter Renatus ob supradicta verba *a me spettanti*, faciebat ordines, & exigebat illis mediantibus vti Dominus, & Possessor, & in quietantijs dicitur, *con ordine del Signor Renato*, & ideo in executionem ordinum habentium supradicta verba, *a me spettanti*, † quare supradicta verba quietantiæ, quam ordinum fuerunt apposita demonstratiuè, adhoc, vt, cum adhuc literę patentes remanerent sub nomine Martiæ, sciretur, quod erant illa met loca montium sibi data in dotem ab Vxore, & ad ipsum Renatum pertinentia, *Aym. cõs. 301. nu. 5. Natt. cons. 34. nu. 5. & 6. Greg. dec. 516. nu. 8.* Cum enim præcesserit titulus dotis, † exactio attribuitur titulo præcedenti, *l. quædam Mulier. ff. de rei vendic. l. 2. C. de acq. poss. l. merito. ff. pro Socio. Dec. cons. 618. num. 2. Greg. dec. 307. num. 11.* † & dictur facta nomine proprio, non vxoris, *l. Titium. l. magis. ff. de solut. Rota dec. 364. num. 6. par. 1. in recent. Assl. & dec. 360. num. 7. Greg. dec. 472. numer. 4.* † & sat est, exactiones cessisse ad vtilitatem ipsius Renati, qui fructus locorum montium, vti ad ipsum spectantium, exigi mandauit, *Rota d. dec. 764. num. 3. vers. nec obstat etiam. par. 2. in recent.* atque etiam expressit: *li frutti buoni alli nostri conti.*

Ad effectum † autem manutentionis sufficit etiã vnica exactio *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 52. & 53. de caus. poss. & propr. Bald. cons. 251. per tot. lib. 5. Roman. cons. 311. num. 7.* † et etiam Prædo et spoliator est manutenendus *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 18. Rot. decis. 641. num. 3. par. 1. diuers. & dec. 661. num. 2. par. 1. in recent.* et sufficit possessio de facto, † cum manutentio detur etiam ad statum, *Greg. dec. 569. num. 3. vbi Add. nu. 6. Rot. diuers. dec. 641. num 8. par. 2. & fuit dictum in Romana officiorum Plumbi 4. Iuly 1601. coram bon. me. Card. Pamphilio.*

Nec subsistit, quod possessio non fuerit translata in vim Constituti, † nec poterit acquiri sine mutatione nominis in Patentibus facienda per Secretarium, quia reformatio Pauli V. hoc non disponit, sed præscribit solum formam admittendi resignationes, ideo effectus clausulæ *Constituti*, & possessionis subsequutæ per exactionem remanet illæsus sub dispositione Iuris, *Rot. d. decis. 764. part. 2. recent.*

Decisiones verò *in Romana de Cincijs 15. Decembris 1623. & prima Iuly 1624. coram R. P. D. meo Pirouano*, non dicunt, quod ad effectum acquirendi possessionem necessaria sit renouatio patentium cũ mutatione nominis, sed solum firmant, quod ex descriptione Secretarij, et exactione fructuum probatur possessio, quod est, quid diuersum, et quod huiusmodi renouatio ad effectum possessionis, et manutentionis non requiratur, satis probatur *ex supradicta dec. 764. num. 2. & 3. par. 2. recent.*

Non obstat clausula apposita in patentibus, de dando cautionem restituendi Prioribus, et emptores ad contentamentum Principis Burghesij, quia sat est illam cautionem dare in actu executionis, quando mutantur Patentes: Interim per clausulam *Constituti*, et actus possessorios fuit acquisita possessio manutenibilis per prællegata.

Tandem non obstat, quod in vim sententiæ D. Thesaurarij heredes Roberti prinni fuerint reintegrati, et descripti in literis Patentibus fructusque exegerint, † ideo ipsis auctore Prætore possidentibus dandum fuisset mandatũ de manutenendo, quia supradicta conclusio procederet si Thesaurarius iuste, et recte processisset, sed cum nulliter ex defectu citationis Renati possessoris dederit reintegrationem, sat est, quod Renatus non habuerit se pro spoliato ad effectum, vt illi sit dandum mandatum de manutenendo, *Rot. decis. 802. numer. 7. & 8. par. 1. diuers. Put. dec. 409. in fi. lib. 2. in correct. Seraph. dec. 1041. num. 4. Greg. dec. 458. num. 1. Rot. dec. 664. nu. 1. par. 1. & 630. num. 1. in fin. par. 2. recent. Bald. cons. 135. num. 2. lib. 2.*

Quod autem Renatus possessor esset citandus in sententia reintegratoria, *est textus cap. licet Episcopus. vbi glos. in verb. vocato de præb. in 6. Felin. in cap. dudum. num. 24. de rescript. Rot. d. dec. 802. num. 8. par. 1. diuers. Mantic. dec. 194. num. 3. & dec. 309. n. 4.* et quod † iniuste, et illicite possessor sit citandus *Ruin. cons. 17. numer. 3. lib. 5. Gabr. de citat. conclus. 1. num. 69.* † et ignorantia, quod Renatus esset possessor, et propterea, cum non citauerit, non sustinetur sententia, nec illa præiudicat non citato, *Gabr. de citat. d. conclus. 1. num. 70. Ruin. cons. 62. num. 2. lib. 5. Alex. cons. 5. nu. 2. lib. 2. Soccin. Sen. cons. 3. n. 3. lib 4.*

Non obstat, quod maritus sciret litem fieri cum vxore, † quia, cum vxor nullam fecerit defensionem, sententia lata in contumaciam contra vxorem nõ nocet viro scienti litem, *Bart. in l. cum fil. fam. num. 4. in fin. ff. de verb. oblig. addit. ad Bart. in l. sæpe. num. 1. ff. de re Iudic. Roman. cons. 227. num. 10. Alex. cons. 84. nu. 4. & 11. lib. 3. Marsil. sing. 41. Roel. dec. 794.* † præsertim cum maritus fuerit in aliis actibus citatus, ideo credebat, quod ad sententiam quoque citaretur, et sic deficit eius patientia requisita, vt sententia præiudicet, *d. l. sæpe. ff. de re iud. & ibi gl.*

Et ita etc. vtraque etc.

R. P. D. Verospio.

Albanen. Hæreditatis

Lunæ 28. Maii 1629.

S V M M A R I A.

1. *Confessio partis in monitorio, & articulis, dum aduersarium possessorem appellat, probat possessionem.*
2. *Immissionis decretum, & executio pendente termino appellationis debitæ, & admissæ non priuat primum possessorem sua possessione.*
3. *Appellatio de Iure Canonico datur ad vtrumque effectum a mandato de immittendo.*
4. *Aegidiana locum non habet, vbi actor est Clericus.*
5. *Processus, per contradictas factus post comparitionẽ procuratoris, non probata illius absentia, nullus est.*
6. *Amplia etiam quod procurator mandatum non ostenderit, cum id facere potuerit quandocunque parte non contradicente.*
7. *Procurator simpliciter admissus sine protestatione aduersarij, ne audiatur non docto de mandato, debet omnino citari.*
8. *Examen nullum dicitur, vbi non apparet decretum admissionis testium, & commissionis examinis.*

De-

9 *Negatiua de non existentia decreti probatur ex originale citationis, in cuius calce decretum nō adsit.*
10 *Mandatum Iudicis potest possessorem priuare.*
11 *Lim. secus in mandato nullo, vel iniusto.*

Decisio CCLXVI.

COmmissa mihi causa appellationis à decreto Immissionis ab A.C. concessæ Domino Io: Antonio Pauono, proposui hodie dubiū super manutentione, quam Domini, eidem denegādam responderunt.

1 Cum enim † de anteriori possessione Hieronymi, & Francisci fratrum ante motam litem constaret ex ipsamet partis confessione, quę tam in monitorio, quam in articulis eos possessores vocauit, *Innoc. in cap. cum venissent. num. 2. Io: Andr. nu. 3. de restitut. in integr. Rot. in recent. dec. 561. num. 2. par. 1. & dec. 347. num. 1. par. 2. & in Anconitana bonorum 16. Februarij 1609. coram Gregor. XV. decis. 402.*

2 Decretum † immissionis, & executio, à quo, & dabatur, & admissa fuit appellatio, pendente termino appellationis, tamquam attentata illos sua possessione non priuauit, *cap. non solum. de appell. lib. 6. Bal. cons. 379. num. 10. lib. 1. Lancellott. de atten. par. 2. cap. 31. num. 14. Cas. de Grass. dec. 2. eod. tit. Rota in Rauenaten. attentatorum 20. Maij 1611. coram D. meo Decano.* 3 Cum † à dicto mandato de immittendo de iure Canonico daretur appellatio, etiam ad effectum suspensiuū, vt ideo Signatura causam simpliciter commiserit, *Gloss. in cap. cum ad sedem in verb. interdictum. circa fin. & ibi Abb. nu. 31. de rest. spol. Cond. pract. q. cap. 33. nu. 8. Afflict. dec. 269. nu. 2. Rota in d. Rauenaten. attentatorum 20. Maij 1611. coram D. meo Decano.*

4 Nec etiā † locus esse poterat Ægidianæ ex defectu potestatis Cardinalis Ægidij in hac causa, in qua Io: Antonius, qui partes Actoris sustinebat, erat Clericus, *Rom. cons. 20. numer. 10. lib. 2. Bursat. cons. 45. num. 2. lib. 1. Couar. pract. q. cap. 31. Rota in Spoletana hæreditatis 7. Iunij 1585. coram Blancheto, & in Beneuentana salariū 16. Maij 1618. coram bo. me. Buratto.*

5 Plures etiam opponebantur nullitates huius mādati, ex quibus illis visa fuit potissima, † quæ oriebatur ex processu facto per contradictas, non probata legitime absentia, & postquam Procurator præsens in Curia monitorio se opposuit, *Ægid. dec. 155. de Iudic. Rot. dec. 486. num. 2. par. 2. recent. & in Cordubēn. Decimarum 24. Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano.*

6 Et quamuis Procurator mandatum non exhibuerit, † poterat quandocumque de eo docere, cum pars non contradiceret, *Bal. in l. 2. in secunda lectura nu. 3. ff. de procur. Alex cons. 146. num. 23. lib. 5. Rot. in Romana census 4. Octobris 1595. coram Card. Pamphilio &* 7 † post quā fuit admissus simpliciter, & sine protestatione, ne audiretur non exhibito mandato, debebat omnino citari iuxta praxim Tribunalis A. C. *de qua testatur Moderat. Cornei. lib. 3. cap. 3. nu. 19. & 20.*

8 Addebant etiam aliam nullitatem examinis testium super probatione vtriusque extremi, † super quorum testium admissione, siue comissione examinis, nullum legebatur decretum interpositum, *l. si quando C. de testib. & cap. 2. eod. tit. Rot. dec. 14. eod. tit. in nou. Verall. dec. 266. num. 1. par. 3. Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. numer. 11. Rot. in Spoletana Bonorum 22. Aprilis 1616. coram bonæ memoriæ Buratto.* Atque 9 ita, † cum hæc negatiua benè diceretur probata ex ipsius citationis originale, in cuius calce nihil adnotatum apparebat, *Rot. dec. 64. num. 2. par. 1. diuers. dec. 611. num. 2. par. 1. recent.* sequebatur ex defectu probationum iniustitia ipsius mandati. Indeque, 10 † licet mandatum Iudicis potuerit Hieronymum, & Franciscum possessores priuare, *Molned. dec. 4. de* 11 *rest. spol.* Id tamen † non potuit mandatum illud nullum, siue iniustum, *Aug. in sclam possidere. gazzad. nundinas. num. 2. in fin. ff. de acq. poss. Castell. l. fi. nu. 11. Alex. num. 18. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Et ex his, & alijs, quæ eidem mandato fuerunt oppositæ nullitatibus Domini, Francisco, & Hieronymo Informantibus manutentionem concedendā esse, responderunt &c.

R.P.D. Ghislerio

Aliphana Iurispatronatus.

Veneris 1. Iunij 1629.

SVMMARIA.

1 *Præsentationes effectum sortitæ probāt quasi possessionem præsentandi manutenibilem, & nu. 9.*
2 *Quasi possessio acquiritur per vnicum actum.*
3 *Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi est instituendus.*
4 *Possessio, quæ dedit causām liti, non tribuit ius, nec attenditur.*
5 *Patronus existens in quasi possessione præsentādi est manutenendus, & ab eo præsentatus instituendus, donec in petitorio videatur de allegata vnione.*
6 *Vnio de beneficio Patronatus sine consensu Patroni est nulla.*
7 *Iuspatronatus alicuius familiæ non expirat ob lineā finitam fundatorum, sed ex sui natura potest trāsire etiam ad hæredes extraneos.*
8 *Iurapatronatus ex priuilegio, & illorum quasi possessionem tollit Concilium Tridentinum, vbi præsumūtur ex vsurpatione, secus si ex fundatione, vel constructione.*
10 *Interesse non habens est à iudicio repellendus.*

Decisio CCLXVII.

VAcante simplici Beneficio sub inuocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Ordinarius prædictum Beneficium Mensæ Capitulari Canonicorum suæ Ecclesiæ vniuit, sed, cum Io: Baptista Gargaglia, prædicti Beneficij Patronus ad illud præsentasset Alpherium, à prædicta Vnione appellauit, & causam in Rota commisit, Verum quia de eodem Beneficio fuit etiam auctoritate Apostolica prouisus Mattheus peregrinus, Dubitauī, an Ioanni Baptistæ sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione pręsentādi, ita vt Alpherius ab eo præsentatus veniat instituēdus, & fuit per Dominos conclusum non posse denegari manutentionem Ioanni Baptistæ, & Alpherio præsentato 1 institutionem. Quia † de quasi possessione Ioannis Baptistæ apparet ex pluribus præsentationibus ab eo factis, & per Ordinarium admissis cum subsecuta institutione, et possessione institutorum nempe 2 de anno 1597. et 1617. licet † quasi possessio per vnum actum acquiratur, *cap. cum Ecclesia Sutrina, & ibi Abb. num. 23. Rip. nu. 52. & seqq. de caus. poss. & propr. Alex. cons. 74. nu. 16. lib. 4. Ruyn cons. 106. num. 9. lib. 5. Crauett. cons. 128. num. 7. Rot. dec. 17. nu. 1. & 2. par. 2. diuers. & 435. num. 1. par. 2. recent.* et 3 † propterea tam ex supradictis patet deberi institutionem, quam ex his, quæ tradit *Abb. in cap. 2. num. 22. de in integr. restitut. Rocch. de iurepatr. in verb.* com-

competens.num.53 *Lambert.eod.tract.art.4.3.q.primæ partis 21.lib.nu.2.*

Nec obſtat Vnio per Ordinarium facta Capitulo, 4 † Quia tamquam ea, quæ dedit cauſam liti, non tribuit aliquod ius conſiderabile, nec eſt attendenda, *Aff.dec.395.num.7.Rot.dec.30.num.1.par.2.recent.* 5 † et donec videatur de Vnione in petitorio, interim et patronus manutenendus, et præſentatus eſt inſtituendus, *Seraph.dec.499.nu.3.* Quinimmo, cum in bulla Vnionis, *de qua in ſummario numer.3.* non negetur, Beneficium, de quo agitur, eſſe de iurepatronatus, ſed aſſeratur, finitam eſſe lineam Patronorum, 6 † eam Domini cenſuerunt nullam, tamquam factam de Beneficio Patronatus ſine conſenſu Patroni, *Lambert. de iurepatr. par.1.lib.2.q.7.art.30.num.2.* debebant enim vocari heredes vltimi de familia; 7 † cum ob lineam finitam fundatorum non expiret ius patronatus, ſed ſui natura ſit tranſitoriũ etiam ad hæredes extraneos, *vt per gl. in cap.conſiderandum.16.q.7.Abb.in c.1.de iurepatr. Aretin. Card.Imol.& cæteri allegati à Didac.var.lib.2.cap.10.nu.6.Seraph.dec.364.& 378.*

Non obſtat, quod Concilium ſubſtulerit omnes Patronatus ex priuilegio vna cum quaſi poſſeſſione, 8 † Quia procedit in his, in quibus præſumitur iuſpatronatus ex vſurpatione, ſed in alijs relinquitur in diſpoſitione iuris communis, et de iure in iſtis non præſumitur ex vſurpatione, ſed ex fundatione, vel ex conſtructione, *Rot.diuerſ.dec.798.num.4.par.1.& 331.num.1.par.2.* Vnde, 9 † cum in caſu, de quo agitur, concurrant inſtitutiones factæ ad præſentationes Patronorum cum ſententijs latis per Ordinarium, placuit Dominis ad effectum manutentionis ſufficienter conſtare de iurepatronatus.

Quæ vero dicuntur prouiſo Apoſtolico, viſa fuerunt non releuare, cum non doceat de tali prouiſione, et tamen deberet literas Apoſtolicas expeditas 10 exhibere, † aliàs tamquam non habens intereſſe venit repellendus.

Et ita vtraque etc.

R.P.D. . . . . .

Nullius Parochialis.

Mercurii 4. Julii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo ad inſtar interdicti retinendæ datur poſſidenti de tempore motæ litis.*
2 *Inſtrumentum captæ poſſeſſionis probat poſſeſſionẽ, alio in ea non exiſtente.*
3 *Poſſeſſio poſterior capta primo poſſeſſore non citato non eſt manutenibilis.*
4 *Ampl. vt immo, in concurſu anterioris cenſeatur clandeſtina, & vitioſa.*

Deciſio CCLXVIII.

Dictum fuit, Mattheo dandum eſſe mandatum de manutenendo, 1 † quod ad inſtar interdicti retinendæ conceditur exiſtẽti in poſſeſſione de tempore motæ litis, *vulg.§.retinẽdæ.verſ.hodie, & ibi 10: Fab.numer.17. Inſtit.de interd. Couar.pract. quæſt. cap.17.numer.5. verſ. ſic ſanè. Pract.Papienſ.in form.lib. pro turb. poſſ.verſ.hodie tenent.*

2 Quam † poſſeſſionem ſufficienter probat inſtrumentum illius apprehenſionis alio non exiſtente in poſſeſſione, *Abb.in cap.cum nobis.num.5.de præſcript.Io.Andr.in cap.ſi diligenti.num.7.eod.tit. Bald. in l.non idcirco.C.de fid.inſtr.Menoch.de adipiſc.remed.4.num.914.& de retin.remed.3.num.575.Rot.coram bon.memoriæ Cardinali Caualerio deciſ. 217.num.1.& in recent.dec.92.num.1.par.1.& alibi ſæpius.*

3 Non obſtat poſſeſſio Sebaſtiani, † quia vti poſterior, et capta nemine citato non eſt conſiderabilis ad effectum manutentionis, *cap licet Epiſcopus.cum alijs ibi not. per gloſſ. in verſ. Te non citato. de preb.in 6.l.1.& ibi gloſ.fin. & Doct. ff. vti poſſid. Bart.in l.ſi duo.nu.4.ff.eod.Couar.pract.q.c.17. circa fin.Rota in aquen.Beneficiorum. 19.Decembris.1608.* 4 *coram bo.me.Cardinali Marquemonsio*, † immo in concurſu anterioris poſſeſſionis cenſetur vitioſa, et clandeſtina, *l.improba.ff.de acq.poſſ.cap.licet cauſam vbi communiter Doct. de probat. & fuit dictum in Aquinaten. Beneficiorum 27.Nouembris 1598. corã bo.me.Lieta.*

Et ita vna tantum parte informante etc.

Eminentiſs. Domino Cardinali Virili

Bononien. Affictus.

Mercurij 4. Julii 1629.

S V M M A R I A.

1 *Conductori datur manutentio in ſua detentatione, & ad ſtatum.*
2 *Locatori manutentio datur finita locatione ratione ciuilis poſſeſſionis pro recuperatione naturalis.*
3 *Locatio dicitur finita conſtito de mutua voluntate locatoris, & conductoris, etiam quod nõ ſit ſeruata forma diſdictæ ex ſtatuto requiſita.*
4 *Teſtes examinati ſine citatione videntur admittendi in iudicio manutentionis, in quo ſufficiunt leuiores probationes, & vnicus teſtis.*
5 *Teſtes ſine citatione examinati faciunt adminiculum.*
6 *Iuramentum conductoris de reſtituendo bona in fine locationis &c. cum renunciatione cuicumq; iuri & legum auxilio releuat locatorẽ ab onere probandi denunciationem à Statuto requiſitam, & num 9.*
7 *Conductor differens ſolutionem penſionis non poteſt iuuari ſtatuto de diſdicta facienda.*
8 *Minor prohibitus facere locationes ſine ſolemnitatibus non ligatur Statuto de diſdicta facienda, & in fin.*
9 *Iuris appellatione venit etiam ius municipale.*

Deciſio CCLXIX.

Dederunt Domini mandatum de manutenendo Antonio Bouio, non autem Herculi Callo; 1 † quia, licet conductori detur manutentio in ſua detentatione, & ad ſtatum, *Caualer.dec.181.Puteal.dec.12.lib.1.* 2 † tamen, finita locatione, illa non datur conductori aduerſus locatorem, ſed potius ipſi locatori ratione ſuæ ciuilis pro recuperanda naturali, *Seraph.dec.777.num.6.Bart.in l.1.§.vlt.num.17.ff.vti poſſid.Bero.conſ.102.num.83.lib.1.Natt.conſ.375.num.33.lib.2.& intrat.sex.in l.ſi quis conductionis.C.locat.*

Non obſtat, quod finita locatione, ſi non fuit intimata diſdicta per tres menſes ante, intelligatur facta relocatio ex ſtatuto Bononien. Primo, quia

† ſuf-

3 † sufficit constare de mutua voluntate locatoria, et conductoris, quod locatio sit finita, nam cum ista denũciatio requiratur ad solum finem scientiæ, sat est; quod conductor habuerit se pro denunciato, quoquo modo scientiam denunciationis habuerit, *Rot. Bononien. dec. 20. num. 6. Mantерent. super Statut. in verb. intelligatur, vers. stante tamen, & fuit dictũ in Bononien. euacuationis Molendini 24. Nouembris 1628. coram. R. P. D. meo Ghislerio.*

Testes autem deponunt, quod Antonius relocauit eadem bona, et Callus conductor relaxauit domum pro habitatione noui conductoris, et dedit semen, et nouus conductor seuit fundum, ita vt constet non solum de scientia ipsius Calli, sed etiam de eius ac-
4 quiescentia, et † licet testes sint examinati sine citatione, tamen in hoc iudicio summarijssimo manutentionis, in quo leuiores probationes sufficiunt, et etiam vnicus testis videbantur admittendi, *Alex. cons. 147. in princ. lib. 6. Dec. cons. 559. num. 8. Neuiz. cons. 80. num. 7. Ceph. cons. 19. in fin. numer. 1.*
5 *Roland. cons. 8. num. 50. lib. 4.* cum † testes etiam sine citatione faciant adminiculum, *Alex. cons. 147. nu. 2. lib. 6. Aym. cons. 198. nu. 11. Ruin. cons. 46. num. 16. lib. 4. Seraph. dec. 585. nu. 1.*

Secundo, cum Callus conductor promiserit cum Instrumento, finita locatione, restituere bona vacua, libera, et expedita, renunciando auiq. iuri, et legum
6 auxilio, † vtique iuramentum relehat ab onere denunciationis, *Aret. in l. sciendum. col. 9. de verb. oblig. Capic. dec. 159. nu. 31. in fin. Soc. Iun. cons. 130. nu. 19. lib. 1. Seraph. de priuil. iurum. priuil. 73. nu. 48.* et in casu, quando fuit renunciatum legũ auxilio; *Gozza. in l. 2. num. 204. C. de pact. inter empt. & vend. & in annot. ad d. statut. nu. 190.*

Tertio, in conductore differente solutionem pẽ-
7 sionis, prout hic; dispositio † statuti non habet locũ, *Alex. cons. 76. num. 6. lib. 5. Aym. cons. 87. nu. 3. Bero. cons. 153. nu. 39. lib. 1.*

8 Quarto, cum † Antonius esset minor prohibitus facere locationes sine solemnitatibus, non intrat statuti dispositio; *Bal. in l. legem. C. locat. in prin. Alcia. præsumpt. 17 reg. 2. in prin.*

Non obstat, quod renouatio conductionis non proueniat ex dispositione statuti, sed ex præsumpto consensu partium, et ideo limitatio Gozzadini nõ videatur tuta, quia, secluso statuto, non intraret relocatio ob defectum intimationis disdictæ per tres menses ante. Ideo statutum est illud, quod inducit relocationem et propterea renunciatio omni iuri et cuicumque legum auxilio comprehendit etiam
9 dispositionem statuti, vt dicit Gozzadinus, † quia appellatione iuris venit etiam ius municipale, *Bal. in l. illa Institutio. in fin. ff. de hered. Instit.*

Concurrente præsertim promissione iurata relaxandi bona vacua, libera, et expedita. In quo casu ob iuramentum eo magis procedit limitatio Gozzadini.

Non obstat, quod tunc statutum non procedat in minore, quando contraxit sine executoribus, quorũ tacitus, et præsumptus consensus in casu nostro inducit relocationem vigore statuti, quia hic præsumptus, et tacitus consensus non potest præsumi, ex quo nõ est verisimile, quod voluerint consentire in tacita relocatione cum conductore, qui debitis temporibus non soluebat pensiones, et prætendit non posse agi via executiua, sed via ordinaria pro pẽsionibus. Ista enim excludunt tacitum, et præsumptum consensum executorum, qui pro minore vtilia facere tenentur.

Et ita vtraque etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Cremonensis Pensionis

Luna 14. Ianuarij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Positiones inuentæ sunt, vt pars releuetur ab onere probandi per aduersarij confessionem.*
2. *Positiones impertinentes, impossibiles, captiosæ, & negatiuæ non sunt admittendæ.*
3. *Positionibus de stylo Rotæ respondendum est, siue sint pertinentes, siue impertinentes.*
4. *Publicationis solemnis vim habet visio originalis examinis.*
5. *Publicatio examinis impedit articulorũ contrariorum, seu super eisdem admissio. & nu. 7.*
6. *Publicatio formalis examinis non fit in Curia, nisi in tertia instantia; sed datur solum summarium absque nominibus testium.*

Decisio CCLXX.

1 FVit per Dominos resolutum, Reuerendissimum D. Montorium teneri respondere positionibus, † cum fuerint inuentæ, vt pars releuetur ab onere probandi per cõfessionem aduersarij, *cap. 1. vbi gl. in præambulo. vers. pro intellectu, ibi, & fuerunt inuentæ, & in vers. statuimus. ibi. sunt autem positiones. de conf. in 6. l. cum, qui. de iur. iur. l. 2. §. quod obseruari. C. de iurum. calumn. Ias. in l. qui iurasse. §. si pater. nu. 7. ff. de iur. iur. Surd. dec. 22. nu. 4.* fuerunt enim exhibitæ in Rota, prout de iure requi-
2 ritur, ad effectum, † vt videatur, an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, et negatiuæ, *gl. 1. in d. c.*
3 *1. de confess. in 6. vers. & sunt scriptis,* † licet de stylo Rota seruet ad abreuiandum lites, quod semper sit respondendum positionibus, pertinentibus, et impertinentibus, *Rot. dec. 24. de testib. in antiq.*

In proposito autem positiones nullam continent ex prædictis qualitatibus, ex quibus sint reiiciendæ. Ponitur enim, quod Reuerendissimus D. Montorius habuit examen testium apertum, ita vt potuerit vi-
4 dere nomina, et cognomina testium, quare, † cum ista visio æquipolleat solemni publicationi, *vt per Vitalin. in clem. fin. num. 114. vsq. nu. 118. de testib.*
5 † obstat admissioni articulorum contrariorum, quã prætendit idem D. Montorius *cap. fraternitatis, de testib.*

6 Non obstat, † quod in Curia non soleat fieri publicatio formalis, nisi in tertia instantia, quia, licet hoc sit verum, verum est etiam, quod nunquam pãduntur nomina testium, sed solum datur summariũ, et ita seruatur de stylo, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. nu. 4.* et ideo, cum fuerit alteratus iste stylus, et visa integra depositio cum nominibus testium, et ex su-
7 prædictis visio habeat vim publicationis, † non sũt admittendi articuli de directo contrarii, prout nec super eisdem admittuntur, *Seraph. dec. 688. san. me. Greg. XV. dec. 496.*

An autem Procuratores D. Montorii teneantur respondere positionibus, si opus erit, videbitur.

R. P. D.

R.P.D. Motmanno

Ciuitatis Castelli Bonorum

Mercurii 23. Ianuarii 1630.

S V M M A R I A.

1 *Emphyteusi ad vitam concessa ob mortem finita datur manutentio Domino directo ratione illius ciuilis possessionis, & clausulæ constituti, non autem venienti ex titulo donationis, seu hæreditatis inuestiti.*

2 *Constitutum operatur translationem possessionis ciuilis, & naturalis in constitutariam ad quoscunque effectus.*

3 *Dominium probatur ex renouationibus inuestiturarum iunctis adminiculis.*

4 *Præsertim contra illos, quibus fuit facta concessio, & habentes ab illis causam.*

5 *Dominium probatur etiam vnico instrumento concessionis alijs concurrentibus.*

6 *Dominij probatio adminiculatur ex confessione aduersarij, seu illius Procuratoris in iudicio, & ex lite diu agitata pro renouatione concessionis in emphyteusim.*

7 *Cõfessio Procuratoris in iudicio facta dicitur à principali ratificata per litem continuatam iuxta illius confessionem, & instantiam.*

8 *Adeò vt non possit principalis confessionem Procuratoris reuocare non docto de errore.*

9 *Emphyteutica bona non veniunt sub generali hypotheca, & obligatione dotis restituendæ.*

10 *Mulier obtinens pro se nouam inuestituram bonorũ sibi præiudicat respectu hypothecæ, si quæ valida esset, super ijsdem bonis ad ipsius fauorem pro restitutione suæ dotis.*

11 *Præsertim vbi super alijs bonis viri assecurari potuerit.*

12 *Possessio capta auctoritate Ordinarij lite pendente in Rota, & aduersario non citato, est attentata, & non manutenibilis.*

Decisio CCLXXI.

FVit die 5. Iunij 1620. coram Illustriss. D. Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditore decisũ, non constare de re iudicata, quæ Antonij manutentionem impediret, sed, cum ab huiusmodi resolutione Domini postea recesserint ex ijs, quæ die 15. Martij anni sequentis coram eodem D. Cardinali fuerunt deducta, & huic posteriori decisioni dictus Antonius non acquiesceret, dubitatum fuit hodie corã me in prędicti D. Card. in locũ subrogato, An ab vltimo decisis esset recedendum, Domini vero, omisso articulo rei iudicatæ, manutentionem in prædio, & domo, de quibus agitur, Antonio denegandam esse censuerunt.

1 † Cum enim ex instrumento constet, vltimam concessionem fuisse factam ad vitam Dionoræ tãtum, finita per illius obitum emphyteusi, manutentio dari non potest Antonio venienti ex titulo donationis, seu hæreditatis dictæ Dionoræ, sed potius competit D. Episcopo, qui est Dominus directus, nõ solum ratione ciuilis, *vt post Bart. in l. 1. §. fin. num. 17. ff. vti possid. dixit Rota in hac causa dicta die 15. Martij 1621. coram Illustrissimo D. Cardinali Verospio, & latè in Assisien. Bonorum 2. Iunij, & 3. Decembris 1627. coram Illustrissimo D. Cardinali Virili,* sed etiam ratione constituti in instrumento dictæ con-

2 cessionis fauore Episcopi appositi, † quod operatur traslationem possessionis ciuilis, & naturalis in constitutarium ad quoscunque effectus, *l. quædam mulier. & ibi gl. in verb. possessionem. ff. de rei vendicat. l. quod meo. & ibi Doct. ff. de acq. possess. l. quamuis ff. de precar. Bero. cons. 41. an. 12. lib. 3. Hoaded. cons. 42. num. 37. lib. 1. Surd. cons. 171. sub num. 17. in fin. vers. ideo respondeo. lib. 2. Tiraq. de Iur. Constit. par. 1. num. 2. Greg. XV. s. m. dec. 437. num. 1. vbi Add. num. 6. Rota in Narnien. Bonorum 1. Decembris 1628. corã R. P. D. meo Pirouano.*

3 De † dominio autem Ecclesiæ quoad prædium constat ex pluribus renouationibus inuestiturarum, quas Episcopi de illo sæpius concesserunt, vnde iũctis adminiculis plenè probatur dominium, *Bart. in l. ad probationem. C. locat. Soccin. cons. 39. num. 11. lib. 3. Dec. cons. 146. num. 14. vers. cum alijs. Aym. cons. 434. num. 4. Gabr. de Locat. concl. 4. num. 16. Seraph. dec. 869. num. 2. Rota decis. 591. num. 1. par. 4. diuers. & dec. 400. num. 1. prima par. in rec. & fuit dictum in Ariminen. Bonorum 4. Februarij 1611. coram bo.*

4 *me. Cardinali Marcomontio,* † præsertim cõtra illos, quibus fuit facta cõcessio, & contra habentem causam ab illis, *Rip. in l. si aliquam rem. num. 42. vers. intellige vt non probetur. ff. de acq. poss. & post decisiones, quas refert, dixit bo. mem. Cardinalis Cauallerius dec. 105. num. 1.*

Quæ adminicula etiam plurimum faciũt ad probationem dominij ipsius domus, quamuis de illa fuerit facta mentio solum in instrumento concessio-

5 nis de anno 1582. celebrato, † cum etiam vnicum instrumentum concessionis alijs concurrentibus bene probet dominium, *Cas. de Grass. decis. 10. num. 7. de caus. possess. & propriet. Seraph. dec. 876. num. 2. 661. num. 2. par. 1. in rec.* & in terminis probationis ex instrumento vnius tantum concessionis, *dictum fuit in præallegata Ariminen. Bonorum coram Cardinali Marcomontio.*

6 Concurrunt † itaque prò adminiculis, primo cõfessio iudicialis, deinde lis in hoc Tribunali diu agitata, quæ confessio licet fuit facta absque speciali mandato per Procuratorem instanti nomine Dionoræ, & Antonij illius donatarij pro renouatione concessionis tam domus, quam prædij, nihilomi-

7 nus idem donatarius † censetur illam ratificasse per litem, quam intentauit, & per plures annos continuauit, vt Episcopus condemnaretur ad concedendum ei renouationem ab eodem Procuratore petitam, *cum qui. de sent. excom. Rot. dec. 39. de Procur. in nou. & in Romana Vineæ 25. Iunij 1629. coram*

8 *R. P. D. meo Merlino,* itaut † eam tanquam erroneã non potuerit reuocare, cum de illius errore non cõstet, *Aegidi. dec. 3. vers. aut quæritur, & fuisse dictũ in Elnen. Miseriorum 6. Decembris, 1588. coram bo. me. Orano, testatur Add. ad Greg. XV. dec. 270. nu. 12. vers. si tamen.*

Neque obstat quod huiusmodi bona fuerint hypothecata pro dote Dionoræ longe ante tempus

9 inuestiturarum, † quia sub generali omnium bonorum obligatione, qualis est ea, quæ in promissione restitutionis dotis continetur, non veniunt bona emphyteutica, de quibus nulla est facta mentio, vt in simili de Feudo, *post tex. in c. licet Vassallus. §. generali. si de feud. defuncti. content. inter Domin. & agnat. Vassal. dixerunt Paris. cons. 12. num. 47. lib. 1. Afflict. dec. 14. sub num. 9. vers. quia sub generali. Rot. in recent. dec. 362. nu. 4. post med. vers. maximè quia par. 2. & in terminis. Berg. cons. 127. numer. 12. lib. 1. cuius opinionem secuta est Rota in Romana Domorum Sancti Rocchi 3. Iunij 1577. coram bo. me. Card.*

10 *Lancellotto seniore,* tum etiã quia ipsamet † mulier, dum pro se postmodum obtinuit nouam inuestiturã eorumdem bonorum, sibi in hypotheca, quatenus super illis valide fuisset contracta, præiudicauit,

ad tex. in l. fin. & ibi Doct. C. de remiss. pign. ita ut dicendum sit, illam valide remisisse ius suæ hypothecæ, † cum super aliis mariti bonis sibi in casum restitutionis dotis generaliter obligatis, assecurationẽ habere potuerit, *l. iubemus. vbi Castr. num. 1. C. ad S. C. Velleian. Bald. in auth. si qua mulier. num. 11. cum seq. C. eod. tit. Afflict. dec. 336. num. 3. & fuit dictum in Romana. Apothecarum 14. Decembris 1602. corã bo. me. Card. Lancellotto Iuniore.*

12 Præterea dixerunt Domini † ad effectum petitæ manutentionis non suffragari Antonio possessionẽ ab eo captam auctoritate Iudicis Ordinarii non citato Episcopo, ac lite pendente in hoc tribunali, cuius maiestatis læsio causat attentatu, *cap. non solũ. de appellat. in 6. Rota dec. 10. num. 3. vt lit. pendent. Guido pap. dec. 104. Seraph. dec. 1583. numer. 1. Greg. XV. s. m. dec. 305. nu. 1. Reuerendiss. D. meus Decanus. dec. 196. sub nu. 1.*

Et ita decisum vtraq; &c.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano.

Mediolanen. Bonorum

Lunæ 18. Februarii 1630.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum de manutenendo ad effectum declaratoriæ debet intimari, & in actis reproduci.*
2. *Termini quatuor ad docendum de paritione sunt seruandi ad effectum declaratoriæ.*
3. *Paritio verbalis cum patientia sufficit ad euitandã declaratoriam, vbi agitur de mandato de manutenendo, & nihil adest, in quo aduersarius parere possit.*
4. *Contumacia, & contradictio non parendi quomodo appareat.*
5. *Contumacia fundamentum est censurarum.*
6. *Declaratoria datur ex contumacia non parendi.*
7. *Declaratoria datur etiam contra tutores, & curatores nomine pupilli litem substinentes, cum ipsi, non pupillus, deliquisse censeantur.*

Decisio CCLXXII.

Domini censuerunt aduersus Comitissam Dorotheam Philiodonam, & Ioannem Baptistam Viceconitem tutores, et curatores pupillorum de Tabernis dandam esse declaratoriam nisi infra mensem.

Quia, cum mandatum de manutenendo per Rotã relaxatum eisdem tutoribus, et curatoribus in partibus fuerit intimatum, † prout requiritur, *Innoc. in cap. fin. de eo, qui mitt. in poss. Roman. cons. 482. nu. 5. vers. ego duo. vbi Add. in litera E. Rot. dec. 15. de sent. excom. in antiq. Felyn. in c. cum sit. num. 14. de appell.* eo postmodum in actis reproducto, † seruatisq. quatuor terminis substantialibus ad docendum de paritione iuxta stylum Rotæ seruari solitis, *Felyn. in c. Rodulphus. nu. 41. de rescript. Vestr. in prax. cap. vlt. lib. 8. num. 19. Peregr. dec. 15. num. 3. lib. 1.* adhuc non cõstat de paritione, † licet enim, vbi agitur de mãdato de manutenẽdo, et nihil adest, in quo aduersarius parere possit, sufficiat simul cum patientia paritio verbalis, *vt in his terminis late fuit dedactum coram me in causa Theatina Iurisdictionis de Attessa 10. Aprilis 1613. & in decis. 319. par. 2. recent.* Attamen in casu isto nullatenus constat de tali paritione saltem verbali immo † constat de expressa contradictione, cum in actu intimationis Comitissa Dorothea copiam mandati reiecerit, et Io: Baptista reclamauerit appellando ad Iudices laicos, vnde ex his constat satis de contumacia, quæ tunc dicitur committi, cum quis monitionibus Iudicis parere recusat, *ad l. contumaces non videntur. ff. de re iudic. Claud. de Seysell. in l. 1. §. hoc iudicium. num. 7. ff. si quis ius dic. non obtemp. Mohed. dec. 1. de sent. excom.* et ex qua † velut ex fundamento Censurarum, *vt dicit Soc. Sen. in cap. nulli. num. 7. de sent. excom. & Cassad. dec. 10. num. 7. de const.* † datur declaratoria, *Paleott. dec. 332. num. 5. lib. 1. Rot. dec. 104. in princ. par. 1. diuer.*

Non obstat, quod agatur de danda declaratoria contra tutores, et curatores, † quia et contra istos datur, cum nomine pupilli litem prosequantur, et propterea curare debent, vt pupilli sine fraude obediant præcepto Iudicis, alias enim non pupilli, sed ipsi deliquisse censentur, *l. 1. §. si procurator. vbi Bal. in 1. in secundo notab. & num. 41. Claud. de Seysell. in fin. post Alex. ff. si quis ius dic. non obtemp. & fuit dictum in causa Papien. Bonorum 26. Ianuarij 1601. coram bo. me. Penia*, de qua quidem prosequutione litis, nec non ipsorum, et Comitissæ Dorotheæ, et Io: Baptistæ tutela, et cur non solum constat ex processu de partibus, sed etiam ex mandato procuræ ab ipsismet Comitissa Dorothea, et Io. Baptista vti tutoribus, et curatoribus, facto in personam Hieronymi Federiei, à quo substitutus fuit Pascuccius, qui præuia mandati procuræ in actis exhibiti acceptatione causam defendit.

Et ita conclusum vnica tantum parte informãte.

R. P. D. Durano

Perusina Fideicommissi

Mercurii 20. Februarii 1630.

S V M M A R I A.

1. *Possessio capta post appellationem dicitur attentata.*
2. *Appellatio datur à sententia lata in remed. l. fin. in foro Ecclesiastico ex veriori opinione.*
3. *Attentata dicuntur facta ante, vel post appellationem, vbi superuenit commissio, qua simpliciter causa appellationis commissa fuit.*
4. *Commissio appellationis cum clausula, rebusque aliis etc. et quam et quas etc. tribuit iurisdictionem super omnibus contentis in sententia licet aliqua tantum expressa sint.*

Decisio CCLXXIII.

Fuit resolutum constare de attentatis, quæ veniunt reuocanda.

Quia Vicarius Illustrissimi Cardinalis Episcopi Perusini die 9. Iunii tulit sententiam super Immissione *ex remed. l. fin. C. de ed. D. Adr. tollen.* ad fauorem D. Octauiani Mencconii, à qua fuit appellatio interposita die 18. seq. vnde cum die 22. 1 eiusdem mensis, † et sic post appellationem possessio vigore sententiæ capta fuerit, attentata non possunt excusari, *l. 1. ff. nihil in nou. Grat. cons. 123. num. 9. lib. 1. Bero. cons. 116. num. 10. lib. 3. Rot. decis. 78. de appell. in antiq. & apud Seraph. dec. 530. in prin. & alibi sæpius. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 26. de probat. attent. num. 15.*

Nec obstat, quod non detur appellatio à sententia

tia lata in possessorio ex *remed. l. fin.* etiam in foro Ecclesiastico.

2 Quia † contraria opinio est verior, *de qua per Contard. de mom. poss. lim. 3. num. 6. quam etiam Rot. passim fuit sequuta, vt in Rauennaten. attentatorum 20. May 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in qua aliæ decisiones allegantur.*

Non obstat etiam quod Perusię in foro Ecclesiastico locum habeat Ægidiana, vt prætenditur.

3 Quia, quidquid de hoc sit, † tollitur, prout etiam alia omnia tolluntur, ex quo signatura cōmisit causam appellationis simpliciter, quo casu nō est aliud inuestigandum, sed indistincte tam antea, quam post appellationem vigore sententiæ facta sunt attentata, et nulla, *Card. in clem. 1. q. 8. propè fin. de re iudic. gl. in l. appellatione. in verb. deliberat. & ibi Bald. de appellat. Io. Andr. in cap. si à Iudice. de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 6. num. 27. cum seq. & par. 3. cap. 24. qu. 31. numer. 9. & in terminis Rot. in Romana domorum de Tasonio 17. Maij 1621. & in Vrbeuetana bonorum 26. Ianuarij, & 27. Martij 1627. coram bo. me. Vbaldo, & in longe fortioribus terminis in causa Leodiensi. dominij de Holloma 25. Iunij 1627. coram me.*

Tandem non obstat prætensus defectus iurisdictionis, ex quo sententia Vicarii fuit lata super immissione, et commissio cantat de melioramentis.

4 Quia, † cum adsit clausula, *rebusque alijs &c.* tam in narratiua, quam in dispositiua, nec non clausula, *quam, & quas &c.* non potest dubitari quin commissa fuerit causa super omnibus contentis in sententia, *vt in specie dixit Rota in causa Nullitas de Carrettis 13. Nouembris 1597. coram Comitalo impressa apud Marches. de commiss. par. 1. c. 5. fol. 231.*

Et ita decisum, vtraq; etc.

R.P.D. Merlino.

Narnien. Successionis.

Lunæ 18. Martij 1630.

S V M M A R I A.

1 *Concilii Tridentini dispositio de actis transportandis non intrat in prophanis, etiam si causa agatur in foro Ecclesiastico.*

2 *Acta irrelevantia non sunt de iure communi transportanda, nec nullitatem operantur.*

3 *Lim. secus ex Concilio Tridentino.*

4 *Transportationis defectus ex negligentia partis ad hoc requisitæ non attenditur.*

Decisio CCLXXIV.

POST emanatas decisiones, et ordinem datum à Rota in relationibus causarū pro istius causæ expeditione Hæredes Petri Narsini opposuerunt de non integra transportatione actorum eo, quod deficerent quædam attestationes, et processus criminalis, nec non instrumenta dotalia. Vnde subscripsi dubium. An dictis hæredibus suffragaretur exceptio non integræ transportationis, Ad quod hodie Domini respondētes dixerunt non suffragari.

Quia versamur in causa prophana, † in qua non intrat dispositio Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 20. vers. præterea &c.* etiam si causa agitetur in foro Ecclesiastico, *vt ex sententia Congregationis Illustrissimorum Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretā, dixit Rot. in Romana Lignorum 23. Iunii 1603. corā bon. mem. Cardinali Sacrato in Imolen. Affictus 30. Aprilis 1604. coram Penia, apud Marches. de cōm. par. 3. fol. 359. & coram S. M. Greg. XV. dec. 508. nu. 11. & ibi Add. nu. 11. coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 135. numer. 10. & luculentius in Leodien. Dominii de Stecordia. 3. Iunii 1623. coram eodem.* Et ideo data irreleuantia dictarum attestationum, et processus, non obstat defectus actorum huiusmodi

2 non releuantium, † cum enim à iure communi actorum transportatio inducta fuerit solum ad veritatē indagandam, dum actu non releuant, non est cur Iudex super illis instruatur, et cognoscat, quia non pertinent ad veritatis indaginem, nec propterea ex illorum defectu resultat nullitas, *ad trad. per Rot. coram s. m. Greg. XV. d. dec. 508. nu. 10. & 11. & in dicta Romana Lignorum coram bo. me. Cardin. Sacrato ad fin. quæ est impressa post secundā vol. cons. Farin.*

3 *in ordine 200.* † quamuis secus attenta dispositione Concilii, ibi enim inducitur pro forma actorū trāsportatio, *Rot. dec. 106. & 107. par. 4. diuers. & dec. 564. num. 4. par. 2. recent. & in d. Leodien. Dominii de Steccordia coram Illustrissimo D. meo Decano vers. est tamen diuersas &c.*

Quod autem dicta acta sint irreleuantia apparet, quia in disputationibus factis fuerunt data in summario, et Domini existimarunt non suffragari, et in prima decisione in hac causa emanata dictis attestationibus, et processui responsum fuit.

Sed et in casu præsenti visum fuit cessare difficultatem quoad omnia, tum quia seruari fuerūt termini substantiales, et sic Hæredes Narsini pulsati

4 ad transportandum, † vnde data eorum negligētia, nec sine aliqua suspicione occultationis, defectus integræ transportationis non attenditur, *vt fuit dictum in Romana de Bombellis 30. Maii 1613. coram bo. me. Cardinali Sacrato, & in alia Romana Lignorū coram eodem,* tum demum, quia post subscriptū dubium metu censurarum fuerunt ad Reuerendiss. D. Vicesgerentem transmissæ dictæ attestationes, processus vero criminalis, et instrumenta dotalia fuerunt realiter transumptata, et insimul cum dictis attestationibus exhibita in Rota, et sic cessat defectus cognitionis causæ, cum iterum Domini dictas attestationes, et instrumenta, processum perpenderint.

Et ideo absq; difficultate Domini pro informāte respondendum esse putarunt etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano,

Lauretana Bonorum.

Veneris 19. Aprilis 1630.

S V M M A R I A.

1 *Emphyteuta emphyteusi durante manutenendus est.*

2 *Caducitas inducitur ex omissione solutionis canonis vnius anni ex pacto.*

3 *Intellige si constet de mora inexcusabili.*

4 *Moræ purgationi locus est in modico tempore.*

5 *Mora non soluendi considerari non potest post immissionem secutam in personam Domini directi.*

6 *Emphyteuta, dum caret possessione, non dicitur esse in mora.*

7 *Mora non soluendi contracta non dicitur, si non constet, quod in loco faciendæ solutionis adesset principalis, seu procurator ad exigendum.*

8 *Intimatio de solutione facienda in manibus alicuius*

debet continere mandatum, alias non afficit, nec committitur mora, nec pæna incurritur.

9 *Citatio absq; insertione commissionis non arctat ad comparendum.*

10 *Dolus requiritur, vt quis suo iure priuetur.*

11 *Deterioratio deducta ex incisione arundineti an sit sufficiens ad inducendam caducitatem.*

12 *Emphyteutæ licitum est tollere melioramenta, quæ fecit.*

13 *Deuolutio non causatur ex deterioratione ob causam publicam, & necessariam.*

14 *Emphyteuta quando sine consensu Domini possit alienare.*

15 *Caducitas ob non solutionem canonis, & ob deteriorationem remissa intelligitur per subsequentem canonum receptionem.*

16 *Ampl. etiam si receptio fuerit cum protestatione, & num. seqq.*

17 *Caducitas, & exactio canonis pugnant ex diametro.*

18 *Factum præualet verbis; & protestationi.*

19 *Caducitas non inducitur ex deterioratione sine culpa emphyteutæ.*

20 *Probationum in conflictu attendi potiùs debent quæ à deuolutione excusant, quam quæ deuolutionem includunt.*

21 *Deuolutio dolo cessante semper à Rota solet excludi.*

22 *Causa etiam leuis à deuolutione excusat.*

Decisio CCLXXV.

CAusa ista per Signaturam Sanctissimi in gradu appellationis fuit mihi commissa cum facultate manutenendi quem de iure, ac propterea sub die 24. Iunij præteriti, dum proponerem dubium, Cur dandum esset mandatum de manutenendo, Domini mandarunt, vt videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, vnde suscepta super hoc disputatione fuit hodie resolutum, Baronis dandum esse mandatum de manutenendo, cum non controuertatur illorum possessio, 1 † in qua durante emphyteusi debent manuteneri, *Siluan. cons. 27. nu. 3. & 4. Neuizan. cons. 80. nu. 3. bo. me. Card. Caual. dec. 182. num. 21.*

Nec obstare videbantur ea, quæ ad docendum de bono iure Abbatis pro deuolutione deducebantur.

Primo ex omissa solutione Canonis anni 1617. secundo ex deterioratione bonorum emphyteuticorum.

2 Nam quantum attinet ad primum, † licet omissio etiam vnius anni stante pacto sufficiat ad inducendam caducitatem, *ad not. in l. 2. vbi Bald. num. 2. de iur. emph.* 3 † Attamen in casu isto videbatur Dominis, non constare de mora inexcusabili.

Primo quia, cum solutio Canonis esset facienda per mensem Septembris, & Abbas de mense Nouembris proximè sequentis obtinuerit sententiam, nec 4 non immissionem, † in tam modico tempore erat locus purgationi moræ, *ad not. in cap. potuit. de loc. vbi Io. And. num. 10. Card. num. 19. Gabr. cons. 66. nu. 49. lib. 2. Verall. dec. 230. num. 3. & 231. num. 1. par. 2. Bald. in auth. qui rem. numer. 1. C. de Sacr. Eccles.* 5 † post vero immissionem Abbati concessam, & sic postquam ipse emphyteuta fuerat priuatus sua possessione, non poterat ampliùs mora considerari, cũ solutioni locus non esset, *Bald. in cap. solemnibus. nu. 6. vers. sed ego non dico. C. de rei vindic. Grat discept. 223. num. 1. & seqq. Rot. in Romana Deuolutionis Bonorum 26. Iunij 1599. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, in Romana Domorum 13. Ianuarij 1602. corã Octembergo; & in Romana Domus 30. Martij 1602.* 6 *coram bo. me. Penia,* † quandiu enim emphyteuta caret possessione, non dicitur esse in mora, *Abb. cons. 24. num. 4. vers. nec obstat. lib. 2. cum alijs, quos latè prosequitur Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. lim. 14.*

7 Secundo, † quia, cum solutio esset destinata in terra Montis Lupari in loco, vbi per Abbatem, vel eius Agentes ordinaretur, & non constet de aliquo ordine Abbatis, vel illius Agentium, non potest emphyteuta dici constitutus in mora, *latè Corbul. loc. cit. lim. 15. num. 2. & 3. Gratian. discept. 400. nu. 7. & seq. Rot. dec. 777. num. 1. par. 2. recent. dec. 224. apud Modern. de censib. dec. 31. num. 9. apud Modern. de oblig. camer. in Romana Deuolutionis Domus 4. Februarij 1602. coram Litta, & in puncto fuit in alia simili causa Lauretana Bonorum contra eundem Abbatem resolutum 27. Iunij 1614. coram bon. me. Patriarca Manzanedo.*

Nec releuat intimatio per procuratorem Abbatis facta de anno 1625. tum quia continet declarationem solutionis faciendæ solum pro anno 1625 & 1626. quod liquet ex verbis illis, *tam pro præsenti, quam pro futuro*, ideoq; non operatur quoad annum 1627. prout prætenditur deuolutio, tum etiam quia de mandato eiusdem procuratoris non constat 8 nisi ex simplici illius assertione, † cum tamen in ipsa intimatione inserendum esset mandatũ ad hoc, vt emphyteuta prædictæ intimationis credere teneretur, *Bart. in l. non solum. §. morte. num. 47. ff. de non. oper. nunc.* vbi, quod per intimationem dicta insertua carentem non committitur mora, nec pœna incurritur, *Rot. in Romana, seu Lateranen. Pensionis 24. Aprilis 1619 coram bo. mem Vbaldo, & faciunt tradita in simili per Specul. tit. de citat. §. 4. num. 7.* 9 vbi † quod citatio sine insertione commissionis non arctat ad comparendum, *Achill. decis. 10. de dol. & contumac. Rot. in Turiasonen. Parochialis 4. Februarij 1604. coram bo. me. Litta apud Marches. fol. 465. nu. 4 tom. 1.* & vere intimationem non fuisse factum à legitimo procuratore facilè suadetur ex eo, quod canon anni 1625. non fuit solutus dicto procuratori, sed ipsi Abbati, pro anno autem 1626. quia nullus aderat, qui reciperet solutionem, Baroni interpellarunt Abbatem ad recipiẽdum, & nemine comparente canonem de mandato Iudicis depositarunt, Vnde exacta huiusmodi diligentia videtur etiam considerabilis ad effectum excusandi illos à mora, si quæ fuisset incursa in anno sequenti, maximè cum sit modica, & agatur de personis admodum pauperibus bonorum emphyteuticorum possessione priuatis, vt dictum est, & in quibus nullus do-10 lus potest considerari, † qui tamen requiritur ad hoc, vt quis suo iure priuetur, *cap. fin. de prohib. alien. feud. per Lothar. & in punct. considerat Grat. d. discept. 223. num. 2.*

Quantum vero attinet ad secundum nempe ad deteriorationem, illa prætenditur ex triplici capite, quorum nullum censuerunt Domini releuare ad inducendam caducitatem.

Non primum, quod desumitur ex incisione arundineti, quia, quicquid sit de qualitatibus istius dete-11 riorationis, † & an sufficiat ad inducendam caducitatem, *ad tradita per Bald. in auth. qui rem num. 3. vers. intelligas. C. de sacros. eccles. Rodoan. de reb. eccl. non alien. tit. de caducit. ob rei deter. vers. & vt discarratur. num. 24. & seq.* cum non constet de tempore concessionis d. arundinetum extitisse, immo potius contrarium pateat ex eo, quod in inuestitura non exprimitur, *vt in terminis dicunt DD. allegati per Surd. dec. 300. num. 11. & 12. ad propositum Rot. in causa Romana Relocationis Casalis 16. Martij 1615. coram bo. me. Cardinali Sacrata,* vtiq; tanquã plantatum ab ipso emphyteuta potuit citra quam-

cumque

12 cumque caducitatis pœnam incidi, † cum liceat emphyteutæ tollere melioramenta, quæ fecit, *Bald. in cap. 1.§.sc quis de manso. nu. 23.de controu.inuest. Surd.d.dec.300 num.13.& seqq.* in puncto de incisione arborum ab emphyteuta plantatarum *Alex.in addit.ad Bart. in l.quoties.§. conductor.vers.vbi per Bald. ff.de iur. fisc.Becc.cons.33.num.7.cum seq.post Rodoan.vbi supra de reb.eccles.non alien.tit.de caduc. ob rei deteriorat.vers. & vt discurratur.num.18.& seqq.*

Nec etiam secundum, quod deducitur ex permissa terrarum effossione pro vallato publici molendi-13 ni, † quia, cũ ageretur de causa publica, & emphyteuta posset timere coactionem permissam tamquã necessaria redditur excusabilis, nec causat deuolutionem, *ex alleg.per Gabr.cons.92.num.5.& 6.lib.2. quem sequitur Curbul.de priuat.ob aliendt.irreq.dom. lim.30.Tiraq. de retract. lignag.§.1. gl.14.num.10. Modern.discept.227.num.45.& 46.Mantic.de tacit. lib.22.tit.28.numer.10.Afflict.decis.191. numer.1. vers. si autem fiat.* in hoc enim casu non dicitur emphyteuta contrauenire pactis inuestituræ, cum in omni dispositione factum superioris reseruatum censeatur, maximè cum emphyteuta careat omni dolo, non solum ob dictam publicam causam, sed etiam quia in venditione huiusmodi terrarum præstitit cautionem pro securitate precij, ne dum in fauorem emptoris, sed etiam ipsius Ecclesiæ, cuius 14 dominium non occultauit, aut læsit, † Vnde his omnibus concurrentibus, non requisito etiam Ecclesiæ consensu, potuit bona fide ad venditionem deuenire, *vt fuit resolutum in causa Romana Deuolutionis 11.Decembris 1585.coram bo.me.Penia.*

Et quoad hæc duo capita tanto magis cessat dif-15 ficultas, † cum per successiuas receptiones canonũ vsque ad annum 1625. censeatur in omnem euentum remissa præcedens caducitas, *l. post diem.ff de leg.commiss.Cyn.in l. commissaria. num.4.in fin.C.de pact.int.empt.& vendit. Alberic. in l. Emilius.num. 4.ff.de minor.Mantic.de tacit.lib.22.tit.33.num.3. & seqq.Surd.cons.136.num.44.& fuit resolutum in Bononien.Caducitatis 10.Martij 1570. coram bo.me. Robusterio, & alibi sæpissime.*

16 Nec Abbati suffragantur protestationes, † quia, cum sint contrariæ facto, non possunt operari, vt ex illis dicatur præseruatum ius deuolutionis, *l. si ex-17 traneus. in prin.ff.de acq. hæred.* † etenim exactio pensionis, & caducitas sunt de diametro contraria, non reperitur aliquid, quod protestanti possit reseruari *vt bene per Guid.Pap.dec.171.& dec.172.vbi Add.* est enim inconueniens, quod quis eodem met tempore habeatur, & non habeatur pro emphyteu-18 ta, ideo † quidquid protestatio, et verba dicant, factum præualet, *vt dicit Bald.cons.8.nu.2.lib.1.Clar. qui testatur de commun.in §.emphyteusis.q.10.sub n. 1.vers. sicut autem est. Cyn.in l.2.num.10.C.de iur. emphyt.Ruin.cons.110.nu.4.lib.1.Mantic.de tacit d. tit.33.num.5.& dec.200. per tot.*

Nec deniq; releuat tertium, quod prætenditur ex corrosione terrarum sequuta ob prætermissa reparamenta fluminis Potenzæ, et neglectam aggerũ constructionem, quia, vt deponunt testes formiter examinati, impossibile est, vt repararetur damnum fluminis, nisi ab antecedentibus incipiat reparatio, et in hoc prædicti testes assignant rationem satis concludentem, quia scilicet, cum flumen nõ labatur recta linea, sed incurua per alueum, deberet impediri ista fluminis incuruatio in ea parte, in qua in-19 cipit Inflecti, non autem in medio, vnde, † cum emphyteuta circa hanc deteriorationem vacet omni culpa, non potest incurrere caducitatem, *ad tradita per Bald.in auth. qui rem.num.4. C.de sacr. eccles.*

Non obstant contrariæ attestationes Peritorum, 20 quia sunt simplices fides, † et in conflictu probationum illæ potius attendi debent, quæ excusant, quam 21 quæ tendunt ad inducendam deuolutionem, † quã cessante dolo Rota semper cõsueuit maturi iudicio euitare, *Mantic.de tacit.lib.22. tit.28.num.35.* et in puncto contra eumdem Abbatem *dixit Rot.in dicta Lauretana Bonorum 27.Iunij 1614. coram bo.mem.* 22 *Patriarcha Manzanedo,* vbi † quod causa etiam leuis excusat.

Et ita conclusum vtraq; parte informante etc.

R.P.D. Pirouano

Anconitana Florum

Veneris 10. Maij 1630.

SVMMARIA.

1 *Censurarum via pro executione mandati de manutenendo videtur posse omitti; vbi potest procedi per mandata executiua, vt citra Montes, & in Statu Ecclesiastico.*

2 *Pignorandæ non sunt particulares personæ pro debito Vniuersitatis, nisi adsit obligatio, statutum, vel Consuetudo.*

3. *Capi non debent singulares personæ pro debito Communitatis.*

4 *Executio pro munere personali Communitatis facienda est in bonis Communitatis.*

5 *Nuncio, seu Apparitori creditur referenti, se non reperiisse bona ad effectum exequendi mandatum.*

6 *Vniuersitas non habens de proprio tenetur pro soluendo debito collectam imponere, & ad eam exactorem deputare.*

7 *Exactori Communitatis soluere recusantes sunt carcerandi.*

8 *Vniuersitate nolente Collectam imponere pro soluẽdo debito potest imponere Iudex, vel procedere prout in causis priuatorum, & in defectu bonorũ ad capturam procedere.*

Decisio CCLXXVI.

RESoluto dandum esse mandatum de manutenendo Communitati Ciuitatis Anconæ in quasi possessione cogendi Communitatem Terræ Offaneæ deferendi Flores ad eamdem Anconæ Ciuitatem pro veneranda solemnitate Sãctissimi Corporis Iesu Christi, fuerunt exinde relaxata mandata ad effectum paritionis, ac legitimè Communitati Offaneæ prædicta intimata, qua paritione neglecta fuit processum ad captionem pignorum, et personarum carcerationem, ac etiam resolutum 27.Martii 1626. vt contra eamdem Communitatem procederetur per censuras, et interdicta.

1 Quoad Censuras visum fuit Dominis † hanc viã posse omitti, vbi per relaxationem mãdatorum executiuorum procedi potest, prout non dubitatur posse citra Mõtes, et in Statu Ecclesiastico. *Cassad.dec. 6.nu.11.de caus.poss.& propr,Rot.dec.2.nu.53.vers. quod Auditor.de rescript.in nou.& dec.43.in fin.corã Papa Greg.XV.*

2 Similiter † et bona particularium de Vniuersitate non sunt pignoranda pro debito Communitatis, quia in præsenti cessant obligationes, singulorũ, vel Communitatis singulorum nomine Statuta, et Consuetudines, *Bald.in l.etiam. nu.16.C.de execut. rei iud.Coller.de process.execut.lib.2.cap.3.nu.373. & seq.*

& seq. Puplen. in form. libell. act. hypothec. in verb. mutuo. numer. 12. Afin. in prax. §. 31. cap. 2. lim. 44. Carpan. ad Statut. Mediol cap. 219. numer. 12. vol. 1. 3 † nec minus personæ particularium possunt carcerari per eamdem rationem, quia non tenentur pro debito Communitatis, *idē Coller. de process. execut. d. par. 2 cap. 3. num. 369. & Rota firmauit in Ciuitatis Castellana Iurispatronatus 10. Nouembris 1625. coram D meo Merlino.*

Rectius igitur existimabant Domini in præsenti casu, in quo non agitur de obligatione descendēte ex contractu, sed pro expediendo munere personali; colligendi scilicet flores, et illos deferendi ad 4 Ciuitatem Anconæ, † mandata esse exequenda primo contra bona Communitatis, quia in hac parte non differunt à bonis priuatorum, *Bald. & Castr. in l. Ciuitatis. ff. quod cuiusq; vniuersit. nam Bald. in d l. etiam. num. 12. C. de execut. rei iudic.* decens solutionem faciendam esse in bonis Communitatis, puta in molendinis, et nemoribus, quia in molendinis, et nemoribus, quia in Camera sunt, *idem firmant Bart. Ang. Alex. Ias. in l. 4. §. actor. ff. de iud. per l. 2. ff. quod cuiusq; vniuers. Aegid. Thom. de collect. pag. 358.* bonis autem immobilibus non repertis iuxta 5 Nuncij, vel Apparitoris relationem † quibus in hac parte standum, est, *Bart. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. num. 7. ff. de re iud.* 6 † tunc tenetur Vniuersitas collectam imponere, et exactores collectæ deputare pro soluendo debito, *Bart. in d. l. 4. §. actor. num. 12. ff de re iud. & in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; vniuers. nomin. Cran; cons. 195. num. 1. Natt. cons. 520. num. 2. lib. 3. Ludou. decis. Perus. 43. num. 1. Marc. decis. Delph. 490. num. 11. lib. 1. Losæus de iure vniuers. par. 3. cap. 9. nu. 9.* 7 † recusantes autem exactoribus soluere possunt detineri, et carcerari, *Bart. in d. §. actor. num. 7. Ang. ibid. num. 2. Marc. ead. dec. 490. num. 7.*

8 Quod si † illi de Vniuersitate nolunt Collectam imponere, poterit Iudex illam imponere, *vt dicit Bart. in eod. §. actor. num. 8.* vel procedere prout in causis priuatorū *iuxta dispositionem l. Ciuitas. ff. quod cuiusq; vniuers.* vt deficientibus bonis deueniatur ad capturam personarum, *l. 1. C. qui bon. ced. poss. gl. in l. 3. ff. de suspec. tut. Ias. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. num. 2. ff. de re ind.* seruando formam notatam *per Bald. in l. etiam num. 14. vers. modo ergo quæritur. C. de re iud* vt capiantur Consules, et Populus subore confusus seluat.

Et ita etc.

R. P. D. Motmano

Suessana Beneficij

Veneris 22. Maij 1630.

SVMMARIA.

1. *Executor mixtus, non merus dicitur quis propter clausulas verificato etc. et dummodo non sit alteri ius quæsitum etc. & partes Iudicis assumere debet.*
2. *Et tenetur oppositas exceptiones admittere, & an sit necessaria litis contestatio.*
3. *Executor mixtus potest extraiudicialiter procedere beneficij possessione vacua existente.*
4. *Lim. secus constito sibi de alterius interesse, & iure.*
5. *Possessio à mixto Executore data intra terminū ad appellandum, seu etiam appellatione interposita à docente de interesse est attentatu.*

Decisio CCLXXVII.

FVerunt ad Cappellam, seu beneficium de quo agitur, a diuersis Patronis præsētati Antonius, qui literas Apostolicas prouisionis in forma Digno, & Carolus, qui similes literas in forma Gratiosa sub eadem data expeditas vno, eodēq; die Vicario Suessano in vtrisque literis cum clausula gratificationis deputato, sub diuersis tamen instantijs exhibuerūt. Nam primus petijt, & obtinuit, vt idem Vicarius, extraiudicialiter procedendo, decerneret immissionem ad sui fauorem, alter vero, et Patroni, qui eum præsentarunt, pro suo quisq; interesse comparentes protestati fuerunt, quod ipse teneretur assumere partes mixti Executoris, iudicialiterq; procedere, alias ad Sedem Apostolicā appellarunt, et post latam dictæ immissionis sententiam interposita iterum appellatione, causaq; mihi commissa obtinuerunt disputari dubium; An huiusmodi sententia, et inde secuta sint nulla, et attentata, quod affirmatiue fuit resolutum.

1 Cum enim † propter clausulas, *verificata, quod Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione existat, & dummodo non sit alteri ius quæsitum* in dictis literis Antonij appositas, idem Vicarius esset mixtus, nō autem merus illarum Executor partes Iudicis, et cognitoris tenebatur assumere, *vt in puncto fuit resolutum in vna Bergomen. Beneficij, seu Iurispatronatus 24. Nouembris 1624. coram bo. me. Vbaldo, & fuit prius dictum in Tirasonen. Eleemosinariæ, quæ est dec. 52. num. 2. par. 2. recent. iuxta gl. magistralē, quæ habetur in clem. vnic. in verb. reperit. de offi. deleg. & Ant. de Butr. qui hunc articulum latè examinat in cap. fin. sub nu. 7. vers. & si datus executor* 2 *cum alijs clausulis de præsumpt.* ac † etiam oppositas exceptiones tenebatur admittere, *iux. tex. in c. accepimus. in fin. & ibi gloss. in verb. exceptiones. de ætat. & qualit. Abb. in d. c. 1. n. 13. circa fin. vers. quod si comparetis de præsumpt.*

Non obstat, quod prædictus Vicarius potuerit nihilominus extraiudicialiter procedere ad literarum dicti Antonij executionem, quandoquidem petitio dictorum opponentium, quod iudicialiter procederetur, in his terminis requirebat litis contestationem, *vt Abb concludit in d. c. fin. num. 24. & seqq. quem refert, & sequitur Felin. ibidem num. 27. vers. an autem lis sit contestanda. de præsumpt.* quæ litis contestatio non videtur interuenisse, cum nulla neque ex parte dicti Caroli prouisi, neque ex parte aliorum opponentium citatio contra Antonium fuerit præmissa, *iuxt. clem. fin. vt lit. pend.* quæ est litis initium, *gl. in §. fin. Inst. de poen. tem. litig. & in rubric. ff. de in ius voc.* fuit enim responsum, quod petitio dictorum opponentium continebat causam prouisionis beneficij, in qua sine libello, et summarie potuit procedi, *iuxt. clem. dispendiosam. de iudic.* et ad merita causæ deueniri sine litis contestatione, *clem. sæpe. de verb. signif. & dixit Rot. coram Reuerēdissimo D. meo Decano dec. 443. nu. 2. Soccin. in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. Maran. in specul. iudic. par. 4. dist. 9. numer. 28. ac etiam sensit Abb. in præalleg. c. fin. nu. 14. subiungens, saluo eo, quod habetur in clem. 2. quæ incipit, Dispendiosam. de iudic. ac sequitur ibidem Felyn. num. 27 circa fin.*

Neque obstat, quod possessio dicti beneficij esset 3 vacua, † quo casu nullius requiri citationem, neque Executorem partes Iudicis teneri assumere, *notat Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 141. & fuit dictū in Aurien. Parochialis de Pno 17. Aprilis 1600. co-* 4 *ram bo. me. Cardinali Lancellotto*, quia Carolus, † licet non possideret, tamen exhibendo literas suæ prouisionis sufficienter docuit de suo interesse, immo

mo probauit sibi esse ius quæsitum, si non in rē, saltē ad rem ex præsentatione, vt diceretur legitimus contradictor, cui per clausulam in literis dicti Antonij appositam, *dummodo de tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum &c.* non præsumitur Pontificem voluisse derogare, aut aliquod inferre præiudicium, *Rot. dec. 17. de præb. in nou. & fuit dictum in præalleg. decis. 52. in fin. par. 2. recent. ac in Bergomen. Beneficij, seu Iurispatronatus 24. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo*, et idem videtur sensisse in *d. dec. Aurien. Parochialis de Pao 17. Aprilis 1600. coram Cardinale Lancellotto, quam allegat dictus Garz. in add. ad 6. par. sub numer. 141.* dum ibi concludit, non fuisse necessariam citationem eorum, qui à Patronis fuerunt præsentati, quia nemo comparuerat, neq; de aliquo eorum cōstabat interesse.

Cum autē dictus Executor pronunciauerit, Antonium immittendum esse in beneficij possessionē non vocato Carolo, et non obstante appellatione per eum ab vlteriori processu extraiudicialiter interposita cum exhibitione literarum suæ prouisionis, ex quibus dicta appellatio fuerat iustificata, *iuxt. dec. Mantic. 324. num. 4. in fin.* huiusmodi sententia à vitio nullitatis defendi non potest, *l. 1. §. item cum. ff. quæ sent. sine app. rescind. gl. in c. cum cōtumacia. in verb. respōderit. de hæret. in 6. Rot. in Pampilonen. Parochialis 5. Iulij 1600. coram bon. me. Penia*,

5 et idem Carolus iure potuit iterum appellare, † vnde possessio in dictæ sententiæ executionem intra terminum ad appellandum subsecuta fuit attētata, *c. venientes. §. fin. de iur. iur. cap. non solum. de appellat. in 6. Mohed. decis. 11. numer. 2. de præb. & fuit decisum coram me in Nucerina Parochialis 21. Maij anni præteriti.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Melitensis Pensionis

Veneris 7. Iunii 1630.

SVMMARIA.

1 *Pensionarius in petitorio tenetur iustificare narrata in reseruatione, nisi titularis reseruationi consenserit. Ampl. vt num. 3. & 5.*

2 *Pensio corruit non probato concludenter Beneficij valore.*

3 *Pensionis reseruationem quis fatendo non fatetur reseruationem validam.*

4 *Confessio probat actum, sed non probat, an actus ciuiliter, vel naturaliter factus fuerit.*

5 *Pensionis reductionis acceptatio non æquipollet consensui in illius reseruatione.*

6 *Pensionarius existens in quasi possessione exigendi non tenetur iustificare narrata.*

7 *Decl. procedere in iudicio manutentionis, secus in petitorio.*

Decisio CCLXXVIII.

1 FVit resolutum sententiam A. C. quæ dat absolutoriam pensionario esse iniustam, † cum enim agatur in petitorio, et Matthęus Capponus titularis non consenserit reseruationi pensionis, nec illam soluerit per 30. annos, pensionarius tenetur iustificare narrata in reseruatione pēsionis, *ex adductis per Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 424. Mantic. dec. 196. num. 3. & fuit dictum in causa Rauennaten. Pēsionis coram bo. me. Litta apud Marches. par. 2. fol. 614. & alios sæpissime.* vnde ei non poterat dari absolutoria, cum teneretur probare *iuxta not. in l. qui accusare. C. de eden.* præsertim tenetur plenè, et concludenter probare beneficium esse valoris 300. ducat. auri de Camera cum affirmatiuè ille fuerit narratus, ita vt nō sufficiat probatio per famam, *Mohed. dec. 3. num. 7. de testib. Rot. dec. 380. & dec. 381. num. 2. par. 1. diuers. Seraph. dec. 1009. n. 2. Rot. dec. 444. num. 2. par. 2. recent. & fuit sæpissimè*

2 *resolutum.* Vnde, † si non probatur valor modo prędicto, tota pensio corruit, *Garz. de benef. par. 1. c. 5. nu. 426. vers. ad secundum respondetur, & nu. 427. Rot. dec. 626. nu. 5. par. 1. diuers.*

3 Non obstat, † quod perinde est, ac si titularis cōsensisset reseruationi pensionis, cum in instrumento reductionis pensionis inter partes celebrato fuerit narratum beneficium esse grauatum dicta pensione, vt in similibus terminis de impetrante beneficium sub eadem narratiua *fuit dictum in decisionibus allegatis per Add. ad dec. 57. num. 17. sanct. me. Greg.* quia, cum idem et fuisset dictum *in causa Auersana Pensionis 30. Martij 1626. corā R. P. D. meo Merlino*, repropolita causa 27. Martij 1628. fuit recessum à dictis decisionibus; nam impetrans beneficium fatetur quidem, illud esse grauatum pēsione, sed non ideò fatetur pensionem esse validè reseruatam, cum etiam potuerit inualidè reseruari, *iuxta not. per Bald. in cons. 269. in fin. vers. alia q. lib. 1. & cons. 270. n. 11. & 12. vers. dicit aliquis. eod. lib.*

4 *1.* quibus locis probatur, † quod si actus potest fieri ciuiliter, et naturaliter, confessio probat quidem actum, non autem, an ciuiliter, vel naturaliter fuerit factus, cum vtroque modo potuerit fieri, *Alex. cons. 179. nu. 4. lib. 2. Paris. cons. 107. num. 2. lib. 1. & cons. 104. num. 90. lib. 1. Felyn. in c. si cautio. num. 53. vers. sed si circa hanc. de fid. instr.*

5 Neque obstat, quod inter partes fuerit reducta ista pensio; † Quia acceptatio huius reductionis facta per rectorem non æquipollet consensui præstito de tempore reseruationis, et ratio diuersitatis est, quia, dum quis ab initio consensit, vna cum illius consensu interuenit auctoritas Papæ reseruantis pensionem, et ideò illo casu pensionarius nihil tenetur iustificare, quia, cum titularis consentit, Papa præsumit, quod per pensionarium fuerit narrata veritas, at secus est in casu nostro, quia, cum non interuenerit auctoritas Summi Pontificis, titularis non potuit præiudicare Ecclesiæ per talē consensum etiam in se assumendo onus probandi, quod beneficium sit tanti valoris, cum hoc probare spectet ad pensionarium, *vt supra dictum est, & bene ad propositum facit Surd. dec. 159. num. 16. & Rot. in causa Oscen. Pensionis 27. Iunij 1601. coram me*, vbi quod etiam quod titularis successor se obligauerit in forma Cameræ de soluenda pensione, nihilominus pensionarius non liberatur ab onere iustificandi.

6 Non obstat, † quod pensionarius est in quasi possessione exigendi, et ideò non tenetur iustificare narrata, *Mohed. dec. 9. de caus. poss. & propr.* Quia

7 † hoc est verum, dum agitur in iudicio manutentionis, secus autem quando agitur in petitorio, *vt fuit resolutum in Salmantina Pensionis 26. Martij 1593. coram bo. me. Gyptio, & fuit dictum in d. causa Oscen. coram me &c.*

Et ita conclusum vtraque parte informante etc.

R. P. D. Verospio.

Oueten. Canonicatus.

Veneris 7. Iunij 1630.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo ex eisdem, non ex nouis probationibus iustificandum est.*
2 *Litera Apostolicæ sunt exequenda statim atq; iustificata sunt.*
3 *Decretum irritans inficit omnia, quæ deindè secuta fuerunt.*
4 *Alternatiua vt locus esse incipiat., an requiratur scientia Episcopi de illius impetratione.*
5 *Alternatiua an locum habeat Episcopo non residente.*

Decisio CCLXXIX.

POstquam per executionem litterarum Apostolicarum fuit Ioanni Garziæ de Viano cōcessa in partibus immissio in possessionem Canonicatus, & præbendæ in Ecclesie Oueten. deuoluta ad me causa p appellationē hodie proposui dubium, An eidem concedenda esset manutentio in possessione eiusdem Canonicatus, & præbendæ, quę tamquam reseruata à Sede Apostolice obtinuerat, aut quatenus manutentio eidē debire dici non posset (cum omnia narrata in literis non fuissent ab eo coram Executore iustificata, vt opus habebat, propter anteriorem possessionem, & contradictionem sibi factam à Christopharo Serrano prouiso de hoc eodem Canonicatu ab Ordinario) An saltem concedenda eidem esset iterum immissio iustificatis omnibus, quæ coram Executore omissa fuerunt: & Domini omisso dubio manutentionis, quod visum fuit non carere difficultate, † dum ex eisdem, non autem ex nouis probationibus necesse erat iustificare mandatum de manutenendo, neque satis erat ea solum probare, quæ præcipua erant, & videri poterat fundamentum ipsius gratiæ, & responderunt eidem Ioanni Garziæ immissionem denegari non posse, † propter executionem, quam habent literæ Apostolicæ, post quam fuerunt iustificatę, *cap. si capitulo. & ibi glos. in verb. exequatur de præb. lib. 6. c. literis. de rescript. Cassad. dec. 10. n. 8. eod. tit. Mohed. dec. 13. vt lit. pend. Sarnen. in compend. vtrinsq; Signat. num. 89.* & quod ad earumdem literarum iustificationem attinet, probata visa fuerunt omnia, & singula, quæ fuerunt exposita in literis et probationibus factis in Curia, ex quibus plenissimè doctum fuit tam de vacatione huius Canonicatus per obitum in mēse reseruato, quam demum de gradu, clericatu, & origine, quam ipse ducebat ex Diœcesi Oueten.

De reseruatione vero, super qua consistebat gratia, et prouisio eiusdem Ioannis Garziæ, præterquā quod illa coram Executore etiam probata fuerat, visum fuit dubitari non posse, cum ex libris Datariæ ostensum fuerit 22. Mensis Augusti, postquam sequenti mense Septembris contigit huius Canonicatus vacatio acceptatam fuisse ab Episcopo alternatiuam, vt propterea idem mensis Septembris fuerit ex pacto reseruatus Papę, et nulla fuerit prouisio de eo facta ab Ordinario, aut possessio, quam ex causa eiusdem prouisionis Christophorus Serranus assequutus fuerat propter decretum irritans in regula reseruatoria, † ex quo inficiebantur omnia, quę sequuta deinde fuerunt, *c. si eo tempore. cum ibi not de elect. in 6. Cassad. dec. 1. num. 2. de restit. spol. Rot. dec. 3. nu. 1. eod. tit. in nou. Put. dec. 94. nu. 2. & 4. lib. 1. & dec. 196. num. 1. lib. 3.*

Neq; obesse his visum fuit, † quod huius alternatiuæ notitiam aliquam non habuerit Episcopus, vel ille vsus non fuerit, & propterea mensis Septēbris nunquam desierit esse Ordinarij, quia, cum cōsensus Episcopi satis iustificaretur ex literis ab eodem Episcopo ad Curiam transmissis pro impetranda hac gratia alternatiuæ (sicut satis habet regule ad hoc, vt incipiat Episcopo currere vsus ipsius gratię, & obseruauit Rota ex verbis eiusdē regulæ *dec. 144. num. 9. par. 2. recent.*) non fuit opus alia scientia ipsius Episcopi, sed perfecte gratia statim sequuto consensu Papæ cæpit esse Apostolicus, qui primus successit mensis post acceptatam alternatiuam, *vt latè prosequitur eadem dec. 144. par. 2. recent. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gl. 63. n. 20. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. §. 12. num. 764. & 768.* † sua vero absentia, quæ neque hoc casu probata fuit nō potuit Episcopus præiudicium Papæ inferre in eodem mense, cum, licet Episcopus non residendo nō habeat vsum alternatiuæ, non ideo tamen dissoluatur permutatio facta in eiusdem alternatiuæ acceptatione, sed tantum suspēdatur illius vsus durante eiusdem Episcopi absentia, vt propterea salua, & firme manente concessione neq; potuerit hoc casu Episcopus redire ad suos mēses ordinarios sine nouo Papæ consensu, *Gonzal. ad* reg. 8. *Cancell. glos. 43. numer. 116. 134. & 154. Mandos. cons. 18. num. 8. & 9. Rota in Maioricen. Canonicatus 15. Septembris 1593. coram Cardinali Mellino, in Sulmonen. Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Cardinali Lancellotto,* & in hac opinione residisse Rotæ contra sententiā, quam antiquitus habuit, huic contrariam *dictum fuit in Paduana Prioratus 5. Decembris 1624. corā R. P. D. meo Pironano, & in Papien. Beneficij 10. Aprilis 1617. coram bo. me. Andrea.*

Demum, quod hæc impetratio facta fuerit, antequam Canonicatus vacaret, ex facto visum fuit cessare, cum error, qui irrepserat in literis, & continebat datam anni 1625. fuerit correctus, posito eius loco 1626. quo tēpore, et vacauit, et fuit à Ioanne Garzia obtentus huiusmodi Canonicatus.

Ex quibus dixerunt Domini, dandam esse immissionem eidem Ioanni Garziæ facta tamen ab eo renunciatione possessionis, quā ex decreto Executoris obtinuerat.

Et ita vtraque etc.

R. P. D. Dunozetto

Romana Vinea de Capocefalis

Lunæ 14. Ianuarij 1630.

S V M M A R I A.

1 *Possessio ad effectum manutentionis sufficit probata vel per vnicum testem aduersarij, vel per cōfessionem eiusdem.*
2 *Possessio capta pendente termino ad appellandum à sententia appellabili est nulla, attentata, & non manutenibilis.*
3 *Ampl. etiam quod postea non fuerit appellatum.*
4 *Pro spoliato non dicitur quis se habuisse ex consensu præstito in deputatione Iudicis in statu, & terminis, coram quo institerit pro manutentione.*

De-

Decisio CCLXXX.

PLacuit Dominis decisio emanata in hac causa coram me sub die 26. Ianuarij præteriti, qua firmatum fuit, Capocefalis dādum esse mandatum de manutenendo in possessione Vineæ, de qua agebatur, quia † de illorum possessione visū fuit constare ea depositione vnius testis ex aduerso pro Strinis, quarum probationum altera sufficit ex iuribus in dicta decisione citatis.

1

Nec obstare visa fuit possessio dd. de Strinis capta vigore decreti, et mandati de immittēdo, quia, vt alia decisione dicebatur, † cum à dicto decreto daretur appellatio, possessio inde secuta infra terminum ad appellandum dicitur nulla, et attentata et sic non manutenibilis, *Rot. dec. 225. num. 4. par. 1. recent. cum alijs allegatis.*

2

3 Nec † releuat, quod à dicto decreto de immittendo non fuerit per Capocefalos appellatum, et propterea possessio inde sequuta etiam intra terminum ad appellandū non dicatur attentata. Quia licet possessio antedicta ob non interpositam appellationem non esset attentata, attamen, ex quo fuit capta intra terminum ad appellandum, remāsit nulla, *Mohed. dec. 11. nu. 2. vers. & licet postmodum. de præb. Cæs. de Graff. dec. 2. num. 4. vers. sed placuit de appell. Seraph. dec. 229. num. 4.* quidem nullitas possessionis operatur, vt ea non sit manutenibilis, *Purpur. cons. 43. nu. 14 lib. 1. Guidop. cons. 208. post nu. 3. Menoch. de retin. poss. remed. 1. n. 2. Cassad. dec. 5. in fin. de Iurepatr. Rot. dec. 41. num. 1. par. 2. diuers.*

4 Minus obstat, † quod Capocefali post dictam possessionem captā per suptadictos de Strinis passi fuerint deputari ab A. C. alios Iudices in eodem statu, et terminis, in quibus causa reperiebatur, et sic tacitè acquieuerint dictæ possessioni captæ per dictos de Strinis, et ita se habuerint pro spoliatis. Quia placuit responsio, quod, cum prædictæ deputationes fuerint ad effectum cognoscendi super manutentione, et Capocefali coram eisdem Iudicibus institerint semper pro manutentione, non potest illos præsumi se habuisse pro spoliatis, *Rot. coram Gregor. XV. dec. 555. num. 1. & ibi Add. numer. 11. per tot.*

Denique non obstat, quod altera ex dictis deputationibus Iudicum facta fuerit ab A. C. ad effectū cognoscendi super petitorio cum clausula, sit mo remanente mandato de manutenendo relaxato ad fauorem dd. de Strinis; Quia obiectum visum fuit cessare ex facto, ex eo, quia dicta deputatio non habuit effectum, cum idem A. C. eos ab ea reposuerit, et causam alteri Iudici simpliciter comiserit.

Et ita vtraque etc.

R. P. D. Verospio.

Placentina Decimarum de Truxillo.

Lunæ 17. Junij 1630.

S V M M A R I A.

1 *Bonum ius Episcopi, & Capituli ad effectum manutentionis in quasi possessione exactionis decimarum in quibus consistat.*

2 *Examen factum mediante procuratore non habente mandatum nulla facta opositione potest postea ratificari, & ad illud sustinendum sufficit mandatum litis consortis.*

3 *Præscriptio quadragenaria satis est ad manutentionem in exactione decimarum, vbi iuris cōcurrit assistentia.*

4 *Testes suum dictum ex interuallo in præiudicium partis reuocare non possunt, sed ei standum est.*

Decisio CCLXXXI.

CVM post plures decisiones, quæ coram bo. me. Buratto, et me facta fuerunt, et in quibus firmatum fuit bonum ius Episcopi, et Capituli ad effectum manutentionis in possessione harum decimarum personalium, peteretur ab eodē Episcopo, et Capitulo mādatum de manutenendo, neq; Vniuersitas loci de Trusello tot decisionibus acquiesceret, proposui iterum dubium toties resolutum, et Domini perstiterunt in decisis. † Bonum enim ius Episcopi, et Capituli videbatur indubitatum tam ex iuris assistentia, quę deduci poterat ab Episcopo, vel ea iure coęquali, quod habebat cum Parochis super his decimis, quorum aliqui erant in causa, et quorum omnium nomine fiebat etiam habebat omnium Ecclesiarum suę Diœcesis, et ex qua ad easdem decimas Parochis negligentibus agere poterat; Quam ea constitutione Synodali, quæ ex diuturniori obseruantia præsumebatur confirmata à Sede Apostolica, et demum ex possessione, quam immemorabilem probauerat super hoc iure exigendi, et hæc omnia considerata fuerunt coram me 10. Decembris anni proxime præteriti.

1

Neque obesse visæ fuerunt nullitates, et oppositiones factæ contra testes, qui et plures numero, et plures super probatione huius possessionis fuerunt examinati, omissis enim alijs omnibus examinibus anni 1588. 1590. et 1592. super quibus hodie Episcopus, et Capitulum neque insistebant, neq; fundabant suam probationem, examē testium anni 1601. impugnari non poterat, cum eius validitatē firmauerit semel, atque iterum Rota, *vt in dec. 17. Februarij, & 11. Maij 1618. coram bo. me. Buratto.* Ita vt, dum hodiè de veritate, et iustitia decisionū non quæreretur, vt immo disputaretur causa cum supposito earumdem decisionum, satis non esse allegare nullitatem examinis, quia neq; etiam probabatur. Defectus mandati Episcopi, quæ sola nullitas opponebatur, † huic examini obesse non poterat, cum de eodem mandato non fuerit oppositum, ita vt potuerit examen postea ratificari, *Curt. Iun. cons. 63. num. 6. lib. 1. Rot. dec. 19. de permut. procur. in antiq. & dec. 7. num. 5. eod. tit. in nou. Achill. dec. 6. eod. tit. Rot. dec. 646. num. 6. part. 2. recent.* et ijdē testes fuerint examinati cum mandato procuratoris Capituli, ex cuius persona satis est, vt valeat, et sustineri possit examen.

2

Altera exceptio, quæ opponebatur eisdem testibus, vt repetiti anno 1623. ad instantiam Vniuersitatis reuocauerint suam attestationem, ex facto cessabat; Nam ex quadraginta septem testibus, quos iterum Vniuersitas examinauit soli viginti, et vnus negarunt se deposuisse super immemorabili, reliqui vero sex, et viginti suum dictum non reuocauerint. Et ita ea eorum depositione satis, superque probata videri poterat eadem immemorabilis, qua etiā exclusa, † satis erat quadragenaria propter iuris assistentiam, *cap. ad aures. de præscript. cap. 1. eod. tit. lib. 6. Rebuff. de decim. q. 13. num. 8.*

3

Sed neq; obesse poterat, quod primum dictum suum reuocauerint, cum id ea interuallo facere nō potuerint in præiudicium partis; et adhuc eidem dicto standum est, *Bart. in l. si quis in graui. §. 1. ff. ad Syllan.*

4

Syllau. Felyn. in cap. cum in fua. num. 4. de testibus Farin. qui alios cumulat, & testatur de communi qu. 66. num. 124. & 127. Rot. dec. 19. eod. tit. in nou. & dec. 346. num. 2. par. 1. diuers.
Et ita etc.

R. P. D. Queipo

Romana Dotis, & Saluiani.

Veneris 24. Ianuarii 1630.

S V M M A R I A.

1 *Articuli solent admitti cum clausula*, Si, & in quãtum, & saluo iure impertinentium, & non admittendorum.
2 *Clausula*, Sine præiudicio legitimæ executionis, *præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, & num.* 11.
3 *Excessus executionis cognitio spectat ad Iudicem à quo, vbi est causa appellationis cõmissa sine præiudicio legitima executionis.*
4 *Articuli admissi ab vno Auditore possunt probari coram alio, cum omnium sit vnum tribunal, & vnus alterius subrogatus.*
5 *Appellatio datur ab excessu in exequendo.*
6 *Excessum dicitur in executione, si facta sit in re in sententia non comprahensa.*
7 *Excessus in executione sententiam non vitiat.*
8 *Clausula*, Sine præiudicio executionis, *non tollit iurisdictionem Iudicis ad quem in effectu deuolutiuo.*
9 *Lim. secus in cognitione excessus executionis, quia remanet Iudici à quo.*
10 *Appellatio regulariter habet effectum deuolutiuũ, & suspensiuum.*
11 *Lim. secus in iudicijs executiuis.*
12 *Articuli irreleuantes non retardant expeditionem causæ.*
13 *Saluiani immissionem passo licitum est possessionem recuperare extincto debito.*
14 *Intellige vt tamen creditor debeat prius sibi vsque ad obulum satisfacere.*

Decisio CCLXXXII.

PRoposito dubio die 20. Decẽbris proximati. An hæc causa esset expedienda, & quomodo, vel potius articuli pro parte D. Iuliæ præsentati essent admittendi cum retardatione, vel sine, & capta resolutione pro causæ expeditione, & articulorum admissione non retardata tamẽ expeditione causæ, † & cum solita clausula, si & in quãtum, & saluo iure impertinentium, & non admittẽdorum, hodiè ad instantiam eiusdem D. Iuliæ renouata disputatione placuit Dominis in decisis persistere, cum de iniustitia sententiæ D. mei Durani plene constet, tam ex decisionibus coram dicto D. meo, quam coram me factis, quarum fundamenta, cum non tollerentur ab informãtibus pro D. Iuliæ, Dominis placuerunt.

Cui expeditioni tam respectu confirmationis immissionis datæ à dicto D. meo Durano, quam retentionis Dominæ Domitillæ competentis iuxta resolutiones coram me factas visum fuit Dominis non obstare articulos pro parte Dominæ Iuliæ præsentatos, et à me admissos, quia, cum secundi, & tertij articuli, super quorum releuantia maximè insistebant informantes pro D. Iulia, contineant prætensum excessum commissum ab Executore in exequendo sententiam dicti D. mei, non videntur releuantes ad effectum impediendi expeditionẽ causæ, quia, cum causa mihi reperiatur commissa cum clausula, Sine præiudicio legitimæ executionis; 2 † quæ præseruat iurisdictionem dicti D. mei Durani Iudicis à quo, *ex trad. à Cas. de Grass. dec. 3. num. 4. sent. & re iud. cum aliis relatis in dec. facta 20.* 3 *Decembris proximati coram me*, † et ad illum spectet cognitio, an fuerit modus excessus in exequẽdo, *vt consuluit Bero. cons. 22. nu. 18. lib. 3. & firmat Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 53. num. 33.* propterea probationes super prætenso excessu coram eo, non coram me Iudice ad quem sunt faciendæ, quia esset absurdum, quod vnus esset Iudex in concernentibus executionem, et coram alio fierent probationes, *vt considerat Bero. d. cons. 32. num. 19.* nec est inconueniens, quod à me admittantur articuli, prout fuerunt admissi cum clausulis, *Si & in quantum, & saluo iure impertinentium, & non admittendorum, ac non retardata causa expeditione*, et nihilominus probatio fiat coram D. meo Durano, quia, cum adsint clausulæ præseruatiuæ iurisdi-4 ctionis alterius Iudicis, † simul stare potest, quod coram me fuerint admissi articuli, et probationes coram suo Iudice fiant, et in hac parte non deficit iurisdictio, cum omnes Auditores faciant vnum tribunal, et vnus dicitur alterius subrogatus, *vt apud Put. dec. 339. n. 2. lib. 3. in correct. Rot. dec. 16. n. 4. par. 4. diuers. & coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 369. num. 2. & ibi Add. cum aliis deductis coram D. meo Pironano in Corduben. Decimarum 9. Nouẽbris* 1626. Ideoq; quamuis iste allegatus excessus com-5 missus ab Executore probetur, † à quo concedi appellationem admiserunt Domini, *ex tex. in l. ab executione. C. quor. app. non recip. cap. quoad consul-6 tationem. 15. in fin. vbi glos. fin.* † docet modum executionis excedere executorem, quando in alia re in sententia non comprehensa executio fit, *& ibi sequuntur Abb. num. 24. & Felin. num. 15. de sent. & re ind. & eleganter tradit Bart. in d. l. ab executione num. 12. ff. de appell. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 2. §. 3.* poterit D. Iulia, executionis excessiuæ facta huius excessus probatione, et ab eo appellatione interposita coram D. meo Durano obtinere reuocationem, aut moderationem ex iuribus proximè traditis.

Præsertim quia in proposito casu non agitur de excessu sententiæ dicti Domini mei, sed de excessu 7 executionis commisso ab Executore, quod † non percutit sententiam D. Durani, sed illius executionem ex deductis, ex quo patet, D. Iuliam tanto minus posse prætendere retardationem confirmationis sententiæ dicti D. mei, et concessionem retentionis bonorum in sententia compræhensorum iuxta decisiones coram me factas, sed ad summum moderationem executionis in ea parte, in qua fuit excessum, *vt aliàs tenuit Rot. in recens. dec. 545. nu. 6. par. 2. cum aliis relat. per Add. ad dec. 198. coram Greg. XV.*

Nec obstare visum fuit Dominis deducta per informantes pro D. Iulia ex *dec. Seraph. 845. nu. 2.* 8 vbi firmatur, † clausulam, *Sine præiudicio*, non tollere iurisdictionem Iudicis ad quem, nam, licet nõ operetur effectum suspensiuum, operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognosci possit, quæ sunt verba formalia eiusdem decisionis, in qua expresse traditur per illam clausulam appositam habere dumtaxat effectum deuolutiuum, et Iudicem appellationis posse cognoscere de iustitia sententiæ, loquitur enim decisio in terminis clausulæ, *Sine præiudicio trium conformium*, quæ præsupponit cognitionem super contentis in sententijs fuisse deuolutam ad Iudicem ad quem, nos vero versamur in cognitione excessus, non quidem sententiæ, sed executionis illius,

9 illius, † de quo cognoscere debet Iudex à quo, cum quoad istum effectum eius iurisdictio per appella-10 tionem sublata non existat, licet enim † regulariter appellatio vtrumque effectum habeat, deuolutiuum, et suspensiuum, et quoad vtrumque Iudicis à quo iurisdictionem suspendat, *cap. super eo. cap. vt debitus honor. cap. ad hæc il primo d. appell. l. 1. §. vlt. ff. ad turpill. l. si causa cognita. Cod. de transact. cũ pluribus relatis per Didac. Couar. pract. c. 23. n. 1.* 11 † in iudicijs tamen executiuis appellatio non adimit iurisdictionem Iudicis à quo circa executionẽ ipsius sententiæ, *vt notant. Phil. Franc. & Imol. in c. pastoralis in princ. de appell. per tex. in cap. pastoralis. §. præterea de offic. & potest. iud. deleg. & ibi Panorm. & Doct. Couar. d. cap. 23. numer. 7. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. nu. 827.* et hoc importat clausula, *Sine præiudicio*, quæ reseruat iurisdictionem Iudicis à quo, ex supra traditis, et secundum iuris regulas procedit *d. dec. Seraphini.*

Ceteri vero articuli concernẽtes maiorem quãtitatem fructuum perceptorum à D. Dimitilla, et solitam percipi ex dicto Castro, et alijs, etiam si veritati niterentur, et essent probati, tamen, cum creditum D. Dimitillæ longe excedat summam ar-12 ticulatam tamquam † irrelevantes non debent retardare expeditionem causę, *iux. reg. tex. in l. ad probationem. C. de prob. cum aliis relatis in decisione, quæ remittitur*, præsertim quia, vt Domini considerarũt, non sunt huius iudicij, quia cum D. Dimitilla fructus ex Castro perceptos debeat in creditum imputare, *iuxta resoluta in hac causa prima Iulii anni 13 præteriti 1630. coram me*, † et extincto credito per imputationem liceat eidem D. Iuliæ Castri possessionem recuperare, *vt per Rot. coram Greg. XV. dec. 254. num. 1. Ruyn. cons. 265. lib. 5. Rolan. cons. 6. num. 37. Surd. cons. 160. numer. 7. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. nu. 148. Pacif. de Salu. insp. 4. cap. 2. nu. 220.* fructuum perceptorum liquidatio ad illud iudiciũ pertinet, quia, cum summa articulata per D. Iuliam non comprehendat integrum creditum D. Dimitillæ, ex deductis, certum est, quod pro parte D. Iu-14 liæ non potest prætendi reintegratio, † cum creditor debeat prius sibi vsque ad obulum satisfacere, *vt per Rotam coram S. M. Greg. XV. dec. 254. num. 1. & ibi Add.*

Neq; expeditionem causę potest retardare clausula *Appellatione remota*, apposita in commissione directa d. D. meo, Durano, quia ea non obstante poterit D. Iulia factis probationibus super excessu, et quantitate fructuum, vel in iudicio liquidationis dum volet possessionem Castri recuperare, vel corã D. meo Durano Iudice executionis factæ obtinere reintegrationem, et reseruationem, aut moderationem, ex superius traditis.

Ex quibus Domini vtraq; parte informante steterunt in decisis sub die 20. Decembris proximati nulla habita ratione calculi fructuum perceptorũ à D. Dimitilla firmati in decisione sub 1. Iulij anni preteriti, cum Domini à tunc resolutis in hac parte recedant.

Cardinali Lancellotto

Pacen. Cappellaniarum

Mercurij 2. Junij 1610.

S V M M A R I A.

1. *Restitutio ad Statum, & detentationem datur ex possessione per multos annos.*
2. *Amouibilis ad nutum amotus ex causa infamiam irrogante an sit restituendus, & numer. 4.*
3. *Iniuria, & iniustitia fieri dicitur, quando non fit, quod fieri solet.*
5. *Electio facta simpliciter de aliquo in Cappellanum præsumitur perpetua, vel ad nutum, non autem annalis.*
6. *Restitutio neganda non est, donec discutitur de turbida temporalitate electionis.*
7. *Emphyteuta non debet sua possessione priuari à domino ciuilem habente, vbi negocium habet difficultatem.*
8. *Titulus etiam coloratus sufficit ad effectum restitutionis etiam in beneficialibus.*

Decisio CCLXXXIII.

1 Domini dixerunt, iustam esse sententiã reintegratiuam ad fauorem Didaci, et Sebastiani, † quibus attenta eorum possessione per multos annos negari non poterat saltem restitutio ad statum, et detentationem, *Cassad. dec. 4. de restit. spol. Afflict. decis. 395. & sæpe dictum fuit.*

Neque obstat, quod Cappellaniæ sint ad nutum Capituli amouibiles, vel potius annales, quia, vt ap-paret ex responsione Capituli, electio fuit denega-2 ta ex causa irrogante infamiam, † et ideo sicut ad nutum amouibilis si remoueatur ex causa, quæ infamiam irroget, venit restituendus, cum eius intersit, quod famam suam purget, et interim non spolietur, *Rot. dec. 6. de reintegr. spol. in antiq.* ita etiam si verum esset, quod Cappellaniæ, de quibus agitur, essent annales, nihilominus, cum sit solitum, quod in quolibet Festo Sancti Ioannis ijdemmet eligantur, siuè reeligantur, nec appareat reelectionem fuisse vnquam alicui denegatam, dum illa denega-3 tur ex causa irrogante infamiam, † non solum videtur fieri iniuria, et iniustitia, quæ committitur, quando non fit, quod solet fieri, *Bald. in l. 1. num. 12. 4 C. quom. & quan. iud.* † sed etiam danda videtur restitutio ad illum statum detinendum etiam post lapsum temporis; prout datur ex eadem causa ad nutum amouibili, non obstante, quod hic aduersus illum, qui deputauit, non videatur habere aliquam possessionem considerabilem. Vltra quod prætensa temporalitas, siuè annualitas est admodum dubia, et turbida, cum multa opponantur contra institutionem Capituli, ne dũ, quia non sunt in forma probanti, et vsu non receptæ, sed etiam circa potestatem eiusdem Capituli. Tituli autem Sebastiano, et Didaci non sunt temporales, nam Sebastianus fuit 5 simpliciter electus in Cappellanum, † vndè intrat præsumptio, quod electio sit perpetua, vel saltim ad nutum amouibilis, quod esset idem ad effectum restitutionis ex allegatis in decisione D. mei Caualerij; Et quãuis per aliquot dies postea in alio actu mandetur quod accedat ad inseruiendum vsque ad diem Sancti Ioannis, non propterea dicitur, quod post dictũ diẽ non possit inseruire. Vnde cum habeat illam primam electionem simpliciter factam remaneat dubia temporalitas. Idem etiam est respectu tituli Didaci, in quo nullum de temporalitate, et licet adsit quædam expressio, quod fuit prouisus, sicut Sebastianus frater suus, tamen ex hac 6 redditur magis obscura temporalitas, † ita vt, donec illa discutiatur, et stabiliatur, non sit deneganda 7 da restitutio. † Sicut non debet Emphyteuta priuari possessione à Domino, etiam si habeat ciuilem possessionem, quãdo negocium habeat difficultatem, *vt in causis Mediolanen. Bonorum coram D. meo Ludouisio, & Ariminen. Deuolutionis coram D. meo Sacrato.*

Et ex his tollitur, quod dicitur non dari restitutionem

tionem in beneficialibus non habenti titulum coloratum, † quia titulus etiam coloratus sufficit, *Put. dec. 50 lib. 1. Achill. dec. 4. de restit. spol. cum simil.* maximè in hoc casu, quo nondum constat de temporalitate, & electiones sunt simpliciter factæ, vt dictum fuit.

Remboldo.

Romana Hæreditatis

Lunæ 16. Februarii 1615.

S V M M A R I A.

1 *Cognosci prius debet de possessione, quam de proprietate.*
2 *Arbitrium ad iuris dispositionem regulari debet.*
3 *Ordo cognoscendi prius de possessorio, quam petitoria nunquam peruertitur, vbi possessorium est clarum, & prius de eo constat.*
4 *Ampl. etiam stante commissione quod simul, & semel de vtroque cognoscatur.*
5 *Possessio probatur ex confessione partis emanata in confessione.*
6 *Successionis prima causa est filiorum.*
7 *Succedenti ab intestato competit immissio ex remedio quorum bonorum.*
8 *Probationes per testes ad coadiuuandum testamentum metu factum non retardant immissionem ex remedio quorum bonorum.*

Decisio CCLXXXIV.

1 DOmini inhærentes regulæ, † quod prius de possessione, quam de proprietate cognosci debeat, *l. ordinary C. de rei vendic.* dixerunt, non esse locum arbitrio ad effectum cumulandi possessionem cum petitorio; satis enim 2 tritum est, † quod arbitrium ad iuris dispositionem regulari debet, *Bart. in extrauag. ad reprimend. in ver. videbitur. Paris. cons. 6. nu. 5. lib. 1. Cas. de Graf. decis. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. de sent. & re* 3 *iud.* & † de iure nunquam peruertitur ordo cognitionis, quotiescunque possessorium est clarum, & prius de eo constat, *Ægid. dec. 506. Staphil. de Litt. init. §. in primis igitur sciendum. num. 59. & §. si pars.* 4 *num. 3.* † etiam quod causa commissa esset cũ clausula, quod simul, & semel in possessorio, & petitorio, *Cas. de Graff. dec. 34. num. 7. par. 2. & fuit dictum in Montis Falisci Cappellaniæ 13. January 1606. corã Illustris. Card. Lancellotto.*

In proposito autem de possessione clare constare probatur eo ipso, quod non controuertitur, D. Lau5 ram esse filiam q. Catherinæ, † & probatur ex propria confessione D. Constantię in commissione huius causæ, *ad l. cum præcum. C. de lib. caus. nam,* 6 † cum prima causa successionis filiorum sit, *§. intestatorum. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. auth. in* 7 *successione. C. de suis, & legit.* † non potest D. Lauræ ab intestato venienti denegari immissio in possessionem bonorum Catherinæ matris ex remedio quorum bonorum, *ad tex. in l. 1. vbi Bart. Bald. Salic. & alii ff & C. quor. bon. late Menoch. de adipisc. poss. remed. 1. num. 97. & sequ.*

Neque testamentum metu factum, & pro parte D. Constantiæ exhibitum visum fuit tale, quod possit dictam immissionem retardare, cum præsertim 8 † probationes ad illud coadiuuandum ex testibus desumptæ in hoc iudicio non attendantur, *Bald. in l. fin. sub nu. 12. vers. sed quid scriptura. C. de fideicom. & in l. 1. num. 2. C. vt in poss. legat. & fuit dictum coram bo. me. Cardinali Seraphino decis. inter impress. 271. sub num. 5. vers. nec obstat.*

Quæ autem de validitate dicti testamenti latius ab informantibus deducta fuerunt, erunt in petitorio discutienda, & interim per Dominorum sententiam possessorium determinandum.

Et ita &c.

Remboldo

Ragusina Iurisdictionis

Veneris 11. Decembris 1620.

S V M M A R I A.

1 *Citatio est de iure Diuino.*
2 *Intimatio contra Capitulum debet fieri Capitulo legitime congregato.*
3 *Intimatio non validat actum sine citatione gestum.*
4 *Archiepiscopi assertioni non creditur ad ipsius fauorem quoad gesta in visitatione.*
5 *Decreta magni præiudicii debent seruatis seruandis interponi.*
6 *Eligendi quasi possessione quis priuari non debet non constita, quod ius eligendi spectet ad alium, cum præsertim in hoc consuetudo attendatur.*
7 *Præbendæ, quæ non sunt distinctæ, non possunt nec ab Archiepiscopo distingui.*
8 *Fructus bona fide percepti de Canonicatu non sunt restituendi.*

Decisio CCLXXXV.

DIctum fuit sententiam, et decreta D. Archiepiscopi esse vti nulla, et iniusta reuocãda. Nullitas enim videbatur clara, quia fuit deuentum ad priuationem Capituli iuris eligendi, et aliorum iurium, de quibus in dicta sententia, et decretis nullo iuris ordine seruato, et sine ci1 tatione, † etiam de iure diuino requisita, *gl. in clem. sæpe. in verb. defensionis de verb. signif. Bart. in extrauag. in verb. Et figura. num. 6. Dec. cons. 603. num. 11. & seq. cum aliis per Vant. de null. ex defect. citat. num. 9.*

2 Nõ obstat intimatio postea Capitulo facta, quia, † præterquam quod non fuit facta Capitulo legitime congregato, *gl. & Doct. in l. nõ potest. de reg. iur.* 3 *Card. Seraph. dec. 857. nu. 7.* † in omnem etiam euentum non potuisset per eam actus sine citatione gestus conualidari, *Rot. decis. 492. numer. 2. par. 1. recent.*

Minus aliquid facit, quod prædicta fuerint ab Archiepiscopo in actu visitationis gesta, non solum 4 quia de hoc non constat, neque † id probatur ex solius Archiepiscopi assertione, *vt fuit dictum in Vicen. iuris Ordinandi 24. Ianuarii 1618. coram bo. me. Litta*, sed etiam quia non potuisset D. Archiepisco5 pus ad dicta decreta deuenire, † sed, cum sint magni præiudicij, tenebatur ad ea seruatis seruandis procedere, *vt fuit in hac eadem causa die 5. Iunii præteriti firmatum.* Iniustitia vero redditur manife6 stum † quia Capitulum non poterat priuari sua quasi possessione eligendi, in qua reperiebatur, vt constat ex actibus, *qui dantur in summario dicti Capituli nu. 3.* non constito, quod dictum ius eligendi ad alium pertineret, cum maxime in hoc attẽdatur consuetudo, *Rot. dec. 4. de concess. præb. in nou. Cassad. decis. 12.* 7 *de præb.* tum etiam quia, † cum præbendæ antea nõ essent distinctæ, non poterat dictus Archiepiscopus

ea

cas distinguere, *Abb. in c. maioribus nu. 4. de preb.* eoq; magis, quia in actis non constabat, quod adessent redditus sufficientes.

8 Et † multo minus dictos Canonicos condemnare ad restitutionem fructuum iuxta consuetudinē Capituli bona fide præceptorum, *Oldrad. cons. 56. Pur. dec. 175. lib. 1.*

Et ita &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Anagnina Beneficij

Luna 15. Martij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Beneficium vacans de mense Augusti est reseruatum.*
2. *Possessio beneficij anterior ex prouisione Ordinarij videtur manutenibilis.*
3. *Licet secus in concursu posterioris ex prouisione Sedis Apostolicæ de beneficio reseruato, quia hæc est manutenenda, & prima est infecta propter decretum irritans.*
4. *Decretum tunc inficit possessionem, quando certum est, illud intrare, secus si dubium; quia hoc casu est interim possessor manutenendus ratione saltim detentationis.*
5. *Iuspatronatus Ecclesiasticum comprahenditur sub regula octo mensium.*
6. *Iuspatronatus dicitur Ecclesiasticum, quando pertinet ad præsentationem persona Ecclesiastica.*

Decisio CCLXXXVI.

NON videtur controuersum inter partes, beneficium de quo agitur, vacasse in mē-
1 se augusti, † qui est reseruatus, ex reg. 8. *vt firmauit Rot. apud Seraph. dec. 1296. numer. 6. & 700. nu. 2. par. 1. in recent. & fuit tentum in Senen. Canonicatus 15. Martij 1624. coram bo: mem: D. meo Vbaldo*, Vnde stante hac reseruatione clara, & aperta Domini dixerunt, esse recedendum à decisione facta super manutentione ad fauorem Claudij Louij *coram bo. me. Remboldo*, quia, licet ipse tamquā institutus ab Ordinario Anagnino ad præsentationem fratrum Sancti Francisci dictæ Ciuitatis do-
2 ceat de sua anteriori possessione, † quæ propterea videtur esse manutenibilis, *vt in decisione de qua agitur*, tamen, cum Camillus aduersarius fuerit ex hoc beneficio prouisus per Sedem Apostolicā vti de reseruato *per reg. 8.* tamquam vacante in dicto mense Augusti, & vigore illius prouisionis accepe-
3 rit etiam possessionem, sequitur, † vt ista possessio sit attendenda, & non sit habenda in aliqua consideratione suprascripta possessio Claudij, quantumuis anterior, cum ea remaneat infecta ex decreto irritanti apposito in dicta regula reseruatoria mēsium, *Verall. dec. 325. num. 2. par. 1. Rot. diuers. decis. 189 num. 4. par. 2. & in recent. dec. 613. num. 7. par. 2. Gonzal. ad reg. 8. gl. 67. num. 29. cum seq. Mantic. dec. 40. num. 8.* & in terminis de beneficio iurispatronatus Ecclesiastici *dicit Rota in dec. 740. num. 1. par. 2. recent.*

4 Nec obstare videbatur, quod † decretum irritās tunc inficit possessionem, quando certum est, illud intrare, sed donec dubium est, an intret, vel ne, interim possessor sit manutenendus ratione saltem suæ detentationis, *Lancell. de attent. part. 3. cap. 24. q. 1. num. 80. Rot. diuers. dec. 752. par. 2. in recent. Seraph. dec. 1471. num. 5. & 7. & dixit Rota in Hidruntina Beneficij 30. Octobris 1613. & in Salamantina Prabenda 10. Nouembris 1617. coram bon. mem. D. meo Vbaldo*, quia in casu, de quo agitur, dictū decretum intrare, videbatur satis clarum, nam vacatio in mense reseruato, vt dixi, non controuertebatur,
5 † quod vero beneficium, de quo agitur, *sub reg. 8.* reseruatoria mensium comprehenderetur, apparebat ex eo, quod Iuspatronatus erat Ecclesiasticum, *Cassad. dec. 4. sub nu. 2. cum seq. de iur. patr. Seraph. dec. 1420. num. 2. Gonzal. super reg. 8. gl. 18. num. 6. Rot. in recent. d. dec. 740. nu. 2. in fin. par. 2. fel. record. Greg. XV. dec. 48. num. 4.*

6 Quod † vero dictum Iuspatronatus esset effectū Ecclesiasticum, quamuis antea fuisset laicale deducebatur ex eo, quod pertinebat ad præsentationem dd. Fratrum, & Conuentus, *c. vnic. §. fin. & ibi omnes de iur. patron. in 6. Paris. cons. 128. sub num. 5. Rot. diuers. d. dec. 740. num. 2. par. 2. in recent.* Vnde stante claritate reseruationis comprehensionis beneficij sub reseruatione bene procedunt superius dicta de decreto irritanti.

Et ita decisum &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo.

Oueten. Iurisdictionis

Luna 5. Iulij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Probationes leuiores sufficiunt in summarijssimo iudicio manutentionis.*
2. *Possessio probata quoad vnam rem sufficit pro manutentione quoad alias sub eodem iure comprahensas.*
3. *Testes indefinitè loquentes indefinitè intelligi debēt si ita inter partes agatur.*

Decisio CCLXXXVII.

PLacuit Dominis decisio in hac causa facta 22. Martij preteriti; cui dixerunt non obstare, quod collationes pro parte Decani, & Archidiaconorum datæ non probent possessionem iuris conferendi benefic ia curata, de qua agitur, sed solum possessionem instituendi ac Patronorum præsentationem, de qua non agitur.

Quia placuit responsio, quod decisio nititur principaliter in actibus nedum Decani, & Archidiaconorum, sed etiam alterius partis. Vnde, cum testes optimè id concludant, & aliqui etiam deponāt de immemorabili, ex hac sola probatione subsistet decisio, cum alia possunt inseruire pro admi-
1 niculis, præsertim, cum † in hoc iudicio summarijssimo manutentionis sufficiant leuiores probationes, *Paleott. dec. 21. qua est 375. num. 2. lib. 3. par. diuers. Menach. de retin. remed. vlt. nu. 34. Seraph. dec. 1114. num. 1. & 1411. num. 1. & fuit dictum in Calaguritana Iurisdictionis de Oguate 10. Maij preteriti corā me.*

Deinde Decanus, et Archidiaconi habent pro se Statutum fundamentale Ecclesiæ scilicet Regulæ Albæ, quæ approbatur in decisione de qua agitur, *& priùs in decisione facta coram bo. me. Vbaldo die 8. Aprilis 1622.* quæ regula Alba diuidit distri-

ctus

ctus cum Episcopo, cui propterea tollit assistentiã iuris *ad dec. 121. num. 1. & seq. par. 1. in recent.* & dum in suis districtibus dat facultatem conferendi quæ propterea facit, quod † probata possessione quoad vnam rem, id illis sufficiat pro manutentione quoad alias res sub eodem iure comprahensas, *ad notata per Rom. in l. 2. §. si quod hoc interdicto. sub num. 1. ff. de itin. act. priuat. Rot. diuers. dec. 222. nu. 6. & seq. par. 1. & dec. 17. num. 4. par. 2. & dixit Rot. in Calaguritana iuris Votandi 27. Martij 1613. corã bo. me. Vbaldo,* vndè sufficeret Archidiaconis probare suam possessionem ex dictis scripturis, sed cessat difficultas, quia illam probat, & per scripturas, & per depositiones testium, qui generaliter loquũtur, et habent concomitantiam iuris ex dicta regula Albá, in qua habetur, vt dixi, quod Archidiaconi faciunt collationes, et instituunt, et ideò institutiones factæ ad præsentationes patronorum, de quibus in dictis scripturis, non tollunt, neque restringunt facultatem conferendi, de qua indefinitè loquuntur testes, † qui propterea indefinitè intelligi debent, cum de hac vniuersali quasi possessione agatur inter partes, *ad dec. fel. record. Greg. XV. 144. num. 2.*

Non obstat, quod reuocetur in dubium legalitas et fides dictæ regulæ Albæ, quia fuerunt dati in responsionibus plures testes, qui optimè deponunt super dicta legalitate, et super fide, quæ est solita adhiberi dicto libro.

Et ideò ita decisum etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Gerunden. Primitiarum

Mercurij 24. Nouembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Attentata non causantur ex gestis in causa diuersa.*
2. *Attentata non dicuntur, quæ sunt gesta a non habẽte mandatum.*
3. *Testis vnicus, sufficit in manutentione.*
4. *Testium dicta sunt in dubio intelligenda, ut non sint sibi contraria.*
5. *Lis extincta dicitur per cessionem inducta per agnitionem boni iuris partis.*
6. *Præscriptio non interrumpitur per litem terminatam ad fauorem possessoris.*

Decisio CCLXXXVIII.

Fvit resolutum 5. Iulij præteriti, Capitulum Gerunden. esse manutenendum in possessione percipiẽdi medietatem primitiarum Ecclesiæ Parochialis loci de Maslaneto; sed, cum Andreas Rector dictæ Parochialis non solum resolutioni non acquiesceret, sed etiam prætenderet ex parte Capituli fuisse dubium, An constet de attentatis, vel potius sit standum in decisis, Domini vtrãque partem dubij ad fauorem Capituli resoluerunt.

Nam quoad attentata illa prætenduntur à Rectore ex duplici capite. Primo, quia post appellationẽ, et inhibitionẽ Rotalẽ fuit Rector expulsus ab Altari maiori, dum ibi stabat indutus vestibus Sacerdotalibus pro Cantanda Missa in die Festo Sancti Martini *vt in summaria restaris num 5.* secundo quia fuit à Cura dictæ Ecclesiæ amotus Gabriel, qui fuerat ab eodem Rectore deputatus, et relictus occasione eius discessus vrbem versus ex causa huius litis *in dicto summario num. 6.*

Sed quoad primum fuit responsum, expulsionem supradictam in actu Celebrationis Missarum fuisse quidem malefactam, sed non esse attentatã, quia lis, quæ pendet in Rota est super medietate Primitiarum, non autem super prætensione Celebrandi Missas in Altari Maiori in die Sancti Martini, et ideo intrat regula satis nota, quod † gesta in causa diuersa non causant attentata, *Lancell. de attent. c. 4. limit. 2. num. 1. fel. record Greg. XV. dec. 345. num. 1. & 2. fuit dictum in Iannen. Dominorum 20. Decẽbris 1610. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, & in Vlixbonen...... 27. Martij 1615. coram bo. me. Domino mea Vbalda, & sæpe in aliis.*

Vltra quod supradicta expulsio fuit facta à Petro Galat, et Io. Cotes, quos non constat habuisse mandatum à Capitulo ad faciendam dictam expulsionem, † prout necessario requireretur ad effectum, vt Capitulum attentasset, *Rot. decis. 7. vt lit. pend. in nou. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. nu. 6. & 7. & seqq. Caputaq. dec. 53. num. 2. & seq. part. 1. & dec. 184. par. 2.*

Quoad secundum viget eadem responsio, quod causa remotionis Gabrielis à Cura nihil commune habet cum causa primitiarum pẽdẽte in Rota, et Capitulum neque in ista expulsione interuenit, neque aliquo pacto se ingessit in ea, sed fuit facta ab Archidiacono, qui potuit illam facere, non vti Vicarius Capituli, cum non constet fuisse ab eo deputatum, sed ex iure sibi competente Sede Vacãte ratione suæ Dignitatis Archidiaconalis; *iux. clem. Statutum. § fin. de elect. & tradunt Moderni de Vic. Episc. q. 61. num. 1. lib. 1.* vnde ista etiam expulsio tamquam facta à tertio, non autem à Capitulo non potest dici attentata, *Mohed. decis. 10. vt lit. pend. Rot. dec. 292. num. 10. par. 1. recent. Afflict. dec. 254. num. 20.*

Quoad mandatum de manutenendo placuerunt Dominis rationes adductæ in decisione, nempè, quod possessio Capituli est bene probata per testẽ examinatum in Curia, cuius depositio est etiam adminiculata ex alio teste examinato coram Ordinario, ex confessione Rectoris, et ex testibus examinatis in causa criminali; qui hodie sunt in actis parte citata, et istæ probationes pariter simul iunctæ sunt plusquam sufficientes in hoc iudicio, † in quo sufficit etiam vnicus testis, *vt in decisione, de qua agitur.*

Vndè nõ obstat, quod dictus testis in Curia examinatus sit vnicus, aut sibi contrarius, dum deponit de participatione Capituli, et postea deponit, se nescire, quod Rector admitteret aliquem ad participationem suorum emolumentorum, quia de illis non participat Capitulum tamquam de spectantibus ad Rectorem, sed tamquam de sibi debitis, et ideò nulla adest contrarietas, † et in dubio dicta testium semper sunt intelligenda, vt non sint sibi contraria, *Corn. cons. 19. nu. 6. lib. 3.*

Nõn obstat, quod depositio istius testis sit post litem motam, quæ dicitur inducta vsque de anno 1606. quia fuit responsum, illam litem fuisse terminatam ad fauorem Capituli per decretum Episcopi de consensu Rectoris factum, qui agnoscendo bonam fidem, se obtulit paratum soluere, prout dicitur soluisse, iuxta formam suæ obligationis, vnde illa lis non debet haberi in consideratione, † quia fuit extincta per cessionem, dum Rector agnouit bonorum ius Capituli, *Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. num. 249. et* † quia fuit terminata ad fauorẽ Capituli prætendentis se esse in possessione exigẽdi supradictas primitias, *Fel. in cap. illud. nu. 17. de præscript. Rot. diuers. decis. 534. numer. 6. part. 1.*

fel.

fel. record. Gregorio XV. decis. 467. numer. 1.

Ad alia, quæ opponuntur contra istum testem examinatum in Curia bene respondent informantes pro Capitulo.

Et ita etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Virili

Vrbeuetana Attentatorum

Veneris 16. Februarij 1629.

S V M M A R I A.

1 *Superseßoria reuocata dicitur per verba decreti, Mandauit exequi mandatum quibuscumque non obstantibus.*

2 *Si intimatio mandati executiui, & electio ex aduerso facta noui domicilij ceciderint sub eadem die nec appareat de anterioritate, intimatio præceßisse præsumitur.*

3 *Ampl. præsertim vbi agitur ad excludendum attentata.*

4 *Intimatio potest quandocumque reproduci.*

5 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta semper timenda est.*

6 *Attentare non dicitur neque Iudex, neq; pars procedendo ad executionē mandati relaxati in vim obligationis cameralis, in qua non datur appellatio.*

7 *Attentata non dicuntur gesta ante citationem ad dicendum contra commißionem, & intimationē inhibitionis Rotalis.*

8 *Commißio non dicitur de actis, nisi pars sit citata ad dicendum contra.*

9 *Inhibitio non præterita, sed futura respicit.*

Decisio CCLXXXIX.

CArolo Morello tantum informante *coram bo. me. Buratto 13. February 1626.* fuit resolutum constare de attentatis, sed vtraq; parte informante hodie fuit recessum a decisis, fūdamenta enim decisionis non subsistunt; nam primum, quod Carolos die 23. Ianuarij 1623. obtinuerit supersessoriam, et postea die secunda Martij eiusdem anni fuerit facta executio super quibusdā stabilibus, facillimè tollitur, nam Iudex die 6. Februarij eiusdem anni mandauit exequi mandatum quibuscumque non obstantibus cum intimatione; 1 † quæ verba important reuocationem supersessoriæ; et cum intimatio fuerit facta die 15. eiusdem mensis Februarij in domicilio Luciani a Carolo electo, vt in relatione Cursoris, vtique executio facta secūda Martij fuit post reuocationem supersessoriæ, et sic non est attentata.

Nō obstat, quod Carolus eadem die 15. Februarij, in qua fuit facta intimatio in domo Luciani elegerit domiciliū in domo Carcarasij, vnde pro parte Caroli prætenditur, quod intimatio facta in domo Luciani non suffragetur tamquam executa in domicilio Luciani reuocato, cum illa debuisset 2 fieri in domo Carcarasij, † quia, cū eadem die 15. Februarij fuerit intimatio, et electio noui domicilij, nec appareat quis actus fuerit anterior, merito pro validitate actus intimatio præsumitur præcessisse, *Alex. in l. 2. §. prim. num. 12. vers. quod vbi alias. ff. de vulg. & pupill. Cresc. dec. vlt. de præsumpt. Greg. 282. num 7. & 11 Alciat. de præsumpt. reg. 3. præ-* 3 *sumpt. 34. num. 2.* † præsertim cum ad excludendā attentata intimatio præsumatur anterior, *Mandos. de inhib. q. 85. per tot. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. declar. 2. num. 2. Seraph. dec. 1115. nu. 1. Achill. dec. vlt. de appell.* et intrat verisimilitudo, quod, cū eadem die 15. fuerit facta intimatio, Carolus sumpta occasione ab intimatione elegerit nouum domicilium in domo Carcarasij, cum enim isti actus sint eadem die, videntur correspectiui, et sic electio noui domicilij facta ob præcedentem intimationem eadem die executam.

Non obstat, quod intimatio fuerit reproducta 4 sub die 17. Februarij, quia † intimatio potest quandocumq; reproduci, satis est enim quod intimatio fuerit anterior in executione, nam reuocatio domicilij posterior non tollit effectum intimationis præcedentis executæ.

Secundum fundamentum decisionis, quod Carceratio sub die 7. Ianuarij 1625. fuerit attentata vti facta post interpositam appellationem à reuocatione supersessoriæ admissam à Signatura, et post præsentatam commissionem sub die 20. Decem- 5 bris 1623. et post inhibitionem Rotalem, † quæ siuè iusta, siuè iniusta erat timenda, penitus corruit, 6 quia, † cum fuerit actum vigore obligationis cameralis, non admittebatur appellatio, nec Iudex tenebatur ei deferre, et sic Iudex, seu pars procedēdo ad vlteriora nōn attentat, *Achill. dec. 6. de appell. Seraph. dec. 310. n. 1. Rot. dec. 183. n. 3. par. 2. recēt. Lāccl. p. 2. c. 12. de attēt app. pend. lim. 6. n. 1.* et pro- 7 pterea cum † non adsit citatio ad dicendum contra commissionem, nec intimatio inhibitionis Rotalis ante carcerationem, sed post, vtique executio, et carceratio non fuit attentata, *Seraph. dec. 1045. num. 1. Lancell. de attent. par. 2. d. cap. 20. de attent. post inhibit. declar. 1. in princ. Guid. Pap. dec. 66. nu. 4. vers. nec obstat si ex aduerso, & decis. 69. num. 10.* 8 † commissio enim non dicitur esse in actis, nisi pars sit citata ad dicendum contra, *Sarnen. in reg. de annal. qu. 4. nu. 5. vers. quinimmo. Cassad. dec. 7. de appell. in fin.* et citatio, et inhibitio executa post carcerationem nō facit carcerationem, vel execu- 9 tionem attentatam, † cum inhibitio non præterita, sed futura respiciat, *cap. si eo tempore. vbi Gemin. et Franc. de elect. in 6. Lancell. de attent. par. 2. dicto c. 20. declar. 1. nu. 2.* et quod à die præsentationis cōmissionis vsque ad diē 27. Nouembris 1624. nulla fuerat reproducta citatio ad dicendum contra cōmissionē probatur ex fide Notarij Rotalis *in summario num. 6.*

Et ita vtraque etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Montis Falisci Fideicommissi

Mercurij 27. Junij 1629.

S V M M A R I A.

1 *Depositionis testis vis, & fundamentum consistit in iuramento.*

2 *Examen testium examinatorum cum interrogatorijs partis potest saluari ex clausula, Arbitrio.*

3 *Decl. procedere quoad illos, qui dederunt interrogatoria, secus quoad alios, qui interrogatoria non dederunt, præsertim si non sit omniū vna, & eadem causa defensionis.*

De-

Decisio CCXC.

NON controuertebatur, quod testes essent nulliter examinati, cum deficiat citatio ad videndum iurare testes, † in quo quidem iuramento consistit vis, et fundamentum depositionis, *cap. 2. de testibus l. si quando. C. eod. tit. Verall. dec. 274. num. 3. par. 2.* sed dicebatur, † quod cum fuerint examinati cum Interrogatoriis partis examen poterat saluari stante arbitrio concesso per S. D. N. *iuxta dec. Put. 301. lib. 3. Verall. dec. 149. p. 1.* Domini dixerunt † ista procedere respectu Angelelli, et Blanchini, non autem respectu Scaricii, et Palemanii, qui non dederunt interrogatoria, et propterea, cum interrogatoria non respiciant defensionem eorum qui non dederunt interrogatoria, respectu illorum examen non potest saluari, *vt colligitur ex eadem decisione Putei*, vbi generaliter, quod si interrogatoria non respiciunt omnem defensionem partis, tunc non sanatur examen ex interrogatorijs datis, *& fuit dictum in Noueren. Decimarum 26. Maij 1624. coram Archiepiscopo Seleucien. & alias sæpius.*

Neque est verum, quod Angelellus, et Blanchinus sint consortes litis, quia non est vna, et eadem causa defensionis, cum agatur super diuersis rebus in quibus potest etiã diuersa ratio defensionis considerari.

Et ita conclusum etc.

R. P. D. Merlino

Bononien. Pecuniaria

Lunæ 3. Iulij 1630.

S V M M A R I A.

1. *Peritorum in arte relationi standum est, dum de errore non constat.*
2. *Peritorum relationis requisita.*
3. *Error calculi allegatus est iustificandus.*

Decisio CCXCI.

PRO informante Domini responderunt, nempè standum esse relationi calculatoris à Rota deputati pro liquidando credito Bauolij contra Azzonum, quæ censuit ipsum Bauolium esse creditorem in libris 802. 3. 8.

Regula enim est, quod † relationi peritorum in arte sua standum omnino est, dum de errore non constat, *cap. proposuisti, vbi Abb. num. 4. Felyn. nu. 6. de prob. Rot. coram s. m. Greg. XV. dec. 161. num. 8.* cui regulæ, et eo magis inhærendũ esse visum fuit in præsenti casu, quia calculator electus fuit à Rota, et de validitate relationis apparet, † cum fuerit facta parte citata, et monita ad informandum, et videndum mandari referri, *iuxta doctrinã Bart. in l. Theopompus num. 9. ff. de dot. præleg. Gabr. conf. 168. nu. 10. lib. 1. Rot. in recent. dec. 354. nu. 1. par. 1. & apud s. m. Greg. XV. dec. 536. num. 1.* de iustitia vero constat ex publico instrumento iurato, et camerali obligatione munito, *summarij num. 8.* vbi Azzonus constituit se debitorem in libris 6512. et ex eo quia non docetur de errore, † qui tamen omnino iustificari deberet, *Dec. consf. 94. sub num. 4. Rot. dec. 157. n. 1. & 160. n. 1. par. 2 diuers. cum alijs &c.*

Et ita pro informante etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano.

Placentina Domus

Lunæ 12. Nouembris 1629.

S V M M A R I A.

1. *Citationis ad sententiam vim habet de stylo Hispaniarum conclusio in causa.*
2. *Lim. conclusionem in causa nõ suffragari, si postmodum noua iura producantur, seu testes examinentur, quia conclusio circunducta dicitur, & noua requiritur.*

Decisio CCXCII.

FVit dictum sententiam de partibus esse nullam, quia, † etsi de stylo Hispaniarum sufficiat conclusio in causa pro citatione ad sententiam, *vt fuit resolutum in causa Burgen. Residentiæ 30. Martii 1586. coram Platto, & in causa Burgen. iuris ædificandi 21. Aprilis 1586. coram Orano, & in causa Toletana de Spinosa 10. Maij 1600. coram bo. me. Cardinali Sacrat. in s. m. Greg. dec. 140. n. 2. & ibi add. num. 11.* attamen † ista conclusio in causa non suffragatur in casu isto, ex quo postmodum noua iura fuerunt producta, et testes examinati; vnde illa conclusio fuit circunducta, ita vt pro validitate sententiæ esset opus noua conclusione, *ex allegatis in d. dec. 140. num. 7. Greg. s. m. Rot. dec. 450. num. 6.*

Et ita conclusum vna tantum parte informante etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Regien. Bonorum.

Veneris 15. Martii 1630.

S V M M A R I A.

1. *Em phyteusi finita, datur Domino directo ratione ciuilis possessionis manutentio pro recuperatione naturalis. Declara vt num. 3.*
2. *Vsufructu finito competit Proprietario manutentio.*
4. *Dominium concludenter non probatur ex vnica inuestitura.*
5. *Decl. secus esse concurrentibus adminiculis.*
6. *Dominii probatio adminiculatur ex locatione narrata in inuestitura.*
7. *Dominii exceptio non potest contra Ecclesiam opponi stante contraria confessione inuestiti in inuestitura.*
8. *Dominii probatio adminiculatur ex solutionibus canonum, & num. 9.*
9. *Spatium 30. annorum suffragatur ad dominiũ præscribendum, etiam contra tertium.*
10. *Dominii probatio adminiculatur ex sublocatione de re facta per inuestitum, & num. 11.*
11. *Sublocationis effectuatio probatur ex subsecutis solutionibus canonum.*

12 Con-

12 *Confessio nocet confitenti, & eius hæredi quoad dominiuj probationem.*
13 *Adminicula, quæ si.gula non sufficiunt, simul vnita iuuant. & num. 14.*
14 *Inuestituram esse finitam probare satis est contra habentes causam ab inuestitis absq; eo quod probetur dominium.*
15 *Existentia comprahensorum in inuestitura nõ præsumitur, nisi probetur.*
16 *Emphyteusis recepta pro hæredibus, & successoribus in infinitum an, & quando transeat ad hæredes extraneos, & num. seqq.*
18 *Illegitimi non intelliguntur comprahensi in inuestitura rei Ecclesiasticæ.*
19 *Incapacitas alicuius plenè probata dicitur, quæ oritur ex eodem fonte, ex quo idem ius suæ successionis deducit.*
20 *Qualitas legitimationis reijcitur ab assertione testatoris firma remanente illegitimitate. Ampl. vt num. 21.*
22 *Bona quando in locationem, vel in emphyteusim cõcessa censeantur.*
23 *Illegitimi non censentur vti incapaces comphærensi in locatione rei Ecclesiasticæ.*
24 *Venditio potest etiam in illegitimum transire, prout bona concessa cum pacto affrancandi. vbi declaratur.*
25 *Emphyteuticus contractus semper talis iudicatur ante illius resolutionem.*
26 *Permutatio ante effectuationem nullum operatur effectum.*
27 *Pactum de affrancando est facultatiuum.*
28 *Permutandi facultas competens vigore pacti an possit transire in illegitimum.*
29 *Pactum personalissimum non egreditur personam, cui apponitur.*
30 *Pactum personale censetur, vbi facultas concessa est certæ personæ.*
31 *Pronomen, Ipsa, est personalissimum, & ad oculum demonstratiuum.*
32 *Pactum personale censetur non facta mentione hæredum.*
33 *Expressio facta in vno casu, & non in alio indicat voluntatem comprahensionis alterius.*
34 *Pactum correspectiuum in, emphyteusi positum annullatur ex annullatione principalis contractus.*
35 *Confessio in responsione ad positiones contra confitentem plene probat.*
36 *Identitas bonorum duabus probatur demonstrationibus.*
37 *Pronunciatio de habendo articulos pro confessatis quando operetur.*
38 *Canonis integra solutio arguit possessionem omnium bonorum in inuestitura comprahensorum.*
39 *Confinia enunciata per hæredem in apprahensione possessionis, quæ conueniant cum expressis in inuestitura conferunt ad identitatem probandam.*
40 *Identitas probatur argumẽtis, coniecturis, & præsumptionibus.*
41 *Ampl. præsertim in antiquis.*
42 *Ampl. præsertim contra successores comprahensorum in inuestitura.*
43 *Ampl. præsertim vbi non constat inuestitos alia bona, quam emphyteutica in locis enunciatis habuisse.*

Decisio CCXCIII.

DVbitaui, an D. Iacobo Rogerio moderno Præposito Collegiatæ Ecclesiæ S. Prosperi Ciuitatis Regien. danda esset manutẽtio in bonis, de quibus agitur, tamquam deuolutis ad Ecclesiam ob finitam emphyteusim, & Domini

1 affirmatiuè responderunt, † quia finita emphyteusi datur Domino directo vigore possessionis ciuilis manutentio ad effectum recuperandi naturalẽ existentem apud hæredes vltimo loco inuestiti, *Bart. in l. 3. §. quod ait Prætor. num. 17. ff vti possidet. Bero. cons. 102. num. 43. & seqq. lib. 1. Honded. cons. 21. nu. 19. & seqq. lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. nu. 22. Ioseph. Ludouic. dec. Perus. 17. num. 9. vers. huius autem. cum num. seq. & passim tenet Rota, vt in Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram bo. me. Cardinali Pamphylio, in Ariminen. bonorum 16. Februarij 1609. coram bo. mem. Card. Sacrato, in Romana deuolutionis 18. Aprilis 1616. coram bon. me. Andrea, in Colimbrien. prædij 16. Maij 1618. coram bon. mem. Seleucien. in Romana Domus de Nocabiellis 27. Ianuarij 1622. & 7. Ianuar. 1623. corã bon. mem. Vbaldo, in Romana Subhastationis 10. Maij 1624. coram bo. me. Buratto, & in Assisien. bonorum*
2 *2. Iunij 1627. coram Illustriss. Virili.* † Quemadmodum etiam finito vsufructu mandatum de manutenendo competit proprietario, *Natt. cons. 419. num. 3. Menoch. cons. 139. num. 16. & 21. lib. 2. Castill. de vsufructu. cap. 61. num. 7. Cassan. in consuet. Burgundia tit. de successione. §. 1. nu. 7. vers. plus dico. Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. par. 3. declarat. 1. n. 60.* vbi quod ne dum proprietario, sed etiam illius hæredi competit manutentio intra 30. annos, quãuis vsufructuarius alienauerit.

3 Et quamuis Rota † alias declarauerit prædicta tunc demum procedere, quando clara est deuolutio, secus verò vbi dubitari potest, an sit finita emphyteusis, quo casu hæredi, qui cepit possessionem, datur manutentio, *vt ex Corn. cons. 193. num. 3. lib. 1. Gabr. cons. 67. nu. 17 lib. 2., & ex decisione in causa Bononien. de Canalibus 11. Ianuarij 1602. fuit resolutum in d. Ariminen. bonorum 27. Iunij 1608. & 16. Februar. 1609. corã Cardinali Sacrato, in dicta Romana deuolutionis 18. Aprilis 1616. & in Signina bonorum feudalium 22. Iunij 1615. coram Andrea in dicta Colimbrien. prædij 16. Maii 1618. corã Seleucien. & ex Mantic. de tacit. lib. 22. num. 14. animaduersum addentes ad dec. 105. S. M. Greg. in litera A.* Attamen in casu isto visum fuit Dominis omnem cessare dubitationem, cum satis clarè constet de requisitis ad istũ effectum, nempè de dominio, de fine, seu deuolutione emphyteusis, ac deniq; de identitate bonorum.

Et quantum attinet ad dominium Ecclesiæ constat, quòd de anno 1547. sub die 6. Augusti Vincẽtius de Boiardis tunc huius Ecclesiæ Præpositus mediante persona procuratoris locauit, & titulo locationis in emphyteusim concessit Franciscæ Matri suæ acceptanti &c. huiusmodi bona quę successiuè in Paulum Emilium de Boiardis vltimum
4 emphyteutam deuenerunt, † Vnde, licet ex hac sola inuestitura non resultet concludens probatio dominij, *ad tex. in cap. inter dilectos prope finẽ in verbo, per instrumenta vero. vbi DD. & gl. in verbo locatio de fid. instrum. Alex. cons. 10. n. 3. vol. 4. Afflict. dec. 14. num. 8.* Attamen secus est, cum hic plura, &
5 quidem vrgẽntia concurrant admínicula, † quibus iunctis inuestitura Dominium plene probat, per doctrinam *Bart. communiter receptam in l. ad probationem. C. locat.* quam passim sequitur Rota, *vt in decisionibus latè cumulatis coram me in causa Ferrarien. seu Comaclen. bonorũ de Nasellis 7. Iun. 1627.* concurrit enim primo antiqua locatio aliàs anno 1506. de istis bonis facta quibusdam de Maluetijs,
6 vt narratur in prefata inuestitura, † ex qua quidem narratiua resultat adminiculum plurium inuestiturarum in hac materia admodum considerabile, *Marcambr. cons. 52. num. 10. Soccin. cons. 187. nu. 16. lib. 2. & ponderauit Rot. dec. 193. nu. 2. par. 2. recent. in Papien. Bonorum 28. Aprilis 1595. coram bo. me.*

Cardinali Mellino, in dicta Ferrarien. de Nasellis coram me, & aliàs sepissimè, 7 † prædictæ enim cũ habeãt vim expressæ confessionis, operantur, vt contra Ecclesiam nõ possit opponi exceptio dominij, *Dec. in l. patri furioso. in fi. ff. si cert. pet. & fuit dictũ in Placentina Terrarum 21. Aprilis 1600. corã bo. me. Corduba.* secundo concurrunt plures canonum 8 solutiones, † quæ veluti factæ in recognitionem dominij benè deseruiunt pro adminiculo ad eiusdẽ dominij probationem, *Alex. cons. 8. numer. 1. lib 7. Roman. cons. 127. num. 1. Abb. cons. 74. in prin. lib. 1. Rota in Neapolitana Domus 16. Decembris 1605. coram bo. me. Ortembergo, & in dicta Assisien. 2. Iunii 1627. coram Illustrissimo Virili*, maximè cum per quadraginta, & amplius annos fuerint continuatæ, 9 & sic vltra spatium 30. annorũ, † quod ad præscribendum dominium etiam contra tertium suffragatur, *l. si quis emptionis. C. de præscript. 30. annorum. Alex. d. cons. 8. num. 2. vers. præterea si Ecclesia. lib. 7. Aym. cons. 434. num. 5. in fin. vers. si probatur. Rot. dec. 290. num. 4. par. 1. recent.* tertio concurrit sublocatio vnius Domus, inter alia corpora in hac emphyteusi comprehensæ, facta per præfatam Frãciscam primam acquirentem non solum cum enũciatiua inuestituræ sibi ab Ecclesia istius concessæ, sed etiam cum reseruatione consensus eiusdem Ecclesiæ, quem constat postea interuenisse. † Vnde ne- 10 gari non potest, quin ex his resultet adminiculum considerabile ad probationem dominij, *vt in his terminis fuit ponderatum in Sublacen. bonorum 2. Maii 1603. coram bo. me. Litta, & in prædictis Neapolitana Domus coram Ortembergo, & Assisien. bo-* 11 *norum coram Illustrissimo Virili* † maximè cum de effectuatione sublocationis istius dubitari non possit ex solutionibus canonum per annos quã plures factis Ecclesiæ per sub emphyteutas, *ad tradita per Gabr. de locat. concl. 4. num. 17.* quæ etiam solutiones in vim dictæ sublocationis factæ conferunt ad dominij probationem, vt dictum est. Quarto concurrit confessio prædicti Pauli Emilii vltimi emphyteutæ, qui in suo testamento de bonis istis, tamquã emphyteuticis, & de præpositura istius dominio 12 disponit, † quæ quidem confessio in præiudicium ipsius Pauli Emilii, nec non Cæsaris illius hæredis suffragatur ad probationem dominii, *Rip. in l. si aliquam. num. 44. ff. de acq. poss. Ruin. cons. 128. num. 16. lib. 2. Roland. cons. 2. nu. 109. lib. 1. Boer. dec. 211. nu.* 13 *24. & 25. Seraph. dec. 553. num. 2.* † & hæc adminicula, quatenus etiam singula de per se non sufficerent, iuncta tamen simul sufficiunt, *ad text. in l. instrumenta. C. de probat. cum vulg.* prout non separatim, sed simul coniuncta debent pondarari, *vt in similibus terminis fuit dictũ coram me in causa Vi-* 14 *terbien. Castrorum 21. Iunij 1628.* † præcipuè contra habentem causam à primis inuestitis, quo casu satis est probare locationem esse finitam, *vt in pũcto fuit consideratum in prædicta Assisien. coram Illustriss. Virili.*

Quantum verò attinet ad finem, seù deuolutionem emphyteusis, illa non videtur posse controuerti, cum ex confessione ipsiusmet Cæsaris hæredis constet, Paulum Emilium vltimum emphyteutam decessisse sine filiis legitimis, & sic defecisse om- 15 nes in inuestitura compræhensos, † quorum existentia neq; præsumitur, nisi probetur, *Seraph. dec. 1487. num. 1. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 4. num. 2. cum seqq. & fuit dictum in prædicta Assisien. corã Illustriss. Virili.*

16 Nec obstat, † quod huiusmodi emphyteusis tamquam recepta pro heredibus, & successoribus in infinitum est transitoria ad hæredes etiam extraneos *Soccin. cons. 266. lib. 2. Rota apud bo. me. Card. Canal. dec. 243. num 3.* Ideoque Paulus Emilius potuit illam transferre in Cæsarem iure hereditario. Quia quidquid sit, an dicta receptio dici possit restricta ad hæredes sanguinis, *ad tradita per Dec. in cons. 395. num. 6. & seq. Peregr. de fideicom. art. 42. num. 5. Fusar. de substit. quæst. 339. num. 74.* maximè cum 17 non adsit clausula cæteris, † cuius vigore ad quoscumq; fieri possit transmissibilis, *Seraph. dec. 703. num. 2.* cessat omnis difficultas ex eo, quod, cum prædictus Cæsar sit filius illegitimus Pauli Emilij, 18 vt inferius dicetur, † non solum de iure communi excluditur, tamquam non comprælhensus in inuestitura, in qua Prælatus propter sui dignitatem non præsumitur cogitasse de illis personis, quę sine peccato generati non possunt, *Bald. in cap. qua in Ecclesiarum. num. 42. de constit. Ferret. cons. 103. num. 13. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 30. num. 1. Cald. de iure emphyt. lib. 2. qu. 19. num. 9. 29. & 66. Tiraquell. de nobilit. cap. 24. num. 17. Rot. decis. 474. num. 1. par. 1. diuers. Seraph. dec. 478. num. 1. Phoeb. dec. 30. nu. 4. & seqq. lib. 1.* vbi ampliat etiam si adesset legitimatio Principis secularis, *& latius. dec. 161. num. 4. lib. 2. cum aliis per Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 10. nu. 3. Gratian. discept. forens. 218. nu. 35.* Sed etiam ex constitutione S. M. Pij V. 127. in nouo Bullario omnino est exclusus tamquam incapax emphyteusis Ecclesiasticæ, *Seraph. decis. 478. Rota decis. 417. & 505. par. 1. diuers. & decis. 435. nu. 10. par. 1. recent. & dec. 214. par. 2. diuers. Grat. discept. 477. num. 7. & fuit dictum in Bononien. de Maluetijs 11. Decembris 1624. coram R. P. D. meo Pironano*, quæ procedunt etiam in spurio postea legitimato, *Rot. decis. 474. nu. 8. par. 1. diuers.*

Quod autem Cæsar sit illegitimus, satis constat ex testamento Pauli Emilij Patris, qui illum non modo appellat filium naturalem, sed attenta ipsius incapacitate casu, quo ex dispensatione Apostolica reddatur capax istorum bonorum, eumdem obligat etiam ad solutionem annui legati scutorum 100. 19 ad fauorem Isabellæ vxoris. † Vnde ex eodem fonte, ex quo deducit ius suæ successionis, emanat plena probatio incapacitatis ipsius, *vt in pũcto Igneus in Auth. ex causa. num. 7. C. de liber. præterit. Grati. cons. fin. num 30. lib. 1. Paris. cons. 11. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 180. num. 13. vers. & dubium, & num. 34. vers. nostro autem casu, & n. 43. vers. non obstat. Ladereb. cons. 122. nu. 1. & 2. & fuit dictum in prædicta Bononien. de Maluetijs 11. Decembris 1624. co-* 20 *ram R. P. D. meo Pironano*: † Et hæc procedũt, quãuis Cæsar in dicto testamento nuncupetur legitimatus, quia qualitas huiusmodi reiicitur firma remanente patris assertione quoad qualitatem illegitimitatis, *Grat. d. cons. fin. nu. 31. vers. nec statur. cum num. seq. Menoch. d. cons. 180. nu. 24. vers. nec obstat, & num. 34. vers. & primo. Ladereb. d. cons. 122. nu.* 21 *2. vers. quia omnes.* † Quæ quidem qualitas illegitimitatis habetur pro vera, & probata, quousq; doceatur de tali legitimatione, quę suffragetur, *vt benè in simili Pereira dec. Portugall. 43. num. 8. vers. sufficit enim.*

22 Non obstat, † quod tàm ex tenore inuestituræ, quam etiam ex quantitate pẽsionis colligatur, bona ista esse concessa in locationem, non autem in emphyteusim. Quia omisso, quod verba inuestituræ potius sonant in emphyteusim, quam locationem, & quod quantitas pensionis, seù canonis non correspondet, sed longe est inferior fructibus, vt constat ex nonnullis instrumẽtis posteriorum affictuũ, cessat omnis difficultas, quia dato etiam citra veri præiudicium, quod versaremur in terminis loca- 23 tionis, † adhuc tamen Cęsar tamquam illegitimus esset incapax, vt ex sententia, *Rota firmat. Mantic. de tacit. d. lib. 22. tit. 10. num. 5.*

Minus obstat, quod in inuestitura conuẽtum fuerit, vt si Francisca prima acquirens alia bona prædictis emphyteuticis pinguiora, & maioris reddi-

tus

tus præposito assignaret d. bona, & terræ locatæ essent, et esse deberent perpetuò franchæ, liberæ, et exemptæ ipsius Franciscæ, hæredumq; ac successorum ideoq; illa concessio non possit considerari tamquam emphyteutica, sed potius tamquam me-24 rus contractus venditionis, † qui potest in illegitimum transire, vt de bonis concessis cum pacto affranchandi ad effectum capacitatis illegitimi, *ex Cephal. cons. 703. numer. 15. cum seqq. lib. 5. & alijs ponderat Gratian. d. discept. 477. nu. 10 & seqq. cum alijs cumulat. in causa Romana Retractus 30. Martij 1626. coram R. P. D. meo Merlino.* Quia pro responsione ad huiusmodi obiectum aduertendum est, prædictos Doctores posse intelligi, vt loquantur, quando, vel per effectuationem pacti de affrancando iam resolutus est contractus emphyteusis, vel affrancatio ex conuentione vsque ab initio est necessaria; Vnde non applicantur ad casum nostrum, in quo, cum nullibi constet de effectuata huiusmodi permutatione, non potest considerari aliqua re-25 solutio contractus, † qui ante dictam resolutionē semper iudicatur emphyteuticus, vt expresse declarat *Cephal. d. cons. 703. num. 17. vers. quamuis ex prædictis,* et in simili de permutatione, beneficiorū *laid Paris. de Resignatione lib. 14. 14. nu. 6. & seqq.* 26 vbi † quod permutatio ante effectuationem nul-27 lum operatur effectum, † pactum autem de affrancando est facultatiuum tamquam collatum in potestatem emphyteutæ, *vt in puncto considerat Grat. d. discept. 477. num. 16.*

28 Nec opus est ingredi disputationem, † an saltē dicta facultas permutandi competens vigore pacti transire possit in Cęsarem licet illegitimum, *ad tradita per Alciat. cons. 7. nu. 9. vers. secundum principale fundamētum lib. 1. Menoch. cons. 1186. nu. 5. & 6. Bursat. cons. 255. num. 7. & seqq. Mantic. de tacit. d. lib. 22. tit. 10. nu. 20. Grat. discept. 477. nu. 16. & discept. 745. nu. 77. & 84 & fuit dictum in causa Romana Domorum prima Martij 1627. coram R. P. D. Pirouano.* Quia de hoc hodie non agitur, et quatenus etiam ageretur, visum fuit dupliciter pos-29 se responderi. Et primo, † pactum istud esse personalissimum, ideoq; extra personam, cui apponitur ad alios non extendi, *l. idem in duobus. §. personale, l. iurisgentium. § pactum. ff. de pactis. Bart. cōs. 58. in fin. vers. sup. 3 lib. 1. Riminald. Iun. cons. 465. n. 9. lib. 4.* Quod autem pactum huiusmodi sit personale, colligitur primo ex verbis illis, quod si ipsa Francisca etc. alia bona etc. assignaret etc. dicta bona etc. scilicet emphyteutica, et terrelins, et esse debeant perpetuò franchæ etc. ipsius Franciscæ, et 30 hæredum, ac successorum suorum etc. † cum enim facultas sit concessa soli Franciscę, et sic certę personæ, pactum censetur personale, *l. 1. §. fin. ff. de const. Princip. l. 1. § personis. ff. de iur. immunit. cū alijs per Aym. cons. 929. num. 2.* secundo deprehenditur 31 ex pronomine illo, ipsa; † quod est personalissimū et demonstratiuum ad oculum, *Caguol. in l. 2. num. 46. vers. 2. principaliter. ff. de pact. int. empt. & vendit. Aym. d. cons. 929. nu. 11. Menoch. cons. 125. n. 50.*

32 Tertio denique colligitur etiam ex eo, † quod in concessione dictę facultatis nulla facta est mentio hæredum, *Cephal. cons. 352. numer. 3. & seqq. lib. 3. Decian. respons. 1. num. 67. lib. 2.* cum tamen fuerint expresse nominati, in casu, quo facta permutatione bona remanebant franca, et libera, signum, cui-33 dens, † quod, sicuti illos expressit in secundo casu, in quo voluit illos comprehendere, ita illos in primo expressisset, si eosdem comprehendere voluisset, *Bald. in cap. venerabilem num. 21. de elect. Soc. Iun. cons. 542. num. 14. & seqq. Gerard. Mazzol. in sua dec. cons. 144. num. 26.* Secundo, et fortius vide-34 batur posse responderi, † quod huiusmodi pactum tamquam simul positum in eadem concessione est correspectiuum, et pars dictæ concessionis in emphyteusim, ita vt hodie annullato contractu principali ob finitam emphyteusim, dictum etiam pactum annulletur cum intelligatur, vt possit operari durante emphyteusi, *vt in puncto tenuerunt DD. cumulati per Rotam in dec. 115. num. 4. & seqq. par. 1. diuers. & videtur etiam admittere Grat. d. discept. 477. num. 15. & 16.* et licet prædicta decisio loquatur in terminis penę caducitatis, tamen multo magis procedit in casu isto, in quo deuolutio nō est in pœnā, sed prouenit ex defectu comprehensorum in inuestitura.

Quantum denique attinet ad identitatem bonorum, visum fuit Dominis illam sufficienter iustificari; nam quoad quindecim corpora ex illis, quæ enumerantur in inuestitura probatur identitas ex confessione ipsiusmet Cęsaris emanata in respon-35 sione ad positiones, † quæ contra ipsum *plenè probat, Abb. in cap. quamuis de re iudic. Aym. cons. 217. num. 9. S. M. Greg. decis. 92. num. 1. & in his terminis fuit sæpius dictum in causa Bononien. fideicommissi de Desiderijs coram R. P. D. meo Merlino.* In prædictis enim positionibus articulantur eędem fere de-36 monstrationes in inuestitura expresse, † quarum duæ sufficiunt iuxta doctrinam *Bart. in l. demōstratio falsa. nu. 14. ff. de condit. & demonstr.* quam passim omnes sequuntur, vt late fuit ponderatum corā me in dicta Ferrarien. de Nasellis. Quo verò ad alia reliqua corpora in eadē inuestitura descripta, concurrit decretum Iudicis, qui pronunciauit articu-37 los haberi pro confessis, † quæ pronunciatio operatur, si concurrent requisita, *de quibus in cap. 2. de confessis in 6.* cuius forma præcisę est seruanda, *Rota dec. 3. de confess. in antiq. Seraph. dec. 408.* Sed hoc omisso concurrit vlterius integra solutio canonis 38 facta per Paulum Emilium, † qui verisimiliter canonē in inuestitura præscriptum integrè non soluisset, nisi bona in eadem inuestitura expressa integrè possedisset, *ad tradita per Gabr. de locat. d. conclus. 4. num. 17.* Ac denique apprehensio bonorum hæreditariorum facta per Cęsarem, in qua nonnulla enumerantur confinia, quæ conueniunt cum ex-39 pressis in inuestitura, † quæ ad probandam identitatem plurimum suffragantur, *Bald. cons. 89. num. 4. lib. 1. Natt. cons. 235. num. 17. Rot. dec. 131. nu. 5. par. 1. recent. S. M. Greg. dec. 575. nu. 8. & seqq.* Ex quibus negari non potest, quin sufficienter remaneat 40 probata identitas, † cum ad illam probandam argumenta, coniecturæ, et præsumptiones admittantur, *Decian. cons. 17. num. 3. lib. 3. Sard. dec. 55. n. 12.*

41 † Quæ tanto magis procedunt in casu isto, in quo versamur in antiqua concessione vltra 80. annos, *ad text. in cap. tam causam. vbi Bald. in prin. Felyn. num. 1. de prob. Dec. cons. 146. num. 14. Rota apud S. M. Greg. dec. 162. num. 5. & ibi latè addentes,* et 42 † agitur aduersus personam, in quam bona deuenerunt ex successione comprehensorum in inuestitura, *Pereg. de fideicom. art. 44. num. 22. & seqq. & cons. 48. num. 12. lib. 1. Grat. discept. 969. num. 16.* 43 † quos non constat in locis enunciatis alia bona, quam ista emphyteutica habuisse, *Soccin. Iun. cons. 127. num. 3. lib. 3. Siluan. cons. 57. num. 5. vers. 2 loco, & dixit Rota in prædicta Ciuitatis Castelli Bonorū 5. Martij 1597. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & alias sæpius.*

Et ita conclusum vtraque parte informante etc.

R.P.D. Queipo

Sauonen. hæreditatis

Luna 16. Decembris 1630.

S V M M A R I A.

1 *Proximiores in gradu legitimi sunt successores ab intestato.*

2 *Successori ab intestato competit interdictum quorũ bonorum, & num. 3. & seqq.*

3 *Hæres, vel is, cui bonorum possessio competit, potest possessione vacante illam propria auctoritate capere, secus si plena.*

4 *Interdictum quorum bonorum datur pro rebus per defunctum tempore obitus possessis.*

5 *Interdictum quorum bonorum cõpetit contra possessorem vniuersalem, & particularem, & detẽtorem.*

6 *Interdictum quorum bonorum non competit contra titulo possidentem.*

7 *Castra Iurisdictionalia præsumuntur feudalia, & num. 9. & 10.*

8 *Iurisdictio omnis in Populo fuit, & ab eo in Principem translata.*

11 *Primogenitura non potest in præiudicium descendẽtium institui in bonis feudalibus.*

12 *Summarijs in iudicijs ea tantum admittuntur exceptiones, de quarum probatione, & veritate incontinenti liquet.*

13 *Exceptio requirẽs altiorem indaginem in remedio quorum bonorum, non admittitur.*

Decisio CCXCIV.

CVM coram D. meo Vbaldo fuisset resolutum D. Petro non competere immissionẽ in bonis, quæ de tempore mortis possidebantur à Sinulpho Iuniore, ad quæ pro dimidia agebat, dubitaui ad instantiam eiusdem Petri, an esset recedendum à decisis sub die 14. Iunii 1628. coram eodem D. meo Vbaldo, et post trinam propositionem hodiè DD. à decisis recesserunt, et immissionem illi in dictis bonis pro dimidia parte concedendam esse responderunt, nam de morte Sinulphi Iunioris ab intestato vltimi possessoris dictorum bonorum, et quod DD. Bartholomæus, et Petrus eius legitimi successores vti proximiores 1 existant, non controuertitur, † vnde Petro pro dimidia parte bonorum possessionem competere, *docet text. in l. 1. in princip. & l. 2. §. hac autem bonorum possessio. ff. vnd. legit. l. 2. §. hac hæreditas. ff. de suis, & legit. hæred.* et † consequenter interdicto quo- 2 rum bonorum agere potest, *secundum text. in l. 1. ff. & C. quor. bonor.* et *ibi glos. Bart. & DD. Menoch. de adipisc. poss. §. remed. 1. ex num. 9.* Nam, licet 3 † hæres, vel cui bonorũ possessio decreta est, propria auctoritate in bonis sine possessore existentibus possessionem capere possit, *vt tenet Bart. in auth. licentiam. num. 3. C. de Episc. & Cleric. Rodriq. Suarez. ad l. fori, tit. de additione hæreditatis*, et ibi *Bald. num. 1. Guttier. pract. lib. 1. quæst. 79. & in §. sui. ex nu. 65. Modern. Rom. discept. forens. cap. 542. num. 1. & expresse docet, Bart. in l. fin. §. 1. num. 16. C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 421.* et quod in prædicto casu, vel propria auctoritate, vel licentia Iudicis præcedente permissum sit possessionem capere, *tradit Valasc. de par. cap. 3. num. 11.*

Alio vero existente in possessione opus est interdicto, vel alio remedio, cum propria auctoritate illum expellere non liceat, *l. si quis in tantum, C. vnd. vi, l. extat, ff. quod met. caus. l. Iulianus, ff. de iudic. l. 1. C. ne quis in sua caus. ius sib. dic. & latè tradit Farin. in tract. de furt. q. 175. ex num. 2.* Ideò competit interdictum quorum bonorum, *secundũ text.* 4 *in d. l. 1. ff. & C. quor. bonor.* † quod decernitur pro rebus, quas defunctus tempore mortis possidebat, vt in prædictis iuribus traditur, & *in §. sequens* 5 *vers. adipiscendæ. Instit. de interdict.* & † competit contra quemlibet possessorem vniuersalem hæreditatis defuncti, vel contra quemlibet particularẽ possessorem, vel detentatorem alicuius rei, *vt traditur in l. 1. in princ. ff. quor. bonor. & ibi notauit gl. fin. in princ. Angel. & Salicet. Ant. Gomez. in l. 45. tauri, num. 128.* Et proptereà, si pretium redactum ex venditione Castrorum Otterij, & Sancti Ioannis à nullo possidetur, licebit Petro, vel propria auctoritate, vel præuia Iudicis licentia, & permissione partis possessionem capere, si vero à Bartholomeo possidetur, Interdicto quorum bonorum cõtra eundem immissionem consequetur ea proximè traditis.

6 Neque obstat, quod † interdictum quorum bonorum non competat contra titulo possidentem, *secundum text. in l. 2. C. quor. bonor.* & ibi notat *Angel. de Perus. in fin. l. 1. ff. eod. tit. Specul. in tit. de Testam. §. nunc dicen. vers. & notã quod hoc interdictũ, & traditur in d. §. sequens, vers. adipiscendæ, Instit. de interdict. & compluribus relatis docet Ant. Gomez. in d. l. 45. Tauri, num. 128. circa fin.* & proptere à Bartholomeus habens titulum primogenituræ factæ per Sinulphum Seniorem hanc immissionem 7 impedire possit, quia respondetur, quod, † ex quo Castra Otterij, & Sancti Ioannis sunt iurisdictio- 8 nalia, præsumuntur feudalia, † cum omnis iurisdictio fuerit in populo, & ab eo in Principem translata, *vt traditur in § sed quod Principi placuit, Inst. de iur. natural. & benè notauit Castr. in l. 1. num. 3. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio*, & in specie, 9 † quod omnis iurisdictio præsumatur feudalis, *tradit post multos Mantic. de contract. lib. 23. tit. 4. n. 5.* vnde sequitur, prædicta Castra esse feudalia ex pa- 10 cto, & prouidentia, † prout præsumitur, dum de origine feudi non constat, *ex cap. 1. §. Beneficium, in quibus causis feudum amittatur. Couar. lib. 2. var. cap. 18. num. 3. in fin. Iul. Clar. in §. feudum, q. 40. & 85. Ossasc. dec. 163. ex num. 12. & post multos Mant.* 11 *vbi supra tit. 9. ex num. 8.* † Ideoq; primogenitura in præiudicium descendentium non potuit institui, *iuxta reg. text. in l. ab eo, C. de fideic. l. vnũ ex famil. §. 1. ff. de leg. 2. & latè prosequitur Peregr. de fideic. art. 6. ex num. 11. præsertim num. 18. Menoch. lib. 4. de præsumpt. qu. 197. num. 5. Iul. Clar. in d. §. feudum qu. 40. & 85. Surd. cons. 108. num. 33.* & ideo cum incontinenti appareat de nullitate tituli primoge- 12 nituræ, immissionem impedire non debet, † cum in omnibus Iudiciis summariis admittantur tantũ exceptiones, de quarum probatione, & veritate incontinenti liquet, *ex l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. l. ille à quo. §. si testamento ff. ad Trebell. c. literis. in fin. de restit. spolia. gl. in l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. & pluribus relatis Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. nu. 15. Gonzal. gl. 15. §. 1. ex num. 87.*

Minus obstat, quod dicta primogenitura facta à Sinulpho Seniore fuerit effectuata, dũ à Sinulpho Iuniore bona fuerunt possessa vti supposita primogenituræ, quia respondetur, Sinulphum Iuniorem potuisse possidere tàm ex titulo feudi, quam primogenituræ, et ideò non apparet primogenituram in eius persona fuisse executam, et obseruatã, qua- 13 re cum † hæc inspectio altiorem indaginem requirat,

quirat, in hoc Iudicio admitti non debet, ex Iuribus proximè relatis.

Et ita vtraque parte informante DD. responderunt etc.

R.P.D. Verospio

Romana Fideicommissi de Epis

Veneris 4. Aprilis 1631.

SVMMARIA.

1 *Manutentioni locus nō est defectu proprietatis probato.*

2 *Legitima fideicommisso grauari non potest.*

3 *Dos materna non venit sub patris testantis dispositione, sed ea vti æs alienum ex illius bonis detrahi potest.*

4 *Exceptio ad manutentionem impediendam probanda est incontinenti.*

5 *Reo, & possessori aduersus fideicommissarium satis est dicere, quod bona alienata non absorbēt suum creditum legitimæ, ita vt transferat onus probādi contrarium in aduersarium.*

6 *Decl. procedere in iudicio sūmarijssimo manutentionis, secus in ordinario immissionis.*

7 *Exceptiones altioris indaginis reijciantur in manutentionis.*

8 *Iustitia possessionis attendere omisso facto opus non est, vbi ius penitus non repugnat, sed aliquo tantummodo resistit.*

9 *Manutentio impeditur, vbi eadem pendet à cognitione petitorij.*

10 *Societates, quæ ex alicuius testamento debent eligere, & dotare puellas, & nullum commodum ex dispositione sentiunt, dicuntur Executrices voluntatis testatoris.*

11 *Bona fides adesse dicitur in eo, qui nec est in lite, nec litem scit.*

12 *Dotes irreuocabiliter apud mulieres esse publicè interest.*

13 *Possessio probatur ex solutionibus, & confessione partis.*

14 *Decl. secus in solutionibus, & confessione tutoris in præiudicium pupilli minoris, si ptenaiositer contrarium procedat in adulto.*

15 *Possessio contra auctorē, seu d. sententiæ suffragatur etiam contra hæredem, cum ex mutatione personæ non mutetur titulus, nec possessio.*

16 *Exceptio petitorium respiciens, vt est, an possessio translata sit ex contractu nullo, aliena dicitur à manutentione.*

17 *Minoris rem occupans acquirit saltim nudam detentionem.*

18 *Detentatio pro possessione habetur.*

19 *Detentio sua habet remedia possessoria, vt sunt officium iudicis ad effectum retinendæ, & recuperandæ possessionis, & interdictum vnde vi.*

20 *Dotatio, & nominatio Puellarum relicta quid contineat.*

Decisio CCXCV.

PRoposui dubium resolutum aliàs coram me 20. Iunij anni proximè præteriti super manutentione, quam petebant Archicōfraternitates Sanctissimi Crucifixi, et Sanctę Mariæ de Carmine in exactione fructuum census hereditarij q. Melchioris de Epis, vt iuxta ipsius Melchioris dispositionem distribuerentur pro dote Puellarum, quas eædem Archiconfraternitates nominare, et dotare debebant in executionem voluntatis eiusdem Melchioris. Quod dubium etiam hodie DD. affirmatiuè resoluerunt, non obstantibus ijs, quæ ex parte Ludouici Samminiati vocati ex fideicommisso Bartholini patris Melchioris opponebantur tàm contra possessionem Archiconfraternitatum, quā de anteriori fideicommisso eiusdem Bartholini.

Et quoad fideicommissum non solum illud deducebatur, vt inde ostenderetur nullitas dispositionis factæ à Melchiore, dum disposuerat de bonis, quæ propria non erant sed hec etiam exceptio dicebatur incontinenti probata cum et existentia, et purificatio ipsius fideicommissi ad fauorem Ludouici firmata fuissent particulari decisione facta *coram bo. me. Buratto 21. Iunij 1623.* † vt propterea de possessione amplius queri non posset, probato defectu proprietatis, *ex traditis in l. naturaliter. §. nihil commune, & ibi Alexand. num. 34. Rip. num. 97 ff. de acquir. possess. Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 685. Rota decis. 3. de restit. spoliat. in nou. & dec. 591. num. 4 par. 2. recent.*

Verùm hæc eadem exceptio sublata videri poterat in decisione, quæ facta fuit coram me, et in qua, cum vt hic idem articulus manutentionis disputaretur, firmatum fuit sustineri dispositionem Melchioris tàm super legitima, † quæ fideicommisso grauari non poterat, quàm super dote materna, † quæ neque venit sub dispositione Testatoris, sed tamquam æs alienum detrahi etiam poterit ex illius bonis. Nec obesse visa fuit replicatio, quę fiebat contra vtramq; hanc detractionem, vt ipsis satisfactum esset, vel per anteriores alienationes, vel per solutionem, et restitutionem factam cum effectu ipsius dotis; quia adhuc non poterat dici probata incontinenti exceptio alienationum, † sicut requirebatur, ad hoc vt impediri posset effectus manutentionis in hoc Iudicio summarijssimo, cum firmata non fuissent, aut quantitas ipsius legitimæ, aut valor bonorum alienatorum, ita vt non nisi dubia videri posset actio fideicommissarij, † dum satis erat Reo, et possessori respondere, vt bona, quæ dicebantur alienata, satis sibi non fuerint pro suo credito legitimæ, *Peregr. de fideicomm art. 39. num. 13. & 14. Natta cons. 238. nu. 7. Card. Seraph. decis. 609. num. 7. Rota dec. 210. par. 2. diuers. & dec. 641. nu 18. par. 1. diuers. & fuit seruatum in Cesenaten. fideicommissi 22. Aprilis 1630. coram R.P.D. meo Mohmano.* Et quatenus etiā replicaretur, † vt propter aliquas detractiones, quæ apparebant huic legato anteriores, fuisset in ipsum possessorem trāslatum onus contrarium probādi, quod pro eadem legitima satis esse non potuerunt bona alienata, sicut conclusionem superius firmatam visa fuit limitasse *Rota in Bonon. fideicommissi de Cataneis 10. Martij 1617. corā R.P.D. meo Pironano, in Romana domus ad Peregrinum 11. Martij 1609. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Maceraten fideicommissi 16. Februar. 1610. corā Card. Sacrato, & tenuit idem Peregri. de fideicom. art. 39. n. 14.* Hanc tamen limitationem, quam DD verissimam dixerūt esse in suo casu, in Iudicio scilicet plenario Immissionis (cum per eam replicationem fideicommissarij videatur ipse Reus sustinere partes actoris, dum in sua exceptione negat satisfieri sibi potuisse ex valore bonorum alienatorum. Non potuerunt admitti posse in hoc Iudicio sūmarijssimo, † in quo reijciuntur exceptiones altioris indaginis, sicut erat hęc quęstio, an bona alienata æquarēt valorē detractionū propter plures probationes, ad quas tenerēt filius hæres grauatus, si in hoc Iudicio eisdē probationibus cogeretur elidere nō vnā præsumptionē quæ sola videtur cōtra se vigere pro imputatione.

8 Cum † neque, si ius aliquo modo resisteret, dum tamen penitus, et omnino non repugnaret, opus esset omisso facto inspicere, et attendere iustitiam eiusdem possessionis, vt ex mente *Innocent. Abb.* et alio tum distinxit *Couar. pract. q. cap. 17. num. 6. Menoc. de retin. possess. remed. vltimo n. 21. quam secuta fuit pur Rota dec. 534. num. 7. par. 1. diuers. & in Hispalen. praeminentiarum 19. Februarij 1619. coram bo. me. Vbaldo.* Et in omnem euentum, quatenus etiam non subsisteret creditum legitimæ, satis esse poterat ad sustinendam hanc dispositionem, et legatum Melchioris, creditum dotis maternæ, quæ probata fuit ascendere ad scuta bis mille, non autem esse solum scutorum mille, vt contendebant informantes pro Ludouico; Itam detractis scutis quingentis, quæ lucratus fuit Octauius secundus vir Iuliæ, et Vitricus ipsius Melchioris per obitum eiusdē Iuliæ, superesse adhuc scuta mille, et quingenta ex pretio Casalis venditi Laurentio Ruggerio, in quo eadem dos consistebat, et quam prorsus summam reliquerat Melchior, vt ex illius fructibus dotari quotannis deberent Puellæ, quas nominare debebāt Societates.

Ex his neque obesse visa sunt, quæ ad impediendam 9 manutentionem etiam opponebantur † vt scilicet illa penderet à cognitione petitorij, dum nulla spes erat, vt dotes, quæ in vim mandati de manutenendo, et pendente iudicio possessorio, soluendæ erant, possent postea recuperari, quasi redderetur impossibilis hęc repetitio, si contingeret in petitorio declarari fideicommissum, tam respectu 10 earumdem Societatum, † quæ solum reputari poterant executrices voluntatis Testatoris, dum nullum commodum ad eas pertinere debebat ex legato illis relicto, *iuxta distinctionem gl. in l. si quis Titio. 17. in verb. vt ministrum, & ibi Bart. num. 1. ff. de leg. 2. Io. Andr. in addit. ad Speculum lib. 2. part. 2. de instr. edition. §. nunc aliqua. 13. sub nu. 17. Rot. in Romana census scutor. viginti millium 24. Febr. 1612. coram Ludouis. dec. 544. nu. 2.* quàm respectu Puellarum, quibus dotes solui debebant, propter bonam 11 fidem, † quæ non poterat in illis negari, dum neq; sunt in lite, neq; hanc litem sciunt, *vt etiam dixit glos. in cap. significauerunt. in verb. restituendum, de testibus, & in cap. cum super in verb. restituendum. de caus. possess. & propriet. Rot. decis. 7. eodem tit. in antiq. & dec. 18. de re iudicat. in nou. Speculat. in tit. de fructibus, & interesse. §. 1. num. 9.* præter fauorem 12 publicum, † qui etiam suadere videtur, vt eędem dotes debeant esse irreuocabiliter apud ipsas Puellas, postquam fuerunt effectæ proprium illarum patrimonium: Si enim præter fideicommissum Bartholini supererat Melchiori, & dos materna, et portio suæ legitimę, quæ tamquam ęs alienum detrahi debebant ab eodem fideicommisso, nō potest dici, vt casus restitutionis pēdere debeat ab illius declaratione, et nunquam ex his solutionibus, et distributione dotium faciendis eidem fideicommisso præiudicatum dici poterit.

Et hæc super exceptione fideicommissi. Quò vero ad possessionem Societatum, quam etiam impugnabat Ludouicus, non poterat illa controuerti, 13 † tàm ex pluribus solutionibus, quàm etiam propter propriam confessionem eiusdem Ludouici, quæ omnia fuerunt fundamentum decisionis factę in hac causa super concessione mandati de manutenendo: Et licet hanc confessionem, et omnes solutiones factas postquam ipse successerat in hæreditate, impugnaret idem Ludouicus ex eo quod omnes in actus solutionum, et confessionis facti fuissent, cum ipse esset minor, à suis Tutoribus, 14 † qui præiudicare sibi non potuerunt *iuxta doctrinam Bart. in l. 1. §. si vir. num. 3.* vbi etiam *Alexand. num. 4. ff. de acq. possess. quam secutus fuit Ruin. cons. 137. num. 11. lib. 1.* constituta differentià inter minorem, qui tamen adultus sit, et minorem, qui pupillarem ætatem non excedat. Non tamen poterat controuertere possessionem Societatum in vita 15 Isabellæ matris primæ hæredis, † eademque possessio suffragabatur eisdem Societatibus contra ipsum Ludouicum, cum ex mutatione personæ non potuerit mutari titulus, et possessio, quam illæ acquisiuerant, *iuxta dec. Guidopap. 629. quam semper sequuta fuit Rot. vt apud Put. dec. 151. lib. 3. in dec. 99. num. 11. par. diuers. dec. 562. nu. 1. par. 1. & dec. 652. num. 4. par. 2. recent. & in his eisdem terminis Exactionis fructuum census coram Ludouis. decisione 213. num. 3. & in Romana Domus 17. Martij proxi-* 16 *mè præteriti coram me.* Præter quā † hæc exceptio, an propter nullitatem contractus fuerit translata possessio, etiam ipsa videri poterat aliena ab hoc iudicio, tamquam respiciens petitorium, *vt in his* 17 *terminis est dec. Achill. 15. de restit. spol.* cum † et occupans rem minoris acquirat saltem nudam detentionem, *l. possessionem. 29. ff. de acquir. possess. gl. in l. pupillus. 11. de acquir. rer. domin. Put. dec. 276.* 18 *nu. 5. lib. 3.* † quæ detentatio et pro possessione habetur, *l. stipulatio ista, §. hac quoque, ff. de verb. obligat. Innocent. in cap. quoniam frequenter. nu. 8. vt lit. non contest. Aegid. in cap. in literas. 5. num. 4. de rest.* 19 *spoliat.* † Et habet sua remedia possessoria, vt sunt officium Iudicis ad effectum tàm retinendæ, quàm recuperandæ possessionis, *Bald. in cap. licet causam num. 35. de probat. Couar. pract. qq. cap. 17. nu. 5. Menoch. de adipisc. possess. remed. vlt. nu. 18. & recuperandæ possessionis. remed. 17. nu. 21.* Et interdictum vnde vi, *vt tradit idem Menoc. de recup. poss. remed. 1. num. 66.*

Demum quod ex ipsius Melchioris testamento appareret de defectu istius tituli, et possessionis, dum Societatibus non fuit demandata exactio, sed sola nominatio Puellarum, quæ nubere deberent: nō 20 visum fuit Dominis obesse: Quia † et dotatio, et nominatio relicta debebat intelligi cum effectu, et iuxta consuetudinem similium dotationum, cum nihil præterea contineret ius illud, et facultas nominandi, quàm, vt possent Puellis à se nominatis Societates dotem promittere, illas postea soluturę, cum casus desponsationis, et nuptiarum aduenerit, quod in necessariam consequentiam importat precedentem exactionem, *vt fuit dictum in his eisdem terminis in Romana electionis Puellarum 7. Aprilis 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto.* Et hoc etiàm declarare potuit obseruantia interpretatiua, sicut et hanc interpretationem potuit facere tàm Lucas Antonius de Fabiis relictus à Melchiore in suo testamento executor, quam illam inducere sequentes solutiones, quas in vita Isabellæ primæ hæredis exegerunt Societates, eadem Isabella non contradicente.

Et ita vtraque etc.

Cardinali Sacrato

Romana Domus

Luna 18. Decembris 1617.

S V M M A R I A.

1. *Immissus ex Saluiano non potest ad subhastationē bonorum deuenire, nisi commissione desuper obtenta.*
2. *Creditor anterior habet prælationem.*
3. *Vxor viuente viro ad inopiam vrgēte habet ius repetendi dotem.*

4 *Viri*

4 *Viri vergentia ad inopiam vbi est in Ciuitate notoria, vt quia huiusmodi de causa discesserit, & commissa sit causa discussionis bonorum illius, nõ indiget probatione.*
5 *Retentio non datur pro melioramentis, nisi probentur.*
6 *Res inter alios acta tertium non afficit.*
7 *Expensa non inferunt ad melioramenta.*
8 *Melioratum quod est, non quod impensum Rota solet attendere, si hoc expedit debitori.*
9 *Confessio auctoris non præiudicat successori, qui non habet causam ab illo post confessionem.*
10 *Hypotheca competẽs ex dote præfertur hypothecæ competenti pro melioramentis.*
11 *Appellatio de iure Canonico datur in Saluiano, & quolibet possessorio.*
12 *Aegidiana locũ non habet inter Ecclesiasticas personas.*
13 *Appellans in Curia Romana in causa possessoria, vbi regulariter seruatur Aegidiana, debet exprimere causam, aliàs potest Iudex non admittere.*
14 *Immissio ritè, & rectè facta excludit manutentionem eius, qui immissionem passus est.*
15 *Ampl. etiam si iustitia immissionis non sit omnino clara, dummodo iniustitia non sit patens, & manifesta.*

Decisio CCXCVI.

LAura Crescentia creditrix occasione suarũ dotium Maximiliani Castarelli sui viri remedio Saluiani interdicti fuit immissa in possessionem domus, de qua agitur expulso Abbate Maruscello, qui tamquam creditor eiusdem Maximiliani, sed posterior Laura fuerat in possessionem eiusdem domus immissus. Appellauit Maruscellus, & causa appellationis cum clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, fuit mihi commissa. Postea vero Laura obtinuit per Signaturam Sanctissimi, vt præfixo Maruscello competenti termino ad probandum, quidquid vellet, & posset, tam in petitorio, quam possessorio, illoque elapso, & nihil, quod releuet, docto, ad subhastationem, deliberationem, & venditionẽ domus, prout iuris fuisset procederetur. Quod quidem rescriptum fuit postea per Signaturam eiusdem Sanctissimi declaratum, vt illa verba, Prout iuris fuerit, non intelligerentur de ipsa subhastatione, vt scilicet ita demum debuerint procedere ad subhastationem, si hoc fuisset de 1 iure, † quia Papa in hoc noluit facere gratiã simpliciter, & sic quod Laura immissa ex Saluiano nõ teneretur sibi satisfacere de fructibus, vt est de natura Saluiani, sed posset pro magis celeri satisfactione sui crediti quam primum procedere ad subhastationem seruato tamen ordine iuris requisito in facienda subhastatione, & in hoc vltimo verificari illa verba, prout iuris fuerit, *Seraph. dec. 1100. num. 2.* cum itaq; fuerit præfixus terminus, de quo in commissione, & Laura instaret pro hac subhastatione, & ecõuerso Maruscellus proposui dubiũ, An procedendum esset ad subhastationem, vel potius danda manutentio Maruscello, & placuit Dominis primam partem affirmatiuã, secundum vero negatiuè resoluere.

Quoad primam partem moti fuerunt, Quia D. Laura est anterior in credito, & hoc non contro-2 uertitur, † vnde stat regula pro se, quod debet præferri Maruscello, *c. qui prior. de reg. iuris in 6. l. quoties vtriusq; ff. eod. l. qui balneum. in princ. C. qui pot. in pign. hab.*

3 Non obstat, † quod D. Laura viuente viro non possit repetere suas dotes. Quia hoc fallit, vt in proposito casu, vbi maritus vergit ad inopiam, *l. si constante, & ibi gl. in ver. marito ff. sol. matr. Bart. in l. vbi adhuc. nu. 1. C. de iur. dot. Negus. de pign. in primo memb. 5. par. nu. 29. vers. non alias effectus. Rom. cons. 392. nu. 5. vers. ex quibus quoad hoc.*

4 Nec facit, † quod talis versio non fuerit probata in actis, quia, cum sit res notoria in Vrbe, quod maritus hac de causa ab Vrbe se absentauerit, & fuerit commissa causa discusionis super eius bonis, visũ fuit tamquam de re notoria, non esse necessariam probationem, *gl. in clem. appellatio in ver. alias causas. de appell. Ias. in l. si vero qui pro rei. numer. 9. & 10. ff. qui satisd. cog. Dec. cons. 402. num. 10. Soc. Iun. cons. 65. num. 79. lib. 1. Menoc. de recuper. remed. 15. num 264.*

Non obstat, quod secundo loco dicebatur, competijsse Maruscello retentionem pro melioramen-5 tis factis in domo, † quia talia melioramenta non fuerunt probata. Fides enim peritorum electorum 6 in tribunali Illustrissimi Vrbis Vicarij, † tamquã res inter alios acta, non afficit Lauram, vltra quod non continent meliorationem domus, sed tantum 7 expensam; † potest enim esse, quod multum fuerit expensum, & nihil melioratum, vt in dies euenit de illis, qui fabricant potius secundum eorum cõmoditatem, vel appetitum, quam secundum com-8 munem rationem, Ideoque † Rota seruat, vt attendatur, non quid impensum, sed quid melioratum, si hoc expedit debitori prætensorum melioramentorum.

Nec visa fuit obstare prætensa confessio mariti, 9 quod dicta domus fuerit meliorata. Quia † talis confessio non potuit præiudicare Lauræ, quæ non habet causam ab illo post confessionem, *Afflict. dec. 402. num. 5.*

10 Addebant aliqui ex Dominis † Hypothecã cõpetentem ex dote esse adeò priuilegiatam, vt præferatur hypothecæ competenti pro melioramentis *Salyc. in auth. quo iure. C. qui pot. in pign. hab. num. 3. Negus. de pignor. 2. memb. 5. par. num. 16. Affl. dec. 306. num. 5. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. nu. 2. vers. qua sit. & seq. Rot. in causa Romana Melioramentorum 25. Maij 1612. coram Vbaldo.*

11 Non obstat, quod D. Laura fuerit male immissa, † cum de iure Canonico detur appellatio in quolibet possessorio, & sic etiam in Saluiano non suf-12 fragante Ægidiana, † quæ non habet locum inter Ecclesiasticas personas, qualis est Maruscellus.

13 Quia ad hoc fuit responsum, † quod, cum in Curia Romana regulariter seruetur Ægidiana, debuit Maruscellus in sua appellatione exprimere causam, ob quam esset admittenda sua appellatio aliàs potuisse Iudicem deuenire ad executionem, perinde ac si non fuerit appellatum, *Rot. dec. 120. nu. 2. par. 1. diuers.*

14 Et, † cum ex istis pateat, bene fuisse immissam Lauram, resultare videbatur resolutio secundæ partis dubij, quod Maruscellus non sit manutenendus.

15 Cæterum † quatenus etiam prædicta non essent omnino clara, prout vere clara videbatur, adhuc ducebatur, saltem sufficere, vt non sit locus manutentioni, cum ad istum effectum iniustitia Iudicis, qui immisit, debeat esse patens, & manifesta, *vt fuit dictum in causa Romana de Bobellis 20. May 1613. coram me, quam desisionem Rota sæpissimè sequuta fuit &c.*

R.P.D. Ghislerio

Ciuitatis Castelli Spolij

Mercurii 5. Decembris 1629.

SVMMARIA.

1 *Aegidiana non procedit in Clericis, & bonis Ecclesiasticis ex defectu potestatis, & voluntatis Cardinalis Aegidij, & num. 5. & 8.*
2 *Appellatio de iure Canonico in terris Ecclesiæ seruandu datur in quocumque iudicio, à quocumque grauamine, & ad vtrumque effectum.*
3 *Clericatus probatur ex literis patentalibus Ordinarij.*
4 *Clericus sortitur forum Ecclesiasticum.*
6 *Constitutio quantumcumque generalis non extenditur ad personas exemptas, & non subiectas iurisdictioni illam edentis.*
7 *Constitutionis verba generalia intelliguntur de omnibus, exceptis priuilegiatis.*
8 *Dispositio constituentis commensuratur secundum eius potestatem, & vt non comprehendat personas, seu causas, de quibus in specie disponere non potuisset.*
9 *Nullitas, & iniustitia sententiæ impedit eius transitum in iudicatum, & executionem.*
10 *Nullitas omissæ citationis quoad vnum habentem coequale interesse præiudicat ex connexitate iuris, etiam respectu eorum, qui fuerunt citati.*
11 *Nulla dicitur sententia ex defectu iuramenti calumniæ exaduerso petiti.*
12 *Iuramentum calumniæ in quouis iudicio, etiã summario requiritur, ne veritas occultetur.*
13 *Legitimatio personarum in qualibet parte iudicij peti potest, & omissa reddit processum nullum.*
14 *Fructus in iudicio spolij non debentur, nisi à die motæ litis respectu possessoris auctoritate Iudicis, qui dicitur bonæ fidei possessor.*
15 *Sententia lata in spolio vnica verborum structura ad restitutionem rei, & fructuum, vbi est iusta respectu fructuum, dicitur iniustactiam respectu rei ratione indiuiduitatis.*

Decisio CCXCVII.

Leoni prætendentes fuisse spoliatos à Longinis de prædio nuncupato di S. Atanasio sito in territorio Ciuitatis Castelli ab A. C. per sententiam obtinuerunt reintegrari ad possessionem d. prædij cum condemnatione in fructibus, & expensis à die occupationis citra, et interposita appellatione causa fuit in Rota commissa, constito quod sit locus Ægidianæ. Vnde, cum de eo 1 dubitassem, fuit negatiuè resolutum, † cum ea non habeat locũ in Clericis ex defectu potestatis Cardinalis Ægidii illius conditoris, qui non habebat auctoritatem circa bona, et personas Ecclesiasticas et propterea cum Ægidiana sit constitutio secularis, quando sunt in causa personæ Ecclesiasticæ, vt 2 in casu nostro, Ægidiana tunc cessat, † ac remanet locus dispositioni iuris Canonici in terris Ecclesiæ omnino seruandi, quo iure datur appellatio in quocumque iudicio, à quocumque grauamine, ad vtrũque effectum, *cap. ad sedem. de restit. spol. & ibi Couar. pract. quæst. cap. 23. sub numer. 8. vers. prima conclusio. Rot. decis. 231. numer. 1. & 2. apud Pacif. de salu.*

Nulla autem cadere potest dubitatio, quin duo ex fratribus de Longinis reis conuentis sint Clerici, cum vnus de eo tempore, et nunc sit professus Societatis Iesu, alter vero adscriptus seruitio Cathedralis Ecclesiæ, vt in literis patentalibus Ordi-3 narij, † in hac materia est plenè credendum, tamquam de re spectante ad eius officium, *cap. inter quatuor. vbi gl. in vers. à Regularibus. vbi Abb. nu. primo de cler peregr. Gramm. dec. 81. nu. 1. Rot. decis. 17. num. 2. 311. num. 1. 401. nu. 4. par. 2. recent.* et ad 4 præsens Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, † qui propterea sortiuntur forum Ecclesiasticũ *ex Conc. Trid. cap. 6. de refor. Gutier. lib. 1. pract. quæst. cap. 7.* 5 † et non comprehendantur sub dicta Constitutione condita à Laico non habente potestatem in Clericos, bona Ecclesiastica, *Hond. cons. 20. num. 6, lib. 1. s. m. Greg. XV. dec. 381. vbi Add. nu. 8.* non solum defectu potestatis, *cap. Ecclesia S. Mariæ vbi DD. de constit. cap. quod Clericis. de for compet. Corn. cons. 145. num. 4. lib. 5. Paul. de Castr. qui testatur de communi, cons. 157. num. 1. lib. 2.* sed etiam defectu voluntatis, cum in dicta constitutione nulla fiat mentio de personis, et bonis Ecclesiasticis, nec compre-6 hendantur in ea, cum † Constitutio quantumcumque generalis non extendatur ad personas exemptas, et bona nõ subiecta iurisdictioni eius, qui dictam constitutionem edidit, *Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Soc. sen. cons. 74. num. 11. lib. 2. Go-* 7 *zad. cons. 76. num. 12.* † sed eius verba generalia intelliguntur de omnibus exceptis priuilegiatis, *vt post Siluan. cons. 73. numer. 4. & Rim. sen. cons. 313. num. 12. lib. 2. dixit Bursat. cons. 186. num. 33. lib. 2.* 8 † cum dispositio constituentis commensuretur secundum eius potestatem, nec creditur voluisse cõprehendere in generali dispositione personas, seu causas, de quibus in specie disponere non potuisset, *Abb. in cap. à nobis. il primo num. 4. & 5. de sentent. excom. Crot. cons. 370. nu. 13. & 14. lib. 3.* quare Clerici, qui Cardinali Ægidio non subiacebant, in illius constitutione non includuntur.

Neque iotrara Ægidianam resoluarunt Domini ex capite nullitatis, et iniustitiæ sententiæ latæ su-9 per spolio, † quæ efficiunt, vt sententia nunquam transeat in rem iudicatam, neque executioné mereatur, *Oldrad. cons. 106. Couar. pract. cap. 15. nu. 3. Ias. in l. 1. nu. 11. ff. de nou. oper. nunc.*

10 Nam, vltra supradicta, alia † nullitas einsdem sententiæ ex eo apparet, quia non fuit citatus Hieronymus frater Nicolai, et Anibalis existés in Religione capaci, qui vt habens coequale interesse cum Nicolao, et Anibale tamquam successoribus Sebastiani Longini necessario erat citandus, maximè cum de istius renunciatione non appareat, et hæc nullitas citationis ex connexitate iuris præiudicat etiam respectu eorum, qui fuerunt citati ad sententiam, *Bald. in l. 2. num. 63. vers. aut quid indiuiduum. Bl. de err. calc. Abb. in cap. inter. num. 24. de re iud. Cas. de Grass. dec. 5. nu. 2. de re iud. s. m. Greg. XV. dec. 319. nu. 1. vbi Add. num. 7.* præsertim cum non agatur de iustitia ipsius sententiæ, sed de eiusdem validitate, et executione, neque enim agitur directè contra spoliatorem, sed contra successores eius, qui emit à spoliatore, qui, cũ pro indiuiso possiderent, debuerunt citari, et ratione vnius, qui non fuit citatus, sententia, vt dictum est in omnibus corruit.

11 Et ex alio capite fuit resolutum † pro nullitate, cum non fuerit præstitum iuramentum calumniæ expressè petitum, *summario nu. 5.* quo casu sententiã nullius esse momenti, *tradit Bart. Imol. Alex. & alij in l. de pupillis. §. qui opus. ff. de oper. nou. nun. & Ias. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. qui iusiurandum. num. 3. ff. de iur. iur. & hanc esse communem Doctorum sententiam testatur Corn. cons. 216. nu. 10.* 12 *lib. 3 Mans. dec. 33. nu. 3.* † et ne veritas occultetur,

dubium

dubium non est, quin hoc iuramentum calumniæ in quouis iudicio etiam summario requiratur, *clem. sæpe. de verb. signif. & ibi DD. Bart. in extrauag. ad* 13 *reprimendum in verb. & figura. num. 11.* † nec poterat procedi omissa discussione legitimationis personarum, et per consequens filiationis q. Ioannis Lucæ q. Sebastiani de Longinis, quæ potest opponi in qualibet parte iudicij, et omissam reddere processum nullum, *dixit Rot. coram s. m. Greg. XV. decis. 253. num. 1. & 3. & 264. num. 1. & 2. vbi Add. nu. 5. & seq.* et de hac oppositione apparet in *summario vbi supra.*

Iniustitia autem sententiæ Domini dixerunt probari, dum, non obstante quod Iudicis auctoritate possiderent, fuerunt condemnati ad restitutionem 14 fructuum à die commissi spolii, † qui non veniunt restituendi, nisi à die motæ litis, cũ à die possessionis iudicialiter captæ fuerint possessores bonæ fidei, et sic fecerint fructus suos, quos propterea restituere non tenentur, *l. 4. §. 1. ff. fin. regund. §. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis. Menoch. de recup. remed. 15. num. 82. Rot. dec. 320. per tot. par. 2. recent.* quod possidentes ante motam litem bona fide fructus perceperint, ex eo probatur, quod alienatio fuit facta de mandato Iudicis, cum Cleantonij, à quibus Longini habent causam, fuerint immissi in possessionem eius prædii auctoritate Iudicis pro vero, et concurrenti credito, quod habebãt cum Frucciolis, vt ideo spolium, si quod est, omnino iudiciale dici deberet, non autem violentum, aut priuatum, ex quo solum fructus deberentur à die peti-15 tionis. † Et cum sententia vnico contextu sub vnica verborum structura, et ad restitutionem fructuum, et prædii condemnet, ratione indiuiduitatis etiam quoad prædium redditur iniusta, cum non plures stipulationes, sed vna tantum intelligatur, *ita probat tex. in l. scire debemus. in princ. de verb. oblig. Felin. in cap. post §. quoniam. col. fin. de rescrip. Pat. dec. 315. num. 6. lib. 1.*

Ex quibus veraque parte informante fuit decisũ vt supra etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Romana Stagni

Mercurij 21. Iunij 1625.

S V M M A R I A.

1 *Possessio vt amissa censeatur, requiritur taciturnitas per decennium.*
2 *Limit. vt data scientia sufficiat minus tempus decennij.*

Decisio CCXCVIII.

Domini non recesserunt à tribus decisionibus in hac causa factis, in quibus fuit resolutum, creditoribus de quinque dandũ esse mandatum de manutenendo ex rationibus inibi deductis.

Neq; obstat, quod constet de anteriori possessione fratrum de Quine; qua non fuerunt spoliati per immissionem concessam per iudicẽ de anno 1603. cum nulliter processerit. Quia quidquid sit, an Iudex rite, et rectè processerit, satis est creditoribus, quod fratres de Quinque ab anno 1603. vsque ad 1 annum 1611. tacuerunt, et quamuis † ad hunc effectum, vt censeatur amissa possessio, requiratur taci-2 turnitas per decennium, † attamen, cum fratres scirent creditores possidere, et petierint alimenta à creditoribus allegando, quod omnia bona fuerint ab illis occupata, et posuerint in calculo fructus huius stagni, vt prouenientes ex bonis patris, non vti suos, satis constat de scientia, et acquiescentia, quod creditores possiderent, quare requiritur minus tempus decennii ad perdẽdum possessionem, *iuxta cons. Aym. 235. num. 1. quod Rot. passim sequitur, & nouissimè fuit resolutum in causa Bononien. Professionis 14. Martij 1622. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat, quod alimenta fuerint petita pro lite vertente super bonis subiectis fideicommisso, nõ autem super portionibus Stagni, quæ prætenditur deberi ex pacto, et prouidentia, quia in hoc non fit vis, sed in eo, quod fuerit narratum, omnia bona occupari à creditoribus, vnde ex acquiescentia, et ex prædictis actibus constat, fratres acquieuisse immissioni concessæ creditoribus, qua propter ad perdendam possessionem sufficit minus tẽpus, quã decennii.

Non obstat, quod calculus fuerit factus post annũ 1611. de quo tempore fratres renouauerant iudicium, quia, quidquid sit de hoc, principale fundamentum non fuit factum in calculo, sed consecutiuẽ ad alia, et quod etiam mouit Dominos est quod fratres de Quinque erant in possessione, et concessa immissione creditoribus nec reclamauerunt, nec aliquid opposuerunt, et quamuis prætendebatur aliquos ex fratribus non fuisse citatos, non refert, quia hodie non agitur de validitate illius iudicij, et an ex immissione fratres fuerint priuati possessione, sed solum, an fuerint priuati ex eorũ acquiescentia, quod affirmatiuè fuit resolutum ex rationibus præfatis.

Et ita conclusum etc.

Vbaldo Seniore.

Romana de Incoronatis.

Veneris 29. Aprilis 1616.

S V M M A R I A.

1 *Possessio anterior est manutenenda, non posterior, & iunior, quæ clandestina, & turbatiua præsumitur.*
2 *Clausula constituti translata dicitur in constitutarium possessio.*
3 *Possessio per constitutum translata est manutenibilis.*
4 *Vsufructus reseruatione dicitur retenta naturalis possessio, & translata ciuilis.*
5 *Vsufructu finito ciuilis possessio proprietarij trahit ad se naturalem, & est manutenibilis contra vsufructuarij hæredes.*
6 *Constitutum collatum post mortem constituentis nihil operatur, & num. 9.*
7 *Lim. secus si fuerit tantum in tempus mortis dilata executio, & eo fortius, si adsit clausula, Ex nunc, & num. 9.*
8 *Reseruatio vsusfructus, & possessionis eorundem bonorum cum clausula constituti an operetur effectum translationis possessionis ciuilis.*
10 *Clausula constituti quando dicatur in instrumento contineri.*
11 *Instrumentalis possessio alio in possessione existente non est manutenibilis.*

12 *Exceptio descendentia fideicomissi, & nullitatis non est indaginis possessorij, sed petitorij.*

Decisio CCXCIX.

Camillus, et alij duo fratres de Incoronati donarunt de anno 1590. causa, et intuitu matrimonii Frãcisco eorum fratri omnia eorum bona stabilia cum clausula *constituti*, et alijs amplissimis clausulis, cũ reseruatione tamẽ quoad Ioannem Baptistam, et Camillum possessionis, et vsusfructus eorum vita naturali durante. Mortuo dicto Camillo Franciscus agnouit donationem sibi factam, et vsumfructum cum proprietate consolidatum, et nihilominus ad maiorem cautelam realem bonorum donatorum possessionem appræhendit, sed, cum Camillus iunior assertus eiusdem Camilli filius prætenderet, se vocari ad dicta bona ex causa cuiusdam fideicommissi, et eorum etiam possessionem accepisset, causa in Rota introducta Dubitaui, cui esset dandum mandatum de manutenendo, et Domini vtraque parte informante censuerunt esse dandum Francisco.

1 Quia certum est, † possessionem anteriorem esse manutenendam, cum iunior, et posterior præsumatur clandestina, et turbatiua, *cap. licet causam. vbi Doct. & in specie Felyn. num. 8. vers. tertia causa. de prob. Menoch. de retin. remed. 3. num. 25. Rot. decis. num. 5. & 6. par. 1. diuers. cum alijs allegatis in vna Augustana Hospitalis 21. Februarij 1611. corã me*, Quod autem possessio Francisci sit anterior, apparet tum ex clausula *constituti* apposita in dicto cõ-
2 tractu donationis ad fauorem Francisci, † ex qua dicitur translata in ipsum possessio, *l. quod meo. ff. de acq. poss. l. quædam mulier. vbi gl. in verb. possessionẽ. ff. de rei vindic. Alex. cons. 14. num. 8. lib. 1. & post eum Natt. cons. 453. num. 4. lib. 2. Rol. cons. 79. nu. 43. vbi de communi lib. 1. & cons. 61. numer. 41. libr. 2. Magn. dec. Florent. 64. nu. 12. & dec. luc. 87. nu. 10. Surd. cons. 481. nu. 6. lib. 4. Rot. dec. 549. nu. 1. par. 1. diuers. cum alijs per Tiraq. de iur. constit. poss. par. 1. num. 2. & 4. & 2. par. ampl. 8.*
3 † Quæ possessio translata per constitutum vbique est manutenibilis, *Osasc. dec. Pedem. 133. num. 7. & tenuit Rota in Clusina Portæ 27. Ianuarij 1603. coram Litta.* Tum etiã
4 † ex reseruatione vsusfructus bonorum donatorum per quam censetur retenta naturalis, et translata ciuilis possessio in donatarium *l. quisquis. C. de donat. Socc. Iun. cons. 118. num. 18. lib. 2. Hond. cons. 18. num. 2. & 3. & num. 46. lib. 2. Ferrett. cons. 122. nu. 3. lib. 1. Tiraq. de iur. constit. ampl. 36. num. 2. & est dec. Pat. dec. 216. alias 215. num. 3. lib. 3.* secundum nouam impressionem, licet ibi contrarium firme-
5 tur ob alias rationes. Vnde † finito vsufructu per mortem Camilli ciuilis, quę residebat in Francisco traxit ad se naturalem, et sic est manutenibilis cõtra hæredes Camilli, *Natt. cons. 419. nu. 3. & seqq. Menoch. cons. 139. num. 14. & seq. & num. 21. & de retin. poss. remed. 3. nu. 23. & seq. & in his terminis Berõ. cons. 60. num. 26. & seq. lib. 1.*
6 Nec visum fuit subsistere, † quod constitutum tamquam collatum post mortem Camilli cõstituẽtis nihil operetur, *ad tradita per Ang. & Alex. in l. quamuis. §. si conductio. ff. de acq. poss.*
7 Quia † ex lectura donationis apparet, eam fuisse puram, et simplicem, et consequenter et ipsum constitutum, nec respectu substantię fuisse adiectam illam diem, vel conditionem, sed dumtaxat fuisse in tempus mortis dilatam executionem respectu translationis factæ, *iuxta cons. Oldr. 114. sub num. 2. quod sequitur Tiraq. par. 1. num. 10. & 2. par. ampl. 7.* præsertim stante clausula, *Ex tunc*, in donatione apposita, *Alex. cons. 83. sub num. 6. vers. confirm. lib. 2. Guid. Pap. dec. 268. Negusant. de pignor. 2. memb. 2. par. num. 5. Paris. cons. 62. num. 23. & cons. 26. nu. 18. lib. 2. Gabr. cons. 141. nu. 4. lib. 1. Mainas. cons. 99. num. 14.*

Rursus nec videbatur refragari, quod Camillus reseruauerit sibi non solum vsumfructum, sed etiam
8 possessionem bonorum donatorum, † et sic nec clausula constituti, nec reseruatio vsusfructus videatur potuisse operari effectum suum, *iuxta cõs. Natt. 374. num. 2. & 3. & fuit dictum in causa Rauennaten. Donationis vltima Ianuar. & 28. Martii 1583. coram bo. me. Cardinali Blanchetto.*

Quia fuit responsum, talem reseruationem intelligi de possestione naturali cum detentatione facti et facultate percipiendi fructus propria auctoritate, non autem propterea impediri translationem ciuilis possessionis, *Corn. cons. 8. num. 5. & 14. lib. 2. Bero. d. cons. 60. num. 13. & 14. lib. 1. Tiraq. d. tract. de constit. par. 2. ampl. 9.*

Et prædictæ clausulæ, et reseruationes sunt ita interpretandæ, ne sibi inuicem repugnent, prout repugnarent, si reseruatio possessionis intelligeretur etiam de ciuili, quæ iam per constitutum, et reseruationem vsusfructus translata erat, et ne alias dicta reseruatio vsusfructus esset inutilis, et frustratoria, *vt per Corn. d. cons. 8. num. 5. & 12.* quæ reseruatio fieri non potest, nisi fiat translatio dominii, et possessionis, *Alex. cons. 14. nu. 2. vers. hoc etiã innuit. lib. 1. Gabr. d. cons. 141. num. 4. vers. percipitur lib. 1.*

9 Et ideo non obstant prædictæ decisiones, † quia ibi constitutum erat collatum post mortem donantis, cum esset expresse conuentum, vt donatarius non posset accipere possessionem nisi finito vsufructu, in quibus terminis consuluit etiam *Hond. cons. 18. num. 58. & seq. lib. 2.* sed in casu nostro donatio, et consequenter constitutum fuit purum, et simplex, licet executio fuerit dilata post mortem, vt patet ex supradictis.

Nec dubitari posse videbatur de dicta clausula
10 constituti, † stantibus illis verbis instrumenti, *Constituens &c. dans &c. licentiam &c. donec &c.* post quod verbum extenditur clausula constituti de communi stylo ex clausulario Notariorum Vrbis, quod Domini videre voluerunt.

Et prædictis etiam accedunt locationes ab eodem donatario factæ, et possessio etiam post mortẽ Camilli capta. Ex quibus visum est Francisco dandam esse manutentionem tamquam possessori anteriori, non attenta possessione Camilli iunioris
11 † tamquam instrumentali, quæ alio possidente nõ est manutenibilis, *iuxta notata in l. prædia. ff. de acq. poss.*

12 Quæ † de filiatione d. Camilli, de fideicommisso, et validitate donationis dicebantur, visa sunt nõ esse præsentis indaginis, sed reijcienda ad petitorium.

Et ita fuit decisum.

E O D E M

Eadem

Lunæ 20. Februarii 1617.

S V M M A R I A.

1 *Donatario competit manutentio ex ciuili possessione, cum qua fuerit consolidata naturalis ob mortem donantis vsufructuarii.*
2 *Constitutario competit manutentio contra hæredem constituentis.*

3 Do-

3 *Donatio reuocatur liberorum superuenientia Lim. vt num.6.*
4 *Clausulæ constituti, & aliæ cessant cessante contractu principali.*
5 *Vel saltim contra illas competunt omnes exceptiones competentes contra contractum principalem.*
7 *Donationis inobseruantia non inducit reuocationem nisi habeat pactum resolutiuum, sed parit actionem ad adimplendum.*
8 *Donationis reuocatio non retrotrahit possessionem translatam per constitutum, sed de ea est agendum in petitorio.*
9 *Constitutum in donatione non operatur quoad bona non liquida.*
10 *Donatio non censetur comprahendere bona subiecta fideicommissa.*
11 *Petitorium respicientia non admittuntur in manutentione.*
12 *Constitutum operatur non constito de exceptione clara contra validitatem contractus, à quo pendet.*
13 *Constitutum non operatur in donatione, stante reseruatione possessionis, & vsusfructus. Decl. vt num.14. & seqq.*
18 *Patientia constituentis requiritur in incorporalibus transferendam possessionem, & vsus constitutarij.*
19 *Constitutum censetur conditionale, si contractus sit in sui substantia conditionalis.*
20 *Reseruatio vsusfructus, & possessionis in vita donantis non respicit donationis substantiam, sed executionem.*
21 *Constituto regulariter transfertur omnis possessio, naturalis scilicet, & ciuilis.*
22 *Vsusfructus retentione transfertur sola ciuilis possessio, non naturalis secundum communem.*
23 *Vsusfructus reseruatio quando sit intelligenda de casuali, & quando de formali.*
23 *Clausula, ex nunc, an operetur idem, quod clausula, ex nunc prout ex tunc, & num.26.*
25 *Donationis puræ proprium est, vt rei donatæ illico, dominium acquiratur donatario.*
27 *Constitutum nihil operatur nisi probetur possessio constituentis de tempore constituti. Limit. vt num.28.*

Decisio CCC.

DOmini steterunt in decisis in hac causa die 29. Aprilis preteriti, stilum enim est subsistere principale fundamentum decisionis, quod possessio Francisci est anterior, & in eum translata per clausulam constituti, & reseruationem vsusfructus bonorum donatorum in instru- 1 mento donationis de anno 1590. et ideo, † vsufructu finito per mortem Camilli, ciuilis possessio, quæ erat penes Franciscum donatarium, traxit ad ad se naturalem, quæ remanserant penes donanté, et sic est manutenibilis contra hæredes Camilli ex allegatis in decisione. *Quibus additur Cuman. cons. 173. in fin. vers. vnde statutum.* vbi in specie vult, 2 quod † manutentio competat contra hæredem cōstituentis, *& tradit Madern. Hispan. de vsufr. cap.61. sub num.7.*

Nec obstare visa sunt, quę late objiciebantur per 3 informantes. Et primo, quod † donatio fuerit reuocata ob superuenientiam liberorum ex beneficio *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* et propter illius inobseruantiam fuit reuocata a donatore in testamento 4 et sic, † cessante contractu principali, cessare etiā debeant illius clausulæ, vt constituti, et aliæ, *l. cum principalis. vbi Doct. ff. de reg. iur.* † vel saltem cōtra illas competant omnes exceptiones, quæ competiēe cōtra principalé contractū, *iuxta decisionem in vna Romana Bonorum de Zābecarij 10. Maij 1589. corā Cumisulo.* Nam quod reuocationé ex capite superuenientium liberorum cessat obiectum tam ex eo, quod non admittitur filiatio Camilli iunioris, et sic negātur superuenientia liberorum, quod fuit 6 expresse in instrumento renunciatum si dispositioni *d. l. si vnquam.* quæ renunciatio præiudicat etiam filijs, iuxta veriorem sentētiam, *de qua per Tiraq. in d. l. si vnquam. in præfat. numer. 88. Gabr. in tit. de donat. concl. 2. numer. 64. & seq. quam sequitur Rota apud Robust. decis. 124. num. 2. par. 1. & Seraph. dec. 425. num. 2.*

Quo vero ad inobseruātiam, de illa non docetur, 7 et quatenus doceretur, illa † non induceret reuocationem, cum donatio non contineat in tali casu pactum resolutiuum, sed esset agendum pro implemento, *l. fin. ff. de cond. ob caus. & in ciuile. C. de rei vēdit. Surd. cons. 38. num. 6. & seqq.* Et in omnem ca- 8 sum, † stante validitate donationis, illius reuocatio non retrotransfulit possessionem semel translatam per constitutum, sed de illa esset agendum in petitorio, vt in puncto constituti firmat *Gabr. cons. 51. num. 15. & 23. lib. 1.*

Secundo objicitur, donationem fuisse restrictam 9 ad bona spectantia ad ipsos donatores; quibus non liquidatis non videtur constitutum in donatione appositum quidquam operari, ex allegatis, sed fuit responsum, cessare obiectum ex facto, cum donatores ipsi in executionem d. donationis per apochā priuatam specificauerint huiusmodi bona cum eorum qualitatibus, super quibus hodie quæritur, quis sit manutenendus, vt latiùs in copia apochæ datæ in summario Francisci in præterita propositione causæ.

Nec facit, quod d. bona dicantur subiecta fidei- 10 commissis antiquis, † et ideo non censeantur cōpræhensa in donatione, tum quia neque hoc iustificatur, tum quia nec constat de descendentia Camilli requisita ad effectum, vt posit dici vocatus ad fideicommissa, et, vt vno verbo concludam, ista 11 omnia respiciunt petitorium, † nec debent admitti in judicio summarissimo manutentionis, *Rot. di-* 12 *uers. dec. 64. par. 2.* Vnde, cum de nulla exceptione doceatur, saltem clara, quæ tangat inualiditatem donationis constitutum in ea appositum operatur effectum suum, etiam si illius virtus pendeat à validitate contractus, *Rot. dec. 549. num. 4. vers. secundo non obstat. par. 1.*

13 Tertio principaliter, quod † clausula constituti non operetur stante reseruatione facta à Camillo donante possessionis, et vniuersi vsusfructus, *ex Nari. Cassan. Honded. decis. Rauenaten coram Card. Blanchetto.* et alijs allegatis per informantes pro Camillo. Sed huic obiecto videbatur Dominis ple- 14 ne satisfactum in decisione, quod scilicet † exaduerso allegati loquuntur in casibus, in quibus constitutum erat collatum post mortem donantis, et ideo non applicantur huic casui, in quo donatio ab initio fuit pura, et simplex, et consequenter etiā constitutum, licet executio fuerit dilata in tempore mortis donantis, *Oldrad. cons. 124. num. 2. quem* 15 *sequitur alios referens Syluan. cons. 67. num. 6.* † stāte maxime clausula, ex nunc, donationi apposita, ex allegatis in decisione, et vlterius placuit etiam cō- 16 siderari, quod † talis reseruatio debet intelligi, de possessione naturali cum detentione facti, et facultate percipiendi fructus propria auctoritate, ex qua non impeditur translatio possessionis ciuilis, *iuxta cons. Cora 8. à nu. 5. vsq; ad 14. lib. 2. cum alijs adductis in decisione,* et hoc ad tollen. contrarietatem, quæ oriri posset in eodem instrumento, si is, qui per constitutum, et reseruationem vsusfructus,

trans-

transtulerit ciuilem possessionem, postea declararet se velle eandem retinere, *vt præter alios allegatos in decisione tradit in terminis Bolognett. cons.61. num.40. & seqq.*

Nec videbantur applicari posse *cons. Natt.372. cum duobus seqq.* in quibus præcipuum fit fundamentum, quia 17 † ipse loquitur in Vassallo, qui non potuit per reseruationem vsusfructus transferre ciuilem possessionem, quam ipse non habet, sed dominus, vt ipse dicit *d.cons.372. num.10.* et quoad naturalem, constabat non fuisse translatam, nec transferri potuisse ex reseruatione vsusfructus, et ex verbis eiusd. instrumenti, *quæ ponderat cons. 373.num.15. & seqq. & cons.374.nu.2. & ibi etiā num.3. & seqq.* ostenditur, quod nulla erat translata possessio, nec naturalis, nec ciuilis iuris feudalis, *vt etiam dicit d.cons.372.num.10. & 11.* quia 18 † in istis incorporalibus requiritur patientia eius qui ius constituit, iuncto vsu eius ad cuius fauorem fuit ius constitutum, *vt d. cons.374.numer.4. & ibi etiam num.6. ponderat pacta*, quæ omnia repugnāt translationi alicuius possessionis, et cessant in casu nostro, vltra quod ibi cōstitutum erat appositum in contractu conditionali quoad substantiam suam, *vt declarat idem Natt. d.cons.372. numer.2. & seqq.* 19 † ideo constitutum etiam censebatur conditionale, vt ibi per eum, sed in casu nostro donatio fuit simplex, et pura quoad substantiam, fuit ostensum in 20 decisione. Et ideo † reseruatio vsusfructus, et possessionis in vita non potest respicere substantiam donationis, sed illius tantum executionem, *Alex. cons.14. sub num.2. vers. & in proposito lib. 1. Socin. cons.53. sub num.11. vers. vnde licet. lib.1. cum alijs allegatis in decisione.*

Non obstat *Cassan. cons.7.nu.36. & 37.* qui censuit, quod, vbi in contractu est apposita clausula cōstituti, et reseruatio vsusfructus, non transfertur 21 vlla possessio propter repugnantiam, cum † regulariter per solum constitutum transferatur vtraque possessio, naturalis, et ciuilis, *l.quod meo. vbi Doct. 22 ff de acq. poss.* † per restitutionem vero vsusfructus sola ciuilis, *l.quisquis C.de donat.* et sic videatur repugnare, quod naturalis retineatur, vel non retineatur, quia in hoc communis est opinio in cōtrarium, *vt per Tiraq. referentem Alex. Cuman. & alios*, et reprobantem in specie *Cassan. in tract. de constit. par.3. limit.23. Honded. vero cons. 18. lib.2.* non obstat, quia loquitur in casu donationis conditionalis, *vt ibi num.23. vers. pro quorum*, sed quādo donatio fuit pura, licet executio fuerit collata post mortem, ipse admittit constitutum, et reseruationē vsusfructus operari effectum suum; *vt ibid. d. num. 63.*

23 Quarto obijcitur, quod † videatur reseruatus vsusfructus casualis propter verba vniuersalia reseruationis, ibi, possessionē, et vniuersum vsumfructum *Put. dec.221. lib.3. in nou.* cum tamen reseruatio vsusfructus fieri non possit sine translatione dominij, *Gabr. cons.141. nu.4. vers. percipitur lib.1.* et admittit decisio, de qua agitur; sed fuit responsum, quod immo reseruatio debet intelligi de vsufructu formali, ne contradicat alijs partibus instrumenti, ex quibus apparet, Camillum habuisse animum transferendi dominium, vt in proemio in quo dicitur, D. Coronatum velle libere donare tā quoad proprietatem, quam quoad fructus, et Ioannem Baptistam, et Camillum sub reseruatione possessionis, et fructuum, et sic etiam ipsi donarunt quoad proprietatem. Item ex clausulis. Ad habendum cessionem iurium, et constituti, quæ sunt in parte dispositiua, et ante clausulam, Hanc autem donationem etc. quidquid exaduerso dicatur, et cōfirmatur ex d. reseruatione possessionis, et vsusfructus durante vita naturali donatorum tantum, et non vltra, et ex assertione, quod habeant pecunias, quę sine aliqua diminutione bonorum donatorum erant sufficiētia ad effectum testandi, quæ omnia repugnant vsufructui casuali, et ideo decisio Put. nihil facit, quia ibi fuerat expresse reseruatum dominium; vnde reseruatio vsusfructus non poterat intelligi, nisi de casuali ob rationem ibi allegatam. *Ad dec. vero Rauennaten. coram Blanchetto fuit responsum in alia decisione.*

24 Quinto obijcitur, quod † sola clausula, ex nunc, legitur in donatione, & tamen Doct. ad hoc propositum allegati in decisione loquuntur in casu, quo aderat clausula, ex nunc prout ex tunc, & tamen differentiam esse inter vnum, & alterum casum, *tradit Ias. in l.1. nu.4. C. de codic. Rim. iun. cons.592. num.21. & seq. Ceph. cons. 153. num.21.* sed fuit responsum, quidquid sit de hac differentia, tamen in proposito satis est, quod illa dictio, ex nunc, operatur de præsenti effectum suum nec trahitur ad tēpus præteritum, vel futurum, præsertim cum simus 25 in donatione † cuius proprium est, vt rei donatæ illico dominium acquiratur donatario, *l.1. ff. de donat. & in his terminis consuluit Mandell. cons.782. num.38. qui allegat Bart. in l. creditores col.5. C. de pignor. & sentit Maluas. cons.99. sub num.12. & 13.* 26 & † in beneficialibus d. clausulam, ex nunc, idem operari, *tradit Mandos. in reg.19. de infirm. q.9. n.3.* videlicet, quod clausula illa operatur, & inducit actum de præsenti, etiam, quod alias penderet à futuro, dummodo simus in dispositione pura, non autem conditionali, *Bald. in l. Arethusa in prima lectura col. fin. vers. extra quarò. ff. de stat. hom. Aret. in l. lecta. num.13. ff. si cert. pet. cum alijs à Mandos. adductis.*

27 Sexto, & vltimo fuit obiectum, quod d. clausula constituti nihil operetur, nisi fuerit probatum, cōstituentem tempore donationis possedisse bona donata *ad Dec. cons.226. cum similibus.* sed facilis fuit 28 responsio, frustra hoc Camillum obijcere, † qui à donante prætendit habere causam, & aliàs constitutum possessionem probat non solum inter constituentem, et constitutarium, sed etiam inter habentem ab eo causam, *Rot. dec.766. numer.11. par.1. & sæpe fuit decisum.*

Ex quibus Domini permanserunt in decisis, videlicet D. Francisco dandum esse mandatum de manutenendo.

Cardinali Sacrato

Romana Præstationis annuæ

Veneris 5. Maij 1622.

SVMMARIA.

1. *Aliud prò alio inuito creditore solui non potest.*
2. *Quasi possessio sola sufficit pro exactione continuanda vsque ad finem litis.*
3. *Mora non cessat ex protestatione depositi, vbi ex aduerso quis offert se paratum recipere, & realis depositio non sequitur.*
4. *Sequestrum quando non afficiat.*
5. *Sequestri verba vbi non verificantur, nec illius dispositio verificari potest.*
6. *Iudex non potest, nec velle præsumitur sequestrando possessorem spoliare, & priuare absque citatione.*
7. *Iudicis mens talis fuisse præsumitur, qualis esse debuit.*

De-

Decisio CCCI.

FVit resolutum Magdalenos teneri præstare granum, cum illud sit in obligatione, & regula sit, quod 1 † aliud pro alio inuito creditore solui non potest, *l. mutui datio. & ibi gl. Bart. Castr. & alij. ff. si cert. pet. l. eum, a quo. C. de solut. Rom. cons. 163. nu. 1. Natt. cons. 334. nu. 2. Surd. dec. 30. num. 9.*

Nec videbatur posse dubitari de credito litis consortum, stante eorum quasi possessione exigēdi annuam præstationem grani firmata coram Reuerendissimo Attrebaten. per duas decisiones, 2 † quæ sola quasi possessio sufficit pro exactione continuāda vsque ad finem litis, *Castr. cons. 3. nu. 1. & 2. lib. 2. Rot. in causa Tullen. Pensionis 22. Iunij 1609. corā Reuerendiss. Attrebaten.*

3 Nō obstat † protestatio depositi facta per Magdalenos sub die 12. Ianuarij proximati. Quia cum creditores eodem tempore se obtulerint paratos recipere, & realis depositio non fuerit sequuta, nō cessauit mora Magdalenorum, *Bart. in l. pen. nu. 5. ff. de distract. pignor. Alex. in l. si mora. num. 9. vers. omnes tamen. nu. 3. ff. sol. matrim. Ias. in l. 2. nu. 183. vers. vna tamen. C. de iur. emphyt. Cort. in mem. vet. oblatio.*

Non obstat, quod Magdaleni non potuerunt soluere stante sequestro eis facto ad instantiam Susannæ de Forosempronio donatricis q. Caroli de Magdalenis in scutis 300. vnde infertur, quod ipsi nō fuerint in mora soluendi, & quod oblatio creditorum, quod ipsi erant parati recipere nullatenus sit habenda in consideratione, cum eis stante prædicto sequestro minimè solui possit.

4 Quia fuit responsum, † sequestrum cantare de pecunijs, et bonis ad q. Carolum Magdalenum spectantibus, et pertinentibus, vnde Magdaleni non poterant interpretari, quod sequestrum ad hoc granum extenderetur, nā, Aut prætenditur fuisse apud illos sequestratum iura exigendi illam annuam præstationem grani, et non possunt, quia hoc ius non erat apud illos, sed penes litis consortes, qui mediātibus exactionibus fuerunt constituti in illius quasi possessione, *vt patet ex supra allegatis decisionibus coram Reuerendissimo Attrebaten.* vel saltem hoc erat penes illum, cui iuste adiudicandum venit, nō autem penes Magdalenos, qui sūt debitores annuæ præstationis, et contra quos illud ius venit exercēdum. Aut vero prætendunt Magdaleni fuisse penes ipsos sequestratum in indiuiduo granum, prout successiuè maturabuntur termini solutionis illius, et multo minus hoc prætendere possunt, quia istud granum numquam fuit in bonis, aut spectauit ad q. Carolum, cum fuerint maturati multo post illius mortem, vnde inferebatur per Dominos, quod, 5 † cum respectu istius grani non verificentur verba sequestri, ibi, *sequestrentur penes vos Iulianum &c. singulæ pecuniarum, & bonorum summæ, &c.* minus verificari poterat illius dispositio, *l. 45. toties. ff. de milic. testam. Felyn. in c. nonnulli. numer. 34. vers. vbi verba. de rescript. Socc. cons. 55. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 592. num. 2.*

Addebant Domini, quod, cum multa sequestra clarè non loquantur de hac annua præstatione, non 6 poterant ad illam extendi. Item † non potuit Iudex sequestrans priuare istos possidētes in primis, et ante omnia eorum quasi possessione, maxime illis non citatis, quia spoliasset, et cum hoc non potuerit, dicendum est in dubio, quod nec etiam voluerit, quia metimur voluntatem à potestate, *l. huius. §. Imperatores. ff. ad municipal. cap. cum super. et ibi not. scrib. de offic. deleg. Abb. cons. 3. num. 5. libr. 2. Gemin. cons. 77. nu. 2. Rol. cons. 39. nu. 2. & 21. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. numer. 33.* 7 † et talis præsumitur fuisse mens Iudicis, qualia esse debuit, *Cran. cons. 74. nu. 9. Castr. cons. 136. nu. 6. lib. 2. Gemin. d. cons. 77. num. 2. Affl. dec. 44. num. 20. Surd. dec. 170. num. 3. cum duobus seqq. &c.*

Remboldo

Romana Fideicommissi de Cincijs.

Veneris 9. Iunij 1617.

S V M M A R I A.

1. *Fideicommisso agens probare debet implementum diei, & conditionis.*
2. *Probationes debent esse certæ, & concludentes, cū Reo, & possessori sufficiat dicere, hoc casu non loquitur substitutio, ergo locum non habet.*
3. *Negantis intentio fundata est in negatiua.*
4. *Sententiarum virtus suspensa remanet pendente iudicio restitutionis in integrum.*
5. *Possessor habens contra se sententias manutenendus est pendente causa restitutionis in integrum.*
6. *Exceptio iuris tertij an, & quando admittatur.*

Decisio CCCII.

DOmini dixerunt non constare, factum esse locum fideicommisso ad fauorem trium familiarum, et omissa discussione aliarū difficultatum in hac causa ab informantibus excitatarum eam tantummodo rationem ampleat sunt quod, cum dictæ tres familiæ ad istud fideicommissum agant vigore testamenti Francisci, in quo vocatæ leguntur in defectum filiorum testatoris, et lineæ ipsius masculinæ, nec non naturalium legitimatorum ex ipsis descendentium, ac etiam fœminarum nuptarum, seu nubendarum ex familia de Cincija probare tenentur, omnes vocatos prædecessisse, atq; ita dicto fideicommisso ad ipsorum fauorē per conditionis euentum locum factum esse. Nam, 1 † qui agit ex fideicommisso, probare debet implementū diei, et conditionis, *l. qui hæredi. §. Plautius. ff. de cond. & demonstr. l. si quidem. C. de exception. Socc. Iun. cons. 122. num. 17. libr. 2. Cephal. cons. 631. num. 16. Menoch. cons. 262. num. 1. Surd. dec. 210. nu. 5. Conditio enim est de substantia probationis, Bald. cons. 122. num. 2. lib. 3.* 2 † et probationes debent esse certæ, et concludentes, quia Reo, et possessori sufficit dicere, hoc casu non loquitur substitutio, ergo locum non habet, *Hipoll. Rimin. cons. 42. nu. 118. & seq. lib. 1. Hond. cons. 60. numer. 13. Crass. in fideicommissum q. 4. num. 9. cum alijs per Peregr. de fideicō. art. 21. num. 37. & seq.* 3 † et negantis intentio fundata est in negatiua, *l. actor. C. de prob. Ruyn. cons. 62. num. 4. vol. 4.*

Et tantum abest, quod pro parte dd. familiarum legitime probatum fuerit d. conditionis implemētum, vt immò omnibus notum sit, adhuc Bernardū filium testatoris, et expresse in dicto testamento vocatum existere.

Non obstat, quod dictus Bernardus Parricidij criminis reus factus, et condemnatus fuit, etiam cum omnium bonorum suorum confiscatione, et consequenter vti dignus à dicto fideicommisso sit exclusus.

Quia, cum idem Bernardus postea obtinuerit cau-

causam appellationis, seu restitutionis in integrum aduersus dictam condemnationem, et confiscationem in Rota committi, illaq; adhuc indecisa corã me pendeat, non potest, donec terminetur, dici sufficienter de illius incapacitate, et exclusione constare, 4 † pendente enim restitutionis in integrum iudicio virtus sententiarum remanet suspensa, in 5 tantum, † quod possessores, contra quos huiusmodi sententiæ latæ reperiuntur, interim manuteneri debeãt, *Cassad. dec. 13. de rescript. Rot. dec. 350. par. 1. diuers.*

Nec obstat, quod filij Iacobi saltem in hoc iudi- 6 cio, † in quo exceptio iuris tertii non admittitur, *Ruyn. cons. 129. num. 9. lib. 2. Hipoll. Rimin. cons. 230. num. 20. lib. 2. tam alije per Peregr. de fideicom. art. 48. n. 46.* non possint dice dè iure Bernardi, et præsertim quia in alio iudicio illud impugnant, *cap. ex eo. de reg. iur. in cap. capitulum in 6. Felyn. sub nu. 13. vers. secundo considero. de rescript. Bart. & alij in l. post legatum. sub numer. 6. ff. de his, quib. vt indig. Card. Scraph. dec. 974. num. 5.*

Quia fuit responsum, quod, vltrà quod in omnibus iudiciis, etiam possessoriis, opponi potest de iure tertii, dummodo oppositio respiciat defectum iudicii possessorii ex parte agentis, *vt post alios bene declarat Alex. in l. fin. num. 23. post med. vers. & isto casu quãdo per citationẽ C. de edict. Diu. Adrian. toll.* cessat etiã difficultas ex eo, quod dicti filii non excipiunt de iure Bernardi, sed dicunt, quod dictæ tres familię deficiunt in suis probationibus, quia non docent casum vocationis euenisse, quod scilicet nullus ex filiis Francisci testatoris, vel ex aliis eius descendẽtibus superfit, et quod per consequẽs non cõstet, factum esse locum fideicommisso ad dd. familiarum fauorem etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Verospio.

Tudertina Pensionis.

Veneris 2. Iunij 1617.

SVMMARIA.

1. *In Gratiosis semper intelligitur clausula, Si preces veritate nitantur.*
2. *Ampl etiam in pensione purè reseruata.*
3. *Clausula, vt asseris, operatur, vt narratis non iustificatis gratia subreptitia dicatur.*
4. *Quasi possessio exigendi pensionem non operatur, vt pensionarius in petitorio non teneatur iustificare gratiam, sed tantum in possessorio, vt solutio lite pendente non retardetur.*
5. *Valor beneficii ad effectum pensionis nullitatis, vel reductionis an sit probandus per titularem, vel pensionarium.*

Decisio CCCIII.

FVit de anno 1611. super fructibus Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Terentianæ Tudertinæ Diœcesis, quam Marcus Petruccius obtinebat Apostolica auctoritate reseruata ad fauorem Aurelii Petruccii pensio centum ducatorum, et cũ Andreas Ceccarellus eam recusaret vel nullum soluere, tamquã narratiua in literis reseruationis esset subreptitia, causam in petitorio coram me introduxit in Rota, postquam in possessorio corã A. C. succubuerat.

Vnde proposui dubium, an pensio esset nulla, quod fuit affirmatiue resolutum, nisi per pensiona- 1 rium gratia iustificetur, semper enim † in gratiosis, vt in casu nostro, clausula intelligitur, si preces veritate nitantur, *cap. ex parte, de rescript. Dec. cons. 33. num. 1. & 141. nu. 6. Rot. dec. 221. par. 2. diuers.* 2 *Attoromb. dec. 17. de rescript. lib. 1.* † Etiam quod pensio esset purè reseruata, *Ant. Aug. in epitom. de pens. solut. & fuit dictum in Brixien. Pensionis 28. Nouembris 1594. coram Illustrissimo Mellino, & in Salamantina Pensionis 28. Ianuarij 1595. coram Gyptio, & in Tudertina Pesionis 21. Aprilis 1614. coram me.*

Additur in literis reseruationis adesse clausulã, 3 *vt asseris,* † quæ operatur, vt gratia, non iustificatis narratis dicatur subreptitia, *Rot. dec. 77. de præscript. in antiq. & dec. 60. eodem tit. Cassad. dec. 4. num. 8. de præb.*

4 Nec † pensionario ad hunc effectum quasi possessio exigendi suffragatur, cum simus in petitorio, et illa solum efficiat, vt lite pendente solutio non retardetur, *vt fuit dictum in allegata Salamantina coram Gyptio, & in Rauenaten. Pensionis 28. Ianuarij 1596. coram Litta, & in Melenitana Pensionis 27. Iunij 1597. coram eodem.*

5 Non obstat † onus probandi valorem ad titularem spectare, quando ipse ad pensionis reductionẽ, vel ad nullitatem agit ob non valoris expresionẽ, *Veral. dec. 299. par. 3.* Nam hic loquitur in pensione in qua valoris expresio non requirebatur, vt in gratia Regressus. In casu autem nostro secus accidit, cũm pensio reseruata fuerit sine causa, vnde valor exprimi debuit, quem pensionarius tenetur iustificare, *vt fuit dictum in causa Burgen. Pensionis 18. Februarii 1581. coram Gyptio, & in Tudertina Pensionis 21. Aprilis 1614. coram me &c.*

R. P. D. Merlino

Auersana Pensionis.

Luna 30. Martij 1626.

SVMMARIA.

1. *Titularis mentionem faciẽs in gratia suæ prouisionis de pensione censetur in eam consentire.*
2. *Pensionarius agens pro pensionibus contra titularẽ successorem tenetur docere de veris, & effectualibus solutionibus ab antecessore factis, nec sufficiunt confessiones dẽ recepto, vbi in literis adest decretum, de quo hic.*
3. *Decl. vt sufficiant etiam confessiones de recepto. vbi sint adminiculata, secus si non adminiculata.*

Decisio CCCIV.

LAta sententia, qua pronunciatum fuerat, reseruationem pensionis ducatorum 50. monetæ Regni vsque de anno 1615. emanatã auctoritate Apostolica, et de consensu Marci Antonii titularis ad fauorem Francisci Rutæ super Canonicatu Ecclesiæ Auersanæ cassandam, et annullandam esse, ac de super appellatione interposita, et causa mihi commissa, dubitaui, An prædicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, et Domini responderunt esse infirmandam.

Constat enim de pensionis reseruatione ex literis Apostolicis sub plumbo expeditis, neq; Franciscus tenetur ad aliam iustificationem, cum Alexãder, qui reseruationem hodie impugnat, in gratia suæ prouisionis fecerit expresam mentionem de ea,

1 ea, † cui propterea censetur consensisse, *vt fuit dictum in Eborch. Pensionis 19. Nouembris 1614. coram R.P.D. meo Piratana, & in Vlixbonen. Pensionis 11. Martij 1616. coram bo. me. Andrea.*

Nec obstare visum fuit decretum, quod consueuit apponi in reseruationibus pensionum de consensu Titularis, prout etiam hic fuit adiectum, nẽpe, quod si dictus Marcus Antonius in eius vita, & quandiu Canonicatum prædictum obtinuerit, pensionem realiter, & cum effectu non persoluerit, reser-
2 uatio illius sit nulla eo ipso, ob quod † decretũ Pensionarius agens contra Successorem titularem pro pẽsionibus tenetur docere de veris, & effectualibus solutionibus factis ab Antecessore, qui reseruationi consensit, nec sufficiunt confessiones de recepto, *vt fuit dictum in Lucana Pensionis 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. meo Pirouano, in Spoletana Pensionis 24. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, & in Parmen. Pensionis 5. Iunij 1624. coram me*, & quod in præsenti casu deficere videatur probatio realis solutionis saltem integræ pro termino Natiuitatis Dominicæ 1618. & totius anni 1619. & termini Natiuitatis Domini 1621. pro quibus dantur solummodo confessiones de recepto factæ à Francisco.

3 Quoniam † Domini animaduerterunt, confessiones de recepto in allegatis decisionibus nullis fuisse subnixas adminiculis, & coniecturis, confessiones autem, de quibus agitur, fulciri præsumptionibus, quod veritas solutionum præcesserit, nam considerarunt, quod exceptis supradictis quatuor terminis pensionum, cæteris omnes tam præcedentes, quam subsequentes termini per tot annos fuerunt realiter, ac integrè persoluti; Vnde resultat verisimilitudo, quod pensionis reseruationi non consenserit titularis in fraudem successoris, sed candide, & vt verè iuxta decretum reseruationi adiectũ illa solueretur, & dictæ confessiones de recepto nõ sunt nudæ, & meræ verbales, sed secum habent aliquid realitatis; nempe veræ solutionis, quæ inducit præsumptionem, quod in residuo fuerint etiam veræ, *ad tex in l. cum iudem. C. de non num pecun.* & demum quod fuerunt factæ in actu realis solutionis ad complementum, & à diuersis personis nomine titularis debitoris persoluentibus, nec etiam sunt in quantitate vniformes, ex quibus omnibus coniecturis, et adminiculis simul iunctis vna cũm probitate confitentis censuerunt Domini, probatam esse realem, et effectualem solutionem, qualis requiritur in decreto supradicto, cõfessiones enim de recepto quoties fulcitę sunt adminiculis, et præcipuè tot alijs solutionibus in pecunia numerata, probãt veram, et realem numerationem, *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. nu. 6. vers. sic ex confessione. Achill. dec. 1 de confess. Rot. apud Card. Seraph. dec. 292. num. 1. & 3. & in Romana Pensionis 13. Iunij 1597. coram bo. me. Card. Pamphilio, & nuper in Romana, seu Bonanien. Precti Clericatus prima Decembris 1625. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Et ita vtraq; parte informante etc.

Vbaldo Seniore

Calaguritana Iurisdictionis de Nagera

Luna 18. Maij 1620.

SVMMARIA.

1 *Lite pendente nulla innouatio permittitur, nec in minimo.*
2 *Continuans non attentat.*
3 *Lim. non procedere, quando quis vtitur diuerso modo.*
4 *Iuris assistentia non iuuat, vbi in contrarium adest sententia.*
5 *Mandatum de manutenendo, quod caruit effectu, nõ attenditur.*

Decisio CCCV.

FVit dictum, constare de attentatis, non enim dubitari potest, quin pendeat in Rota lis super omnimoda iurisdictione, vt patet ex cõmissionibus in causa obtẽtis, Vnde quidquid esset dicendum in negocio principali, an scilicet Iurisdictio in Ecclesijs Sanctę Crucis, et Sãcti Michaelis pertineat ad Abbatem, an vero potius ad Episcopum Calaguritanum, quod pendet ab intelligẽtia antiquę sententiæ Roberti inter partas latę, et etiam ex depositionibus testium in hac causa vtrinque examinatorum, de quibus suo loco videri poterit, cum Dominis non videretur conueniens totam controuersiam in huiusmodi articulo attentatorum dirimere, licet informantes hinc inde multa deducerent, tamen illud certum est, pendente isto iudicio super iurisdictione nõ potuisse Episcopum, vel eius Vicariũ in dicta Ecclesia Sanctæ Crucis Tribunal erigere, prout erexit, ad ius dicendum, nec procedere contra beneficiatum eiusdem Ecclesiæ Sanctæ Crucis, prout processit, absq; vitio attenta-
1 torum, † cum pendente lite nulla innouatio sit permissa, etiam in minimo, *tot. tit. extra vt lit. pend. c. non solum. de appel. in 6. Socc. cons. 21. col. 3. vers. & pro prædicta. lib. 1. Menoch. cons. 35. num. 14. lib. 1. Lancell. de attent. cap. 4. ampl. 10. fuit dictum in Hispalen. Coadiutoriæ 14. Nouembris 1614. coram me, & sæpe alias.*

Non obstat, quod Episcopus dicatur esse in quasi possessione exercendi dictã iurisdictionem, et idem continuando non dicatur attentasse ex vulgari re-
2 gula, † quod, qui continuat, non attentat, *Lancell. d. cap. 4. ampl. 1. num. 13. & limit. 1. num. 1. & seqq.*
3 Quia fuit responsum, † eam non procedere, quando quis vtitur diuerso modo ab eo, quo ante litem vtebatur, *gl. in cap. non solum. de appell. in 6. Bero. cons. 118. n. 8. vbi de communi. lib. 3. cum aliis per Lancell. dicta limit. 1. n. 82. & fuit dictum in dicta Hispalen. Coadiutoriæ coram me*, sed in casu nostro non probatur, quod Episcopus, vel eius Officiales exercuerint iurisdictionem in dicta Ecclesia Sanctæ Crucis, vel eius territorio in illius beneficiatos, sed solum in alias personas, vel saltim ex probationibus Abbatis redditur valdè turbida dicta prætensa
4 quasi possessio Episcopi, † nec assistentia iuris cõmunis in hoc iuuare videtur Episcopum, quia in contrarium adest dicta sententia Roberti *in vers. saluo &c* declarans personas exemptas ab Episcopo, et subiectas Abbati.

Demum non obstat mandatum de manutenendo concessum Episcopo, quia fuit concessum vtrique parti ad terminos prædictæ sententiæ Roberti, et quia executor pro parte Episcopi fecerat multa præiudicialia, fuerunt de ordine Rotæ transmissæ literæ à Reuerendissimo Attrebaten. tũc causæ iudice, quibus præcipiebatur, ne dictus Executor quidquam amplius in futurum innouaret, circumscribendo omnia iam facta, vt in literis, quę hodiè
5 sunt in actis. † Idem dictum mandatum videtur caruisse effectu, et ne generalitas pareret confusionẽ, cœpta est in Rota disputari causa per dubia particularia, et in vltima propositione fuit dictum, vt videretur de bono iure, in qua disputatione erit in posterum progrediendum, et interim D.

Episco-

Episcopus, et eius ministri debebant ab huiusmodi innouationibus abstinere ex supra deductis.

Et ita decisum etc.

Manzanedo

Marsicana Iurisdictionis.

Veneris 18. Maij 1607.

SVMMARIA.

1 *Episcopus habet pro se iuris assistentiam quoad cognitionem omnium causarum, ita vt sit manutenendus priuatiuè ad Archipresbyterum, & num. 3.*

2 *Lim. fecus vbi iuris assistentia redditur turbida, & offuscata ex actibus Archipræsbyteri.*

3 *Causarum criminalium, & matrimonialium cognitio spectat ad solum Episcopum, nō autem etiam ad alios Inferiores, & est Episcopus in illis manutenendus, & num. 5. Ampl. vt num. 6.*

4 *Lim. nisi probetur immemorabilis.*

7 *Confessio procuratoris, qua principalem spoliatam fatetur, & aduersarium possessorem facit, non nocet principali non constito de mandato.*

8 *Petitorium concernentia in manutentione non obstant.*

9 *Manutentio datur cumulatiuè Episcopo, & Inferiori docto per Inferiorem de sua possessione in causis cognoscendis, exceptis criminalibus, & matrimonialibus, adeo vt locus sit præuentioni.*

10 *Inferior an possit præscribere ius cognoscēdi causas priuatiuè ad Episcopum.*

Decisio CCCVI.

1 Videbatur † D. Episcopum quoad omnes causas priuatiuè ad Archipræsbyterum esse manutenendum, cum habeat pro se iuris assistentiam, *iuxta tex. in cap. cum personæ. & ibi Doct. de priuil. lib. 6.* sed tamen, † quia ista iuris 2 assistētia redditur maximè turbida, et offuscata ex actibus iurisdictionalibus Archipręsbyteri, ideò ex isto solo iuris fundamento, Domini censuere, non posse dari Domino Episcopo prædictam manutentionem, nisi in criminalibus, et matrimonialibus, in quibus D. Episcopum venire manutenendum priuatiuè quoad Archipræsbyterum, Domini dixe3 runt illo potissimo fundamento, † quia *Conc. Trid. cap. 20. S. ad hæc. sess. 24.* cognitionem istarum causarum solius Episcopi, non autem aliorum Inferio4 rum examini subiecit. Et † quamuis sit verum prędictum decretum Trid. non excludere immemorabilem, vt Congregatio Illustrissimorum eiusdem Concilij Interpretum declarauit, nihilominus, cū Archipręsbyter de ista immemorabili non doceat, 5 in illa fundari non valet, † et interim, dum illam non probat, spectat ad Episcopū de prædictis causis criminalibus, et matrimonialibus cognoscere, vt eadem Congregatio censuit, et per consequens interim priuatiuè ad Archipræsbyterum est ma6 nutenendus D. Episcopus. Ad idem placebat Dominis pro D. Episcopo motiuum, quod ipse haberet simul cum assistentia iuris plures actibus, ex quibus dicitur tàm Episcopum, quàm etiam Archipræsbyterum tamquam Episcopi Vicarium istam iurisdictionem exercuisse, sed quia huiusmodi actus non videbantur esse in forma probanti, ideò in isto motiuo Domini non persisterunt, sed in super adductis. Quibus non videbatur obstare quædam confessio Episcopi in quodam monitorio per quēdam procuratorem facta, qua se spoliatum dicebat ista iurisdictione, et per consequens fateri videbatur, Archipræsbyterum esse in quasi possessione illam 7 exercendi. Quia fuis responsum, † non constare de mandato prædicti procuratoris qui obtinuit monitorium, quin illud negari. Alia vero quæ adducebantur per Archipræsbyterum de quadam asserta relatione, et concordia Archiepiscopi Salernitani, et sententia Moderni Episcopi de tempore, quo 8 erat Vicarius lata pro Archipræsbytero † tamquam concernentia petitorium obstare non videbantur.

9 Quo vero † ad cęteras causas, exceptis supradictis criminalibus, et matrimonialibus, videbatur Dominis tàm D. Episcopo, quàm D. Archipręsbytero mandatum de manutenendo cumulatiuè dandum esse, ita vt sit locus præuētioni, *iuxta adducta per Ang. Aret. in l. 1. S. si quis in appellatione. ff. de appell. & latè per Felyn. in cap. pastoralis. num. 2. de offic. ord.* sed quia in casu, quo Archipręsbyter prætenderet quo ad istas vltimas causas habere iurisdi10 ctionem acquisitam per præscriptionem, † posset satis dubitari, An illi ista iurisdictio competeret priuatiuè ad Episcopum, *prout tenet Felyn. post Abb. & alios, quos refert in d. cap. pastoralis. num. 5.* Ideò si partes voluerint, poterit iste articulus particulariter videri etc.

Cardinali Sacrato

Romana Diuisionis Hæreditatis.

Veneris 20. Decembris 1619.

SVMMARIA.

1 *Sententia non conformis libello est iniusta.*

2 *Sententia nulla ex defectu citationis dicitur, quæ continet id, quod nec in petitione, nec in citatione fuit expressum.*

3 *Arbitrio locus non est, vbi defecit citatio, vel sententia est iniusta, seu excessiua, in magna summa.*

Decisio CCCVII.

Pro Philippo informante fuit tentum, scilicet, non esse locum Arbitrio, quia sententia A. C. fuit nulla, et iniusta ex eo, quod actum vigore Monitorii ad diuisionem omnium inter Philippum patruum ex vna, et Thomam eius nepotem ex altera, vt patet ex monitorio, et nihilominus fuit simpliciter pronunciatum super immissione Thomæ in decem, et septem loca Mon1 tium non vacabilium, quia † hac ratione huiusmodi sententia tamquam minimè conformis libello remansit iniusta, *vt in hac causa fuit bis decisum co2 ram D. mea Manzanedo*, et † etiam nulla ex defectu citationis, cum Philippus nullatenus fuerit citatus ad id, quod continetur in sententia, citatio enim ad sententiam intelligitur quoad id, quod cōtinetur in petitione, ideoq; si sequatur sentētia diuersa à petitione, videtur, quod sententia in hoc remaneat sine citatione, *iuxta notata in l. aut qui aliter. vbi Bart. num. 1. ff. quod vi, aut clam.* fuit etiam dictum, immissionem fuisse excessiuam, quia in hęreditate de tempore motæ litis erant tantum viginti, et octo loca montium, et sic pars tangens Thomam erat solum locorum 14. et nihilominus fuit data immissio in locis 17.

Ex

Ex prædictis fuit conclusum, non esse locum ne-
3 bitrio, † quod non interponitur, nec quando adest defectus citationis, *vt tenuit Rot. in recent. dec. 365. num. 3. par. 1. & in Corduben. Præstimoniorum 12. Nouembris 1618. coram me, & aliàs sæpe.* Nec quando sententia est iniusta, *Rot. in Salernitana Rectoriæ 4. Aprilis 1588. coram bo. me. Cardinali Blanchetto, & in dec. 450. num. 1. par. 2. in recent.* nec minus quando est in magna summa excessiua, *ad tradita in l. In hoc iudicio. ff. famil. ercisc. & in l. si nō sortem. §. si centum. vbi Castr. num. 2. & Jas. num. 1. ff. de cond. indeb.*

Ortembergo

Perusina Dotis.

Veneris 14. Nouembris 1610.

SVMMARIA.

1. *Clausulæ constituti vigore transfertur omnis possessio.*
2. *Possessio fratris probatur ex possessione apprehensa per alium fratrem communi nomine, & subsecuta ratificatione ex verisimili, & communiter accidentibus.*
3. *Petitio facta per procuratorem de mandato de reintegrando potest à principali reuocari, ita vt nō possit dici habuisse se pro spoliato.*
4. *Clausula,* Sine præiudicio iurium N. *importat conditionem. Decl. vt num. 6.*
5. *Clausula,* Sine præiudicio iurium N. *reseruat iura competentia, non autem aliquid de nouo tribuit.*
7. *Immissio nulla, quæ de nouo est concedenda, non est reuocanda.*
8. *Decl. non procedere vbi executio est spoliatiua, & illam passus agit remedio recuperandæ, vel retinendæ.*

Decisio CCCVIII.

FVit in hac causa nouissime resolutum reuocandam esse executionem facti contra bona possessa per Hectorem Gratianum non citatum, & consequenter pro parte ipsius fuit petitum mandatum de manutenendo, cui, cum se opponeret Lutius Baldellus aduersarius vtraque parte informante Domini dixerunt, mandatum de manutenendo esse concedendum.

Constat enim de illius possessione ex donatio-
1 ne D. Modestę cum clausula *constituti,* † vigore cuius omnis possessio, quæ tunc penes illam erat, trāslata est in Hectorem, & Vincentium fratres donatarios præsentes, & acceptantes, *l. quod meo, & l. licet. in princ. C. de acq. poss. l. si ager. & l. quadam mulier. ff. de rei vendic. Natt. cons. 439. num. 3. fuit dictum in Perusina, seu Clusina Possa 26. Ianuarij 1603. coram bo. me. Litta.*

2 Secundo probatur possessio † ex appræhensione Vincentij nomine communi, suo, & fratris, accedente postea ratificatione Hectoris, quæ colligitur à verisimili, & communiter accidētibus, *Socc. Iun. cons. 48. num. 11. lib. 2.* Et tollitur omnis difficultas ex dictis duorum testium deponentium, Hectorē viuo fratre pro indiuiso, eoq; mortuo solum possedisse, & fructus percepisse.

Non obstat, quod se habuerit pro spoliato instando coram A. C. se ad possessionem reintegrari.

Quia huiusmodi petitio facta fuit à procurato-
3 re, † ideoq; potuit reuocari, *Rot. dec. 19. de procur.*

Decis. Post. Tom. 2.

in nou. fuit dictum in Cæsaraugustana Præeminētiarum 13. Martij 1609. coram R. P. D. meo Coccino.

Neq; obstat, quod Modesta donationem fecit si-
4 ne præiudicio iurium Lutij, † quæ clausula importat conditionem, *Put. dec. 32. lib. 2.*

5 Fuit enim responsum, † huiusmodi clausulam reseruasse solum iura antea Lutio competentia, nihil autem de nouo tribuere, *l. si debitor. §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Oldrad. cōs. 330. in fin. Dec. cons. 506. num. 19. Aym. cons. 29. nu. 8. Sarnen. in reg. de iur. quæs. non toll. Caputaq. decis. 282. lib. 2. fuit dictum in Romana Census 12. Maij 1608. coram R. P. D. meo Coccino, & in eadē 4. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. meo Marcomōtio in qua*
6 *respondetur ad decisionem Put.* † illam procedere, quando aliquis consensit possessioni alterius cum reseruatione iurium, quod nō est in hoc casu. Quare, si quæ iura competebant, illa parte citata erant deducenda.

7 Denique non obstat, † quod prætendatur, immissionem de nouo concedendam esse, ideoq; non esse reuocandam.

8 Illud enim negatur, † & non procedit, quando executio est spoliatiua, & is, contra quem facta fuit intentat remedium recuperandæ, vel retinendæ, *Ruin. cons. 102. num. 10. lib. 5. &c.*

Manzanedo

Eugubina Pensionis

Veneris 7. Aprilis 1617.

SVMMARIA.

1. *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.*
2. *Litterarum iustificatio non est necessaria, vbi pensio apparet purè reseruata, & titularis consensit cum obligatione in forma Cameræ.*
3. *Valor ad effectum conuincendi de subreptione probari debet de tempore reseruationis.*
4. *Exceptio turbida reijci debet ad petitorium, nec impedit executionem literarum Apostolicarum, & obligationis Cameralis.*
5. *Mandatum non dicitur pro plus debito relaxatum, vbi fuit decretum pro terminis decursis, & non solutis, & Notarius in illius expeditione expressit summam excessiuam.*
6. *Iuramenti calumniæ omissio non attenditur, vbi cōstat de iustitia mandati.*
7. *Mandatum procuræ, de quo fuit oppositum, ad sustinendam sententiam probatur ex coniecturis, hoc est ex productione iurium, & expensis factis.*

Decisio CCCIX.

DOminus Nicolaus Biliuo obtinuit Ecclesiam, de qua agitur, grauatam annua pensione 30. carlenorum grani ad fauorem Pauli, quam resignauit Gaspari Bigio reseruata sibi annua pensione ducatorum 70. auri de Camera. Cū autem orta fuisset controuersia inter dictum Gasparem, et Pensionarios super resolutione dictarum pensionum, deuentum, fuit ad concordiam, in qua dictos ducatos 70. de Camera constituentes scuta monetæ 98. reduxerunt ad scuta 45. monetæ, et eminas 30. grani ad ducatos 40. et in euentum mortis alterius ex dictis pensionarijs Gaspar se obligauit superuiuenti soluere pensionem, non iuxta prædictā reductionem, sed secundum primam impositionem.

Vnde de anno 1612. mortuoq; Paolo vno ex dictis pensionarijs Nicolaus egit coram A.C.contra Gasparem pro terminis decursis à die mortis Pauli ad rationem ducatorum 70.iuxta primam impositionem,et obtinuit relaxari mādatum executiuum, à quo interposita appellatione fuit mihi causa cōmissa cum clausula, *vt quo ad quantitatem redactā procederem sine præiudicio legitimæ executionis*, in reliquis autem cum clausula, *si quid exequendum*. Vnde proposui dubium,an dictum mandatum esset exequendum, et Domini affirmatiuè responderūt, cum fuerit relaxatum seruatis seruandis,et in vim 1 literarum Apostolicarum † habentium executionē paratam, *Abb.in cap. si capitulo.vbi gl.* in *verb.exequutur.de concess. præb.in 6.Mohed.decis.13.vt lit.pend.Gonzal.super reg.8 glos.9.in adnot.num.* 420. nec non obligationis Cameralis factæ à Gaspare de soluendo pensionem integram iuxta dispositionē dd.literarum in euentum mortis alterius ex pēsionarijs,qui casus iam euenit.

Quibus non obstat,quod mandatum non potuerit relaxari, nisi iustificatis per Nicolaum literis suæ 2 reseruationis;Quia, † cum reseruatio fuerit pura, et agatur contra Gasparem,qui non solum reseruationi consensit, sed in forma Cameræ in concordia se obligauit de soluendo dictam pensionem, nō est necessaria iustificatio,*Seraph. dec.1017.num.3. & fuit dictum in Salamantina Pensionis 26. Martij 1593.coram bo.me.Gyptio, & in Abulen.Pensionis 27.Ianuarij 1600.coram bo.me.Litta.*

Minus obstat exceptio subreptionis sub prætextu,quod Nicolaus,quando fuit prouisus de hac Ecclesia,narrauit, illum esse valoris ducat.90.et pensionem super illo impositam 30. eminarum grani ascendere ad ducat.30.eminas grani ascendere ad ducat.18.Quia,cum à tempore prouisionis ad tempus reseruationis intercesserint plures anni,quibus 3 valor mutari potuit,ad effectum † subreptionis dictus valor esset probandus de tempore reseruationis,*vt notat Verall.dec.331.par.3.Seraph.dec.102.num.3.& fuit dictum in vna Bononien.Prioratus 9. Iunij* 1606. *coram me*. Et in omnem euentum ex prædictis negari non potest, d. exceptionem reddi 4 valde turbidam,† ita vt sit reijcienda ad petitoriū, et interim non posit impedire executionem literarum Apostolicarum, et obligationis Cameralis, *Gig.de pens. qu.35.nu.9.Conar.var.lib.2.cap.1.nu.9.in fin. & fuit dictum in vna Colimbrien. Pensionis 2.Decembris 1613.coram me.*

Nec facit,quod mandatum fuerit relaxatū pro 5 plus debito. † Quia decretum Iudicis fuit factum pro terminis pensionis decursis,et non solutis nulla specificata summa,et licet Notarius in expeditione d. mādati expresserit sommam maiorem debito, tamen non dicta expressio facta à Notario, sed decretum Iudicis attendi debet.

6 Non obstāt nullitates oppositæ, † nam prima ex defectu iuramenti calumniæ non præstiti non videtur attendenda, cum ex præmissis constet de iustitia mandati, *Ias.in l.admonendi, in 2.lect.nu.84. ff.de iur.iur.Add.ad Vestr.in prax.cap.2.nu.14.& dixit Rot. in vna Marsicana Affictus 7.Maii 1612. coram me.*

Secunda vero de defectu mandati comparentia pro Nicolao,quod pars aduersa fuit pluries prote- 7 stata in actis exhiberi,† pariter tollitur,quia,licet illud non fuerit exibitum tamen ad validitatem mandati obtenti sufficit,quod adessent coniecturæ, ex quibus illud probaretur,*vt in puncto.fuit dictum in vna Romana mercedis 18. Decembris 1615.corā me*, cum mandatum probetur etiam coniecturis, *Cas.de Grass.dec.2.de reb.eccles.nō alien.Rot.diuers.dec.187.num.1.par.1.*quę adsunt in casu nostro, ex quo ille, qui mandatum obtinuit,habebat in manibus plures scripturas, quas, produxit in actis, *Cassad.dec.3.sub n.5.de procur.Cupus.dec.183.n.3.p.2.* & plures expensas in causa fecit,*Rot.dec.2.de caus.poss.& propr.in antiq.Gabr.de procurat.concl.1.nu.6.Mauric.de tacit.& ambig.lib.7.tit.6.nu.3.& 4. & fuit dictum in allegata Romana Mercedis.*

Et ita conclusum.

R.P.D. Pirouano

Adrien. Iurisdictionis

Lunæ 22. Iunij 1622.

S V M M A R I A.

1 *Diœcesis si sint loci circundantes, eiusdem dicuntur loci circunduti tamquam intra fines.*

2 *Vicinitas alicuius Ciuitatis an inferat, quod locus controuersus sit de illius diœcesi.*

3 *Iurisdictionales actus gesti per Episcopum in aliquo loco inferūt,locum esse intra fines suæ diœcesis.*

4 *Contrarietas testis sibi ipsi semper saluari debet.*

5 *Instantia causæ restitutionis in integrum quadriennio perimitur.*

6 *Restitutur in integrum quis dicitur à die commissionis causa, & actorum reproductionis,ex quibus iniustitia sententiæ apparet.*

7 *Testis semel examinatus in causa an iterum ad examen admittatur.*

8 *Scientia patientis non est necessaria in habente iuris assistentiam,cum non agat de acquirenda,sed de continuanda possessione.*

9 *Præscriptio impeditur per conseruationem possessionis etiam in minimo actu.*

10 *Compatibile est,vt vnus iurisdictionem exerceat in vna specie,& alter in alia.*

11 *Ordinarius potest compatibiliter ius dicere in populum non exemptum, etiam quod Ecclesia pertineat ad collationem Abbatis.*

Decisio CCCX.

CVM in hac causa fuisset pronunciatum, Monasterium Sanctæ Mariæ de Vangaditia cum nonnullis alijs Ecclesijs ad dictū Monasterium pertinentibus non fuisse, nec esse in diœcesi Adrien. nec intra fines, aut limites illius extitisse, & inde nullum ius,nullam iurisdictionē Episcopo Adrien.competijsse,aut competere,causa in gradu restitutionis introducta quæsitum fuit, an constet de causis. Et quoad terram *della Fratta* affirmatiuè fuit resolutum.

Constat namque ex testibus in primo instantia, *qui dantur in summario D. Episcopi num.* 13. & ex duobus testibus post latam sententiam examinatis terram prædictam *della Fratta* à diœcesi Adrien. esse circundatam enumerando singulos,& particulares Villas ex omni parte adiacentes, ex quibus 1 consequitur tamquam ex veris confinibus inclusio dictæ terræ intra fines diœcesis,cum vnaquæque ex terris circundantibus sit de diœcesi, *Cran.cons.54.num.9.lib.1.Dec.cons.246. num.14.* qui vtuntur simili ratione ad probandum inclusionem rei feudalis,& emphyteuticæ, *& Rota in his terminis idem firmauit in Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere 4.Maij 1612.coram Reuerendissimo Decano*,& 2 † quamuis alij testes D. Episcopi ante sententiam examinati deponant,quod diœcesis Adrien.& Ciuitas Rohighi,quæ est residentia Episcoporū magis

gis

gis adhereat terræ prædictę *della Fratta*, quam aliç diœceses faciant, non tamen exclusiuè ab ipsa diœcesi Adrien. per necesse intelligendum est, dum Ciuitas illa potest magis adhærere, vel ratione distātiæ, etiam quod ab alijs terris eiusdem diœcesis sit eadem terra *della Fratta* circumdata, vel ratione confinium, & terminorum per quos potest cum eadem terra magis comungi respectiuè ad aliàs diçceses, & sufficere ad hunc effectum, vt præsumatur de eadem diçcesi, *voluerunt Bald. in cap. cum olim. num. 1. de præscript. Hieron. de Mont. in tract. fin. regund. cap. 50. num 9. lib. 10. & cap. 83. nume. 2. Rota idem firmauit in Calaguritana, seu nullius Iurisdictionis 16. Iunij 1606. coram Episcopo Attrebaten.* maximè, vt hic, quando non est quæstio de pertinentia cum altero Episcopò.

Prædictis accedunt actus Iurisdictionales gesti per D. Episcopum in eadem terra *della Fratta*, nēpe correctio Clericorum, cognitio causarum criminalium, approbatio Rectorum, examinatio Cōfessorum, Collatio Ordinum, & Sacramenti Confirmationis administratio, Casuum reseruatio, & Prædicatorum deputatio, de quibus omnibus testes dati deponunt, & scripturæ productæ testantur,
3 † & ex illis bene etiam iudicatur oppidum prædictum esse intra fines diçcesis Adrien. *vt ponderatū fuit in Calaguritana Iurisdictionis 4. Iulij 1603. & 16. Ianuarij 1604. coram bonæ memoriæ Penia, & in supradicta Calaguritana coram Episcopo Attrebaten.*

Non obstant exceptiones, quæ contra dictos testes afferuntur, et primo quod sibi ipsis contradicant, dum primus dicit, diçcesim Ferrariensem, et
4 Patauinam ceteris viciniores esse, † quia semper saluatur dempta diçcesi, de qua deposuit, ad saluādum contrarietatem, *Caput. dec. 270. par. 5. Hond. cons. 17. num. 21 lib. 1.* nec secundus contradicit primo in eo, quod dicit, Adriensem esse viciniorem, quam Ferrariensem, et Patauineam, quinimmo cōcordat per supradictam rationem, dum primus debet intelligi semota diçcesi, de qua deposuit. Similiter neque conuincuntur de mendatio ex actibus quam plurimis factis per Abbatem, quia stant simul, quoad actus prædicti fuerint facti, et quod ipsi restes nec viderint, nec audiuerint, dum negatiuam non coarctant, sint magis informati de actibus Episcopi, quam Abbatis, et ex lectura integræ depositionis illorum cessat omnis contrarietas.

Non obstat, quod nulliter fuerint examinati, nēpe post lapsum quadriennij ad petēdam restitutio-
5 nem in integrum, † & per consequens post perēptam instantiam. *l. fin. C. de tempor. in integr. restit. Seraph. dec. 945. num 4.*

6 Quia † post præsentationem commissionis super restitutione, & actorum reproductione attenditur iustitia, vel iniustitia sententiæ, vt ab eo die quis habeatur pro restituto, *Papazzon. in add. ad decis. vlt. in non in restit. in integr. Cæs. de Grass. eod. tit. dec. 3. in fin. Contard. de moment. limit. 8. nu. 42. quod etiam fuit dictum in Vrbinaten. Iurisdictionis 30. Februarij 1620. coram R.P.D. Burattu*, Neque vim fa-
7 cit, † quod alter ex dictis testibus fuerit aliàs examinatus, et ideò propter timorem subornationis non esset admittendus, *vt per Rot. dec. 328. num. 4. par. 2. in recent.* quia quidquid sit, quando præcedit publicatio, et etiam examen cadit super eisdem articulis; secus vero hic, vbi neutrum prædictorum concurrit, *Gabr. de testib. concl. 21. nu. 124. & 133. & fuit firmatum in Acracen. Iurispatronatus 3. Iun. 1617. coram R.P.D. Verospio.*

Non obstat, quod actus facti per D. Episcopum non probentur facti sciente, et patiente Abbate.

8 Quia † in habente iuris assistentiam non est necessaria scientia patientis, dum non agit de acquirenda possessione, sed de continuanda, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 64. vers. facit autem. de caus. poss. & propriet.*

Demum non obstant actus, qui dantur pro Illustrissimo D. Abbate ad probandum Iurisdictionem in d. Oppido *della Fratta*.

9 Quia † in concursu cum actibus Episcoporū per tempora nihil releuant ad præscribendam Iurisdictionem cum illis sufficiat possessio conseruata etiā in minimo actu ad illam impediendam, *Bald. in cap. querelam num. 24. de elect.* et minus releuat ad probandum, quod huiusmodi Oppidum sit vltra fi-
10 nes diçcesis Adriensis † propter compatibilitatem exercendi iurisdictionem in certa specie iurisdictionis, *Surd. post alias cons. 323. num. 45.*

Sed nihilominus omnes actus prædicti vel sunt gesti extra Oppidum *della Fratta*, vt ex lectura il-
11 lorum colligitur, † vel sunt compatibiles cum ordinaria, in iurisdictione, per quam ius dici potest in populum nō exemptum, etiam quod Ecclesiæ pertineant ad collationem Abbatis, *Seraph dec. 1304. num. 3. Rot. in eadem decisione Calaguritana Iurisdictionis coram Episcopo Attrebaten.*

Et ita etc.

R.P.D. Pirouano

Anconitana Florum

Veneris 14. Iunij 1630.

SVMMARIA.

1 *Obligatio præstationis annuæ sine causa non substinetur solo temporis cursu.*
2 *Domini Castrorum an possint imponere onera.*
3 *Domini Castrorum possunt imponere onera leuia, & præscriptione, vel consuetudine titulum pro obligatione, & causa acquirere.*
4 *Obligatio, & titulus inductus dicitur etiam ratione futuri temporis ex præstatione facta per longissimum tempus.*
5 *Ampl. præsertim in pia causa, in qua sufficit minus tempus, & præstatio, etiam quod habuerit causam voluntariam ex mera liberalitate, & nu. 6.*
6 *Titulum ad substinendum ex consuetudine recurri potest etiam ad consuetudinem Regionis conuicinæ.*
7 *Titulus fauore piæ causæ potest à quolibet de populo allegari.*
8 *Sensus visus non decipitur circa proprium obiectum.*
9 *Testis deponens de quadragenaria non potest reprobari, etiam quod aliqua interualla incidissent.*
10 *Dictio,* Præserrim, *non restringit multiplicationem actuum, sed implicat identitatem iuris ad casum expressum.*
11 *Remissorialis Iudicis Iurisdictio firmata dicitur ex litteris iudicis deputare valentis corā ipso præsentatis, & per eumdem acceptatis.*
12 *Testes examinati extra terminum remissoriæ nulliter recepti dicuntur.*

Decisio CCCXI.

DIxerūt Domini sub die 10. Ianuarij 1628. sententiam Rotalem esse reuocandam: quia Ciuitas Anconę ex deductis nō probat expressam Communitatis Offaneæ obligatio-

12 *Exceptio defendentia fideicommissi, & nullitatis non est indaginis possessorij, sed petitorij.*

Decisio CCXCIX.

Camillus, et alij duo fratres de Incoronati donarunt de anno 1590. causa, et intuitu matrimonij Fráncisco eorum fratri omnia eorum bona stabilia cum clausula *constituti*, et alijs amplissimis clausulis, cũ reseruatione tamẽ quoad Ioannem Baptistam, et Camillum possessionis, et vsusfructus eorum vita naturali durante. Mortuo dicto Camillo Franciscus agnouit donationem sibi factam, et vsumfructum cum proprietate consolidatum, et nihilominus ad maiorem cautelam realem bonorum donatorum possessionem appræhendit, sed, cum Camillus iunior assertus eiusdem Camilli filius prætenderet, se vocari ad dicta bona ex causa cuiusdam fideicommissi, et eorum etiam possessionem accepisset, causa in Rota introducta Dubitaui, cui esset dandum mandatum de manutenendo, et Domini vtraque parte informante censuerunt esse dandum Francisco.

1 Quia certum est, † possessionem anteriorem esse manutenendam, cum iunior, et posterior præsumatur clandestina, et turbatiua, *cap. licet causam. vbi Doct. & in specie Felyn. num. 8. vers. tertia causa. de prob. Menoch. de retin. remed. 3. num. 125. Rot. decis. num. 5. & 6. par. 1. diuers. cum alijs allegatis in vna Augustana Hospitalis 21. Februarij 1611. corã me,* Quod autem possessio Francisci sit anterior, apparet tum ex clausula *constituti* apposita in dicto cõ-

2 tractu donationis ad fauorem Francisci, † ex qua dicitur translata in ipsum possessio, *l. quod meo. ff. de acq. poss. l. quædam mulier. vbi gl. in verb. possessionẽ. ff. de rei vindic. Alex. cons. 14. num. 8. lib. 1. & post eum Natt. cons. 453. num. 4. lib. 2. Rol. cons. 79. nu. 43. vbi de communi lib. 1. & cons. 61. numer. 41. libr. 2. Magon. dec. Florent. 64. nu. 12. & dec. luc. 87. nu. 10. Surd. cons. 481. nu. 6. lib. 4. Rot. dec. 549. nu. 1. par. 1. diuers. cum alijs per Tiraq. de iur. constit. poss. par. 1.*

3. *num. 5. & 4. & 2. par. ampl. 8.* † Quæ possessio translata per constitutum vbique est manutenibilis, *Ostēs dec. Pedem. 133. num. 7. & tenuit Rota in Clusina Postæ 27. Ianuarij 1603. coram Litta.* Cum etiã

4 † ex reseruatione vsusfructus bonorum donatorum per quam censetur retenta naturalis, et translata ciuilis possessio in donatarium *l. quisquis. C. de donat. Socc. Iun. cons. 118. num. 18. lib. 2. Hond. cons. 18. num. 5. & 3. & num. 46. lib. 2. Ferrett. cons. 122. nu. 3. lib. 1. Tiraq. de iur. constit. ampl. 36. num. 2. & est dec. Pur. dec. 216. alias 215. num. 3. lib. 3.* secundum nouam impressionem, licet ibi contrarium firme-

5 tur ob alias rationes. Vnde † finito vsufructu per mortem Camilli ciuilis, quę residebat in Francisco traxit ad se naturalem, et sic est manutenibilis cõtra hæredes Camilli, *Natt. cons. 419. nu. 3. & seqq. Menoch. cons. 139. num. 14. & seq. & num. 21. & de retin. poss. remed. 3. nu. 23. & seq. & in his terminis Bero. cons. 60. num. 26. & seq. lib. 1.*

6 Nec visum fuit subsistere, † quod constitutum tanquam collatum post mortem Camilli cõstituẽtis nihil operetur, *ad tradita per Ang. & Alex. in l. quamuis. §. si conductio. ff. de acq. poss.*

7 Quia † ex lectura donationis apparet, eam fuisse puram, et simplicem, et consequenter et ipsum constitutum, nec respectu substantię fuisse adiectam illam diem, vel conditionem, sed dumtaxat fuisse in tempus mortis dilatam executionem respectu translationis factæ, *iuxta cons. Oldr. 114. sub num. 2. quod sequitur Tiraq. par. 1. num. 10. & 2. par. ampl. 9.* præsertim stante clausula, *Ex tunc*, in donatione apposita, *Alex. cons. 83. sub num. 6. vers. confirm. lib. 2. Guid. Pap. dec. 268. Negusant. de pignor. 2. memb. 2. par. num. 5. Paris. cons. 62. num. 23. & cons. 26. nu. 18. lib. 2. Gabr. cons. 141. nu. 4. lib. 1. Malnas. cons. 99. num. 14.*

Rursus nec videbatur refragari, quod Camillus reseruauerit sibi non solum vsumfructum, sed etiam

8 possessionem bonorum donatorum, † et sic nec clausula *constituti*, nec reseruatio vsusfructus videatur potuisse operari effectum suum, *iuxta cõs. Natt. 374. num. 2. & 3. & fuit dictum in causa Rauennaten. Donationis vltima Ianuar. & 18. Martij 1583. coram bo. me. Cardinali Blanchetto.*

Quia fuit responsum, talem reseruationem intelligi de possestione naturali cum detentatione facti et facultate percipiendi fructus propria auctoritate, non autem propterea impediri translationem ciuilis possessionis, *Corn. cons. 8. num. 5. & 14. lib. 2. Bero. d. cons. 60. num. 13. & 14. lib. 1. Tiraq. d. tract. de constit. par. 2. ampl. 9.*

Et prædictæ clausulæ, et reseruationes sunt ita interpretandæ, ne sibi inuicem repugnent, prout repugnarent, si reseruatio possessionis intelligeretur etiam de ciuili, quæ iam per constitutum, et reseruationem vsusfructus translata erat, et ne aliàs dicta reseruatio vsusfructus esset inutilis, et frustratoria, *vt per Corn. d. cons. 8. num. 5. & 12.* quæ reseruatio fieri non potest, nisi fiat translatio dominij, et possessionis, *Alex. cons. 14. nu. 2. vers. hoc etiã innuit. lib. 1. Gabr. d. cons. 141. num. 4. vers. percipitur lib. 1.*

9 Et ideo non obstant prædictæ decisiones, † quia ibi constitutum erat collatum post mortem donantis, cum esset expressè conuentum, vt donatarius non posset accipere possessionem nisi finito vsufructu, in quibus terminis consuluit etiam *Hond. cons. 18. num. 58. & seq. lib. 2.* sed in casu nostro donatio, et consequenter constitutum fuit purum, et simplex, licet executio fuerit dilata post mortem, vt patet ex supradictis.

Nec dubitari posse videbatur de dicta clausula

10 constituti, † stantibus illis verbis instrumenti, *Constituens &c. dans &c. licentiam &c. donec &c.* post quod verbum extenditur clausula constituti de communi stylo ex clausulario Notariorum Vrbis, quod Domini videre voluerunt.

Et prædictis etiam accedunt locationes ab eodem donatario factæ, et possessio etiam post mortẽ Camilli capta. Ex quibus visum est Francisco dandam esse manutentionem tamquam possessori anteriori, non attenta possessione Camilli iunioris

11 † tamquam instrumentali, quæ alio possidente nõ est manutenibilis, *iuxta notata in l. prædia. ff. de acq. poss.*

12 Quæ † de filiatione d. Camilli, de fideicommisso, et validitate donationis dicebantur, visa sunt nõ esse præsentis indaginis, sed reijcienda ad petitorium.

Et ita fuit decisum.

E O D E M

Eadem

Luna 20. Februarii 1617.

S V M M A R I A.

1 *Donatario competit manutentio ex ciuili possessione, cum qua fuerit consolidata naturalis ob mortem donantis vsufructuarij.*

2 *Constitutario competit manutentio contra hæredem constituentis.*

3 Do-

3 *Donatio reuocatur liberorum superuenientia Lim. vt num.6.*
4 *Clausulæ constituti, & alia cessant cessante contractu principali.*
5 *Vel saltim contra illas competant omnes exceptiones competentes contra contractum principalem.*
7 *Donationis inobseruantia non inducit reuocationem nisi habeat pactum resolutiuum, sed parit actionem ad adimplendum.*
8 *Donationis reuocatio non retrotrahit possessionem translatam per constitutum, sed de ea est agendum in petitorio.*
9 *Constitutum in donatione non operatur quoad bona non liquida.*
10 *Donatio non censetur comprahendere bona subiecta fideicommissa.*
11 *Petitorium respicientia non admittuntur in manutentione.*
12 *Constitutum operatur non constito de exceptione clara contra validitatem contractus, à quo pendet.*
13 *Constitutum non operatur in donatione, stante reseruatione possessionis, & vsusfructus. Decl. vt num.14. & seqq.*
18 *Patientia constituentis requiritur in incorporalibus transferendam possessionem, & vsus constitutarij.*
19 *Constitutum censetur conditionale, si contractus sit in sui substantia conditionalis.*
20 *Reseruatio vsusfructus, & possessionis in vita donantis non respicit donationis substantiam, sed executionem.*
21 *Constituto regulariter transfertur omnis possessio, naturalis scilicet, & ciuilis.*
22 *Vsusfructus retentione transfertur sola ciuilis possessio, non naturalis secundum communem.*
23 *Vsusfructus reseruatio quando sit intelligenda de casuali, & quando de formali.*
23 *Clausula, ex nunc, an operetur idem, quod clausula, ex nunc prout ex tunc, & num.26.*
25 *Donationis para proprium est, vt rei donatæ illico, dominium acquiratur donatario.*
27 *Constitutum nihil operatur nisi probetur possessio constituentis de tempore constituti. Limit. vt num.28.*

Decisio CCC.

Domini steterunt in decisis in hac causa die 29. Aprilis preteriti, stilum enim est subsistere principale fundamentum decisionis, quod possessio Francisci est anterior, & in eum translata per clausulam constituti, & reseruationem vsusfructus bonorum donatorum in instrumento donationis de anno 1590. et ideo, † vsufructu finito per mortem Camilli, ciuilis possessio, quæ erat penes Franciscum donatarium, traxit ad ad se naturalem, quæ remanserant penes donatorē, et sic est manutenibilis contra hæredes Camilli ex allegatis in decisione. *Quibus additur Cuman. cons. 173. in fin. vers. vnde statutam.* vbi in specie vult, quod † manutentio competat contra hæredem cōstituentis, *& tradit Modern. Hispan. de vsufr. cap. 61. sub num.7.*

Nec obstare visa sunt, quę late obijciebantur per informantes. Et primo, quod † donatio fuerit reuocata ob superuenientiam liberorum ex beneficio *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* et propter illius inobseruantiam fuit reuocata a donatore in testamento et sic, † cessante contractu principali, cessare etiā debeant illius clausulæ, vt constituti, et aliæ, *l. tam principalis. vbi Doct. ff. de reg. iur.* † vel saltem cōtra illas competant omnes exceptiones, quæ competūt cōtra principalē contractū, *iuxta decisionem in vna Romana Bonorum de Zābecarij 10. Maij 1589. corā Comitulo.* Nam quod reuocationē ex capite superuenientium liberorum cessat obiectum tam ex eo, quod non admittitur filiatio Camilli iunioris, et sic negātur superuenientia liberorum, quod fuit 6 expresse in instrumento renunciatum si dispositioni *d. l. si vnquam.* quæ renunciatio præiudicat etiam filijs, iuxta veriorem sentētiam, *de qua per Tiraq. in d. l. si vnquam. in præfat. numer. 88. Gabr. in tit. de donat. concl. 2. numer. 64. & seq. quam sequitur Rota apud Robust. decis. 124. num. 2. par. 1. & Seraph. dec. 421. num. 2.*

Quo vero ad inobseruātiam, de illa non docetur, 7 et quatenus doceretur, illa † non induceret reuocationem, cum donatio non contineat in tali casu pactum resolutiuum, sed esset agendum pro implemento, *l. fin. ff. de cond. ob caus. l. inciuile. C. de rei vē. dit. Surd. cons. 38. num. 6. & seqq.* Et in omnem ca- 8 sum, † stante validitate donationis, illius reuocatio non retrotransfulit possessionem semel translatam per constitutum, sed de illa esset agendum in petitorio, vt in puncto constituti firmat *Gabr. cons. 51. num. 15. & 23. lib. 1.*

Secundo obijcitur, donationem fuisse restrictam 9 ad bona spectantia ad ipsos donatores; quibus non liquidatis non videtur constitutum in donatione appositum quidquam operari, ex allegatis, sed fuit responsum, cessare obiectum ex facto, cum donatores ipsi in executionem d. donationis per apochā priuatam specificauerint huiusmodi bona cum eorum qualitatibus, super quibus hodie quæritur, quis sit manutenendus, vt latiùs in copia apochæ datæ in summario Francisci in præterita propositione causæ.

Nec facit, quod d. bona dicantur subiecta fidei- 10 commissis antiquis, † et ideo non censeantur cōpræhensa in donatione, tum quia neque hoc iustificatur, tum quia nec constat de descendentia Camilli requisita ad effectum, vt possit dici vocatus ad fideicommissa, et, vt vno verbo concludam, ista 11 omnia respiciunt petitorium, † nec debent admitti in iudicio summarissimo manutentionis, *Rot. di-* 12 *uers. dec. 64. par. 2.* Vnde, cum de nulla exceptione doceatur, saltem clara, quæ tangat inualiditatem donationis constitutum in ea appositum operatur effectum suum, etiam si illius virtus pendeat à validitate contractus, *Rot. dec. 549. num. 4. vers. secundo non obstat. par. 1.*

13 Tertio principaliter, quod † clausula constituti non operetur stante reseruatione facta à Camillo donante possessionis, et vniuersi vsusfructus, ex *Nat. Cassan. Honded. decis. Rauenaten coram Card. Blanchetto.* et alijs allegatis per informantes pro Camillo. Sed huic obiecto videbatur Dominis ple- 14 ne satisfactum in decisione, quod scilicet † ex aduerso allegati loquuntur in casibus, in quibus constitutum erat collatum post mortem donantis, et ideo non applicantur huic casui, in quo donatio ab initio fuit pura, et simplex, et consequenter etiā constitutum, licet executio fuerit dilata in tempore mortis donantis, *Oldrad. cons. 114. num. 2. quem* 15 *sequitur alios referens Syluan. cons. 67. num. 6.* † stāte maxime clausula, ex nunc, donationi apposita, ex allegatis in decisione, et vlterius placuit etiam cō- 16 sideratio, quod † talis reseruatio debet intelligi, de possessione naturali cum detentione facti, et facultate percipiendi fructus propria auctoritate, ex qua non impeditur translatio possessionis ciuilis, *iuxta cons. Corn. 8. à nu. 5. vsq; ad 14. lib. 2. cum alijs adductis in decisione,* et hoc ad tollen. contrarietatem, quæ oriri posset in eodem instrumento, si is, qui per constitutum, et reseruationem vsusfructus,

trans-

transtulerit ciuilem possessionem, postea declararet se velle eandem retinere, *vt præter alios allegatos in decisione tradit in terminis Bolognett. cons. 6. num. 40. & seqq.*

Nec videbantur applicari posse *cons. Natt. 372. cum duobus seqq.* in quibus præcipuum sit fundamé-

17 tum, quia † ipse loquitur in Vassallo, qui non potuit per reseruationem vsusfructus transferre ciuilem possessionem, quam ipse non habet, sed dominus, vt ipse dicit *d. cons. 372. num. 10.* et quoad naturalem, constabat non fuisse translatam, nec transferri potuisse ex reseruatione vsusfructus, et ex verbis claris instrumenti, *quæ ponderat cons. 373. num. 15. & seqq. & cons. 374. nu. 2. & ibi etiã num. 3. & seqq.* ostenditur, quod nulla erat translata possessio, nec naturalis, nec ciuilis iuris feudalis, *vt etiam dicit d. cons. 372. num. 10. & 11.* quia

18 † in istis incorporalibus requiritur patientia eius qui ius constituit, iuncto vsu eius ad cuius fauorem fuit ius constitutum, *vt d. cons. 374. numer. 4. & ibi etiam num. 6. ponderat pacta*, quæ omnia repugnãt translationi alicuius possessionis, et cessant in casu nostro. vltra quod ibi cõstitutum erat appositum in contractu conditionali quoad substantiam suam, *vt declarat idem Natt. d. cons. 372. numer. 2. & seqq.*

19 † ideo constitutum etiam censebatur conditionale, vt ibi per eum, sed in casu nostro donatio fuit simplex, et pura quoad substantiam, fuit ostensum in

20 decisione. Et ideo † reseruatio vsusfructus, et possessionis in vita non potest respicere substantiam donationis, sed illius tantum executionem, *Alex. cons. 14. sub num. 2. vers. & in proposito lib. 1. Socin. cons. 53. sub num. 11. vers. vnde licet. lib. 1. cum alijs allegatis in decisione.*

Non obstat *Cassan. cons. 7. nu. 36. & 37.* qui sensit, quod, vbi in contractu est apposita clausula cõstituti, et reseruatio vsusfructus, non transfertur

21 vlla possessio propter repugnantiam, cum † regulariter per solum constitutum transferatur vtraque possessio, naturalis, et ciuilis, *l. quod meo. vbi Doct.*

22 *ff. de acq. poss.* † per restitutionem vero vsusfructus sola ciuilis, *l. quisquis C. de donat.* et sic videatur repugnare, quod naturalis retineatur, vel non retineatur, quia in hoc communis est opinio in cõtrarium, *vt per Tiraq. referentem Alex. Cuman. & alios*, et reprobantem in specie *Cassan. in tract. de constit. par. 3. limit. 23. Honded. vero cons. 18. lib. 2.* non obstat, quia loquitur in casu donationis conditionalis, *vt ibi num. 23. vers. pro quorum*, sed quãdo donatio fuit pura, licet executio fuerit collata post mortem, ipse admittit constitutum, et reseruationẽ vsusfructus operari effectum suum, *vt ibid. d. num. 63.*

23 Quarto obijcitur, quod † videatur reseruatus vsusfructus casualis propter verba vniuersalia reseruationis, ibi, possessionẽ, et vniuersum vsumfructum *Put. dec. 221. lib. 3. in nou.* cum tamen reseruatio vsusfructus fieri non possit sine translatione dominij, *Gabr. cons. 141. nu. 4. vers. percipitur lib. 1.* et admittit decisio, de qua agitur; sed fuit responsum, quod immo reseruatio debet intelligi de vsufructu formali, ne contradicat alijs partibus instrumenti, ex quibus apparet, Camillum habuisse animum transferendi dominium, vt in proemio in quo dicitur, D. Coronatum velle libere donare tã quoad proprietatem, quam quoad fructus, et Ioannem Baptistam, et Camillum sub reseruatione possessionis, et fructuum, et sic etiam ipsi donarunt quoad proprietatem. Item ex clausulis. Ad habendum cessionem iurium, et constituti, quæ sunt in parte dispositiua, et ante clausulam, Hanc autem donationem etc. quidquid exaduerso dicatur, et cõfirmatur ex d. reseruatione possessionis, et vsufructus durante vita naturali donatorum tantum, et non vltra, et ex assertione, quod habeant pecunias, quę sine aliqua diminutione bonorum donatorum erant sufficiẽtia ad effectum testandi, quæ omnia repugnant vsufructui casuali, et ideo decisio Put. nihil facit, quia ibi fuerat expresse reseruatum dominium, vnde reseruatio vsusfructus non poterat intelligi, nisi de casuali ob rationem ibi allegatam. *Ad dec. vero Rauenaten. coram Blanchetto fuit responsum in alia decisione.*

24 Quinto obijcitur, quod † sola clausula, ex nunc, legitur in donatione, & tamen Doct. ad hoc propositum allegati in decisione loquuntur in casu, quo aderat clausula, ex nunc prout ex tunc, & tamen differentiam esse inter vnum, & alterum casum, *tradit Ias. in l. 1. nu. 4. C. de codic. Rim. iun. cons. 592. num. 21. & seq. Ceph. cons. 153. num. 21.* sed fuit responsum, quidquid sit de hac differentia, tamen in proposito satis est, quod illa dictio, ex nunc, operatur de præsenti effectum suum nec trahitur ad tẽpus præteritum, vel futurum, præsertim cum simus

25 in donatione † cuius proprium est, vt rei donatæ illico dominium acquiratur donatario, *l. 1. ff. de donat. & in his terminis consuluit Mandell. cons. 782. num. 38. qui allegat Bart. in l. creditores col. 5. C. de pignor. & sensit Maluas. cons. 99. sub num. 12. & 13.*

26 &c. † in beneficialibus d. clausulam, ex nunc, idem operari, *tradit Mandos. in reg. 19. de infirm. q. 9. n. 3.* videlicet, quod clausula illa operatur, & inducit actum de præsenti, etiam, quod alias penderet à futuro, dummodo simus in dispositione pura, non autem conditionali, *Bald. in l. Arethusa in prima lectura col. fin. vers. extra quærò. ff. de stat. hom. Aret. in l. lecta num. 13. ff. si cert. pet. cum alijs à Mandos. adductis.*

27 Sexto, & vltimo fuit obiectum, quod d. clausula constituti nihil operetur, nisi fuerit probatum, cõstituentem tempore donationis possedisse bona donata *ad Dec. cons. 226. cum similibus.* sed facilis fuit

28 responsio, frustra hoc Camillum obijcere, † qui à donante prætendit habere causam, & aliàs constitutum possessionem probat non solum inter constituentem, et constitutarium, sed etiam inter habentem ab eo causam, *Rot. dec. 766. numer. 11. par. 1. & sæpe fuit decisum.*

Ex quibus Domini permanserunt in decisis, videlicet D. Francisco dandum esse mandatum de manutenendo.

Cardinali Sacrato

Romana Præstationis annuæ

Veneris 5. Maii 1622.

SVMMARIA.

1. *Aliud prò alio inuito creditore solui non potest.*
2. *Quasi possessio sola sufficit pro exactione continuanda vsque ad finem litis.*
3. *Mora non cessat ex protestatione depositi, vbi exaduerso quis offert se paratum recipere, & realis depositio non sequitur.*
4. *Sequestrum quando non afficiat.*
5. *Sequestri verba vbi non verificantur, nec illius dispositio verificari potest.*
6. *Iudex non potest, nec velle præsumitur sequestrando possessorem spoliare, & priuare absque citatione.*
7. *Iudicis mens talis fuisse præsumitur, qualis esse debuit.*

Decisio CCCI.

FVit resolutum Magdalenos teneri præstare granum, cum illud sit in obligatione, & regula sit, quod † aliud pro alio inuito creditore solui non potest, *l. mutui datio. & ibi gl. Bart. Castr. & alij. ff. si cert. pet. l. cum, à quo. C. de solut. Rom. cons. 163. nu. 2. Natt. cons. 334. nu. 2. Surd. dec. 30. num. 9.*

Nec videbatur posse dubitari de credito litis consortum, stante eorum quasi possessione exigendi annuam præstationem grani firmata coram Reuerendissimo Attrebaten. per duas decisiones, † quæ sola quasi possessio sufficit pro exactione continuanda vsque ad finem litis, *Castr. cons. 3. nu. 1. & 2. lib. 2. Rot. in causa Tullea. Pensionis 22. Iunij 1609. corã Reuerendiss. Attrebaten.*

Nõ obstat † protestatio depositi facta per Magdalenos sub die 12. Ianuarij proximati. Quia cum creditores eodem tempore se obtulerint paratos recipere; & realis depositio non fuerit sequuta, nõ cessauit mora Magdalenorum, *Bart. in l. pen. nu. 5. ff. de distract. pignor. Alex. in l. si mora. num. 9. vers. omnes tamen. nu. 3. ff. sol. matrim. Iás. in l. 2. nu. 183. vers. mora tamen. C. de iur. emphyt. Cott. in mem. ver. oblatio.*

Non obstat, quod Magdaleni non potuerunt soluere stante sequestro eis facto ad instantiam Susannæ de Forosempronio domesticis q. Caroli de Magdalenis in scutis 300. vnde infertur, quod ipsi nõ fuerint in mora soluendi, & quod oblatio creditorum, quod ipsi erant parati recipere nullatenus sit habenda in consideratione, cum eis stante prædicto sequestro minimè solui posset.

Quia fuit responsum, † sequestrum cantare de pecunijs, et bonis ad q. Carolum Magdalenum spectantibus, et pertinentibus, vnde Magdaleni non poterant interpretari, quod sequestrum ad hoc granum extenderetur, nã, Aut prætenditur fuisse apud illos sequestratum ius exigendi illam annuam præstationem grani; et non possunt, quia hoc ius non erat apud illos, sed penes litis consortes, qui mediantibus exactionibus fuerunt constituti in illius quasi possessione, *vt patet ex supra allegatis decisionibus coram Reuerendissimo Attrebaten.* vel saltem hoc erat penes illum, cui iuste adiudicandum venit, nõ autem penes Magdalenos, qui sũt debitores annuæ præstationis, et contra quos illud ius venit exercendum. Aut vero prætendunt Magdaleni fuisse penes ipsos sequestratum in indiuiduo granum, prout successiuè maturabuntur termini solutionis illius, et multo minus hoc prætendere possunt, quia istud granum numquam fuit in bonis, aut spectauit ad q. Carolum, cum fuerint maturati multo post illius mortem; vnde inferebatur per Dominos, quod, † cum respectu istius grani non verificentur verba sequestri, ibi, *sequestrentur penes vos Iulianum &c. singula pecuniarum, & bonorum summa, &c.* minus verificari poterat illius dispositio, *l. 4. §. toties. ff. de milit. testam. Felyn. in c. nonnulli. numer. 34. vers. vbi verba. de rescript. Socc. cons. 55. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 39. num. 2.*

Addebant Domini, quod, cum multa sequestra clarè non loquantur de hac annua præstatione, non poterant ad istam extendi. Item † non potuit Iudex sequestrans priuare istos possidẽtes in primis, et ante omnia eorum quasi possessione, maxime illis non citatis, quia spoliasset, et cum hoc non potuerit, dicendum est in dubio, quod nec etiam voluerit, quia metimur voluntatem à potestate, *l. huius. §. Imperatores. ff. ad municipal. cap. cum super. et ibi not. strib. de offic. deleg. Abb. cons. 3. num. 5. libr. 2. Gemin. cons. 77. nu. 2. Rol. cons. 39. nu. 2. & 21. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. numer. 13.* † et talis præsumitur fuisse mens Iudicis, qualis esse debuit, *Crau. cons. 74. nu. 9. Castr. cons. 136. nu. 6. lib. 1. Gemin. d. cons. 77. num. 2. Affl. dec. 44. num. 20. Surd. dec. 170. num. 3. cum duobus seqq. &c.*

Remboldo

Romana Fideicommissi de Cincijs.

Veneris 9. Iunij 1617.

S V M M A R I A.

1. *Fideicommisso agens probare debet implementum diei, & conditionis.*
2. *Probationes debent esse certa, & concludentes, cũ Reo, & possessori sufficiat dicere, hoc casu non loquitur substitutio, ergo locum non habet.*
3. *Negantis intentio fundata est in negatiua.*
4. *Sententiarum virtus suspensa remanet pendente iudicio restitutionis in integrum.*
5. *Possessor habẽns contra se sententias manutenendus est pendente causa restitutionis in integrum.*
6. *Exceptio iuris tertij an, & quando admittatur.*

Decisio CCCII.

DOmini dixerunt non constare, factum esse locum fideicommisso ad fauorem trium familiarum, et omissa discussione aliarũ difficultatum in hac causa ab informantibus excitatarum eam tantummodo rationem amplexi sunt quod, cum dictæ tres familiæ ad istud fideicommissum agant vigore testamenti Francisci, in quo vocatæ leguntur in defectum filiorum testatoris, et lineæ ipsius masculinæ, nec non naturalium legitimatorum ex ipsis descendentium, ac etiam fœminarum nuptarum, seu nubendarum ex familia de Cincijs probare tenentur, omnes vocatos prædecessisse, atq; ita dicto fideicommisso ad ipsorum fauorẽ per conditionis euentum locum factum esse. Nam, † qui agit ex fideicommisso, probare debet implementũ diei, et conditionis, *l. qui haredi. §. Plautius. ff. de cond. & demonstr. l. si quidem. C. de exception. Socc. Iun. cons. 122. num. 17. libr. 2. Cephal. cons. 631. num. 16. Menoch. cons. 262. num. 1. Surd. dec. 210. nu. 5. Conditio enim est de substantia probationis, Bald. cons. 122. num. 2. lib. 3.* † et probationes debent esse certæ, et concludentes, quia Reo, et possessori sufficit dicere, hoc casu non loquitur substitutio, ergo locum non habet, *Hipoll. Rimin. cons. 42. nu. 118. & seq. lib. 1. Hond. cons. 60. numer. 13. Crass. in fideicommissum q. 4. num. 9. cum alijs per Peregr. de fideicõ. art. 21. num. 37. & seq.* † et negantis intentio fundata est in negatiua, *l. actor. C. de prob. Ruyn. cons. 62. num. 4. vol. 4.*

Et tantum abest, quod pro parte dd. familiarum legitime probatum fuerit d. conditionis implemẽtum, vt immò omnibus notum sit, adhuc Bernardũ filium testatoris, et expresse in dicto testamento vocatum existere.

Non obstat, quod dictus Bernardus Parricidij criminis reus factus, et condemnatus fuit, etiam cum omnium bonorum suorum confiscatione, et consequenter vti dignus à dicto fideicommisso sit exclusus.

Quia, cum idem Bernardus postea obtinuerit cau-

causam appellationis, seu restitutionis in integrum aduersus dictam condemnationem, et confiscationem in Rota committi, illaq; adhuc indecisa corã me pendeat, non potest, donec terminetur, dici sufficienter de illius incapacitate, et exclusione constare, † pendente enim restitutionis in integrum iudicio virtus sententiarum remanet suspensa, in tantum, † quod possessores, contra quos huiusmodi sententiæ latæ reperiuntur, interim manuteneri debeãt, *Cassad. dec. 13. de rescript. Rot. dec. 350. par. 1. diuers.*

Nec obstat, quod filij Iacobi saltem in hoc iudicio, † in quo exceptio iuris tertii non admittitur, *Ruyn. cons. 129. num. 9. lib. 2. Hipoll. Rimin. cons. 230. num. 20. lib. 2. cum alijs per Peregr. de fideicommiss. 48. n. 46.* non possint dare de iure Bernardi, et præsertim quia in alio iudicio illud impugnant, *cap. ex ea. de reg. iur. in cap. capitalum in 6 Felyn. sub nu. 13. vers. secundo considero. de rescript. Bart. & alij in l. post legatum. sub numer. 6. ff. de his, quib. vt indig. Card. Seraph. dec. 974. num. 5.*

Quia fuit responsum, quod, vltra quod in omnibus iudiciis, etiam possessoriis, opponi potest de iure tertii, dummodo oppositio respiciat defectum iudicii possessorii ex parte agentis, *vt post alios bene declarat Alex. in l. fin. num. 23. post med. vers. & ista casu quãdo per citationẽ C. de edict. Diu. Adrian. toll.* cessat etiã difficultas ex eo, quod dicti filii non excipiunt de iure Bernardi, sed dicunt, quod dictę tres familię deficiunt in suis probationibus, quia non docent casum vocationis euenisse, quod scilicet nullus ex filiis Francisci testatoris, vel ex aliis eius descendẽtibus superfit, et quod per consequẽs non cõstet, factum esse locum fideicommisso ad dd. familiarum fauorem etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Verospio.

Tudertina Pensionis.

Veneris 2. Iunij 1617.

S V M M A R I A.

1 *In Gratiosis semper intelligitur clausula, Si preces veritate nitantur.*
2 *Ampl etiam in pensione purè reseruata.*
3 *Clausula, vt asseris, operatur, vt narratis non iustificatis gratia subreptitia dicatur.*
4 *Quasi possessio exigendi pensionem non operatur, vt pensionarius in petitorio non teneatur iustificare gratiam, sed tantum in possessorio, vt solutio lite pendente non retardetur.*
5 *Valor beneficii ad effectum pensionis nullitatis, vel reductionis an sit probandus per titularem, vel pensionariam.*

Decisio CCCIII.

FVit de anno 1611. super fructibus Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Terentianæ Tudertinæ Diœcesis, quam Marcus Petruccius obtinebat Apostolica auctoritate reseruata ad fauorem Aurelii Petruccii pensio centum ducatorum, et cũ Andreas Ceccarellus eam recusaret vel nullum soluere, tamquã narratiua in literis reseruationis esset subreptitia, causam in petitorio coram me introduxit in Rota, postquam in possessorio corã A. C. succubuerat.

Vnde proposui dubium, an pensio esset nulla, quod fuit affirmatiue resolutum, nisi per pensionarium gratia iustificetur, semper enim † in gratiosis, vt in casu nostro, clausula intelligitur, si preces veritate nitantur, *cap. ex parte. de rescript. Dec. cons. 33. num. 1. & 141. nu. 6. Rot. dec. 221. par. 2. diuers. Accoromb. dec. 17. de rescript. lib. 1.* † Etiam quod pensio esset purè reseruata, *Ant. Aug. in epitom. de pens. solut. & fuit dictum in Brixien. Pensionis 28. Nouembris 1594. coram Illustrissimo Mellino, & in Salamantina Pensionis 28. Ianuarij 1595. coram Gypsio, & in Tudertina Pẽsionis 21. Aprilis 1614. coram me.*

Additur in literis reseruationis adesse clausulã, *vt assertis,* † quæ operatur, vt gratia, non iustificatis narratis dicatur subreptitia, *Rot. dec. 77. de præscript. in antiq. & dec. 60. eodem tit. Cassad. dec. 4. num. 8. de præb.*

Nec † pensionario ad hunc effectum quasi possessio exigendi suffragatur, cum simus in petitorio, et illa solum efficiat, vt lite pendente solutio non retardetur, *vt fuit dictum in allegata Salamantina coram Gyptio, & in Rauennaten. Pensionis 28. Ianuarij 1596. coram Litta, & in Meleuitana Pensionis 27. Iunij 1597. coram eodem.*

Non obstat † onus probandi valorem ad titularem spectare, quando ipse ad pensionis reductionẽ, vel ad nullitatem agit ob non valoris expressionẽ, *Veral. dec. 299. par. 3.* Nam hic loquitur in pensiona in qua valoris expressio non requirebatur, vt in gratia Regressus. In casu autem nostro secus accidit, cum pensio reseruata fuerit sine causa, vnde valor exprimi debuit, quem pensionarius tenetur iustificare, *vt fuit dictum in causa Burgen. Pensionis 18. Februarii 1581. coram Gyptio, & in Tudertina Pensionis 21. Aprilis 1614. coram me &c.*

R. P. D. Merlino

Auersana Pensionis.

Lunæ 30. Martij 1626.

S V M M A R I A.

1 *Titularis mentionem faciẽs in gratia sua prouisionis de pensione censetur in eam consentire.*
2 *Pensionarius agens pro pensionibus contra titularẽ successorem tenetur docere de veris, & effectiuis solutionibus ab antecessore factis, nec sufficiant confessiones de recepto, vbi in literis adest decretum, de quo hic.*
3 *Decl. vt sufficiant etiam confessiones de recepto, vbi sint adminiculata, secus si non adminiculata.*

Decisio CCCIV.

LAta sententia, qua pronunciatum fuerat, reseruationem pensionis ducatorum 50. monetæ Regni vsque de anno 1615. emanatã auctoritate Apostolica, et de consensu Marci Antonii titularis ad fauorem Francisci Rutæ super Canonicatu Ecclesiæ Auersanæ cassandam, et annullandãm esse, ac de super appellatione interposita, et causa mihi commissa, dubitaui, An prædicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, et Domini responderunt esse infirmandam.

Constat enim de pensionis reseruatione ex literis Apostolicis sub plumbo expeditis, neq; Franciscus tenetur ad aliam iustificationem, cum Alexãder, qui reseruationem hodie impugnat, in gratia suæ prouisionis fecerit expressam mentionem de

ea,

1 eo, † cui propterea censetur consensisse, *vt fuit dictum in Elborch. Pensionis 19. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Vlixbonen. Pensionis 11. Martii 1616. coram bo. me. Andrea.*

Nec obstare visum fuit decretum, quod consueuit apponi in reseruationibus pensionum de consensu Titularis, prout etiam hic fuit adiectum, nempe, quod si dictus Marcus Antonius in eius vita, & quandiu Canonicatum prædictum obtinuerit, pensionem realiter, & cum effectu non persoluerit, reseruatio illius sit nulla eo ipso, ob quod † decreti

2 Pensionarius agens contra Successorem titularem pro pensionibus tenetur docere de veris, & effectualibus solutionibus factis ab Antecessore, qui reseruationi consensit, nec sufficiunt confessiones de recepto; *vt fuit dictum in Lucana Pensionis 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, in Spoletana Pensionis 24. Ianuarii 1622. coram bon. mem. Vbaldo, & in Parmen. Pensionis 5. Iunii 1624. coram me*, & quod in præsenti casu deficere videatur probatio realis solutionis saltem integræ pro termino Natiuitatis Dominicæ 1618. & totius anni 1619. & termini Natiuitatis Domini 1621. pro quibus dantur solummodo confessiones de recepto factæ à Francisco.

3 Quoniam † Domini animaduerterunt, confessiones de recepto in allegatis decisionibus nullis fuisse subuitas adminiculis, & coniecturis, confessiones autem, de quibus agitur, fulciri præsumptionibus, quod veritas solutionum præcesserit, nam considerarunt, quod exceptis supradictis quatuor terminis pensionum, cæteris omnes tam præcedentes, quam subsequentes termini per tot annos fuerunt realiter, ac integrè persoluti; Vnde resultat verisimilitudo, quod pensionis reseruationi non consenserit titularis in fraudem successoris, sed candidè, & vt verè iuxta decretum reseruationi adiectū illa solueretur, & dictæ confessiones de recepto nō sunt nudæ, & mere verbales, sed secum habent aliquid realitatis: nempe veræ solutionis, quæ inducit præsumptionem, quod in residuo fuerunt etiam veræ, *ad tex in l. cam fidem. C. de non num pecun.* & demum quod fuerunt factæ in actu realis solutionis ad complementum, & à diuersis personis nomine titularis debitoris persoluentibus, nec etiam sunt in quantitate vniformes, ex quibus omnibus coniecturis, et adminiculis simul iunctis vna cūm probitate confitentis censuerunt Domini, probatam esse realem, et effectualem solutionem, qualis requiritur in decreto supradicto, cōfessiones enim de recepto quoties fulcitę sunt adminiculis, et pręcipuè tot alijs solutionibus in pecunia numerata, probāt veram, et realem numerationem, *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. nu. 6. vers. sic ex confessione. Achill. dec. 1. de confess. Rot. apud Card. Seraph. dec. 292. num. 1. & 3. & in Romana Pensionis 13. Iunii 1597. coram bo. me. Card. Pamphilio, & nuper in Romana, seu Bononien. Pretii Clericatus prima Decembris 1625. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ita vtraq. parte informante etc.

Vbaldo Seniore

Calaguritana Iurisdictionis de Nagera

Luna 18. Maij 1620.

SVMMARIA.

1. *Lite pendente nulla innouatio permittitur, nec in minimo.*
2. *Continuans non attentat.*
3. *Limitaa procedere, quando quis vtitur diuerso modo.*
4. *Iuris assistentia non iuuat, vbi in contrarium adest sententia.*
5. *Mandatum de manutenendo, quod caruit effectu, nō attenditur.*

Decisio CCCV.

FVit dictum, constare de attentatis, non enim dubitari potest, quin pendeat in Rota lis super omnimoda iurisdictione, vt patet ex cōmissionibus in causa obtētis, Vnde quidquid esset dicendum in negocio principali, an scilicet Iurisdictio in Ecclesijs Sanctę Crucis, et Sacti Michaelis pertineat ad Abbatem, an vero potius ad Episcopum Calaguritanum, quod pendet ab intelligētia antiquę sententiæ Roberti inter partes latę, et etiam ex depositionibus testium in hac causa vtrinque examinatorum, de quibus suo loco videre poterit, cum Dominis non videretur conueniens totam controuersiam in huiusmodi articulo attentatorum dirimere, licet informantes hinc inde multa deducerent, tamen illud certum est, pendente isto Iudicio super iurisdictione nō potuisse Episcopum, vel eius Vicariū in dicta Ecclesia Sanctæ Crucis Tribunal erigere, prout erexit, ad ius dicendum, nec procedere contra beneficiatum eiusdem Ecclesiæ Sanctæ Crucis, prout processit, absq. vitio attenta-

1 torum, † cum pendente lite nulla innouatio sit permissa, etiam in minimo, *tot. tit. extra vt lit. pend. & non solum. de appel. in 6. Socc. cons. 21. col. 3. vers. & pro prædicta. lib. 1. Menoch. cons. 35. num. 14. lib. 1. Lancell. de attent. cap. 4. ampl. 10. fuit dictum in Hispalen. Coadiutoria 14. Nouembris 1614. coram me, & sæpe alias.*

Non obstat, quod Episcopus dicatur esse in quasi possessione exercendi dictā iurisdictionem, et ideo continuando non dicatur attentasse ex vulgari regula, † quod, qui continuat, non attentat, *Lancell. d. cap. 4. ampl. 1. num. 13. & limit. 1. num. 1. & seqq.*

2

3 Quia fuit responsum, † eam non procedere, quando quis vtitur diuerso modo ab eo, quo ante litem vtebatur, *gl. in cap. non solum. de appell. in 6. Bero. cons. 118. n. 8. vbi de communi. lib. 3. cum aliis per Lacell. dicta limit. 1. n. 82. & fuit dictum in dicta Hispalen. Coadiutoria coram me*, sed in casu nostro non probatur, quod Episcopus, vel eius Officiales exercuerint iurisdictionem in dicta Ecclesia Sanctæ Crucis, vel eius territorio in illius beneficiatos, sed solum in alias personas, vel saltim ex probationibus Abbatis redditur valdè turbida dicta prætensa

4 quasi possessio Episcopi, † nec assistentia iuris cōmunis in hoc iuuare videtur Episcopum, quia in contrarium adest dicta sententia Roberti in *vers. saluo &c* declarans personas exemptas ab Episcopo, et subiectas Abbati.

Demum non obstat mandatum de manutenendo concessum Episcopo, quia fuit concessum vtrique parti ad terminos prædictæ sententiæ Roberti, et quia executor pro parte Episcopi fecerat multa præiudicialia, fuerunt de ordine Rotæ transmissæ literæ à Reuerendissimo Attrebaten. tūc causæ à Iudice, quibus præcipiebatur, ne dictus Executor quidquam amplius in futurum innouaret, circumscribendo omnia iam facta, vt in literis, quę hodiè

5 sunt in actis. † Ideo dictum mandatum videtur caruisse effectu, et ne generalitas pareret confusionē, cæpta est in Rota disputari causa per dubia particularia, et in vltima propositione fuit dictum, vt videretur de bono iure, in qua disputatione erit in posterum progrediendum, et interim D. Episco-

Episcopus, et eius ministri debebant ab huiusmodi innouationibus abstineri ex supra deductis.
Et ita decisum etc.

Manzanedo

Marsicana Iurisdictionis.

Veneris 18. Maij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Episcopus habet pro se iuris assistentiam quoad cognitionem omnium causarum, ita vt sit manutenendus priuatiuè ad Archipresbyterum, & num.3.*
2 *Lim. secus vbi iuris assistentia redditur turbida, & offuscata ex actibus Archipresbyteri.*
3 *Causarum criminalium, & matrimonialium cognitio spectat ad solum Episcopum, nō autem etiam ad alios Inferiores, & est Episcopus in illis manutenendus, & num.5. Ampl. vt num.6.*
4 *Lim. nisi probetur immemorabilis.*
7 *Confessio procuratoris, qua principalem spoliatum fatetur, & aduersarium possessorem facit, non nocet principali non constito de mandato.*
8 *Petitorium concurrentia in manutentione non obstant.*
9 *Manutentio datur cumulatiuè Episcopo, & Inferiori docto per Inferiorem de sua possessione in causis cognoscendis, exceptis criminalibus, & matrimonialibus, adeo vt locus sit praeuentioni.*
10 *Inferior an possit praescribere ius cognoscēdi causas priuatiuè ad Episcopum.*

Decisio CCCVI.

1 Videbatur † D. Episcopum quoad omnes causas priuatiuè ad Archipraesbyterum, esse manutenendum, cum habeat pro se iuris assistentiam, *iuxta tex. in cap.cum personae. &*
2 *ibi Doct. de priuil. lib.6.* sed tamen, † quia illa iuris assistētia redditur maximè turbida, et offuscata ex actibus iurisdictionalibus Archipresbyteri, ideò ex isto solo iuris fundamento, Domini censuere, non posse dari Domino Episcopo praedictam manutentionem, nisi in criminalibus, et matrimonialibus, in quibus D. Episcopum venire manutenendum priuatiuè quoad Archipraesbyterum, Domini dixe-
3 runt illo potissimo fundamento, † quia *Conc. Trid. cap.20.§.ad haec.sess.24.* cognitionem istarum causarum solius Episcopi, non autem aliorum Inferio-
4 rum examini subiecit. Et † quamuis sit verum praedictum decretum Trid. non excludere immemorabilem, vt Congregatio Illustrissimorum eiusdem Concilij Interpretum declarauit, nihilominus, cū Archipresbyter de ista immemorabili non doceat,
5 in illa fundari non valet, † et interim, dum illam non probat, spectat ad Episcopū de praedictis causis criminalibus, et matrimonialibus cognoscere, vt eadem Congregatio censuit, et per consequens interim priuatiuè ad Archipraesbyterum est ma-
6 nutenendus D. Episcopus. Ad idem placebat Dominis pro D. Episcopo motiuum, quod ipse habeat simul cum assistentia iuris plures actibus, ex quibus dicitur tām Episcopum, quàm etiam Archipraesbyterum tamquam Episcopi Vicarium istam iurisdictionem exercuisse, sed quia huiusmodi actus non videbantur esse in forma probanti, ideò in isto motiuo Domini non persisterunt, sed insuper adductis. Quibus non videbatur obstare quaedam confessio Episcopi in quodam monitorio per quēdam procuratorem facta, qua se spoliatum dicebat ista iurisdictione, et per consequens fateri videbatur, Archipraesbyterum esse in quasi possessione illam
7 exercendi. Quia fuit responsum, † non constare de mandato praedicti procuratoris qui obtinuit monitorium, quin illud negari. Alia vero quae adducebantur per Archipraesbyterum de quadam asserta relatione, et concordia Archiepiscopi Salernitani, et sententia Moderni Episcopi de tempore, quo
8 erat Vicarius lata pro Archipraesbytero † tamquam concurrentia petitorium obstare non videbantur.
9 Quo vero † ad caeteras causas, exceptis supradictis criminalibus, et matrimonialibus, videbatur Dominis tàm D. Episcopo, quàm D. Archipresbytero mandatum de manutenendo cumulatiuè dandum esse, ita vt sit locus praeuentioni, *iuxta adducta per Ang. Aret. in l.1.§. si quis in appellatione. ff. de appell. & latè per Felyn. in cap. pastoralis. num.2. de offic. ord.* sed quia in casu, quo Archipresbyter praetenderet quo ad istas vltimas causas habere iurisdi-
10 ctionem acquisitam per praescriptionem, † posset satis dubitari, An illi ista iurisdictio competeret priuatiuè ad Episcopum, *prout tenet Felyn. post Abb. & alios, quos refert in d.cap. pastoralis. num.5.* Ideò si partes voluerint, poterit iste articulus particulariter videri etc.

Cardinali Sacrato

Romana Diuisionis Haereditatis.

Veneris 20. Decembris 1619.

S V M M A R I A.

1 *Sententia non conformis libello est iniusta.*
2 *Sententia nulla ex defectu citationis dicitur, quae continet id, quod nec in petitione, nec in citatione fuit expressum.*
3 *Arbitrio locus non est, vbi defecit citatio, vel sententia est iniusta, seu excessiua, in magna summa.*

Decisio CCCVII.

PRO Philippo informante fuit tentum, scilicet, non esse locum Arbitrio, quia sententia A. C. fuit nulla, et iniusta ex eo, quod actum vigore Monitorij ad diuisionem omnium inter Philippum patruum ex vna, et Thomam eius nepotem ex altera, vt patet ex monitorio, et nihilominus fuit simpliciter pronunciatum super immissione Thomae in decem, et septem loca Mon-
1 tium non vacabilium, quia † hac ratione huiusmodi sententia tamquam minimè conformis libello remansit iniusta, *vt in hac causa fuit bis decisum coram D. meo Manzanedo*, et † etiam nulla ex defe-
2 ctu citationis, cum Philippus nullatenus fuerit citatus ad id, quod continetur in sententia, citatio enim ad sententiam intelligitur quoad id, quod cōtinetur in petitione, ideoq; si sequatur sentētia diuersa à petitione, videtur, quod sententia in hoc remaneat sine citatione, *iuxta notata in l.aut qui aliter. vbi Bart. num.1. ff quod vi, aut clam.* fuit etiam dictum, immissionem fuisse excessiuam, quia in haereditate de tempore motae litis erant tantum viginti, et octo loca montium, et sic pars tangens Thomam erat solum locorum 14. et nihilominus fuit data immissio in locis 17.

Ex-

Ex prædictis fuit conclusum, non esse locum ar- 3 bitrio, † quod non interponitur, nec quando adest defectus citationis, vt tenuit Rot. in recent. dec. 365. num. 3. par. 1. & in Carduben. Præstimoniorum 12. Nouembris 1618. coram me, & aliàs sæpe. Nec quando sententia est iniusta, Rot. in Salernitana Rectoria 4. Aprilis 1588. coram bo. me. Cardinali Blanchetto, & in dec. 450. num. 1. par. 1. in recent. nec minus quando est in magna summa excessiua, ad tradita in l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. & in l. si nō sortem. §. si centum. vbi Castr. num. 2. & Ias. num. 1. ff. de cond. indeb.

Ortembergo

Perusina Dotis.

Veneris 14. Nouembris 1610.

S V M M A R I A.

1. Clausula constituti vigore transfertur omnis possessio.
2. Possessio fratris probatur ex possessione apprehensa per alium fratrem communi nomine, & subsecuta ratificatione ex verisimili, & communiter accidentibus.
3. Petitio facta per procuratorem de mandato de reintegrando potest à principali reuocari, ita vt nō possit dici habuisse se pro spoliato.
4. Clausula, Sine præiudicio iurium N. importat conditionem. Decl. vt num. 6.
5. Clausula, Sine præiudicio iurium N. reseruat iura competentia, non autem aliquid de nouo tribuit.
7. Immissio nulla, quæ de nouo est concedenda, non est reuocanda.
8. Decl. non procedere vbi executio est spoliatiua, & illam passus agit remedio recuperandæ, vel retinendæ.

Decisio CCCVIII.

FVit in hac causa nouissime resolutum reuocandam esse executionem factā contra bona possessa per Hectorem Gratianum non citatum, & consequenter pro parte ipsius fuit petitum mandatum de manutenendo, cui, cum se opponeret Lutius Baldellus aduersarius vtraque parte informante Domini dixerunt, mandatum de manutenendo esse concedendum.

Constat enim de illius possessione ex donatio- 1 ne D. Modestę cum clausula constituti, † vigore cuius omnia possessio, quæ tunc penes illam erat, trāslata est in Hectorem, & Vincentium fratres donatarios præsentes, & acceptantes, l. quod meo, & l. licet. in princ. C. de acq. poss. l. si ager. & l. quandam mulier. ff. de rei vendic. Natt. cons. 439. num. 3. fuit dictum in Perusina, seu Clusina Postæ 26. Ianuarij 1603. coram bo. me. Litta.

2 Secundo probatur possessio † ex appræhensione Vincentij nomine communi, suo, & fratris, accedente postea ratificatione Hectoris, quæ colligitur à verisimili, & communiter accidētibus, Sacc. Iun. cons. 48. num. 11. lib. 2. Et tollitur omnis difficultas ex dictis duorum testium deponentium, Hectorem viuo fratre pro indiuiso, eoq; mortuo solum possedisse, & fructus percepisse.

Non obstat, quod se habuerit pro spoliato instando coram A. C. se ad possessionem reintegrari.

Quia huiusmodi petitio facta fuit à procurato- 3 re, † ideoq: potuit reuocari, Rot. dec. 19. de procur.

in non fuit dictum in Cæsaraugustana Præeminētiarum 13. Martij 1609. coram R. P. D. meo Coccino.

4 Neq; obstat, quod Modesta donationem fecit sine præiudicio iurium Lutij, † quæ clausula importat conditionem, Put. dec. 32. lib. 2.

5 Fuit enim responsum, † huiusmodi clausulam reseruasse solum iura antea Lutio competentia, nihil autem de nouo tribuere, l. si debitor. §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Oldrad. cōs. 330. in fin. Dec. cons. 506. num. 19. Aym. cons. 29. num. 8. Sarnen. in reg. de iur. quæs. non toll. Caputaq. decis. 281. lib. 2. fuit dictum in Romana Census 12. Maij 1608. coram R. P. D. meo Coccino, & in eadē 4. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. meo Marcomōtio in qua

6 respondetur ad decisionem Put. † illam procedere, quando aliquis consensit possessioni alterius cum reseruatione iurium, quod nō est in hoc casu. Quare, si quæ iura competebant, illa parte citata erant deducenda.

7 Denique non obstat, † quod prætendatur, immissionem de nouo concedendam esse, ideoq, non esse reuocandam.

8 Illud enim negatur, † & non procedit, quando executio est spoliatiua, & is, contra quem facta fuit intentat remedium recuperandæ, vel retinendæ, Ruin. cons. 102. num. 10. lib. 5. &c.

Manzanedo

Eugubina Pensionis

Veneris 7. Aprilis 1617.

S V M M A R I A.

1. Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.
2. Litterarum iustificatio non est necessaria, vbi pensio apparet purè reseruata, & titularis consensit cum obligatione in forma Cameræ.
3. Valor ad effectum conuincendi de subreptione probari debet de tempore reseruationis.
4. Exceptio turbida reijci debet ad petitorium, nec impedit executionem literarum Apostolicarum, & obligationis Cameralis.
5. Mandatum non dicitur pro plus debito relaxatum, vbi fuit decretum pro terminis decursis, & non solutis, & Notarius in illius expeditione expressit summam excessiuam.
6. Iuramenti calumniæ omissio non attenditur, vbi cōstat de iustitia mandati.
7. Mandatum procuræ, de quo fuit oppositum, ad sustinendam sententiam probatur ex coniecturis, hoc est ex productione iurium, & expensis factis.

Decisio CCCIX.

DOminus Nicolaus Biliso obtinuit Ecclesiam, de qua agitur, grauatam annua pensione 30. eminatum grani ad fauorem Pauli, quam resignauit Gaspari Bigio reseruata sibi annua pensione ducatorum 70. auri de Camera. Cū autem orta fuisset controuersia inter dictum Gasparem, et Pensionarios super resolutione dictarum pensionum, deuentum, fuit ad concordiam, in qua dictos ducatos 70. de Camera constituentes scuta monetæ 98. reduxerunt ad scuta 45. monetæ, et eminas 30. grani ad ducatos 40. et in euentum mortis alterius ex dictis pensionarijs Gaspar se obligauit superuiuenti soluere pensionem, non iuxta prædictā reductionem, sed secundum primam impositionem.

Vnde de anno 1612. mortuo Paulo vno ex dictis pensionarijs Nicolaus egit coram A.C.contra Gasparem pro terminis decursis à die mortis Pauli ad rationem ducatorum 70.iuxta primam impositionem,et obtinuit relaxari mādatum executiuum, à quo interposita appellatione fuit mihi causa cōmissa cum clausula, *vt quo ad quantitatem redactā procederem sine præiudicio legitimæ executionis*, in reliquis autem cum clausula, *si quid exequendum*. Vnde proposui dubium, an dictum mandatum esset exequendum, et Domini affirmatiuè responderūt, cum fuerit relaxatum seruatis seruandis, et in vim
1 literarum Apostolicarum † habentium executionē paratam, *Abb.in cap. fi. capitulo.vbi gl. in verb.exequatur.de concess. præb.in 6.Mohed.decis.15.vt lit.pend.Gonzal.super reg.8 glos.9.in addnot.num.* 420. nec non obligationis Cameralis factæ à Gaspare de soluendo pensionem integram iuxta dispositionē dd.literarum in euentum mortis alterius ex pēsionarijs, qui casus iam euenit.

Quibus non obstat, quod mandatum non potuerit relaxari, nisi iustificatis per Nicolaum literis suæ
2 reseruationis; Quia, † cum reseruatio fuerit pura, et agatur contra Gasparem, qui non solum reseruationi consensit, sed in forma Cameræ in concordiam se obligauit de soluendo dictam pensionem, nō est necessaria iustificatio, *Seraph. dec.*1017.*num.*3. *& fuit dictum in Salmantina Pensionis* 26. *Martij* 1593.*coram bo.me. Oppio, & in Abulen. Pensionis* 27.*Ianuarij* 1600.*coram bo.me.Lista.*

Minus obstat exceptio subreptionis sub prætextu, quod Nicolaus, quando fuit prouisus de hac Ecclesia, narrauit, illum esse valoris ducat.90.et pensionem super illo impositam 30. eminarum grani ascendere ad ducat.30.eminas grani ascendere ad ducat.18.Quia, cum à tempore prouisionis ad tempus reseruationis intercesserint plures anni, quibus
3 valor mutari potuit, ad effectum † subreptionis dictus valor esset probandus de tempore reseruationis, *vt notat Verall.dec.*331.*par.*3.*Seraph.dec.*102. *num.*3.*& fuit dictum in vna Bononien. Prioratus* 9. *Iunij* 1606. *coram me*. Et in omnem euentum ex prædictis negari non potest, d. exceptionem reddi
4 valde turbidam, † ita vt sit reijcienda ad petitoriū, et interim non possit impedire executionem literarum Apostolicarum, et obligationis Cameralis, *Gig.de pens. qu.*35.*nu.*9.*Couar.var.lib.*2.*cap.*1.*nu.*9.*in fin. & fuit dictum in vna Colimbrien. Pensionis* 2.*Decembris* 1613.*coram me.*

Nec facit, quod mandatum fuerit relaxatū pro
5 plus debito. † Quia decretum Iudicis fuit factum pro terminis pensionis decursis, et non solutis nulla specificata summa, et licet Notarius in expeditione d. mādati expresserit summam maiorem debito, tamen non dicta expressio facta à Notario, sed decretum Iudicis attendi debet.

6 Non obstāt nullitates oppositæ, † nam prima ex defectu iuramenti calumniæ non præstiti non videtur attendenda, cum ex præmissis constet de iustitia mandati, *Ias.in l.admonendi, in* 2.*lect.nu.*84. *ff.de iur.iur..Add.ad Vestr.in prax.cap.*2.*nu.*14.*& dixit Rot. in vna Marsicana Affictus* 7.*Maij* 1612. *coram me.*

Secunda vero de defectu mandati comparentis pro Nicolao, quod pars aduersa fuit pluries prote
7 stata in actis exhiberi, † pariter tollitur, quia, licet illud non fuerit exhibitum tamen ad validitatem mandati obtenti sufficit, quod adessent coniecturæ, ex quibus illud probaretur, *vt in puncto fuit dictum in vna Romana mercedis* 18. *Decembris* 1615.*corā me*, cum mandatum probetur etiam coniecturis, *Cæs.de Graß.dec.*2.*de reb.eccles.nō alien.Rot.diuers.dec.*187.*num.*1.*par.*1.quæ adsunt in casu nostro, in quo ille, qui mandatum obtinuit, habebat in manibus plures scripturas, quas, produxit in actis, *Cassad.dec.*3.*sub n.*5.*de procur.Caput.dec.*183.*n.*3.*p.*2. & plures expensas in causa fecit, *Rot.dec.*2.*de caus. poss.& propr.in antiq.Gabr.de procurat.concl.*1.*nu.*6.*Mansic.de tacit.& ambig.lib.*7.*tit.*6.*nu.*3.*&* 4. *& fuit dictum in allegata Romana Mercedis.*

Et ita conclusum.

R.P.D. Pirouano

Adrien. Iurisdictionis

Lunæ 22. Iunij 1622.

S V M M A R I A.

1 *Diœcesis si sint loci circundantes, eiusdem dicuntur loci circundati tamquam intra fines.*
2 *Vicinitas alicuius Ciuitatis non inferat, quod locus controuersus sit de illius diœcesi.*
3 *Iurisdictionales actus gesti per Episcopum in aliquo loco inferūt, locūm esse intra fines suæ diœcesis.*
4 *Contrarietas testis sibi ipsi semper saluari debet.*
5 *Instantia causæ restitutionis in integrum quadriennio perimitur.*
6 *Restitutus in integrum quis dicitur à die commissionis causæ, & actorum reproductionis, ex quibus iniustitia sententiæ appareat.*
7 *Testis semel examinatus in causa an iterum ad examen admittatur.*
8 *Scientia patientis non est necessaria in habente iuris assistentiam, cum non agat de acquirenda, sed de continuanda possessione.*
9 *Præscriptio impeditur per conseruationem possessionis etiam in minimo actu.*
10 *Compatibile est, vt vnus iurisdictionem exerceat in vna specie, & alter in alia.*
11 *Ordinarius potest compatibiliter ius dicere in populum non exemptum, etiam quod Ecclesia pertineat ad collationem Abbatis.*

Decisio CCCX.

CVM in hac causa fuisset pronunciatum, Monasterium Sanctæ Mariæ de Vangadicia cum nonnullis alijs Ecclesijs ad dictū Monasterium pertinentibus non fuisse, nec esse in diœcesi Adrien. nec intra fines, aut limites illius extitisse, & inde nullum ius, nullam iurisdictionē Episcopo Adrien.competijsse, aut competere, causa in gradu restitutionis introducta quæsitum fuit, an constet de causis. Et quoad terram *della Fratta* affirmatiuè fuit resolutum.

Constat namque ex testibus in prima instantia, *qui dantur in summario D. Episcopi num.* 13. & ex duobus testibus post latam sententiam examinatis terram prædictam *della Fratta* à diœcesi Adrien. esse circundatam enumerando singulos, & particulares Villas ex omni parte adiacentes, ex quibus
1 consequitur tamquam ex veris confinibus inclusio dictæ terræ intra fines diœcesis, cum vnaquæque ex terris circundantibus sit de diœcesi, *Cran.cons.*54. *num.*9.*lib.*1.*Dec.cons.*246. *num.* 14. qui vtuntur simili ratione ad probandum inclusionem rei feudalis, & emphyteuticæ, *& Rota in his terminis idem firmauit in Tridentina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere* 4.*May* 1612.*coram Reuerendissimo Decano*, &
2 † quamuis alij testes D. Episcopi ante sententiam examinati deponant, quod diœcesis Adrien.& Ciuitas Robighi, quæ est residentia Episcoporū magis

gis adhereat terræ prædictę *della Fratta*, quam alię diœceses faciant, non tamen exclusiuè ab ipsa diœcesi Adrien. per necesse intelligendum est, dum Ciuitas illa potest magis adhærere, vel ratione distantiæ, etiam quod ab alijs terris eiusdem diœcesis sit eadem terra *della Fratta* circumdata, vel ratione confinium, & terminorum per quos potest cum eadem terra magis coniungi respectiuè ad alias diœceses, & sufficere ad hunc effectum, vt præsumatur de eadem diœcesi, *voluerunt Bald. in cap. cum olim. num. 1. de præscript. Hieron. de Mont. in tract. fin. regund. cap. 30. num 9. lib. 10. & cap. 83. nume. 2. Rota idem firmauit in Calaguritana, seu nullius Iurisdictionis 16. Iunij 1606. coram Episcopo Atrebaten.* maximè, vt hic, quando non est quæstio de pertinentia cum altero Episcopo.

Prædictis accedunt actus Iurisdictionales gesti per D. Episcopum in eadem terra *della Fratta*, nempe correctio Clericorum, cognitio causarum criminalium, approbatio Rectorum, examinatio Confessorum, Collatio Ordinum, & Sacramenti Confirmationis administratio, Casuum reseruatio, & Prædicatorum deputatio, de quibus omnibus testes dati deponunt, & scripturæ productæ testantur, 3 † & ex illis bene etiam iudicatur oppidum prædictum esse intra fines diœcesis Adrien. *vt ponderatũ fuit in Calaguritana Iurisdictionis 4. Iulij 1603. & 16. Ianuarij 1604. coram bonæ memoriæ Penia, & in supradicta Calaguritana coram Episcopo Attrebaten.*

Non obstant exceptiones, quæ contra dictos testes afferuntur, et primo quod sibi ipsis contradicant, dum primus dicit, diœcesim Ferrariensem, et 4 Parauinam ceteris viciniores esse, † quia semper saluatur demota diœcesi, de qua deposuit, ad saluãdum contrarietatem, *Caput. dec. 270. par. 3. Hond. cons. 17. num. 21. lib. 1.* nec secundus contradicit primo in eo, quod dicit, Adriensem esse viciniorem, quam Ferrariensem, et Parauineam, quinimmo concordat per supradictam rationem, dum primus debet intelligi semota diœcesi, de qua deposuit. Similiter neque conuincuntur de mendacio ex actibus quam plurimis factis per Abbatem, quia stant simul, quoad actus prædicti fuerint facti, et quod ipsi testes nec viderint, nec audiuerint, dum negatiuam non coarctant, sint magis informati de actibus Episcopi, quam Abbatis, et ex lectura integræ depositionis illorum cessat omnis contrarietas.

Non obstat, quod nulliter fuerint examinati, nẽpe post lapsum quadriennij ad petẽdam restitutionem 5 in integrum, † & per consequens post perẽptam instantiam. *l. fin. C. de tempor. in integr. restit. Seraph. dec. 945. num 4.*

6 Quia † post præsentationem commissionis super restitutione, & actorum reproductione attenditur iustitia, vel iniustitia sententiæ, vt ab eo die quis habeatur pro restituto, *Papazzon. in add. ad decis. vlt. in non in restit. in integr. Cas. de Grass. nod. tit. dec. 3. in fin. Contard. de moment. limit. 8. nu. 42. quod etiam fuit dictum in Vrbinaten. Iurisdictionis 30. Februarij 1620. coram R.P.D. Buratto,* Neque vim fa- 7 cit, † quod alter ex dictis testibus fuerit aliàs examinatus, et ideò propter timorem subornationis non esset admittendus, *vt per Rot. dec. 328. num. 4. par. 2. in recent.* quia quidquid sit, quando præcedit publicatio, et etiam examen radit super eisdem articulis; secus vero hic, vbi neutrum prædictorum concurrit, *Gabr. de testib. concl. 21. nu. 124. & 133. & fuit firmatum in Acracen. Iurispatronatus 3. Iun. 1617. coram R.P.D. Verospio.*

Non obstat, quod actus facti per D. Episcopum non probentur facti sciente, et patiente Abbate.

8 Quia † in habente iuris assistentiam non est necessaria scientia patientis, dum non agit de acquirenda possessione, sed de continuanda, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 64. vers. facit autem. de caus. poss. & propriet.*

Demum non obstant actus, qui dantur pro Illustrissimo D. Abbate ad probandum Iurisdictionem in d. Oppido *della Fratta*.

9 Quia † in concursu cum actibus Episcoporũ per tempora nihil releuant ad præscribendam Iurisdictionem cum illis sufficiat possessio conseruata etiã in minimo actu ad illam impediendam, *Bald. in cap. querelam num. 24. de elect.* et minus releuat ad probandum, quod huiusmodi Oppidum sit vltra fi- 10 nes diœcesis Adriensis † propter compatibilitatem exercendi iurisdictionem in certa specie iurisdictionis, *Surd. post alios cons. 323. num. 45.*

Sed nihilominus omnes actus prædicti vel sunt gesti extra Oppidum *della Fratta*, vt ex lectura il- 11 lorum colligitur, † vel sunt compatibiles cum ordinaria, in iurisdictione, per quam ius dici potest in populum nõ exemptum, etiam quod Ecclesiæ pertineant ad collationem Abbatis, *Seraph dec. 1304. num. 3. Rot. in eadem decisione Calaguritana Iurisdictionis coram Episcopo Attrebaten.*

Et ita etc.

R.P.D. Pirouano

Anconitana Florum

Veneris 14. Iunij 1630.

SVMMARIA.

1 *Obligatio præstationis annuæ sine causa non substinetur solo temporis cursu.*
2 *Domini Castrorum an possint imponere onera.*
3 *Domini Castrorum possunt imponere onera leuia, & præscriptione, vel consuetudine titulum pro obligatione, & causa acquirere.*
4 *Obligatio, & titulus inductus dicitur etiam ratione futuri temporis ex præstatione facta per longissimum tempus.*
5 *Ampl. præsertim in pia causa, in qua sufficit minus tempus, & præstatio, etiam quod habuerit causam voluntariam ex mera liberalitate, & nu. 6.*
6 *Titulum ad substinendum ex consuetudine recurri potest etiam ad consuetudinem Regionis conuicinæ.*
7 *Titulus fauore piæ causæ potest à quolibet de populo allegari.*
8 *Sensus visus non decipitur circa proprium obiectum.*
9 *Testis deponens de quadragenaria non potest reprobari, etiam quod aliqua interualla incidissent.*
10 *Dictio,* Præsertim, *non restringit multiplicationem actuum, sed implicat identitatem iuris ad casum expressum.*
11 *Remissorialis Iudicis iurisdictio firmata dicitur ex litteris Iudicis deputare valentis coram ipso præsentatis, & per eundem acceptatis.*
12 *Testes examinati extra terminum remissoriæ nulliter recepti dicuntur.*

Decisio CCCXI.

Dixerũt Domini sub die 10. Ianuarij 1628. sententiam Rotalem esse reuocandam: quia Ciuitas Anconæ ex deductis nõ probat expressam Communitatis Offanæ obligatio-

nem deferendi flores in die solemnitatis Sanctissimi Corporis Iesu Christi, neque aliunde eidem Ciuitati fuisse tale ius quæsitum, prout necessarium erat: quia † sine causa non sustinetur obligatio annuæ præstationis solo temporis decursu, *Bart. in l. cum de in rem verso. num. 2. ff. de vsur. Menoch. præsum. 131. num. 54. lib. 4. Roderic. de annuis redit. lib. 1. quæst. 15. num. 2. cum alijs in eadem decis. allegat.* hodie tamen ex nouiter probatis, & deductis dictũ fuit, ab eadem decisione esse recedendum, quia Ciuitas iustificat Communitatis prædictæ obligationem, et causam.

2 Nã, & si vera sit conclusio, † quod Domini Castrorum (prout Anconæ Ciuitas ex Bullis Nicolai V. et Eugenij IV. probat se inuestitam de Castro Offaneæ) non possint imponere onera personalia, aut mixta subditis, vel alia in inuestituris non expressa, etiam quod inuestiti fuerint cum mero, et mixto Imperio, *l. 2. C. de quib. munerib. vel præstat. lib. 10. l. 2. C. ne rustica ad vllum obsequi deuo. lib. 11. Bart. in l. prima. num. 5. C. de excusat. muner. lib. 10. Bald. in l. cum multa. in fine C. de bon. quæ lib. & Nat. cons. 185. num. 5. rationem afferens,* quia impositio huiusmodi onerum est de regalibus Principis dominantis superiorem non recognoscentis reseruatis, *cap. primo. quæ sint regalia l. placet. C. de excusat. muner. lib. 10. Clar. in §. feudum. quæst. 29.* et iuxta hanc iuris dispositionem videatur emanata *Pauli III. constitutio de anno* 1539. prohibens, ne inuestiti possint imponere noua grauamina comitatuis, vel comitatui absq; licẽtia Gubernatoris.

3 Attamen, † quando onera sunt leuia, et exigua, prout est recollectio florum siluestrium in pascuis communibus, non requirens impensam respectu materiæ, sed operis tantum, et trãsportatio eorumdem cum tribus iumentis, quæ pariter ob breuem loci distantiam non excedentem milliaria decem exigui, et ferè nullius momẽti est, possunt Domini inferiores à subditis exigere, et præscriptione, aut cõsuetudine titulum sufficientem pro obligatione, et causa acquirere, *Luc. d. penna in l. prima num. 10. C. de superind. Clar. in §. feudum. quæst. 29. vers. benè verum est, quod ex consuetudine. Rosental. de feud. c. 5. q. 17. nu. 2. Franc. decis. 56. nu. 13.* dicens propterea ista minima non esse de regalibus, *Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 335. Capiblanc. de Baronib. pragmat. prima num. 113.* firmans huiusmodi præstationes, quando non sunt immoderatæ, quæri posse à Dominis inferioribus consuetudine, vel præscriptione decem annorum.

Vnde, cum Ciuitas Anconæ ex testibus nouiter datis probet, Communitatem Offaneæ, et seu per homines illius flores in die festiuitatis prædictæ

4 fuisse delatos per 40. et vlteriores annos, † ea hoc longissimi temporis decursu inducta dicitur obligatio, et titulus, etiam ratione futuri temporis, *Bart. in l. solent. §. 1. in fine. ff. de offic. procons. & leg. Bald. in l. male agitur, num. 7. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Bald. de præscript. in prima par. 3. par. principalis q. 10. numer. 34. & in 4. par. quartæ par. principalis quæst. 9. & 11. Menoch. præsumpt. 131. num. 51. lib. 3.* quod eo facilius visum fuit posse firmari, cum concurrat pia causa, scilicet solemnitas Sanctissimi Corporis Iesu Christi, pro cuius honore solent flores deferri, quæ minori tempore cõtentatur ad inducendam consuetudinem coactiuã,

5 † etiam quod illa diuturna, et seu decennalis præstatio potuerit habere causam voluntariam ex mera liberalitate prouenientem, *cap. ad Apostolicam de Simon.* vbi aperte statuitur, pias consuetudines obseruari, et compescendos, qui malitiose nituntur illas immutare, et per illum tex. ad plura inferunt *Paul. de Leaza. in rep. cap. in literis. num. 24. de restit. spol. Felyn in d. cap. ad Apostolicam. num. 3. Tiraq. de pia caus. priuil. 60. Osasc. dec. 99. num. 44. Sanchez. in Decal. lib. 7. cap. 26. nu. 54. Couarru. var. lib. 1. cap. 17. num. 3. & idem firmauit Rot. in Pampilonen. Tributi de Guarda 13. Nouembris 1591. coram bo. mem. Pena, & in causa Segobien. cantorum 11. February 1604. coram bo. me. Card. Lancellotto,* et hæc consuetudo maximè coadiuuatur ex oppidis circumuicinis, quæ solent pro eadem solemnitate flores deferre absque alia controuersia, vt testes

6 dati deponunt, † quo casu, etiam quod non appareret de propria Communitatis Offaneæ consuetudine, posset recurri ad regionem conuicinam pro sustinendo titulo ea consuetudine resultãte, *Io. Andr. de reintegr. feud. col. vers. qualiter ergo. per tex. in c. super eo. de censib. & Franc. dec. 56. numer. 6. & 7.* nec prædicta possunt euitari ea eo, quod non agatur nomine piæ causæ, sed Ciuitatis Anconæ, quia sufficit causa pia ad sustinendam validitatem consue-

7 tudinis, † ex qua deinde titulus à quocunq; de populo potest fauore piæ causæ allegari, *Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem. Specul. de Instrum. edit. §. nunc vero aliqua. nu. 65. Tiraq. de pia caus. priuil. 151.*

Non obstat, quod ex depositione testiũ de nouo examinatorum nõ probetur hæc diuturna, aut quadragenaria possessio, ex quo in dicto illam non cõcludunt, ac etiam fuerint nulliter, et inualidè examinati.

Quia quoad releuantiam dicti eorumdem ea facto cessat obiectum, nam primus super tertio dicit Ciuitatem esse in possessione habendi, et consequẽdi dictos flores ea quacũq; vniuersitate illi subiecta, et signanter à Communitate Offaneæ, et vidisse obseruare per 40. et 50. annos 2. 3. 4. testes idem de visu formaliter concludunt per 40. et plures an-

8 nos, et, dũm de visu deponunt, alia comprobatione non egent, quia † sensus nõ decipitur circa propriũ obiectum, *Innoc. in cap. cum causam nu. 2. de testib. Bald. in l. sola. nu. 9. C. eadem tit.*

Nec aduersantur dicto secundi testis, quod non deponat de continuato tempore 40. annorum, ex quo possit inferri ad præscriptionem, et vlterius sit sibi contrarius, dum in articulis super tertio dicat, pluries detulisse flores, et iuxta XV. interrogatoriũ responderit sè detulisse semel, quia, dum dicit vidisse quolibet anno, et per 40. annos obseruare, excluditur omne tempus intermedium continuationem impediens; nam, si quolibet anno vidit, sufficit, quia solemnitas Sanctissimi Corporis Christi celebratur semel in anno, et si per 40. annos vidit obseruare, optimè concludit de quadragenaria, et ni-

9 hilominus, † si aliqua interualla incidissent, non propterea testis posset reprobari, *Abb. in cap. cum causam. num. 2. de elect. glos. in Auth. vt determ. sit numerus clericorum. in vers. semper Archid. & c. sacrosanct. 22. distin.* contrarietas vero etiam tollitur *ex ipso summario dato nu. 4.* vbi dicitur, loquendo de Vicarijs, *me lì fceeta portare vna volta con la somara di Marino, quando ero giouinetto,* quod nõ excludit aliàs delationes, dum esset maior, et per alia Iumenta vltra *la somara di Marino.*

Similiter neq; releuant aliæ ponderationes, quæ dantur contra tertium, et quartum testes ad excludendam continuationem temporis 40. annorum, dum tertius dixerit, vidisse sępius flores deferri, et præsertim de anno 1605. quasi restrinxerit dictum ad vnicam transportationem, et actum, et quartus qui iuxta 33. respondit de vna vice, et iuxta 35. non vidisse aliquem particularem de Offanea.

Quia ex contextu examinis tollitur obscuritas in vanum excitata; nam tertius iuxta 33. interrogatorium dicit, se vidisse plures afferre flores ea diuersis locis, et signanter ab hominibus Offaneę plures,

&

& vltimamente l'anno 1605. non autem dicit, et 10 præsertim, † in quem casum, non etiam dicto, *præsertim*, restringeret multiplicationem actuum, sed implicaret identitatem Iuris ad casum expressum, *l.fin.ibi, præsertim cum cæteris tabulis res gesta declaretur. ff. de his, quæ in testam. delent. Specul.de disput. & Alleg.§.4.vers.item clausulam 8.* quartus verò dicit iuxta 33. se vidisse pluries afferri flores per homines dictarum Terrarum, loquendo de subiectis Ciuitati, subdendo, *& in particolare vna volta da 13. anni sono*, et deinde iuxta 35. respódit, se non vidisse particulares homines de Offanea, quos cognouerit, qui florea deferrent, *eccetto nel caso sopradetto*, quando scilicet interpellauit, vnde venirent, quæ, si ratio recti sermonis intueatur, omnia bene inter se conciliantur.

Quo verò ad validitatem examinis testium, de iurisdictione non videtur dubitandum, quia dantur literæ delegationis directæ Vicario Lauretano, et Archidiacono, quæ cum emanauerint à Iudice subdelegante, nempe ab Auditore Rotę, qui ex forma suæ cómissionis poterat Iudices deputare, literęq; 11 fuerint præsentatæ, et per Iudices acceptatę, † inde firmata remansit iurisdictio *Felyn. in cap.fin.nu. 37.de præsumpt. Gabr.* de *execut. rei iudic.conclus. 3.Rota decis.143.numer.2. & 146.numer.3.par.2. recent.*

12 Non obstat, quod testes nihilominus fuerint examinati extra terminum remissorię, † et consequẽter nulliter recepti, *Mant.dec.199.num.1.Rot.dec. 128.par.1.recent.& coram bon.me.Card.Caualerio dec.40.& 63. num.2.*

Quia, cum literæ remissoriales fuerint relaxatæ de mense Octobris 1619. cum termino duorum mensium citato Procuratore eiusdem Communitatis sub die 13. dicti mensis Octobris, testesq; fuerint examinati die 16.17. et 18. Nouembris sequẽtia, *vt in process.fol.107.121.& 135.* inde patet durante tempore fuisse examinatos, ex quo attenta prorogatione alterius mensis terminus non expirabat, nisi de mense Decembris.

Et ita etc.

E O D È M

Eadem

Veneris 29. Nouembris 1630.

S V M M A R I A.

1. *Onera leuia, & exigua non dicuntur de Regalibus.*
2. *Onera leuia, & exigua imponendi Ius potest ab habentibus iurisdictionem à Principe præscriptione vel consuetudine acquiri, etiam quod in inuestituris hoc expressum non sit. & num.6.*
3. *Exemplum exempli non probat.*
4. *Scriptura in vim compulsorialium extracta probat.*
5. *Præscriptio quadragenaria non sufficit ad præscribendum Regalia, sed requiritur titulus vel immemorabilis, & num.6.*
6. *Regalia minora à maioribus separari non possunt in præiudicium Principis.*
7. *Onera an sint leuia arbitrio Iudicis remittitur.*
8. *Oneris grauitas an constituatur ex successiua, & perpetua impensa.*
9. *Culpa propria quod euenit, sibi, & non alijs imputari debet.*
10. *Impensa cum onere personali grauamen non auget.*
11. *Coaceruatio expensarum non inducit diuersam in iure determinationem, quando oriuntur ex diuersa specie tempore, & obligatione.*
12. *Testes discordantes sunt conciliandi, & defendendi, non autem lacerandi.*
13. *Testes de Vniuersitate non sunt idonei testes pro Vniuersitate, vbi sunt nominati in mandato procuræ.*
14. *Testes duo in omni negocio sufficiunt.*
15. *Testes nulliter examinati non probant.*
16. *Protestatio in calce literarum remissorialium arguit scientiam contentorum in literis.*
17. *Scientia in iudicialibus si non arguit consensum, arguit non dissensum, qui sufficit.*
18. *Protestatio non repetita in quolibet actu non reseruat iura potestantis.*
19. *Protestatio nullitatis examinis conseruat nullitates existentes, non autem iam sanatas reuiuiscit.*

Decisio CCCXII.

Dictum fuit, standum esse in vltimo loco decisis, quia vera est limitatio in decisione firmata, † quando onera sunt leuia, et 1 exigua, illa de regalibus non dicuntur, *Franc. dec.* 2 *56. num. 13.* vt propterea † per habentes iurisdictionem à Principe non prohibeantur præscriptione, aut consuetudine talia acquiri, etiam quod in inuestituris expressa non sint, *Clar.in §. feudum.qu. 29.vers.Bene verum est Rosental. de feud.cap.5.qu. 17.num.2. Capiblanc.de Baronib.pramat.prima nu. 113.Franc.d.dec.56.nu.45.*

Non obstat quod de iurisdictione communitatis Anconę sufficienter non constet ex transumptis Bullarum Nicolai V. et Eugenij IV. vti extractis ex libris eiusdem communitatis, qui aliud non sũt, 3 quam exempla dictorum breuium, † nec probant, *Auth. si quis in aliquo. vbi Dec.num.30.C.de eden. Put.dec.155.num.1.lib.1.in correct. & idem Rota sensit in hac causa 5. Decembris 1617. corã bo.me. Buratto.*

4 Quia, quidquid sit de prima extractione, † ex noua tamen compulsatione vigore literarum remissorialium Rota contrariũ sensit 4.*Martij 1622. coram eodem recedendo à supradicta decisione 5.Decembris 1617.*

Similiter neque releuat, quod onera leuia sint de regalibus ponderando verba nihil, aliquid, *in l.placet.C.de excus.muner lib.10.& in l.1.C.Ne rusticani ad vllum offic.deuocen.lib.11.* quæ videntur posse 5 verificari in minimo seruitio, † vt propterea non sufficiat quadragenaria, sed requiratur titulus, vel immemorabilis, titulum præsumptum continens, *Peregrin.de Iure Fisci, lib.1.tit.1.numer.65.Rosental.de feud.cap.5.q.17.num.2.Couar.in reg.possessor. par.2.§.4.nu.5.cum alijs.*

6 Quia † regalia quidem minora à regalibus majoribus non solent in præiudicium Principis separari, et inter minora comprehenduntur ius capiendi bona vacantia, ius capiendi bona contrahentiũ incestas nuptias, ius capiendi bona damnatorum, et proscriptorũ, quæ ponuntur p *Afflict. in tit.Quæ sint regalia*, et, de istis si ageretur, non ita de facili possent præscribi solo decursu 40. annorum, sed requiritur titulus, vel immemorabilis; in leuibus tamen omnes supracitati conueniunt, præsciptione, aut consuetudine dari acquisitionem: quia non sũt de regalibus, quorum auctoritates in responsionibus datis non euelluntur: quia in præsenti Ciuitas nititur consuetudine quadragenaria testibus probata, qua supposita intrat limitatio in principio per *Franc.Clarum.& alios firmata.*

Quod si replicetur admittendo, leuia non esse de

regalibus, onus tamen asportationis florum non esse inter leuia connumerādum propter successiuū, et perpetuum onus, et pęnam scutorum 25. contumacibus in dictam, ac impensam nedum realem; sed onere personali iunctam, deferendi scilicet flores ad Ciuitatem, et ab oppidanis diuersæ diœcesis, forte simili onere pro alia solemnitate grauatis:

7 Poterit obiectum euitari, † hanc scilicet leuitatem onerum, et impensarum arbitrio Iudicis esse terminandam, *Salicet. in l. 2. quæst. 7. vbi Cremen. num. 58. & Cagnol. numer. 129. C. de rescind. vend. Menoch. de Arbitr. casu 145. num. 4.* quæ, cum ratione materiæ sit absque impensa, et onus impensę delationis sit modicum, semper inter leuia est adscribenda.

8 Et nihilominus † ad hunc effectum successiua impensa, et perpetua non constituit grauitatē oneris, vt inter regalia dicatur: quia non consideratur, vt præscita, aut consuetudine firmata, sed vt præscribenda, et acquirenda, *Bart. in l. cum de in rem vers. num. 7. ff. de vsur. Felyn. in cap. de quarta. num. 25. de præscript. Bald. eod. tit. in 1. par. principali qu. 10. numer. 7. Menoch. præsumpt. 131. num. 93. lib. 3.* nec indictio pęnæ scutorum 25. contra contuma-9 ces auget onus impensæ propter † primam culpā, quam vnusquisque sibi, et nō alijs debet imputare, *l. qui proprio. §. procurator. ff. de procur. l. si quis negocia. ff. de neg. gest. Dyn. in reg. damnū. de regul. iur. in 6.* sed in præsenti cessat, et hæc pęnę indictio, quia contra communitatem nō proceditur per pęnam, neq; per censuras cōtra particulares, sed per mandata contra bona communitatis, et in eorum defectum per indictionem collectę, *iuxta resolutio-*10 *nem in hac causa 10. Maij præteriti,* † impensa vero realis cum onere personali nec minus auget grauamen, *secundum allegatos per Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 332.* quia impensa respectu materiæ non datur, ex quo flores in pascuis colliguntur, et personæ flores deferentes mercede ab ipsa communitate conducuntur, atque ita semper onus reducitur ad impensam communitatis, non autem personarum particularium, demum diuersitas diœcesis, et simile onus quoad propriam Ecclesiam ni-11 hil releuat; quia † coacervatio expensarum non inducit diuersam in iure determinationem; quādo, vt in præsenti, oriuntur ex diuersa specie, tempore, et obligatione, *Alex. in l. si idem nu. 6. ff. de iurisd. omn. iud. declarando l. si quis separatim. §. 1. ff. de appellat.*

Secundo principaliter non obstant, quæ replicātur contra dicta testium, et personas, et eorumdē examinis validitatem.

Quia quoad dicta testium fuit responsum in de-12 cisione, quę reuidetur, et, † quatenus in aliquo discordarent adinuicem, sunt conciliandi, et defendēdi, non autem lacerandi, *Rot. dec. 309. num. 2. 344. num. 14. 351. num. 38. coram P. P. Greg. XV.*

13 Respectu verò personarum primi, et quinti, † ex quo interuenerunt in mandato dato ad hanc causam, et sint Anconitani, quorum propterea dicto non sit deferendum, *Rot. dec. 204. nu. 9. & 210. nu. 1. & 7. impressis post secundum vol. cons. Farinac.* si adhuc non essent computandi, cum supersint secundus, tertius, et quartus testes, de plena probatione 14 non est dubitandum, † cum in omni negocio duo sufficiant, *cap. in omni negocio. de testib. l. vbi numerus, ff. eod. tit. Specul. in tit. de test. §. restat. in princ.*

Et quoad validitatem examinis, quod fuerint testes examinati extra terminum remissoriæ, et consequenter nulliter, et inualidè, ex facto cessat difficultas.

Nam si verum sit, quod die 29. Aprilis 1629. fuerit decreta remissoria cum termino duorū mensium proximè tunc sequentium, attamen est etiam certum, quod in decreto subsequuntur alia verba, nempe à die consignationis pręsentium hic in Curia computandorum, quæ consignatio cum fuerit facta die 4. Septembris eiusdem anni, qua die bimestre currere incipiebat, & terminus fuerit prorogatus ad alium mensem, satis patet testes in termino fuisse receptos, dum examen cæptum fuit die 31. Octobris, & perfectum de mense Nouembris, et sic ante diem 4. Decembris, in qua terminus remissorię finem recipiebat.

Si vero excipiatur, prout excipit communitas Offanex, de defectu iurisdictionis iudicum remissorialium, et de examine extra locum ex eo, quod non fuit concordatum de iudicibus, prout fuerat per procuratorem eiusdem protestatum, et literæ remissoriales emanauerint cum deputatione Ciuitatis Laureti contrariæ decreto remissoriæ, in quo eligitur Ciuitas Anconæ, et similiter fuerint nominati Vicarius, et Archidiaconus absque consen-15 su procuratoris, et † inde sequatur examinis inualiditas tam respectu iudicum, quam loci, *Rot. dec. 259. num. 2. par. 1. & 413. num. 3. par. 2. recent.*

Et eodem facto nullitas reparatur, quia ex instrumento delegationis constat de deputatione Iudicum, ac loci, et in calce eiusdem instrumenti adest protestatio Oliuerij procuratoris communitatis dicentis, non deueniri ad executionem retroscriptarum literarum remissorialium in partibus, nisi citato in quolibet actu Ioanne Dominico Bel-16 gio Procuratore in Ciuitate Laureti, † ex qua protestatione oritur scientia contentorum in literis, *per l. nun est ferendus. ff. de trans. Alb. cons. 18. num. 3. Menoch. cons. 272. nu. 5. Surd. cons. 150. nu. 30.* 17 et † ex eadem scientia si non oritur consensus, saltem colligitur non dissensus, qui sufficit in iudicia-18 libus, vt † protestatio nō repetita in quolibet actu non reseruat iura potestatis, *Seraph. in his terminis dec. 308. & 1169. nu. 7. Mohed. dec. 2. de indit. Put.* 19 *213. in nouis lib. 2.* propterea † protestationes factæ in actu examinis testium, quod per dationem interrogatoriorum non intendebat procurator cōmunitatis Offanex nullitatē processus examinis faciendi conualidare, conseruarūt quidem nullitates existentes, non autem, quæ non erant, reuiuixerunt, cum hoc non sit de natura protestationis reseruatoriæ, *Bart. in l. penult. C. de pos. Angel. in l. si quis legauerit num. 1. ff. de legat. 1. Becc. cons. 74. nu. 16. & 34. Surd. cons. 152. num. 19. & cons. 180. num. 14.*

Et ita etc.

R.P.D. Pirouano

Pampilonen. Prioratus

Luna 27. Martij 1623.

SVMMARIA.

1 *Subrogato gratiosè datur Immissio, si concurrat reseruatio, obitus in possessione eius, in cuius locum fit subrogatio, & subrogati clericatus.*

2 *Beneficium litigiosum, & datum in Commendā vacans per obitum obtinentis dicitur Papæ reseruatum.*

3 *Patronatus exceptio incontinenti nō probata, quæq; requirit altiorem indaginem, non impedit executionem gratiosæ subrogationis.*

4 *Possessio alicuius de beneficio probatur constitu de instrumento possessionis capta per Commissarium nomine Cameræ, & de cessione Commissarij ad*

illius

illius fauorem, etiam quod alter se intruserit lite pendente.

5 *Subrogationis gratiosæ effectum non tollit iniusta, improba alterius possessio, vbi impeditus non dedit se pro spoliato, vt si obtinuerit mandatum de manutenendo.*

6 *Defuncti possessio ciuilissima continuatur in hærede in vim statuti.*

7 *Subrogationis materia conformatur cum statuto de continuanda possessione defuncti in hæredem.*

8 *Clericatus probatur per literas patentes Ordinarij.*

Decisio CCCXIII.

Resolutum fuit, dandum esse mãdatum de immittendo D. Francisco in possessionẽ Prioratus, de quo agitur. Mortuo enim Celidonio possessore illius, fuit idem D. Franciscus à Sede Apostolica prouisus, literasq; gratiosæ subrogationis expediuit in Ius, et ad Ius D. Celidonij, et quoad possessionem, ac litis prosecutionem.

1 Vnde, † si concurrant solita requisita, nempe Reseruatio, Obitus in possessione eius, cui subrogatio legitur facta, & Clericatus subrogati, non solet denegari immissio, *Mohed. dec. 11. vt lit. pẽd. Seraph. dec. 1426. n. 1. Rot. in Toletana Parochialis 24. Iunij 1614. coram Illuriß. Card. Sacrato.*

2 Reseruatio † visa fuit patens, ne dum ex litis pendentia, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* sed etiam ex Commenda facta Celidonio, quo casu, vacante beneficio regulari, vel seculari per obitum obtinẽtis, remanet ex illa commenda affecta Sedi Apostolicæ, ita vt de illo solus Papa prouidere valeat, *Cassad. dec. 4. numer. 5. vers. & idem est. de reseruat. Rebuff. in prax. tit. de commend. numer. 59. cum alijs adductis per Modern. super reg. 8. gl. 5. §. 8. num. 61.*

3 Cui obstare non potest exceptio Patronatus, † quia ad effectum impediendi executionem subrogationis deberet esse incontinenti probatus, et quidem clare, ita vt altiorem non requireret indaginem, *Put. dec. 7. de caus. poss. & propr. Rot. in recent. dec. 381. par. 1.* quod in præsenti ne dum probatum nõ fuit, sed contra illud fuit pronunciatum vsque de anno 1545.

4 Possessio † Celidonij similiter probatur ex instrumento captæ possessionis per Commissarium nomine Cameræ, et cum cessione eidem Celidonio facta, et admissa per Rotam non obstante intrusione Peralte lite pendente, quæ non potuit impedire effectum possessionis Commissarii, et Celidonii adhærentis, prout hæc omnia discussa, *& resoluta fuerunt coram Sanctissimo dec. 582. per tot.* Neque obstat, quod Peralta continuauerit in possessio-

5 ne Prioratus, † quia iniusta, et improba possessio non tollit effectum gratiosæ subrogationis, quando impeditus non dedit se pro spoliato, vt fecit Celidonius, qui obtinuit mandatum de manutenendo

6 ex vi subrogationis, † per quam ciuilissima possessio defuncti continuatur in heredem, *Gabr. post multos, quos allegat. de acq. poss. concl. 9. numer. 5. & Rota resoluit, vt in Romana Hæreditatis de Fuschis*

7 *coram me 28. Iunij 1619.* † cum quibus hæc materia subrogationis conformatur, *Mohed. decis. 11. vt lit. pend. & coram Sanctissimo dec. 258. numer. 6. & 307. num. 14.*

8 Demum probatur et Clericatus per literas patentes Ordinarii, † cum quibus iustificatur sufficienter hoc tertium requisitum, *Grat. dec. 51. nu. 1. Rot. in d. Toletana Parochialis, & dec. 700. nu. 5. par. 1. in recent.*

Et ita etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Virili

Asculana Societatis

Mercurii 28. Iunrii 1628.

SVMMARIA.

1 *Præsumi non debet aliquid ad manus alcuius peruenisse, nisi probetur.*

2 *Liber fratris pro fratre non probat.*

3 *Fratri non creditur de deputatione de se facta ad scribendum.*

4 *Liber mercatoris, memorialis, vocatus, & inordinatè scriptus non probat.*

5 *Libro a cartolarijs discordante, nec libro, nec cartolarijs standum est.*

6 *Cartolarijs in folijs simplicibus, & non recognitis fides non datur.*

7 *Pretij perceptio facit præsumere venditionem.*

8 *Obseruantia inter mercatores plurimum valet.*

9 *Testes non probant confessionem extraiudicialem, vbi non sunt contestes de loco, & tempore.*

10 *Positiones habitæ pro confessatis non ob tant, vbi non fuerunt datæ ab habente mandatum ladiudum, quo cessante non tenetur pars respondere, nec vbi non fuerunt seruata requisita.*

11 *Adminicula, & præsumptiones imperfectæ in sua specie simul iungi non possunt ad probationem faciendam.*

Decisio CCCXIV.

Dixerunt Domini, non probari aliquam quantitatem saiarum peruenisse ad ma-

1 nus Francisci Bentiuoli, † nam id non præsumitur, et probari debet, *l. Ecclesia. C. de eden. vbi Bart. Alex. in l. 1. num 12. & seq. ff. eod. Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. num. 10.*

2 Nec consignatio alicuius quantitatis probatur ex libro Felicis, quia † iste liber pro.....eius fratre non probat, *Rot. Ianuen. dec. 135. num. 5. & dec. 145. numer. 3. Rot. recent. decis. 690. numer. 6. par. 1.*

3 † nec eidem Felici credendum est, dum dicit, se fuisse deputatum ad scribendum, *Greg. decis. 556. num. 10.*

4 Vltra quod est liber, Memorialis, † qui non probat, *Rot. in recent. decis. 558. numer. 2. part. 2.* et satest, quod iste liber non sit ordinate scriptus, *Rot.*

5 *d. decis. 558. num. 2. part. 2. recent.* immò, † cum iste liber discordet à cartolariis, nec libro, nec cartolariis videtur standum, *Gabr. cons. 148. num. 7. & seq. lib. 1.*

6 Quibus etiam cartolariis † non erat danda fides, non solum, quia sunt folia simplicia, et non recognita, *Bald. cons. 182. nu. 1. lib. 3.* sed etiam quia continent saias sinas, quæ fuerunt exceptæ à noua societate, nec non saias spectantes ad Decium, qui in hac societate non interuenit.

Præsertim cum duo muliones dicant, saias fuisse consignatas Felici, et quod plus est, pretium saiarũ deuenisse ad manus Felicis probatur ex partitis cõ-

7 pullatis, et recognitis, vnde, † cum habuerit pecunias præsumitur saias vendidisse, *l. quidam ff. de edict. Soc. Iun. cons. 84. numer. 23. lib. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 75. num. 1.*

Et plurimum mouit Dominos qualitas Francisci Bentiuoli, nã est persona idiota, qui nescit neq;

 legere,

legere, neque scribere, cui propterea non videbatur committenda administratio saiarum, et receptio pretii, et concurrit obseruantia primæ societatis, in qua Franciscus ob supradictam eius incapacitatem non administrauit, † quę inter mercatores plurimum valet, *Soc. iun. cons. 27. num. 22. & seq. lib. 2. Rot. iunior. dec. 94. num. 1.*

Non obstat, quod Franciscus fuerit deputatus ad vendendum saias in Nundinis Salerni, nam, omisso, quod de tali deputatione nõ constat, sat est quod non probetur consignatio alicuius quantitatis saiarum illi facta.

Non obstat, quod muliones dicant, de vecturis fuisse satisfactos à Francisco, quia nõ inde infertur ad consignationem quantitatis saiarum, quas iidem muliones debent consignare Felici, et præsumitur solutio animo repetendi.

Non obstat depositio quarti testis, quia loquitur in casu primæ societatis, nec loquitur de consignatione saiarum.

Non obstat quoque depositio alterius testis dicentis, fuisse præsentem in Ciuitate Neapolis, quando Felix petiit pecunias à Francisco, intelligere de pecuniis saiarum, cum illæ peruenerint ad manus Felicis, *vt supra dictum est.*

Testes de auditu à Francisco, et Felice non deponunt de quantitate saiarum, nec sunt contestes de loco, et tempore, † prout requiritur in confessione extraiudiciali, *Rot. in recentior. decis. 406. numer. 3. & decis. 700. num. 33. & dec. 701. num. 3. par. 2.*

Tandem nõ obstat, † quod positiones fuerint habitæ pro confessatis, cum quia non fuerunt datæ ab habente mandatum indiuiduum, vnde Franciscus non tenebatur respondere, *Rot. in recent. decis. 779. num. 1. & seq. par. 2.* tum quia non concurrunt requisita *per Franc. in cap. 2. nu. 9. de conf. lib. 6. & fuit dictum in Romana Dotis coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano 21. Maij 1625. & coram me in Bononien. Saluiani 10. Ianuarij 1627.*

Vnde, cum circa consignationem quantitatis saiarum non concurrat aliqua semiplena probatio cũ adminiculis, sed omnes præsumptiones, et adminicula sint in sua specie imperfecta, † non possunt simul iungi ad faciendam probationem consignationis alicuius quantitatis saiarum, *Bald. in l. si quis ex argentariis. §. 1. num. 2. ff. de eden. Alex. cons. 13. nu. 8. & 20. lib. 1. Rot. recent. dec. 768. num. 5. par. 2. & dec. 588. num. 4. par. 2. recent.* maximè cum conquassentur ex aliis supra deductis, *l. diuus. ff. de rest. in integr. Aym. cons. 8. num. 9.*

Et ita vtraque etc.

R. P. D. Durano

Aquilana Cappellaniæ.

Luna 25. Februarij 1620.

S V M M A R I A.

1. *Sequestro locus est, quando vtriusque partis possessio est obscura, & interim videndum de bono iure, quo viso sequestrum est reuocandum, num. 4.*
2. *Ecclesiæ possessionis adeptio operatur etiam respectu bonorum quæ alij non possident.*
3. *Instrumentalis possessio alio non possidente manutenibilis est.*
4. *Sententia interlocutoria potest ab eodem Iudice reuocari.*

Decisio CCCXV.

Pendente lite super hoc beneficiũ † cũ vtraque pars contenderet se possidere, et ideo manuteneri, eorumq; contentio esset vtrinque obscura, multumque penderet ex discussione boni iuris, Domini ex officio interloquuti fuerunt, vt apposito sequestro videretur de bono iure, et quidẽ merito, cum in hoc, et aliis similibus casibus, ne dũ non intret regula textus, *in l. vnic. C. de prohib. seq. poss.* quinimmo Iudex arbitrari debet, interim rem poni sub sequestro, *Panorm. in cap. dilectus. nu. 16. vers. sed quandoque insurgit. de seq. poss. & fruct. Ias. in l. si fideiussor. §. fin. nu. 27. vers. quarto quando iura partium sũt obscura. ff. qui satisd. cog. Marc. scott. var. resol. cap. 77. num. 58. lib. 2. vbi quod ita passim Rota obseruat.*

Viso autem de bono iure, et super eo emanatis duabus decisionibus conformibus ad fauorem Iuliani, dubitaui hodie, an sit ei dandum mandatum de manutenendo, et sit reuocandum sequestrum, et fuit in vtroque capite affirmatiuè resolutum.

Quoad primum enim, cum constet ex instrumento dato *in summ. num. vltimo* quod Iulianus adeptus fuit Ecclesiæ possessionem, quæ † operatur etiam respectu bonorum, quæ alii non possidẽt, *Anchar. in reg. beneficium. ante numerum duodecim. vers. ego dico. de reg. iur. in 6. Couar. lib. 3. var. cap. 16. nu. 13. Rot. dec. 14. num. 6. apud Reuerendissimum D. meum Decanum,* est propterea manutenendus, Quia † possessio instrumentalis, alio non possidente, manutenibilis est, *l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss.*

Quo verò ad secundum caput, cum per dictas duas decisiones constet iam de eiusdem bono iure, ac ideo cessauerit causa, ob quam Rota arbitrata fuit, sequestrum esse apponendum, decretoque Rotali fuerit iam satisfactum, † vtique intrat æquitas, idemque Iudicis officium, vt illud contrario imperio reuocetur, *ad l. quod iussit, vetuitue Prætor. ff. de re iudic. & ibi Ias. num. 12. vers. secundo principaliter acta.*

Et ita Iuliano tantum etc.

R. P. D. Queipo

Troiana Pensionis

Luna 14. Martij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Pensionario constito de literis reseruatoriis, etiam per supplicationem signatam, & de quasi possessione exigendi datur manutentio absque verificatione conditionis, tam contra illum, qui pensioni consensit quam contra successorem, secus si de quasi possessione non constet.*
2. *Pensionarius agens petitorio contra successorem in beneficio debet reseruationem pensionis pure, vel sub conditione concessam verificare.*
3. *Narrata in gratiæ impetratione debent iustificari.*
4. *Conditio tacita reddit dispositionem conditionalem sicut expressa.*
5. *Valor expressus in quando, & quomodo probandus, & num. seqq.*
6. *Beneficia ecclesiastica sine diminutione debent conferri.*
7. *Beneficiato alimenta congrua reseruari debent.*
8. *Altari, qui seruit, de altari viuere debet.*

9 Res

9 *Res quælibet libera præsumitur.*

10 *Possessio, quæ est contra ius, & imponit seruitutem beneficio, & eius primæuo statui repugnat, nõ releuat ab onere probandi.*

11 *Iuris præsumptio transfert onus probãdi in aduersarium. Lim. vt num. 12.*

12 *Resignatarius retinens beneficium non potest dare de nullitate pensionis.*

13 *Regressus, seu reintegratio ad beneficium darì non potest ei, qui nunquam illud obtinuit, seu amisit.*

Decisio CCCXVI.

PRoposita causa in petitorio super pensione centum ducatorum reseruata per fel: recordationis Paulum V. ad fauorem D. Matthæi Moranzani super fructibus simplicis Beneficij S. Stephani Terræ Foggiæ Troianæ diœcesis, Dominis visum fuit, Pensionem non deberi, Nam, † licet in possessorio siue contra eum, qui pensioni consenserat, siue contra successorem non consentientem agatur, constito de literis reseruatorijs, et de quasi possessione exigendi pensionem absque discrimine puræ, vel conditionalis reseruationis mandatum de manutenendo soleat, & debeat relaxari, *ex tradit. à Paris. de resign. benef. lib. 6. q. 2. nu. 65. Gabr. cons. 180. Rot. dec. 310. num. 30. par. 1. diuers. & latè prosequitur Garz. de benef. 1. par. cap. 5. ex nu. 442.* et non esse necessarium in prædicto casu ostendere literas expeditas, sed sufficere constare de reseruatione pensionis saltem per supplicationem, docet, *Garz. vbi supra num. 454. cum seq.* hoc modo contrarias sententias ad concordiam reducens. Si verò actor in possessione exigendi non existat, et pensio sit conditionalis, quamuis iudicium sit possessorium, et agatur contra eum, qui reseruationi consenserat, implementum conditionis probare debet *ex Cassad. dec. 10. num. 6. de rescript. Gig. de pens. qu. 85. num. 10. Grat. discept. for. cap. 172. nu. 75. Card. Seraph. dec. 161. Garz. vbi supra nu. 464.* quia per conditionem suspenditur dispositio, vt non sortiatur effectum conditione pendente, *l. conditionalis. 54. ff. de verb. sign. §. ex conditionali. Inst. de verb. oblig. l. grege. 13. §. si sub conditione, ibi, cum nihil interim debeatur. ff. de pignor. l. cedere diem. 213. vers. vbi sub conditione ff. de verb. sign. l. sub conditione. 16. ff. de cond. indeb. l. si. quis reum §. idem Iulianus in fin. ff. de liber. legat.*

2 Sed † in petitorio contra eum, qui pensioni non consensit intentato actorem reseruationem pensionis pure, vel sub conditione concessam iustificare debere, *post Cassad. & Ant. August.* fuit à Rota resolutum *coram fel. record. Greg. XV. decis. 57. num. 1. & coram Pur. dec. 2. [illegible]* etiam notarunt *Gig. de pens. q. 47. Garz. vbi supra nu. 456.* quæ doctrina in reseruatione conditionali sine controuersia recepta est, ex *Seraph. decis. 1017. & [illegible] 123. Rot. dec. 47. num. 3. & 4. par. 1. recent.* propter rationem supra traditam.

Et quamuis in nostro casu non adsint in reseruatione verba, per modum conditionis expressa, induci tamen videtur ex illis, Et ad ducentos similes annuatim, vt etiam asseris, ascendentibus etc. Nam

3 † cum sint verba à parte in gratiæ impetratione narrata, debent ab ea iustificari, propter regul. in tex. cap. 3. ibi, et huiusmodi literis intelligenda est

4 hæc conditio, etiam si non apponatur, si preces veritate nitantur de rescript. † et conditio tacita perinde dispositionem conditionalem reddit, et eius effectum suspendit, ac expressa, *l. cum quis. 38. in princ. ff. de solut. l. [illegible] ff. qui satisd. cog. vbi notat gloss. verb. non videtur, l. si ex falsis C. de transact.* etiam in vltimis voluntatibus, nisi quoad effectum transmissionis, *l. cum illud, aut illud. 25. §. hæres meus. in fin. ff. quand. dies leg. ced. vt docent. Bart. & Castr. in l. conditiones. 98. ff. de cond. & demostr. Cuiac lib. 18. qu. Papien. in d. §. hæres meus.* sed quando ex verbis dispositionis conditio inducitur, et colligitur, dicitur expressa, et trãsmissionem legatorum impedit, *secundum tex. in l. quod pure. ff. quand. dies leg. ced. & colligitur ex tex. in d. l. conditiones. ibi, extrinsecus non ex testamento venientes.* vbi expresse notarunt *Bart. & Castr. l. Gallus. §. quidam recte. ibi, qui ex verbis concipi possit. ff. de lib. & posth. vbi notarunt Bart. & alij Dom.* ideo, † quod requiratur plena probatio pro iustificatione gratiæ, vbi agitur de probando valore affirmatiuè per ascensum expressum in gratia pensionis, *tenuit Rot. dec. 444. numer. 1. par. 2. recent. & dec. 268. par. 1. diuers. & apud Vestrall. dec. 339. par. 3. Mohed. dec. 148. alias 3. de testib. & cum alijs Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. ex numer. 470. quia iuxta doctrinam Felyn. in cap. aduersus num. 10. de rescript.* quando assertio valoris beneficij per ascensum, vt in casu nostro, ad secundam personam refertur veluti, vt asseris, conditionem inducit, et ex eius defectu gratia corruit, quia illa verba, *Vt asseris*, expressam conditionem inducunt, *vt tenuit Rot. dec. 6. num. 1. & 2. de præb. in antiq. & post Calder. tenet Felyn. vbi supra in d. num. 10. in fin.*

6 Maximè cum actori obstes iuris communis præsumptio, tum † quia beneficia ecclesiastica sine diminutione debent conferri, *c. 1. & tot. tit. vt ecclesi.*

7 *benef. sine dimin. confer.* tum quia † beneficiato ali-
8 menta congrua debent reseruari, nam, qui † altari seruit, de altare viuere debet, *ex Diuo Paulo ad*

9 *Corinth cap. 9.* et quia † quælibet res libera præsumitur, *l. sicut. 8. §. aristo. ff. si seruit. vendic. l. fluminum. 24. §. vlt. l. Proculus. 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique ff. de aqu. plu. arc. l. cum. eo. 9. ff. de seruit. vrb. præd. l. altius. C. de seruit. & aqu. l. in re mãdata. 21.*

10 *C. mand.* Ideo † possessionem, quæ est contra ius, et imponit seruitutem beneficio, ac eius primæuo statuti repugnat, non releuare ab onere probandi, *post Bart. & alios latè tradit Ant. Rub. in l. naturaliter. § nihil commune. ex num. 289. ff. de acq. poss. & tradit. Caj. de Grass. dec. 8. nu. 11. de seru. & re mãd.*

11 quia † iuris præsumptio onus probandi transfert in aduersarium, *vt post Bald. & alios tenet Menoch. lib. 1. de præsum. q. 4. ex num. 3. per tex. in l. si quis. 6. ff. de iudic. & Couar. lib. 2. var. cap. 6. num. 1. per tex. in l. licet Imperator ff. de leg. 1. l. ab ea. ff. de prob. l. si extraneus. vbi Alber. & Fulgos. ff. de cond. caus. dat. cap. quia verisimile. de præsumpt. & latè prosequitur idem Menoch. in d. lib. 1. qu. 33.* neq; ab hoc onere probationis actorem exonerandum esse, nisi ex transcursu triginta annorum, docet. *tex. in l. omnes. §. sicut. C. de præscr. 30. vel. 40. ann. Rot. corã Greg. XV. d. dec. 57. nu. [illegible] 5. & fuit resolutum in Burgen. Pensionis 16. Decembris 1596. coram bo. me. Peria & in dec. 534. par. 1. diuers. & docent. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 23. Paris. cons. 105. num. 13. lib. 4. & cum alijs Garz. vbi supra d. cap. 5. nu. 372.*

12 Non obstat, † Resignatario non licere retento beneficio resignato, super quo pensio fuit reseruata de nullitate pensionis excipere, *ex Mantic. dec. 183. num. 1. Cresc. dec. 17. de rescript. Rot. dec. 131. par. 1. recent.* quia non versamur in casu prædictæ doctrinæ, cum beneficium S. Stephani nunquã fuerit à Mattheo Moranzano possessum, neque resignatum, Nam ipse Præposituram dumtaxat Oppidi Corusij resignauit ad fauorem Felicis, de cuius consensu octuaginta ducati super dicta præpositura, et centum super fructibus dicti beneficij ab eo ob-

13 tenti reseruati fuerunt, ideò † Mattheo non potest competere regressus, nec reintegratio ad beneficiũ nunquam

numquam ab eo obtentum, vel amissum, *ex regul. tex. in l. decem. ff. de verb. oblig. & ibi Bart. & DD.*
Et ita etc. vtraque etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Romanæ Domus de Nocchiellis

Mercurij 26. Iunij 1624.

S V M M A R I A.

1 *Potens Mandatum de associando, & quodcunque aliud mandatum necessarium, & opportunum dicitur petere etiam mandatum de manutenendo, & ab illa die veniunt fructus in vim mandati de manutenendo.*
2 *Suspensio petitorij cum clausulis præseruatiuis non præiudicat manutentioni antea etiam tacite intentatæ.*
3 *Inuestituræ tenor semper est attendendus.*
4 *Fructus percepti post petitam manutentionem veniunt in mandato de manutenendo, nõ qui antea percepti fuerunt, & num. 8.*
5 *Fructuum quantitatem, quis ex re percepisse præsumitur, quæ percipi consueuit.*
6 *Valor non probatur ex arrendamentis.*
7 *Locatio pro maiori pensione potest contingere ex affectu conductoris, non vero valore.*
9 *Fructuum, qui ex re percipi potuerunt, cõdemnatio à Rota non admittitur, nisi concurrat spolium violentum.*
10 *Fructus tantum vere, & realiter percepti veniunt restituendi in vim mandati de manutenendo.*
11 *Melioramenta non liquidata, non impediunt mandatum de manutenendo, & inius executionem.*

Decisio CCCXVII.

POstquam fuit firmatum per duas decisiones, Sororibus de Nocchiellis esse dandum mãdatum de manutenendo, quod etiam de ordine Rotæ fuit relaxatum, dubitatur, quæ pensiones domus, de qua agitur, debeantur dictis mulieribus; et à quanto tempore citra debeantur, et incipiendo ab hac secunda parte dubij Domini responderunt † deberi à die petiti mandati de associando, 1 quæ contigit die 13. Martij 1610. qua die mulieres petierunt non solum dictum mandatum, sed aliud quodcumque necessarium, et opportunum, sub quibus verbis generalibus dubium non est fuisse etiam petitum mandatum de manutenendo, in quo certum est venire fructus à die petitionis, *l. 3. ff. de interd. Fab. in §. retinendæ. num. 14. vers. item fructus. Inst. eod. tit. Seraph. dec. 835. num. 1. cum alijs per Rot. dec. 317. n. 1. par. 1. recent. et dec. 606 nu. 1. par. 1. & fuit dictum in Senogallien. Iuris Pascēdi 12. Iunij 1620. coram R. P. D. Remboldo, & in alijs.*

Nec obstat, quod de anno 1620. fuerit suspensum petitorium pro parte mulierum, quasi tunc tantum fuerit intimata manutentio, quia illa suspensio cõtinet clausulas restitutiuas amplissimas, sine tamẽ præiudicio cuiuius alterius viæ magis proficuę, et sine præiudicio quorumcumque iurium, et cũ protestatione, quod non procedatur in petitorio, donec non fuerit terminatum, quodcumq; iudicium possessorium dictis comparentibus competens, *prout* 2 *ibi lux in summario num. 7.* † vnde dicta suspensio nullo modo potuit præiudicare mulieribus quoad manutentionem antea intentatam.

Quo vero ad alteram partem dubij, et sic quoad quantitatem pensionum, in primis non controuertebatur ex parte mulierum, quin ipsæ tenerentur excomputare in prætensis pensionibus iura 22. annua de carlenis, quæ ipsæ tenentur soluere Confraternitati dominę directæ Domus vigore inue- 3 stituræ, † cuius tenor semper est attendendus, *cap. 1. in fin. vbi Bald. de duob. fratr. à cap. inuestit. Dec. cons. 345. nu. 4. cum alijs per Menoch. præsumpt. 92. num. 1. lib. 3. Hond cons. 70. num. 11. & cons. 86. num. 8. lib. 2.*

Præterea aduertebatur, quod Cõfraternitas post obitum Roechi, cuius prætextu prætendebat Domum esse deuolutam, fecit duas locationes domus, vnam de anno 1598. pro scutis annuis 60. pro septem annis, quibus nõdum elapsis de anno 1601. eamdem domum concessit in emphyteusim ad tertiam generationẽ Marco Pillori pro scutis annuis 32. Et pro hac summa Dominis videbatur posse declarari, Confraternitatem teneri, quia has pensiones constabat fuisse à Confraternitate perceptas 4 post intentatam manutentionem, † vtique in hoc iudicio non veniunt nisi fructus percepti post manutentionem petitam, non autem ante, *vt per Rot. d. dec. 317. n. 1. par. 1. recent. & fuit dictũ in Romanã Palatij 30. Maij 1615. coram R. P. D. Buratto.* Et ideo non obstat, quod prima locatio fuerit pro scutis 60. et quod non obstante secunda locatione pro minori summa, quam non est attendẽdam tamquã attentatam, et lite pendente factam. *Rota respondit in prima decisione huius causæ coram me 27. Iunij* 5 *1622.* † præsumatur Confraternitatem percepisse ex domo, quod cõsueuit percipi, *ad Bald. cons. 323.* 6 *in fin. lib. 2.* quia fuit responsum, † arrendamenta nõ probare valorẽ, *Sarn. in reg. de valore q. 11. Seraph.* 7 *dec. 1009. num. 1.* † et illa locatio pro scutis annuis 60. potuit prouenire ex affectu conductoris potius, quam ex vero valore, *Rot. dec. 675. sub num. 5. par. 2. recentior.* vltra quod illa locatio non habuit effectum, nisi forte per modicum tempus. Et cessat difficultas, quia fuit ante intentatam manutentionem pro mulieribus, quæ fuit petita de anno 1620. vt su- 8 pra firmatum fuit, ideo † de fructibus antea perceptis per Confraternitatem non est agẽdum in hoc iudicio summarissimo ex supra deductis.

Nec dicatur, potuisse percipi tot fructus, quia sic esset condemnare Confraternitatem in fructibus, 9 qui percipi potuerunt, † quod Rota non solet admittere, nisi concurrat spolium violentum, *Put. dec. 583. l. b. 3. & fuit dictũ in Taurinen. Capellaniæ 10. Ianuarij 1614. coram me, quæ est dec. 551. num. 2. par. 1. recent.*

Neque rursum dicatur, Confraternitatem recepisse scuta 400. et vltra à dicto Marco conductore, quæ tenetur refundere, cum illa locatio fuerit nulla, et attentata, quia hoc nihil pertinet ad sorores, sed erit de eo agendum in Marcum, et Confraternitatem, et rescisso inter eos contractu poterit tractari de iustitia locationis pro dicta annua pensione scutorum 32. attentis pactis in ea contentis, in- 10 terim Domini sentiebant, Confraternitatem † nõ teneri in hoc iudicio refundere, nisi pensiones vere et realiter perceptas.

11 Quæ dicebantur de melioramentis factis à Marco † non videbantur nocere sororibus, cum quibus non fuerint liquidata, immo ipsæ intimarunt Marco vsque de anno 1601. ne faceret in domo litigiosa vlla melioramenta, *vt in summario num. 3.* vel saltẽ poterit de hoc si opus erit, particulariter videri.

Et ita fuit decisum etc.

Vbaldo

Vbaldo Seniore

Spoletana Pensionis.

Veneris 21. Iunij 1619.

SVMMARIA.

1 *Solutio, licet vnica, sufficit ad effectum manutentionis in incorporalibus.*
2 *Facta pro residuo iuuat ad acquirendam integram quasi possessionem exigendi, & num. 4.*
3 *Solutio pro residuo praesupponit alias solutiones praecessisse.*
4 *Solutio integri triennij requiritur vel ad effectũ inducendi praesumptionem praecedentium solutionum, vel ad effectum, vt colonus non possit expelli iuxta conuentionem.*
5 *Solutio pensionis facta ab antecessore suffragatur etiam ad effectum acquisitionis possessionis contra successorem, quamuis nunquam soluerit.*
6 *Solutio facta per assertum procuratorem non constito de mandato suffragatur ad effectum quasi possessionis concurrentibus adminiculis, & num. seq. de ipsis adminiculis.*
7 *Nemo praesumitur iactare suum.*
8 *Exceptio nullitatis pensionis ex capite non cõtinuatae solutionis non admittitur in summario possessorio, sed reijcitur ad petitorium.*
9 *Solutiones pensionis factae à titulari post dimissum beneficium non suffragantur ad effectum acquirendae quasi possessionis contra successorem.*
10 *Nec facta ab antecessore moribundo.*
11 *Fides non facit fidem.*

Decisio CCCXVIII.

DOmini censuerunt, Fuluio dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem, de qua agitur, quia de d. quasi possessione constat ex instrumẽto solutionis, & factę à Hieronymo titulari 7. Maij 1611. pro residuo vltimi termini decursi, & maturati. † Quae solutio, licet vnica, sufficit ad hunc effectum in incorporalibus, *Rip. in cap. cum Ecclesia. num. 53. de caus. possess. & propr. Sera. h. dec. 1411. num. 2. Aym. caus. 322. versiculo, septimo principaliter. sub num. 4. fuit dictum in causa cusentina pensionis 4. Maij 1616. & in Terdonen. pensionis 17. Iunij eiusdem anni coram me, & aliàs saepè*, & vti † facta pro residuo benè suffragatur ad acquirendã integram quasi possessionem, *vt in his terminis fuit dictum in vna Regien. pensionis 26. Iunij 1598. corã Orano*, cum † praesupponat aliàs solutiones praecessisse, *gl. in l. si ex pluribus. ff. de acceptil. Iason in l. si quidam. numer. 4. versiculo limit. C. de transact. Bero. cons. 192. numer. 2. libro 1. & firmatur in dicta Regien.*

Non obstat *consilium Alex. 105. sub num. 2. libro 3.* vbi tenet, † requiri solutionem integri triennij, non autem partis, quia procedit in diuersis terminis, vel ad effectum inducendi praesumptionem, *l. 3. C. de apoch. publ. lib. 10.* vt scilicet praesumatur retroacto tempore soluisse, vel ad effectum, vt Colonus non possit expelli iuxta formam conuentionis, tunc enim necessaria est integra solutio temporis conuenti, sed hic loquimur ad effectum acquirendae possessionis vel vnicam solutionem, etiã partis pro residuo tamen, vt dictum est, quod sufficit, *vt in dicta Regien.* † ex qua etiam solutione facta ab antecessore fuit absque dubio acquisita possessio contra successorem, quamuis nunquam soluerit, *Put. decis. 151. lib. 5. Guidop. decis. 629. Gig. de pens. quaest. 47. num. 10. fuit dictum in Campanien. pensionis 20. Iunii 1611. & in dicta Terdonen. & in Cusentina pensionis 12. Februarii 1618. coram me.*

Cum qua solutione concurrit etiam alia solutio scutorum 21. sub die 5. Nouembris 1621. quae, et si dicatur facta à Hieronymo per manus Cucilii Cellii, de cuius mandato non constat, tamen † bene suffragatur concurrentibus adminiculis, *vt fuit decisum in causa Vercellen. pensionis 26. Ianuar. 1601. coram Illustrissima Cardinali Lancellotto, & in Pistorien. pensionis 3. Ianii 1606. coram Cardinali Pãphilio ex aduersa allegata*, hic autem vltra generalẽ praesumptionem, quod, † nemo praesumitur iactare pecunias suas, *l. cum de indebito. ff. de prob. Rot. dec. 2. de caus. possess. & propr. in antiq. & dec. 196. nu. 4. par. 1. diu. & dicitur in d. Pistorien.*

Concurrunt etiam adminicula, tum ex literis reseruationis pensionis, *vt consideravit Rota in dictis Vercellen. Pistorien. & in dicta Cusentina pensionis 4. Maij 1616. coram me*: tum ex alia praecedenti solutione 7. Maij, de qua supra cum generali quietantia omnium terminorum hactenus decursorum, *& in dictis Pistorien. & Vercellen.* cum non esset verisimile, quod pensionarius voluisset sibi praeiudicare, *vt in d. Pistorien. quam secuta fuit Rota in dicta Cusentina pensionis 4. Maij 1616 confirmata 12. Febr. 1618. coram me.* tum demum ex Instrumento celebrato 7. Iunij 1608. in quo pro releuatione Hieronymi ab obligatione per eum facta pro Annibale eius fratre, & dicto Fuluio pensionario idem Fuluius obligauit dicto Hieronymo hanc annuam pẽsionem ducatorum 30. illi mandando, vt ex terminis decurrendis Montino creditori satisfaceret.

Non obstat decretum, quod si Hieronymus in vita, & quandiu prioratum obtinuerit, pensionem non persoluerit realiter, & cum effectu, eo ipso reseruatio sit nulla, quia, quidquid sit dicendum, cui incumbat onus probandi pensionem fuisse solutam, vel non solutam, certum est, † hanc exceptionem nullitatis ea capite non continuatae solutionis esse reijciendam ad petitorium, neque admitti in hoc summarijssimo iudicio manutentionis, *vt in Lucana pensionis 21. Aprilis 1616. coram R. P. D. Piranaeo, & in Terdonen. pensionis 17. Iunii 1616. corã me, & in eisdem terminis in Fauentina pensionis 23. Ianuar. praeteriti coram Pãphilio*, & satis est, quod in petitorio Fuluius possit, quatenus ad eum spectet probare continuationem solutionum, & sic vitare dictam nullitatem, vt interim veniat manutenendus.

Nec in contrarium facit *alia Lucana pensionis 8. Febr. 1616. cor. D. Archiepiscopo Damasceno*, quia † ibi deducebantur solutiones factae à Titulari post dimissum beneficium, quaeq; non poterant praeiudicare Ecclesiae, seu successori, & propterea nulla releuans possessio inde potuit acquiri, hic autem adducuntur solutiones factae à Hieronymo viuente, & existente adhuc titulari.

Nec quidquam facit, quod † solutio dicatur facta à Hieronymo moribundo, quia de hoc non cõstat, nam fides aromatarii nihil probat, tum ex regula vulgari, quod † fides non facit fidem, *Seraph. dec. 1230. nu. 1.* tum quia non continet certum mẽsem, de quo mors dicatur secuta, nec concludit de visu, nec per aliquam concludentem rationem.

Ex quibus &c.

R. P. D.

R.P.D. Nauarro

Anconitana Bonorum

Lunæ 3. Julij 1623.

S V M M A R I A.

1. *Probationes leuiores sufficiũt in summarijssimo possessorio.*
2. *Locatio cum solutione, & continuatione affictus probat possessionem.*
3. *Ampliùs magis concurrentibus adminiculis.*
4. *Verbum, spectare, refertur ad possessionem.*
5. *Executionis processus factus contra aliquem arguit illius possessionem.*
6. *Manutentio datur ratione ciuilis possessionis.*
7. *Subhastatio facta mediante processu nullo non priuat possessione, nec impedit manutentionem.*
8. *Aestimatio rei in dotem datæ facit emptionem, & quod dominium transeat in virum.*
9. *Limitatur ad sciendum valorem, vt si deterior fiat culpa mariti, sit mulieri consultum.*
10. *Rei æstimatæ in dotem datæ promissio de restituẽdo arguit, rem esse in dotem, non æstimationem.*
11. *Aestimatio rei datæ in dotem, vbi fit ad sciendum valorem, operatur, vt, si extet tẽpore soluti matrimonij, eadem restituatur, & si deterior vel leuissima culpa mariti effecta fuerit, ad æstimationem vir teneatur.*
12. *Possessio iure familiaritatis non est manutenibilis.*
13. *Possessio bonorum maternorũ dicitur esse penes patrem, vel vti legitimum administratorẽ, vel vti vsufructuarium.*
14. *Decl. vt vti administrator pater possideat nomine filiorum, & vti vsufructuarius habeat naturalẽ tantum possessionem, & ciuilem habeãt proprietarij.*

Decisio CCCXIX.

MAnutentionem dandam esse filijs in ciuili possessione fuit resolutum, quia in hoc summarijssimo possessorio † leuiores probationes sufficiunt, *Card. Seraph dec. 624 num. 5. & dec. 1336. num. 1.* vnde † locatio facta à Procuratore filiorum hæredum Pantasileæ matris ipsorũ præsente Mutio Patre, nec contradicente *summar. n. 5. & 6.* iuncta solutione, et continuatione affictus videtur sufficiens ad huiusmodi probationem, *Rot. in recent. dec. 181. num. 1. & dec. 649. num. 6. par. 2. Mant. dec. 245. nu. 5. & coram S D. N. dec. 318. num. 2. Gab. de prob. concl. 4 num. 20. Natt. cons. 665. nu. 2. & fuit dictum coram me in Romana domus ad Transtiberim 7. Maij 1623.* quę † facilius procedũt concurrentibus adminiculis resultantibus, tùm ex Instrumento executionis, in quo dicuntur hec bona spectare ad dd. filios de Crieris tamquam hęredes Pantasileæ eorum matris nam † verbum, spectare, refertur ad possessionem, *gl. in l. si quis intentione. ff. de Iud. Bald. in cap. bonæ col. 2. de appell. Alex. cõs. 43. num. 1. lib. 4. Alciat. & Rebuff. in l. verbum illud pertinere 181. ff. de verb. signif.* tum ex eo, quia † fuit processum in executione contra eosdem filios vti possessores, *vt notat. per Doctores in l. a diuo pio. §. si super rebus. vbi Ias. num. 9. Alex. nu. 8. ff. de re Iud.* vnde illis debetur manutentio, † quæ respectu ciuilis possessionis datur, qua nec per subhastationem fuerunt priuati Iudicis auctoritate facta, quia vt in alijs decis. fuit dictum, nulliter fuit processum contra filios, & † sic vti possessoribus competit manutentio, *Rot. dec. 805. num. 7. par. 1. diu. & dec. 56. num. 2. & dec. 85. num. 9. & dec. 147. nu. 4. & decis. 69. num. 5 par. 2. recent.*

Nec obstat quod bona fuerint data ęstimata Mutio Patri ad computum dotis promissæ in pecunia, † quo casu æstimatio facit emptionem, & dominiũ transit in virum, *iux. cõs Hond. 14. lib. 1. Seraph. dec. 1507. & 1632. cum alijs in Perusin. dotis coram me 18. Febr. 1625. & 21. Martij 1623.* quod iuris axioma † habet suas limitationes, vt in casu, quando æstimatio fit potiùs ad rei dotalis declarationem, vt, si deterior fiat culpa mariti, mulieri consultum censeatur, *l. æstimatis. vbi plenè Doct. solut. matrim. meus Collega Præses Couar. pract. qq. cap. 28. nu. 2. vers. sed ex cent. num. 3. cum alijs latè deductis in Romana Canonum coram D. meo Vbaldo 10. Martij præteriti.* † Presertim cum maritus promiserit dotem restituturus supra habitam, *celeb. text. in l. si inter virum. C. de Iur. dot. vbi Bart. Bald. & Salic. bonus tex. in l. vlt. ff. de fund. dotal.* † prædicta tamen ęstimatio operatur, vt, si res in dotem datę æstimatæ tempore soluti matrimonij extent, eędem restituantur, si verò deteriores, vel leuissima culpa mariti fuerint effectæ, ad ęstimationem vir teneatur, *secundum Paul. de Castr. in d. l. æstimatis. ff. sol. matr.* quę promissio mariti nõ in pecunia intelligẽda, sed in bonis ęstimatis, in quibus soluta fuit dos, vt probatur ex *summario num. 1.* quod à fortiori dicendũ, cum non agatur de istis bonis pro dote assignatis, sed de alijs, vt ex denominatione ipsorum, quorum prima erant in Castro, Falconari, & bona, de quibus agitur, sunt in Castro Galignani.

Minus obstat, quod filii possederint iure familiaritatis, † quo casu eorum possessio non est manutenibilis, *Rot. dec. 771 num. 4. par. 2. in recent.* quia stãte testamento materno, cuius vigore possessionem appræhenderunt filii, & locarunt vti hæredes matris etiam à Ferrettis conuenti iure suo, non familiaritatis possidere dicuntur.

Nec tamen obstat, quod † possessio dd. bonorum maternorum sit penes Mutium Patrem tantum, vel tamquam legitimum administratorem, vel tamquã vsufructuarium bonorum maternorum, *iux. l. 1. & 2. C. de bon. mater.* nam respondetur quod † vti administrator possidet nomine filiorum, *vt in his terminis Seraph. dec. 612. in fin. Rot. recent. dec. 304. num. 4 par. 1.* vti verò vsufructuarius possidet naturaliter, et ciuilis possessio est penes proprietarium *Mant. dec. 167. nu. 7. Alex. cons. 157. num. 5. vers. sed illud. non obstat. lib. 6. Grat. discept. for. cap. 79. n. 24. cum alijs.*

Vtraque parte informante sic resolutum fuit etc.

R.P.D. Ghislerio

Assisien. Successionis

Veneris 12. Maij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Possessio vera consistit, & probatur ex locatione, dislocatione, perceptione fructuum, & alijs actibus.*
2. *Depositio vnius testis declaratur ex depositione alterius.*
3. *Testis vnicus sufficit in summarissimo possessorio.*
4. *Possessio capta cum clausula, quatenus bona sint va-*

vacantia, et sine præiudicio habentis meliora iura, quæsita non dicitur.

5 *Possessio posterior constito de anteriori non est attendenda.*

6 *Possessio posterior est præferenda, & manutenenda.*

7 *Præsertim si illam habens non fuerit ejectus, nec citatus.*

8 *Exceptiones contra testes in summarijssimo possessorio non admittuntur, sed sat est, quod concludant perceptionem fructuum.*

9 *Factum nudum attenditur in manutentione.*

10 *Factum procuratoris principali non nocet non constito de mandato.*

11 *Mandatum factum ad adeũdam hæreditatem simpliciter, operatur aditionem absolutè, nec potest procurator, se ad partem restringere.*

12 *Titulus in manutentione non attenditur.*

Decisio CCCXX.

IOannes Baptista Breccia in suo vltimo testamento Iuliæ filiæ pro sua dote reliquit scuta 3000. et ipsi decedenti sine filiis substituit Nicolaum eius fratrem germanum, quem hæredem vniuersalem instituit, et is accepta hereditate condidit testamentũ instituta hærede acquilina Breccia eius germana sorore, quæ hæreditatem adiuit cum beneficio legis, et inuentarii, sed post obitum Iulię in infantili ętate Cornelia vxor Io. Baptistæ prætendens, se esse heredem filiæ, obtinuit, immitti in possessionem bonorum hereditariorum. Verũ quia Aquilina post mortem fratris viuente adhuc Iulia adepta fuerat possessionem omnium bonorũ hæreditariorum fratris, et inter cætera illorum, de quibus nunc agitur, in Rota proposui, Cui esset dãdum mandatum de manutenendo, et vtraque parte informante dixerunt Domini, esse dandum Aquilinæ; constat enim de illius possessione statim secuta morte Nicolai ex duobus testibus *in summario Aquilinæ num.* 9. deponentibus de locatione, dislo-(1)catione, perceptione fructuum, et aliis actibus, † in quibus consistit vera possessio, *l. 2. C. de acq. poss. l. Titia. & ibi Doct. ff. de solut. Soccin. cons. 13. num. 14. lib. 4. Sarnen. in Reg. de Annali. q. 47. numer. 1. & 2. Cas. de Grass. dec. 10. numer. 3. de caus. poss. & propr. Rot. in recent dec. 629. nu. 5. par. 1.* & licet alter dd. testium non distinguat, an statim secuta morte Nicolai, vel postea tractu temporis possessionem ac-(2)ceperit, tamen non obstat, quoniam † illius depositio declaratur ex alio teste, *Specul. in tit. de testib. §. iam de interrogatorijs. num. 16. vers. quod si vnus testis. Faria. in tract. de testib. q. 68. num. 56.* præser-(3)tim cum † in hoc summarijssimo possessorio pro obtinenda manutentione sufficiat vnicus testis, *Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 34. Paleott. dec. 22. s. m. Greg. XV. dec. 438. num. 2.*

4 Non obstat possessio Corneliæ capta auctoritate Iudicis, quia, † cum fuerit conditionalis cum clausula, *quatenus bona essent vacantia*, & cum alia clausula, *sine præiudicio habentis meliora iura*, ideò non fuit quæsita possessio, *per tex. in l. qui absente. §. 1. ff. de acq. poss.* & hodiè constet, quod tunc posses-(5)sio erat plena, † possessio posterior Corneliæ non (6) est attendenda, *Pat. dec. 372. lib. 2.* sed † possessio Aquilinæ anterior est præferenda, & manutenibilis, *cap. licet causam. de prob. Menoc. de retin. remed. 3. num. 725. s. m. Greg. XV. dec. 40. num. 2. Rot. recent. dec. 322. num. 2. par. 1. & 35. num. 3. par. 2.* maximè (7) † cum non solum non fuerit eiecta, sed nec etiam citata, *c. licet Episcopus. de prab. in 6. Rot. decis. 802. num. 7 par. 1. diuers.*

8 Exceptiones, † contra testes non obstant, quoniã in summarijssimo possessorio non admittuntur, *Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 4. Rot. d. dec. 28. num. 4. & 9. par. 1. diuers. & in Cusentina Pensionis 13. February 1628. coram bon. mem. Vbuldo*, sed sat est, quod concludant perceptionem fructuum septem (9) corporum, cum † solum nudum factum attenditur.

Non obstat, quod procurator Aquilinæ petierit immissionem in possessionem bonorum Iuliæ, tum quia non probatur, quod ista septem corpora per Aquilinam possessa fuerint Iuliç, cum Iulia non potuisset prætendere, nisi legatum scutorum 3000. sibi (10) à Patre relictum, tum quia † factum procuratoris non nocet principali, nisi constet de mandato.

Non obstat declaratio procuratoris Aquilinę ad adeundam hæreditatem Nicolai, velle esse hęredẽ pro tribus ex quatuor partibus, quia mandatum ad (11) adeundum erat simplex, † ex quo solo mãdato fuit fuit per Aquilinam absolutè facta aditio, *gl. in l. per procuratorem. ff. de acq. hæred.* vnde procurator nõ potuit se restringere ad tres ex quatuor partibus, & sufficit, quod Aquilina possederit locando, & percipiendo fructus ex semptem corporibus, nam quæ (12) dicuntur, respiciunt petitorium, † nec attenditur titulus, & Iulia solum potest prætendere legatum scutorum 3000. pro dote capiendũ de manu Aquilinæ hæredis, quæ ex persona Nicolai fratris Ioannis Baptistæ omnia bona titulo hæreditario possidebat.

Ex quibus &c.

R.P.D. Queipo

Cracouien. Iuris Legendi.

Veneris 30. Martii 1629.

SVMMARIA.

1 *Legendi facultas idoneo etiam in Vniuersitatis concurrentia permissa est, & auctoritas impediendi interdicta.*

2 *Doctrinam idoneus ignorantibus dispensare tenetur.*

3 *Doctrina est loco cibi, & eam negans necare dicitur.*

4 *Professores etiam idonei expedit, vt collegas habeant, vt sit locus disputationi.*

5 *Disputatione magis scientia, & doctrina veritas elucescit.*

6 *Iudicium integrum est, quod plurimorum sententijs confirmatur.*

7 *Veritas perfectissima per ampliores homines reuelatur.*

8 *Facilius inuenitur, quod à pluribus quæritur sapientibus.*

9 *Magistri amor, & acceptus modus legendi multũ valet ad discendum, ita vt aliquis cum vno proficiat, & non cum alio.*

10 *Reipublicæ interest in omnium rerum commercio plures esse, per quos expediutur, & non ad aliquos priuatiuè reducatur.*

11 *Patres Societatis Iesu idonei sunt Magistri.*

12 *Consuetudo impeditiua libertatis legendi vti contra vtilitatem Ecclesiæ non est valida.*

13 *Nec potest iuramento firmari.*

14 *Sacris Canonibus inimica dicitur potiùs corruptela.*

15 *Nec valet veritati, & Statutis Canonicis contraria.*

16 *In præscriptione immemorabili bona fides etiam desideratur.*

17 Con-

17 *Consuetudo non potest plus auctoritatis habere, quā lex.*

18 *Lex debet esse iusta.*

19 *Consuetudo non rationabilis cursu temporis non firmatur, sed damnatur.*

20 *Peccata tanto sunt graviora, quanto diutiùs infelicē animam detinent alligatam.*

21 *Consuetudo rationabilis, & irrationabilis quæ dicatur.*

22 *Consuetudinis, & præscriptionis differentia.*

23 *Præscriptio sine possessione non procedit.*

24 *Præscriptio vltra non extenditur, quam possessio, sed tantum dicitur præscriptum, quantum possessum.*

25 *Possessio totius acquiritur per apprehensionem partis, si id fiat ex voluntate domini, secus si contra domini voluntatem.*

26 *Iurisdictionis actu vnico facto ex voluntate domini totius iurisdictionis possessio acquiritur, sed si contra domini voluntatem illius speciei iurisdictionis tantum acquiritur, circa quam actus versatur.*

27 *Iurisdictione præscripta contra voluntatem domini non dicitur præscripta potestas coercendi.*

28 *Iurisdictio sine aliqua coercione est inutilis.*

29 *Præscriptiones restringuntur ad actus, per quos exercentur, & proprios facti terminos non excedunt.*

30 *Possessio in rebus, & iuribus distinctis, & separatis etiam quod existant sub aliquo iure speciali, vt hæreditate, ex apprehensione vnius cæterarum possessio non acquiritur.*

31 *Præscriptio, & consuetudo omnis contra ius commune extra rem, seu personam, quæ versata fuit non extenditur, quia per illius extensionem ius cōmune non corrigitur.*

32 *Præscriptio in seruitutibus, & iuribus negatiuis nō incipit, nisi à tempore prohibitionis, dum quis conatus fuit aliquid facere, & alius vetuit, & prohibitus destitit, & acquieuit.*

33 *Interdictum vti possidetis sine possessione non decernitur.*

34 *Manutentio non datur ei, cui ius cōmune alteri parti assistit.*

35 *Futura an, & quando comprehendantur in dispositis, seu concessis occasione præsentium.*

36 *Seruitutes acquiri, & imponi possunt etiam futuris ædificijs.*

37 *Priuilegium trahitur etiam ad res futuras, & num. 35.*

38 *Priuilegio concernenti principaliter publicam vtilitatem renunciari non potest.*

Decisio CCCXXI.

FVit per Dominos conclusum, sententiam Rotalem pro Collegio Societatis Iesu contra Vniuersitatem Cracouien. latam 1627. 7. Iulij confirmandam esse, quia habilitas, & Magistrorum approbatio ex Societate Iesu liquet ex priuilegio Sanct. me. Pij V. *vt bene dictum fuit in decisionibus in hac causa factis coram Reuerendissimo D. meo* 1 *Decano.* Et † facultas legendi etiam in vniuersitatis concurrentia iure communi *in cap. 1. & cap. quanto de magistr. & in d. priuilegio Pij V.* eis permissa est: & auctoritas impediendi expressè interdicta fauore publico Ecclesiæ existit. Quia, *vt docet gl. in d. c. 1. verb. qui sit idoneus,* ei, qui idoneus est deneganda licentia docendi, quia per consequens denegaret 2 doctrinam ignorantibus †, quā dispensare aliis tenetur, *secundum tex. in c. reuertimini. 65. ibi, & horreum Dei intulerint cibos, hoc est scriptura Sācta alimenta in Ecclesia pupillis ministrauerit 16. qu. 1. & vt traditur in d. cap. 1. in fin.* Ecclesiasticum profectū nititur impedire: Immo dicam Ministris Ecclesi 3 alimenta interdicere; cum † doctrina pro cibo sumatur *in d. cap. reuertimini.* Vnde habet locum regula *tex. in l. necare videtur. 4. ff. de liber. agnosc.* Et 4 quamuis Vniuersitatis Professores idonei sint, † expedit tamen, vt Collegas habeāt, *vt tradit Io. Andr. in cap. quanto. num. 3. de magistr.* vt sit locus disputa- 5 tioni, † qua scientiæ, & doctrinæ veritas magis elucescit, *l. vlt. §. mixta. ibi, vt Henricus Modestinus & notando benè, & optima ratione decurrit. ff. de muner. & honor.* Et vt Sacri Canones attestātur, 6 integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, *cap. prudentiam. 21. in princ. de offic. &* 7 *potest. Iud. deleg.* † et per ampliorem homines perfectissima veritas reuelatur, *l. fin. C. de fideicom. c. ex-* 8 *tra conscientiam. 64. distinct.* et † quod à pluribus sapientibus quæritur, faciliùs inuenitur, *cap. de qui-* 9 *bus. 20. distinct.* et † ad discendum multum valet amor Magistri, et acceptus modus legendi, quia aliquis cum vno proficeret, qui cum altero nō proficeret, *vt post Host. tradit Io. Andr. in d. cap. quanto.* 10 *fin. de magistr.* Sicut etiam † in cæterarum rerum commercio Reipublicæ interest, plures esse per quos expediatur, vt ex Platone refert I. C. Calistratus *in l. 2. ibi, Indiget enim Ciuitas pluribus, vtique rusticis, & alijs conductoribus. & alijs ministrātibus inuehentibus, & euehentibus singula. ff. de nund.* Et generali, et in omni genere negociationis, artificii et artis, ne ad aliquos priuatiuè reducantur, admonet Principes *Greg. Lopez in l. 2. num. 7. par. 5. gl. 2. in fin. ibi, aduertant tamen Principes cōcedentes ista priuilegia, ne concedant contra publicam vtilitatem, neue ob ditandum vnum alios destruant, neque dona ingenij, & natura, quæ Deus dat hominibus, Principes prohibeāt iubēdo, quod vnus solus exerceat talē artē, vel tale officium, sed piæ oculis habeant Deum, & publicam vtilitatem.* Ad idque respexisse videtur Decretum Concilii Lateranensis relatum *in cap. 1. de magistr. ibi, neque docere quemquam, qui sit idoneus petita licentia interdicat. & Alex. in cap. quanto. eod. tit. ibi, districtè præcipientes, vt quicumque viri idonei, & literati voluerint regere studia literarū sine molestia, & exceptione qualibet scholas regere* 11 *permittantur.* Et nemo est, qui nesciat, † Patres Societatis Idoneos esse Magistros, et tales, vt expostulat glossa *in d. cap. quanto. verb. idonei. ibi, huiusmodi autem Magistri primum moribus, demum facundia excellere debent. l. magistros. C. de profess. & medic.* testemque doctrinæ conuersationem bonam habere, *cap. Valentinianus. 63. distin.* Eaque ratione motus Alexander Quartus contra Vniuersitatem Parisiensem, quæ Patres Ordinis Prædicatorum ab Vniuersitate eiecerat, et in suo Monasterio Scolasticos audire lectiones prohibuerat, rescripsit ad eorum restitutionem sub Excommunicationis pœna, factum Vniuersitatis in contumeliam Creatoris, et animarum iacturam, et publicæ vtilitati contrarium asserens, et affirmans, *vt refert doctissimus, & R. P. F. Lucas Vuadignus tom. 2. annal. minor. pag. 192. & seqq.*

12 Et cum † consuetudo his contraria versetur cōtra vtilitatem Ecclesiæ valere non debet, *ex tex. in* 13 *cap. 1. de consuetud. & ibi gloss. & Abb.* † Nec potest iuramento confirmari, *cap. 1. de his quæ fiunt à* 14 *par. capitul.* Nam † consuetudo Sacris Canonibus inimica dicitur potius corruptela, *cap. cum venera-* 15 *bilis. 7. de consuetud.* † Nec valet consuetudo veritati, et Statutis Canonicis contraria, *cap. cum causa* 16 *de sent. & re iudic. cap. clerici. de iudic.* Et † in præscriptione immemorabili bona fides etiam desideratur, *vt Dominus meus Decanus rectè notauit in suis Decisionibus, & probat tex. sic communiter ab omnibus receptus in cap. fin. de præscript. glos. verb. nisi in cap. 1. eod. tit. lib. 16. & ibi Io. Andr. & cæteri Docto-*

res,

res,& cum pluribus relatis Couar.in reg.possessor.2. par.§.8.num.4. Molin de primog lib.2.cap.67. Azemed.in lib 1.ex num.26.tit.15.lib.4. recop. Gratian. discept.forens.cap.52.ex numer.28.cap.78.num.74.
17 † Nec plus auctoritatis potest consuetudo habere, quam lex.*l.de quibus. ff.de legib.* ibi,*non vsque adeo sui valitura momento,vt aut rationem vincat,aut le-*
18 *gem C. quæ sit long. consuetud.* † Lex autem debet
19 esse iusta, *cap.erit autem lex.4.distin.* adeò † consuetudo,quę non est rationabilis,ex transcursu temporis non firmatur, immo potius damnatur: cum
20 † tanto sint grauiora peccata, quando diutius infelicem animam detinent alligatam, *vt traditur in*
21 *c.vlt.de consuetud.vbi gl.verb rationabilis* † appellat consuetudinem rationabilem, quam iura non improbant,*per text.in cap. cum Ecclesia Sutrina.de caus.poss.& propriet.cap.Abbate.de verb. signif.c. cum dilectus.eod.tit.de consuet.* irrationabilem vero quæ improbatur à iure,et generaliter per quam aliquid fit contra neruum Ecclesiasticę disciplinę,siue libertatem, *quem ibi sequuntur Abb. & cæteri Doctores.*

Præcipuè quod nō versamur in terminis consue-
22 tudinis, sed in præscriptione duntaxat, † inter quas hæc versatur differentia,quod consuetudo nec prodest,nec nocet alicui in particulari, se ius in communi quoad omnes constituit, et acquirit omnibus eius regionis, aut populi ciuibus, neque certus est aliquis,qui præscribat,neque contra quem præscribatur.Præscriptio verò ei vtilitatem, et ius priuatim acquirit,qui pręscribit,et contra quendam priuatum instituitur,et dirigitur, et eius priuatum incommodum,*vt tradunt Abb.in cap. vlt.num.10.de consuet.Couar.in reg.possessor.2.par.§.3.numer.2.& lib.1.var.cap.17.num 8.vers.10.& latè Matienz.in in l.1.tit.7.lib.5.recop.gl.6 Molin.lib.2. de primog. cap.6.ex num.9.Io.Garz.de expens. cap.9. num.47. Gutier.Canonic.quæst.lib.2.quæst.21.num.68.& 69.*
23 *Grat.discept.forens.cap.561.ex num.24.*et sine possessione præscriptio non procedit,*l.sine possessionem*
24 *25.ff.de vsucap.*† Neque vltra præscriptio extenditur,quam possessio, cum certissima sit in iure regula,quæ docet,tantum præscriptum,quantum possessio,cum certissima sit in iure regula,quæ docet, tantum præscriptum,quantum possessum, *l. 1.§. Iulianus erit.*ibi, *quandousque ingressus est,eo vsque ei interdictum competere.ff.de itiner.actuq; priuat.vbi Bart.in §.si quis hoc interdicto. admanet,doctrinam illam semper esse notandam.cap. auditis. cap.cum olim.vbi not.Abb.de præscript.cap.quoad translationem.de offic.deleg.& optimè docet Ias.in l. 3.§.1.ex*
25 *num.25.ff.de acq.poss.* et quamuis † acquirens possessionem ex voluntate Domini per appręhensionē partis acquirat possessionem totius, *l.3.§.& adipiscimur.ff.de acq.poss.* acquirens tamen possessionē contra voluntatem Domini per appræhensionem partis solum possessionem illius dumtaxat acquirit non vero cæterarum partium, *l.quod meo.18.§ vlt.* ibi, *si cum magna vi ingressus est exercitus eam tantummodo partem,quam intrauit, obtinet. ff. de acq. poss.cap.cum in tua.de decim.& ibi Abb.in 2.& 3.*
26 *notab.*vt † in iurisdictione ex voluntate Domini acquisita per vnum iurisdictionis actum eius voluntate factum acquiri possessionem totius sed contra voluntatem Domini solum acquiri speciem iurisdictionis,circa quam actus versantur,*docet Bart.in d. l.1.§.si quis hoc interdictu.& post Alex.& alios se-*
27 *quitur Ias.vbi supra,inferens num.* 38. quod † præscripta iurisdictione contra voluntatem domini nō intelligitur præscripta potestas coercendi, secundū tex. notabilem *in cap.cum contingat de for. compet.*
28 *vbi notarunt Abb.& Card.*quamuis aliàs † iurisdictio sine aliqua coercitione sit inutilis, *l.vlt.* ibi, *quia iurisdictio sine modica coercitione nulla est.ff.de offic. eius,cui mand.est iurisd. cap.pastoralis ibi,eo quod iurisdictio illa nullius videtur esse momenti si coercitionem aliquam non haberet. de offic deleg.*Nā
29 † præscriptiones restringuntur ad actus, per quos exercentur,et proprios facti terminos non excedūt, *secundum Bald.in l.fin.numer.8.vers.vnum aliud.C. comm.vtriusq; iudic.Ias.vbi supra num 37. per tex. in d.l.1.§.Iulianus ait.ff.de itiner.actuque priuat.*Et
30 † in rebus,et iuribus distinctis,et separatis,quamuis existant sub aliquo iure vniuersali,veluti hæreditate, ex appræhensione vnius cęterarum nullo modo possessio acquiritur,*vt post gl.verb.quod autem. in fin.in l.3.§.1.ff.de acq.poss.docent. Bart.ibi nu. 4. Ias.num.30.per illum tex.l.1.§. veteres.l. prædia.ff.*
31 *de acq.poss.* Et generaliter † omnis præscriptio,et consuetudo contra ius commune nō extenditur extra rem,aut personam, quia versata fuit,quia ius cōmune per extensionem præscriptionis,aut consuetudinis non corrigitur,*vt latè tradūt post Innoc.Bart. & alios Ias.in l.de quibus. ex numer.14. ff de legib. Molin.lib.2.de primogen.cap.6.nu.21.Gutier.pract. lib.3.cap.77.& cons.1.numer.36. Bald.in addit.ad ad Suarez. in præm. legum fori. num.* 10. Et quia
32 † præscriptio in seruitutibus, et iuribus negatiuis non incipit,nisi à tempore prohibitionis,dum quis conatur aliquid facere,et alius vetuit,et prohibitus destitit,et acquieuit. *secundum gl.celebrem in l.qui luminibus.de seruit.vrban.præd.l.sequitur.§.si viam. ff.de vsucap.docent Suarez a leg.16.numer.3.Couar. lib.1.var.cap 9.num.2. & in reg. possessor.2.par.§. 4.num 6.Gutier.pract.lib.4.in.34.Ceual.qu.3.num. 2.Io.Garz.de nobil.gl 35.num.65.Gonz super reg.8. gl.5.§.6 num.37 Grat. discept.forens.cap.89.nu.13. Rot.dec.536 & dec.365.par.2.recent.* Consequens est contra Patres Societatis Iesu Vniuersitatē Cracouiensem nullam habere præscriptionem, neque immemorabilem, neque ordinariam, nec interdicto possessorio retinendæ vti posse, cum prædicti
33 Patres eius prohibitioni non acquieuerint,et † sine possessione interdictum vti possidetis non decernatur,*l.1.cum suis §.§ ff.vti possid. gl.& Bart.ibi,& in l.naturaliter.§ nihil.commune num.21.& 26.& Berengarius ibi præfat.4.num.8.ff.de acq.poss.Anton. Gomez in l.45.Taur.num.170.Menoch.de retin. re-*
34 *med.3.q.73.num.588.*† Nec remedio manutentionis propter iuris communis resistentiam, *secundum tex.in cap.sunt personæ.§.pænult.& fin. de priuileg. in 6. cap. primo. de præscript. in 6.lib.*præcipuè cum apud Vniuersitatem titulus non adsit,et ius cōmune publicæ vtilitati patrocinetur,vt optimè cōsiderat *Couar.per tex. in d.§. pænult.& fin. pract.c. 17.num.9 vers.quarto. Menoch.de retin. remed.vlt. num.24.*

Et cum priuilegium Sanct.me.Pij V.fuerit absq;
35 limitatione concessum,† non est dubium etiam futura Collegia Societatis Iesu compræhendere, *secundum tex.in l.si seruitus. 22. ff. de seruitut.vrban. præd.*cuius hæc sunt verba. *Si seruitus imposita fuerit lumina,quæ nunc sunt,vt ita sint:de futuris luminibus nihil caueri videtur: quod si ita cautum sit,ne luminibus officiatur,ambigua est scriptura,vtrum ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt, an etiam his quæ postea quoq; fuerint,& humanius est,verbo generali omne lumen significari, siue quod in præsenti, siue quod post tempus conuentionis contigerit.* Nam
36 † futuris ædificiis,quæ nondū sunt seruitutes acquiri,et imponi posse,*docet idem tex.in §.vlt.ibi,futuro quoque ædificio,quod nondum est,vel acquiri seruitus potest,l.fin.§.si seruitus vendicetur, l.labeo.10. ff.de seruit.rustic.præd.l.existimo.98.ff.de verb.oblig.cap.*
37 *ex parte 27.de decim.*vbi *gloss.*notat,† priuilegium trahi ad res futuras late prosequitur *Gōz.super reg. 8.gl.9.num.9.§.ex num.44.*

Neque obstat renūciatio,quę allegatur facta per

Pa-

39 Patres Societatis Iesu. Nam, † cum dispositio *tex. in cap. 1. & cap. quanto. de magistr.* publicam vtilitatem principaliter respiciat, et priuilegium Pij V. in fauorem Societatis Iesu fuerit principaliter concessum, non potuerunt Patres ei renunciare *ex reg. tex. in cap. si diligenti. de for. compet. l. ius publicũ ff. de pact. l. inter debitorẽ. ff. de arbitr. l. neque pignus. §. priuatorum. ff. de reg. iur. vt notabiliter tradit. gl. in d. cap. si diligenti. verb. pacto priuatorum Barbos. in l. §. eleganter. ex num. 21. ff. sol. matrim. & fuit resolutum coram bo. me. Buratto in Cesenaten. Indultorum 4. Decembris 1624.*

Et ita conclusum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. Durano

Romana Casalis.

Veneris 21. Iunij 1630.

SVMMARIA.

1 *Possessio probatur testibus, & locationibus effectuatis cum receptione pensionum.*

2 *Tutor, seu curator mortuo pupillo, seu adulto habet detentationem, seu custodiam rerum, donec rationem reddiderit, cuius vigore, quamuis non possideat, sed sit in possessione, competunt sibi remedia possessoria Iudicis officio, & num. 4. & seqq.*

3 *Possessorium summariissimum non tam veram, & propriam possessionem respicit, quam statum rei, qui erat tempore motæ litis.*

4 *Tutor finita tutela tenetur de periculo, & damno quousque fuerit minori, aut eius hæreditati curator datus, aut alias rationem reddiderit, & est interim manutenendus. & num. 6.*

5 *Pupilli morte possessio non dicitur vacans, sed remanere penes tutorem.*

6 *Possessio vacans non dicitur, vbi quis detinet, & custodia causa rei incumbit.*

7 *Possidens alieno nomine, seu iure pignoris, vel familiaritatis superueniente sibi causa extrinseca, hoc est titulo, puta, hæreditario, vel dotis censetur mutasse causam detentionis, seu possessionis absq; alia declaratione, & possidere iure proprio.*

8 *Decl. procedere data scientia noui tituli saltim præsumptiuè.*

9 *Immissionem petens fatetur se non possidere, vel possessionem amittit, si habeat. & num. 10.*

10 *Immissionis petitio, & mandatum ad eam petendũ in genere, intelligitur quoad bona non possessa. & num. 11.*

11 *Extensio ad præiudicialia fieri non debet.*

12 *Immissio petita cum clausula,* omni meliori modo *etc. quoad bona possessa intelligitur petita ad cõfirmandum, & confouendum antiquam possessionem, & potest sic de iure peti.*

13 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem in manutentione non sunt attendenda.*

Decisio CCCXXII.

FVit resolutum D. Alexandræ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Casalis Agustani, de quo agitur, non autem 1 D. Marchionissæ de Naximis, quia † anterior possessio Alexandræ, nempe dum viuebat Carolus, bene probatur per testes desuper examinatos, et ex locationibus affectuatis cum receptione pẽsionum, *Menoch. de retin. remed. 3. nu. 572. Gabr. de locat. cõcl. 4. num. 2.* cum tamen possessio Marchionissæ fuerit capta post mortem Caroli.

Non obstat, quod Alexandra possederit nomine Caroli, cuius ipsa erat tutrix, et pro tempore curatrix, et mortuo Carolo fuisse finitam tutelam, et curam, et consequenter possessionem, quam illius 2 nomine habebat, quia † tutor, aut curator finita tutela per obitum pupilli, seu adulti habet detentationem, seu custodiam rerum administratarum eamq; continuat, quousq; reddiderit rationem, cuius detẽtionis, seu custodiæ vigore, licet non possideat, sed solum dicatur esse in possessione, *l. si quis ante. ff. de acq. poss.* competunt ei nihilominus remedia possessoria officio Iudicis. *iuxta doctrinam Castr. in l. censemus nemini, num. 3. C. de sacrosanct. Eccles. Menoch. Eccles. Menoch. de recuper. remed. vlt. nu. 21. & in his terminis Couar. pract. q. cap. 17. num. 5. vers. sic ante, Menoch. de retin. remed. vlt. q. 1. nu. 15.* Et ratio est, 3 quia † hoc possessorium summariissimum, in quo versamur, *vt dixit Couar. vbi supra* non tam veram, et propriam possessionem respicit, quam statum illum rei, qui erat tempore motæ litis. Et propterea in tutore consideratur etiam particulare interesse, 4 quia † finita tutela tenetur de periculo, et damno, quousque fuerit minori, aut eius hæreditati curator datus, aut aliàs rationem reddiderit, *Gall. obser. 96. lib. 2. num. 3. Gutier. de tut. & cur. par. 2. cap. 39.* vbi quod tutori vnita tutela competit retentio pro suo interesse, *& ferè in his terminis Seraph. decis. 82.* vbi quod finita tutela non finitur interesse tutoris ratione cuius dicitur, detentor, et custos rerum pu5 pillarum, ita vt † per mortem Pupilli possessio non dicatur vacans. Vnde, Aut Alexandra petit manutẽtionem in summariissimũ ratione dictæ detentationis, et custodiæ pro suo interesse administrationis et ei non potest manutẽtio denegari ex supradictis non autem dari debet Marchionissæ, ex quo possessio, cui nititur, tradita ei fuit à Iudice, quatenus es6 set vacans, *vt in summario eius num. 5.* † dum autem Alexandra detinebat, et custodiæ causa rei incumbebat, possessio non erat vacans, *l. 2. §. vacuum. ff. de act. empt. vbi gl. in verb. possideant. & Seraph. vbi supra num. 5.* Aut vero Alexandra petit manuteneri titulo hæreditario vti hæres à Carolo instituta, et 7 pariter est manutenenda, quia † superueniente causa extrinseca, nempe titulo hæreditario visa fuit mutasse causam detentionis, seu possessionis etiam sine alia declaratione, *l. cũ nemo. C. de acq. poss. Bald. in l. pen. num. 1. C. de pignor. act. Socin. cons. 181. num. 5. vers. & eo maximè. lib. 2. Purpur. cons. 98. nu. 12. Bursat. cons. 9. num. 8. lib. 1. Ruin. cons. 61. num. 14. in fin. lib. 1.* vbi quod Colonus ex titulo superueniente mutat sibi causam possidendi, vt possideat nomine proprio, *Put. decis. 165. lib. 1. Surd. cons. 377. num. 7. Crescent. dec. 5. de restit. spol. Greg. XV. decis. 92. nu. 3. & ibi Add. Rot. dec. 43. num. 4. par. 2. diuer.* vbi quod possidens iure pignoris superueniente causa possidet nomine proprio, *& Rot. dec. 601. lib. 3. par. 3. diuers.* vbi quod vxor, quæ possidebat bona mariti iure familiaritatis superueniente causa mutat sibi naturã possessionis sine alia declaratione, vt possideat ex causa noua, *Adde Rotam in Alexandrina Archipresbyteratus 28. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

8 Minus obstat, quod † ad hoc, vt ex titulo superueniente præsumatur mutata causa possessionis, necessaria sit scientia noui tituli, *vt resoluit Rota apud Put. dec. 287. lib. 3. in nouiter impress.* quia, vltra in omnem casum Alexandræ debetur manutentio ex sola detentione, vt supra dictum fuit, satis probatur scientia noui tituli testamenti Caroli, ne dum præsumptiuè ex cohabitatione Alexandræ in domo Caroli, *Bald. cons. 392. numer. 1. lib. 1. Aym. cons. 193. & cons. 168. nu. 6.* sed etiam clare, ex quo Alexandra

xandra

xand ra intetfuit testamento, vt idem testamentum narrat, & in puncto *Aym.d.cons. 193.nu.7.vers.atque probatur.Hond.cons.83.num.85.lib. 1.*

Non obstat, quod, † cum Alexandra petierit immitti, videatur fateri, se non possidere, et quatenus possedisset, quod immo possessionẽ amisisset, *Mātic. dec. 20.num. 1.& Rot. dec. 174.num.5.par.4.diuers. & latè in Romana Hæreditatis de Cintys 15.Decembris 1623.coram R.P.D.meo Pirouano.* Quia est aduertendum, quod Alexandra, seu veriùs eius procurator non petierunt immitti in possessionem huius Casalis, sed in genere in possessionem bonorum hę-

10 reditariorum, Vnde † petitio immissionis, seu mãdatum ad eam petendom non extenditur ad hoc Calale, in cuius possessione iam Alexandra erat, quandoquidem retorquetur argumentũ, in quo petens immitti fatetur se non possidere, mãdatum ad petendum in genere immissionem non debet intelligi de immissione io ea bona, quę iam possidētur,

11 † ne fiat extensio ad præiudicialia, *iuxta reg.tex.in cap.cum in generali.de reg.iur.Castr.cons.336.num. 2.vers.3.quia. lib.1.& latissime Corn.cons. 225. lib. 2.per tot.* et in puncto mandati ad capiendam possessionem *Rot.in Placentina Bonorum 1.Iulij 1611. coram Lancellottu.* Et propterea in omnem casum cessat difficultas, quia immissio fuit petita cum

12 clausula, *omni meliori modo &c.* et †sic intelligitur petita ad confirmandum, et confouendum antiquã possessionem, prout de iure peti potest ex *multis, quos citat, & sequitur Menoch.de adipisc.remed.4.q. 44.num.348.& seq.*

Tandem non obstat prætensum fideicommissum Marchionissæ, et alia huiusmodi pro eius parte allegata, quia requirunt altiorem indaginem, ideo in

13 hoc iudicio non attenduntur.

Et ita etc.

R.P.D.Verospio

Anconitana Prędij

Veneris 29.Nouembris 1630.

SVMMARIA.

1 *Executio, & subbastatio nulla non aufert possessionẽ ei, qui se pro spoliatu non habuit.*
2 *Actiones vtiles translatæ in cessionarium præferuntur directis cedentis.*
3 *Cedens quãdo dicatur habere directas actiones inutiles.*
4 *Executio excessiua nec in parte debita substineri potest stante indiuiduitate decreti, quo concessa fuit.*
5 *Subbastatio, & deliberatio in vim decreti nulli, & excessiui, & ipsa nulla, ac excessiua dicitur.*
6 *Adiudicatio facienda est præuia peritorum æstimatione, & pro iusto pretiu.*
7 *Pretium iustum ex subbastatione ad effectum adiudicationis non probatur.*
8 *Creditor vti tertius ad licitandum non admittitur, nisi in defectum aliorum oblatorum, vel post alios omnes oblatores.*
9 *Prætio iusto præsumitur res vendita, quæ plus offerenti deliberata fuit.*
10 *Pignus subbastandum exponi debet sub manu Prætoris auctioni.*
11 *Pecunia præsenti opus est ad subbastationis validitatem.*
12 *Decl. vt hæc tamen solemnitas possit per creditorem remitti.*
13 *Subdeclara quoad proprium interesse, & summam sibi debitam, alias secus.*
14 *Subdeclara vbi consensus interuenerit in actu deliberationis, aliàs secus.*
15 *Census debitor cogi non potest ad illum redimendum.*
16 *Subbastatiu fieri debet auctoritate Iuditis.*
17 *Citandus est debitor in impetratione secundi decreti.*
18 *Cessionarius potest prosequi iuditium cedentis, & obtinere manutentionem ex ipsius possessione, & iure sibi cesso.*
19 *Possessio cessa ex contractu, & constituto, non ex vltima voluntate, non potest cedere mortuo considerati vti possessio defuncti, quæ iam propterea desierit, & ad hæredem non transeat sine noua apprehensione, sed potest ex ea cessionarius ex propria persona manutentionem petere.*
20 *Retentio datur pro vero creditu etiam data nullitate adiudicationis.*
21 *Decl. procedere in spolio iudiciali, & in re, quæ aliàs a creditore sine vitio possideretur.*
22 *Iudex in subbastatione, & deliberatione citationem omittens dicitur spoliare, & vti priuatus procedere.*
23 *Retentioni locus est, vbi res data est nulliter vel in solutum, vel in pignus pro illo debito, secus si aliter occasione illius debiti ad creditorem peruenerit.*
24 *Retentioni locus non est, vbi creditum non est liquidum. & num.27.*
25 *Cessionarius eadem persona censetur cum cedente.*
26 *Executio, & deliberatio nulla, & inuisa non priuat primum possessorem sua possessione, nec dat dominium creditori.*

Decisio CCCXXIII.

HOC dubium, in quo manutentionem petebat Clarix Ferretta tamquam spoliata possessione prędij à filiis, & hæredibus Zachariæ Coeserani, cum ad instantiam ipsius Claricis sæpius proposuerim, hodie ea vita functa iterum proposui ad instantiam Aloysii, qui ex eodẽ iudicio à matre instituto manutentionem etiam petebat tamquam donatarius eiusdem prædii, cuius possessione dicebat Clarix se spoliatam. Et cum proposita primum causa 18. Iunii 1629. voluissent Domini videre de bono iure Claricis, vtrumq; articulum hodie resoluerunt, quod scilicet appareat Aloysio manutentio.

Et huius quidem iuris ipsius Claricis probationem responderunt Domini desumi ex ipsa executione, et subhastatione, † quæ cum defendi non

1 possent ab innumeris nullitatibus, neq; potuit per ipsas auferri possessio à Clarice, quæ se pro spoliata non habuit, *l.iuste possidet. & ibi gl. ff. de acq. poss. c. præsentium. vbi etiam glos.in fin.7.q. Bald.in l. fin.in primo notab.C.vnd.vi.Put.dec.419.lib.2.* cum enim ex causa æris alieni, cuius Clarix debitrix erat Zachariæ Coeserano, coacta fuisset imponere duos annuos census, quos pretio scutorum 450. vendidit Hieronymo Tellino, cumque eosdem census cessisset Tellinus Zachariæ, qui deindè declarauit, illos quæsitos à se fuisse ex pecuniis Equitis Iacobi Scacchi sui soceri: Vel post cessionem factam Scaccho non poterat ab eisdem filiis, et hæredibus Zachariæ obtineri ex propria persona mandatum, cum directæ actiones, quæ solum erant apud Tellinum

2 emptorem illis suffragari non possent, et † vtiles, quæ post cessionem in Scacchum transiuerunt, præferri deberent directis, *Bald.in l.1.nu.3 1.C.de alt. & oblig. Aym. cons.191.num.3.Cros.cons.83.nu.14. lib.1.*

lib. 1. Rebuff. de cess. act. art. 1. gl. 4. vers. sed debitum. Osasc. dec. 45. num. 7. Guid. Pap. dec. 430. num. 1. imò, 3 † quia in ortu directarum astrictus fuerat Tellinus ad cedendum eidem Scaccho, ex cuius pecuniis cēsus empti fuerant, directæ actiones effectæ fuerint penitus inutiles apud ipsum cedentem, *Bald. in ead. l. 1. in 5. q. C. de act. & oblig. Bart. in l. facta. §. si heres num. 3. ff. ad trebell. Guid. Pap. decis. 567. numer. Rot. dec. 433. num. 3. par. 2. diuers.* vel, licet iidem filii, et heredes Zaccharię dici possent, vt nomine ipsius Equitis Iacobi Scacchi agere potuerint, et vt illi tamquam cessionario solueretur, non tamen eisdem licuerit integram sommam eorumdem fructuum petere, qui vtiliter Scaccho tamquam vero domino census fuerant soluti per Claricem, et hinc ap-4 parebat de excessu executionis, et † ratione indiuiduitatis decreti, quo eadem executio concessa fuit, neque illa poterat in parte substineri, quę vere eidē Scaccho debitu esset, *l. 1. §. hac verba. ff. ne vis fiat ei. Bart. in l. si non sortem. §. si certum. ex qua etiam omnes idem notant. ff.* de cond. indeb. *num. 7. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam, num. 7. ff. si cert. petat. Put. dec. 323. num. 2. lib. 1. Rot. coram Ludouis. decis. 198.* 5 *num. 1.* et † inferebatur etiam ad nullitatem subhastationis, et deliberationis, ad quas vigore eiusdem decreti processum fuit, *Capic. dec. 51. num. 2. Rot. in Romana Spolij 21. February, & 5. Maij 1600. coram Iusto in recent. dec. 545. num. 6. par. 2.* et in his omnino terminis de creditore, qui ex cessione sibi facta obtinuerat subhastari vineam pro maiori credo, quam esset ius auctoris *in Romana Vinea 3. Aprilis 1598. coram Orano.*

Sed ideò forte actum fuit nomine cedentis, vt supposita persona posset Scacchus prædium emere, super quo ad sui ipsius instātiam fiebat executio, nā illud venditum fuit à filiis, et hæredibus Zaccharię eidem Hieronimo Tellino, cui primum fuerunt vēditi à Clarice hi census, et ab ipso Tellino cessum deinde ipsimet Scaccho cum eadem declaratione, quod ex illius pecuniis emptum à se fuerit. Verùm hæc personarum mutatio, siuè vt agerent pro fructibus census, siuè quibus fieret deliberatio, efficere nō potuit, quin eadem semper esset persona Scacchi agentis, et ementis. Et alter etiam defectus ex hac rei gestæ ferre colligebatur, quia, vel non nisi per viam adiudicationis, et à Iudice potuisset idē Scac-6 chus prædium obtinere ratione sui crediti, et † opus tunc fuisset peritorum æstimatione, cum pro iusto 7 pretio debuisset fieri adiudicatio, † quod ex subhastatione hoc casu non probatur, *l. 2. C. si in caus. iudic. Bart. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. Affl. dec. 358. num. 4. Vinc. de Franch. dec. 57. num. 7. Rot. in Romana Domorum de Ronciduibus 17. Iuny 1615. coram bo. me. Buratto.* Vel etiam quod tamquam tertius admitti voluisset ad licitandum, tamen id non 8 potuisset, nisi † aut in defectum aliorum oblatorum, *vt probatum videtur ex eadem l. 2. & 3. C. si in caus. iudic. vbi notant. Bald. num. 2. Salic. numer. 1. Afflict. ead. dec. 358. num. 5. Rot. in Mediolanen. Euictionis 4. Februarij 1600. coram Cardinali Mellino*, aut certe post alios omnes oblatores, cum ideò in subhastatione non sit opus rei æstimatione, vt agnoscendo differentiam inter primum, & hunc posteriorē casū distinxit, *Surd. cons. 256. num. 6. & cons. 39. num. 26. Castr. cons. 156. num. 1. Rot. coram Ludouis. decis. 12.* 9 quia, † cum res deliberatur plus offerenti, præsumitur vendita pro iusto pretio. Et neq; hoc casu id fa-10 ctum fuit, cū non constet, † vt exposito pignore sub manu Prętoris alij oblatores comparuerint, et omnium postremus Scacchus auctionem fecerit *iuxta formam traditam per Doctores in l. ordo. C. de execut. rei iudic. & in l. si quis. C. de rescind. vend. Alex. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. num. 11. de re indic. & notat. Iodoc. de Demander in compend. subhast. cap. 3. num. 7.*

Tertius etiam defectus ex eodem fonte sequebatur, cum nullo modo substineri posset obligatio, quam fecit Tellinus in actu deliberationis soluendi ipsis de Coeseranis creditoribus fructus eisdem debitos à Clarice, et residuum aliis eiusdem Clari-11 cis creditoribus. Cum enim † ad validitatem subhastationis opus fuisset præsenti pecuniā, *l. à Diuo* 12 *Pio. §. sed si emptor. ff de re iudic.* licet † hæc solemnitas remitti potuerit de consensu eorumdem de Coeseranis, siuè de consensu Scacchi veri creditoris, *Imol. in l. à Diuo Pio. §. sic quoq. num. 3. ff. de re iudic. Castr. in l. eleganter. §. si vendiderit. nu. 2. de pignor. act. Rot. dec. 464. num. 1. par. 2. recent. coram Ludouis. dec. 23. num. 5. & dec. 430. nu. 4. & in Perusina Do-*13 *tis 1. Iuny 1594. coram Penia*, † non tamen potuit hic consensus operari vltra summam eidem creditori debitam, atque ita in præiudicium ipsius Claricis, siuè aliorum creditorum eiusdem Claricis, quibus se Tellinus obligauit soluere quidquid sibi reliquum esset, postquam satisfactum à se fuisset Coe-14 saranis, præterquam † idem consensus neq; suffragari poterat, nisi in ipso actu deliberationis interuenisset, *Rot. in Asculana Terrarum 22. Iunij 1601. & in Camerinen. Spolij 15. Iunij 1609. coram Cardinali Sacrato, & coram Ludouis. dec. 28. num. 2.* et eadem obligatio neque poterat substineri in præiudicium ipsius Claricis, quatenus continebat obligagationem redimendi census super eodem prædio 15 impositos, † ad quod nullo iure ipsa Clarix cogi potuisset,

Demum preter alias nullitates, quas eadem executio continebat, neque in subhastatione, & declaratione vnquam fuerat Clarix citata, immo neque ad eandem subhastationem deuentum fuerat auctoritate Iudicis, sed priuata creditoris, qui missus in possessionem ex primo decreto rem solo iure pignoris detinebat. Ex quibus cum nunquam amissa 16 fuerit rei suæ possessio per Claricem, vt † de subhastatione auctoritate Iudicis facienda ex *tex. in l. 2. C. si in caus. iudic. & tradit Afflict. ead. dec. 358. nu.* 17 *4.* et † de citatione in impetratione secundi decreti, ex quo priuatur debitor rei suę dominiō, habetur *in l. creditor. 4. C. de distract. pignor. & notat Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione. num. 4. ff. de re iudic. Afflict. ead. dec. 358. num. 3. Rot. in Romana subhastationis 10. Maij 1623. coram bon. mem. Buratto, & dec. 476. num. 4. par. 2. recent.* ex eiusdem Claricis persona dixerunt Domini debitam esse manutentionē 18 Aloysio illius filio, qui, † cum idem iudicium à matre institutum prosequeretur, poterat agere, et obtinere eodem interdicto ex iure sibi cesso, *Io. Fab. in §. retinendæ. num. 9. Inst. de interd. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gl. 3. nu. 17. Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 62. Guid. Pap. dec. 552. nu. 3. Rot. in Bononien. de Carnulibus 11. January 1602. coram Pamphilio, in Beneuentana Census 9. Iuny 1594. coram Corduba, in Anconitana Bonorum 2. Maij 1620. coram D. meo Pirouano*, et generale esse, vbicumque vtilis actio euelitur de corpore directæ, *dixit Bald. in cap. licet causam. num. 34. de prob.* ac discusso articulo tenuit 19 *Nicol. Noalis de transmiss. cas. 40.* Immo, † cum eadem possessio fuerit illi cessa ex contractu, non autem ex vltima voluntate, non poterat illa considerari tamquam possessio defuncti, et quę iam esse desierit, cum ad hæredem transire debebat, quo casu noua appræhensione opus esse in hærede, *traditur in l. cum hæredes. ff. de acq. poss.* sed poterat etiam ex propria persona peti ab Aloysio manutentio, cum tunc eius nomine voluerit, et se constituerit Claris possidere, cum verè eādem possessionem retineret, *Alex. in ead. l. cum hæredes num. 9. ff. de acq. poss. Rot. in Florentina Subdiaconatus 27. Ianuarij 1627. corā D. meo Durano.*

Neque hanc manutentionem debitam Aloysio

siuè

siuè ex propria, siuè ex matris persona dixerunt Domini impediri posse per exceptionem retentionis, quam Camilla Iacobi Scacchi filia, et hæres opponebat. Vt cum soluisset idem Iacobus parens, et cessionarius Tellini nó solum eam summam, ad quam se ipse Tellinus in deliberatione obligauerat, sed longe maiorem pluribus eiusdem Claricis creditoribus, ex cessione iurium sibi facta ab eisdem cre-

20 ditoribus Claricis, et cõpeteret eidẽ retentio, † quę datur pro vero credito, etiam data nullitate adiudicationis, *ex traditis per Doctores in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Surd. decis. 46. num. 7. Rot. coram Cardinali Caualer. 543.* huic enim exceptioni adhuc plura visa fuerũt Dominis obesse, ex quibus excluderetur hoc ius retentionis; Immo neque probatum dici posset creditum aliquod Iacobi, ex cuius causa illi hæc retentio competeret. Non solũ

21 enim dispositio *tex. in d. §. si centum.* † procedebat in spolio iudiciali, et in re, quæ præter Iudicis auctoritatem possideretur à creditore sine vitio, *l. 1. §. redigitur. & ibi gl. & Bart. ff. quor. legat. Bald. in l. fundas, qui Lucij Titij. 9. ff. de resciad. vendit. Neguf. de pignor. 2. memb. 3. par. princip. num. 20. & memb. 4. 5. par. num. 1. Cremens. singul. 93.* vt sine dici non poterat retineri hoc prædium à Camilla, cum pri-

22 uata auctoritate facta fuit subhastatio, immo † etiã in spolio iudiciali tamquam priuatus processisset ipsimet Iudex omissa in subhastatione, et deliberatione citatione Claricis, *Bald. in l. 1. in princ. C. de carbon. edict. Soccin. in L. lastũ possidet. nu. 8. ff. de acq. poss. Neguf. de pignor. 2. memb. 3. par. princ. num. 22. Soccin. sen. cons. 158. num. 16. Soccin. Iun. cons. 18. nu. 11. Gabr. de acq. poss. concl. 1. num. 43. & 90. Menoch. retaper. poss. remed. 8. num. 19. & fuit dictum in Romana Spolij 28. Iunij 1628. & 14. Maij 1629. coram me.*

23 Sed adhuc † dato spolio iudiciali nó poterat retentioni locus esse, cum neque ex causa ipsius adiudicationis, quæ nulla proponeretur, sed ex cessione sibi facta à Tellino hoc prędium Scacchus possideret, *vt declarat se idem Bart. in d. §. si centum num. 8. ff. de cond. indeb. Surd. ead. dec. 46. num. 12. Castr. in l. petenti. num. 3. ff. de pignorat. act. Neguf. de pignor. 4. memb. 3. par princ. num. 4. Rot. dec. 115. num 3. par. 2. diuers. in Romana Spolij 27. Ianij 1620. coram bo. me. Buratto, & in his omnino terminis in Romana Domus 24. Maij 1615. coram bo. me. Vbaldo.* Neque creditũ, ex cuius causa eadem retentio petebatur, liquidum

24 dici posset, † vt etiam requirebatur, *Rot. in d. Romana Spolij 27. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Buratto, in Maceraten. Saluiani 12. Maij 1608. coram Mãzanedo, coram bo. me. Greg. dec. 254. nu. 3. & dec. 43. num. 2. par. 2. recent.*

Hoc enim creditum, quod sibi Camilla petit cõpensari, si consideretur respectu censuum, qui extincti fuerunt per Iacobum iuxta obligationem Tellini, illud non potest dici liquidum, cum neq; vtili negociorum gestorum actione ipse Iacobus obtinere posset ex causa earumdem solutionum, quas Clarix in vita facere non cogebator, neque ex cessione, quam habuit à creditoribus eorumdem censuum, cum hæc exceptio, quæ Clarici competebat contra eosdem creditores, possit etiam ab ipsa opponi cõ-

25 tra Iacobum cessionarium, † qui in omnibus censetur eadem persona cum ipsis creditoribus, à quibus cessionẽ obtinuit, *l. emptor. C. de hæred. vel act. vend. Bald. in l. & hæredi. 22. §. 1. n. 8. ff. de pact. Bero. cons. 32. num. 46. lib. 2. Rot. coram bon. mem. Cardin. Caualer. dec. 539. num. 3.* et demum neq; sustineri posset hæc.

Sortia restitutio, quasi facta fuerit, vt liberaratur proprius fundus, qui eorum censuum onere grauatus erat, cum † stante nullitate, et iniustitia execu-

26 tionis, ac deliberationis, neque eiusdem fundi possessione fuerit Clarix priuata, neq; illius dominiũ acquisitum creditori, *vt in his etiam terminis considerauit Rot. in Fauentina Bonorum 10. Iunii 1595. coram Corduba.* Si vero idem Iacobi creditum consideretur respectu fructuum, quos soluit ex causa eorumdẽ censuum, et licet iidem fructus dici possint liquidi, quia tamen percepit etiam Iacobus fructus ex hoc prædio, cuius hodie petitur restitutio, ex ea fructuum perceptione turbatum adeò fuit creditũ quod deducebat ex fructibus à se solutis, vt eorum causa neq; possit retentio competere, cum sine noua liquidatione, in qua habeatur etiam ratio fructuũ,

27 qui ex prædio collecti fuerunt, † iidem fructus soluti ab ipso Iacobo liquidi dici non possint, *vt etiã ad hunc effectum retentionis dictam fuit in Anconitana Bonorum 1. Martii 1613. coram D. meo Pirovano, inter recent. dec. 433. num. 4. par. 2. coram bo. me. Card. Caualer. dec. 539. num. 7. & in Romana Syluæ, siuè crediti dotalis 21. Iunii præteriti coram me.* Preterquam respectu fructuum, quos dicit à se fuisse solutos Coesaranis vix potest applicari, vt ex ea solutione effectus fuerit Iacobus creditor Claricis, cum potius, dum ipse erat verus creditor eorumdẽ fructuum, et eiusdem Claricis debitum, et propriũ creditum extinxerit.

Et ita etc.

Reuerendissimo Domino Coccino Decano

Firmana Domus

Veneris 23. Maij 1631.

S V M M A R I A.

1. *Possessio auctoritate Iudicis capta est manutenibilis.*
2. *Locatio optimè probat possessionem contra conducta rem.*
3. *Causam possessionis quis mutare potest ex nouo titulo superueniente.*
4. *Manutentio non debetur ei, qui facto suo cecidit à possessione.*
5. *Subhastationem factam ad alicuius instantiam probatur ex breui illius nomine obtento.*
6. *Impensa facit præsumere, gratiam fuisse obtentam ad instantiam impedientis.*
7. *Lim. nisi plures Oratores.*
8. *Lim. procedere in rescripto gratiæ, secus in rescripto iustitiæ.*
9. *Comparitio facta per assertum procuratorem non nocet principali non constito de mandato.*

Decisio CCCXXIV.

1 FVit per DD. resolutum, Equiti Torquato de Nobilibus dandum esse mandatum de manu tenendo, cum † de illius possessione constet ex adeptione per eum facta vigore Sententiæ latæ in Saluiano in sui fauorem, *Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 20. in fine ff. de acq. possess. s. m. Gregorius dec. 582. num. 2. & 5. vbi Addent.*

2 *Card. Sancti Eusebii dec. 62. num. 3.* et † cum agatur contra conductorem eadem possessio optimè contra ipsum probatur ex ipsamet locatione, *Bart. in l. quadam mulier. num. 1. ff. de rei vendic. Rot. dec. 1. de rei vendic. in antiq. Gabr. de locat. conclus. 4. num. 14. Idem Cardinalis S. Eusebii dec. 446. num. 1. Rot. dec. 573. n. 5. par. 2. recent.*

Neque obstat subhastatio, et deliberatio facta ad 3 fauorem conductoris, † qui propterea potuit sibi mutare causam possessionis, *Put. decis. 165. num. 4. & 5. lib. 1. in correctis.* vnde ipsi, & non equiti Tor- 4 quato, danda est manutentio, † cum idem eques facto à possessione ceciderit, *Menoch. de recuper. remed. 15. num. 95. Gratian. discept. 503. num. 27. & seqq.*

Nam huic fundamento fuit responsum, non probari d. subhastationem fuisse factam ad Instantiam 5 dicti Equitis Torquati, † nec id posse probari ex eo, quod Breue Commissionis fuit obtentum etiã illius nomine *iux. dec. Put. 24 lib. 1. in correctis, & in Burgen. de Calas. 20. Nouembris 1613. coram bo.* 6 *mem. Francisco Vbaldo*, quia, cum † hoc deducatur 7 ea impensaad *dec. 70. numer. 6. par. 2. recent.* † hæc præsumptio cessat, cum fuerint plures oratores, *vt fuit resolutum in causa Colimbrien. Sponsalium 26. Octobris 1616. coram bo. me. Buratto*, & vlterius per Procuratorem illorum de Cecchijs fuit articulatũ, quod expensæ Breuis fuerint factæ per dictos de 8 Cecchijs, vt statim dicetur, † eoq; magis hoc procedit, cum agatur de rescripto Iustitiæ, & non gratiæ, quod potest se habere ad commodum, & incõmodum imputantis, & ideo tanto magis minus præsumitur mandatum, *vt in dec. 529. num. 5. par. 1. recent. Seraph. dec. 560. nu. 3.*

Minus etiam hoc potest probari ex eo, quod in principio Iudicij comparuit Hector nomine Equi- 9 tis, † quia non constat de illius mandato, & veritas detegitur, quia instantia facta pro sententia subhastationis fuit facta solum ad instantiam illorum de Cecchijs, secũdo Hector tamquam procurator dd. de Cecchiis produxit articulos nulla facta mentione Equitis Torquati, interquos articulos ponuntur expensæ factæ à prædictis de Cecchiis pro expeditione Breuis, & omnia acta, & instantiæ factæ vsque ad sententiam fuerunt factæ nomine eorumdem de Cecchiis, nunquam nominato Equite Torquato, prout non fuit nominatus in sententia subhastationis, neque etiam in deliberatione, vt appellatio interposita à d. sententia fuit tamquam lata ad fauorem dd. de Cecchiis.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. Verospio

Narnien. Successionis

Mercurii 8. Iunii 1631.

S V M M A R I A.

1 *Conductor legitimus ad retardandam immissionem ex remedio* l. fin. *non dicitur, qui possessionem non ostendit, etiam quod habeat anteriorem hypothecam.*

2 *Mulier habens hypothecata bona viri pro dote, illo mortuo, si in possessione non existat, debet dotis satisfactionem petere ab hæredibus, & contra illos actionem dirigere.*

3 *Tertius ex causa solius hypothecæ non impedit executionem rei iudicatæ, quæ non sit contra se, sed contra alium. Ampl. vt num. 16.*

4 *Tertij præiudicium non consideratur in executione sententiæ super re, cuius possessio non vacat, cum sua non intersit contra vnum magis, quam contra alium de suo iure experiri.*

5 *Possessio, vti in facto consistens, probari debet, non autem præsumitur.*

6 *Testes fidem non faciunt, si sint recepti sine partis citatione,*

7 *Vel si sine Iudicis auctoritate.*

8 *Possessio iure familiaritatis, & nomine alterius non suffragatur ad effectum retentionis, tamquam carens animo, qui ad acquirendam possessionem requiritur.*

9 *Vxor viro solum viuente dicitur iure familiaritatis possidere bona possessa per ipsum virum, secus post viri mortem, vbi adsunt filij, & viget statutum de continuanda in eos possessione. & sub num. 13.*

10 *Potentior est virtus, & factum legis, quam hominis.*

11 *Mater suscipiens tutelam filij, & illius nomine adiens hæreditatem, & inuentarium conficiens dicitur possidere fauore pupilli, non nomine proprio.*

12 *Mulier post mortem viri potest, & præsumitur mutasse causam possessionis, quam ad se sine vitio peruenit.*

13 *Lim. secus quoad bona, quorum possessionem nunquã potuit mulier habere, vt respectu statuti continuã iis possessionem in hærede, vel aditionis facta per alterum, vel vbi mulier cæpit alterius nomine possidere, dum illi iam superuenerat certus titulus.*

14 *Animus requiritur in mutatione causæ possessionis.*

15 *Animus iam declaratus non potest noua declaratione in præiudicium alterius reuocari.*

17 *Tertius habens interesse, qui sciuit causam tractari, & post sententiam non appellauit, censetur sententiæ acquieuisse, & voluisse appellationi renunciare.*

18 *Tertius appellare non potest post secundam sententiam appellationis contra principalem latam, si ante prolationem sciuerit de suo iure tractari.*

Decisio CCCXXV.

POST immissionem, quam obtinuerunt Helena, & Magdalena de Narlinis super possessione bonorum Andreæ Patris, & Iacobi fratris, eidem immissioni se opposuit Cleris Cardona, quæ ex causa dotis à se datæ Petro alteri filio Andreæ, ex cuius dotis causa habebat hypothecata tam bona Petri sui viri, quam Andreæ Soceri, qui pro restitutione eiusdem dotis etiam se impedire conabatur immissionem eisdem hæredibus, petẽdo retẽtionem eorumdem bonorũ, super quibus fuerat eisdem hæredibus concessa immissio, donec de sua dote sibi satisfieret, *Iuxta doctrinam Bart. in l. filio familias. num. primo ff. solut. matr. Castr. in l. diuortio. §. ob donationes. num. 4. ff. solut. matr. quos referunt, & sequuntur Bald. nouel. de dot. par. 8. priuil. 2. nu. 1. Negus. de pignor. 4. membr. 5. par. prin. num. 5.* hanc tamen exceptionem, quam coram R. C. proposuerat ad impediendam executionem mandati Rotalis nõ putarunt Domini prodesse eidem Cleriæ, cum post auocatam causam ex rescripto signaturæ à Tribunali ipsius A. C. mihiq; commissam proposuissem hodiè dubium, An executioni eiusdem mandati obstarent exceptiones ipsius Cleriæ.

Eam enim exceptionem, quã solum poterat deducere, anterioris hypothecæ, negarunt Do- 1 mini hunc titulum illi præstare, dum † aliquam possessionem eadem Cleris non poterat ostendere, quæ ipsam constitueret in eo statu, & sustineret partes legitimi contradictoris pro retardanda immissione, quam petebant Helena, Magdalena hæredes, *vt notatur in l. vlt. C. de edict. Diu. Adr. tolend. & post alios per Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 373. Card. Seraph. dec. 29 num. 1. & dec. 37. numer. 2. Rota* 2 *coram Ludouisio dec. 514 num. 3.* cum immo † hoc casu eiusdem dotis satisfactionem ab ipsis hæredibus

bus expectare, & consequi tenetur, & solum contra illos possit actionem dirigere, Iux. dispositionem l. dotis actione C. solut. matrim. & notant ibi Bar. num. 2. Bald. num. 2. Rol. cons. 77. num. 34. & seq. lib. primo sicut generaliter id constitutum est etiam in quolibet tertio, 3 † qui ex causa solius hypothecæ impedire velit executionem rei iudicatæ, quæ non sit contra se, sed contra alium causata, vt in l. si is, à quo. cum l. seq. ff. de rei vendic. & notat. Bart. & alij in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. num. 3. ff. de re iudic. Couar. pract. qq. cap. 16. num. 4. in fine Menoch. cons. 48. num. 70. Rota dec. 604. num. 2. par. 1. recent. nam etiam in hoc casu hoc idem suadebat ratio, quam in eodem tertio Doctores considerant, vt scilicet 4 † considerabile non sit illius præiudicium, dum non vacat possessio, & sua non potest interesse contra vnum magis, quam contra alium de suo iure experiri, Bart. in l. cum idem. 6n. num. 1. ff. de pet. hæredit. & in ead. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. num. 3. ff. de re Iudic. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 573. Vant. de nullit. ex defect. process. tit. quis possit dicere de nullit. num. 23. Milanen. dec. 12. num. 120. lib. 2. Surd. dec. 61. num. 3. & 14. Cas. de Grass. dec. vltima num. 4. de verbor. signific.

Hanc verò possessionem, quæ necessario deberet ostendi, 5 cum † tamquam ea, quæ in facto consistit non præsumatur, l. prima §. si vir vxori. ff. de acquir. poss. l. denique ff. ex quib. caus. maior. Cardin. Seraph. dec. 773. num. 14. non putarunt Domini probatam dici posse ex testibus, qui super eiusdem possessionis probatione examinati fuerūt in partibus, cum, 6 licet † fidem aliquā facere non possent ijdem Testes, qui & sine partis citatione recepti fuerant, gl. in l. si quando. §. sed cū opportet. in verb. noluerint. C. de testib. cap. 2. & ibi Abb. numer. 6. fel. num. 3. de testib. Crescent. dec. 2. num. 5. eodem tit. & † sine Iudicis auctoritate, Auth. apud eloquentissimum. C. de fide Instrum. gl. in auth. vt defuncti suo funera eorū. §. illud etiā in verb. testibus. Angel. in auth. de testib. §. & quoniam. num. 28. non etiam qui squam iidem Testes concludebant, dum eadem Cleriæ possessio colligebatur solum fuisse iure familiaritatis, & ab 8 ipsa retenta nomine Andreæ Iun. sui filij, † quæ non poterat hoc casu suffragari tamquam in ea, quę licet haberet insistentiam corporalem, carebat tamen animo, qui etiam requiritur ad acquirendam possessionem, vt dicit Iuris Consult. at in l. qui iure familiaritatis. ff. & in l. prima §. adipiscimur. ff. de acq. poss. Put. decis. 287. lib. tertio, & dictum fuit in his terminis in Spoletana bonorū 22. Aprilis 1616. 9 coram bonæ memoriæ Buratto. Cum enim † huiusmodi possessionem solum habuisset Cleriā viuente Petro suo viro, vt de muliere id notant ex eadem l. qui iure familiaritatis. Rom. num. tertio Imol. num. tertio Alex. num. 6. eodem modo apparebat etiam post eiusdem viri mortem non fuisse in ipsa eamdem possessionem continuatam, quia in bonis Andreæ sen. sitis in Vrbe non potuit dari temporis aliquod interuallum, quo potuerit interuerti possessio Andreæ Iun. in quem tamquam filium Petri ipso iuris ministerio propter dispositionem statuti con-10 tinuata fuit sui potius possessio, quasi † potentior sit virtus, ac factum legis, quam factum hominis, vt in his terminis concludunt Ias. cons. 85. vol. tertio Bald. cons. 454. num. tertio lib. primo in bonis vero existentibus Narniæ quæ ab Andrea Sen. ad Iacobum, & Petrum illius filios, ac postmodum Iacobo vita functo ad solum Petrum peruenerunt, hoc ipsum declarauerat ipsa mea Cleria, dum suscepta tutela Andreæ Iun. sui filij, & hæredis Petri illius nomine adiuit Patris hæreditatem, et illius 11 nomine inuentarium confecit, cum † omnes hi actus non solum ostendere possent possessionem fauore sui pupilli, ad notata per Bart. & alios in l. vltima §. licentia. C. de Iur. deliber. & in l. vltima. C. arbitr. Tut. Peregr. de fideicomm. artic. 44. num. 2. & fuit dictum in Bonon. fideicommissi de Lambertinis 20. Febr. 1612. coram bo. me. Manzanedo, et immo sine alia declaratione præsumeretur, vt potius suo, quam proprio nomine possessionem cōtinuare voluerit hoc casu, quo in eorumdem filiorum cura successit, vt fuit dictum in Spoletana bonorum 22. Aprilis 1616. bo. me. Buratto, et in casu, quo adsit hæres institutus, consuluit Dec. cons. 231. num. secun-12 do Gozzad. cons. 99. et licet verum sit, † mulierem post mortem viri posse sibi hanc causam possessionis mutare, immo possessionem, quam habebat viro viuente iure familiaritatis censeatur sine aliqua declaratione sibi mutasse, et iure proprio retinere, postquam eadem possessio ad se peruenit sine vitio, iuxta opinionem Dec. in cons. 400. numer. 5. quam opinionem seruat Rota, vt per Put. dec. 441. lib. primo Achilles dec. dec. 4. de caus. poss. & propr. & in dec. 580. num. 3. lib. 3. par. 3. diuers. decis. 557. num. secundo par. 2. recent. coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 67. numer. 4. & in alijs cumulatis per Add. 13 ad dec. Gregor. 446. numer. 15. † non tamen id procedit in bonis, quorum possessionem nunquam potuit mulier habere, Gabr. cons. 34. vol. 1. Io: Gattier. cons. 19. num. 16. et in his terminis, eum scilicet propter dispositionem statuti continuantis possessionem in hærede eadem possessio nunquam vacauit, fuit dictum in Romana Farni quiota Iany 1617. coram Cardinali Caualerio inter Impress. decis. 429. num. 2. aut postquam hæreditas ab aliquo fuit adita Gabr. d. cons. 34. numer. 4. vol. primo. Burjatt. cons. 8. num. 15. & cons. [illegible] num. [illegible] primo. Rol. cons. 77. numer. 34. cum seqq. vol. primo, et multo minus, postquam, sicut contigit hoc casu, cæpit mulier alterius nomine possidere, quia, cum adesset, et esset certus hic titulus dotis de tempore, quo possessionem poterat Cleria proprio nomine continuare mutato 14 solum titulo, et causa possidendi, † animus, qui in in hac mutatione possessionis requirebatur, iuxta distinctionem Put. in dec. 287. nu. 5. lib. 3. declaratus fuit ex actibus contrarijs factis fauore ipsius pupil-15 li, † quem nō debet propterea licere eidem Cleriæ noua declaratione in præiudicium ipsius pupilli reuocare.

Ex alio etiam capite neque visum fuit DD. retardari posse immissionem ad fauorem hæredum, 16 cum † non posset Cleria negare scientiam, quam habuit huius litis, dum non solum semper in hac causa comparuit, et iura sui pupilli defendit, sed, cum in omnibus actibus semper fuerit citata pro suo iure, et interesse, quo casu etiam id volunt Doctores, vt, licet tertius rem possideat, quę petitur, in executionem rei iudicatæ non possit se opponere, Bar. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. nu. 3. Alex. nu. 24. ff. de re Iudic. idem Bart. in l. si pro Lusorio. §. sed & agere. n. 3. ff. de appell. Inn. in c. suborta. de sent. & re iudic. Calder. in cons. 9. eodem tit. Aym. cons. 503. nu. 5. Surd. cons. 334. nu. 11. Franc. Marc. dec. 271. nu. 2. lib. primo. Ioseph. Lud. dec. Perus. 26. nu. 6. & notat Grauet. ad Vestr. lib. 5. cap. vltimo num. 25. cuius rei præter præsumptionem calumniæ, etiam optimam assignant rationem, quia, sicut posset idem tertius appellare à sententia, eodem modo, ac tempore quo poterat ipse, contra quem sententia lata fuit, 17 vel vel appellationem prosequi, † ita, dum sciuit causam tractari, et post sententiam non appellauit, censetur eidem sententiæ acquieuisse, ac voluisse eidem appellationi renunciare, Abb. in cap. penult. na. 8. & 10. & 34. de sent. & re iudic. & cum pluribus relatis Boer. dec. 79. nu. 3. immo plus dicit Bar. 18 in l. à sententia. num. 8. ff. de appell. quod † neq; possit idem tertius appellare post secundam sententiā appellationis, quæ contra principalem lata fuerit,

si, antequam ferretur eadem secunda sententia, sciuerit de suo iure tractari, post Innoc. in ca. cum super num. 9. Abb. num. 26. de sent. & re iudic. Dec. in cap. sua nobis. de appell. Natt. cons. 457. num. 2.

Et ita etc.

R.P.D. Durano

Parmen. Bonorum.

Mercurij 28. Junij 1631.

S V M M A R I A.

1 *Religiosus professus quidquid acquirit, acquirit Religioni, tam quoad dominium, quam quoad possessionem.*
2 *Possessor est manutenendus.*
3 *Religiosi Sancti Iacobi de Spata, & alij huiusmodi non sunt vere Religiosi.*
4 *Religiosi Sancti Ioannis Hierosolimitani sunt vere Religiosi.*
5 *Religiosus professus nec transigere, nec aliter disponere potest de bonis etiam patrimonialibus, in praeiudicium Religionis, & quatenus transigat, vel disponat, est nihilominus Religio manutenenda.*

Decisio CCCXXVI.

Domini dixerunt, Religioni Sancti Ioannis Hierosolimitani esse dandum mandatum de manutenendo, nempe pro indiuiso in medietate praediorum Noceti, et Nocetoli, Sancti Pancratii, Elii, et Roncoli, et pro diuiso in medietate domus Parmae sitae; nam quoad praedia bene testes deponunt, illa fuisse in bonis Alexandri Tagliaferri, per eumq; possessa de tempore sue mortis, et deinde fuisse communiter possessa per Paulum Camillum, Ioannē Baptistam, et Martium dicti Alexandri filios, et haeredes. Vnde, cum Ioannes Baptista obiecit, et ei successerint Martius, et Paulus Camillus eius fratres, Martius autem sit professus in dicta Religione ab anno 1607. et sic vere 1 religiosus, † quidquid propterea à dicto anno Eques Martius acquisiuit, fuit Religioni acquisitum, tam quoad dominium, *Abb. Innoc. Ioan. Andr. & communiter Canonistae in cap. in praesentia. de probat. & in his terminis Rot. dec. 333. num. 2. par. 2. recent. & apud Greg. XV. dec. 87. num. 1.* vbi ampliat ad bona patrimonialia, quam etiam quoad possessionem, *ex reg. tex. in l. 1. §. etiam quaerimus. ff. de acq. poss. Innoc. in cap. cum olim. numer. 4. vers. sed dicas. de priuileg. Abb. in d. cap. in praesentia. num 74. de prob.* et est indubitatum, quo verò ad domum constat, praedictos fratres eam communiter emisse, et postea fuisse 2 inter eos diuisam. Vnde † debet Religio in possessione dictorum praediorum, et domus manuteneri, *ex vulg. tex. in §. retinendae. Inst. de interd.*

Quod autem Eques Martius vti talis professus 3 sit vere Religiosus, quamuis † Rota de Religiosis Sancti Iacobi de Spatha, et aliis huiusmodi, qui de licentia Magni Magistri matrimonium contrahere possunt, sequatur opinionem *Soti, Molinae, Theolog. Francisci Sarmienti, Ioan. Gutier. & aliorum, quos allegat Garz. de benef. par. 1. cap. 4. numer. 15.* qui tenent eos non esse veros Religiosos, *vt apud Seraph. dec. 583. & in Romana Alimentorum 21. Iunij* 4 *1627. coram me,* † tamen de Religiosis Sancti Ioannis Hierosolimitani pene nunquam fuit dubitatum, quin sint vere Religiosi, ex quo emittunt tria Vota substantialia Religionis, *iuxta tex. in cap. 2. & in cap. cum ad Monast. vbi not. 2. talet. de stat. Monach. & in puncto contra Abb. in rubr. de regular. num. 4. & Mandos. in reg. 3. Cancell. q. 12. num. 3. tenuerunt omnes, quos referunt Gratian. discept. for. cap. 457. num. 34. cum seqq. Grass. de effect. clericat. in praefat. num. 56. & effect. 1. num. 109. vsque ad n. 117. & effect. 2. num. 132. & Garz. de benef. par. 1. cap. 4. num. 4. & saepius firmauit Rota, vt apud Put. dec. 382. lib. 1. in noa. impress. Rot. dec. 87. nu. 1. & d. dec. 333. nu. 2. par. 2. recent. Add. ad Greg. XV. dec. 87. num. 13.*

Neque obstat quaedam asserta transactio facta Interdictum Equitem Martium post emissam per eum professionem, et Paulum Camillum eius fratrem, quia, cum Eques Martius esset iam professus, et sic non haberet amplius proprium velle, aut nolle, omniaque eius bona fuerint iam acquisita Reli-5 gioni, † nec transigere, nec, nec aliter disponere potuit etiam de bonis patrimonialibus, maximè in praeiudicium Religionis, *d. c. cum ad Monasterium in fin. Bald. in auth. ingressi. in 2. notab. de sacros. Eccl. Abb. in c. 1. num. 3. in fin. de stat. Menoch. Sanchez. ad praecept. decalog. lib. 7. cap. 8. num. 26. cum seqq. Molfes. cons. 24. num. 5. & 6. Ricc. in prax. de alien. rer. Eccles. dec. 46. per tot. Rot. d. dec. 87. num. 1. apud Greg. XV. & d. dec. 333. par. 2 recent.* quod est adeo verum, vt non obstante dicta transactione, aut alio pacto, aut facto dicti Equitis, sit nihilominus Religio manutenenda ex regula, quam firmant *Bars. in l. 1. §. si vir vxori num. 3. ff. de acq. poss. Seraph. dec. 1417. num. 4. Greg. XV. dec. 240. num. 3. & ibi Add. Rot. in Theatina Iurisdictionis 10. Maij 1621. coram Reuerendissimo D. Decano, & in Feretrana Parochialis 11. Februarij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili.*

Et ita etc.

R.P.D. Dunozetto.

Colimbrien. Praestimoniorum

Mercurij 10. Decembris 1631.

S V M M A R I A.

1 *Possessio iunior praesumitur clandestina, & turbatiua, & non est manutenenda.*
2 *Praelatus potest agere nomine Ecclesiae, vel Praelaturae, tam petitorio, quam possessorio, nec dum recuperandae, sed etiam retinendae. & num. 4. & 19.*
3 *Ampl. etiam quod ipse fecerit inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato, cum ex tali contractu possessio non transferatur.*
5 *Praelatura, Ecclesia, & Pupillus non possunt perdere possessionem.*
6 *Ecclesia numquam desinit possidere, numquam moritur.*
7 *Restitutio in integrum competit constito de laesione.*
8 *Possessio est penes Ecclesiam, & Praelaturam, non simpliciter penes Praelatum.*
9 *Possessio ciuilis non suffragatur vltra decennium, à die occupationis naturalis, & num. 10.*
10 *Possessioni captae non nocet lapsus decennii, quo semper lis durauit.*
11 *Ecclesiae, vel dignitati, cui tempore vacationis bona per tertium occupata fuerunt, competit Interdictum vnde vi, non autem mutatio. Decl. vt num. 15. 16. & seqq.*
12 *Praelato mortuo ciuilis, & considerabilis remanet possessio penes Ecclesiam, quae sufficit ad effectum interdicti recuperandae.*
13 *Interdictum vti possidetis competit ratione ciuilis possessionis, habetque naturam mixtam, retinendae*

scilicet

scilicet directè respectu ciuilis, & in consequentiā respectu naturalis, & num. seqq.

14 *Possessionis vigore potest quis recuperare naturalē, & expellere occupatores, sicuti possessor reuersus à nundinis, & dicitur hoc pacto remouere turbationes & num. 18.*

15 *Rector nulliter alienans, etiam quod habeat se pro spoliato, potest nomine Ecclesiæ agere ad manutentionem pro ciuili possessione, quæ remanet penes Ecclesiam.*

16 *Successori in Canonicatu non datur manutentio nomine Canonicatus in re, quam, certum non est, Canonicatui annexam esse.*

17 *Ecclesiæ, vel Dignitatis adepta possessione etiam illius bonorum possessio censetur adepta, nisi tertius vacationis tempore ingressus fuerit. Decl. vt nu. 19.*

20 *Possessio ciuilis etiam, quæ est penes Ecclesiam, perditur per possessionem alterius per decennium, ita postmodum currat præscriptio.*

21 *Ampl. etiam per minus tempus, quando quis est capax voluntatis, & scit alium possidere.*

Decisio CCCXXVII.

Censuerunt Domini, Illustrissimo D. Domino Roderico de Mello nomine Præstimoniorum quę possidet, cōpetere restitutionē in integrum aduersus tres sentētias in partibus latas ad fauorem Petri de Figueredo Prioris Sanctæ Catherinæ loci de Nobra super reintegratione ad possessionem, in qua obtinuerat manutentionem ab Archidiacono Visen. quia, cum dicta præstimonia essent in antiquiori possessione, quam esset Sebastianus de Affonseca antecessor dicti Petri, præfato D. Roderico nomine eorumdem præstimoniorum, nō 1 autem dicto Petro, debebatur manutentio, cū † possessio dicti Sebastiani tamquam iunior præsumeretur clandestina, et turbatiua, *c. licet causam de probat. Bart. in l si duo. num. 4. ff. vti possid.* indubitatum 2 est enim, quod † Prelatus nomine Ecclesię, vel Prelaturę potest agere tam in petitorio, quam in possessorio, ne dum recuperandę, sed etiam retinendæ, *vt in cap. litera. de dilat. cap. olim. primo, & tertio. de restit. spoliat. Abb. in cap. cum super. num. 19. 20. & 21. de caus. possess. & propr. & in d. cap. litera.* 3 *nu. 3. vers. circa primum. de dilat.* † etiam quod ipse Prælatus fecerit inutilem contractum, et habuerit se pro spoliato, quia, cum ex inutili contractu facto per Prælatum possessio nō transferatur, *Bart. in l. 1. §. si vir vxori. num. 3. Ias. num. 28. Bolognett. num.* 4 *64. ff. de acq poss. Verall. dec. 182. num. 9 par. 3.* † nomine Prælaturæ, vel Ecclesiæ potest petere manutentionem, *Verall. loc. alleg. Seraph. dec. 1417. nu. 3. & fuit resolutum coram Illustrissimo D. meo Decano in causa Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis 10. Maij 1621. vers. & vlterius fuit cōsideratum. aliasq.* 5 *sæpissimè, Add. ad dec. 116, s. m. Greg.* † Prælatura namque, et Ecclesia, prout pupillus sunt tales, vt nō possint perdere possessionem, *Bart. in d. l. 1. §. si vir vxori. num. 3. quem sequitur Paris. cons. 24. numer. 7.* 6 *vol. 1.* vbi quod † Ecclesia numquam desinit possidere, et numquam moritur, ac propterea, cū ex hoc constet de læsione præstimoniorum, eidem D. Ro- 7 derico † eorumdem nomine competit in integrum restitutio, *l. nam & postea. §. si minor. ff. de iure iur. l. fero. ff. de restit. in integr. Rot. dec. 1. eod. tit. in nou. & dec. 307. nu. 1. par. 2. recent. Benint. dec. 85. num. 10. & passim dixit Rota.*

Quod autem possessio præstimoniorum esset antiquior satis patet, quia fructus per Paulum III. fuerunt à quibusdam Ecclesiis dismembrati vsque de anno 1541. et facto loco dismembrationi de anno 1546. capta fuit possessio quorumdā præstimoniorum, aliorumque bonorum, et fructuū, nec non aliorum successiuè per D. Aluarum de Mello, qui possedit vsque ad annum 1580. quo tempore obiit, vt deponunt testes in causa examinati, et cum per obitum dicti Aluari fuisset prouisus D. Ioannes de Barganza, qui pariter possessionem assecutus fuit, et in ea continuauit vsq; ad annum 1609. quo tempore per obitum ipsius Ioannis, dum præstimonia vacarent, Sebastianus Prior de Nobra supradictus cæpit possessionem, prefatus autem D. Rodericus, cum fuisset prouisus mouit iudicium. Vnde ex his satis constat de anteriori possessione præstimoniorum, 8 quia † possessio est penes Ecclesiam, et Pręlaturam, non simpliciter penes Prælatum, *Doct. in d. l. 1. in §. ff. de acq. poss. & de communi!, & veriori Alex. in cons. 81. num. 17. vol. 3. Paris. cons. 24. num. 5. vol. 1.* et respectu ciuilis possessionis conclusū est sine contradictore, *Bolognett. in d. l. 1. numer. 324. vers. in Prælats. Matthes. singul. 166. & ibi Appost.* et quod possessio semper dicatur plena, et nunquam vacare, *Rip. in cap. sæpè. num. 57. de restit. spoliat.* non est enim hic agendum de anteriori possessione Prioratus, quia vel † ea fuit priuatus per dismembrationem factam per Summum Pontificem, vel 9 saltem, amisit naturalem, et † ciuilis ei non potest suffragari vltra decennium à die captæ possessionis 10 per præstimonia, vt inferius dicetur, † nec decennium lapsum post possessionem captam per Priorem nocet præstimoniis, cum lis semper perdurauerit.

11 Non obstat, quod, † si Ecclesia, vel Dignitate vacante occupentur bona per tertium, Ecclesiæ competit interdictum, vnde vi, *cap. querelam. vbi Abb. in fin.* vbi quod ille textus loquitur de restitutione per interdictum, vnde vi, *de elect. idem Abb. in d. cap. literæ tuæ. num. 3. post med. vers. & etiam si spolietur Ecclesia. de dilat. Rot. dec. 1. in prin. & ibi Add. nu. 4. vers. respondetur ad primum. de restit. spoliat. in nou.* ita vt non competat Ecclesię, aut Dignitati manutentio, *vt videtur innuere Rot. in causa Bergomen. Bonorum 28. Ianuarij 1584. coram bo. me. Cardinali Blanchetto, & in Lucana Optionis 24. Aprilis 1606. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, quæ est dec. 171. num. 3. par. 2. recent. & videtur facere dec. Seraph. 1127.*

Nam pro intelligentia huius obiecti, et pro faciliori illius dissolutione firmandū est, quod † mor- 12 tuo Prælato penes Ecclesiam remanet possessio ciuilis, et considerabilis, *vt optimè declarat Rota in causa Senen. Pontis Arrighi 12. Iunij 1573. coram Ruboo, quæ est dec. 390. num. 3. par. 1. diuers.* quæ subdit istam possessionem sufficere ad effectum interdicti recuperandæ possessionis *Alleg. dd. Add. ad dec. 1. num. 4. de restit spoliat.* in nou. cui allegationi addi possunt omnia deducta in obiecto. Vnde hoc posito dicendum est, non inde resultare, quod Prælatus, si bona Ecclesiæ, vel Prælaturę ab alio fuerint occupata, non possit petere manutentionem, etiam quod competat interdictum, vnde vi, quia punctus stat in eo, vt videatur, quomodo competat illud interdictum, quod de directo cōtrariatur interdicto, 13 vti possidetis. Indubitatum est enim, quod † ratione ciuilis possessionis competit interdictum, vti possidetis, quod habet naturam mixtam possessionis retinendæ respectu ciuilis, et recuperandæ respectu naturalis; Vnde est quoddam iudicium habens simpliciter naturam quodāmodo retinendæ, et in consequentiam recuperandæ, et per consequens pronunciabit Iudex, me in ciuili possessione tuendum, et quia non possum in ciuili possessione tueri sine restitutione possessionis naturalis, Iudex mandabit, vt pars, quæ occupauit,

patuit, reddat possessionem, *ita Bald. in l. vti possideris num. 12. in fin. vers. respondet interdictum. C. vti possid. & bene etiam Bart. ibidem num. 4. vers. & aduerte.* vbi quod est mirabile, vt interdictum, vti possidetis, licet sit retinendæ possessionis, habeat vim recuperandæ, subdens, non enim potes à turbatione desistere, nisi mihi restituas naturalē, quam abstulisti, quia per retentionem illius naturalis turbas me in mea ciuili, *vt in l. clā possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. eod. tit. & idem dicit Azo. in sum. C. vti possid. num. 12. in fin.* inquiens, dicas, dari interdictum, vnde vi, ratione naturalis possessionis amissæ, et dari interdictū, vti possidetis propter ciuilem, quam inquietat. Vnde secundum prędicta debent intelligi iura, et DD. allegati in obiecto, dum dicunt, Prælaturę, atq; Ecclesiæ competere interdictum, vnde vi, vt, scilicet, competat pro naturali possessione occupata, sed nō ideo excludūt, quin ratione ciuilis competat interdictum, vti possidetis, in consequentiam cuius recuperatur naturalis per interdictum, vnde vi, non autem per vim expulsiuam, aut compulsiuam, sed per vim inquietatiuam, cum prohibeat, Prælaturam, vel Ecclesiam naturaliter possidere, *l. 1. §. quod si vi. ff. quod vi, aut clā. vt per Azo. in summa C. vti possid. nu. 51. in fin. vers. hic ergo loquimur.* vbi firmat, quod sunt plures species vis, *vt ipse deduxit in eadem summa tit. de his, quæ vi, metusue caus. fiunt numer. 1. & optimè declarat tex. in d. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss.* vbi loquens de occupatore absente possessore, inquit, quod si occupator reuertentem dominum non admiserit, vi magis intelligitur possidere, non clām, *& bene etiā declarat. Castr. in d. §. qui ad nundinas. nu. 7.* vbi quod possidenti, non datur interdictum, vti possidetis, directè pro naturali recuperanda, quia est interdictum retinendę, nō recuperande possessionis, nec datur pro ipsa naturali retinenda, quia ipsam non habet, sed datur pro retinenda ciuili, et ne in illa inquietetur, et quia hoc fieri non potest, nisi ille, qui occupauit naturalem, eam dimittat, condemnatur occupator ad illam dimittendam, et sic in cōsequentiam datur pro ipsa recuperanda, *& subdit idē Castr. quod pro hoc est optimus tex. in cap. Pisanis de restit. spoliat.*

Et hoc est, quod dixit *Rot. coram Sanct. me. Greg.* 14 *in dec. 203. num. 3.* vbi quod † quis vigore suæ possessionis ciuilis potest recuperare naturalem, expellere occupatores, sicut possessor reuersus à nundinis, quinimmo hoc pacto dicitur remouere turbationes, *Ias. in d. l. clam. possidere §. qui ad nundinas. num. 62. ff. de acq. poss. Paris. cons. 41. num. 38. & 39. lib. 1. Bero. cons. 103. nu. 43. libr. 1. Natt. cons. 572. nu. 22. Put. dec. 192. num. 3. lib. 1. in correctis. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 8. nu. 35. Menoch. de retin. remed. 3. q. 2. & in proprijs terminis fuit resolutum in causa Romana Capellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Laureriano, quæ est dec. 19. num. 12. & 13. par. 2. diuers. Rot. dec. 560. nu. 4. par. 1. in recent.* Et casus iste deciditur etiam ex 15 ratione, quia, † quando Rector nulliter alienat, etiā quod habeat se pro spoliato, potest agere nomine Ecclesię ad manutentionem pro ciuili, quæ remanet penes Ecclesiam, quia scilicet, dum occupans recusat restituere naturalem, facit vim inquietatiuam, cum prohibeat Ecclesiam, vel Prę laturam naturaliter possidere, et sic per interdictum, vti possidetis, conseruat ciuilem, in cuius consequētiam ex interdicto, vnde vi, recuperat naturalem, vt in ratione dicunt Doct. et Decisiones in principio allegatæ. Vnde inter vnum, et alium casum non potest constitui differentia.

Neque huic sententiæ resistunt decisiones in cōtrarium allegatæ, quia decisiones, *Seraphini, & Bianchetti,* sunt intelligēdæ, *iuxta decisionem Rubeæ 8. Senen. Pontis Arrighi 390. par. 1. diuers. quam allegans,* quæ decisio non nocet, immo fauet, vt superius ponderatum est, & decisio *Seraphini* non firmat, quod Ecclesiæ, aut Dignitati occupata possessione naturali mortuo Rectore non competat postmodum manutentio. Decisio autem *Blanchetti* satis perfunctoriè loquitur. Decisio vero *in causa Lucana Optionis 24. Aprilis 1606. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo 171. num. 3. par. 2. in recent.* loquitur in casu, quo antecessor in Canonicatu possederat domum, & successor pretendebat manutentionem nomine Dignitatis, sed, cum alius optasset dictam domum mortuo Canonico, et valde dubium esset, an domus esset annexa Canonicatui vacanti, ita vt nō posset optari, vel potius esset ius personale circa dictam Domum Canonici defuncti, non erat certum, quod Canonicatum possideret, quod erat consi-16 derandum in dicto possessorio, cum † sine ista annexione non posset dari ista manutentio Canonico successori nomine ipsius Canonicatus, *Bald. cons. 141. num. 3. lib. 1.* idq; disputatum etiam postmodū in petitorio habuit magnam inspectionem, atque difficultatem, *vt patet ex decisione facta in eadem causa Lucana Optionis domus 24. Ianuarij 1607. corā eodem bo. me. Patriarcha Manzanedo, quæ est apud Marches. par. 1. fol. 385.* et ideo detentori ex optione data fuit manutentio in detentatione, cum tunc annexio non esset plenè iustificata, *vt patet ex dicta decisione apud Marches.* quia tunc annexio fuit iustificata.

Neque obstant rationes ponderatæ in dicta de-17 cisione, nam, dum dicit, quod, licet † ex adeptione possessionis Ecclesię, vel Dignitatis censeatur quoque adepta bonorum possessio, nisi tertius Dignitate vacante ceperit possessionem, *Aretin. in l. possideri. num. 8. vers. hæc tamen dicta sunt. ff. de acq. poss.* vbi, postquam firmauit, quod, qui consequitur possessionem Ecclesię, consequitur etiam possessionē bonorum Ecclesiæ, ex quo Ecclesia videtur posside-18 re, subdens, hęc tamen dicta sunt intelligenda, † nisi aliquæ res Ecclesiæ possiderentur ab altero, quia tunc non posset transferri possessio in Rectorem per Ecclesiam, quam ipsa Ecclesia non habet. Potest responderi, hoc dictum Aretini intelligendum esse respectu naturalis possessionis, non autem ciuilis, quæ remansit penes Ecclesiam, *vt pulchre declarat Anchar. in reg. sine possessione. nu. 12. post med. vers. ex his infero,* vbi inquit, quod, si Canonicus post adeptam possessionem Ecclesiæ, siue Canonicatus reperit occupantem, post eum violenter repellere, sicuti potest possessor reuersus à nundinis inuasorem talem, qui dicitur illum Canonicum spoliasse illa possessione, quam intelligitur retinuisse per appræhensionem possessionis Canonicatus, *d. l. clā possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss.* et subdit *idem Anchar.* si vero ante appræhensam possessionem Canonicatus fundum præbendæ aliquis occupasset, non nomine suo, sed nomine suæ prębendę expellere potest, hoc est secundum terminos supradictos: videlicet, quod ex vi ciuilis possessionis, quę remansit penes Ecclesiam, recuperat naturalem, *vt in puncto dixit Rot. in d. causa Romana Cappellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Laureriano num. 12. & 13. par. 2. diuers. & in alijs decisionibus supra allegatis.*

Neque prædictis resistunt *decisiones 25. de restit. spoliat. in antiq. & 8. eod. tit. apud Bisignet. & 1. eod. tit. in nou. & Achill. dec. 4. de prescript. quæ allegantur in d. decisione Lucana;* nam *decis. 21. de restitut. spoliat. in antiq.* solum dicit, quod, si quis capiat possessionem beneficii, si spolietur restituitur integrè ad d. beneficium, si vero esset potius in possessione certarum rerum, tunc, si spolietur, ad dictas res solum debet admitti, et idem in substantia dicitur in

dec.

dec. 8. eod. tit. apud Bisignet. in fin. ibi enim dicitur, quod, quando alius est in possessione, tunc capiens possessionem per annulum nõ potest extendere illã possessionem quæ solum restringenda est ad ea, quæ traduntur, seu quorũ possessio vacat, sic et illæ decisiones loquuntur solum respectu Prælati, non autem dicunt, quod Prælatus non potest agere nomine Ecclesiæ, & expellere occupantem, et ex vi possessionis ciuilis recuperare naturalem, vt modo ex Anchar. et alijs dictum fuit.

Decisio autem *prima de restit. spoliat. in nou.* nihil penitus facit, cum solummodo firmet, quod 19 † Prælatus, qui nondum fuit adeptus possessionem potest agere nomine Ecclesiæ, nisi alius possideat Ecclesiam, et percipiat fructus, vt patet ex verbis illis ibi, si vellet non possessor fructus percipere, possessorem sine dubio spoliaret, quod non licet, et ita intelligit hanc decisionem *Abb. in d. cap. literæ tuæ, num. 3. vers. idem clarius. de dilat*, ibi, *quando alius non est in possessione Ecclesiæ. Achil. autem d. dec. 4. de præscr. pt.* solum dicit, quod præscriptio interrupta dicitur, et amissa possessio ciuilis, si Monachi timore militum relinquerent Ecclesiam vacantem, quæ postea à filiis patrimonialibus fuerat occupata, quia, si alias possessio ciuilis penes Ecclesiam remaneret, nunquã contra illam curreret præscriptio, 20 † quod dictum verum esset, si per decennium filij patrimoniales possent, tanto enim tempore possessio ciuilis perditur, *Put. decis. 258. num. 2. & seqq. & dec. 269. num. 4. lib. 1. in correct.* ita vt postmodũ curras præscriptio, *Franc. in reg. sine possessione. 3. n. 2. de reg. iur. in 6. Bartol. in l. Celsus numer. 13. ff. de vsucap. Bald. de præscript. par. 3. princip. par. 2. q. 7.* 21 *num. 6.* † immò, et per minus tempus, quando quis est capax voluntatis, et scit aliũ possidere, et tacet, *Franc. & Balb. loc. præcit. Aym. cons. 325. num. 1. & fuit resolutum in causa Romana Canonicatus Sancti Marci 23. Februarij 1619. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio.*

Ex quibus vtraq; parte informante fuit conclusum, Illustrissimo D. Roderico de Mello nomine præstimoniorum competere restitutionem in integrum etc.

R.P.D. Verospio

Sorana Beneficij

Mercurij 4. Februarij 1632.

SVMMARIA.

1 *Instrumentalis possessio, non constito de alterius anteriori, est manutenibilis.*

2 *Remedium retinendæ non competit ei, qui nunquam possessionem fuit assecutus.*

3 *Possessionis probatio excluditur dando de possessione tertij.*

4 *Decl procedere, si constet de voluntate tertij, quod velit possidere, aliàs non potest alterius possessio, tamquam quid facti, infirmari per huius iuris exceptionem.*

5 *Exceptio iuris tertij non potest præter, aut contra illius voluntatem opponi, nisi quando est simpliciter exclusiua iuris agentis.*

6 *Immissio auctoritate Iudicis priuat anteriorem omni possessione ciuili, & naturali.*

7 *Rescriptum cum clausula,* Parito iudicato, *non tribuit iurisdictionem, nisi paritione secuta.*

8 *Exceptio nullitatis tituli in manutentione non admittitur, cum etiam sine titulo detur vera possessio.*

9 *Beneficium manuale potest per nunam prouisionem alteri conferri, non expectata morte primi prouisi.*

Decisio CCCXXVIII.

Domini responderunt, constare de tali possessione D. Bertarii Monachi Cassinẽsis, propter quam illi deberet concedi manutentio, quæ petebatur in dubio hodie per me proposito, cum † eadem possessio, licet instrumentalis, 1 satis esset ad hunc effectum manutentionis, dum non ostẽdebatur alterius possessio, quæ esset anterior hac possessione Bertarii, *l. prædia. & ibi gl. & DD. ff. de acq. poss. Rot. dec. 21. de restit. spol. in antiq. & dec. 8. eod. tit. apud Bisignett. Put. dec. 350. nu. 4. lib. 1. Cæs. de Grass. dec. 5. num. 2. de caus. poss. & prop.*

Etenim, cum huic manutentioni se opponeret solus Bartholomeus Vauarius, non tamen contendebat aliquam possessionem ex persona propria, cũ literæ Apostolicæ, quas obtinuerat in confirmatione tituli, et præsentationis de se factæ à Duce Alberi, qui se dicebat huius beneficii Patronum, non habuerint effectum propter titulum Vnionis, ex qua per Breue Clem. VIII. prætendebat Capitulũ Terræ Alberi, vnitum fuisse suæ Mensæ hoc idem beneficium, ex cuius Vnionis causa cum esset Capitulum in possessione tunc, cum literæ fuerunt præsentatæ à Bartholomeo, se opposuit possessioni ab 2 eodem Bartholomeo petitæ, vt propterea † non posset illi suffragari hoc remedium, et interdictum retinendæ in possessione, quam nunquam assecutus fuit, *l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti possid. §. retinendæ. Inst. de interd.*

Et licet, vt non satis esset Bertario sola possessio instrumentalis, quam ostendebat, daret etiam Bartholomeus de hac anteriori possessione Capituli, 3 † vt ad hunc effectum, ne probata dici possit possessio eius, qui manutentionem petit, permissum esse actori, *dicit Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor. num. 19. ff. vti possid. Rot. decis. 21. de restit. spoliat. in nou. decis. 63. num. 3. par. 1. & decis. 206. num. 8. par. 2. recent.*

Hæc tamen non visa fuit quidquam prodesse, nõ 4 solum, † quia, dum pendebat à voluntate ipsius Capituli, an vellet possidere, et non turbatur Capitulum suam possessionem, non poterat possessio Bertarii tamquam quid facti, infirmari per exceptionẽ huius iuris, *vt dicit I.C. in l. 1. §. si vir. vxoris. ff. de acq. poss. & bene in proposito aduertit Mohed. dec. 20.* 5 *20. de rest. spol.* secus † pro regula communiter seruatur in quacumque exceptione iuris tertii, vt non possit præter, aut contra voluntatem eiusdem tertii opponi, nisi quando est simpliciter exclusiua Iuris agentis, *iuxta theoricam Bart. in l. 2. ff. de except. rei iud.* sed etiam quia hoc ius, et possessio Capituli redacta fuerat ad non titulum, cum mota lite in tribunali obtinuisset Monasteriũ, et Abbas Cassinen. mandatum de immittendo, cujus vigore amilit Capitulum omnem possessionem, quam habebat super hoc beneficio, propter auctoritatem Iudicis, † qui 6 potuit priuare Capitulum omni possessione tam ciuili quam naturali *Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, num. 2. & in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor. ff. de acq. poss. Rot. diuers. dec. 802. nu. 6. par. 1. & decis. 62. num. 3. par. 2. Card. Seraph. dec. 1315.* Neq; per appellationem postea interpositam à Capitulo suspensus fuit effectus eiusdem mandati de immittendo cum deserta appellatione sola causa restitutionis in integrum, quæ pendet hodiè coram me, commissa fuerit per Signaturam cum clausula, 7 *Parito iudicato*, † cuius rescripti forma non fuit commissa eadem causa restitutionis, antequam ipsi

pos-

possesio cum effectu dimitteretur, *secundum not.in clem.vt in calumnijs.de re indic.* & *per Rat.dec.3.de re indic.* & *per Rot.decis.3.de except.in nou.Laucell. de attent.par.2.cap.18.num.127. Vestr.in prax.lib. 8.cap.3.num.10.*

Non etiam licebat impugnare possessionem Bertarij propter nullitatem tituli, & præcipuè quia nõ probata fuisset mors Felicis Bremmæ, cui tanquã prouiso ab Abbate concessum fuerat mandatum de immittendo.

8 Quia, *præterquam* quod † neque hæc exceptio nullitatis tituli admittitur in hoc iudicio summarissimo manutentionis, cum etiam sine titulo detur vera possessio, *vt probatur in l.3.§.ex contrario. ff.de acq.poss.* & *tradit post alios Couar.pract.quæst. cap.17.num.6.Menoch.de retin.poss.remed.vlt.num. 21.quos sequuta fuit Rot.in decis.734.num.7.par.1. diuers.* Præterea, cum in decisionibus factis in hac causa coram R.P.D.Merlino ad fauorem Monasterij fuerit resolutum esse hoc beneficium manuale, non erat opus hac probatione mortis ipsius Felicis

9 cum † etiam eo viuente potuerit Abbas deuenire ad nouam prouisionem, & idem beneficium conferre eidem Bertario, *cap.cum ad Monasterium.de stat. regul. §. tales aut eaq. vlt. de cappell. Menoch.cap. porrecta.de confirm. vtil. vel inutil.Felin.in cap.per tuas.n.7.de maiorit.* & *obed.Federic.de sen.q.259.n. 1.Cassad.dec.4.num.3.* & *dec.12.numer.9. de prub. Mohed.dec.10.de caus. poss.* & *propr.*

Et ita &c.

R.P.D. Durano

Romana Fideicommissi de Carpianis

Veneris 5. Martij 1632.

S V M M A R I A.

1 *Possessio anterior est in manutentione præferenda.*
2 *Pupilli morte expirat tutela.*
3 *Tutor tenetur de periculo, & damno, quousq; fuerit hereditati pupilli mortui datus curatar.*
4 *Tutoris interesse durat etiam post mortem pupilli, habetque custodiam rerum administratarum, donec fuerit per ipsum redditu ratio.*
5 *Mutasse quis præsumitur causam possessionis ex superuenientia noui tituli absque alia declaratione.*
6 *Immissionis petitio ostendit recessum à prima possessione.*
7 *Lim.secus si petitu fuerit cum clausula,* omni meliori modo, & citra animum recedendi.
8 *Petitorium respicientia non sunt discutienda in summarissimo iudicio manutentionis.*

Decisio CCCXXIX.

Domina Iulia Nuta mortuo Iosepho eius viro, vti tutrix, & Curatrix ventris prægnantis de mandato primi Collateralis fuit sub die 21. & 22. Februarij 1630. immissa in possessionem omnium, & singulorum bonorum per d.q. Iosephum eius maritum possessorum, nato deinde ex dicto Iacobo Iosepho, eoque postea defuncto, Oliuerius Carpianus prætendens vti proximior se vocatum ex causa fideicommissi ad d.bona obtinuit immitti in possessionem supradictorum bonorum sub die 24. Iulij 1631. Vnde proposito dubio, cui esset dandum mandatum de manutenendo, fuit

1 ad fauorem Iuliæ resolutum, quia, † cum eius possessio sit anterior, venit ideo præferenda, *Bart.in l. si duo.num.4.ff.vti possid.Seraph.dec. 2038.num.1.* & *dec.1041.num.1. Rot.dec.293.nu.8.* & *dec.513.nu. 1.par.1. recens.*

Neque obstat, quod per obitum pupilli videatur

2 finita omnis possessio Iuliæ tutricis, † sicut eius tutela expirauit, *§. simili modo.Inst.quib.mod.tut. fin.*

3 quia, † cum tutor teneatur de periculo, & damno, quousque fuerit hæreditati pupilli curator datus, *Gail.obser.96.lib.2. num.3. Guttier.de tutel.* & *cur.*

4 *par.3.cap.39.* † durat adhuc illius interesse post pupilli obitum, & ideo habet custodiam rerum administratarum donec per ipsum fuerit reddita ratio, *Rot.coram Cardinali Seraph.decis.77.* & *dec.82.per tot.* & *in puncto Matris tutritis aliàs firmauit Rot. in Romana de Sancta Cruce 23. Maij 1608. coram bo.me.Cardinali Saczato,* & *in Perusina fideicommissi de Baptistis 12.Decembris 1625.coram D.meo Pirouano,* & *in Romana Casalis Aguzani 21. Maij 1630.coram me.*

Quinimmo eo ipso, quod in casu nostro Iacobus Iosephus filius decessit, superuenit in Iulia eius matre

5 titulus hæreditarius, Vnde † videtur mutasse sibi causam detentionis in possessionem iure proprio absque alia animi declaratione, *per tex.in l.cum nemo.C.de acq.hæred.Crescent. dec.5.num.2.de restit. qualit.Rot.dec.366.nu.2.par.2.recẽt. Greg.dec.546. nu.1.vbi late,Add.sub nu.15.Candl.dec.171.nu.3.* & *in pũcto dixit Rot.in d.Romana Casalis vers.nec verò Alexandru,coram me.*

Minus obstat, quod eadem die, qua fuit capta possessio per Oliuerium, fuit etiam petita, et capta super

6 eisdem bonis per Iuliam, quæ † petitio immissionis ostendit, ipsam recessisse à prima possessione, *Mantic. dec. 20.* quia illa fuit petita cum clausula præseruatiua, omni meliori modo, & citra animum recedendi à priori possessione, in qua reperiebatur tam iure familiaritatis, quam ratione suarum dotiũ

7 ac etiam ex causa tutelæ, & administrationis; † quo casu possessio censetur capta ad cautelam, et ad magis coroborandam, et consouendam primam possessionem, *vt notant DD.in l.1. vbi in specie Bart.num. 17.C.de lit.contest.Rot.d.decis.366.num.4.par.1.recent.* & *in Astoricen. Præstimoniorum 29. Martij 1621.coram bo. me. Vbaldo,* & *in d.Romana Casalis vers.* & *propterea,coram me.*

Cętera, quæ fuerunt deducta circa fideicommissum q. Iacobi Carpiani, respiciunt petitorium, et

8 ideò † non veniunt discutienda in hoc summatissimo manutentionis Iudicio.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R.P.D. Dunozetto

Collimbrien. Præstimoniorum

Veneris 18. Iunij 1632.

S V M M A R I A.

1 *Iniustitia sententiarum claru dicitur, vbi constat de bono iure illius, qui eas contra se reportauit.*
2 *Læsio resultat ex iniustitia,* & *est causa restitutionis.*
3 *Ampl. præsertim si iniustitia sit notoria, vel valdè concludens, eoquè magis in supremis Tribunalibus.*
4 *Spolio agens primum extremum concludenter probare tenetur.*
5 *Dismembrationis effectuatio probatur ex prouisionibus subsecutis.*

6 *Dismen.*

6 *Dismembrationis litera præsumuntur iustificata ex obseruantia longi temporis.*
7 *Executor ritè, & rectè procedando priuat possessione.*
8 *Remedium* Canonis Reintegcanda 3.q.1. *est præscriptibile.*
9 *Possessio in Ecclesiasticis spatio 40. annorum præscribitur.*
10 *Præstimonium vacans dicitur ciuilem possessionem illius fructuum retinere. & num.12.*
11 *Possessio ciuilis penes duos eodem tempore esse non potest.*
12 *Possessio naturalis vnius Parochialis perditur per assecutionem alterius, & num.24.*
13 *Parochiali vacante prouisus de præstimonio rectè potest ipsius possessionem naturalem capere.*
14 *Possidens ciuiliter propria potest auctoritate possessionem naturalem vacantem reassumere, nec dicitur spoliare.*
15 *Habetque commodum retentionis, nec tenetur interdicto, vnde vi.*
16 *Ecclesia vacans retinet ciuilissimam possessionem, illius bonorum, & iurium, quam non perdit per occupationem naturalis, sed potest turbatores propulsare, illisque reiectis naturalem primæuam continuare. & num.24. & 25.*
17 *Incontinenti fieri dicitur propulsatio turbatoris per Ecclesiam eo ipso, quod turbatio cõtinuauit aduersus ciuilem, quam semper Ecclesia retinuit.*
18 *Mandatum de manutenendo iniustum non suffragatur.*
19 *Ciuilis possessio Domini requiescit super naturali coloni.*
20 *Colonus recognoscens alium in dominum facit perdere omnem possessionem priori domino.*
21 *Decl.1, procedere, si constet de recognitione, vel quod voluerit possessionem interuertere, vel si concurrat coloni expulsio cum tota familia, & rebus.*
22 *Decl.2. procedere de iure antiquo, secus de iure nouo secundum communem modernorum.*
23 *Decl. 3. secus si dominus non fuerit negligens in recuperanda naturali.*
24 *Manutentio competit ei, qui capit possessionem.*
25 *Præstimonij possessione adepta, adepta dicitur etiã possessio illius bonorum.*
26 *Prælatus potest nomine Ecclesiæ agere iudicio manutentionis, vbi aliquis Ecclesia vacante naturalem possessionem occupauit. & nu.31. & 35. vbi respondetur contrarijs.*
27 *Prælatus malè alienans bona Ecclesiæ potest nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto retinendæ.*
28 *Plus est bona Ecclesiæ malè alienare, quam si illorum possessio occupetur Ecclesia vacante.*
29 *Ecclesiæ competit interdictum vnde vi, vbi bona ab altero occupantur illa vacante. Decl. vt sub num. 30.*
30 *Interdictum vti possidetis duos habet effectus, videlicet principalem pro conseruatione ciuilis possessionis consecutiuum pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, & æquiparatur in hoc interdicto recuperandæ.*
32 *Remedium retinendæ antiquitus rarò practicabatur.*
33 *Cœpit esse obuium, ac frequentiùs practicari non multis ab hinc annis.*
34 *Et hodie passim practicatur.*
36 *Prælati negligentia in recuperanda naturali possessione Ecclesiæ per decennium, eadem naturalis amittitur.*

Decisio CCCXXX.

Illustrissimus D. Rodericus de Mello obtinuit ab Ordinario Colimbrien. reformari mandatũ de manutenendo die 26. Martij 1612. ab eodẽ Ordinario concessum D. Petro de Ciqueredo Priori Ecclesiæ de Nobra in possessione exigẽdi omnes fructus dictæ Ecclesiæ ita vt intelligeretur pro tertia parte fructus, relinquendo prædictum D. Rodericum in duabus aliarum partium possessione. Verum, cum latæ postmodum fuerint tres sententiæ conformes super reintegratione dicti D. Petri, causa restitutionis in integrum commissa in Rota, sub die 10. Decembris prædicti proposito dubio, an cõstaret de causis restitutionis in integrum, fuit dictũ constare, quæ resolutio hodie iterum proposita causa fuit confirmata.

1 Cum † enim constet de bono iure D. Roderici euidenter, sequitur, claram esse iniustitiam sententiarum de partibus, quæ ab Ordinario Bracharensi, alijsq; iudicibus super restitutione D. Petri emanarunt, † ex qua quidem iniustitia resultat læsio, quæ
2 est causæ restitutionis, *cap. 1. vbi Abb. num. 2. de restit. in integr. Salic. in l. 1. num. 8. & seq. C. si aduers. rem ind. Caput. dec. 94. par. 3. Beaintend. dec. 85. num. 9. & 10. Guidop. dec. 215. sub nu. 8. & 368. Rot. dec. 354. num. 1. post secundum vol. cons. Farin. & fuit latè deductum in Pistorien. Beneficij 11. Martij 1618. coram bo. me. Buratto*, † quod maximè procedit in
3 casu isto, in quo constat de notoria iniustitia, licet sufficiat valde concludens, etiam si non sit notoria, *Cas. de Grass. dec. 10. nu. 12. de sent. Seraph. dec. 251. num. 1. Rot. dec. 311. num. 5. par. 1. diuers.* vbi dicitur hoc magis procedere in supremis Tribunalibus, *Rot. in recent. decis. 635. in fin. par. 2. & 492. num. 1. par. 1.*

Notoria autem iniustitia, vel saltem admodum concludens dictarum sententiarum clare deprehẽditur ex duobus, & primo ex eo, quod non constat de primo extremo ad fauorem dicti D. Petri Rectoris: secundo quia in omnem euentum non poterit negari manutentio D. Roderico.

4 Et quantum attinet ad primum, cum D. Petrus tamquam, † agens spolio teneretur probare primũ extremum, & quidem concludenter, *Rot. diuers. par. 2. dec. 165. num. 1. & par. 3. dec. 543. num. 3.* in illius probatione omnino deficit.

Nam, aut oritur antiqua possessione Parochialis, & illa non suffragatur, quia, cum fel: record: Paulus III. de anno 1541. dismembrasset duas ex tribus partibus fructuum dictæ Parochialis pro Præstimonio in eadem Ecclesia erecto de anno 1546. dicta dismembratio habuit effectum per prouisionem D. Aluari de Mello, qui pacifice possedit vsq; ad annum 1580. per cuius obitum prouisus fuit Ioannes de Branganza, qui possedit vsque ad annum
5 1609. equidem † infieiari non potest dictæ dismẽbrationis effectuatio, *iuxta not. per Oldrad. in cons. 229. num. 2. Seraph. dec. 1432. num. 4. Canaler. decis. 373. num. 2. & fuit dictum in causa Lauretana Iurisdictionis 2. Iunij superioris anni 1631. coram R. P. D. meo Durano.* Prout nec etiam illius gratiæ iustifica-
6 tio potest controuerti, cum † per lapsum tanti temporis iuncta obseruantia literæ ipsius dismembrationis præsumantur iustificatæ, *Seraph. dec. 642. nu. 3. Rot. dec. 534. num. 2. par. 1. diuers. & in recent. dec. 122. num. 5. & dec. 406. sub num. 3. par. 1. & fuit resolutum in causa Oscen. Pensionis coram Cardinali Lancellotto penes Marches. de cõmiss. tom. 2. fol. 538. late Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 478. & seqq.* vnde penes Ecclesiam Parochialẽ quoad istas duas
7 tertias partes nulla remansit possessio, quia † Executor

cutor ritè, & rectè procedendo priuat possessione, Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. numer. 2. vbi etiam Alex. Socc. Ias. & alij ff. de acq. poss. Socc. in cap. quoniam. §. quod si super. num. 152. ante med. vers. secus autem in Iudic. vt lit. non contest. Sarn. in reg. de Annali q. 45. num. 2. & 3. Ferrett. cons. 18. nu. 10. Mohed. dec. 10. nu. 4. & 5. de restit. spol. Rot. dec. 802. num. 7. par. 1. & 62. num. 3. & 4. par. 2. diuers. & fuit resolutum in causa Gadicen. Beneficij 17. Iunij 1605. coram bo. mem. Horatio Cardinali Lancellotto.

8 Et cessat omnis difficultas, quia, cum † remedium can. reintegranda. qu. 1. secundum communem sententiã sit prescriptibile, vt late per Seraph. dec. 1360.
9 † antiquæ possessioni obstaret præscriptio 40. annorum, Castr. cons. 105. sub num. 3. vers. ex quibus omnino lib. 1. Balb. de præscript. 4. par. quartæ par. principalis q. 24. sub numer. 5. vers. sed quoad Ecclesiam. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 249.

Aut vero nititur possessione per Sebastianum de Alphonsequa Rectorem Parochialis capta, vacante Præstimonio per obitum Ioannis de Braganza, cuius, quidem possessionis vigore, seu alio titulo, de quo non constat, obtinuit idem D. Petrus mandatũ de manutenendo ab Archidiacono Visen. sub die 5. Aprilis 1612. & illa minus suffragatur, cum præualeat possessio D. Roderici, qui prouisus de dicto præstimonio; eadem Parochiali Ecclesia vacante adeptus fuit possessionem dicti præstimonij, nec nõ duarum ex tribus partibus fructuum eiusdem Ec-
10 clesiæ. Vnde, si † Præstimonium ipsum retinebat possessionem ciuilem, vt latè fuit deductum in alia decisione, & probant Innoc. in cap. cum super num. 4. post princ. vers. & propter hoc dicimus. de caus. poss. & propr. & in cap. cum in officijs. nu. 6. vers. si autem solummodo. de testam. Bart. in l. 1. §. fin. num. 4. vers. sed in Collegio Ecclesiæ. ff. de acq. poss. & in l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusque vniuersit. nom. Bal. in l. non minus §. hæreditarium. vers. dico, quod non. ff. de hæred. instit. Castr. in l. si sorori. numer. 2. circa fin. vers. sed non sit in eo, C. de iur. delib. Nati. cons. 562. num. 10. in fin. vers. secundo præsuppono, cum seqq. Paris. cons. 24. nu. 7. & seq. vol. 1. Felin. in cap. constitutus. nu. 19. vers. ista non param. de rescript. Rip. in cap. sæpe. num. 57. de restit. spol. Guidop. dec. 755. Pontan. de spol. lib. 1. num. 114. & latius lib. 3. num. 148. & 149. Cassad. dec. 7. num. 13. de caus. poss. & propr. Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. par. 1. in præfat. declar. 5. clare
11 sequitur, quod † eadem ciuilis possessio non potuit esse penes dictum Sebastianum Rectorem, l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. vbi gl. in verb. dominum, & Castr. num. 7. ff. commod. ac propterea, cum dictus Sebastianus haberet solum possessionem naturalem
12 in ipso, † illa euanuit per assecutionem alterius Parochialis, ad tradita per Alex. in cons. 94. sub nu. 5. vers. modo sic, aut nos dicimus. vol. 5. vnde prædictus D. Rodericus obtinens Præstimonium, penes quod residebat dicta ciuilis possessio, vt dictum est,
13 † rectè potuit Parochiali Ecclesia vacante dictam possessionem naturalem capere, cap. cum dilectus. §. verum, vbi Bart. in 4. not. sub num. 4. vers. sed habenti proprietatem. de ordin. cognit. Alex. d. cons. 94. nu. 6. vol. 5. & in punctis Bald. in cons. 387. sub nu. 1. col. 2. post med. vers. & si diceretur. vol. 1. dicens Archi-
14 diaconum † potuisse auctoritate propria possessionem naturalem vacantem, quando sibi fuerat occupata, reassumere, ea demum ratione, quia, qui suam possessionem inuenit vacantem, neminem spoliare dicitur ex not. in l. si quis in tantum C. vnde vi. bene etiam Specul. de pet. poss. & spol. §. 1. num. 35. dicens
15 † ita recuperantem suam possessionem habere cõmodum retentionis, nec contra eum posse competere, vnde vi, & idem dicit Paris. d. cons. 24. num. 13. vers. stantibus istis. cum seqq. vol. 1. Rot. dec. 390. par. 1. diuers.

16 † Ecclesia enim retinet ciuilissimam possessionem, quam non perdit ex eo, quod quis sibi occupet naturalem, ita vt ratione eiusdem ciuilis propulsare possit turbatores, illisque reiectis naturalem primæuam continuare, iuxta theoricam Bart. in l. 1. §. interdictum. num. 3. vers. quandoque per illam clandestinam apprehensionem ff. vti possi. & in l. 3. §. cum igitur num. 1. vers. ideo in istis. ff. de vi, & vi arm. Ias. in l. clam. possidere. d. §. qui ad nundinas. num. 24. vers. & si tenens. ff. de acq. poss. Paris. d. cons. 24. vers. ita in terminis. qui alios refert. & num. 15. dicens
17 † huiusmodi propulsationem fieri incontinenti eo ipso, quod turbatio continuauit ad ciuilem, quam semper Ecclesia penes se retinuit.

Aut secundo nititur mandato de manutenendo obtento 26. Martij 1612. ab ordinario Colimbrien.
18 & † illud tamquam iniustum non potest opitulari, cum fuerit obtentum ex possessione dicti Sebastiani, quę non suffragatur ex deductis Nec dicatur suffragari ex eo, quod, cum dictus Ordinarius præcepisset laboratoribus bonorum sub pœna Excommunicationis, ne amplius dicto D. Roderico de fructibus responderent, prædicti laboratores de eisdem fructibus responderunt ante dictũ Sebastianum, ac
19 propterea, † cum possessio ciuilis resideat, seu conquiescat super naturali, D. Rodericus omisit omnẽ possessionem ex eo, quod Coloni prædictum Seba-
20 stianum † in Dominum recognouerunt, Socc. Iun. cons. 35. num. 2. lib. 3. Dec. cons. 103. per tot. Rip. in l. 1. ff. de interd. Menoch. remed. 14. de recuper. nu. 43. late Surdus in cons. 407. num. 21. lib. 3.

21 Quia huic obiecto respondetur, aduertendum esse, † non constare, quod coloni recognouerint in dominum vel dictum Sebastianum; vel prædictum D. Petrum, prout nec etiam cõstat, quod voluerint interuertere possessionem D. Roderici, vel quod ad effectum, vt dicatur illatum præiudicium ipsius possessioni concurrant alia requisita, de quibus per Beuint. dec. 83. num. 3. sed in omnem euentum, quatenus etiam de prædictis posset constare, adhuc il-
22 la non releuarent, nam omisso, quod licet † de iure antiquo colonus tradendo possessionem alteri, vel illum recognoscendo in dominũ interuerteret primi domini possessionem, in quibus terminis loquũtur DD. præcitati; tamen secus esse videtur hodie de iure nouo, secundum cuius dispositionem colonus non interuertit possessionem domini alium recognoscendo in dominum, vel illi tradendo possessionem, l. fin. C. de acq. poss. vbi Castr. id notat in finalibus verbis, & hanc esse communem Modernorum sententiam dicit Bald. in cons. 330. num. 7. vers. sed in quantum dicit. & cons. 325. num. 4. vers. aut tradit alteri lib. 1. gl. in l. 1. in verb. Domino C. cõm. de vsucap. cessat omnis difficultas, quia, cum D. Rodericus retineret vtramq; possessionem, ciuilem quidem animo proprio, naturalem vero corpore colonorum, etiam quod ijdem coloni voluissent, aut potuissent interuertere illius possessionẽ naturalem, eamque Sebastianus fuisset ingressus, non propterea perdi-
23 dit ciuilem, † cum non interuenerit aliqua ipsius negligentia in recuperanda naturali, Castr. in dicta l. fin. post princ. C. de acq. poss. Soccin. Sen. cons. 266. num. 20. in fin. vers. sed illam amisit. cum seqq. vol. 2.

Quantum vero attinet ad secundum, quod D. Roderico denegari non posset manutentio quoad duas ex tribus partibus fructuum dictæ Ecclesiæ, ita vt reintegratio D. Petro concessa sit iniusta, patent euidenter tam ex persona propria ipsius D. Roderici, quam nomine Præstimonij. Ex propria quidem persona competebat manutentio D. Roderico du-
24 plici ex capite; & primo, † quia cepit possessionem dictorum bonorum, & quidem legitimam, vt superius probatum fuit. Secundo quia, licet Sebastianus

occu-

occupasset naturalem, cum tamen illam postea dimisisset per alterius Parochialis assecutionem, possessio illa naturalis vacua remansit, ita vt † ratione similis: quæ penes Præstimonium ipsum, licet vacās residebat adipiscendo D. Rodericus possessionem eiusdem Præstimonij consecutus fuerit possessionē etiam bonorum dicti Præstimonij, *Anchar. in reg. beneficium. col. vlt. ante numerum duodecimum in vers. Et ideo ego. & in reg. sine possessione, numer. 10. in fin. & seqq. de reg. iur. in 6. Lambert. de iure patr. lib. 2. par. 3. art. 9. q. 11. num. 3. Couar. var. lib. 3. cap. 16. num. 13. Ferrett. cons. 14. numer. 4. & 5. vol. 1. & cons. 236. num. 11. lib. 2. cum alijs per Rot. decis. 19. par. 2. diuers. Bart. in l. cum hæredes. num. 1. in fin. ff. de acq. poss.* vbi, quod nouus Prælatus possidet absq; noua appræhēsione, quia Ecclesia possidet, *Pontan. de spol. lib. 3. num. 149.* vbi quod possessio rerum Ecclesiæ continuatur in Prælato absque noua appræhensione *Guidop. dec. 355. num. 1.* † Nomine etiam Præstimonij competebat D. Roderico manutentio quia, vt ostensum fuit in alia decisione, potest Prælatus nomine Ecclesiæ agere iudicio manutētionis, quando aliquis Ecclesia vacante occupauit naturalem, *ex Doctoribus ibidem cumulatis, & vltra illos faciunt Bald. in disputatione incip. Accusatus de vi turbatiua. col. 6. veniamus igitur ad solutionem, & declarat etiam Menoch. de retin. remed. 3. num. 507. ante fin. vers. qui ergo naturali, cum seqq.* Prout etiam videmus, quod, † si Prælatus male alienet bona Ecclesiæ, potest ipsemet nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto retinendæ, *Cassad. dec. 7. num. 13. de caus. poss. & propriet. Seraph. decis. 1417. num 7. Add. ad dec. 116. num. 5. s. m. Greg. & fuit dictum in causa Theatina Iurisdictionis 10. Maij 1621. coram Reuerendissimo D. meo Decano,* † quod plus est, quam si possessio naturalis occupetur Sede vacante per ea, quæ notat *Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 18. vbi etiam Rip. num. 74. ff. de acq. poss. Seraph. dec. 756. Mantic. dec. 332. num. 1.*

25

26

27

28

29 Non obstat, quod, † quando bona ab altero occupantur Sede vacante, Ecclesiæ competere interdictum vnde vi, *dicunt Innoc. in cap. cum super. num. 4. vers. & si spolietur. de caus. poss. & propr. & in d. c. cum in officijs. nu. 6. vers. & ideo videtur de testam. Specul. in tit. de petit. & poss. §. 1. num 36. Abb. in c. literæ. num. 3. vers. & si spoliatus. de dilat. & in d. c. cum super. num. 19. Felyn. in cap. constitutus. num. 19. vers. similiter important. de præscript. Add. ad dec. 355. num. 1. vers. respondeo ad primam. de restit. spoliat. in nou. Guidop. dec. 355. numer. 1. vers. vnde dicit. Natt. cons. 562. num. 14. & seqq.* quia pro responsione aduertendum est, † interdictum vti possidetis habere duos effectus; Alterum principalem pro conseruatione ciuilis possessionis; Alterum vero consecutiuum pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, & in hoc æquiparatur interdicto recuperandę, *Bologn. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune num. 43. vers. vnus est principalis. & vers. 2. habet. ff. de acq. poss. gl. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas in verb. nam clam post med. vers. erit ergo.* vbi quod hoc interdictum vti possidetis habet naturam mixtam, nempe ciuilis retinendæ, quæ est penes actorē, & recuperandæ naturalis ab aduersario occupatæ, *Bern. cons. 102. num. 38. & num. 43. lib. 1. Menoch. de retin. remed. 15. num. 26. Surd. cons. 160. num. 71. & 73. vol. 2. Rot. dec. 560. num 4. par. 1. recent.* hinc Doctores in alia decisione allegati dicunt, dari interdictum vnde vi ratione naturalis possessionis, & interdictum vti possidetis, propter ciuilem, quam aduersarius inquietat, & dicunt, hoc esse mirabile, quod interdictum, vti possidetis, licet sit retinendæ possessionis, habeat tamen vim recuperandę respectu naturalis, *Azo. in summ. nu. 12. C. vti possid. Bart. in l. vti possidetis. num. 4. vers. & aduerte. cod. tit.* vbi etiam *Bald. num. 12. in fin. vers. respondeo.* quorum Doctorum tanta est auctoritas, vt sola sufficiat, & in illis terminis loquitur *decisio in causa in Senen. Pontis Arringhi 12. Ianuarij 1573. coram D. de Rubeis par. 1. diuers. dec. 390. num. 3. vsq; ad fin.* dum dicit, quod possessio Ecclesiæ non est ciuilissima, sed ciuilis, & est considerabilis ad effectum recuperandæ, scilicet naturalis, prout est sensus dictæ decisionis, dum vult, quod possessio posterior illius Equitis Tomasij ad effectum summarijssimi possessorij non suffragatur stante possessione ciuili Ecclesiæ. Nec dicatur, decisionem istam fuisse reuocatam 12. Decembris 1580. coram Scipione Cardinali Lancellotto, *vt in dec. 682. par. 1. diuers.* in qua fuit resolutum, quod idemmet Eques Tomasius, licet agere non posset iudicio manutentionis, poterat tamen agere iudicio spolij, & fuit reseruatum, vt videretur, an constaret de primo extremo, vnde per consequens dicendum videtur, non competere interdictum retinendæ, quando tertius Sede vacante acquisiuit possessionem, ita vt, si ipse spolietur, ipsi competat interdictum recuperandæ ex quo fundamento deducitur iustitia sententiarum de partibus. Nam pro responsione dicitur, quod in eadem causa 26. Iunij 1577. coram eodem Scipione Cardinali Lancellotto, vt in copia decisionis, quæ datur manuscripta, resolutum fuit, mandatum de manutenendo relaxatum ad fauorem prædicti Equitis Tomasij fuisse iustum, & postmodum sub die 8. Martij 1578. coram s. m. Clem. VIII. *vt in dec. 240 par. 2. diuers* fuit recessum ab ista decisione Lancellotti, ea demū ratione, quod Ecclesia S. Leonardi melius probabat suam possessionem; vnde in casu dictarum decisionū opus erat videre, quis possessionem probaret, quia, cum quidam Ascanius Commendam Sancti Leonardi, & Sancti Martini possideret, non constabat, an tenutam Pontis Arrighi possideret, magis ratione vnius, quam alterius Commendæ, vt videre est *in eadem decisione sub nu 2.* ac propterea iure merito in casu dictarum decisionum debebat inspici actualis possessio, cum non constaret, an vna vel altera Ecclesia possideret. Vnde stante hac serie facti fuit *in eadem dec. 682.* opportune ordinatū, vt videretur, an constaret de primo extremo dicti Equitis Tomasij, & tantum abest, quod in prædictis decisionibus reprobetur conclusio firmata *in dicta decisione Senen Pontis Arringhi 390. par. 1. diuers.* nempe quod, † si Sede vacante naturalis possessio occupetur, competat Ecclesiæ manutentio, quod immò expressis verbis confirmatur in eadem *decis. 240. par. 2. diuers. coram s. m. Clem. VIII. in fin.* dum allegatur eadem decisio *sub die 12. Iunij 1573. corā D. de Rubeis Decano,* & prædictæ conclusioni assentit etiam *decisio 203. num 3. apud s. m. Greg. XV. dec. 19. num. 12. & 13. par. 2. diuers. & dec. 560. num. 4. par. in recent.* quæ in alia decisione fuerunt etiam ponderatæ. Pro quorum corroboratione fuit etiam consideratum, quod † antiquitus remedium retinendę raro practicabatur, vt videre est ex *decisione Bisignetti vltima de restitut. spoliat.* vbi Capitulum, cui denegatæ fuerant candelæ, quas percipere solebat, intentauit iudicium spolij ex vnica denegatione, & † hoc interdictum retinendæ cœpit esse obuium, ac frequentius practicari non multis ab hinc annis *vt videre est apud Put. dec. 192. num. 3. lib. 1. & dec. 409. lib. 2. in correct.* prout † hodie passim practicatur.

30

31

32

33

34

35 Non † obstat Rotæ auctoritas in decisionibus in contrarium allegatis, quia *decisioni primæ de restit. spoliat. in nou.* fuit satisfactum in alia decisione *proxime dec. 390. & 682. par. 1. diuers.* quibus etiam ex proxime deductis patet responsio: quemadmodum ex alia decisione deducitur quoq; responsio ad *dec. Seraph. 1127. ad dec. 171. par. 2. recent. & ad aliam*

in

in causa Borgomen. Bonorum 28. Ianuarij 1594. corā bon. mem. Cardinali, Blanchetto; in præfatis enim decisionibus Rot. iuxta casuum diuersitatem respōdit, nam in casu *dictæ dec. Seraphini* clare patet, quod dubitabatur de validitate vnionis, & dum ea cognoscebatur manutenendus erat possessor; prout etiam *in dicta decisione 171. par. 2. recent.* ambigebatur, an domus esset connexa Canonicatui. In decisione vero *bon. mem. Peniæ in causa* Hypporegien. *Capellæ Sancti Martini 25. Maij, & 21. Octobris* 1611. agebatur idem casus, de quo in d. Senen. Pontis Arrighi, quia eadem persona possiderat Ecclesium Sancti Martini in Castro, et extra Castrum, et dubium erat, cuius Ecclesiæ bona essent. *Decisioni bo. me. Cardinalis Cauaker. 209.* respondetur, illam esse intelligendam iuxta terminos decisionum *Seraphini, & dicta Senen. Pontis Arrighi*, quas allegat. Rationi vero repetitę, quod aliàs numquam daretur præscriptio contra Ecclesiam placuerunt Dominis responsiones datæ in alia decisione ponderā-
36 do, quod, † si Prælatus fuerit negligens in recuperanda naturali per decēnium, eadem naturalis possessio amittitur, *vt in puncto dicit Soccin. sen. alleg. cons. 266. num. 20. in fin. vers. sed illam amisit. vol. 2. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. numer. 23. de caus. poss. & propr. Rol. cons. 50. num. 26. lib. 2. Aym. cons. 235. num. 1.*

Et ita vtraque etc.

R.P.D. Pirouano

Romana Officii.

Lunæ 21. Iunij 1632.

S V M M A R I A.

1 *Emptor euictione secuta agere potest ad pretium solutum.*
2 *Euicta dicitur res, quando possessori fuit ablata.*
3 *Vniuersitas conueniri potest ex contractu Administratoris constito de versione, aliàs secus.*
4 *Ampl. etiam non constitu de versione, vbi tota Vniuersitas contraxit, vel mandatum dedit ad contrahendum.*
5 *Forma non seruata semper actus corruit,*
6 *Actus præsumitur validus contrario non probato.*
7 *Computatiuni ex l. hereditatum ff. ad l. falcid. quādo locus sit. & num. 10.*
8 *Mandatum executiuum credita non liquidato dicitur nullum, & iniustum.*
9 *Emptoris damnum respectu euictionis est pretium solutum.*
11 *Venditor an teneatur de euictione sequuta per Iudicis imprudentium, vel ex facto Principis, & num. seqq.*
12 *Sententia, aliu non probato, præsumitur rite lata.*
13 *Emptor ad periculum tenetur eorum, quæ post contractum contingunt.*
14 *Venditæ rei periculum spectat ad venditorem, vbi causa fuit iudicialiter tractata, & secuta euictio ex causa præcedente.*
15 *Venditor, qui se obligauit in se iudicium suscipere, & defendere à molestijs, tenetur ad molestias iuris, & facti.*
16 *Mandatum contra Vniuersitatem dirigi debet contra illius bona, & illis non existentibus collecta imponi debet.*
17 *Particulares de Collegio nec in persona, nec in bonis tenentur pro debita Collegij.*
18 *Mandatum contra Vniuersitatem dirigi debet cōtra Præsidentes, & administratores grauando illos in persona, quatenus non soluerint, cum repræsentent Collegium, & facultatem habeant soluendi, vel in bonis Vniuersitatis, vel per indictionem collectæ.*
19 *Decl. vt si nulla præcedat obligatio personalis, sed via agatur ordinaria, ita demum teneantur Priores in persona, si in mora fuerint non indicendo collectam à Iudice ordinatam, sed stante obligatione, & in via executiua committitur mora per Priores, dum in termino mandati relaxati non soluūt ex bonis Vniuersitatis, vel imponendo collectam, vt possunt etiam sine Iudicis auctoritate.*
20 *Mora committitur ex iudiciali interpellatione.*
21 *Mora respectu Vniuersitatis, & indicenda collectæ pro solutione debiti commissa non videtur, nisi datu competenti termino ad soluendum.*
22 *Collecta an imponi possit per Officiales Vniuersitatis absque licentia Pontificis pro soluendis debitis.*
23 *Officiales Vniuersitatis tenentur ex obligatione antecessorum vti successores, & Corpus Collegij repræsentantes.*

Decisio CCCXXXI.

VEndito officio, de quo agitur, Notariatus, et Secretariatus nuncupato, per Deputatos Collegij Medicorum Vrbis Cosmo Contino, et ad vitam Francisci eius filii, eos in pacifica possessione emolumentorum manutenere promiserunt, et de euictione Officii, et defensione in forma Iuris valida, et ad omnia damna in forma Cameræ se obligarunt. Contigit euictio pēr Cameram Apostolicam, et propter eam Franciscus filius primo egit contra Lampugnanum pro restitutione pretii scut. 700. qui postmodum per sententias Rotales obtinuit, declarari non esse obligatum de proprio, ex quo Collegium venditionem ratam habuit; egit secundo loco idem Franciscus ex nouo rescripto, et personas Prothomedici, et Camerarii respectiue totum Collegium repræsentantes, causa postmodum appellationis commissa cum facultate procedendi ad legitimam executionem; quæsitum fuit de vlteriori processu, et per Dominos fuit responsum.

Esse procedendum ad legitimam vlteriorē executionem, nisi infra duos menses de solutione fuerit doctum.

De Iustitia Francisci Contini agentis non fuit dubitatum, quia nititur instrumento obligatione Camerali vallato, et ratificatione subsequuta, ex quo Collegium tenetur manutenere Continos in pacifica possessione percipiendi emolumenta Of-
1 ficii, et de euictione, et ad damna, vndè, † cum euictio sequuta fuerit effectualiter per possessionis Officii priuationem, statim apertus est locus emptori ad agendū pro recuperatione prętii soluti, *l. si plus, vel minus, ff. de euict. l. qui rem. C. eodem tit. Grau.*
2 *cons. 682. num. 6. & 845. num. 12.* dicens, † rem esse euictam, quādo possessori fuit ablata, *Surd. cons. 36. num. 22. Thesaur. dec. 85. num. 1.*

3 Neq; obstat † defectus actionis non probata versione pecuniarum in vtilitatem Collegii, per *l. Ciuitas, ff. si cert. petat. Coller. de processu execut. par. 2. cap. 3. numer. 337. Mantic. de contr. libr. 8. tit. 12. num. 2.*

Quia, quidquid sit in particulari de Vniuersitate, vel Officiali, aut Sindico accipiente mutuo nomine Vniuersitatis, qui tenentur probare versionem
4 pro obliganda Vniuersitate, † secus tamen est, quando tota Vniuersitas contrahit, vel mādat cum aliquo suo nomine contrahere, vt in præsenti; quia tunc non est probanda versio, *Ripa in l. si is, qui. num. 10. ff. de pignor. Alciat. in d. l. Ciuitas. num. 2. Mantic.*

de

de contract. lib. 8. tit. 13. num. 6. Costa de retrotract. casu 4. cap. 8. num. 1.

Similiter neque obstat omissio formæ Statuti Collegii *cap. 30* prohibentis, nihil determinari, nisi per secreta suffragia, quod dicebatur factum non probari in venditione præsentis Officii, vt ideo 5 † forma non seruata semper actus corruat, *cap. cum dilecti. de rescript.* et latissime comprobat *Becc. cons. 12. num. 17.*

Quia, etsi possit dubitari de existentia statutorum quæ dantur, et etiam Bullæ Clem. VII. cum nō sint in actis producta; attamen Collegium, quod se fundat in negatiua obseruationis, tenetur illam proba-6 re, † aliàs semper præsumitur pro validitate actus, *Innocent. in cap. super his num. 19. de accus. Bart. in l. actor. num. 6. C. de probat. Gabr. eodem tit. concl. 6. in prin.* latissimè comprobans.

Nec releuans est alia exceptio, quæ deducitur ab excessu ex eo, quod latere emptorum restringebatur ad emolumenta officii, quæ non excedebant scuta octuaginta quolibet anno, non autem ad ipsum officium, cuius dominium non erat in ipsos translatū, nec poterat ab eis vendi, et tamen fuit relaxatum 7 mandatum pro sorte scut. 760. et vlterius, † cum officium fuerit venditum ad vitam Cosmi, et Francisci eius filii, et Cosmus iam decesserit, habēda erat ratio temporis decursi, ad *formam, l. hæreditatum. 8 ff. ad leg. falcid.* et † ante liquidationem dicebatur mādatum fuisse, et esse nullum, et iniustum propter crediti incertitudinem, *Bald. cons. 99. nu. 1. lib. 1. Seraph. dec. 1168. cum aliis allegat.*

Quia fuit responsum, Collegium promisisse, nō dū manutenere emptores in pacifica possessione exigendi emolumenta officii, sed de euictione, et de damnis: vnde officio euicto, et possessione ablata agit Franciscus ad damna, † quæ sunt ipsum pretiū solutum. *gl. in l. prima, verbo quanti, C. de his qui à 10 non Domino, Alex. cons. 67. n. 2. lib. 2.* et † de cōputatio: quia officium per Cameram Apostolicam venditum fuit ad vitam vnius tantum pro scutis 2000. et, vbi agitur de damno certo, non est locus præsumptioni legis prædictæ, *l. Titias. §. finali. ff. de act. empt. Ros. decis. 13. num. 2. & 308. numer. 1. part. 4. diuers.*

11 Demum non obstat, quod † euictio sequuta fuerit per Iudicis imprudentiam, et ex facto Principis quæ Collegium non potuit obligare ad restitutionē pretii.

Quia, cum præcesserit sententia, quæ fecit transitum in iudicatum, per quam Collegium fuit priua-12 tum dominio officii, de quo agitur, et † pro ea, præsumitur alio non probato, quod fuerit ritè lata, *Abb. in cap. quoniam contra. num. 23. de probat. Grat. cons. 77. num. 3. vol. 2. Gabr. de sent. concl. 4. numer. 2.* etiamsi petita fuerit restitutio in integrum, non est agendum de Iudicis imprudentia, aut de facto Principis, tanquam de contingentibus post contractū, 13 † quorum periculum solet spectare ad emptorem, quæ fuit ratio *l. si per imprudentiam, ff. de euict. & fundata in l. prima. C. de peric. & comod. rei vendit. 14 & l. fin. C. de euict.* sed dum † causa fuit iudicialiter tractata, et officium euictum ex causa præcedente euictionis: periculum semper spectat ad venditorem, *Angel. in l. prima. in secundo notab. C. de cōmod. & pericul. rei vend. Ofasc. dec. 48. num. 7.* præterea, 15 † cum Collegium teneatur vigore eiusdem obligationis instrumentalis in se suscipere iudicium, et defendere emptores à molestationibus, sibi, et non aliis imputet, si molestias de Iure, et de facto non amouit, *prout fuit dictum in Romana Dotis, quæ est 286. num. 4. impress. per Statat. post suum tract. de Saluian.*

Maior difficultas videbatur in hac via executiua super modo exequendi mandata contra Colle-16 gium prædictum, in qua multi senserunt † dirigēda esse mādata contra bona Collegii, aut, eis nō exi-17 stentibus, indicendam esse collectam, cum † particulares de Collegio, neque eorum bona teneantur pro debito Vniuersitatis, *per l. sicut. §. primo, ff. quod cuiusque vniuers. cap. Imperatorum. de Iur. calumn.* & indictio Collectæ sit modus à Iure approbatus, *iuxta Bart. doctrinam in l. 4. §. Actor de re iud. & in hac opinione transierunt Guttierez de Gabell. q. 169. num. 19. Felic. de censib. lib. 2. cap. 3. nu. 8. Capiblanc. de offic. Baron. lib. 2. Pragmat. 10. cap. 67. numer. 2. Auedan. de execut. Mand. Reg. cap. 14. 21. & 27.* & idem fuit firmatum in *Anconitana Florum 10. 18 Maii 1630, coram me,* alij verò existimarunt † dirigenda esse mandata contra Præsidentes, & Administratores, & grauando illos in persona, quatenus non soluerint debitum cum repræsentent totū Collegium, & habeant facultatem soluendi, vel in bonis eiusdem Vniuersitatis, vel per indictionem Collectæ, sequendo antiquos huius opinionis auctores. *nempe Bald. in l. etiam. num. 11. C. de execut. rei iud. Angel. in l. si quid. num. 1. & Castr. in l. sicut. num. 2. ff. quod cuiusquam vniuers. nomine,* atque ita senserunt *Garzias de expens. & melior. cap. 20. numer. 4. idem Guttierez de Gabell. qu. 168. nu. 19. Mansen. de consil. executiuis ampl. 3. numer. 29. Anton. Faber. in suo Codice lib. 7. tit. 33. diffin. 1. num. 4. & clarius lib. 4. tit. 7. de fis. 5. num. 2. Bobadill. in sua politica tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 78.* & cum hac secundā opinione Domini transierunt in via executiua, quæ competit Contino emptori Officij vigore obligationis Cameralis, quæ postrema opinio verè non discordat à prima: quia *Bald. in dicta l. etiam num. 21.* admittit Priores, aut Consules Vniuersitatum posse carcerari, ita tamen si fuerint in mora soluendi, propterea 19 † aliter moram committunt Priores, quando agitur via ordinaria contra eorum Vniuersitates nulla præcedente obligatione personali secundum formam Cameræ Apostolicæ, scilicet non indicendo Collectam à Iudice ordinatam; & tunc possunt carcerari ob non paritionem secundum terminos decisionis Anconitanæ Florum supra allegatæ, in qua referuntur tenentes primam opinionem, aliter vero committitur mora in via executiua, vt in præsenti, quæ statim oritur contra Priores, quando in termino mandati relaxati non soluunt, cum habeant bona Vniuersitatis sufficientia, vel Collectam indicere possint singulis de Vniuersitate pro debito extinguendo absque alia Iudicis auctoritate, alias non esset dare distinctionem inter viam ordinariam, & viā executiuam, & actionem personalem ex contractu, et obligatione descendentem, et realem ex non paritione causatam, vt dicunt allegati pro hac secunda opinione, et in his terminis potest admitti stylus A. C. de quo per *Salust. in sua praxi lib. 1. 20 cap. 36.* et addito quod, † etsi moram fuisse commissam ex eo probetur, quod Prothomedicus, et Camerarius fuerint iudicialiter interpellati, *Dec. & Cagnol. in l. qui sine, ff. de regul. Iur. Menoch. de arbitr. 220. num. 45.* non tamen in instanti relaxationis mādati, statim videtur mora commissa ratione subiectæ materiæ habendi pecunias à particularibus per 21 indictionem Collectæ; sed † intra competentem terminum datum ad soluendum, *vt idem Menoch. dicto cas. 220. nu. 45.* propterea Domini voluerunt, non prius mandatum esse exequendum, quam si vltra bimestre Collegium distulerit debitum soluere.

22 Non obstat, quod † officiales Collegij Medicorum non habeant facultatem imponendi Collectas particulares pro debitis Collegiis soluendis absq; licentia Pontificis: quia non agitur de interesse Cameræ Apostolicæ soluere propria debita, sed de obligatione Collegij, et sic priuatorum, pro

quo

quo non legitur legalis prohibitio.

13 Neque ex eo, † quod non essent officiales de tẽpore venditionis officij possunt eximi à personali obligatione quia non conueniuntur vti particulares de Collegio; sed tamquam officiales repręsentantes Corpus Collegij; qui semper extant sub nomine dignitatis, vt bene probant supra relati pro secunda opinione.

Et ita etc.

R.P.D. Dunozetto

Lucana Iurispatronatus.

Mercurij 20. Decembris 1628.

S V M M A R I A.

1 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendus.*

2 *Vicario attestanti super pertinentibus ad eius officium, & de facto proprio creditur.*

3 *Scientia, & patientia Aduersarii probatio non requiritur ad acquirendam quasi possessionem contra ipsum in habente titulum.*

4 *Scientia Aduersarii præsumitur ex actuum multiplicitate, & temporis diuturnitate.*

5 *Præsentatus à vero patrono præfertur præsentato ab existente in quasi possessione.*

6 *Decl. vt procedere si de vero titulo incontinenti concludenter doceatur vel per confessionem partis, vel rem iudicatam, vel publicum instrumentum fundationis, & clarum.*

7 *Donatione Ius omne dicitur à donãte abdicatum, & in donatarium translatum.*

8 *Beneplacitum Apostolicum cursu 30. annorum præsumitur.*

9 *Ordinarij consensus in donatione facta compatrono non requiritur.*

10 *Tituli insufficientis productio ad alium finem non impedit, quin allegari valeat præsumptio melioris tituli.*

11 *Titulum donantis, & cedentis potest allegare donatarius, & cessionarius.*

12 *Præsentatio facta præsumitur in vim tituli præcedentis.*

13 *Episcopus esse potest in causa iurispatronatus, vbi illius existentia controuertitur.*

Decisio CCCXXXII.

1 FVerat coram me resolutum 18. Iunii præteriti, Dominicum esse instituendum † tamquã præsentatum à Martino existẽte in quasi possessione præsentandi, *iuxta reg. tex. in cap. consultationibus de iurepatron. cum alijs allegat.*

Verum non acquiescente Francisco præsentato à Cappellanis iterum dubio proposito super iisdem Dominis placuerunt fundamenta decisionis.

Non enim obstat, Primo, quod exaduerso fuit deductum, dictam quasi possessionem nõ aliunde probari, quam ex attestatione Vicarii, cuius fidem in hoc prætendebant vacillare informantes pro Fran-

2 cisco fuit enim respõsum, † Vicario attestanti super pertinentibus ad eius officium, et de facto proprio, qualis est præsentatio coram se facta, esse plene credendum; *Rot. decis. 11. de iure patron. in nou. Caputaq. decis. 87. par. 3. prout in his terminis de attestatione Vicarii censuit Rot. in Papien. Archipresbyteratus 19. Ianuarii 1601. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Minus dictæ quasi possessioni officit, quod non probetur scientia, et patientia Cappellanorum

3 † cum enim Martinus habeat de iure fundatam intentionem super instrumento donationis Cappellanorum, non est opus docere de alia scientia, et patientia ad acquirendam quasi pssessionem in eorum præiudicium, *Castr. in l. seruitutis prædiorum. num. 9. vers. quarto requiritur ff. de seruit. Seraph. decis. 1213. num. 6. Greg. dec. 283. num. 2. vbi Add. num. 7.*

4 et vlterius † hęc scientia pręsumitur etiam ex actuũ multiplicitate, et diuturnitate temporis, *Seraph. dec. 306. num. 5. & 7. Rot. decis. 686. numer. 4. par. 2. recent.*

5 Non obstat secundo, quod † præsentatus à vero patrono comparente ante institutionem sit præferendus præsentato ab existente in quasi possessione, Quia Dominis placuit responsio decisionis, quod

6 hoc tunc demum † procedat, si de vero titulo concludenter doceatur ex cõfessione partis, re iudicata, vel instrumento fundationis adeò claro, vt indubitate incontinenti appareat de non iure existentis in quasi possessione, *vt præter allegata fuit decisum in Leodien. Canonicatus 13. Nouembris huius anni coram Reuerendissimo D. Decano.*

In casu autem nostro fundamentum, quod fiebat ex parte Cappellanorum super exhibito instrumento fundationis fuit sublatum ex subsequuta donatione eorumdem Cappellanorum ad fauorem Marti-

7 ni, † cuius vigore nunc ius fuit abdicatum à Cappellanis, et translatum in Martinum donatarium vt in d. decisione.

Neque hæc donatio eo minus valida censeri debet, quia non cõstat de beneplacito Apostolico, aut

8 consensu Episcopi, Nam † illud ex cursu 30. annorũ cum obseruantia præsumitur interuenisse, *Seraph.*

9 *dec. 677. num. 1.* † consensus autem Ordinarii in donatione facta compatrono non est necessarius, *iux. allegat. dec. Achil. 10. de iurepatr. Reuerendissimus D. meus Decanus dec. 464. num. 8.*

Nec præsumptio dicti Beneplaciti Apostolici eliditur ex productione cuiusdam consensus Vicarii, et sic ex exhibitione tituli insufficientis. Quia etiam huic obiecto Domini dixerunt fuisse satisfactum ex responsione decisionis. Etenim consensus Vicarii non fuit deductus ad supplendum defectũ Beneplaciti Apostolici requisiti in alienationibus rerum Ecclesiarum *ex Constitutione Pauli* 11. sed pro maiori cautela ad supplendum consensum Ordinarii, qui existimabatur necessarius etiam in puris terminis iuris communis pro donatione iuris-

10 patronatus. Vnde huiusmodi † productio tituli insufficientis facta ad alium finem, et effectum non impedit, quominus allegari valeat præsumptio melioris tituli, *vt distinguit Rot. in alleg. dec. 285. num. 4. par. 2. recent.*

Non obstat tertio, quod pręsentationes factę post donationem emanauerint in vim tituli fundationis et non in vim donationis. Cum enim ius Cappellanorum proueniat ex fundatione, hic idem titulus per Cappellanos fuit translatus in Martinum do-

11 natarium, † qui potuit propterea tamquam successor Cappellanorum allegare eumdem titulum, donatarius enim vtitur iure donantis eo modo, quo cessionarius iure cedentis, *ad l. si à creditore. C. de act. & oblig. Rot. decis. 304. numer. 7. par. 1. recens.*

12 Vltra quod † præsumitur, Martinum præsentasse etiam vti donatarium, et sic in vim tituli præcedẽtis, *l. fin. C. de acq. poss.*

Non obstat demum, quod dicebatur, Ordinarium esse in causa. Quia, licet informationes datæ pro Francisco inscriberentur etiam pro Episcopo, tamẽ ex actis non constat, Episcopum fuisse vnquam ad causam admissum, aut patronatui contradixisse Et in omnem casum obiectum visum fuit cessare, quia

nunc

nunc non agitur, nec dubitatur de existentia iurispatronatus, † quo casu Episcopus pro interesse posset esse in causa, sed tantum agitur de pertinentia inter patronos, quæ nihil commune habet cum Episcopo. [13]

Et ita vtraque etc.

EODEM

Eadem

Lunæ 7. Maij 1629.

SVMMARIA.

1. *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsẽtandi est instituendus.*
2. *Præsentatus à vero patrono, de cuius iurepatronatus constet per confessionem partis, seu rem iudicatam, vel publicum instrumentum, præfertur præsentato ab existente in quasi possessione.*
3. *Lim secus si iuspatronatus reddatur turbidum.*
4. *Donatione ius abdicatur à donante, & transfertur in donatarium.*
5. *Patronus Ecclesiasticus non potest iuspatronatus donare.*
6. *Annorum 30. cursus facit præsumere titulum validum, beneplacitum Apostolicum, & vtilitatem Ecclesiæ.*
7. *Vtilitas Ecclesiæ in donatione præsumitur eo ipso, quod donatio præsumitur solemnis.*
8. *Præsumptiones non sunt multiplicandæ.*
9. *Lim. nisi vna veniat in consequentiam alterius.*
10. *Episcopi interuentus in causa iurispatronatus, vbi de illius existentia non dubitatur, nec agitur de libertate beneficii, non attenditur.*
11. *Patronorum multiplicatio non præiudicat Ecclesiæ.*

Decisio CCCXXXIII.

IAM per duas decisiones in hac causa factas fuit resolutum, Dominicum esse instituendum † tamquam præsentatum à Martino existente in quasi possessione præsentandi, *iux. tex. in cap. consultationibus. de iurepatron.* hodiè cum causa pro tertia vice fuisset reproposita super eisdem Dominis placuerunt fundamenta decisionum. [1]

Non obstat, quod, † quando cum præsentato à Patrono putatiuo, videlicet existente in possessione præsentandi, concurrit alius præsentatus à vero Patrono, de cuius iurepatronatus legitime constat, vel per confessionem, vel per rem iudicatam, vel per publicum instrumentum, tunc in concursu præferendus est præsentatus à verò Patrono, *Panormit. in d. cap. consultationibus. num. 9. Dec. cons. 127. nu. 1. Butr. Rip. & alii, quos sequitur Rot. dec. 374. num. 4. p. 1. recẽt.* quæ limitatio videtur bene applicari huic casui, ex quo ex instrumento publico apparet, vnam ex duabus vocibus huius iurispatronatus fuisse reseruatum Vniuersitati Cappellanorum, quæ præsentauit Franciscum, qui propterea venit præferendus Dominico præsentato à Patrono existente in quasi possessione ex iuribus supra citatis: Quia ex dicto instrumento non visa fuit resultare talis probatio ad hoc, vt possit intrare dicta limitatio, † ex quo illud non solum redditur turbidum, sed omnino tollitur ex donatione postea facta à dictis Cappellanis Martino seniori, † cuius donationis vigore omne ius à Cappellanis fuit abdicatum, et in Martinum donatarium translatum, *vt fuit firmatum in duabus decisionibus quæ reuidentur.* [2] [3] [4]

Non obstat, † quod Patronus Ecclesiasticus non possit donare iuspatronatus. Quoniam eo ipso, quod † adest cursus, & obseruantia 30. annorum intrat præsumptio tituli validi, præsumiturque Beneplacitum Apostolicum, quæ quidem præsumptio influit ne dum in ipsum Beneplacitum, sed etiam in vtilitatem Ecclesiæ, *Alex. cons. 79. col. 4. num. 6. in fin. vers. fortificatur, lib. 1. Crauet. de antiquit. tempor. par. 3. cap. 2. vidimus in genere. num. 26. & in his terminis tenuit Rot. in mediolanen. Rescissionis Permutationis coram Card. Pamphilio apud Marthes. par. 1. fol. 113. num. 6.* nam † eo ipso, quod præsumitur donatio solemnis, præsumitur etiam vtilis Ecclesiæ, *Mantic. dec. 101. Greg. XV. dec. 343. vbi Add. num. 4. & in d. Mediolanen. Rescissionis Permutationis coram bo. me. Card. Pamphilio.* Qui quidem cursus 30. annorũ bene probatur ex pluribus præsentationibus effectuatis factis ab hæredibus Martini senioris ab anno 1551. de quo ipse Martinus præsentauit Pardum, *vt firmatur in prima decisione in hac causa facta.* [5] [6] [7]

Non obstat, quod hoc casu † daretur multiplicatio præsumptionum, nempe præsumptio Beneplaciti, & psũptio vtilitatis, cõtra *tex. in l. 1. C. de dot. promiss.* Quia † vna præsumptio venit in consequentiã alterius, *Mantic. d. dec. 101. numer. 3. Add. ad Greg. XV. dec. 343. num. 5.* nec est verisimile, quod dicta donatio tamdiu fuisset obseruata sine confirmatione legitime sequuta. [8] [9]

Denique non obstat, quod Episcopus Lucanus sit in causa, Quia, cum hoc iuspatronatus probetur non solum per multas præsentationes continuatas per publicum instrumentum fundationis, & donationis sed etiam per illiusmet Ordinarij comprobationẽ, dum ipse dedit institutionem Francisco alteri Præsentato, ita vt de illius existentia dubitari non possit, † sat est, quod non sit in causa pro libertate Beneficij ad effectum, vt præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi veniat instituendus, *vt fuit dictum in Pampilonen. iurispatronatus 19. Martij 1602. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Lucana Cappellaniæ 20. Maij 1594. coram Blanchetto, & in Auersana Beneficij, seu Iurispatronatus 23. Iulij 1603. coram Litta.* Vnde sua non interest, quod potius vnus, quam alter sit patronus, cũ † ob multiplicitatem patronorum non oriatur præiudicium Ecclesiæ, *Rot. dec. 174. num. 4 par. 2. recent. & fuit dictum in prædictis Auersana coram Litta, & Pampilonen. iurispatronatus coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* Reliquis verò obiectionibus fuit satisfactum per responsiones datas in decisionibus, cum quibus Domini transierunt. [10] [11]

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Verospio

Auximana Fideicommissi

Veneris 30 Maii 1631.

SVMMARIA.

1. *Possessio probatur ex instrumento apprehensioni factæ in vim sententiæ.*
2. *Executio, & subhastatio contra aliquem petita, & impetrata probat illius possessionem.*
3. *Executionem passus in vim mandati iudicis nulli, & iniusti, qui se pro spoliato non habuit, non dicitur sua possessione priuatus.*
4. *Via electa ordinaria, in qua partes consenserunt; non potest*

potest fieri transitus ad executiuam , nisi nulliter.

5 *Via vnius electione censetur alteri renunciatum.*
6 *Via executiua agi non potest nec in vim obligationis cameralis, vbi captum est agi via ordinaria.*
7 *Lim. nisi in primo iudicio reus fuisset contumax, vel actor reficiat omnes expensas.*
8 *Instituendi necessitas non considecatur in nepote ex fratre.*
9 *Causa vniuersalis præiudicialis est particulari.*
10 *Causam esse vniuersalem colligitur ex petitione, & conclusione libelli.*
11 *Et ex executione directa contra omnia bona.*
12 *Citationis executio nulla est facta in die festo, & nu. 17. Ampl. vt nu. 18.*
13 *Terminus ad reluendum ex constitutionibus Marchiæ debet constitui dierum quindecim.*
14 *Citatio executa die feriato, quæ cadat pro die iuridico, substinetur.*
15 *Ampl. etiam de stylo Rotæ. Decl. vt num. 17.*
16 *Citationis, seu illius executionis actus dicitur extraiudicialis.*
19 *Aegidiana locum non habet in Tribunali Ecclesiastico.*
20 *Iurisdictio eadem est delegantis, & delegati.*
21 *Excessus in exequendo causat iniustitiam.*
22 *Immissio dari, & accipi potest pro indiuiso, & postea ad diuisionem deueniri.*
23 *Exceptio fideicommissi turbida non obstat possidenti in vim illius, vbi turbiditas ex replicatione partis resultat.*
24 *Tertij ius allegari non potest , nisi eo volente, & num. 25.*
25 *Præsertim vbi non est omnino exclusiuum iuris agentis.*
26 *Executio facta contra non citatum nulla est.*
27 *Citationis omissio contra vnum operatur nullitatem etiam ad fauorem alterius, vbi communis est causa defensionis.*
28 *Executio vti indiuidua non potest pro parte, aut fauore alterius solum valere.*

Decisio CCCXXXIV.

POST executionem, quam obtinuerunt creditores quondam Pompilij de Rotundis in possessione prædij Frascbertalis , & deliberationem factam ab ipsis creditoribus eiusdem prędij Ioanni Florentino vltimo oblatori. Cum commissa mihi fuisset causa applliationis ex parte Phębi filii Pompilij, qui tamquam vocatus ex fideicommisso Hieronymi fuerat immissus in eiusdem prædii possessionem; Quia in eadem commissione concedebatur etiam mihi facultas manutenendi quem de iure, dedi Dubium. Quibus esset hæc manutentio concedenda, eodemq; dubio hodie per me proposito, illud Domini ad fauorem Phębi resoluerunt, informantibus tàm eodem Phæbo, quam creditoribus Pompilij, & Ioanne Florentin, qui ex deliberatione sibi facta à creditoribus erat in possessione eiusdem prædii.

Et quia de anteriori Phæbi possessione dubitari 1 non poterat, cum illa non solum † probaretur ex sententia, & instrumento apprehensionis in executionem eiusdem sententiæ, *ad l. Iuste possidet. ff. de* 2 *acq. poss.* Verum etiam † ex actu ipsius executionis, & subhastationis, quæ contra eumdem Phæbum petita, & impetrata fuit; solum opus erat videre, An fuerit Phębus eadem possessione priuatus ex mandatis, & illorum executione concessis creditoribus Pompilii, quibus tamquam nullis, & iniustis idem dicebat suam possessionem sibi ademptam non fuisse. Et subsistere visæ fuerunt Dominis tàm nullita-3 tes, quàm iniustitia eisdem mandatis oppositæ, † ita vt præseruatum ex illis fuerit ius, & anterior Phębi possessio, qui se pro spoliato non habuit, *Host. in summ. tit. de restit. spol. § quando facienda sit restitutio. Abb. in cap. conquærente. num. 12. eod. tit. Put. dec. 409. lib. 2. Verall. dec. 586. par. 3. Cas. de Grass. dec. 1. num. 2. de constit.*

Prima nullitas, quæ respiciebat ordinem iudicii, et operabatur nullitatem ipsius mandati relaxati, 4 fuit † transitus à via ordinaria ad viam executiuam, cum post immissionem, quam ipse Phæbus obtinuerat tamquam vocatus ex fideicommisso Hieronymi in pluribus instantiis, solum ab eisdem creditoribus fuerit controuersum hoc fideicommissum donec ab vltima sententia bo. me. Vbaldi, quæ declarauit libera eadem bona relicta à Hieronymo, appellauit Phæbus, & commissa causa bon. me Manzanedo, firmatum fuit non solum idem fideicommissum, sed quod ad illud esset vocatus ex tertia parte vna cum Pompilio patre, & Cornelio patruo *vt in decisione eiusdem R. P. D. Manzanedi* 10. *Nouemb.* 1617. Vnde, cum in hoc statu causa penderet, & cum dubitari non possit de consensu vtriusque partis procedendi ordinarie, non potuit, relicta hac via, institui noua via executiua pro eisdem creditis, super quibus fuit iam diù actum in iudicio ordinario, *vt fuit coram eodem Manzanedo in hac causa* 5 *resolutum* 18. *Maij* 1619. cum † per electionem vnius viæ censeatur alteri renunciatum, *cap. vt qui de elect. lib. 6. Bald. in l. 1. num. 1. in fin. C. de execut. rei iudic. & in l. 2. numer. 54. C. de seruitut. & aqu. Negus. de pignor. 4. par. princ. num. 25. Cas. de Grass. dec. 1. num. 2. de sent. excomm. Rot. dec. 551. num. 5. par. 3. lib. 3. diuers. in Mediolanen. Legati 30 Octobris 1585. coram Cardinali Pamphilio, in Romana Pecuniaria 28. Nouembris 1612. coram Manzanedo* Idq; 6 † etiam procedere ; quamuis actum fuerit vigore obligationis Cameralis, *tradunt Add. ad Galles. de* 7 *oblig. cam. q. 11. num. 11.* † nisi tamen in primo iudicio, quod fuit per actorem intentatum, fuisset ipse reus contumax, vel nisi actor, qui executiuè agere aggressus est, refecerit omnes expensas iudicij, quod cæptum, & tractatum antea fuit ordinariè. Et huius nullitatis defectus ex eo præterea augebatur cum omnia bona ad sui, & fratrum suorum fauorē fuisse fideicommisso supposita, non solum contenderet Phæbus, sed contra eosdem creditores Pompilij patris obtinuisset declarari per sententiam Cardinalis Lancellotti, immo, cum non deessent coniecturæ relatæ *in decisione eiusdem Cardinalis Lancellotti* 12. *Iunij* 1604. ex quibus vocatio Pompilij, & filiorum facta à Hieronymo testatore concludebatur fuisse ordine successiuo, non autem simultaneo 8 † quamuis in eodem Hieronymo, cui ipse Pompilius erat ex fratre nepos, considerari non posset necessitas instituendi, sicut regulam esse, & communē Doct. opinionem testatur *Ias. in l. Gallus. § quidam rectè. ff. de liber. & posthum. Peregr. de fideicom. art. 17. num. 20. & dictum fuit in hac eadem causa corā bo. me. Manzanedo* 10. *Nouembris* 1617. Si enim subsistebat idem fideicommissum, & post Pampilium succedere debebāt ipsius filij, excludebatur penitus omnis actio, & prætensio creditorum contra bona Hieronymi, & clarior erat nullitas mandati relaxati propter pendentiam causæ super fideicommis-9 so, † quæ tamquam vniuersalis non poterat, nō esse præiudicialis huic causæ, & particulari petitioni creditorum, *ex traditis per Bart. in l. fundum Titianum ff. de except. & præscript. Aym. cons. 79. num. 7. Verall. decis. 117. par. 2. & fuit latè deductum in Tiburtina Castri Sancti Angeli* 26. *Nouembris* 1616. *coram bo. me. Andrea, &* 15. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino.* Quarum decisionum rationes bene applicantur, cū antequā per creditores cæptū fuerit

fuerit agi executiuè, semper ex parte Phębi fuerit declaratio huius fideicommissi, et quod illud purificatum esset ad sui fauorem, ita vt dubitari non posset, An esset vniuersale ius, quod fuit ab eo propositum, et quidem non solum respectu petitionis, et cō-
10 clusionis ipsius libelli, † vt latia esse firmat *eadem decisio 15. Martij 1630. coram R.P.D. meo Merlino,*
11 sed etiam † respectu executionis, quæ semper directa fuit contra omnia bona eidem fideicommisso subiecta, et numquam aduersus rem aliquam particularem.

Aliæ nullitates, quæ plures erant, respiciebant omnes ipsum processum subhastationis, et deliberationis, sed duas præcipuè Domini considerarunt, quas putarunt excusari non posse, quod scilicet citatio ad reluendū executa fuerit 25. Aprilis 1630.
12 † qua die colebatur dies festus sancti Marci, *vt ex l. vlt. C. de fer. docet Vant. de nullit. ex defect. citat. nu.* 46. quod post solum terminum quinque dierum datum ad reluendum, deuentum fuerit ad deliberatio-
13 nem, cum tamen † ex forma Constitutionis Marchiæ, *de qua in cap. 7. lib. 5.* constitui debuisset quindecim dierum dilatio. Neque visę fuerunt subsistere responsiones datę eisdem nullitatibus per informan-
14 tes pro creditoribus, † licet enim substineatur citatio, quæ fuerit executa die feriato, sed tamen cadat pro die iuridico, *argum. l. in tempus. 62. ff. de hered. inst. & tennit Ioan. Andr. in c. conquestus. n. 3.*
15 *de fer.* † quem etiā esse stylū huius Tribunalis cōstat *ex dec. 1. de fer. in nou. & ex Cassad. dec. 5. de dol.*
16 *& cōtum.* Cū † extraiudicialis sit actus eiusdē citationis, nō tamē id verū est semper, atq; etiā in die-
17 bus, qui in Dei honorē celebrātur, sed † solū in feriis, quæ propter hominū fauorē, et commodū inductæ fuerūt, *in quibus terminis loquitur decisio Cassadori, & post Oldrad dixit Bart. in l. 1. §. renunciatio. ff. de nou. oper. nūciat. Bald. in l. fi. n. 2. C. de fer. & esse communē Doctor. opinionē testatur Lāfranc. de Orian. in c. quoniam contra. §. citationes. vers. tādem quæritur. de prob. Vant. de null. ex defect. citat. superius allega-*
18 *tus n. 46. Cast. cons. 271. lib. 1. nu. 3.* qui dixit † neq; valere contrariā loci, aut regionis consuetudinem.

Sic etiā non sustinebatur breuior terminus datus ad reluendum, quam concederetur per Constitutionem Marchiæ, quia, et si eadem Constitutio, cu-
19 ius Auctor fuit Cardinalis Ægidius, † obtinere nō posset in Tribunali Ecclesiastico, in quo post mandatum sibi à Rota concessum actum fuit per creditores pro subhastatione, dum tamen Vicarius Episcopi procedebat iure sibi à Rota delegato, et causa erat inter laicos, nō aliū stylū seruare potuerat, quā seruet hoc Tribunal, vbi sūt in causa solū laici,
20 † cū eadē sit iurisdictio delegātis, et delegati, *c. fine. 11. de offic. deleg. l. & si Prætor. ff. de offic. eius cui mād. est iurisd. Ferret. cōs. 190. n. 4. Put. dec. 127. lib. 1.*

Præter nullitates oppositas etiam de iniustitia mādati, et executionis concessæ creditoribus, dixerunt
21 Domini constare † propter excessum ipsius executionis: quia, quamuis ex persona Pompilii expirasset fideicommissum; et ad bona Hieronymi testatoris simul cum ipso Pompilio vocati essent Cornelius frater, et Phæbus filius eiusdem Pompilii, non tamē poterant creditores ex eodem fideicommisso consequi nisi tertiam partem, quæ erat portio Pompilli; atque ita negari non potest excessus, dum solum sua portio fuit Phębo relicta, et pro duabus ex tribus concessa immissio creditoribus. Neque poterat excusari hic excessus, vel quia turbida esset exceptio huius fideicommissi, dum super eo adhuc cau-
22 sa pendebat, vel quia † potuerint ijdem creditores immitti pro indiuiso, et facta executione deueniri postea inter ipsum Phębum, et creditores ad diuisionem, cum certæ essent portiones cuiusque in vniuersum, licet respectu singulorum corporum, et rerum particularium, quæ erant in hæreditate Hieronymi, eædem res, et bona certificari etiām deberēt ex diuisione, *sicus consideratum fuit in decisione facta corā Eminētissimo Cardinali Vrili 26. Martij 1629.*
23 Quia † quoad turbiditatem exceptionis non poterat illa Phœbo nocere, dum erat ex causa eiusdem fideicommissi in possessione horum bonorum, sed creditoribus, qui se eidem fideicommisso opponebant, et à quorum replicatione oriebatur hæc turbiditas, *Afflict. dec. 63. Put. dec. 232. 241. lib. 3. in nou. Rot. dec. 57. nu. 3. par. 2. diuers. & in Parmen. Prioratus 23. Ianuarij 1621. coram Reuerendiss. Seleucien.* Quod vero etiam facta executione diuidi potuerint hæc bona, non tollit excessum, qui prętenditur, dum facta fuit executio in bonis filiorum Cornelii, qui debitores non erant, et licet hoc tangat, et respi-
24 ciat ius tertii, † de quo dare non licet, nisi volente tertio; dum tamen filii ipsius Cornelii expressè se apposuerūt, et obtinuerunt committi causam appellationis à decreto, in quo fuit hoc mandatum relaxatum, non potest dici, vt hæc exceptio contra eorum voluntatem ab ipso Phœbo hodiè proponatur;
25 sicut † ob hanc solam rationem de iure tertii dare non licet, quando illud non est omnino exclusiuū iuris agentis, cum priuatio, quæ debet pendere à voluntate eiusdem tertii, sit solum in potentia, et nō in actu, antequam fuerit hæc illius voluntas declarata, *vt dixit Surin. Sen. in l. 2. num. 8. ff. de except. rei iudic. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 359. C. de reuoc. donat.* quod neque poterat dici hoc casu, cum respectu portionis debitæ filiis Cornelii ius aliquod creditores prætendere non possent, *vt optimis rationibus defendit Thesaur. dec. 4. numc. 8. Surd. cons. 415. num. 16. & 17. & fuit dictum in Romana fideicomissi de Guidis. 29. Maii 1628. corā me.*
26 Et hinc etiam sequebatur † alia nullitas eiusdē mādati, cum neque citati fuerint filii ipsius Corne-
27 lii in illius expeditione, et † eadem nullitas operatur etiam ad fauorem ipsius Phœbi, cùm communia esset causa defensionis, dum omnes veniebāt ex eodem fideicōmisso, *l. in hoc iudicio, & ibi Doct. ff. famil. ercisc. Card. Cauaier. dec. 396. num. 2. & in Ariminen. Donationis 8. Martii 1630. coram me.*
28 ageretur de sustinenda executione, † quæ tamquā indiuidua non poterat ex parte, aut fauore alterius solum valere, *Abb. in cap. cum inter, num. 24. de sent. & re iudic. Cas. de Grass. dec. 5. numer. 3. eod. tit. & dec. 2. num. 8. de sent. excomm. Rot. decis. 118. num. 4. par. 1. recent.*

Et ita vtraque etc.

R.P.D. Verospio

Romana Officij Aquarum.

Lunæ 16. Junij 1631.

S V M M A R I A.

1. *Papa iuris præsumptionem, & assistentiam habet super proprietate, & collatione omnium Officiorū Vrbis.*
2. *Officia Vrbis nec vendi, nec aliter alienari possunt sine licentia, & consensu Principis.*
3. *Officia Vrbis possidens priuatus cogi potest ad ostendendum titulum.*
4. *Officium Magistrorum Viarum habet annexum Officium, & Notariatum omnium Aquarum, ac etiam Aquarū Virginis, & Felicis, & n. n. seqq.*
5. *Aqua Felix à nomine Sixti V. denominata fuit.*
6. *Possessio anterior ad successoris fauorem probatur ex possessione antecessorum, & num. 18.*

7 *Officium dicitur possidere, quod per eum obtinentem possessum fuit, & num. 18.*
8 *Salarium detrahitur, vbi diminuitur labor.*
9 *Salarium augi debet aucto labore.*
10 *Officium vnum, & idem potest habere plura, & diuersa munera, & labores, quorum causa plura stipendia debeantur.*
11 *Notario roganti, & instrumentum tradenti duplex salarium solui debet.*
12 *Officij vnio, & vnitas quomodo probetur.*
13 *Officium concessum censetur eo modo, quo antea alijs concessum fuerat.*
14 *Confessionem eius, in cuius locū quis succedere prætendit, impugnare non potest.*
15 *In Officijs Romanæ Curiæ datur distinctio inter titulum, & dominium illorum.*
16 *Alienatio emolumentorum Officij tenet in præiudicium alienantis, & eius vita durante.*
17 *Iure dantis resoluto resoluitur etiam ius recipientis.*
19 *Exactiones, quæ dederunt causam liti, pro manutentione suffragari non debent.*

Decisio CCCXXXV.

CVM molestarentur Domini de Mancinis in perceptione emolumentorum Notariatus Aquarum Virginis, et Felicis, de cuius Notariatus titulo prouisi fuerāt ab Illustrissimis Cameræ Vrbis Conseruatoribus per obitum Alexii Buccamatii, et ex rescripto Sanctissimi, commissa mihi fuisset causa cum facultate manutenendi, quē de iure, Placuit Dominis, cum eadem causa primū proposita per me fuisset 26. Iunii anni proxime præteriti, vt videretur de bono iure tam eorumdem Dominorum de Mancinis, quam D. Ioannis Bernardi Nuculæ, qui in prouisione, quam obtinuerat à Dataria Notariatus Magistrorum Viarū hunc etiā Aquarum Notariatum venisse contendebat tamquā dependentem, et annexum eidem Officio: Et proposito pluries dubio, illud ad fauorem D. Nuculæ hodiè Domini resoluerunt, cuius possessionem, et possessionis titulum probatum dixerunt, dum non subsistebat præcipuum, et vnicum fundamentum Dominorum de Mancinis, vt diuersa, et distincta essent hęc duo Officia Notariatus Aquarum, et Viarum, siue; quod ab eodem fundamento dependebat, vt ad Cameram Capitolii, et Conseruatorem probaretur spectare Officium Aquarum, de quo ab eisdem Cōseruatoribus prouisi fuerant.

Quod enim Officium Notariatus Viarum ad Sūmi Pontificis, et eius Datariæ collationem pertineret, non controuertebatur inter partes, et vere non poterat controuerti, nam præter præsumptionem, 1 et iuris assistentiam, † quam habet Papa super proprietate, et collatione omnium Officiorum Vrbis, *ad tex. in cap. vnico. quæ sint regal. in vsib. feud. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 13. numer. 10. Card.* 2 *Seraph. dec. 998. nu. 3.* † Adeo vt neque vendi, neque alienari possint sine licentia, et consensu Principis, *vt argum. l. in diem. probat Bart. ibi in fin. ff. de aqu. plu. arc. & in l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 4. in fin. ff. de publican. Bertacch. de gabell. par. 1. num. 3. q. 14. Io. Franc. à Pont. dec. 22. n. 28. & dec. 34. n. 16.* 3 et † priuatus ea possidens cogi possit ad ostendendum titulum suæ possessionis, *Luc. de Pen. in l. quicunq; num. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. Afflict. in cap. 1. §. illud. num. 32. de prohib. feud. alienat. per Federic. & in cap. 1. numer. 84. & seq. de controu. inuest. Rol. cons. 89. num. 34. vol. 2. Rosental. de feud. cap. 8. concl. 33. num. 9.* Idque etiam constitutum fuit per Constitutionem Pii IV. in qua reuocantur, et annullantur omnes dispositiones, et prouisiones Notariorum Status Ecclesiastici, quæ Constitutio etiā refertur *in Rauenat. Notariatus prima Iuly 1615. coram bon. mem. Buratto*, probabatur hoc ipsum tam à prima eiusdem Officii erectione, quam ex omnibus collationibus, quæ diuersis temporibus secutæ fuerunt, et quas nunquam nisi à Sede Apostolica apparebat fuisse admissas, cum in erectione eiusdē Officii, quæ successit tempore, et auctoritate Martini Quinti. datus etiam, et constitutus illi fuerit Notarius Nicolaus de Mutiis, et successiuis temporibus eumdem Notariatum habuerit à Iulio III. Ottauius de Gracchis pro se, et suis heredibus, à quibus donatus deinde fuit ex permissione, et auctoritate Clem. VIII. Alexio Buccamatio, cui demum per resignationem admissam à Greg. XV. successit Palmerinus.

4 Probabatur etiam, † hos eosdem, qui fuerunt Notarii Magistrorum Viarum, tractasse non solum negocia, quę administrationem, et curam vniuersā, ac generalem omnium Aquarū, Fontium, et Aqueductuum respiciebant, quæ quidem cura eidem Officio, ac Notario Viarum commissa, et imposita fuerat ex Constitutione Martini V. sed etiam concessionem, et administrationem in specie duarū harū aquarū Virginis, et Felicis. Idq; tā ex exercitio, et diuersis expeditionibus, concessionibus, ac decretis super eisdē Aquis, de quibus iidē Notarii apparebant rogati, quam etiam, quia respectu Aquæ Solonis additæ à Pio V. Aquæ Virgini, et respectu 5 Aquæ Felicis, † quam à suo nomine appellauit Sixtus V. qui primum illam in Vrbe intulit, hoc ipsum declararunt iidem Pontifices, dum propter priuilegia, ex quibus ad Tribunal Magistrorum Viarum antiquitùs competebat cognitio generalis, et vniuersalis super Aquis, et Fontibus, noluerunt illis eā dem cognitionem adimere, quamuis peculiarem Congregationem propter eas duas Aquas Virginē et Felicem instituissent; Et demum iam vsque ab anno 1587. apparebat, Ottauium Gracchum obtinuisse mandatum de manutenendo in possessione exercitii, et administrationis super Aqua Virgine, tamquam Notarium Viarum, à quo tempore alii Notarii semper in eadem possessione cōtinuarunt, 6 † quod bene probare potest anteriorem possessionem, *cap. licet causam. & ibi Felin. numer. 8. vers. tertia causa. de prob. Bart. in l. vnica. §. ac satisdationis. numer. 8. C. vti possid. Rot. decis. 489. numer. 3. &* 7 *decis. 487. num. 1. par. 2. recent.* † Et quidem etiam respectu ipsius Officii, cuius Officii causa fuit decreta, et concessa Gracco manutentio, *Bart. in l. 1. §. vsufructuarius. num. 18. ff. de nou. oper. nunc. Abb. in cap. cum super. numer. 21. vers. si vero Clericus. de caus. poss. & propr. Card. Seraph. dec. 60. in fin. Rot. dec. 390. num. 3. par. 1. diuers. & dec. 623. nu. 2. par. 2. recent.*

Hæc omnia, quæ cum negare non possent, vltro concedebant, et permittebant Nuculæ Domini de Mancinis, non poterant videri sublata ex distinctione, quam postea faciebant, vt omnes actus, et expeditiones ideo facti fuissent in actis Gracchi, Buccamatii, atque ipsius Palmerini; Quia scilicet tamquam Notarii Viarum essent etiam Secretarii Congregationis super aquis, cui Congregationi additi fuerunt ex Constitutione Pii V. etiam Magistri viarum, ipsarum vero aquarum Notariatus esset Officium omnino distinctum, et diuersum ab Officio Viarum, et ad Cameram Capitolii pertineret, licet semper in vna, eademque persona eadē Officia resederint. Quod enim Notariatus aquarum distingueretur ab Officio, et Notariatu Viarum, et quod ipse Notarius additus fuerit Congregationi, quæ postea fuit super aquis instituta ex causa solius Officii, et Notariatus Viarum repugnabat

gnabat expressè eidem Constitutioni, cum immo Viarum Magistri additi fuerint Congregationi, quia ad illorum Tribunal spectabat cognitio super Aquis, et non ideo Buccamatius, et alii, quod essent Secretarij Congregationis, curam habuerant negociorum, et expeditionum, quæ respiciebant administrationem Aquarum, sed ideo fuerunt Secretarii eiusdem Congregationis, quia earumdem Aquarũ cura ad ipsos tamquam Notarios Viarum pertinebat. Quod vero Officium Aquarum ad Conseruatores pertineret, licet ab eodem principio pendetet, quia si erat vnum, atque idem vtrumque Officium, non poterat Notarius Aquarum esse diuersæ naturę à Notariatu Viarum, cuius erat portio; tamen nõ alia dabatur, aut ostendebatur huius rei probatio, quam quod repetiretur hoc Officium descriptum in Tabella inter alia Officia, quibus certa emolumenta, ac stipendia singulis annis soluuntur à Populo Romano; quæ quidem probatio non poterat hoc casu quidquam concludere, cum alia plura officia essent descripta in eadem Tabella, et in specie hic idem Notariatus Viarum, quæ certum erat nunquã fuisse collata à conseruatoribus, aut Camera Capitolina.

Non etiam diuersitatem eiusdem Officii ostendere poterat eadem Tabella, quatenus in ea diuerso modo, ac distinctè reperiebantur Notariatus Aquarum, et Viarum, sicut etiam Secretarius Congregationis earumdem Aquarum. Quia neque hoc argumentum concludebat, dum ratione gemini, et repetiti laboris potuerunt iidem Notarii ferre, 8 et habere plura stipendia; sicut enim, † si contingat laborem minui, detrahitur quoq; de salario, *l. Scio. in princ. ff. de ann. legat.* ita † aucto labore ipsum salarium 9 oportet etiam augeri, *vt bene, & in proposito comprobat Roman. cons. 25. num. 2. quem sequitur Becc. cons. 27. num. lib. 1. Surd. cons. 66. num. 6. Menoch. de arbitr. iud. cas. 223. num. 7. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. num. 15.* neque ex eiusdem salarii augumento argui potest ad diuersitatem, ac pluralitatem 10 Officiorum, cum † vnum, idemque officium possit habere plura, ac diuersa munera, et labores, quorum causa debeantur plura stipendia ei, qui idẽ officium excercet, *vt est casus in l. vlt. iunct. gl. in verb. exemplaria. C. de princip. agent. in reb. libr. 12.* 11 vbi † Tabellioni, qui instrumentum confecit, et illud postea exemplauit, duplex salarium debitum esse, dicit *eadem gl.* cum tamen non nisi vnicum sit officium Tabellionis, quam *gl.* postea secuti fuerũt *Bart. & Ang. in l. Argentarius. num. 2. Alex. num. 5. Ias. num. 1. ff. de eden. Rom.* d. *cons. 15. nu. 2. & singul. 581. Becc. d. d. cons. 27. in princ. Surd. d. cons. 66. nu. 1.* et hoc etiam probatum videri poterat tam ex ipsamet Tabella, in qua eodem modo notata apparebãt plura officia, quæ, quamuis non essent inter se distincta, ratione tamen diuersi oneris, quod ea officia exercebant, distinctè descripta erat in eadem Tabella, vt in specie Notarius Cameræ, et Notarius Zecchę, ac Notarius pecoliaris, vt dicunt Eminentissimi Cardinalis Camerarii, ac Iuramenti, quod ab Officialibus præstatur in ipso ingressu Officii, quam etiam ex solito, quod semper seruatum fuit in collatione huius Officii, cum Buccamatius ex sola resignatione, et donatione, quam habuit ab hæredibus Ottauii Gracchi, huius tituli Notariatus Viarum, fuerit sine noua impetratione etiam Notarius Aquarum, et Secretarius Congregationis, et ipse etiam Palmerinus propter eumdem Notariatum Aquarum sibi à Buccamatio solum resignatum, itẽ fuerit Secretarius Congregationis, et perceperit emolumenta debita eidem Notariatui propter ad12 ministrationem Aquæ Felicis, quod, † sicut ostendere potest vnionem, atque vnitatem huius officii, *ex traditis per Oldrad. cons. 296. Rot. decis. 714. nu. 1.* 13 *par. 1. recent.* † ita operatur hoc solitum, vt eodem modo censeatur idem Officium concessum etiam Nuculæ, *iuxta doctr. Bart. in l. Magistratus. ff. ad municipal.*

Demum quod ea emolumenta alienauerit Buccamatius, quæ sibi occasione administrationis Aquæ Virginis proueniebant, neque poterat concludere, vel quod officium, et Notariatus Aquarum esset ab Officio Viarum distinctum, vel quod in resignatione, quam fecit idem Buccamatius eiusdem Notariatus Viarum ad fauorem Palmerini venire non potuerint eadem emolumenta, quæ prius fuerant alteri cessa, quod saltem illa hodie peti non possint per Nuculam, qui subrogatus in locum Palmerini, in illius solum iure, et possessione successit. Nam cum hunc ipsum Notariatum Aquę Virginis, cuius emolumenta alienabat, non esse diuersum ac distinctum à Notariatu Viarum dixerit ipsemet Buc14 camatius in alienatione, quam fecit (cuius † confessionem, et videntur posse impugnare Domini de Mancinis, dum in eiusdem Buccamatii iure succedere volunt) satis est, vt titulum Notariatus pro se idem Buccamatius retinuerit, cum non solũ 15 licuerit illi id facere, sed etiam † in huiusmodi Officijs sit dare distinctionem inter titulum, & dominium eiusdem Officij, *vt fuit dictum in Romana officij scriptoria 13. Maij 1583. coram Aldobrandino, & prima Martij 1588. coram Card. Pamphilio, coram eodem Card. Pamphilio in Romana officiorum Plumbi 4. Iulij 1601. & in recent. dec. 305. num. 4. par. 2.* & licet id potuerit nocere vel Buccamatio, 16 † in cuius solum præiudicium, & donec ipse vixisset teneri potuit eadẽ alienatio, *ad trad. per Peregr. de fideic. art. 40. num. 7. Rip. in l. obligatione. num. 39. ff. de pignor. Castr. cons. 217 num. 2. lib. 2.* vel ipsi etiã Palmerino, qui in venditione sibi facta eiusdem officii potuit idem officium minoris emisse, atque ita partem pretii compensasse cum iis emolumentis, quæ sibi cum ipso Officio vendita non fuerunt, non 17 tamen id potest obesse Nuculæ, cum, † resoluto eiusdem Buccamatii dantis iure, sit etiam resolutũ ius Mileti, qui ab illo eadem emolumenta habeat, *l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. l. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. l. si duobus. §. sin autem. C. comm. de legat. Castr. eod. cons. 217. num. 2. par. 2. Caphal. cons. 319. num. 3.* et hoc solum firmatum fuit *in decisione bon. me. Remboldi facta in hac causa 16. Iunij 1625.* in qua concessum fuit mandatum de manutenendo hæredibus, ac cessionariis Mileti contra Palmerinum propter hanc eamdem rationem, quia nõ apparebat, quod eadem emolumenta vnquam ipse Palmerinus exegisset, et quia potuit officium sibi venditum habere sine eisdem emolumentis.

Et ex his omnibus non solum apparebat de possessione Nuculæ, quam melior, ac validior titulus confirmabat, sed etiam quod eadem possessio esset 18 anterior possessione DD. de Mancinis, † cum illã deducere posset ex persona omnium suorum antecessorum, dum ipsum Officium erat in hac possessione, *ex notatis per Bald. in l. vlt. num. 3. C. de edict. Diu. Adrian. Specul. in tit. de petit. & possessor. num. 37. Innoc. in cap. cum super. num. 4. de causs. poss. & propr. Rot. dec. 1. de restit. spoliat. in nou. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 490. num. 2.* ipsi vero Mancini solum probarent se possedisse, et exegisse ab anno 1627. et post mortem Buccamatii; præter19 quam † neque eædem exactiones illis poterant suffragari tamquam eæ, quæ dederunt etiam causam huic liti.

Et ita vtraque parte informante etc.

V 5 R. P. D.

R.P.D. Pirouano

Romana Domus

Luna 16. Februarii 1632.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur habenti naturalem, & anteriorē possessionem.*
2 *Associationis petitio præsupponit aduersarium possidere.*
3 *Manutentio datur probanti suam possessionem de tēpore motæ litis.*
4 *Immissio data auctoritate Iudicis potens est priuare anteriorem possessorem naturali, & ciuili possessione.*
5 *Lim. secus vbi Iudex nulliter, seu iniustè procedit.*
6 *Canonis receptione regulariter inducitur caducitatis remissio.*
7 *Domino directo, qui deuolutionem prætendit, non competit via executiua associationis, vel manutentionis, sed ordinaria, vbi deuolutio turbida redditur.*
8 *Pactum de associando, vel ingrediendo propria auctoritate non operatur contra emphyteutam, nisi cum constet, eum esse destitutum omni defensione.*
9 *Appellatione pendente est interim possessor manutenendus.*
10 *Appellatio sententiæ suspendit effectum, ac si lata non fuisset.*

Decisio CCCXXXVI.

AGente D. Marchione Riano ad deuolutionem de qua agitur, contra fratres de Nigris ob non seruatum pactum construēdi, & seu melioramenta facienda ad præscriptam, et conuentam formam, obtinuit associari ad possessionem eiusdem domus vigore tertij, et vltimi decreti A.C. exinde dictis fratribus reuocationem[?]mā dati prædicti vna cum omnibus inde secutis petentibus diffinitiuè contra eos fuit pronunciatum denegando manutentionem, et reuocationem requisitam, et absoluendo D. Marchionem à petitis per eosdē. Causa deinde per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitatum fuit, An dictis de Nigris esset danda manutentio, et affirmatiuè fuit resolutum.

1 Quia † de naturali eorum possessione, et anteriori non dubitatur, cum successerint in locum Priorū emptorum cum consensu D. Marchionis Domini directi, et ab eodem contra dictos fratres vti possessores petita fuerit associatio possessione subsecuta, † quæ petitio semper præsupponit aduersarium possidere, *Rol. cons. 32. nu. 57. lib. 4. Rot. dec. 402. nu. 1. & 458. num. 2. coram Greg. XV.* † probata autem possessione de tempore litis motę manutentio nunquam possidenti denegatur, *vulg. §. retinendæ. Instit. de interd. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 556. Seraph. dec. 1106. num. 1.*

Non obstat, quod dicti fratres de Nigris priuati fuerint eorum possessione Iudicis auctoritate vigore vltimi decreti, et sententiæ confirmatiuæ cum absolutione à petitis, † quæ potens est priuare possessorem vtraque possessione tam naturali, quam ciuili, *Mohed. dec. 4. de restit. spoliat. cū alijs allegatis.*

Quia, si Iudicis auctoritas præsupponatur ex vltimo decreto A.C. ex eodem D. Marchioni non potuit acquiri possessio manutenibilis, cum vltra nullitatem citationis laboret manifesta iniustitia, † quo casu Iudicis auctoritas possidenti nihil detrahit, aut præiudicare potest, *l. improba. ff. de acq. poss. Rot. dec. 802. nu. 7. par. 1. diuers. & 135. nu. 3. & 560. nu. 6. par. 1. recent.*

Iniustitia autem sufficienter probatur, quia, dum quæstio erat super implemento promissorum circa meliorationes conuentas, testesq. fuissent examinati, multaque opponerentur circa tacitum cōsensum ipsius Marchionis, ex quibus inferri poterat ad renunciationem, vel excusationem caducitatis, et si-
6 gnanter propter receptionem canonis, † ex qua regulariter intrat remissio caducitatis, *Cephal. cons. 222. num. 1. Honded. cons. 55. num. 6. lib. 1. Mantic. dec.*
7 *108. num. 1.* † non poterat exinde agi executiuè per remedia associationis, et manutētionis vigore ciuilis reseruatę, in instrumēto emphyteutico, sed ordinariè procedēdū erat, *vt in his terminis fuit firmatū in Ariminen. Deuolutionis corā bo. me. Cardinali Sacrato, quæ ponitur per Marches. de commiss. tom. 1. fol. 595. in Romana Deuolutionis 18. Aprilis 1616. coram bon. mem. Andrea, in Colimbrien. Prædij 14.*
8 *May 1618. coram bo. mem. Sleucien.* Propterea † pactum de associando, vel de ingrediendo propria auctoritate nunquam operatur suos effectus, nisi tunc demum, quando constat, emphyteutam esse destitutum omni defensione, *Card. Mantic. de contract. lib. 22. tit. 22. num. 14. Rot. decis. 105. num. 18. coram PP. Greg. XV.* et in his terminis loquuntur allegatæ decisiones *Romana Emphyteusis prima Iulij 1615. coram D. Cardinali Pamphilio, & Assisien. Bonorum 2. Iunij 1627. coram Cardinali Virili*, in quibus agitur de indubitata deuolutione ob lineam finitam.

Si vero desumitur Iudicis auctoritas sententia
9 absolutoria à petitis, † cum ab ea fuerit appellatum, et per signaturam Iustitiæ admissa appellatio simpliciter, interim possidens sua possessione non est
10 priuandus, sed manutenendus, † quia virtus primæ sententiæ, et effectus remanet suspensus, ac si lata non fuisset, *l. 1. in fin. ff. ad tertul. Bald. in rubr. C. de appell. num. 2. Rot. dec. 537. num. 15. par. 1. & 526. num. 3. par. 2. recent.*

Et ita etc.

R.P.D. Merlino

Arboren. Canonicatus

Luna 8. Martij 1632.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum captæ possessionis, alio in possessione tunc non existente, probat præsumitur, probat possessionem manutenibilem.*
2 *Possessionem probanti datur manutentio.*
3 *Recursum habens ad Iudices Laicos contra Ecclesiasticos incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.*
4 *Recursum qui habuit ad Iudices Laicos, repellitur à limine iudicij, vti incapax iuris agendi, etiam ad effectum manutentionis.*
5 *Recursus ad Iudices laicos factus præsumitur de mandato eius, cuius interest, & nominatus est.*
6 *Confessione propria malar probatio darī non potest.*
7 *Recursus ad Iudices laicos leuioribus probatur probationibus, & scripturis informibus ad effectum denegationis audientiæ, secus ad effectum pœnæ.*

Decisio CCCXXXVII.

CVM de possessione Petri Pauli Sequi in Canonicatu, et Prabẽda, de quibus agitur, appareat ex publico instrumento dato *in summario num.* 1. † Quod, dum alius in possessione non existebat, prout præsumitur, probat possessionẽ manutenibilem, *iuxta l. prædia. vbi Doct. ff de acq. poss. Caputaq. dec. 334. nu. 6. par. 2. Rot. dec. 661. nu. 1. par. 1. & dec. 525. num. 1. par. 2. recent.* Ideò † Domini mandatum de manutenendo eidem Petro Paulo denegari non posse censuerunt, *ex §. retinendæ. Instit. de interd. cum concordantibus.*

Non obstat allegata possessio Didaci Astraldi, quia de illa non constat in actis, et quatenus constaret, non suffragaretur, nec esset manutenibilis propter recursus per eumdem Didacum habitum ad Iudices laicos, ex quibus sequitur, ipsum † tamquã innodatum excommunicatione contenta in Bulla Cœnæ Domini §. 16. de qua meminit. *Rot. dec. 103. num. 1. post secundam vol. cons. Farinac. & in decisionibus impressis post cons. 68. eiusdem Farinac. lib. 1. ac in dec. 491. num. 6. par. 2. recent.* † repellendum esse à limine iudicij, et incapacem remanere iuris agendi, etiam ad effectum manutentionis, *vt respondet Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 64. num. 3. & ibi add. num. 13. & dec. 275. nu. 2. post secundum vol. cons. Farinac. & apud Reuerendissimum D. meũ Decanum dec. 425. num. 3.*

De recursibus autem per Didacum habitis ad Iudices laicos apparet ex literis Regiis, quas *Saluas Guardias* appellant, *datis in summario nu. 2.* in quibus ipsum Didacum in possessione Canonicatus cõfouendum esse præcipitur; † et inde deducitur recursus fuisse factos de ordine, et mandato eiusdem Didaci, qui est nominatus in literis, et cuius interest, *vt ex doctrina Bart. in l. fin. num. 5. ff. de quæst. dixit Rot. coram Cardinali Seraph. dec. 194. num. 1. & 2. & in recent. dec. 529. nu. 1. & coram Reuerendissimo D. meo Decano. dec. 425. num. 3.*

Immo hoc idem fassus est ipse Didacus in supplicatione porrecta pro obtinenda absolutione, *vt in summario num. 3.* † qua confessione non potest dari melior probatio *l. cum precum C. de liber. caus.* et tamen † ad effectum denegandi audientiam ob recursus habitos ad Iudices laicos admittũtur etiã leuiores probationes, et statur scripturis informibus, et copiis, quidquid sit ad effectum pœnæ, *Card. Seraph. dec. 1094. num. 2. & 1296. num. 20. Rot. dec. 348. num. 3. post secundam vol. cons. Farinac. & dec. 601. num 3. par. 1. & alias sæpius.*

Et ita Petro Paulo tantum informãte resolutum fuit.

R. P. D. Pirouano

Folginaten. Pecuniaria.

Lunæ 7. Iunij 1632.

SVMMARIA.

1. *Debitor debitoris conueniri potest non actione directa, sed vtili.*
2. *Decl. procedere tribus concurrentibus, videlicet, debitoris cõdemnatione, & excussione, & quod debitor debitoris debitum fateatur.*
3. *Subdecl. vt pro condemnatione sufficiat publicum instrumentum crediti, excussio non sit necessaria, vbi adest obligatio cameralis, & sufficiat concludens Probatio debiti debitoris cũ executiua obligatione.*
4. *Scriptura priuata trium teste munita de iure dicitur solemnis.*
5. *Et publica, si contineat pactum, quod habeat vim publici instrumenti.*
6. *Scriptura priuata manu vnius confecta, seu subscripta non importat obligationem alterius.*
7. *Subscribens mediante procuratore ad id constituto dicitur approbare contenta in scriptura.*
8. *Copia sine originali non probat.*
9. *Clausula, Tenoris etc. probat productionem realẽ, non verbalem.*
10. *Repetitio iurium cum eorum specificatione, & parte citata fieri debet.*
11. *Exemplum desumptum à Notario ex originali producto, & registrato, probat, etiam originali deperdito.*
12. *Recognitio iurium non est necessaria parte non opponente.*
13. *Actio quæritur ei, pro quo, seu cuius nomine actus geritur.*
14. *Stipulans proprio nomine sibi, non alteri acquirit.*
15. *Compatibile est, vt quis sibi ipsi acquirat, si vult, etiam ex aliena pecunia.*
16. *Pecunia propria, & non aliena præsumitur quis cõtrahere, nisi contrarium probetur.*

Decisio CCCXXXVIII.

FAustinus erat creditor Claudii scut. 1511. vigore Apocę, Cantagallus erat creditor Faustini, pro cuius crediti consecutione egit cõtra Sabinam hæredem Claudii vti debitorem sui debitoris, et mandatum executiuum reportauit. Causa appellationis in Rota commissa cum clausula, *si quid exequendum,* Dubitatum fuit. An sit exequendum, et affirmatiuè fuit resolutum.

Quia † creditor potest agere contra debitorem sui debitoris non eadem directa actione, qua poterat agere secundus ille creditor, sed vtili, *l. nomen ibi, vtilibus. C. quæ res pign. oblig. poss. Castr. in l. si conuenerit. secunda nu. 2. ff. de pignor act. Ang. in l. à Diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudic. Neguz. de pign. in 3. memb. 2. par. nu. 24 Surd. cons. 4. nu. 23 lib. 1. Rot. dec. 7. impress. post tract. oblig. camer. per Zacch.*

Et quamuis ille tex. non ita simpliciter admittat ad agendum, sed tunc demum, † quando principalis debitor, scilicet Faustinus esset condemnatus, secundo quod ille excussus repertus fuerit non soluẽdo, tertio quod debitor debitoris, nempe Claudius, debitum proprium fassus fuerit, *Bart. in l. à Diuo Pio. §. 9. super rebus, & §. sic quoq. ff. de re iudic. Surd. dec. 206. num. 15. & cons. 4. num. 1. & 2.*

Attamen † de credito Cantagalli erga Faustinũ non est dubitandum, cum illud iustificetur ex publicis instrumentis; excussio autem non est necessaria attenta obligatione camerali; et tertium conuincitur, etiam quod Claudius, vel Sabina illius hæres non fateantur, aut negent debitum, quia sufficit, quod illud iustificetur, et concludenter probetur ad hunc effectum, vt possit agi contra debitorem debitoris, *Specul. in tit. de prim. decret. §. restat. num. 4. & 6. Cyn. in l. 2. quan. Fisc. vel priuat. Bald. in l. 1. nu. 20. C. de conuen. Fisc. debit. Surd. eod. cons. 4. num. 27.* dicens sufficere, si conuincatur per scripturam, vel aliter, ita vt possit executiue agi contra illum debitorem.

De credito autem Claudii visum fuit sufficienter cõstare ex Apocha, quæ datur in qua Claudius, et Cęsarinus Columna obligãtur, insolidum in ampliori forma Cameræ Apostolicæ restituere Faustino summam scutorum 1511. ab ipso receptam, de cu-

cuius validitate non potest dubitari, cum fuerit 4 producta, & in actis dimissa, quę, † cum sit trino teste notata, de iure dicitur solemnis, *ex l. scripturas in fin. C. qui pot. in pign. hab. §. si quis vult caute deponere. de instr. caut. & fid. Ias. cons. 189. num. 4. vol. 1. Corn. cons. 169. num. 6. vol. 1.* ac etiam publica di-5 ci debet † propter pactum, quod habeat vim publici instrumenti Cameralis, *Bald. in l. de quibus. de legib. Decian. cons. 11. num. 188. vol. 1. Odd. cons. 100. num. 23.* & de consimili Apocha *idem fuit dictum in Romana Donationis 26. Aprilis præteriti coram me.*

Non obstat, quod scriptura istius apocę in corpore contineat nomen Constantini fratris Claudij, & Claudius, non autem Constantinus se subscripserit, & approbauerit contenta in scriptura, vt propterea 6 tāquā † scriptura manu aliena, & nō Cōstātioi scripta nō importet obligationē Cōstātini, & ex forma subscriptionis Claudius nō se obligauerit, sed confirmauerit contēta in scriptura, quæ non pertinent ad sui ipsius, sed Constantini obligationem inefficacem.

Quia ista variatio, seu potius error non impedit effectum obligationis Claudii, ex quo ante apochā idem Claudius constituerat procuratorem per instrumentum Constantinum eius fratrem ad conficiendum apocham in eum modum subscribendam, et approbandam, vt supra, contenta in dicta scriptu-7 ra † dicitur approbasse formam obligationis fratre procuratore factæ, *Bart. in l. quæ dotis. in fin. ff. sol. matr. Alex. in l. si ita stipulatus. 126. §. Chrisogonus. numer. 3. ff. de verb. oblig. Surd. cons. 67. numer. 13. decis. 263. num. 26. Tiraq. de legib. connub. gl. 7. num. 194.*

Non obstat, quod de originali istius apocæ non 8 constet, et † copia absque originali non probet, *cap. 1. de fid. instrum. Couar. pract. quæst. cap. 2. num. 1. cum alijs.*

Quia in facto tollitur obiectum, Nam ex processu apparet, quod originalis apocha fuit per Faustinum producta die 19. Nouembris 1619. cum clau-9 sula, *Tenoris &c.* † quę solet probare productionem esse realem, non autem verbalem *Rot. dec. 561 num. 10. par. 1. recent. & dec. 59. corā Greg. XV. vbi Add. num. 13.* & die 14. *Decembris* sequentis fuit citata Sabina hæres Claudii ad dicendum *cōtra iura producta*, admitti, iurare testes, et mandari restitui dimissa copia collationata in forma, et reperiit iura producta die 29. Aprilis, videlicet apocam, et fidē aditionis hæreditatis etc. deinde Notarius sub die 3. Iunij 1625. dedit Faustino copiam apocæ asserendo extractam ex proprio originali in actis suis die 19. Nouembris exhibito, Vnde cessat, quod repeti-10 tio fuerit facta absque † specificatione iurium necessaria parte citata, vt sciri posit, quæ iura essent producta, dum repetitio specifica legitur, Et similiter tollitur, quod Faustinus teneatur de nouo exhibere apocham, quæ factis diligentiis asseritur in actis non fuisse repertam, quia † producto origina-11 li, et registrato exemplum, quod datur à Notario per modum regestri semper probat etiam originali deperdito, *Bald. in l. vlt. num. 4. C. de fid. instr. Alex. in auth. si quis in aliquo. numer. 7. C. de eden. Dec. in cap. quoniam contra. nu. 51. de probat. & idem fuit dictum in Corduben. Decimarum coram me die* 12 4. *Aprilis* 1629. Ac demum † non est necessaria recognitio apocæ, postquam nihil fuit oppositum, *Put. dec. 4. de fid. instr.* et nihilominus dantur testes formiter examinati deponentes de veritate apocæ, et contentorum in ea.

Postremo non obstat, quod in eadem apocha enūcietur, quod Claudius receperit eamdem summam ex ordine Cardinalis Cusentini pro exercenda ar-13 te serica, ita vt † actio ex obligatione Claudii fuerit quæsita eidem Cardinali, et postmodū ad illius hæredes transierit, nō autem Faustino mero factori Cardinalis *Bart. in l. 1. §. nunciatio. nu. 17. ff. de non. oper. nunciat. Cum. cons. 104 num. 1. Alex. cons. 37. num. 2. lib. 3.*

Quia verba stipulationis directa leguntur in per-14 sonam Faustini, et † qui proprio nomine stipulatus fuit, non alteri, sed sibi acquisiuit, *l. 1. vbi Bald. num. 1. C. si quis alt. vel sib. Roman. cons. 264. num. 1. Capr.* 15 *cons. 88. num. 14.* † Nec videtur incompatibile, quod quis acquirat sibi, quando vult, cum aliena pecunia, *l. 1. l. qui alienā. C. si quis alt. vel sibi l. & si de sua. C. de donat. int. vir. & vxor.* et nihilominus 16 † semper viget præsumptio, nisi contrarium probetur, quod quis cum propria, et non aliena pecunia contraxerit, *l. cum proponas. vbi Bart. nu. 3. & Bald. num. 2. C. pro soc. idem Bal. in l. si patruus. num. 4. C. comm. vtriusq. iud. Dec. cons. 21. nu. 10. Menoch. præsumpt. 46. num. 4. lib. 3.*

Et ita. etc.

Oradino

Vrbeuetana Castrorum

... 4. Februarii 1568.

S V M M A R I A.

1 *Possessio vacans capi potest auctoritate propria.*

Decisio CCCXXXIX.

1 PLacet Dominis, † quod posiit capi possessio propria auctoritate, si est vacans, per allegata; et quod possessio Fisci non preiudicet possessioni Lucæ propter declarationem Papæ. Ideo videatur, an Lucas amiserit possessionem propter possessionem captam ab eius filio, cui videtur consensisse, vt deponit vnus testis etc.

Cardinali Lancellotto

Cauen. Pensionis

Veneris 9. Decembris 1575.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, sine retardatione solutionis, respicit possessorium retinendæ.*

2 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*

3 *Iudex ex clausula, Arbitrio, potest, omisso possessorio retinendæ, super petitorio pronunciare. Lim. vt num. 5.*

4 *Possessorium retinendæ non suspendit petitorium, sed concurrit cum ea.*

Decisio CCCXXXX.

MAior pars intelligebat pro validitate sententiæ, quia, licet adsit in commissione, de qua agitur clausula, sine retardatione 1 solutionis, etc. † quæ respicit possessorium retinendæ, tamen cum adsit etiam clausula, Arbitrio Rotæ, 2 quod † arbitrium intelligitur, idest, prout de iure, 3 vt in alia positione fuit dictum † Iudex omisso iudicio possessorio retinendæ potuit iudicare super peti-

petitorio, quia † possessoriū retinendæ non suspendit petitorium, sed concurrit cum eo, *Bart. in §. nihil commune. num. 26. Rip. ibid. nu. 164.* Videant tamen partes, † an ex aliquibus circuostantiis, vel qualitatibus io hoc casu aliud sit dicendum, quia, cū materia videatur exemplaris ratione dictarū clausularum, præfatum dubium iterum proponam etc.

E O D E M

Eadem

Veneris 27. Januarij 1576.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, sine retardatione, suspendit, vel limitat iurisdictionem.*
2 *Clausula, Arbitrio, intelligitur prout de iure. & nu. 5. & 12.*
3 *Manuteneri de iure quilibet debet in sua possessione.*
4 *Petitorium si intentetur ab vno, & ab alio possessoriam retinendæ, an intret suspensio petitorij. & num. 5. & 7.*
6 *Actor in incorporalibus si velit, releuari ab onere probandi, debet prius terminare facere possessorium. Decl. vt num. 7. 9. & seq.*
8 *Nullitatis iudicium præiudicat, & absorbet possessorium. & num. 9.*
9 *Committens causam iactationis an dicatur Reus, vel Actor.*
10 *Possessio pensionis vti contra ius, & quæ imponit seruitutem beneficio non releuat ab onere probandi.*
11 *Signatura, quando constat de possessione pensionis, dat clausulam, sine retardatione.*
13 *Stylus delegantis non est seruandus à delegato, sed ius commune.*
14 *Executio denegatur non obstante clausula, sine retardatione, etiam si non adsit alia clausula, quando constat de vitio in ventre, & c de non iure.*

Decisio CCCXXXXI.

Domini erant pro validitate sententię etiā fatendo, vt est verum, quod † clausula, sine retardatione suspendat, vel limitet iurisdictionem, ita quod † clausula, Arbitrio Rotę, intelligatur prout de iure per allegata, et mouebantur ex infrascriptis.

Nam, licet † de iure sit, quod quilibet in sua possessione manuteneatur, tamen † de iure non est, quod si ab vno intentetur petitorium retinēdæ, manuteneatur, quia intentans petitorium hoc casu nō concludit se possidere, vt possessorium suspendat petitorium, immo isto casu vtrumque iudicium procedit, *Bart. in §. nihil commune. in 4. concl. num. 26. & 27. & bene Rip. num. 164.* vbi quod facilius admittitur cumulatio in hoc casu, quando intentatur à diuersis, quia non potest intrare obiectum contrarietatis, quod idem etiam dicit *Crescen. cons. 105. nu. 3. Menoch. de retin. in 3. remed. num. 533.*

Quo ita stante dicebant, sententiam, de qua agitur, esse validam, nam, si † clausula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure, de iure est, vt dixi, quod possessorium retinendæ non suspendat petitorium, quando ab vno intentatur petitorium, ab alio possessorium retinendæ, si non contendant eadem possessione se possidere, quia nulla regula impedit hunc concursum ex supra, et alias allegatis.

Non obstant, quæ in contrarium adducuntur, et primo quod † in incorporalibus, si actor velit releuari ab onere probandi, prius debet terminari possessorium, *Bart. in d. §. nihil commune. nu. 18. cum alijs allegatis*, quia doctrina Bart. ibi † procedit, si ab eadē persona, nēpe ab actore intentatū fuerit petitoriū et possessoriū, et hic secus est, nam prius fuit actum nullitate pensionis per Didacum, et Dominicus aduersarius reintentauit remedium retinendæ, et ita loquuntur Doctores allegati, immo isto casu videretur prius procedēdum super iudicio nullitatis, † quod est præiudiciale, et absorbens possessorium, *Bart. in l. ordinarij. num. 13. de rei vindic.* Et si dicatur, quod † Didacus remanet reus, quia commisit causam iactationis etc. Respōdetur, quod, etsi quoad introductionem iudicii sit reus, in sua exceptione est actor, quia tenetur docere de nullitate pensionis. Dicebant insuper, quod, si velimus, quod Didacus sit reus, sequitur, quod Dominicus aduersarius erit actor, qui intētat possessorium, et Didacus reus, qui intentat petitorium, et in vtroque casu idē erit dicendum, quia debet prius decidi iudiciū magis præiudiciale, et quod aliud absorbet.

Secundo dicebatur, quod nec in abstracto, nec in concreto procedit oppositio, non in abstracto, quia etiam quod essemus in casu, quo ab eodem intentatur petitorium, et possessorium super pensione, non haberet locum illa ratio, quod ideo debebat prius terminari possessorium retinendæ, vt possessor releuetur ab onere probandi, quia † hæc possessio, quæ est contra ius, et quę imponit seruitutem beneficio, et repugnat primo statui beneficij, non releuat ab onere probādi, *Bart. in l. si prius. ff. de noa. oper. nunc. latissime Bal. Alex. in §. nihil commune. nu. 289. cum seq.*

In concreto non applicatur, quia, cum Didacus diceret pensionem nullam ipse non poterat prætēdere, quod possessio sua releuaret eū ab onere probandi, nam ipse aliquam possessionem non contendebat, et propterea non potest prædicta oppositio applicari huic casui.

Non obstat, quod † signatura, quando constat de possessione, det clausulam, sine retardatione, quia remisit in casu nostro banc materiam ad Rotam, vt procedat cum ea, vel sine arbitrio suo, † et sic prout de iure. Vnde subdebant aliqui ex Dominis, quod, licet signatura apposuerit hanc clausulam seruando suum stylum: tamen in hoc casu, stante clausula, Arbitrio, quæ, vt supra dictum est, exponitur, prout de iure, † stylus Delegatus non est seruandus à Delegato, sed magis seruanda est dispositio iuris communis, quia in hoc nulla videtur differentia inter ordinarium, et Delegatum, *Io: Andr. in rubr. de conceß. col. fin. vbi Ant. de Butr. num. 8. quos alij Doct. sequūtur videlicet Alex. in l. solu. de iurisd. omn. iudic.* quidquid dixerit *Ang. in l. mandat. § etsi Prætor. ff. de offic. eius.* Addebant alii pro confirmatione prędictorum, quod, vbi est clausula simplex, sine retardatione, sine alia clausula, tamen denegatur executio, quando constat de vitio in ventre, et sic de non iure, *Saracen. in compend. signat. num. 84. cum seq. Cassad. de rescript. dec. 10. Achil. prima de pensio. item 5. de præmiss. cum simil.* Quę dicuntur de possessorio recuperandæ non obstant, quia non est intentatum recuperandæ, *fuit etiam allegat. dec. Afflict. 155. num. 2. & 3. &c.*

Iusto

Fanen: Iurisdictionis

Luna 16. Februarij 1602.

SVMMARIA.

1. *Iura non sunt in forma probanti, si omissa fuerit citatio ad videndum iurare testes super eorum recognitione.*
2. *Instrumentum vt probet, debet esse integrum, alias diuisum non attenditur. Ampl. vt num. 3.*
4. *Archiuium priuatum an det auctoritatem scripturæ.*

Decisio CCCXLII.

IVRA producta cum literis compulsorialibus pro Reuerendissimo Episcopo Fanen. non fuerunt visa in forma probanti.

1 Primo quia † fuit omissa citatio ad videndum iurare testes super eorum recognitione, *Felyn. in cap. fin. num. 6. de fid. instr. Put. dec. 4. eod. tit. & dec. 331. lib. 2. & fuit resolutum coram Sanctissimo in causa Vicentina feudi 27. Ianuarij 1574.* & hæc nullitas amplectitur omnia iura.

2 Secundo quia † non fuerunt extracta integra instrumenta quædam, sed solum particulæ eorumdem instrumentorum, & tamen diuisum instrumentum non attenditur, *Bart. in rubr. ff. de nou. oper. nunciat.* 3 *nu. 8.* † præsertim quia non agitur de exhibitione, quæ fit parti, sed de exhibitione instrumenti, quod totum haberi potest, & fit Iudici, *& ita loquitur Bart. in d. rubr. num. 7. & ibi Alex. num. 5. Ias. num. 8. vbi testatur de communi. Socc. iun. num. 128. & Rot. in vna Vrbeuetana Legati 21. Octobris 1583.* et ratio est, quia in instrumento potest aliquid esse, quod declaret partem instrumenti extractam.

Nec iuuat Archiuium, vnde sunt iura extracta, 4 quia est Archiuium priuatum, † quod non dat auctoritatem scripturę contra non subditos, et nisi appareat in illo Archiuio non adesse nisi scripturas authenticas, vt sæpe dictum fuit in Rota.

Aliæ nullitates in parte non verificantur in facto, in parte non placuerunt Dominis.

Et ita decisum etc.

Rubeo

Cauallicen. Baronia de Thoro

Luna 22. Iunij 1573.

SVMMARIA.

1. *Exhibitio parti facienda est scripturæ, quæ relenet ex possibilitate.*
2. *Rota solet esse proclinior ad exhibitionem ex æquitate canonica ad eruendam veritatem.*
3. *Scripturæ originales an, & qua cautela transmittenda sint ad Vrbem.*

Decisio CCCXLIII.

CONclusum fuit D. Rostagnā teneri ad exhibitionem 1 quia † satis videtur constare de releuantia exhibitionis ex eo, quod possibile est, quod exhibitio ostendat aliquid releuans pro Ludouico, *prout sentiunt Cyn. Bald. & alij in l. fin. C. de fid. instr.* 2 et quia † Rota solet esse proclinior ad exhibitionē ex ęquitate canonica ad eruendam veritatem, *dec. 5. de prob. in non. cum concord.*

Nec videtur releuare periculum transmissionis, 3 † quia quotidie videmus, quod à Ciuitate Aueniohen. veniunt scripturæ etiam originales, et vltimo loco de illa Auenionen. de Giolettis coram R.P.D. Robusterio; et Domini ordinarunt, quod, quando fit transmissio, fiat cum decreto, quod prius firmatur exemplum authenticum, cui adhibeatur fides in euentum, quod originale propter transmissionem perdatur etc.

Brauo.

Foroliuien. Bonorum.

Veneris 20. Decembris 1582.

SVMMARIA.

1. *Clausula, quam, & quas, conuenit tam possessorio, quam petitorio.*
2. *Clausulæ, cum omnibus incidentibus, & dependentibus, effectus.*
3. *Clausula, omnesque alias, apta est comprahendere etiā non nominatum in commissione.*
4. *Commissio in actis præsentata efficitur partibus communis.*
5. *Mandatum procuræ potest semper recognosci, & produci.*

Decisio CCCXLVI.

DOmini dixerunt in casu, de quo agitur, nō adesse nullitatem sententiæ Rotalis ex aliquo defectu; nam quoad iurisdictionē respectu Iudicis, qui pronunciauerat in possessorio inter Ceccum, et Petrum Caruli, res est clara, quia 1 communio habet clausulam, Quam, et quas, † quæ conuenit tam possessorio, quam petitorio, *Saraen. super reg. de infirm. resign. q. 36. num. 4.* respectu vero rei, etiam si pronunciauerit super domo tantum causa fuit commissa in Rota super bonis subiectis 2 fideicommisso † cum omnibus inciden. dependen. etc. *Bellam. dec. 328. incip. si Papa. Felin. in cap. sedes col. 4. vers. & pro hoc vlt. de rescript. Cassad. dec. vlt. num. 13. de cons. poss. & propr.* et bene per informantes.

Quo vero ad Claudij personam nulla adest diffi- 3 cultas, quia † clausula, omnesque alios, fuit apta cōprehendere ipsum etiam in commune non nominatum, *cap. cum in multis, & ibi gl. de rescript. in 6. Rot. dec. 28. de dol. & contum. in non.*

Neque obstat, quod communio fuerit impetrata à Cecco contra Petrum Carolum, et sic quod fuit in potestate Cecchi vti beneficio dd. clausularum, quia 4 † cum communio præsentata reddatur partibus cōmunis, *cap. ex tenore. de rescript. & ibi Abb. Rot. dec. 17. num. 4. de dol. & contum. in nou.* Ideo Petrus potuit procedere contra Claudium, etiam in commune realiter non nominatum. Defectus autem citationis

tionis non fuit consideratus, cum citatio non fuerit conditionalis, quatenus sua interesse Claudius putaret, sed simplex, et pura; vt ex oculari aspectu citationis constitit. Similiter ad ea, quæ opponebantur in mandato procuratoris, responsum fuit, quod
5 † mandatum potest semper recognosci, et satis est, quod constet hodie Parnoganum procuratorem fuisse à Carolo constitutum ad causam, de qua agitur, prosequendam, etiam si postea de huiusmodi mandato, appareat etc.

Cantutio

Cæsaraugustana Parochialis

Veneris 6. Iunij 1584.

S V M M A R I A.

1 *Remissoria denegatur, vbi calumniose peti videtur, sed conceditur facultas recipiedi testes per Iudicem remissorialem partis aduersa illius delatione durante, quæ est communis. & num 3.*
2 *Præsumptione calumniæ non facile quis excluditur à probando.*
3 *Fumus requiritur pro obtinenda remissoria, non pro examine faciendo in termino remissoriæ aduersarij.*

Decisio CCCXLV.

1 FVit tentum † non esse dandam remissoriam Michaeli; quia plura suadere videntur calumniose illam peti.

Sed bene concedendam esse facultatem Iudicibus remissoriæ Ioannis recipiendi testes inducēdos pro parte Michaelis: Quia dilatio est communis,
2 prout in resolutionibus, quarum copia datur, et † ob præsumptam calumniam non facile quin excluditur à probando, *Ægid. dec. 625.*

3 Non obstat, quod non constat de fumo, quia † fumus requiritur pro obtinenda remissoria, non quando quis vult examinare in termino remissoriæ aduersario, qui terminus est sibi communis.

Bubalo

Asten. feudi de Solario

Lunæ 18. Iunij 1584.

S V M M A R I A.

1 *Reus, & possessor quando teneatur probare, bona esse feudalia. & n. n. seqq.*
2 *Reus probare tenetur suam exceptionem, vbi actor plenè iam probauit suam intentionem.*
3 *Actor non tenetur aliquid probare ad elidendā exceptionem Rei quousque exceptio non sit bene probata.*
4 *Incertitudo eadem, quæ facit, vt actor nō obtineat in actione, efficit, vt reus non obtineat in exceptione.*
5 *Feudale an præsumatur quidquid est intra fines territorij.*
6 *Inuestituræ verba generalia an declarentur ex possessione. & num. 7.*
7 *Feudalia an præsumantur omnia, quando in inuestitura sunt apposita verba, Cum pertinentijs.*
8 *Feudalem rem esse probatur ex coniecturis.*

Decisio CCCXLVI.

PRoposui dubium super eisdem, et Domini
1 concluserunt, non esse recedendum à resolutis, nempe onus probandi, † bona esse feudalia pertinere ad D. Io. Iacobum de Solario, quamuis sit reus, et possessor, et ostendat inuestituram cum clausulis prægnantibus ex deductis in decisione, et placuit Dominis distinctio *Bellon. in cons. 10. nu. 14.* quod, aut bona fuerunt possessa tamquam feudalia, et tunc præsumuntur feudalia, et qui dicit esse allodialia, tenetur probare, si autem de hoc non cōstat, et tunc præsumuntur allodialia *quem sequitur Bero. cons. 65. sub num. 157. lib. 1. Clar. in §. feudum. q. 18.*
2 et facit illa ratio. Quod † vbi Actor plene probauit intentionem suam, Reus etiam tenetur concludenter probare suam exceptionem, quia, sicuti reus nō tenetur proponere suam exceptionē quousque actor
3 probauerit intentionem suam, ita † nec actor, cuius intentio est fundata, tenetur aliquid probare ad elidendam exceptionem rei, quousque exceptio sit bene probata, *vt bene declarat Ægid. dec. 76. num. 4.* et quemadmodum actori non sufficeret hæc proba-
4 tio, ita nec reo, quia † eadem incertitudo, quæ facit quod actor non possit obtinere in sua actione, facit, quod reus non possit obtinere in sua exceptione, *Bart. in l. si quis. §. si duobus. ff. de admin. legat.*

Neque obstant consilia allegata pro contraria parte, et primo *cons. Natt. sub num. 32.* Quia loquitur in casu, quando gradatim Primogeniti possiderunt, et inuestitura erat facta pro Primogenitis; Nam eo casu, cum illa possessio Primogenitis sit conformis cum inuestitura, illa bona taliter possessa præsumūtur feudalia, et ex titulo præcedente possessa, nisi contrarium probetur, et in illo casu ex qualitate possessionis Primogeniti satis constabat, illa bona fuisse possessa vti feudalia, nam alias... successisset, et sic intrat distinctio Bellon. supra relata.

Secundo non obstat *Ruin. cons. 108. num. 24. lib. 2.* quia ibi adest confessio auctoris, quod bona erant feudalia, *vt liquet ex dictis per eum num. 24. & 26.*

Tertio non obstat *cons. Curt. in. 184. num 8.* quia ipse se fundat in dicto *Soccin. in l. 1. col. 4. de acq. poss.* quod procedit solum in eo casu, quando quis est inuestitus de dominio tertii cum certis, et determinatis terminis, et confinibus, vt bene, vltra aliàs allegata, *declarat Comen. ad consuet. Parisien. tit. 46. nu. 6.* Prout etiam nihil facit *idem Curt cons. 240. num. 10.* Quia non se fundat in possessione, sed in prægnantia verborum, et in hoc opinio sua non est vera ex aliàs allegatis.

Quarto allegatur *Dec. cons. 517. num. 9.* sed ipse
5 fundat se in illa præsumptione, quod, † quidquid est intra fines territorii, præsumitur feudale, et in hoc non recipitur, *vt patet ex alleg. in dec.*

Quinto non obstat *cons. Abb. 64. nu. 7.* Quia dum
6 dicit, quod † ex possessione declarantur verba generalis inuestituræ, et in hoc allegat *Curt. iun. in d. cons. 140. nu. 10. & Phil. cons. 22. num. 14. lib. 1. dd.* Doctores hoc non dicunt, sed bene formant illam
7 conclusionem, quod, † quando in inuestitura sint apposita illa verba, Cum pertinentiis etc. omnia præsumuntur feudalia, quæ conclusio, vt aliàs dictū fuit, communiter reprobatur.

Nec etiam obstat *Rol. cons. 46. numer. 38. lib. 3.* Quia contrarium postea concludit, et ad illud fundamentum, quod bona possessa per inuestitum præsumantur feudalia, quando inuestitura est cum verbis prægnantibus. respondet ibi in fin. quod non est tutum, et contrarium ipse tenet.

Vltimo non obstat *Natt. cons. 460. nu. 12. & cons. 520. num. 6.* Quia licet in *cons. 460.* restringat opinionem

nionem DD. *in cap. nimis de iur. iur.* vt loquuntur, quando tertij possideant bona particularia, non autem ipsimet inuestiti possideant, tamen, quidquid ipse dicat, bona possessa ab inuestitis non præsumitur feudalia, nisi probetur inuestientem possedisse, vel talia bona fuisse possessa vti feudalia, *vt bene per Rol. d. cons. 46. in fin. lib. 3. & in cons. Natt. 510. num. 6.* plures concurrebant, ex quibus dici poterat, constare in illo casu, bona esse feudalia.

Resoluerunt tamen Domini videre super coniecturis, † ex quibus probari posset, rem esse feudalē, *vt per Afflict. in cap. 1. num. 287. cum seqq. ex quib. caus. feud. amitt. Rol. cons. 82. num. 37. lib. 2.*

Orano

Reatina Castri Posta

Veneris 16. Maij 1586.

S V M M A R I A.

1. *Verba, Respectu adiudicationis, sunt taxatiue, & restrictiue posita ad praecedentia.*
2. *Auocationem in dubio Papa concedere non intelligitur, ne iniuriam Iudici, & tribunali fuisse dicatur.*
3. *Clausula, Quam, & quas, solet importare carrum, & boues, sed restricta non extenditur vltra restrictionem.*

Decisio CCCXLVII.

PRopositi dubium, altera tantum parte informante, An commissio pro parte D. Io. Antonij in actis presentata comprehendat eao sam restitutionis in integrum aduersus sententias latas in negocio principali respectu tertiæ partis Castri. Domini fuerunt in opinione negatiua, sex quo est limitata ad restitutionem circa dationem in solutum, vt patet ex illis verbis, Respectu adiu-1 dicationis, † quæ sunt taxatiuè, & restrictiuè posita ad præcedentia, *Doct. in l. fin. C. de hæred. instit. & in l. qui liberis §. hæc verba. ff. de vulg. & pupill. Aret. cons. 153. & 156. in princ. Parif. cons. 49. numer. 22. lib. 3.* Mouebantur etiam, quod eadem causa super falsitate testium repetitur coram alio Iudice introducta, ideoque, si per huiusmodi commissionem illa comprehensa dicatur, erit auocatoria, quam ta-2 men † auocationem Papa concedere non intelligitur, ne iniuriam Iudici, et tribunali fecisse dicatur, *Cassad. dec. 1. de rescript.*

3 Nec obstat clausula, Quam, et quas, quia † licet soleat importare, vt vulgo dicitur, currū, et boues, tamen, quando est restricta, non extenditur vltra restrictionem. Cum ergo in ea subijciatur clausula, Præmissorum occasione, non potest vltra adiudicationem, ad quam erat restricta, importare etc.

Bubalo

Papien. Præpositura

Lunæ 5. Martij 1583.

S V M M A R I A.

1. *Possidens tempore motæ litis, & deinde etiam continuans est manutenendus. Ampl. vt num. 3.*
2. *Possessio probatur ex instrumentis.*
4. *Possessio tradita cum clausula, Sine præiudicio possessionis &c. dicitur conditionalis, & ante purificatam conditionem non quæsita.*
5. *Possessio in vim literarum cū clausula, Amoto &c. priuat primum possessorem.*
6. *Possessio in Ecclesia Collegiata capi debet Capitulariter respectu Canonicatus, secus respectu Dignitatis.*

Decisio CCCXLVIII.

FV I T resolutum, dandum esse mandatum de manutenēdo in possessione Præpositur æ 20. Februarii 1583. de qua agitur, D. Camillo Fugio, quia, cum acceperit d. possessionem vigore suæ Prouisionis Apostolicæ, et processus desuper fulminati, et postea fuerit introducta lis coram Ordinario Papien. et deinde in Rota, dictus Camillus,
1 † qui reperitur io possessione tempore motæ litis, et postea etiam continuauit, debet in ea manutene-ri, *§. sed hodie Inst. de interd. l. 1. §. huius interdicti. ff.*
2 *vbi possid. Couar. pract. quæst. cap. 17. nu. 3.* Ex instru-strumentis enim probatur possessio, *l. prædia. vbi Bart. Alex. & alij de acq. poss. Pat. dec. 353. leo x. lib. 1.*

3 Accedit etiam, quod † possessio Camilli est titulata vigore prouisionis Apostolicæ de Dignitate principali in Collegiata, quæ reseruata, et ideo defendi debet, et constat etiam de continuatione possessionis ex instrumento vltimo loco producto, io quo Reuerendissimus D. Episcopus Papien. concedit ei licentiam accedendi ad Romanam Curiam, dummodo conficiat Inuentarium omnium bonorū mobilium Ecclesiæ, et relinquat substitutum pro exercitio Curæ Animarum dictæ Præposituræ, ex quo apparet, quod hodie D. Camillus reperitur in possessione.

Nec obstat, quod D. Fabritius Berreta acceperit prius possessionem de mense Octobris 1582. quia
4 hęc possessio non est considerabilis, tum † quia fuit tradita sine præiudicio possessionis adeptæ die præcedenti, quæ quemadmodum fuerit etiam illicite capta, tamen d. clausula operatur, vt possessio dicatur tradita sub conditione, et ideo ante purificatam conditionem non dicitur quæsita possessio, *Put. dec. 34. lib. 2.* tum etiam quia in processu fulminato, vigore cuius fuit capta possessio per D. Camillum, adest clausula, Amoto dicto Fabritio illici-
5 to detentore, † ex quo sequitur, quod dictus Fabritius fuit ea priuatus.

Non obstat, quod possessio Camilli non fuerit ca
6 pta Capitulariter, † prout requiritur in Ecclesia Collegiata, *iuxta dec. Cassad. 8. de caus. poss. & propr.* quia procedit in possessione Canonicatus, nō autem in adeptione possessionis Dignitatis, vt fuit resolutum coram R. P. D. meo Brauo in vna Neapolitana Hebdomadariæ de anno 1580.

Brauo

Ceruien. Bonorum

Lunæ 14. Martij 1580.

S V M M A R I A.

1. *Exceptio falsæ causæ deuolutionis respicit petitoriū & non impedit manutentionem.*
2. *Detentatio sufficit pro manutentione, nec ad illius effe-*

effectum de proprietate, aut possessione plene discuti debet, & num.7.

3 *Remedium manutentionis respicit statum de tempore litis, vel paulo ante.*
4 *Manutentionis in iudicio agitur de conseruando, non de nouo acquirendo.*
5 *Coloni expulsio in ingressu possessionis quando requiratur.*
6 *Possessio probatur per instrumentum.*
7 *Dans de excessu finium mandati procuræ seu de illius insufficientia tenetur probare.*
8 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & non est manutenibilis.*
9 *Hæredi an acquiratur possessio per Colonos.*
10 *Manutentionis in iudicio non agitur de canonizatoria possessionis, aut proprietatis principaliter, sed de conseruatione in statu, & detentatione.*
11 *Iudicium manutentionis est summarissimum, & in quacumque litis parte peti potest.*
12 *Appellatio non datur à decreto manutentionis.*
13 *Mandatum de manutenendo alias negatum potest de nouo peti.*

Decisio CCCXLIX.

SVper dubio proposito, An sit concedendũ mãdatum de manutenendo Reuerendiss. Episcopo, super quo fuerunt factæ aliquæ resolutiones, DD. fuerunt concordes ad fauorem D. Episcopi, nec aliquid releuans fuit deductum pro parte D. Theodoræ, et DD. de Pantaleonibus.

1 Nõ obstat, quod de falsa causa dicitur, quia † hoc respicit petitorium, an bona sint deuoluta ad Ecclesiam, vel non, vt fuit resolutum sub die 20. Nouembris anni præteriti Vltimo non obstat, quod fuerit 2 etc. † et interim sufficit D. Episcopo docere de detentatione. Nec enim de proprietate, aut possessione pleno discuti debet, *vt per Paul. cons. 3. vol. 2. Neuizan. cons. 80. num. 3. Laur. Siluan cons. 27. nu. 3. Couar. lib. primo pract. quæst. cap. 17. num. 3. vers. sic fune*, quod ipse probat efficaci ratione Iurisconsulti *in l. Attilius Regulus. ff. de donat. vbi Castr. num. 5.* 3 quod † solum hoc remedium respicit statum in quo 4 erat tempore litis, vel paulo ante, et sic † agitur de conseruando, et non de nouo acquirendo, *vt per Benint. concl. 79. per Rebuff. in cõment. ad Reg. constit. Gull. tom. 3. tit. de mat. poss. art. 1. num. 2.*

Non obstat quod iterum repetitur de expulsione Colonorum, quia hoc motiuum alias fuit factum pro parte D. Theodoræ, et bis responsum, *vt in d. dec. sub die 20. Nouembris 1578. in vers. quod dicitur de expulsione Colonorũ, & sub 4. February 1579.* 5 et fuit tentum, quod † non requiritur talis expulsio, si, antequam Colonus recognoscat hæredes, alius ingreditur possessionem, prout in ista causa contingit, *vt per Afflict. dec. 325. num. 3. & fuit tentum coram R.P.D. Aldobrãdino in illa Romana de Leliis de anno præterito*, Fuit etiam satis demonstratum de priori possessione Reuerendissimi Episcopi clare, 6 et indubitate † ex instrumentis cum anno, mense, et die, *prout in d. decis. sub die 20. Nouembris 1578.* Fuit etiam resolutum adesse sufficiens mandatum in persona Ioannis Frãcisci Vicarii sub die 6. Apri-7 lis 1579. Verba, *De le debite circonstantie*, † non faciunt, quin D. Theodora deberet docere, quæ essent istæ, si ex eis pretenditur redarguere mandatum cõcessum D. Ioanni Francisco, et Reuerendissimo D. Episcopo satis est docere de possessione, vel detentatione, vt fuit dictum, cum nihil ex his verbis clare elici valeat.

Minus facit, quod dicitur de possessione clandestina D. Episcopi, quia contrarium fuit resolutum 8 sub die 20. Nouembris † cum enim sit possessio iunior, præsumitur clandestina, et non manutenibilis *ad cap. licet causam cum aliis deductis. de probat.* 9 Nec iuuant quæ fuerunt adducta, quod † hæredi acquiritur possessio mediante persona Colonorũ, quia cum alius fuerit ingressus in possessionem, hoc cessat, et responsio facta de fructibus DD. de Pantaleonibus est æquiuoca, et post captam possessionem à D. Episcopo, vt fuit etiam aliàs resolutum in ista causa.

Minus cõtradicit Breue Leonis, quia, vltra quod non concernit præsens iudicium, prout alia, quæ fuerunt deducta, est etiam restrictum, vt non possit fieri concessio alteri de bonis, quæ prætenduntur deuoluta, nisi post rem iudicatam super deuolutione. Fuit etiam satis responsum ab ea, quæ dicebantus de bannimentis, *prout in dec. sub die 20. Nouembris proxime præteriti, estque satis dictum in decis. sub 8. February præteriti*, in omnibus vtraque parte informante.

Quod dicitur de possessorio plenario, ex deductis per informantes pro parte D. Theodoræ fuit 10 sublatum, nec enim agitur de canonizatoria possessionis, aut proprietatis principaliter, sed Reuerendissimus Episcopus petit, se manuteneri, et conser-11 uari in suo statu, seu detentatione, † quod iudicium de sui natura summariissimũ est, ac in quacumque 12 litis parte peti potest; ex quo resultat, † non dari 13 appellationẽ à decreto manutentionis, et † si alias fuisset oppositum, de nouo D. Episcopus potest petere se manuteneri, *vt ex pluribus probat Benint. concl. 79. primo dubio. Alciat. respons. 386. nu. 2. cum aliis, de quibus per Menoch. remed. vlt. de retin. poss. num. 98.* et ex his Domini ordinarunt, vt decretum mandatũ de manutenendo Reuerendissimo D. Episcopo Ceruiensi more solito pro se concederetur etc.

Cardinali Lancellotto

Romana Domorum

Veneris 21. Maij 1568.

SVMMARIA.

1 *Immissione nulliter à Iudice data potest primus possessor possessionem propria auctoritate in continenti recuperare absque vitio spolii L.in vi numer.4.*
2 *Iudex nulliter procedens æquiparatur priuato.*
3 *Spoliatus à Iudice nulliter procedente recuperare potest auctoritate propria possessionem, sicut spoliatus à priuato. Lim. vi num.4.*

Decisio CCCL.

1 COnclusum stricte ad dubium, quod † licuit Nicolao recuperare possessionem domus in continenti absque vitio spolii, quia Iudex, qui immisit Fiscum in possessionem dictæ domus, nulliter processit non citato Nicolao, iuxta opinionem *Alex. in l. à Diuo Pio. §. si post addictum. num. 9. de re iudic. vbi post Imol. ibi reprobat dictum Ang. & sequitur ibidem Ias. num.... qui se refert ad Alex. & idem tenet Vinc. Hercul. numer. 3. & 4. nec non Soccin. in l. clam. §. qui ad nundinas. nu. 5. de acq. poss. dicit opinionem Ang. non esse communem, sed dictum Bart. in l. intle possidet. quod ibi prose allegat.* Et 2 hæc opinio plus placuit Dominis, quia † non est differentia inter priuatum, et Iudicem, quando Iudex 3 nulliter procedit, qui s † ita potest propria auctoritate

tate recuperare possessionē spoliatus à Iudice nulliter procedente, sicut spoliatus à priuatis, *Aym. cons.18. Menoch. in 8. remed. recuper. poss. numer. 8.* & † hoc voluerunt Domini procedere, si Fiscus nō acquisiuit possessionem, & Nicolaus sibi non præiudicauit in possessione, si quam habuit, recipiendo claues à Fisco, de quibus erit particulariter videndum &c.

EODEM

Eadem

Veneris 18. Junij 1568.

SVMMARIA.

1. *Possessio acquiritur per Fiscum ex immissione etiam nulliter datam, si primus possessor habeat se pro spoliato recipiendo claues, & supellectilium inuentarium.*

Decisio CCCLI.

CVM presupposito, quod constet de mandato substituti Fiscalis, quod mihi fuit ostensum, & de cuius sufficientia particulariter erit videndum, Domini concluserunt, † Fiscum acquisiuisse sibi possessionem, & Nicolaum sibi etiam præiudicasse in possessione, si quam habebat, per receptionem Clauium, & Inuentarii supellectilium; reseruarunt tamen Domini videndum esse, si constet de sufficienti mandato dicti substituti, et si Fiscus potuerit capere d. possessionem absque sententia lata contra Barbaram, et si Nicolaus tamquam custos deputatus à Fisco potuisset agere spolio contra Bertinum, et propterea potuisset tamquam spoliatus recuperare possessionem incontinenti etc.

EODEM

Eadem

... 28. Junii 1568.

SVMMARIA.

1. *Mandatum ad lites, & causas non deseruit ad negocia.*
2. *Mandatum speciale requiritur ad capiendam possessionem ex communi.*
3. *Procurator non censetur constitutus ad illicita.*
4. *Fiscus de iure non potest capere possessionem ante sententiam declaratoriam.*
5. *Officiali publico censetur data facultas etiam circa ea, quæ requirunt speciale mandatum. Intellige. vt num. 6.*
7. *Clausula. Transferens, in mādato intelligitur quoad expressa.*
8. *Ratificatio non inducitur non constito de perfecta scientia.*

Decisio CCCLII.

QVoad primam partem dubii fuit conclusum, mandatum non fuisse sufficiens ad capiendam possessionem. Primo † quia est ad causas, et procurator ad litea non potest tractare negocia, *Franc. post Gemin. & glos. in cap. si duo. §. fin. num. 93. de procurat. in 6.* secundo quia † ad capiendam possessionem requiritur speciale mādatū, iuxta communem opinionem, de qua per *Alex. in l. 2. §. pro procuratore. num. 1. vbi Ias. num. 2. de acq. poss.* Tertio quia † procurator non censetur constitutus ad illicita, *Rot. dec. 7. vt lit. pend. in nou.* et † de iure Fiscus non potest capere possessionem ante sētentiam declaratoriam, *Bart. in l. Imperator de iur. Fisc. Boss. in tract. crimin. de crimin. las. maiest. nu. 75.*

Nec obstat, quod † publico Officiali censetur data facultas etiam circa ea, quæ requirunt speciale mandatum, *iuxta cons. Ias. 118. col. 5. vers. vnde in primis. sub num. 3. vol. 1.* † quia dicebant Domini, id procedere, quando Officialis est deputatus ab ipsa Ciuitate, *prout loquitur text. in l.* Præses. *C. de transact. per quem mouetur Ias. vt declarat ibi Alex. num. 2.* at hic substitutus Fiscalis fuit deputatus à Procuratore Fiscali cum clausula, Transferens etc. de qua in mandato, † quę intelligitur quoad expressa *in l. quod dicitur de tutel. Dec. cons. 502. num. 2.*

Quo vero ad secundam partem dubii dixerunt etiam Domini, non constare de ratificatione ex præsuppositis, † quia non constat de perfecta scientia ipsius Procuratoris Fiscalis, *iuxta cons. Paris. 47. num. 97. vol. 1. Aym. cons. 197. num. 14.* nam in illis citationibus factis instante Bertino non potuit Fiscus scire, an possessio fuisset capta suo nomine etc.

Orano

Sorana Bonorum

Veneris 22. Maij 1587.

SVMMARIA.

1. *Instrumentum possessionis captæ sine die, testibus, scriptione, & signo etsi non probet, obseruantia tamen supplet illius defectus, & sufficit ad effectum manutentionis. & num. 6. Lim. vt num. 3.*
2. *Instrumenta locationum, & solutionum affictuum manifeste arguunt possessionis effectum.*
4. *Testis vnus sufficit in iudicio manutentionis.*
5. *Testes in termino non iurati non probant.*
7. *Possessio clandestina, & possessore non citato non priuat primum possessorem sua possessione, qui se pro spoliato non habuit.*
8. *Cōfessio de possessione aduersarij, quæ nō cōcludit possessionē sed potius turbationē cōfitēti nō præiudicat.*
9. *Confessio est interpretanda, vt minus præiudicet cōfitenti.*
10. *Titulus ad effectum mandati de manutenendo non requiritur.*

Decisio CCCLIII.

IN causa Sorana Bonorum difficultas quęstionis propositę restituta fuit per Dominos ad materiam concernentem possessorium, in cuius discussione fuit dictum, Seminarium Soranum fore manutenendum, † etiam si instrumentum possessionis captæ non probent, ex quo est sine die, et caret testibus, ac subscriptione, et signo Notarii, tamen obseruantia subsecuta supplet defectus instrumenti, *Bald. cons. 400. nu. 3. lib. 4. Aym. cons. 101. num. 4. & 274. num. 7.* hæc autem demonstratur ex instrumentis locationum, et solutionibus affictuum, † quæ manifeste arguunt possessionis effectum, *Doct. in l. qui vniuersas. §. quod per Colonorum. de acq. poss. cū aliis per Gabr. de locat. concl. 4. num. 7.*, et hoc † nisi exaduerso

uer so probetur, alium in possessione fuisse, *vt per Afflict. dec. 402. Aym. cons. 4. per tot.* Accedunt dicta testium, qui de possessione Seminarij concludenter deponunt, & † in hoc iudicio vnus sufficit, *Alex. cons. 103. num. 3. lib. 7. Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34.* Nec dicatur, † testes non iurasse in tempore, quia contrarium verius est, nam, cum præfixio termini fuerit facta die 30. Augusti, vt in prima die iuridica iurarent, & eadem die adsit ad alios duos dies facta prorogatio, satis verificatur enunciatiua Notarij dicentis, testes in tempore iurasse: & quidquid sit, † sufficit ad effectum mandati de manutenendo, quod adsit obseruantia.

Non obstat posterior possessio Franchi adepta vigore institutionis, quia † est clandestina, & possessore non citato; vnde non priuauit possessorem sua possessione, qui non habuit se pro spoliato, *Bart. in l. hæreditas. sub num. 26. de pignor. Dec. in l. fin. num. 5. & ibi Zuccard. num. 128. C. de edict. diu. Adr. toll. Afflict. dec. 324. num. 8.*

Nec obstat confessio Seminarij, † quia non concludit possessionem Franchi, sed potius turbationē possessionis Seminarij: † Confessio enim est interprætanda, vt minus præiudicet confitenti, *Dec. in c. præsentia num. 24. de prob. & in cap. venerab. num. 24. de except.*

Minus facit, quod titulus Seminarii sit infectus, quia † ad effectum mandati de manutenendo non requiritur titulus &c.

Reuerendissimo Domino Coccino

Lunen. Sarzanen. Beneficij

Veneris 4. Junij 1631.

S V M M A R I A.

1. *Cessio facta prouiso per Commissarium Cameræ de possessione capta nomine Cameræ de beneficio vacante transfert in prouisum possessionem illius absque alia apprehensione, & quidem manutenibilem.*
2. *Possessio semel acquisita cōtinuata præsumitur vsq; ad diem motæ litis, si hoc ab ipso possessore allegetur.*
3. *Exactiones factæ per fratrem adminiculant possessionem fratris, etiam non constito de mandato.*
4. *Resignatione abdicatum dicitur à Resignante omne ius, & possessio, ita vt nihil amplius agere habeat in beneficio.*
5. *Decl. procedere in simplici resignatione, secus in conditionali, seu ad fauorem certæ personæ.*
6. *Resignatione facta de beneficio ad fauorem, remanet illius ius, & possessio in pendenti penes Resignantem, donec conditio purificetur, & acquiratur plene ius, & possessio Resignatario, & illi interim competit manutentio.*

Decisio CCCLIV.

PRO Hieronymo informante Domini responderunt, illi dandum esse mandatum de manutenendo. Nam de anno 1621. possessio fuit capta per Commissarium Cameræ, & de eodē anno illi fuit cessa, † quę quidem cessio absque alia appræhensione operatur, quod ipsimet Hieronymo fuerit acquisita possessio, *ex deductis per Gonzal. super reg. 8. gl. 34. num. 112.* & ideo d. Hieronymo non potest denegari manutentio, *§. hodie de Inst. de interd.* † & possessio præsumitur continuata vsque ad diem motæ litis, si hoc allegatur ab ipso possessore, *Menoch. præsumpt. 62. num. 1. & seqq. & præsumpt. 64. num. 1. lib. 6.* † & illa possessio adminiculatur ab exactionibus postea factis per fratrē Hieronymi, de cuius mandato licet non constet, negari tamen non potest, quin illæ d. possessionem multum coadiuuent.

Non obstat, quod Hieronymus resignauit hoc beneficium, † per quam resignationem fuit abdicatū omne ius, & possessio ab illo, ita vt nihil amplius agere habeat in beneficio, *Butr. Abb. Imol. & alij in c. accepta de restit. spoliat. Cassad. dec. 4. numer. 2. eod. tit. Rot. dec. 1. de renunc. in non. & dec. 2. eod. tit. in antiq.*

Quia † prædicta vera sunt in resignatione simplici in manibus Superioris, et in istis terminis loquitur, *Put. dec. 158. nu. 4. lib. 3. Couar. pract. quæst. cap. 36. num. 9.* Ac secus est in resignatione conditionali, illa scilicet, quæ fit ad fauorem certæ personæ, nō potest fieri absque beneplacito Apostolico, *gl. in c. ex parte. il 1. vbi DD. de offic. deleg. Cassad. dec. 2. num. 2. num. 3. & seqq. de Simon. Rot. dec. 46. lib. 2. par. 3. & dec. 96. & 923. lib. 3. ead. par. 3. diuers.* † in istis enim terminis possessio eius remanet in pendenti penes resignantem, donec conditio purificetur, quousque acquiratur plene ius, et possessio resignatario, *Acchill. dec. 1. nu. 10. & 14. de restit. spol. Put. d. dec. 158. num. 3. lib. 3. Rot. dec. 4. num. 1 de rer. permut. in antiq. Ius. cons. 88 in vlt. dubio lib. 3. Paris. cons. 5. numer. 7. & seqq. lib. 4 Mohed. dec. 183. Guid. Pap. dec. 59. Costa dec. 318. & 321. Verall. dec. 2. lib. 1. in correct. Pont. de spol. lib. 3. num. 12. & fuit resolutum in causa Abulen. & Zamoren. Beneficiorū 17. Iunij 1594. coram bo. me. Francisco Penia, & in causa Leodien. Canonicatus S. Pauli 25. Ianii 1621. corā Eminentissimo D. Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditore*, & propterea, cum possessio, et ius remanserit in pendenti penes Hieronymum, donec Resignatario ius, et possessio esset acquisita, de quibus nihil docetur, † interim ei non potest denegari manutentio, *vt in puncto fuit resolutum in d. causa Leodien. Canonicatus Sancti Pauli, & longe prius in causa Veronen. Parochialis 27. Februarij 1606. coram bo. me. Iasio.*

Et ita conclusum solo Hieronymo informante etc.

Cardinali Platto

Anconitana Pensionis

Luna 15. Junij 1587.

S V M M A R I A.

1. *Translatarius ad effectum mandati de manutenendo in exactione pensionis tenetur ostendere consensum regressum habentis, præsertim si in facultate transferendi sit reseruatus.*
2. *Literæ reseruationis pensionis non sunt necessariæ ad effectum manutentionis, sed sufficit supplicatio, vel immo, nec supplicatio requiritur, secus in possessoriis adipiscendæ, vel recuperandæ. & nu. 5. & 6.*
3. *Titulus non est necessarius in possessorio retinendæ.*
4. *Possessor, qui non habet titulum coloratum, vel nec aliquem titulum, potest actori dicere, quod ego liberas ædes habeo.*
6. *Supplicatio non exhibetur in iudicio manutentionis vt aliquo modo canonizetur, nec vt faciat titulū coloratum.*
7. *Clericatus, & aliarum qualitatum probatio in iudi-*

sio

cio manutentionis non requiritur. & num. 10.

8 *Possessionis commodum in iudicio retinendæ liberat ab onere probandi.*

9 *Prædo quoque in sua possessione est manutendus.*

11 *Possessio triennalis inducit præsumptionem habilitatis.*

Decisio CCCLV.

CVM nonnullis præsuppositis, An D. Mutius translatarius pensionis agens remedio retinendæ coram A.C. contra Modernum Episcopum teneatur ostendere literas reseruationis Pensionis, consensum Illustrissimi Cardinalis Farnesii regressum habentis, et successionis in dicto Episcopatu, Clericatum Ottauii Blanderonis primi pensionarii, et reliquas habilitates tam dicti Ottauii, quam D. Mutii translatarii ad effectum, de quo

1 agitur. et † Domini habuerunt pro absoluto, D. Mutium teneri docere, et ostendere consensum Illustrissimi D. Cardinalis per ea, *quæ tradit Cassad. dec. 1. de pens.* Neque enim Papa voluit in concessione facultatis transferendi præiudicare Illustrissimo Cardinali Farnesio, immo expresse in d. facultate dicitur, accedente consensu D. Cardinalis necesse igitur est constare de eo, saltim ad effectum, vt sit locus exactioni pensionis post apertum regressum, ne præiudicium inferatur regressario, sine eius facto enim nec possessio exigendi à prædecessore debet nocere Cardinali habenti ius anterius, et antiquius. Quo vero ad literas reseruationis pensionis

2 Domini dixerunt, † illas non esse necessarias. Non obstat regula Sanctissimi D.N. prohibens iudicari iuxta tenorem supplicationis etiam in possessoriis. Quia regula habet locum in illis possessoriis, in quibus necessarius est saltem titulus coloratus, ne detur vitiosus ingressus, puta in possessorio adipiscendæ, aut recuperandæ in quibus solebant antiqui Patres iudicare cum sola supplicatione, et ex eo, quod sola supplicatio sufficeret pro titulo colorato, *vt dicit Cassad. de restit. spoliat. decis. 8. numer. 8. & 14.* sed hodie propter nouam regulam erunt necessariæ

3 literæ, at † in possessorio retinendæ non est opus aliquo titulo, nec colorato, *vt tenuit Rot. hoc anno in vna Sorana Beneficiorum coram* R.P.D. *meo Orano,*

4 et est ratio, quia † possessor, qui non habet titulum coloratum, nec etiam aliquem titulum, potest dicere quoad te liberas ædes habeo, *vt dicit Cassad.*

5 *dec. 4. de restit. spoliat. numer.* 8. atque ideo † non cogatur possessor ostendere aliquem titulum expediendo literas. Neque erit locus regulæ, de non iu-

6 dicando iuxta formam supplicationis. Quia † supplicatio non est necessaria, nec exhibetur, vt aliquo modo canonizetur, nec etiam, vt faciat titulum coloratum.

7 Eadem ratione dicebant Domini, † nõ esse opus probare Clericatum, et alias qualitates Ottauii primi pensionarii, et Mutii translatarii propter com-

8 modum possessionis, † quod in hoc iudicio retinẽ-

9 dæ liberat eum ab onere probandi, cum † etiam prædo in sua possessione sit manutenendus, et pro-

10 pterea † in huiusmodi iudicio possessorio nihil est verificandum, vt in terminis nostris de clericatu primi pensionarii in alium translati *tradit Put. dec. 245. die 19. Ianuarii. lib. 1.* Et hoc eo magis procedere debet in casu nostro, quia præsupponitur, quod fuerit Ottauio tamquam Clerico soluta pensio vl-

11 tra triennium, et † possessio triennalis inducit præsumptionem habilitatis, *per ea, quæ tradunt Add. ad dec. 2. de fil. presb. in nou.* vbi in specie de clericatu *nu.* 7. cum aliis allegatis per informantes. Non obstat *dicis. Cott.* 105. Quia non apparet ex illa decisione quod ageretur possessorio retinendæ, nec quod ibi concurreret triennalis possessio, quæ induceret præsumptionem habilitatis etc.

EODEM

Mediolanen. Parochialis

Veneris 4. Decembris 1587.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta ante litem motam, & nemine in possessione existente est manutenibilis.*

2 *Res iudicata in negocio principali non impedit manutentionem non docto de possessione legitime capta illius vigore, atque donec sententiæ iustitia apparuerit.*

Decisio CCCLVI.

1 FVIT resolutum, † possessionem Zarilli esse manutenibilem, cum fuerit capta ante litem motam vigore prouisionis habitæ ab ordinario, et nemine existente in possessione, prout in hac eadem causa fuit resolutum die 22. Iunii 1587.

Non obstat, quod Vicarius Viglauanen. pronunciauerit ad fauorem Gustantis, cuius sententia prætenditur in rem iudicatam transiuisse, quia omissa pro nunc disputatione, an constet de huiusmodi re

2 iudicata, responsum fuit, † rem iudicatam non posse suffragari Gustanti in hoc Iudicio retinendæ, nisi etiam doceret, quod eius vigore legitime possessionem adeptus fuerit, quod cum adhuc non docuerit; Zarillus autem ostendat, se semper in sua possessione perseuerasse, res iudicata, si quæ adest non est cõtra eum executioni demandanda, nisi postquam de eius sententiæ iustitia apparuerit, et propterea non est interim Zarillus a sua possessione amouendus etc.

Brauo

Anconitana Fideicommissi

Veneris 29. Ianuarij 1588.

SVMMARIA.

1 *Executio relaxata nõ citato procuratore, qui in actis comparuit, nulla est. & num. 7.*

2 *Mandatum habens ad vnum dicitur habere etiam ad illius executionem, & sic ad dependentia, & annexa.*

3 *Procurator reuocatus censetur ex comparitione principalis absque clausula, Citra &c.*

4 *Intellige præsumptiue, & ideo ista præsumptio alia præsumptione tollitur, vt per subsequens comparitiones cum dicta clausula.*

5 *Procurator reuocatus præsumitur ex quo per aliquot annos nihil gesserit.*

6 *Mandatum, nisi sit mandantis mutata, vel extincta voluntas, non extinguitur.*

8 *Mandati productio non est de substantia, nisi opponatur.*

Decisio CCCLVII.

1 Resolutum, fuit executionem contra Dominos Rinaldinos vltimo loco relaxatam ex defectu citationis fuisse nullam, † cum enim adessent procuratores, non potuit eis non citatis ad executionem deueniri, *c. cū olim. de testib. gl. in cap. quatuor. verb. citat. de maior. & obed.*

Nec obstat, quod procuratores essent constituti in causa pendente coram A. C. super spolio, quia mandatum non restringitur ad spolium, sed comprahendit causam fideicommissi etiam coram A. C. introductam, à qua dependere hanc constat, siquidem cum sententia super fideicommisso lata voluerit, quod Rinaldini tenerentur debita Capitanei Francisci soluere, vtique lis mota super coactio
2 ne Rinaldinorum ad soluendū debita † fuit in executionem d. sententiæ, *Put. dec. 376. in fin. lib. 1.* Nec
3 releuat, quod, † per comparitionem DD. Metelli, et Scipionis absque clausula Citra, censeantur prædicti procuratores reuocati, *iuxta cap. si quem de*
4 *procur. in 6. vbi omnes.* Nam † reuocatio per comparitionem principalis est præsumptiua, et ideo facile alia præsumptione tollitur, *Bald. in l. ante litē. num. 2. circa fin. ff. de procur.* præsumptio autem contraria oritur ex sequentibus comparitionibus Metelli, in quibus semper apposita fuit clausula, *Bald. in l. mutan. ff de procur.* Præterea etiam quod cessasset hæc præsumptio, nihilominus executio fuit inualida respectu Ioannis Rinaldini, qui eosdē constituerat procuratores, et tamen in Iudicio nullos actus fecit, ex quibus oriri posset aliqua opinio reuocationis procuratorum constitutorum. Minus obstat doctrina *Castr. cons. 12. num. 7. lib. 1.* vbi voluit
5 † præsumi procuratores reuocatos ex eo, quod per
6 aliquot annos nihil gesserint, quia † mandatum, nisi sit mandantis mutata, vel extincta voluntas, nō extinguitur, *l. si verò non remunerandi. §. si mandauero ff. mand. l. mandatum C. eod. & contrarium defendit idem Castr. in l. sancimus. 3. vbi Ias. num. 4. C. de testam.*

Vltimo non refragatur prætextus ignorantiæ propter non transportata acta, in quibus aderat hu
7 iusmodi mandatum quia † satis est, partem alias habuisse de procuratorum constitutione scientiam prout est manifestum ex citatione contra Ioannem Cametinum procuratorem executa.

8 Nam † productio mandati non est de substantia nisi quādo opponitur exceptio procuratoria, *Aym. cons. 108. num. 1. &c.*

Decisio CCCLVIII.

Domini ex testibus pro parte Illustrissimi Cardinalis Commendatarii examinatis firmarunt, anteriorem possessionem prædii del Mezzano fuisse penes Ecclesiam, quod enim Commendatarii Sancti Stephani illud possederint ab anno 1525. deponunt specialiter quartus super sexto quintus, et decimusprimus super quinta positione. Itē decimussecundus, et decimussextus super interrogatoriis exprimentes actus possessorios locationis cum pensionis, fructuumque perceptio
1 ne, † ex quibus possessio concluditur, *ad gl. in l. 3. §. finiatur. C. fin. regund. Bart. in l. qui vniuersas. §. per colonum. de acq. poss. Alex. cons. 161. num. 6. lib. 6.* et quamuis sextus, et decimusprimus deponant de fama per verbum, est, illorum dictum non se fundat in ea; nec assumitur ad astruendam probationem per famam, sed nec alii testes ideo minus probant,
2 quod deponant simpliciter de possessione, † quæ est facti, *Corn. cons. 203. sub num. 3. lib. 3. Bald. cons. 10. num. 7. lib. 5. Abb. in cap. cum causam. num. 6. de testib.*

Non obstat, quod nonnulli testes dicāt, Comites Triuultios tempore, quo habitabant cum Commēdatario Scaramucia eorum fratre, exercuisse in hoc prædio actus possessorios, illudque ad hanc diē possidere, ex quo intelligi potest possessum per Abbatem vti prædium patrimoniale.

Quia, cum ijdem præmittant, prædium pertinere ad Ecclesiam, & Abbatem Scaramucciam illud pos
3 sedisse, excluditur titulus patrimonii incluso titulo Ecclesiæ, *arg. l. tutorem. de his, quib. vt indig. Bellam. dec. 108.*

Nec intrat *cons. Alex. 110. nu. 3. lib. 1.* vt necesse fuerit clarius exprimere, quod talis Abbas nomine Ecclesiæ possederit, cum satis intelligatur rem Ecclesiæ per Abbatem titulo patrimonii non posside
4 ri, † et dicta testium non sint cauillanda, sed adiuuā da, *Alex. cons. 5. num. 12. lib. 1. Corn. cons. 298. in fin.*
5 *lib. 1.* quin potius † fratres intelliguntur possedisse iure familiaritatis, *ad l. qui iure familiaritatis. de acq. poss. Socc. cons. 13. lib. 4. num. 7.* maxime cum alii Abbates prædecessores Scaramucciæ idem prædium possederint.

Et quatenus testes de moderna possessione Comitum deponant, satis constat de vtroque extremo,
6 † præsertim iuncta substentatione litis per Comitē Theodorum, *Caputaq. dec. 10. lib. 3.*

Comitulo

Lauden. seu Placentina Bonorum

Veneris 16. Maij 1588.

S V M M A R I A.

1 *Locatio cum pensionis, & fructuum perceptione probat possessionem.*
2 *Possessio est facti.*
3 *Titulus patrimonii excluditur incluso titulo Ecclesiæ.*
4 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuāda.*
5 *Fratres dicuntur possidere iure familiaritatis.*
6 *Spolii secundum extremum probatur ex litis substentatione.*

E O D E M

Hispalen. Beneficii de Nazal Cazar

Lunæ 7. Octobris 1588.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum procuræ non probatur ex enunciatiua Notarij in instrumento captæ possessionis.*
2 *Nec præsumitur ex solo cursu longi temporis absq; obseruantia.*
3 *Nec ex productione literarum collationis, vbi generale non sufficit.*
4 *Ratificatio subsecuta, re non integra, non suffragatur.*
5 *Possessio infecta ob decretum irritans non suffragatur.*

6 *Negatiua probādi onus incumbit ei, qui ea nititur.*
7 *Publicationem probare incumbit resignatario, quādo ipse dat de resignatione ad excludendū spolium.*

Decisio CCCLIX.

DOmini resoluerunt, non constare de sufficienti mandato illius, qui accepit possessionem pro Didaco ad effectum probationis primi extremi, neque de ratificatione subsecuta tempore habili nisi probetur resignationē, cuius vigore Alphōsus Garzia possessionem cepit, publicatam non fuisse.

1 Si quidem † mandatum ex enunciatiua Notarii in instrumento captæ possessionis nō probatur, *Dec.cons.522.numer.3.Purpurat.cons.139.num.1.* 2 *Couar.pract.quæst.cap.21.num.2.* † nec præsumitur ex solo decursu longi temporis absque obseruā 3 tia, *Alex.cons.1.num.19.lib.4.* minusq; ex eo quod in captura possessionis enūciatus Procurator exhibuit literas collationis Didaco factæ resultat sufficiens præsumptio mandati, vbi generale non sufficit, *prout in pari casu tenuit Rota in causa Hispalen. Beneficij pro Illustriss. Cardinali Deza corā R.P.D. Seraph.*

Ratificatio verò, quæ colligitur ex eo, quod nō multo post Didacus mandatum dedit ad exigendū fructus Beneficii, de quo agitur, et ad lites, cuius vigore petita fuit manutentio contra Alphonsum 4 † non suffragatur, propterea: quod ante factum eiusmodi mandatum, capta iam possessione per resignatarium, res desierat esse integra, *l.bonorum. ff.rem rat.hab.DD.in l.quod meo. vbi Alex. num. 5.de acq.poss.Rot.decis.9. de restit. spoliat.in nou.& fuit tentum in causa Abulen. Prestimoniorum de Cantiberos 28.Martij 1578.coram R. P. D. Seraphino.*

5 Nec obstat, † quod talis possessio Alphonsi resignatarii non videatur considerabilis, vt potè infecta propter decretum irritans adiectum in Constitutione Pii V. de publicandis resignationibus.

Quia motiuum procederet, si constaret, resigna-6 tionem huiusmodi non fuisse publicatam, † cuius negatiuæ probandæ onus incumbit Didaco agenti qui ex ea nititur ad probandū primū extremū, *l.ab ea parte.de probat.Innoc.in c.super his de accusat. Anton.Gabr.concl.6.de prob.* quemadmodum, et 7 † ipsi resignatario incumbit probare publicationē, quando dat de resignatione ad excludendum spolium ad *l.1.ff.de except. Aym.cons.226.num.8.& quie sæpiùs resolutum, ac repetitum in hac eadem causa coram me anno præterito 8. Iunij.*

E O D E M

Lunen. Sarzanen. Cappellania

Luna 30. Iunij 1589.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum non probatur per enunciatiuam Notarij in instrumento capta possessionis.*
2 *Possessio capta per coniunctam personam, vel etiā Patrem, aut fratrem non suffragatur sine mandato, vel ratificatione.*
3 *Ratificatio æquiparatur mandato, si subsequatur re integra.*

Decisio CCCLX.

FVit resolutum, regulam de triennali non obstare D.Hieronymo ex eo quod non constat de initio possessionis, quæ suffragetur Zucco. Nam illa, quæ capta fuit per assertū Procura-1 torem, inutilis est, cum † per enunciationem Notarij in instrumento captæ possessionis mandatum non probetur, *Dec.cons.522.num.3.Purpurat.cons. 139.num.1.Couar.pract.q.cap.21.num.2.*

Nec facit, quod possessio dicatur capta per con-2 iunctam personam, quia † etiam si capta fuisset per Patrem, et fratrem, non valeret sine mandato, aut ratificatione, *Caputaq.dec.344.par.2.*

De ratificatione autem subsequuta tempore ha-3 bili, et re integra non constat, † prout requiritur, *ad l.bonorum.ff.rem rat.hab.Aym.cons.171.nu.19. Rot.dec.9.de restit.spol.in nou.* et in terminis regulæ de trienn. tradit *Gomes.in reg.q.59.*

Pania

Camerinen. Bonorum

Luna 20. Martij 1589.

S V M M A R I A.

1 *Specificatio non solet in Curia fieri de testibus examinandis in partibus vigore remissoriæ, nisi in casu suspicionis calumniæ.*
2 *Specificatis semel materijs cum duplici iuramento specificationis, & calumniæ non est facienda noua specificatio, etiam quod agatur de diuersis materijs.*
3 *Specificatio materiarum est species iuramenti calumniæ.*
4 *Calumniæ iuramentum semel præstitum extenditur ad totam instantiam.*
5 *Specificatio materiarum potest quandocumque fieri ante conclusum in causa.*
6 *Calumniæ iuramentum sufficit quandocumque præstari ante conclusum in causa.*
7 *Ampliatiam post conclusum in causa, ante tamen sententiam, & Iudicis officio.*
8 *Concludi in Vrbe in causa ante sententiam nō solet sed cum ipsa sententia.*
9 *Citandus non est ille, à quo nihil quis consequi valet.*
10 *Citatio sufficit facta de procuratore domino litis effecto.*
11 *Examen factum sine interrogatoriis an, & quando sustineatur. & n.n.seqq.*
15 *Citatio in executione remissoriæ contra absentes post adhibitam diligentiam contra principales, vel eorum Procuratores fit per affixionem in loco solito.*
16 *Remissoria portitore deputato absente, potest ea consignari eius agenti præuio iuramento de ea fideliter ad dominum deputatum transmittenda.*
17 *Remissoria claudi debet, & sigillari, & sic Iudici remissoriali præsentari.*
18 *Nihil interest an per nos, vel alium nomine nostro actus exerceatur.*
19 *Testes nulliter examinantur pendente termino ad dandum interrogatoria.*
20 *Terminus dari solet ad dandum interrogatoria.*

Decis.

Decisio CCCLXI.

QVoniam in hac causa, quam proposui die 30. Ianuarij præsentis anni Domini cum presupposito, quod testes essent valide examinati censuerunt, intentionem D. Achillis Cibi esse iustificatam, ideo pars aduersa ex multis nitebatur ostendere nullitatem examinis.

Et primo præsupponebatur, quod in remissoria concessa Achilli Cibo de anno 1587. pro parte DD. Gherardi, et Scipionis Cibo die 13. Iunij dicti anni fuit protestatum, eam non relaxari, nisi prius specificatis nominibus, et cognominibus testium, et specificatis materiis medio iuramento, et concordato de Iudice, quæ cum non fuerint obseruata, propterea examen prætendebatur nullum alia præterea opponebantur, quæ suo ordine dilata diluentur.

Sed quantum ad primũ de omissa specificatione nominum, et cognominum testiũ dicebatur, quod, 1 † quando testes vigore remissoriæ sunt in partibus examinandi, non solet fieri ista specificatio, cum regulariter ignoretur, qui testes sint examinandi, et propterea ista relinquuntur prudentiæ Iudicis remissorialis, licet secus sit in aliquo casu particulari quando adest suspicio de calumnia.

Ad secundum de omissa specificatione materiarum posset multis modis responderi, sed omnem difficultatem tollit factum, et series rei gestæ. Nã anno 1586. D. Achilles duo iuramenta simul præstitit, in quorum primo specificauit materias tunc 2 datas, in secundo iurauit de calumnia. Vnde † non tenebatur amplius materias specificare, etiam si 3 essent diuersæ, cum † materiarum specificatio sit quædam species iuramenti de calumnia, quod 4 † semel præstitum extenditur ad totam instantiã, *Vestr. lib. 6. introduct. iudic. cap. 2. numer. 19. vers. amplius.*

5 Præterea, si necessario facienda foret, † sufficeret illam quandocumque fieri, quousque in causa non esset conclusum, sicut dicitur de iuramẽto calum-6 niæ, † quod sufficit quandocumq; præstari ante cõclusionẽ in causa, *gl. fin. in cap. ex literis. de iureiur. Franc. Curt. in l. cum & Iudices. num. 3. vers. & aduertas pro condimento. C. de iur. iur. propt. calumn. Felin. in cap. cum dilectus. num. 5. de fid. instr. vers. & potest conclusio. Roland. cons. 71. incip. viso proces-*7 *su. nu. 53. vers. ad tertiam respondetur.* † quinimmo ex officio Iudicis potest præstari etiam post conclusionem in causa ante sententiam, *Bald. in l. 1. circa fin. C. de iur. iur. propt. calumn. quem refert, & sequitur Curt. in d. l. cum & Iudices. Gemin. in cap. 1. de iuram. calumn. lib. 6. Cappell. Tolos. decis. 108. Roland. d. cons. 71. num. 33. & 34.* quod indistincte 8 hic procedit ex vsitato stylo Curiæ, † vbi non solet ante sententiam in causa concludi, sed vnico actu præuia citatione concludat Iudex, et sententiam proferat.

Nec obstat tertium de protestatione super concordando de Iudice, id enim tollitur ex citatione facta per D. Oriolen. ob partis contumaciam.

Minus afficit quarta oppositio, quod non fuit citatus D. Comes Antonius maritus D. Martiæ Cibæ, præsertim cum D. Achilles in secundo articulo remissoriæ illum Rocchettam, de qua agitur, possedisse, et occupasse non neget.

9 Quoniam respondetur, † non fuisse necessarium, illum citare, cum D. Achilles nihil ab eo consequi intenderet, sed ab illis, qui Roccehttam possidebant; et quamuis constitisset Comitem Antoniũ Roccehttam possedisse, non tenebat illam nomine proprio cum D. Martia, sed fuit assignata pro dote, vt pars aduersa fatetur, rursus tempore concessę remissoriæ præfatus articulus fuit etiam restrictus ad possessionem DD. Comitum Baldi, et Christophori eius filiorum, vt articuli verba indicant.

Præterea omnem difficultatem tollit, quod D. Martia cum consensu D. Comitis Baldi filij sui sub die 7. Ianuarii 1587. suos procuratores constituit Nicolaum Rutolinum, Alexandrum Seruitiatũ, et Decium Rolsinum, vt in regestro coram Vicario fol. 50. sicut pars aduersa in sua etiam informatione fatetur; cum ergo dictus Decius post obitum Martiæ fuerit Dominus litis effectus, et legitime citatus, prætensam nullitatem euidenter excludit.

Et hinc etiam cessat illa oppositio, quod Comites Baldus, et Christophorus non fuerint citati, 10 † sufficiebat enim citatio Procuratoris, cum fuerit dominus litis effectus.

Quintum de testium examine facto sine interro-11 gatoriis, † contra quod iure videatur dispositum, *cap. 2. §. testes etiam. vbi gl. in verb. Interrogatoria. & ibi communiter Canonistæ. de testib. lib. 6.* facile tollitur, cum culpa, et negligentia partis aduersæ fuerit commissa, cum neminem in partibus nominauerit ad illa edenda, nec in Curia dederit, ac nec repetierit, si quæ prius data fuerant, et quamquam pars citata fuerit ad illa edenda, vt ex citatione apparet, nullam tamen adhibuit diligentiã, vt interrogatoria exhiberentur, vnde ex culpa sua non debet commodum reportare.

Nec dicatur, quod cum anno 1547. fuerint data interrogatoria, super quibus D. Achilles nonnullos testes examinare curauit, illa eadem erant in Rotulo Remissoriæ per ipsum includenda, et propterea non fuerant alia data de anno 1587. quasi id 12 superfluum foret; Nam respondetur, † aduersariũ debuisse curare, vt antea illa interrogatoria reperirentur, et transportarentur, et in Rotulo Remissoriæ includerentur soluta Notario sua mercede, *Senerol. tract. de remiss. litig. cap. 29.* quod, cum non 13 fecerit, sibi imputare debet; præsertim cum † iura munus dandi Interrogatoria ad illum, contra quẽ testes examinantur, pertinere demonstrarent, *d. c. 2. §. testes etiam de testib. lib. 6. ibi, secundum partis aduersæ interrogatoria. in prin. & Gemin. nu. 3. vers. nota, quod pars.*

Et quamuis pars aduersa omiserit interrogato-14 ria, † adhuc sustinetur examen, cum Iudex ex officio, secundum quod ius requirit, testes interrogauerit, *ca. cum causam de testib. not. Doct. in d. cap. 2. §. testes etiam. de testib. lib. 6. vbi Io. Andr. num. 15. in fin. Franc. num. 6. gl. in l. 1. in verb. de nominibus. ff. de magistr. conuenien. & ibi pulchre. Bald. in §. fe curatores. Peregr. dec. 106. lib. 2.*

Sextum, quod obiicitur de non citatis principalibus in Terra Fabriani, qui erat locus remissorię, vbi principales, et domicilium, et Procuratores habebant, non reddit examen inualidum, cum 15 † procedi potuerit per affixionem stante decreto et citatione ad constituendum Procuratorem, qui executioni remissoriæ interesset; nam, quando principales, contra quos decreta est remissoria, sũnt absentes à loco, vbi exequenda est, post adhibitam diligentiam ad illos, vel eorum Procuratores inueniendos, sufficit quod citatio fiat per affisionem vt hic, videlicet in loco vbi citationes similes in Ciuitate, vel Oppido illo fieri consueuerunt.

Septimum de Latore, seu Portitore remissoriæ 16 † non vitiat examinis actum, quamquam enim ad eam deferendam fuerit deputatus Hærcules Rosatus, in eius tamen absentia ab Vrbe fuit consignata Petro Paulo Bonello eius Agenti, et negociorũ gestori, deque fideliter ad Herculem transmitten-17 dam iurauit; quo facto † in partibus clausa, et sigillata,

gillata, vt iure fieri debuit, *cap. præsentiam de testibus. in* 6. Iudici remissoriali fuit consignata. Vn-
18 de † nihil interest, an per nos, vel per alium nomine nostro actus exerceatur, quominus vere sit validus.

19 Postremo illud de testibus anni 1587. examinatis † pendente termino ad dandum Interrogatoria, solum inficit examen trium horum testium, videlicet Federici Pellegrini, Ioannis Baptistæ Stellutti, et Pauloni, qui fuerunt examinati die 13. Septembris, et sic pendente ad dandum Interrogato-
20 ria legitima dilatione, seu termino, † qui dari solet, *gl. communiter recepta in cap. præsentium. §. testes etiam. in verb. Interrogatoria. de testib. lib. 6. Vestr. lib. 6. introd. iudic. cap. 2. de testib. nu. 17. vers. addimus quoque.*

Comitulo

Astoricen. Capellaniæ de los Pegos

Lunæ 26. Iunij 1589.

SVMMARIA.

1 *Subrogatio gratiosa similis est* l. fin. C. de edict. diu. ad Adrian. toll. *ex qua debetur immissio probata sola possessione de tempore obitus absque alia iustificatione.*
2 *Ampl. præsertim vbi agitur de beneficio reseruato.*
3 *Possessio probatur per instrumentum, & testes deponentes de perceptione fructuum, & præsumitur continuata vsq; ad obitum non docto de interruptione.*
4 *Testes ad effectum immissionis subrogati probant possessionem defuncti, etiam quod non percutiant tempus ante motam litem.*
5 *Mandatum de prouidendo præstat titulum coloratum ad possessionem capiendam, & fortius ad retinendam.*
6 *Subrogato gratiose datur immissio, etiamsi possessio antecessoris fuerit spoliatiua, & est veluti continuatio possessionis. & num. 7.*
7 *Spoliatori lite pendente datur manutentio.*
8 *Contradictor legitimus non est spoliatus, & qui nō habet possessionem, nec titulum.*
9 *Titulus ex vacatione per resignationem non probatur ex sola assertione Collatoris.*

Decisio CCCLXII.

DIxerunt Domini dandum esse D. Francisco mandatum de immittendo in possessionem Cappellaniæ, de qua agitur
1 habet enim gratiosam subrogationem † similem beneficio *l. vlt. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* ex qua debetur immissio probata sola possessione tempore obitus Aluari, ad quam est subrogatus, nec alia requiritur iustificatio, *Mohed. dec. 327. Put. 495.*
2 *lib. 2.* præsertim vbi agitur de beneficio reseruato, per ea, quæ discussa fuerunt in illa Burgen. de Pāconio coram R. P. D. Gyptio.

3 De possessione Aluari defuncti † constat ex instrumento captæ possessionis, et testibus deponentibus etiam de perceptione fructuum, quæ possessio præsumitur continuata vsque ad obitum, quamdiu de interruptione non docentur, *l. siue possideris. C. de probat. Rot. dec. 4. eod. tit. in nou. Miles in verb.* *possessio semel habita. Cassan. cons. 15. nu. 16. & seq. Decian. cons. 52. num. 6. lib. 3.* quia etiam adsunt duo testes deponentes de possessione tempore obitus
4 ex publica voce, et fama; † qui non eo minus probant, quod non percutiunt tempus ante motam litem, ad text. in cap. licet ex quadam de testib. cum agatur de probanda possessione tempore obitus, qui contigit pendente lite.

Non obstat, quod talis possessio prætenditur vitiosa ex eo quod capta vigore mandato de proui-
5 dendo. Quia, præterquam quod † mandatum de prouidendo aptum est præstare titulum coloratum ad possessionem beneficii capiendam, *Put. decis. 416. lib.* 1. et multo magis ad eam retinendam, *ad Mohed. dec.* 140. dictum fuit, ad effectum immissionis ex subrogatione gratiosa de titulo laborandum nō esse, *ut alias fuerit resolutum, in vna Cesenaten. Canonicatus 25. Maij 1586. coram R. P. D. Platto,*
6 † immissionem non esse denegandam gratiose subrogato, etiamsi possessio antecessoris probare-
7 tur spoliatiua, ex ratione, quia, † sicuti spoliatori lite pendente daretur manutentio, ita et subrogato datur immissio, quæ est veluti continuatio possessionis.

Quare nec refert, quod possessio Aluari Munoz prætenditur antiquior ex mandato de manutenen-
8 do in iudicio obtento. Nam, † quamtumuis Aluarus se diceret spoliatum, non est legitimus contradictor, *Caputaq. dec. 347. lib. 2.* cum nec possideat, nec habeat titulum, *ad not. in d. l. vlt. vbi Dec. num.*
9 *42. & idem cons. 424. num. 7.* † Assertus enim titulus ex vacatione per resignationem Ferdinandi non probatur ex sola assertione Collatoris, *Rot. dec. 2. de probat. in nou. Put. dec. 400. lib. 1.*

EODEM

Torcellana Pensionis

Mercurij 8. Nouembris 1589.

SVMMARIA.

1 *Pensio pensionario mortuo debetur eius hæredibus pro rata temporis.*
2 *Pensio decursa tempore titularis antecessoris solui debet per hæredes. & num. 3.*
3 *Peti potest etiam à successoribus in beneficio, sed Rota seruat, vt prius ex æquitate conueniantur hæredes antecessoris.*
4 *Solutionem allegans tenetur probare.*
5 *Productionis tempore non facta oppositione non potest post sententiam amplius opponi iura tunc producta non esse in forma probanti.*
6 *Litem sustinens vti hæres non potest impugnare transumptum aditionis hæreditatis, quod non sit in forma probanti.*
7 *Hæredes titularis conueniri debent via ordinaria, non executiua pro pensione decursa tempore defuncti.*
8 *A. C. est Iudex ordinarius in causis pensionum, etiā quod solutio in partibus sit destinata.*
9 *Hæres an possit ratione contractus, aut destinatæ solutionis in loco ibidem conueniri, nisi ibi fuerit apprehensus.*

Decis.

Decisio CCCLXIII.

DOmini fuerunt pro validitate, & iustitia sententiæ A. C. per quam D. Antonius Pisaurus hæres Episcopi Torcellani cōdemnatus fuit ad solutionē pensionis decursæ vsq; ad obitum bo. me. Illustrissimi Cardinalis Vastauillani.

1 Nam de iustitia constat ex eo, quod † mortuo pensionario pensionem pro rata temporis deberi
2 eius hæredibus, & † ad eam soluendam hæredes titularis cogi posse sæpe decisum est, *Gigas. q. 39. num. 10. & seq. & dec. 47. Caccialup. de pens. q. 25. num. 1. & 2. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 15. nu. 13.*
3 et † quamuis talis pensio peti possit etiam à successoribus in beneficio, tamen Rota seruat, vt prius ex æquitate conueniantur hæredes titularis, *Cresc. dec. 3. de solut. Put. dec. 189. num. 2. lib. 2.* Iustificatur autem sententia quoad creditum ex bulla re-
4 seruationis, et † qui solutum affirmat eius rei probationem præstare debet, *l. 1. C. de probat.* et quoad personarum legitimationem ex testamentis, & iuribus productis in prima instantia, aduersus quæ,
5 † cum nihil tunc fuerit oppositū, & Iudex processerit ad sententiam, non potest pars modo obijcere, illa non esse in forma probanti, *Put. dec. 219.*
6 *lib. 2.* quamquam † impugnatio, quæ fit contra instrumentum aditionis hæreditatis, quod sit exemplum exempli non releuaret, cum ipse D. Antonius tamquam hæres Episcopi sustinuerit, et sustineat litem, *ad tradita in l. gerit. de acq. hæredit.*

De validitate constat per facultates A. C. et ip-
7 sum processum, nam, quamuis † contra hæredem agi debuerit ordinarie, non autem executiue, *vt per Gig. de pens. q. 59. sub num. 13. & q. 51. prope fin.* apparet actum fuisse iudicio ordinario seruatis seruandis, neque de iurisdictionis defectu dari po-
8 test, cum † A. C. in suis facultatibus expræsse habeat cognitionem ordinariam in causis pensionum Ecclesiasticarum, et si illarum solutio in partibus
9 facienda esset. Quare † cessant adducta ad probandum hæredem ratione contractus, aut destinatæ solutionis in certo loco nō posse cōueniri in eo loco, nisi ibi fuerit appræhensus, *ad not. per Ias. in l. 1. num. 3. de eo, quod cert. loc. Castr. in l. 2. §. legatis. sub num. 3. de iudic. Abb. in cap. fin. de for. compet. per tex. in cap. 1. §. contrahentes. eod. tit. lib. 6. & l. hæres absens. in prin. vbi Castr. de iudic. &c.*

Orano

Romana, seu Maceraten. Fideicommissi de Gabbutiis

... 26. Martii 1589.

S V M M A R I A.

1 *Probatio dubia non releuat. & num. 2.*
2 *Confessio ambigua non praiudicat confitenti.*
3 *Articulans non fatetur.*
4 *Confessio in positionibus nihil probat, quando aduersarius illis contradixit.*
5 *Praseruatio nihil disponit.*
6 *Petitum non quod est, sed quod in diuisione executum, attenditur.*
7 *Probatio inter alios facta non praiudicat tertio.*
8 *Confessiones facta in iudicio, In quo confitens succubuit, non ei praiudicant in alio Ampl. vt nu. 9.*

Decisio CCCLXIV.

HÆreditate adita per Dominos de Gabutijs q. Hieronymi eorum fratris germani cum metuerent, attento fideicommisso paterno, eam sibi fore damnosam, obtinuerunt cōmitti A. C. causam discussionis, qui nulla consideratione habita articulorum pro parte eorumdem datorum ad probandum, bona controuersa prædicto subiacere fideicommisso, tulit sententiam graduatoriam, quę transitum fecit in iudicatum, et deuenit ad subhastationem dd. bonorum facta autē deliberatione Francisco Aldeoni, eidemque ordinato, quod pretium creditoribus anterioribus iuxta tenorem mādatorū desuper ralaxatorum persolueret, D. Imperia relicta d. q. Horatii in vndecimo loco graduata agnoscens nihil ex pretio superfuisse, vnde suo credito satisfieret, cæpit prætendere, eadem bona subiecta esse fideicommisso, et ideo suum creditum super dd. bonis deliberatis in eamdem rationem, non obstante, quod precium fuisset consignatum alijs creditoribus.

Quare tertio proposito dubio, An constaret, terras, de quibus est quæstio, esse de bonis maternis Dominorum de Gabutijs ad effectum, vt exclusæ dicantur à fideicommisso Domini ex rationibus deductis in prima dubij positione pro affirmatiua concluserunt: Quibus stantibus præmissa facti serie addebant onus probandi illas subiectas esse fideicōmisso ad hæredes Imperiæ pertinere, cum sit fūdamentum eorum intentionis; ad hoc autem probandum nihil afferri, pręter confessiones Gabutiorum, ex quibus tamen nulla potest resultare cōcludens probatio. Neque enim in confessione desumpta ex commissione causæ discussionis, in qua habetur, quod attento fideicommisso paterno dubitabant, ne fratris prædefuncti hęreditas potius damnosa esset, potest fieri fundamentum, quia,
1 † cum indefinite concepta sit, potest verificari in alijs bonis fideicommisso paterno obnoxiis, quæ ad Horatium cōmunem fratrem in diuisione obuenerant, *l. si pluribus. vbi Bart. ff. de leg. 1.* et ideo
2 † satis est, quod ambigua, et incerta sit, ac minus necessario concludens ad effectum, vt non pręiudicet confitenti, *Corn. cons. 261. num. 16. lib. 4. Aym. cons. 157. num 9. Mohed. dec. 37.* In confessione vero, de qua in articulis, et positionibus, non potest
3 fieri fundamentum, nam certum est, articulantem non fateri, *Io. Andr. in cap. fin. in prin. de iur. iur. in 6. Bart. in l. 2. §. quod obseruari. nu. 19. C. de iur. iur.*
4 *propt. calumn.* et † confessio in positionibus nihil probat, quando aduersarius illis contradixit, *Bart. & communiter Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. Alex. cons. 283. col. 2. vol. 5. Paris. cons. 71. num. 15. vol. 3.* Sic nec confessio, de qua in instrumento diuisionis, potest præbere aliquod adminiculum; stant enim simul, et quod Domini de Gabutiis in eo dixerint, quod intendebant deuenire ad diuisionem omnium bonorum communium, et quod intellexerint tam de bonis paternis, quā maternis, cum omnia in communi possiderent. Minus suffragatur inuentarium, quia in eo non enūciatur, quod omnia bona descripta essent paterno fideicommisso subiecta; licet autē subiiciatur clausula præseruatiua fideicommissi paterni, nihil impedit, quo minus referatur ad bona, quæ vere erāt
5 paterna, vltra quod † præseruatio huiusmodi nihil disponit, *Ang. in l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Dec. cons. 516. num. 18. in fin. Aym. cons. 70. num. 6.* Neque curandum, est, quod in petitione Curatoria dixerint, se velle diuidere bona paterna. Nam sufficit, quod in diuisione, se non restrinxerint ad bo-

na paterna, sed locuti sint de diuisione omnium 6 bonorum communium, ex quo † communiter non quod petitum est, sed quod in diuisione ipsa fuit exequutum attendatur, *l. sciendum. §. edictum. de aedilit. edict. Bald. in l. multum. nu. 3. ad fin. C. si quis alt. vel sib. Dec. cons. 463. num. 1.* Sed praesupposito, quod ex praemissis concludens oriretur probatio, 7 nihilominus † ne dum creditoribus, de quorum praeiudicio agitur, posset illa officere, *l. sciendum. ff. de verb. oblig. l. si forte. ff. de Castr. pecul. cum alleg. per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 7. nu. 47.* Sed 8 neque etiā ipsis Dominis de Gabutiis; † cum enim dd. terras neque vti haeredes Horatiis, neque vti fideicommissarii possideant, sed tamquam acquisitas ex iure subhastationis, et solutionis factae creditoribus anterioribus, confessiones factae in iudicio A. C. in quo succubuerunt, non debent illis praeiudiciales esse, *gl. in terminis final. in fin. Auth. item possessor. vbi Bart. C. qui pot. in pign. hab. Alex. in l. qui Romae. §. seu. nu. 2. ff. de verb.* 9 *oblig.* praesertim † quando veritas contraria est cōfessioni, *l. in cōfessionibus. ff. de interrog. act. Bellam. dec. 690.* prout in priori causae propositione ex multis fuit ostensum etc.

Comitulo

Legionen. Parochialis

Lunae 13. Nouembris 1589.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad sententiam statim, & qualibet die, vt nimis vaga, & incerta non sustinet sententiam latam post 40. dies.*
2 *Conclusio in causa nihil aliud, quam sententiā post se expectat.*
3 *Sententiae aequiparatur.*
4 *Vim habet citationis ad sententiam, praesertim ex stylo Hispaniarum.*
5 *Reuocata dicitur per productionem nouorum iurium & num. 12.*
6 *Iura produci, & admitti possunt in beneficialibus etiam post conclusum in causa.*
7 *Praesertim si sint probationes super habilitate personae.*
8 *Et ex aequitate, quae rigorem renunciationis excludit.*
9 *Iudex recipiens iura ad iustitiam causae facientia tacite conclusionem reuocasse dicitur.*
10 *Iura vnius partis potest Iudex admittere ad aequalitatem seruandam aduersae partis contradictione non obstante.*
12 *Conclusione prima in causa reuocata, vel assignandus est nouus terminus ad concludendum, vel docendum de consensu partium, & Iudicis in noua conclusione.*
13 *Concludere possunt in causa partes super vno articulo, & non super alio.*

Decisio CCCLXV.

DOmini tenuerunt, sententiam Ordinarii latam ad fauorem Antonii non fecisse transitum in iudicatum, ita vt obstet Reglero, ne audiatur in negocio principali, quamuis ab ea intra decendium legitime non appellauerit, vt fuit resolutum sub die prima Februarii hoc an-1 no. Cum enim † citatio, quae praecessit ad audiendum sententiam statim, et qualibet die, quae certa non esset vt potē oīmis vaga, et incerta sententiam latam post 40. dies minime sustinear, *Rot. dec. 458. num. 5. lib. 1. & dec. 152. lib. 2.* Visum fuit nec fulciri posse per conclusionem in causa partibus 2 factam à Iudice, † quae regulariter aliud non expectat post se praeter sententiam, *Marant. in specul.* 3 *par. 6. ver. fit etiā conclusio.* et † aequiparatur sententiae, *ad gl. in l. si rem. §. fin. de euict. Bart. in l. si mater. §. eamdem. in fin. de except. rei iudic. Ias. in l. vbi.* 4 *§. nihil commune. num. 112. de ac. poss.* † qua ratione Rota consenta esse solet etiam minus legitima citatione attento maxime stylo illarum partium, vbi fuit rite in causa conclusum. Nam dicebant Domi-5 ni, † talem conclusionem reuocatam fuisse per productionem nouorum iurium vtrinque factā, si quidem Antonius exhibuit titulum suum, et literas Ordinum, et Iudex mandauit apponi in processu parte citata. Reglerius autem produxit subinde processum compulsatum super articulo patrimonialitatis, quia etiam ipse Ordinarius post haec decreuit vtrumque subiici examini, in quo solus Antonius fuit approbatus, et eo nomine obtinuit adiudicatoriam. Ex quibus productionibus, et gestis liquet à praecedenti conclusione recessum tacite fuisse, *per ea quae tradunt communiter Doctores in cap. dilecto. de fid. instrum. vbi Abb. num. 3. & Felyn. num. 17. & in cap. quoniam contra. de prob. vbi Abb. num. 17. Felyn. num. 19. & seq. Lanfranc. num. 42. & 43. Alex. cons. 72. num. 7. lib. 3.*

6 Nec refert, quod † in beneficialibus etiam post conclusum in causa iura produci, et admitti possunt, *Rot. dec. 1. & 2. de testib. in nou. & decis. 1. de* 7 *prob. in antiq.* et † praesertim probationes super habilitate personae. *dec. 7. de iudic. in antiq. cum simil.* 8 Quia † hoc quidem suadet aequitas, quae excludit rigorem renunciationis factae, *Card. cons. 72. num. 10. Felyn. in d. cap. cum dilectus num. 13. & seq.* et 9 nihilominus † Iudex, qui videt producta facere ad iustitiam causae, illa recipiens tacite cēsetur cōclusionem reuocasse, *vt post citatos declarat Add. ad Cappell. Tolos. qu. 14. arg. cap. cum renunciatur 32. q. 1.*

10 Non releuat, quod Antonius † protestatus fuerit contra productionem Regleri, *ad glos. & ibi Bart. in fin. de praetor. stipulat. Felyn. in d. cap. quoniā contra. num. 19.* Nam, vt seruaretur aequalitas, *l. fin. de fruct. & lit. expens.* et regula quod quisque iuris potuit Iudex etiam parte contradicente iura Regleri admittere, *arg. cap. pastoralis. in fin. & ibi not. de caus. poss. & propr. & tenent Abb. Felyn. & Alex. in locis indicatis.*

Sed neq; ex eo videtur sustineri sententia, quod triduo antequam ferretur, pro ea institit Reglerus, attento quod iam erat conclusum in causa, vt aiebat, quia huiusmodi instantia Reglerii non in-11 spirauit vitam conclusioni, † quae post productionem, et receptionem nouorum iurium expirauerat; 12 Vnde † illa priore reuocata vel assignandus fuit nouus terminus ad concludendum, *Aegid. dec. 57. num. 2.* vel alias docendum de consensu partiū et Iudicis in noua conclusione, *ad not. per Abb. in cap. tenor. in fin. de re iudic.* praeterquam quod Reglerus videri potest approbasse conclusionē quoad 13 articulum patrimonialitatis dumtaxat, † cum possint partes in causa concludere super vno articulo et non super alio, *Bald. in l. si accusatoribus. col. vlt. de accusat. Felyn. in d. c. cum dilectus. num. 30.*

Quare conclusum fuit, Reglerum admittēdum esse, vt deducat ius suum, quo praetendit excludere Antonium à Parochiali, de qua agitur, aut aliter impedire, ne consequatur absolutionem etc.

Car-

Cardinali Blanchetto

Turritana Tertiariarum

Veneris 28. Iunij 1591.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo datur pro fructibus à die motæ litis, non ante.*
2 *Liquidatio præcedere debet executionem.*

Decisio CCCLXVI.

DOmini concorditer tenuerunt, omnia gesta post sequestrum fuisse nulla, quia 1 † mandatum de manutenendo non datur pro fructibus ante litem motam, sed à die motæ litis, *& ita seruatum fuit in causa Bononien. de Pepulis corum bo. me. de Rubeis 27. Iunij* 1578.

2 Secundo quia † debebat præcedere liquidatio, *vt fuit dictum coram R. P. D. meo Decano in vna Auximana fructuum, &c.*

Orano

Nepesina de Nardonibus

Veneris 19. Junij 1592.

S V M M A R I A.

1 *Executio facta in bonis tunc temporis non debitoris nulla est.*
2 *Hypothecam habens anteriorem est in bonis debitoris præferendus. Decl. vt num. 3. & 4.*
3 *Ius pignoris amisisse quando dicatur creditor anterior citatus. & num. 4.*
4 *Citatio in, Petijt resoluta indicat Iudicem in vim illius noluisse procedere, seu decretum facere.*

Decisio CCCLXVII.

FVIT resolutum, sententiam extra Rotam latam cõtra DD. Scipionem de Martholis, & litis consortes fuisse iniustam, & reuocandam. Nam quantum ad duas petias terræ, super quibus est facta executio ad instantiam Antonii 1 Guerrini, apparet, † eas tunc temporis non fuisse in bonis Ioannis Nardoni debitoris, cum per multos annos antea fuissent venditæ Scipioni, vt patet ex publicis instrumentis.

Respectu vero aliorum bonorum apparet, d. Scipionem, & litis consortes fuisse creditores anteriores illius Antonii, à quo causam habet An-2 gelus Corsettus, Ideoque † illos præferri debere, cum habeant anteriorem hypothecam, de qua ex publicis instrumentis, & testibus examinatis in actis constat.

Neque obstat, quod exaduerso prætendi potuit, 3 † eos amisisse ius pignoris, ex quo fuerunt citati ante executionem ad docẽdum de eorum iuribus, *per tex. in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor.* Quia multifariam respondetur, & primo quod *Butrig. Oddofred. Ann. Salyc. & Ang.* interprætantur illum textum, vt procedat, vbi præfixus est terminus ad agendum, quod non reperitur factum. Vnde, cum non fuerit seruata forma requisita, non habet locũ *l. auxilium, de minor. cum simil.* secundò non potuerunt dici isti creditores anteriores negligentes, cũ semper ante, & post prosequuti fuerint ius ipsorũ contra Nardonum in carceribus detentum, et cõparuerunt, et protestati fuerunt, tertiò citatio fuit facta domi dimissa copia, quæ non sufficit ad effectum, vt priuati censeantur iure suo, nulla alia præcedente citatione personaliter executa, *Abb. in c. fin. de eo, qui mitt. in poss. Innoc. in c. significauit. de testib. l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ sent. sine appell. rescind. Tancred. de iudic. tit. de citat. quæst. 2.* Sed quartò, et vltimo tollit omnem dificultatem, 4 quod † Iudex vigore illius citationis noluit procedere, neć aliquid facere, sed resoluit eam in Petiit. Vnde conclusum pro dictæ sententiæ reuocatione etc.

E O D E M

Eadem

Mercurij 2. Decembris 1592.

S V M M A R I A.

1 *Executio facta in bonis tunc temporis non debitoris nulla est.*
2 *Hypothecam habens anteriorem est in bonis debitoris præferendus.*
3 *Cessio absque statutarijs solemnitatibus nulla est.*
4 *Emens ad hasta repræsentat personam creditoris in credito, pro quo fuit facta subhastatio, & deliberatio.*
5 *Datio in solutum cum pacto de retrouendendo, & modicitate precij præsumitur simulata.*
6 *Datio in solutum non potest argui simulata ex quo dans remanserit in possessione, si adsit clausula constituti, ex qua dicitur mutasse causam possessionis.*
7 *Creditor anterior citatus ad ostendendum suum creditum an sibi præiudicet, si non doceat. & num. 8. & 9.*
8 *Citatio cum Petijt resoluta ostendit Iudicem noluisse decretum interponere.*
9 *Protestatione facta de legitimatione personæ aduersarij, & nihil fieri nisi ser. ser. & ver. ver. non debet ad vlteriora in causa procedi, nisi illa adimpleta.*

Decisio CCCLXVIII.

DOmini resoluerunt, sententiam A. C. vti iniustam reuocandam esse, Rotalem vero confirmandam. Quantum enim ad duas petias terræ, super quibus instante Antonio Guerrino facta fuit executio, ex publicis instru-1 mentis † ostenditur, eas tunc temporis non fuisse in dominio Ioannis Nardoni, cũ per plures annos ante per venditionem fuissent D. Scipioni de Martolis acquisitæ. Quo vero ad alia bona ne dum instrumentis, sed etiam testibus conuincitur d. Scipionem, et litis consortes fuisse creditores anteriores Antonio, à quo causam habet Angelus Cor-2 settus, Ideoque † ius prælationis fundatum in anteriori hypotheca illis competiit.

Quod autem deducebant scribentes pro Angelo, creditum ipsius videri esse anterius tamquam 3 de anno 1575. contractum, et quod † cessio facta per Marinangelam fuerit nulla ex defectu solemnitatis statutariæ, *ad tradita per Caputaq. dec. 200*

par.3. non placuit Dominis, quia Angelus non habet iura cessa à Marinangela, sed † repræsentat tantum illius personam in eo credito, pro quo fuit facta subhastatio, et deliberatio, Atque huiusmodi creditum, pro quo fuit actum nomine Marinangelæ, est credito Scipionis, et sociorum posterius, Ideoque anterioritatis commodum suffragari illi non potest.

Minus visum est obstare, quod asserebatur, bona, quæ d. Scipio prætendit sua, tamquam sibi in solutum data, non potuisse ad eum pertinere, ex quo † datio in solutum fuerat simulata, propter pactum de retrouendendo illi adiectum cum modicitate præcii, *Cassad. dec. 1. de empt. & vendit.* Quoniam modicitas præcii, in qua principaliter consistit vis simulationis, non probatur, et † ex eo, quod Nardonus remansit in possessione, non potest datio in solutum simulatione redargui, Nam statim atque successit datio in solutum, Ioannes Nardonus mutauit causam possessionis, et cœpit possidere nomine D. Scipionis vigore clausulę constituti in instrumento appositæ; quod etiam comprobat, quia semper soluit affictum.

Neque alicuius considerationis fuit, quod prætendebatur, D. Scipionem cecidisse à iure suæ anterioritatis, † postquam citatus, ad ostendendum suum creditum, de eo non docuit *iuxta l. si eo tempore. C. de distract. pignor.* Nam Dominis difficultati huic abunde visum fuit in decisione facta coram R. P. D. meo Decano fuisse responsum, præsertim † cum citatio appareat cum, Petitis, resoluta, absque eo quod Iudex voluerit aliquod decretũ interponere, et quidem merito, quia per alios consortes litis citatos fuerat responsum, † non constare, Marinangelam esse talem, qualem se fecerat, et nihil fieri nisi seruatis seruandis, et verificatis verificandis, et docto se esse talem, qualem se declarabat etc.

Gyptio

Aretina Iuris visitandi

Lunæ 29. Martij 1593.

S V M M A R I A.

1. *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur per vnum actum etiam quoad alios actus eiusdem speciei.*
2. *Limitatur quoad actus, circa quos alius est in quasi possessione.*
3. *Quasi possessio acquiri non potest absque scientia aduersarij.*
4. *Testis vnicus de facto proprio cum adminiculis probat.*

Decis. CCCLXIX.

DOmini pro maiori parte inclinauerunt, non esse dandum mandatum de manutenendo D. Episcopo Aretino quoad examen, et approbationem Cappellani, de quo agitur, nam, licet ipse habeat regulam pro se, quod 1 † in incorporalibus per vnum actum acquiratur quasi possessio etiam quoad alios actus eiusdem speciei, *cap. cum Ecclesia Sutrina. vbi Abb. nu. 23. Rip. num. 52. de caus. poss. & propr. Alex. cons. 74. num. 16. lib. 1.* 2 Nihilominus hęc regula † non procedit, quando alius est in quasi possessione eorumdem actuum, quoniam respectu illorum non acquiritur quasi possessio ex vno actu Iurisdictionali, *Innoc. in cap. dilecti de offic. Archid. Abb. in cap. 1. de religios. Gabr. de præscript. concl. 2 nu. 25. Put. dec. 310. lib. 2.* Ideo, cum Episcopus Montis Politiani sit in possessione examinandi Cappellanos, quos ipse deputat ad Curam Animarum in Ecclesia S. Petri de Rota, vt probant testes pro eius parte examinati, non videtur ex visitatione prędicto mãdato locum esse.

3 Nec refragatur, quod huiusmodi † quasi possessio acquiri non potuit nõ data scientia Episcopi Aretini, *Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqu. Put. decis. 208. lib. 1. cũ alijs allegatis*, quoniã Iacobus vnus ex prædictis testibus d. scientiam satis probat.

4 Non obstat, quod sit vnicus, quia, † cum de facto proprio deponat, et eius depositio coadiuuetur ex visitationibus in dicta Ecclesia factis, ei est fides adhibenda, *Paul. Castr. in l. quicumque C. de seru. fugit. Gabr. de testib. concl. 1. num. 18. Rot. dec. 6. de iur. patr. in nouis. &c.*

E O D E M

Farfen. Territorij

Veneris 2. Aprilis 1593.

S V M M A R I A.

1. *Testes super possessione ad effectum mandati de manutenendo debent percutere tempus ante motam litem.*
2. *Tempus possessionis est de substantia manutentionis.*
3. *Testis deponens de possessione à tot annis citra absque copula, Et, non probat possessionem de tempore motæ litis.*
4. *Inuerisimilitudo imaginem habet falsitatis*
5. *Testis vnicus in mandato de manutenendo non sufficit, vbi adsunt in contrarium probationes partis aduersæ.*
6. *Scientia, & patientia possidentis requiritur ad effectum, vt alius possessionem acquirat.*
7. *Iustificationes boni iuris reseruantur ad petitoriũ.*
8. *Partita damnorum datorum non probant contra tertium.*

Decisio CCCLXX.

COmmunitas Montis Opuli post vltimam huius causæ decisionem nonnullos testes examinauit, ex quorum dictis, et instrumentis, ac iuribus, quæ præsupponebantur, existimabant constare, esse in quasi possessione Tenutæ, seu Territorii, de quo agitur, Propterea dubitaui, An eidem esset dandum mandatum de manutenẽdo, et dicta die vtraque parte informante Domini resoluerunt, non esse dandum, quoniam dicti testes quarto in ordine excepto, intentionem Communitatis non bene probant. Nam, licet concludant possessionem Communitatis pascendi in locis controuersis, nihilominus eorum depositio 1 † non releuat, si quidem non percutiunt tempus ante motam litem, quæ respectu Communitatis actricis incępit de anno 1562. *iux. dec. Ægid. 544. in fin. cum alijs adductis in decis. facta in hac causa die 23. Februarij* 1590. Quinimmo, cum aliqui ex dictis testibus affirment, vtramque Communitatẽ in prædictis locis pasculasse, clare deprehenditur, quod ipsi loquuntur post concordiam cum Turritania

tanis de anno 1566. initam sine præiudicio ipsarũ partium etc.

Et quod prædicti testes non concludant circa 2 tempus, † quod est de substantia in hoc iudicio *ad not. in §. retinendæ. Inst. de interd.* probatur, quia primus iuxta 19. et 39. dicit habere notitiam huius territorii, et confinium à 30. annis citra absq; 3 copula, Et, † quocirca intrat doctrina *Bart.* communiter approbata *in l. Celsus. num. 23. de vsucap.* quia dictum testis sic deponentis potest verificari in medio tempore, et erit semper verum vidisse à 30. annis citra etc. et iuxta 34. deponit de possessione hominum Montis Opuli per verba præsentis temporis.

Non caret etiam testis aliqua suspicione, cum ita adamussim, et animose deponat de tot locis, et confinibus articularis, et tamen profitetur nõ esse prodigiosæ memoriæ, cum iuxta 35. dicat, de negociis suis, et alienis posse recordari à 20. annis citra, Vnde sequitur quædã inuerisimilitudo huius 4 dicti, † quod videtur habere imaginem falsitatis, *secundum Bald. in l. 1. num. 9. C. de seru. fug. Aym. cons. 28. num. 1.*

Secundus testis iuxta 19. non recordatur à quo tempore habuerit notitiam stradellæ, et collium, dicit posse à 15. annis, nec quando cæperit versari et pasculari in dd. locis.

Tertius, quintus, sextus, et septimus laborant eodem morbo, quia de tempore deponunt absque copula.

Quartus testis meliùs probat, nec ad rem facit, quod equiuocat inter bon. me. Cardinalem Sancti Angeli, et Cardinalem Farnesium, quia isti Cardinales fuerunt fratres, sat est, quod deponit de 5 tempore Pauli III. sed † est solus. Idcirco stantibus probationibus partis aduersæ parum facit.

Præterea ea alio præfati testes euitari possunt, quia non deponunt de scientia, et patientia Turri-6 tanorum, † quæ data illorum possessione esset necessaria *ad not. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & propr. Paul. de Castr. post gl. in l. 1. C. de seru. & aqu. Soc. cons. 187. vol. 2. Rebuff. tract. de mater. possess. in præfat. num. 138.*

Stante igitur, quod testes non probent, non est quærendum, an coadiuuari possint ex instrumẽtis, et aliis iuribus pro parte Communitatis Montis 7 Opuli prædictæ quia † hæc omnia reseruanda sunt in petitorio, maxime quia parum cõferunt ad ius pascendi, minusq; includunt clare locũ differentiæ.

8 Partitæ † damnorum datorum extractę ex libris Communitatis non probant contra tertium, et vna excepta non loquuntur de loco differentiæ, et percutiunt tempus post motam litem etc.

EODEM

Eadem

Mercurij 7. Aprilis 1593.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes de possessione cum dictione, semper, dicuntur concludere tempus motæ litis.*

Decisio CCCLXXI.

IN eadem feci verbum cum Dominis an esset dandum mandatum de manutenendo Turritanis stantibus tot resolutionibus in hac causa factis, et dãdum esse nemine discrepante resolutum fuit.

Nec refragatur, quod testes Communitatis Montis Opuli, licet omittant copulam, Et, tamen 1 † vtantur dictione, semper, quæ sufficit ad hoc, vt dicantur concludenter de tempore deponere, *Bart. in l. Celsus. de vsucap.* in loc. cit. ab informantibus pro Montopolitanis, quia dicti testes aut non tangunt locum controuersum, aut, dum loquuntur de ipsa pasculatione, nullum exprimunt tempus certum, vt bene deducitur in memoriali pro Turritanis dato &c.

Cardinali Arigonio

Zamoren. Decimarum

Veneris 4. Februarij 1594.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad videndum iurare testes absque expressione temporis sustinetur pro tempore antea præfixo, & prorogato ad probandum.*

2 *Citatio ad videndum iurare testes sine expressione loci intelligitur de loco in commissione examinis destinato, si ad ipsam commissionem relationem habent.*

Decisio CCCLXXII.

DVbitatũ, An examen testium esset nullũ ex quo citatio ad vidẽdum iurare testes esset nimis vaga sine expressione certi temporis, & certi loci, & fuit resolutum pro validitate; & quantum ad expressionẽ temporis DD. 1 dixerunt, quod, † cum esset præfixus terminus certus ad probandum vtrique parti, & prorogatus, infra quem etiam testes iurauerunt, citationem sustineri absque alia expressione diei, quia intelligebatur infra illum terminum præfixum, *prout etiam fuit resolutum de anno 1587. in vna Toletana de Oreana coram R. P. D. Decano, & in vna Toletana Decimarum de Iustedoro 16. Februarij coram R. P. D. Penia.*

Quantum ad expressionem loci dixerunt examen factum in loco della Bouida esse validum, 2 † quia cum iste locus fuisset expressus in commissione, in quo mandabatur, quod examinarentur testes, & in citatione facta ad videndũ iurare testes habita fuerit relatio ad commissionem, perinde est, ac si in ipsa citatione fuisset expressus &c.

Penia

Spoletana Bonorum

.... 29. Aprilis 1594.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur docenti de antiquiori possessione.*
2 *Possessio capta Iudicis auctoritate absque legitima citatione possessoris est nulla.*
3 *Citationes quomodo legitime exequantur.*
4 *Citatio ad sententiam est necessaria.*
5 *Sententia lata sine citatione est ipso iure nulla.*
6 *Possessio capta intra tempus ad appellandum est attentata.*

Decis. CCCLXXIII.

PRoposita causa vna parte tantum informante dictum fuit, standum in decisis, & Carolo dandum mandatum de manutenen-
1 do,† quia constat de eius antiquiori possessione.

Neque obstare, Clementem postea Iudicis auctoritate adeptum fuisse possessionem; neque ob id
2 Carolus suam anteriorem amiserat, cum † Iudex nulliter absque legitima citatione processisset, *Zuccard. in l. fia num. 566. C. de edict. diu. Adr. toll. & fuit dictum in illa Parmen. & Adrien. Benefi-*
3 *ciorum 4 Iulij* 1584. nam, præterquam quod† Carolus non fuit prima vice personaliter citatus, & aliæ citationes non fuerunt legitime executæ, *iuxta clem. causam. de elect.* deficit etiam citatio ad
4 sententiam, † quæ omnino necessaria fuisset, *cap. 2. vbi Gemin. num. 4. de dol. & contum. lib. 6. clem. sæpe. §. sententia. vbi glos. Zabarell. Imol. & alij de*
5 *verb. signif.* ita vt † sententia sine tali citatione lata sit ipso iure nulla *l. 1. §. item cum ff. quæ sent. sine appell. glos. in cap. cū contum. in verb. respondeat. de heret. lib. 6.*

6 Accedat alius defectus, quia † Clemens accepetat possessionem infra tempus ad appellandum, *cap. non solum de appellat. in 6. vers. nota, quod paria sunt. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 2. vers. interpretatio Mohed. dec. 150. incipien. Papa contulit. Canonicatum &c.*

Gyptio

Oriolen. Decimarum

.... 12. Decembris 1594.

S V M M A R I A.

1 *Contrauentum dicitur mandato de manutenendo, si habitus fuerit recursus ad Iudicem incompetentem.*
2 *Conseruatoris Monasteriorum iurisdictio.*

Decisio CCCLXXIV.

DOmini resoluerunt contra Vicerectorē,
1 & fratres; † contrauenisse mandato de manutenendo Capitulo, & litis consortibus alias concesso, quoniam fratres ad impediendam illius executionem habuerunt recursum ad
2 eorum Conseruatorem, † qui nullam habebat iurisdictionem in causis pendentibus, sed solum pro iniurijs Monasterijs illatis, & non quo ad ea, quæ iudicialem indaginem requirunt, suam potest ostēdere potestatem, *cap. 1. & ibi Doct. de offic. Iudic. deleg. in 6. &c.*

Cardinali Mellino

Romana Hæreditatis de Croccolis.

... 20. Februarij 1595.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum expirat morte constituentis.*
2 *Licet procedere, si hæreditas sit vacans, secus si iacens. & num. 3.*
3 *Hæreditas iacens repræsentat personam defuncti.*
4 *Hæreditas iacens quando dicatur.*
5 *Procurator dominus litis effectus non potest reuocari.*
6 *Lim. nisi ipse, & aduersarius consentiat.*

Decisio CCCLXXV.

DOmini resoluerunt, cōstare de legitima-
1 tione personæ, quia, licet † per obitum constituentis mandatum expiret, quando non adest hæres, *vt per Aag. in disputat. Aslea.*
2 *miles, cum alijs allegatis:* tamen † hoc procedit solum, quando hæreditas vacat, sed non quando est
3 iacens, quia † hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, & propter istam repræsentationem
4 mandatum durat post mortem, & † dicitur hereditas iacens, antequam constet (facta diligenti inquisitione, & citatis his, quorum interest) neminē velle esse hæredem, *Dec. in cap. relatum. num. 12. & 13. de offic. deleg. & fuit resolutum in causa Romana Status 6. Martij* 1573. *corā Episcopo Oriolen. & in causa Salamantina Pensionis 29. Nouembris 1591. coram R. P. D. Penia.* Vnde, cum non præcesserit inquisitio, & non constet, neminem velle esse hæredem, hereditas est iacens, & mandatum D. Tranquilli durat.

Non obstat, quod D. Trāquillus fuit reuocatus,
5 quia † Procurator dominus litis effectus non po-
6 test reuocari, *cap. 2. de procurat. in 6.* † nisi ipse, & aduersarij consentiant, *Paul. in l. quæ omnia. num. 2. in fin. ff. de procur. Sarnen. dec. 28. lib. 1. & fuit sæpius resolutum*, & de isto consensu non constat, quia, licet commissio cantet nomine istorum principalium, tamen potest esse, quod D. Tranquillus eam præsentauerit in iudicio, & citauit ad dicendum contra &c.

Orano

Reatina Castri Postæ

.... Nouembris 1586.

S V M M A R I A.

1 *Restitutionem petere non potest, qui fuit auctoritate Iudicis possessione priuatus.*
2 *Spoliare dicitur Iudex nulliter procedens, & spoliatus restituitur.*
3 *Citationis defectus causat nullitatem.*
4 *Procurator effectus dominus litis in prima instantia non dicitur talis in 2. Decl. vt num. 6.*
5 *Instantia prima diuersa est à causa appellationis.*
7 *Clausula, Releuans, in mandato procuræ operatur satisdationem.*
8 *Satisdatio iudicatum solui respicit instantiam, qua perempta nihil operatur. Decl. vt num. 9.*

Decis. CCCLXXVI.

COntrouersum fuit stantibus hinc inde præsuppositis, An D. Ioannes Antonius fuerit spoliatus duobus tertijs Castri Postæ, ita quod veniat ad illarum possessionem vna cum fructibus per D. Marciam perceptis restituendus Domini vnanimiter negatiua responderunt, nam,
1 † cum auctoritate Iudicis fuerit illarum posses-
sione

sione priuatus, non potest restitutionem petere, *l.iuste possidet.vbi omnes.de acq.poss.gl.in cap.praesentium.7.q.1.Dec.cons. 325.nu.3.in fin.cum simil.*

2 Non obstat, quod, † quando Iudex nulliter procedit, dicatur spoliare, *cap.ex insinuatione de procur.Aym.cons.140.num.2.*ideoque restituatur spoliatus, *Abb.in cap.uccedens.2. vt lit.non contest.* Quod enim adsit nullitas in sententia, vigore qua

3 tum fuit possessione illarum priuatus, patet † ex defectu citationis, ex quo processum fuit contra Carosium dominum litis effectum, cum tamẽ eius mandatum morte Metelli constituentis expirasset,

4 nam, † licet effectus esset Carosius dominus litis in prima instãtia, nõ operatur, vt dicatur dñs litis secunda quia est dominus instantiae tantum, & non

5 rei, super qua litigatur, † diuersa autem est prima instantia a causa appellationis, *Guid.Pap.tract.de appell.num.15.Achill.dec.13.de procur.* Quia fuit dictum, quod, cum in mandato, vigore cuius contra d. Carosium in prima instantia processum fuit Dominus pro Procuratore fideiusserit, res non est integra, & consequenter mandatum non fuit reuo

6 catum morte mandantis. † Cum ergo Procurator fuerit constitutus in omnibus instantiis, & Dominus pro eo satisdederit de iudicio sisti, satisdatio operatur, perinde, ac si lis esset contestata in omnibus instantijs, *iuxta l. si defunctus.& in glos.2. Alber.num.2.in fin.Bart.num.3.Ang.in vers.sequitur.de procur.Card.in clem.fin.col.3.vers.oppono in eo.de procur cũ alijs adductis per Gabr.de procurat. concl.2.num.18. Caputaq.dec.188.par.2.in impres.* & ratio est, *secũdũ Alber.vbi supra*, quia cautio pstita est praeparatoriũ litis, quae facit, vt iudiciũ pparatum trãsmittatur ad haeredem Domini. Quod autem in hoc mandato satisdatio Domini interuenerit, apparet, quia mandatum habet clausulam,

7 Releuans & † quae operatur satisdationem, si enim releuauit Procuratorem ab onere satisdandi, in necessarium antecedens videtur satisdedisse, *vt bene declarat Specul.in tit.de satisdat. §. expedito.nu.1. & 2.Vital.in dec.1.nu.48.de procurat.*

8 Nec obstat, quod † satisdatio iudicatum solui respicit instãtiam, & ea perempta nihil operatur, *l.pen. iudic. solu.vbi Bart. Ias.in l.2.numer.6.C.de procur.Roman.cons.*a in.nu.1.*Sulyc.in d. l.2. Gabr.*

9 *cons.53.*Quia † hoc habet locum, quando simpliciter est facta promissio, secus autem quando in quacumque instantia. Et nihilominus difficultatem tollit, quod, cum fuerit processum ad liquidationem fructuum, & ad executionem rei iudicatae per duas sententias conformes, quarum vltima lata per R.D. Laurentium saltem est valida, quia omnes citati fuerunt. Vnde procul dubio executio sustinetur stante re iudicata sententiae latae per D.Doriam, & si posit iudicari de validitate sententiae Rotae confirmantia primam, quia executio non est restricta vigore duarum conformium, sed etiam vigore rei iudicatae, stante clausula, omni meliori modo etc.

Et ita conclusum etc.

Penia

Lugdunen. Pecuniaria

Lunae 24. Aprilis 1595.

S V M M A R I A.

1 *Citatio ad videndum iurare testes est ad validitatem examinis necessaria, nec sufficit praecedẽs citatio generalis ad dicendum contra, & ad omnes actus successiuos. & numer. 2.*

3 *Non praesumitur interuenisse ex interuentu Interpretis.*

3 *Citatio minus legitime facta non coarctat citatum.*

4 *Signatura Sanctissimi adiri debet pro sanandis nullitatibus.*

Decis. CCCLXXVII.

1 Examen ex testium vigore remissoriae Lugduni examinatorum Domini dixerunt fuisse nullum ex defectu citationis, quia, † licet Ioannes substitutus per Stephanum Procuratorem Turini fuisset citatus ad dicendum contra literas remissoriales, et ad omnes actus successiuos ad effectum cõtentorum in literis remissoriae, defuit tamen deinde particularis citatio ad vidẽdum iurare testes, sine qua non fit legitimum examen, *cap.2.de testib.vbi gl.in verb.audere.l.iurandi.& auth.si quis.C.de testib.Verall.dec.274.nu.3.par.3.*

2 Sed † neque citatio specialis praesumitur ex eo, quod testes fuissent examinati adhibito, et interueniente Interprete Turini, quia cõstare opportuit de expressa citatione ad videndũ iurare testes per iura allegata.

Abbas autem *in cap. bona num.7. de elect.* non faciebat ad propositum, cum loqueretur de cita-

3 tione minus legitime facta, † quae nullo modo coarctat citatum,

4 Dixerunt tamẽ aliqui ex Dominis, quod† pars adiret Signaturam Sanctissimi, si cõsideratis praesentium temporum difficultatibus sperabat, vt nõ obstantibus nullitatibus cum processu taliter facto procederetur in causa. etc.

Cardinali Blanchetto

Conchen. Decimarum

Mercurii 17. Maii 1595.

S V M M A R I A.

1 *Arbitrio ad effectum dandi fidem testibus locus est, & solet Rota remittere de iuris rigore vbi non adest totalis iurisdictionis defectus, & sunt data Interrogatoria.*

Decis. CCCLXXVIII.

1 Domini dixerunt, esse locum arbitrio ad effectum, vt sit danda fides testibus, quia † vbi non adest totalis iurisdictionis defectus, et sunt data Interrogatoria, Rota solet remittere de iuris rigore, *Cresc. dec.4.de testib.alias 287. & fuit resolutum coram me in vna Spoletana S.Crucis 6.Februarij 1576.*hic autem in Priore S. Francisci non datur totalis defectus iurisdictionis, quia, impedito Priore S. Dominici, poterat procedere solus, et ab illo Priore iurisdictio non dependebat; praecipue cum haec nominatio non fuerit dolosa, cum enim alij Iudices fuissent nominati à procuratore Rectoris della Spedronedoa procurator Rectoris del .... poterat in aliũ, quam Priorem Sancti Dominici consentire, et praestito arbitrio tunc locus est, etiam si concurrat defectus citationis, *Put.decis.301.lib.3.Ant. August. de testib.numer.18. & fuit dictum coram me in supradicta causa, in qua fuerunt allegata aliae* de-

decisiones coram Fabio, Accorambono, & Achille de Grassis.

Iusto

Massanen. Pensionis

Veneris 23. Iunij 1595.

S V M M A R I A.

1. *Electione semel facta variari non potest.*
2. *Exigendi pensionem quasi possessionem habens super annua responsione non potest manutentionem petere contra eum, qui non est successor in fructibus oneratis pensione, sed habet in illis hypothecam, & quasi possessionem exigendi.*
3. *De vna possessione ad aliam non bene infertur.*

Decis. CCCLXXIX.

CVM fuerit Camillo de Varano alternatiue reseruata pensio super fructibus Ecclesiæ Messanen. vel, si eidem Camillo videretur, super annua responsione 800. ducatorum, quos Camera Apostolica eidem annis singulis soluere tenebatur, persoluendam per bo. me. Alexandrum Cardinalem Farnesium eiusdem Ecclesiæ Administratorem, et successores suos ipsius Ecclesiæ Massanen. Præsules, seu Administratores pro tempore existentes, Allumeriæ Appaltatores, qui tenebantur d. responsionem 800. ducatorum annis singulis persoluere, et per eumdem Camillum super dicta responsione acceptata, nec non successiue in Petrum Gentilem de Varano translata, et forsan per eumdem bon. me. Cardinalem Farnesiũ soluta, Dubitabatur extra Rotam, A Petro Gentili esset dandum mandatum de manutenendo contra modernum D. Reuerendissimum Episcopum Messanen.

Et Domini resoluerunt negatiue, quia si modernus Episcopus frueretur dicta responsione 800. ducatorum, difficultas solum esset videre, an concludenter probarentur solutiones, ex quibus prætenditur quasi possessio, et consequenter mandatum de [illegible], sed cum dictam responsionem non haberet, et Varanus super ea pensionem sibi elegerit, et super ea consequenter ius pensionis acquisiuerit, Vnde † non potuit amplius variare, *ad trad. per Doct. in l. serui electione, & ibi per Ias. num. 9. cum alijs seqq. de leg. primo*, † non potest peti manutentio cõtra Episcopum, qui non est successor in fructibus oneratis pensione, super quibus licet habeat hypothecam, et quasi possessionem exigendi, nihilominus † de vna possessione, vel quasi ad aliam nõ bene infertur, *gl. & Bars. in l. 3. in princ. ff. de acq. poss.* præsertim quia videmus, quod respectu responsionis Papa voluit obligare ad solutionem pensionis Appaltatores Allumeriæ pro tempore existentes.

Ex quibus conclusum fuit, D. Petro Gentili nõ esse dandum mandatum de manutenendo. etc.

Gyptio

Anconitana Assecurationis

.....19. Iulij 1595.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum procura præsumitur ex defensione causæ acerrima, productione iurium, & expensarũ solutione. Ampl. vt num. 3.*
2. *Mandatum probatur coniecturis.*
3. *Ampl. tam ad effectum sustinendi sententiam latam, quam ad effectum non retardandi ferendã sub termino texto, præsertim in vltimis audientijs.*
4. *Audientijs in vltimis multa de stylo permittuntur quæ alias non permitterentur.*

Decis. CCCLXXX.

INformantes pro Vestriachio existimabant nõ posse deueniri ad expeditionem causæ ea eo, quod in actis non fuerat productum mandatũ illius procuratoris, qui ad omnes actus fuerat citatus, minusque de eo aliter constabat, sed Domini d. die congregati in ędibus Beatæ Mariæ de Pace contrarium resoluerunt, quoniam ipse Procurator causam semper pro Vestriachio acerrime defendit, nonnulla iura produxit, partem regestri eius principalem tangentem Notario soluit, et alios actus positiuos fecit, † ea quibus præsumitur mandatum, *Cassad. pec. 1. in princ. vers. quando videtur. & dec. 3. num. 4. de procur. Caputaq. dec. 183. par. 2. cum alijs citatis in vna Tirasonen. Canonicatus 28. Ianuarij 1575. coram bo. me. Laurctano*, et quod † coniecturis mandatum probetur, non est dubium *Curt. sen. cons. 76. num. 5. vers. tertia conclusio Aym. de antiq. temp. par. 2. in fi. Cas. de Grass. dec. 18. alias 3. de procur.*

Nec dicatur † prædicta procedere ad effectum, vt sententia lata à vitio nullitatis defendatur, quoniam dixerunt Domini, idem concludendum esse in sententia, cuius terminus est tentus, maxime in istis vltimis audientijs, † in quibus, ne causę in lõgum protrahantur, de stylo multa permittuntur, quæ alias non permitterentur. etc.

Iusto

Cæsaraugustana Fructuum

Veneris 10. Nouembris 1595.

S V M M A R I A.

1. *Possessio rapta auctoritate Papæ, vel Iudicis priuat alium sua possessione.*
2. *Possessio ciuilis consistit in animo, qui nec a Papa tolli potest Contrarium. num. 5.*
3. *Animo possessionem retinere, est effectus iuris ciuilis, & ex iuris ciuilis artificio.*
4. *Possessio ciuilis effectum habere, quando habere, quando habet contra se decretum irritans, & clausula sublata.*
6. *Papa in beneficialibus habet supremam, & absolutam auctoritatem.*
7. *Vicarius siue Rectore verus Rector reputatur, & dici potest.* 8 *Re-*

8 *Regula Cancellariæ de Vnionibus effectum non sortitis quando non obstet.*

Decisio CCCLXXXI.

PApa dedit facultatem capiendi propria auctoritate possessionem bonorum dismembratorum à Parochiali Ecclesia loci de Muniersa Cæsaraugustanæ diœcesis, & vnitorū Monasterio erigendo oppidi de Alcaniz eiusdem Diœcesis, Moniales autem post Monasterij constructionem, constituto procuratore, mediante eius persona iuxta decretum Papę possessionem adeptę fuerunt, & ad Archidiaconum Cæsaraugustanum deputatum in literis Apostolicis pro efficaci defensionis præsidio, & assistentia recursum habuerunt, qui Antonium Murtiam dictæ Parochialis Vicarium tamquam contradictorem in censuras incurrisse declarauit, per quam causa appellationis coram me introducta, & ad cautelam absoluto, quia prætendebat dismembrationem prædictam à Rectore dictæ Parochialis Ecclesiæ, non autem à Vicario, vti erat ipse, fuisse factam, & se habere titulum separatum à Rectore, & idcirco sibi non obstare gratiam cum decreto irritanti, & clausula, sublata, quominus interim in sua possessione esset manutenendus; Ideo dubitaui die 10. Nouembris 1595. An clausula, sublata, in casu, de quo agitur, obstaret, quominus daretur Antonio mandatum de manutenendo, et Domini censuerunt obstare, quia, cum auctoritate Papæ Moniales ceperint possessionem, Antonius dicitur priuatus sua possessione, 1 quia, † si id contingit, quando adipiscitur possessio auctoritate Iudicis, multo magis quando auctoritate Papæ, *Mohed. dec. 4. de rest. spol.*

2 Nec facit, quod, † cum possessio ciuilis consistat in animo, Papa animum possidendi auellere non 3 potuit ab Antonio; quia, † cum retinere possessionē animo sit effectus iuris ciuilis, et ex iuris ciuilis 4 artificio, † stantibus dicto decreto, et clausula, possessio Antonij non potest habere effectum iuris ciuilis, vt fuit dictum coram Sanctissimo D. N. 21. Octobris 1575. in causa Pampilonen. Parochialis 5 de Elcharim, et † consequenter dicti Antonij possessio potuit tolli per Papam, *vt per Doct. in l. 1. §. si vim. ff. de acq. poss. Bart. in l. maritus. §. Iulia. ff.* 6 *de adult. Mohed. in d. dec. 4* nam † Papa in his habet supremam, et absolutam auctoritatem, *cap. 2. de præb. in 6. Calder. cons. 12. de rescript.*

Non obstat, quod Antonius prætendat dismembrationē esse factā à Rectore, non à Vicario, quia cum non ostendantur isti duo tituli separati, sed vi- 7 deamus ipsum Vicarium sine Rectore, † Vicarius reputatur verus Rector, et talis dici potest *Vital. in Clem. dudum. §. veterum num. 4. de sepult.*

Non obstat Regula Cancellariæ, quæ superuenit 8 de vnionibus nō sortitis effectū, quia † in casu nostro, in quo aliqua bonorum portio à beneficio est dismembrata, et vnita Monasterio, Regula non obstat, quæ etiam cessat, quando dismembratio fit pro dote Monasterii, et in augumentum cultus Diuini, *Put. dec. 331. & 337. lib. 1. Achill. dec. 1. de regul. &c.*

Orano.

Burgen. Iurisdictionis S. Ioannis

Mercurij 7. Februarii 1596.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo debetur Archiepiscopo habenti fundatam intentionem de iure communi in quasi possessione iurisdictionis in omnibus locis suæ diœcesis, etiam possessione non probata, quandiu Inferior non doceat de priuilegio, & possessione. Lim. vt num. 3.*
2 *Episcopi manuteneri debēt lite pendente super cognitione causarum criminalium, donec Inferiores de eorum iure doceant per tres conformes.*
4 *Imperator non potest dare iurisdictionem spiritualem.*
5 *Laudum inter alios latum non attenditur.*
6 *Laudum, quod est sine actis, & compromisso non suffragatur.*
7 *Confirmatio non ampliat.*
8 *Sententiæ latæ per Iudices laicos circa iurisdictionem spiritualem non attenduntur, & earum enunciatio quoad subiectionem Abbati non refertur ad iurisdictionem fori contentiosi.*
9 *Testes nulliter examinati possessionem non probant.*
10 *Possessio Inferioris intelligitur cumulatiue, non priuatiue ad Episcopum.*

Decisio CCCLXXXII.

FVIT dubitatum, præsuppositis resolutionibus in hac causa factis, et aliis hinc inde deductis, An mandatū de manutenēdo alias D. Abbati concessum veniat reuocandum, et in quibus, et, quia illud ne dum fuerat decretum, et relaxatum respectu iurisdictionis cognoscēdi causas criminales, verum etiam visitationis cum exactione computorum fabricæ, Domini quatum ad primum caput conuenerunt, standum resolutioni vltimo loco factæ, quod Abbas in hoc loco non habet territorium separatum, mandatum esse, re- 1 uocādum † autem Domino Archiepiscopo fundatam habenti intentionem de iure communi, etiam non probata possessione quoad iurisdictionem in omnibus locis suę diœcesis, quandiu priuilegia in contrarium non exhibeantur, nec alias constet de possessione Inferioris, *iux. c. cum personæ. de priuil.* 2 *in 6. Capuaq. dec. 306. par. 2. & 201. par. 2.* † et hoc tanto magis attenta resolutione Cōgregationis Concilii volentis manuteneri Episcopos lite pendente super cognitione causarum criminaliū, donec ab Inferioribus per tres sententias confor- 3 mes de eorum iure fuerit doctum. † Neque enim applicari limitationem fundatam in possessione Inferioris titulata, *prout fuit dictum in causa Salamantina Iurisdictionis coram Decano*, nam hic nullus extat titulus, vt nec etiam possessio; etenim si Abbas pro titulo vtitur priuilegio Imperatoris Alphonsi, patet illud respicere tantum dominium, et proprietatem terrarum, non autem iurisdictio- 4 nem, præsertim spiritualem, † quam Imperator dare non potest, *cap. bene quidem. 96. distinct. cap. Eccl esia Sanctæ Mariæ de constit. cap. cum laicis de reb. Eccles. non alien. cum simil.* si vero innititur priuilegio Sixti IV. hoc etiam suffragari sibi non potest, cum, vt fuit resolutum, sit simplex priuilegium abroga-

abrogatum per Concilium Tridentinum;si deniq; laudo confirmato per Pauli III. & istud minus potest aliquid ad sui fauorem operari,† quia non fuit 5 latum cum Episcopo, sed inter Abbatem,& Clericos Ecclesiæ, vltra quod † est sine actis nec con- 6 stat de compromisso. confirmatio vero † non am- 7 pliat,ita vt eos comprehendat,qui antea non erãt comprehensi.† Neque ad propositum faciunt sen- 8 tentiæ,quia fuerunt latæ per Iudices laicos,& enũciatio earum, quod Ecclesia Abbati pleno iure sit subiecta, non refertur ad iurisdictionem fori contentiosi,*ut not. in cap. cum & plantare. de priuil. Felin. in cap. conquesitus. num. 1. de for. compet. & fuit resolutum in vna Montis Politiani, siue Aretinu Iurisiurandi coram D. de Rubeis,& nouissime coram D. meo Pamphilio in vna Parmen. Prioratus.* Quod autem de possessione Abbatis exercendi iurisdictionem criminalem non liqueat, vel† ex hoc 9 conuincitur,quod testes,vt fatentur scribentes pro D. Abbate fuerunt nulliter examinati; sententia autem lata de anno 1570. mense Ianuarij contra Lucam de Arcebeneficiatum dedit causam liti,de eodem anno mense Octobris introductæ: ex cuius etiam lectura videre est fuisse lata in gradu appellationis à sententia per Prouisores Burgen. lata.

De visitatione cum exactione computorum dixerunt Domini,mãdatum esse declarandum,quod fiet cumulatiue, nõ priuatiue ad Archiepiscopum quia, licet pro parte Abbatis exhibeantur plures actus Visitationum cum exactione computorum, ex quibus probatur sua quasi possessio,† ista tamẽ 10 ex dispositione *Concil. Trident. sess. 24. cap. 3.* intelligitur cumulatiue,non priuatiue ad Archiepiscopũ,qui,tãquam Sedis Apostolicæ delegatus potuit etiã visitare,et exigere cõputa,quod congruit etiã quasi possessioni per eum acquisitæ,& probatæ per diuersos actus visitationis computorum exactione de anno 1572. sortitos effectum non obstante recursu ad Consilium Regium, qui declarauit non fuisse factam violentiam Abbati. &c.

Cardinali Sacrato

Romana Cottimi

Lunæ 10. Martij 1603.

S V M M A R I A.

1 *Testes non simul, sed sigillatim sunt examinandi.*
2 *Scripturæ non integræ non probant,*
3 *Nec quæ carent subscriptione Notarij, & signo, & sunt in folijs volantibus.*
4 *Archiuium non dat robur scripturæ, quando non apparet, quodnam illud sit, nec de tempore quo ibi fuit repositu.*
5 *Originalia scripturarum transportari debent ex loco propinquo.*

Decisio CCCLXXXIII.

FVIT dictum, iura non esse in forma probatoria;quia† testes super recognitione examina- 1 ti, & non sigillatim, vt de iure requiritur, *cap. venerabilis. vbi not. gl. verb. sigillatim. de testib. & sequuta fuit Rota in vna Burgen. vt per Chirog. dec. 14.* Item quia † aliquæ ex scripturis compul- 2 satis ex sui facie apparent minus integræ, *vt fuit dictum coram R. P. D. Decano in causa Vrbeuetana fideicommissi 17. Martij 1597.* Item quia † aliquæ 3 carent subscriptione Notarij, ac signo,& sunt in folijs volantibus, *Felin. post alios in cap. 1. num. 13. de testib. Cagnol. in l. si librarius. num. 33. ff. de reg. iur.* Nec suffragatur Archiuium, ex quod fuerunt extractæ,tum † quia nõ apparet,quod nam sit istud 4 Archiuium, tum quia ignoratur quo tempore ibi fuerint repositæ, *Verall. dec. 41. num. 4. lib. 1.* & quia † locus, vbi sunt istæ scripturæ, est proximus,& 5 multa alia deducta per informantes pro Coontestabili contra ista iura non videbantur contemnenda,dicebant Domini, bonum fuisse transportare scripturas originales ad Curiam. &c.

Cardinali Mellino

Illerden. Iuris decimandi

Veneris 20. Ianuarij 1603.

S V M M A R I A.

1 *Testibus fidem adhiberi solet Rota, vbi nulliter, sed cum Interrogatorijs partis sunt examinati, & adest cõmissio sanatoria cum clausula, Arbitrio, & non totalis defectus iurisdictionis.*

Decis. CCCLXXXIV.

DOmini concluserunt esse adhibendam fidem istis testibus † quia sunt examinati 1 cum Interrogatorijs partis aduersæ, & adest commissio sanatoria nullitatum arbitrio Rotæ,& quando cessat totalis iurisdictionis defectus, & testes sunt examinati cum Interrogatorijs solet adhiberi fides eorum depositioni,*vt fuit resolutum in causa Conchen. Limitum 20. Nouembris 1594. & 17. Maij 1595. coram Illustrissimo Blanchetto.*

Et quamuis de defectu iurisdictionis opponatur quia commissio est restricta ad liquidationem fructuum;tamen, cũ damna prætendantur illata ex eo capite,quia nõ potuit percipere fructus,& coactus fuit soluere onera, liquidatio damnorum pendet à liquidatione fructuum,& in effectu idem continet liquidatio damnorum ob non consecutionem fructuum,& liquidatio ipsorum fructuum;& propterea non fuit intentionis neque partis petentis instrumentum subdelegationis pro hac liquidatione neque Iudicis concedentis,vel restringere commissionem pro sola liquidatione fructuum, ita vt corã Iudice non possent liquidari damna; tanto magis, cum instrumentum subdelegationis fuerit datum in executionem sententiæ,quæ continet cõdemnationem damnorum.

Cardinali Sacrato

Romana Hæreditatis de Capisucchis

Lunæ 5. Iunij 1600.

S V M M A R I A.

1 *Hæres tam ab intestato, quam ex testamento est ex statuto Vrbis, & l. fin. in possessionem bonorum hæreditariorum defuncti immittendus.*
2 *Lim. secus stante vlterius anteriori possessione.*
3 *Sublim. procedere limit. in possessione iusta, secus in iniusta.*

4 *Fideicommissarius non potest propria auctoritate sibi ius dicere, & hareditatem quasi possidentē spoliare, sed capere tenetur de manu haredis.*
5 *Possessio capta per fideicommissarium debet ab eo vti vitiosa auocari, & dari haredi.*
6 *Facultas restricta ad certos casus quoad alios censetur negata.*

Decisio CCCLXXXV.

FVIT resolutum, D. Lucretiæ tamquam tutrice, & curatrici eius, & d. Emilij de Capisucchia filiarum dandum esse mandatum de immittendo in possessionem bonorum per d. Emi-
1 lium tempore sui obitus possessorum† tum vigore Statuti Vrbis *cap.* 143. *lib.* 1. mādantis quorumcumque bonorum testatorum, vel ab intestato defunctorum suos tantum hæredes iuris, & facti remediis esse per Iudices omnino inducendos, tum etiā ex dispositione iuris communis remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* stante testamento dicti Emilii ad fauorem filiarum non abolito, neque cancellato.

Non obstat prætensa anterior possessio D. Tar-
2 quinii,† qua stāte videatur cessare effectus statuti, *Bald. in rubr. de caus. poss. & propr. numer.* 13. *vers. sed contrarium. Alex. in l. cum hæredes. au.* 3. *in fin. muctio num.* 4. *ff. de acq. poss. Cuman. in l. Pomponius.*
3 *§. quæsitum. ff. eod. tit.* quia id † forsan procederet, si talis possessio iuste appræhensa fuisset, secus autem si iniuste, & iure resistente, *Ias. cons.* 146. *numer.* 5. *vers. nec dicatur. lib.* 4. *Dec. cons.* 467. *num.* 17. *cum seq. Gabr. tit. de acq. poss. concl.* 9. *num.* 9. de iniustitia autem possessionis constat, quia quatenus etiam Dominus Tarquinius esset fi-
4 deicōmissarius,† nihilominus nō poterat propria auctoritate sibi ius dicere, et hereditatem quasi possidentem spoliare, sed capere tenebatur de manu hæredis, *l.* 1. *vbi not. Doct. ff. quor. legat. Dec. cons.*
5 400. *num.* 6. *Luti. cons.* 467. *num.* 12. Vnde † merito talis possessio vti vitiosa debet auocari, & dari heredi, *Ias. d. cons.* 146. *sub num.* 5. *vers. vnde hæredes. Paris. cons.* 54. *num.* 4. *cum seq. lib.* 3. *glos. Bart. Castr. Alex. & alij in l. non dubiū. C. de legib. & fuit alias dictum in causa Romana Casalis Sācti Matthei* 18. *Martij* 1577. *coram bon. mem. Robusterio, & in alia Vrbeuetana Castrorum* 12. *Decembris* 1567. *coram bo. me. Orano.*

Nec facit facultas capiendi possessionem propria auctoritate posita in fideicommisso q. Innocē-
6 tij patris D. Tarquinii quia † talis facultas est restricta ad duos casus, nempe alienationis, et delicti, Vnde potius videtur denegata in isto casu deficientiæ lineæ masculinæ ad regulam, *l. cum Prætor. ff. de iudic. &c.*

Pania

Messanen. Pensionis

Veneris 12. Ianuarij 1596.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo non debetur non probanti possessionem.*
2 *Pensiones plures quando reseruatæ dicantur.*
3 *Ex possessione vnius rei non potest inferri ad possessionem alterius. Ampl. vt num.* 4.

Decisio CCCLXXXVI.

DOmini steterūt in decisis coram R. P. D. meo Iusto 23. Iunii 1595. nempe Petro
1 Gentili † non fuisse dandum mandatum de manutenendo in exactione prætensæ pensionis, *§. hoc autem. Inst. de interd.*

Quoniam non probant partitæ cōtentę in libris rationis bācariæ D. Tiberii Ceuli, licet enim probarent contra tertium, non poterant in hoc casu
2 Petro suffragari, quia ex reseruatione pensionis cōstabat, illam alternatiue fuisse reseruatam, videlicet super fructibus Mensæ Episcopalis, seu, si Camillo tunc reseruatario videretur super annua pēsione 800. ducatorum, quos Camera Apostolica ei-
2 dem Mensæ soluere tenebatur, † quo casu plures pensiones reseruatæ dicuntur, vna super fructibus Mensæ Episcopalis, altera super d. annua pensione, *Achill. decis. vlt. & penult. de pens.* et eo præsertim nomine quia ex illis partitis constabat solum de possessione exigendi respectu dictæ annuæ pensionis super Alluminibus, vnde non poterat inferri ad possessionem exactionis pensionis super fructi-
3 bus Mensæ Episcopalis, cum † ex possessione vnius rei non possit inferri ad possessionem respectu alterius, *gl. l.* 3. *in prin. ff. de acq. poss. vbi Bart. num.* 4. *Alex. nu.* 15. *Ias. nu.* 3. *Paris. cons.* 37. *num.* 17. *lib.* 5.
4 Et † maxime quia d. annua pensio tunc possidebatur à Cardinale Farnesio, et non ab Episcopo, qui possidebat Episcopatum Messanen.

An autem Pensionarius ex d. electione sibi præiudicauerit, ita vt non possit prætendere d. pensionem super fructibus Mensæ Episcopalis, ex quo semel elegit super d. annua responsione, Domini particulariter videre voluerunt.

Gyptio

Hispalen. & Corduben. Beneficiorum

Luna 2. Iunij 1597.

SVMMARIA.

1 *Subrogatus gratiose in ius, & possessionem alterius non tenetur iustificare nisi clericatum, & obitum in possessione ad effectum immissionis.*
2 *Clericatus probatur per publicam vocē, & famā.*
3 *Mors ad effectum vacationis probatur per publicā vocem, & famam.*
4 *Mandatum de manutenendo alias obtentum parte contradicente probat possessionem.*
5 *Possessio continuata præsumitur vsque ad obitum.*
6 *Possessio de tempore obitus probatur per publicam vocem, & famam, vbi non agitur de concursu possessionum.*

Decisio CCCLXXXVII.

FVit apud me dubitatum, An D. Bermundez esset concedendum mandatum de immittēdo in possessionem beneficiorum, de quibus agitur, et die lunæ 3. Iunii DD. amplexi sunt par-
1 tem affirmatiuam, moti fuerunt, quoniam † ipse est subrogatus gratiose in ius, et possessionem, quā habebat Gundisaluus de la Penna, quo fit, vt non teneatur iustificare nisi eius clericatum, et obitum in pos-

possessione dicti Gundisalui, cum beneficia sint litigiosa, *iuxta det. Put. 495. lib. 2. Mohedā. dec. 327. Paleott. dec. 119*.

Clericatum dicti Bermudez probant testes de 2 publica voce, et fama, † quod sufficit, *Egid. decis. 147. & 674. Caputaq. dec. 227. prima par.*

Obitum Gundisalui eodem modo probant te-3 stes de publica voce, et fama, et † ad effectum vacationis non est necessaria melior probatio, *Put. det. 226. in fin. lib. 3. Mohed. dec. 77.*

4 De possessione eiusdem non est dubitandū, † cū obtinuerit contradicente D. Varella aduersario mandatum de manutenendo à Rota, et, quod in ea 5 decesserit, praeter praesumptionem iuris ad *l. siue possidetis. C. de prob. Rot. dec. 4. de prab. in nou.* iidem 6 testes *in summario num. 1.* † probant de publica voce, et fama, quae optime probat hoc casū, cum non detur concursus possessionum, *& in istis terminis fuit resolutum coram me in vna Burgen. de Pancorno 28. Nouembris 1588. quam DD. pluries approbarunt. &c.*

Peregrino

Iacen. Sacristia

Veneris 24. Iunij 1597.

S V M M A R I A.

1. *Manutentia datur contra successorem ex solutione anteccessoris & num 4.*
2. *Successori in beneficio datur manutentia contra illū qui soluit antecessori.*
3. *Dignitas ipsa possidet, & penes eam stant iura actiue, & passiue.*

Decisio CCCLXXXVIII.

MAndatū de manutenēdo in sua quasi possessione exigendi mensatam à nouo Sacrista esse dandum Capitulo, Domini censuerunt. Testes enim super quarto *in summario num. 4.* optime probant, Praedecessorem Io. Perez nouiter prouisi soluisse mensatam, et cetera Eccle-1 siae onera vsque ad illius obitum, † et certissimi iuris est, dari manutentionem contra successorem, quando facta fuit solutio ab Antecessore, *Guid. Pap. dec. 629. Put. dec. 151 lib. 3. Rot. diuers. dec. 99. 2 num. 3. lib. 1.* Prout etiam econtra † daretur manutentio successori in beneficio contra illum, qui sol-3 uit Antecessori. † Dignitas enim est, quae possidet et penes quam conseruantur iura tam actiue, quā passiue, *Rot. det. 1. de restit. spoliat. in nou.* Hinc 4 † Rota passim dat mandatum de manutenendo contra successorem subtrahentē se à solutionē pēsionis, quando fuit probata solutio, et exactio à Predecessore, vt fuit resolutum in illa Pacen. Vnionis coram R. P. D. Pamphilio. etc.

Gyptio

Valentina Pecuniaria

. . . . 9. Decembris 1598.

S V M M A R I A.

1. *Beneficiati non faciunt Collegium.*
2. *Citatio per affixionem seu edictum quando, & quomodo exequenda.*
3. *Citatio nulliter executa sanatur per notitiam habitam à citata.*
4. *Citationis scientia probatur ex Procuratoris constitutione ad illam causam.*
5. *Citatio sufficit contra Syndicum stante difficultate citandi principalem, & cum eo potest inchoari Iudicium.*
6. *Computa solidata dicuntur approbata, si à die habita notitia non fuerit appellatum, sed facta solutio absque protestatione.*

Decis. CCCLXXXIX.

VOluerunt Domini, sententiam A. C in fauorem Ioannis Fuentes latam non esse reuocandam, quoniam nullitates, quae pro parte Beneficiatorum afferuntur, non releuāt et bene tolluntur per informantes.

Nam, quod non fuerit seruatā forma citandi in 1 Monasterio requisita, non obstar, quia † Beneficiati non faciunt Collegium, *glos. in cap. animis vbi Doct. de consuetud.* ideo collegialiter congregati citari non poterant.

2 Minusque ex eo, quod † non factis diligentiis de citando personaliter fuerit affixa copia, non autem originale, *iuxta dec. Rot. 2. 1. nu. 7. de concess. praben. in nou.*

Quia in primis citationibus non est necessaria huiusmodi diligentia, et vbi non proceditur per edictum, *Cassad. dec. 1. de appellat.*

3 Et cessat omnis difficultas, quia † citatio peruenit ad notitiam Beneficiatorum, *Roman. cons. 410. num. 2. Sarnen. in reg. de non iudic. cont. form. supplicat. q. 8. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glos. 2. nu. 4 16. scientia Beneficiatorum est clara,* † quia constituerunt Procuratorem ad hanc causam, *Rot. dec. 11. de dol. & contumat.*

5 His accedit, quod Syndicus fuit citatus, et † hoc sufficit stante difficultate citandi principalē, vt hic, *l. 4. §. Praetor ait de damn. infect. tum alijs adductis.* et hoc in casu iudicium inchoari potuit cum Procuratore, *Iaf. in l. eum, qui. nu. 7. de protur. Achill. dec. 16. num. 2. de dol. & contumac.* et in om-6 nem euentum † fat est, Beneficiatos fuisse personaliter citatos in Ecclesia Cathedrali eo modo quo citari potuerunt, vt bene demonstrauit D. Falconium.

Circa iustitiam dictae sententiae non videtur insistendum, quia constat, Ioannem fecisse expensas, 7 de quibus agitur, praesertim quia † fuerunt per Procuratorem Beneficiatorum remissa computa, et solidata, et insuper facta solutio absque alia facta protestatione, et consequenter ab ipsis Beneficiatis approbata, cum à praedicta solidatione non appellauerint à die notitie. etc.

Orano

Mediolanen Donationis de Porris

Veneris 12. Februarij 1599.

SVMMARIA.

1 *Possessio ciuilis quomodo transferatur in donatarium, & substitutos. & num. 2. & seqq.*
3 *Donationis effectus quando transeat ad substitutos ex persona propria.*
4 *Constitutum transfert possessionem veram, quamuis actus sit fictus.*
5 *Possessio naturalis requirit apprahensionem.*
6 *Possessionem habens ciuilem, & apprahendens naturalem etiam lite pendente non dicitur attentare. vbi ratio.*
7 *Constituti appositi in donatione beneficio quando quis vti possit, dum lis pendet super nullitate donationis. & num. 8.*
9 *Confessioni illius, qui est morti proximus, multum tribuitur.*
10 *Constituti clausula in secunda donatione nulla, stante validitate primæ, est sine effectu. & num. 14.*
11 *Exceptio respiciens petitorium, etiam suspensum, attenditur in possessorio, vbi eius articulus dependet à titulo.*
12 *Exceptiones, quæ competunt contra principalem contractum, admittuntur contra constitutum illi accessorium.*
13 *Donatio quando sit irreuocabilis.*

Decis. CCCXC.

Conclusum fuit, DD. Fabritium, et Herculem de Porris à possessione bonorum, de quibus agitur, non esse remouendos, quia, cum de eis q. Ioannes Petrus de anno 1540 per donationem inter viuos, reseruato vita sua durante vsufructu, ad fauorem Ioannis Angeli sui fratris germani, Fabritii, et Herculis patris præsentis, stipulantis, et recipientis, et inter cætera sub hac lege, et conditione disposuerit, quod donatarius illa non valeat vendere, et alienare inter viuos, nec in vltima voluntate quia voluit, ea omnia post mortem eiusdem Ioannis Angeli donatarii permanere in eius filios legitimos, et naturales natos, et nascituros, et descendentes vsque in infinitum, 1 † censetur in eum transtulisse ciuilem possessionem, *l. quisquis. C. de donat. Paris. cons. 171. per tot. lib. 4.* et successiue ipso præmortuo in DD. Fabritium, et Herculem substitutos. 2 † Quando enim fit donatio vni, et post eius obitum alteri, sufficit, quod stipuletur primus donatarius ad effectum, vt illa ad substitutos extendatur, *l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. & fuit dictū in vna Vrbeuetana Hæreditatis coram R. P. D. meo Decano, & in alia Romana Palatij coram Illustrissimo D. Cardinali Blanchetto 28. Ianuarij 1591. & in alia Perusina de Oddis corā Illustrissimo Plato.* 3 Item † eueniente eo casu etiam præcedente donatario non cessat effectus donationis, sed transit ad substitutos ex persona propria, non autem defuncti, *Castr. cons. 164. nu. 5. in fin. lib. 2. Dec. cons. 468. num. 2. & 498. nu. 19. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 14. num. 11.* quod multo magis procedit hoc casu, in quo, vltra prædictam reseruationem, interuenit 4 constitutum, † per quod, etiam quod actus sit fictus, vera nihilominus dicitur translata possessio, *l. certe. §. 1. in vers. proprio possidere videtur ff. de precar. Bart. in l. ab emptione. circa fin. ff. de pact. DD. in l. quamuis. § si condicitur. & l. quod meo. & l. interdum ff. de acq. poss.* Vnde cum Ioanne Petro defuncto acquiratur prius Ioanni Angelo, et post eius obitum Fabritio, et Herculi ciuilis possessionis cum naturali consolidatio, 5 etiam † quod hæc apprahensionem requirat, *l. cum hæredes. ff. de acq. poss.* non tamen ideo per eos de anno 1574. quantumuis post litem motam super eius nullitate 6 † apprahensa possessio dici potest attentata, quia venit ex natura rei, in præcedentis scilicet ciuilis possessionis de anno 1540. acquisitæ sequelam, et accessionem, *vt est text. in cap. cum venisset. & ibi Abb. nom. 4. de restit. spoliat. Paris. d. cons. 171. num. 12. Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. limit. 5. numer. 1. & 2.*

Neque ad propositum faciunt tradita *per Soc. cons. 78. lib. 5.* vbi inter cætera voluit, 7 † non posse quem vti beneficio constituti appositi in instrumēto donationis, quando lis super nullitate donationis, pendet. 8 Quia † hoc procedit, vt ibi se declarat quando ex processu, et probationibus factis cōstat Iudici de nullitate donationis, ita quod non egeat altiori indagine, in hoc autem casu non potest induci, esse compertum, donationem esse inualidam, immo potius contrarium, cum esset pura, et irreuocabilis, et facta reuocatio sine causa, vt in vltima voluntate, dū morti esset proximus, confessus fuit, 9 † cui multum tribuendum est, *DD. in l. si quis in graui. §. fin. ff. ad Syllan.*

Nec potest suffragari D. Ioanni Baptistæ clausula constituti addiecta donationi factæ ad eius 10 fauorem. Nam, † stante anteriori donatione irreuocabili, posterior fuit nulla, et consequenter clausula constituti sine effectu, *Ias. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. post nu. 48. de verb. oblig. Alex. cons. 81. num. 11. & 14. lib. 3. Dec. cons. 246. sub num. 3. Aym. cons. 399. num. 5. Tiraq. de iur. constit. limit. 7. on. 10. & fuit decisum in vna Placentina Compensationis Vsurarum de Scottis 9. Decembris 1587. coram bo. me. D. de Rubeis.*

Non obstat, quod ista exceptio respiciat petito-11 rium, quod suspensum fuit, Siquidem † articulus possessorii dependet à titulo donationis, *vt fuit resolutum in vna Romana de Zambeccariis 10. Martij 1589. coram D. Episcopo Perusino*, ideoque 12 † exceptiones, quæ competunt contra principalē contractum, admittuntur contra constitutum tamquam eius accessorium, *Bald. in l. emptio, quæ C. plus val. quod agit. Ias. in l. 1. §. si vir. nu. 18. de acq. poss. Alciat. in l. quod meo. num. 5. eod. tit.* Nullitas autem istius donationis non potest euitari, cum, vt 13 ostensum fuit, † donatio præcedens facta Ioanni Angelo mediante stipulatione, cum conditione, quod bona perueniant ipso mortuo in eius filios, et eorum descendentes masculos, esset irreuocabilis, *l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. Bart. & alij in l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. oblig. Castr. in l. si pecuniam. nom. 17. ff. de cond. ob caus.* et contineret pactum de non reuocando etiam ex causa permis-14 sa. Vnde † reddita secunda inualida nihil potuit operari constitutum *vt fuit dictum in illa Romana Palatij coram Illustrissimo Blāchetto 4. Nouembris 1592. & pluribus alijs causis. &c.*

EODEM

Reatina Dotis

Veneris 4. Iulij 1597.

SVMMARIA.

1 *Cessionarius emptoris ad hastā, & immissi est manutenendus, vt fuisset ipse emptor in cuius locū subrogatus fuit.*
2 *Mandatum de manutenendo concessum sine praeiudiciu iurium ambarum partium amouere non potest primū possessorem, donec de meliori iure in petitorio, vel possessoriu videatur.*
3 *Mandatum de manutenendo vni datum potest reuocari, & alteri dari.*

Decis. CCCXCI.

DOmini mandarunt decerni, et relaxari mandatum de manutenendo ad fauorē D. Orinthiæ de Leonibus quoad duas petias terræ, de quibus agitur, quia de earum possessione tempore motæ litis docuit per cessionem illius obtentā à Bartholomeo Carosio, qui in vim subhastationis obtinuerat sibi prius eas deliberari et in earum possessionem per decretum Iudicis 1 immitti, † non enim secus, ac ipse manutenendus in ea veniebat, debet in illius locum subrogata manuteneri, *Ias. in l. à diuo Pio. §. si pignora num. 2. ff. de re iudic. Paris. cons. 47. num. 16. lib. 1. Gozzad. cons. 86. num. 19.*

Non obstat possessio Ioannis Laureti, et mandatum A. C. de manutenendo in vim illius obten-2 tum, quia, † cum fuerit concessum, sine præiudicio iurium ambarum partium, vtique ipse non potuit amoueri sed dum de meliori iure in petitorio, vel possessorio cōtrouertitur in hoc iudicio antiquior præfertur, *Felyn. in cap. licet causam. num. 8. & ibi Dec. num. 9. de prob. Couar. pract. q. cap. 17. l. si duo. 3 ff. vti possid.* quod etiam mouit A. C. postea † ad declarandum Orinthiam manutenendam, et reuocandum mandatum alias Laureto concessum, *l. quod iussit. & ibi Doct. ff. de re iudic. &c.*

Penia

Anconitana Pecuniaria

Lunæ 23. Junij 1603.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Quam, & quas, comprehendit omne ius.*
2 *Mandatum causa pendente in Rota ab alio Iudice relaxato, & non obstante partis protestatione nullum est.*
3 *Scriptura nulla præter laudum habet priuilegium viæ executiuæ, nisi habeat obligationem cameralem, vel iuramentum.*
4 *Statuti forma non seruata illius vigore gesta sunt nulla.*
5 *Statutum dans executionem Apocæ in vna Ciuitate in Vrbe non seruatur.*
6 *Ampl. præsertim si sit ordinatorium.*
7 *Scriptura non recognita, vbi pars opposuit non probat.*
8 *Recognitio scripturæ facta per testes sine citatione partis, quæ opposuit, non valet.*

Decisio CCCXCII.

PRoposito dubio, An mandatum ab A. C. siue ab eius Iudice deputato relaxatum esset nullum, Rota, Equite Fanello informante, nullum fuisse respondit.

Primo, quia post relaxatum mandatum pro scutis 760. causa fuerat introducta in Rota cum clau-1 sula, Quam, & quas, † quę comprehendit omne ius, *Rot. dec. 23. num. 3. & 8. de rescript. in non. Put. dec. 7 de appell. Cott dec. 65.* & consequenter lite in Rota pendente fuit nullum, & attentatum Et pręsertim quia, cum de litis pendentia fuisset oppositum coram A. C. & locumtenens causam ad Rotā remisisset, Iudex deputatus relaxauit mandatum, 2 † & consequenter fuit nullum, & attentatum, *cap. non solum de appell. lib. 6. Paris. cons. 171. num. 28. vers. & assertæ lib. 4.*

Neque A. C. potuit causam reassumere vigore obligationis Cameralis, quia in apoca, cuius vigore fuit actum, non aderat obligatio Cameralis, & quamuis adfuisset in instrumento electionis Peritorum, tamen obligatio in illo instrumento fuit apposita ad effectum, vt partes possent cogi stare electioni Peritorum, sed non fuit apposita solutioni scutorum 600.

Secundo pro nullitate eiusdem mandati considerabatur, quia fuerat actum via executiua vigore Chirographi priuati promissionis dotis, vbi nulla 3 erat obligatio cameralis, nec iuramentum, & † regulariter nulla scriptura præter laudum habet priuilegium viæ executiuæ, *Ang in l. cum antea. num. 4. vers. not. bene. C. de recept. arbitr.*

Nec Comiti Iullo Cęsari Nappo suffragabatur Statutum Anconæ 2. *col. de ciuilib. rubr.* quo cauetur, quod vigore instrumenti publici Iudex viso solum instrumento non cancellato, nec vitiato faciat reum principalem in Carceribus communis Anconę arrestari, & deinde pręfixis aliquibus terminis pronunciet, illum debere remanere detentū quousque satisfaciat creditori, quod id ipsum in scriptura priuata manu principalis debitoris scripta, et à duobus testibus subscripta, facta tamen prius recognitione, iubet obseruari:

Quia fuit responsum, primo in hac causa non fuisse seruatam formam à statuto præscriptam, & 4 † consequenter vigore illius gesta fuisse nulla, *Bald in l. ordo. num. 7. vers. nota, quod tamen si statuta. C. de execut. rei iudic. Dec. cons. 532. incip. pro vera. Osasc. dec. 164. num. 4. & 6.*

5 Rursus dicebatur, † Statutum dans executionē apocæ in vna Ciuitate in Vrbe non seruari, *Ias. in l. cum quadam puella. numer. 20. & 21. ff. de iurisd. 6 omn. iud.* quod tunc † præsertim procederet, si esset ordinatorium, *Bald. in l. 1. nu. 8. vers. item dicit gl. C. quæ sit long. consuet.*

Supradictis accedebat, quia Chirographum illud priuatum non fuerat recognitum, et tamen expresse fuerat pręstatū, nihil fieri nisi recognitis 7 prius iuribus, et illis visis, alias † illa scriptura nō recognita non probat, *Innoc. in cap. 1. de fid. instr. Oldrad. cons. 227. num. 7. vers. & ad hoc*, et consequēter ex eo etiam capite fuit nulliter processum.
8 † Nec valuit recognitio facta per testes sine citatione partis. etc.

Iusto

Iusto

Vlixbonen. Declarationis Concordiæ.

Mercurij 5. Maii 1599.

SVMMARIA.

1 *Reclamatio extraiudicialis videtur importare acquiescentiam, & possessionem aduersarij.*
2 *Testes in facto proprio præsumuntur informati.*
3 *Possessione probata cum allegata qualitate videtur mandatum de manutenendo cum eadem qualitate concedendum.*
4 *Clausula, sublata, & quod de obreptione, & subreptione dici non possit tollit audientiam non obtenta oris apertione, etiam ad effectum mandati de manutenendo.*
5 *Decretum irritans inficit omnem possessionem, & tollit quemlibet iuris effectum.*
6 *Mandatum de manutenendo, pendens à negocio principali, & illius validitate non est concedendum, nisi expectato illius fine.*

Decis. CCCXCIII.

DE possessione, vel quasi Monasterij, et Monialium de man.... recipiendi Moniales ingressuras absque consensu Patroni visum fuit constare ex testibus examinatis, videlicet ex tertio, et decimosexto deponentibus de receptione, et de querela Patroni, qui lamentaba-1 tur, Moniales recipi absque eius consensu, † quæ reclamatio extraiudicialis videtur importare acquiescentiam, et possessionem aduersarij, *l. 1. §. in operis. vbi gl. & Doct. ff. de oper. non. nunciat.* Idem probant quintus decimusprimus, et decimustertius testis, qui de filiabus, et sororibus propriis Monasterium ingressis deponunt absque alia Patroni li-2 cencia, vel cõsensu, et † qui in facto proprio præsumuntur informati, *cap. ab excommunicato. vbi gl.* 3 *& Doct. de rescript.* Vnde † probata possessione cũ illa qualitate videtur remanere probata intentio Monasterii, et Monialium, secundum decisionem in causa Burgen. Iuris cõcedẽdi licẽtiã anni 1585.

Ettamen Domini concluserunt, mandatum de manutenendo non esse concedendum Monialibus hac ratione moti, quia in breui confirmationis Sixti V. ad instantiam Patroni emanato adest clausula, sublata, et quod de obreptione, et subreptione 4 dici non possit, † quæ tollit audientiam non obtenta oris apertione, *Bart. in l. fin. C. de can. frument. Vrb. Rom. lib. 11. Card. & Imol. in cap. quia diligentia de elect.* & ad effectũ mandati de manutenendo fuit dictũ coram me in causa Cęsaraugustana fructuum 10. Nouembris 1595.

Nec obstat, quod Moniales receperint alias 5 Moniales post confirmationem, quia † decretũ irritãs inficit omnem possessionem, et tollit quemlibet iuris effectum, *vt decisum fuit coram Sanctissimo D. N. tunc Auditore Rotæ in causa Pãpilonen. Parochialis de Ecchavim 21. Octobris 1575.*

6 Quinimmo, † cum iustitia mandati de manutenendo pendeat à cognitione negocii principalis, et à validitate, vel inualiditate confirmationis, vt pateat, an Moniales possint recipere, vel ne, sine consensu, expectãdus est finis negocii principalis, antequã detur mãdatũ de manutenẽdo, *vt fuit resolutũ corã bo. me. Oradino in Anconitana Dotis 6. Nouembris 1562. & coram R. P. D. Corduba in causa Siracusana Abbatissatus prima Decembris 1598.* in qua fuit denegatum mandatum de manutenendo ad effectum eligendi Abbatissam obstante breui, in quo Abbatissa efficiebatur perpetua, quod breue, si erat validum, cessabat omnis electio, et ideo fuit dictum, quod videretur super validitate breuis. etc.

Orano.

Britonorien. seu Nullius Iurispatronatus

Lunæ 20. Martii 1599.

SVMMARIA.

1 *Attentatum dicitur, quod est gestum post inhibitionem Rotalem.*
2 *Commissionis præsentatio, non impetratio attenditur.*
3 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta de stylo Rotæ timenda est. & num. 4. vbi ratio.*

Decisio CCCXCIV.

FVit resolutum in casu proposito, constare de attentatis, quæ veniant reuocanda quia, cũ post Inhibitionem emanatam à Rota Vicarius Foroliuiensis deputatus executor literarum Apostolicarum Dominos Comites Labiennum, et Christophorum Malatestam respectiue in posses-1 sionem Hospitalis Castri Cupercuti, et Abbatiæ Sanctæ Mariæ Montis Veteris immiserit, † commisit attentatum, *Dec. cons. 103. num. 1. Achill. dec. 29. de appell. cum simil.* A quo excusari non potest sub pretextu, quod cõmissio appellationis, in vim cuius fuit inhibitum, impetrata fuisset sub die 12. Iulii, cum tamen decreta legantur subdelegatæ exe-2 cutoria die 5. Decembris, quia † non attenditur impetratio cõmissionis, sed eius præsentatio, *Rot. dec.* 3 *2. de rescript. & de except. in nou.* et † ex stylo huius tribunalis inhibitio siue iusta, siue iniusta timẽ-4 da est, *Rot. decis. 26. de appell. in nou. Franc. in cap. bonæ num. 4. de appell.* † cum in Curia facilis detur per recursum ad signaturam eius reformatio; in Forensibus autẽ Iudicibus de partibus non sit aperienda via supremi Tribunalis mandati contemnendi, *Moder. Perus. de attent. post inhib. par. 2. cap. 20. ampl. 11. num. 4. &c.*

Corduba

Spoletana Attentatorum

Lunæ 5. Iulii 1599.

SVMMARIA.

1 *Attentare non dicitur Iudex cum clausula, Appellatione remota, suam exequendo sententiam non obstante appellatione.*
2 *Clausula, Appellatione remota, limitat iurisdictionem Iudicis ad quem, vt non possit procedere, nisi docto de solutione.*
3 *Iudex à quo commissa fuit causa appellatione re-*

mota non impeditur procedere in iudicio solutionis annuæ præstationis etiam quoad futura.

4 *Clausula, sine præiudicio, non impedit iurisdictionē Iudicis à quo.*

5 *Inhibitio in vim commissionis cum clausula, sine retardatione, non afficit ad retardandum.*

6 *Clausula, sine retardatione, limitat iurisdictionem Iudicis ad quem, & dat certam formam, quam seruasse præsumitur.*

7 *Iudex relaxando mandatum pro solutione annuæ præstationis censetur manutenere.*

8 *Exactio post inhibitionem importat continuationē in possidente stante clausula, sine retardatione.*

9 *Continuans non attentat.*

Decis. CCCXCV.

AD dubium propositum, An constaret de tentatis, quæ venirent purganda, fuit responsum negatiue. Vice Gubernator Spoleti, † cum haberet commissionem cum clausula, Appellatione remota, procedendo ad executionē sententiæ per eum latæ, etiam si appellatio sit interposita, non dicitur attentare, *gl. in cap. non solū de appell. Rol. cons. 37. num. 20. lib. 2. Put. dec. 27 in attent. vt lit. pend.* † per eam enim limitatur iurisdictio Iudicis ad quem, vt nō valeat procedere in causa nisi docto in primis de solutione, *Sarnen. in compend. signat. num. 84. Peregr. dec. 182. lib. 2. Io. Paul. 61. Put. de pens. 21.* Quare † non censetur impeditus primus Iudex, quo minus procedat in iudicio solutionis annuæ præstationis etiam quoad futura, † vt in simili de clausula, sine præiudicio, quæ non impedit iurisdictionem Iudicis à quo, *tradit Lancell. de attent. cap. 20. limit. 4.*

Quibus addebant duo, quod gesta post inhibitionem Rotalem nec possunt dici attentata, quia cum commissio, cuius vigore fuit inhibitum, haberet clausulam, sine retardatione annuæ præstationis, non afficit Capitulum, *vt fuit tentum corā bon. mem. Oriolen. in vna Romana Vineæ 23. Iunij 1581. Cas. de Grass. dec. 3. in fin. de re iudic. cū aliys per Lancell. de attent. 2. par. c. 20. tit. de attent. post inhibit. lim. 13.* nam † dicta clausula limitat iurisdictionem Iudicis ad quem, et dat certam formā quam seruasse præsumitur, *Achill. dec. 33. de appel. vt fuit dictum coram Illustrissimo Blāchetto in vna Romana Pensionis 23. Martij* 1576. † Iudex vero à quo relaxando mandatum non aliud censetur facere, quam manutenere Capitulum in sua possessione, *Achill. dec. 36. de appell.* ac inde † exactio facta à Canonicis post inhibitionem nil aliud importat, quam continuationem illius possessionis exigendi, in qua existebant, † qui vero continuat non attentat, *glos. mag. in fin. communiter approbata in d. cap non solum Paris. cons. vlt. nu. 44. lib. 4. Rot. dec. 44. de appell. in nou. & fuit dictum in vna Oriolen. Iuris sedendi vlt. Aprilis* 1584.

Et ita fuit resolutum etc.

Iusto

Gerunden. Iurispiscandi

Lunæ 8. Nouembris 1599.

S V M M A R I A.

1 *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio retinendæ.*

2 *Testis vnicus plene probat contra producentem.*

3 *Testis interrogari non potest extra materias articulatas. Dec. vt num. 4*

5 *Retinendæ remedium competit pro turbatione.*

6 *Retinendæ remedium datur illi, qui turbatur in sua possessione, vel quasi, siue sit naturalis, siue ciuilis.*

7 *Possessio interpretatur priuatiue secundum qualitatem tituli, & num. 8.*

8 *Indultum intelligitur priuatiue.*

9 *Turbatio antecedentis limitati temporis sufficit in incorporalibus pro manutentione.*

Decis. CCCXCVI.

COncessa fuerunt duo indulta Iuri communi conformia iuxta text. in cap. licet. de fer. vnum à fęl. record. Sixto V. Abbati Sancti Fœlicis de Guizals dandi licentiam piscādi festiuis diebus, assignata tamen tertia parte lucri prouenturi ex piscatione eidem Abbati, et Cōuertenda in reparationem Fabricæ dictæ Ecclesię, dictique Monasterii, et illius Sacrestiæ constructionem, alterum nulla facta mentione primi à Sanctissimo D. N. Clemente VIII. Vniuersitati, et Hominibus eiusdem Oppidi, vt de licentia Officialis Gerunden. eisdem diebus festiuis piscari possent cum onere conuertendi tertiam partem lucri piscationum in reparationē fabricę Ecclesiæ Parochialis Sancti Fęlicis. Quapropter habito recursu per Abbatem ad Sanctissimum D. N. placuit Suę Sanctitati aduersus clausulam, Sublata, et alias in indulto Vniuersitatis expressas concedere aperitionem oris, et causa in Rota commissa fuit.

In qua dubio proposito 8. Nouembris 1599. cui interim, scilicet Abbati, vel Vniuersitati dandum sit mandatum de manutenendo, cum ex vtraque parte prætenderetur possessio Domini dixerunt, dandum esse Abbati mandatum de manutenendo priuatiue quoad Vniuersitatē, moti ex dicto vnius testis ad instātiam eiusdem Vniuersitatis in Curia examinati, qui iuxta quartum deponit, se scire, indultum concessum Abbati, et quod, antequam Vniuersitas, et Homines prædicti obtinuissent indultū, omnes piscatores, et aliæ personæ consueuerunt in executionem indulti Abbatis soluere tertiam partem piscationis, sed post obtētum indultum soluūt Abbati, qui volunt, alii vero soluunt Vniuersitati, et quod ante indultum Vniuersitatis Abbates, et Monaci quiete, et pacifice possederunt, et fuisse, et esse publicam vocem, et famam, et iuxta quintum, quod Hominibus vti volentibus indulto Abbas, et Conuentus contradixerunt, et reclamarunt, et iuxta sextum, quod Episcopus Gerunden. Vniuersitati prohibuit, ne vteretur indulto; Vnde, cum simus in iudicio retinendæ, † quo leuiores probationes sufficiunt, *vt sæpe dixit Rota, & in vna Hispalen. Iurisnominandi corā D. meo Decano 22. Aprilis* 1593. Quinimmo † testis vnus à parte inductus plenè probet, *Socc. iun. post alios cons. 69. num. 22. par. 1.* concludendum est probare possessionem Abbatis, et Monacorum.

Nec obstat, quod tempore examinis testis lis solummodo pendebat super indulto Vniuersitatis, Vnde † non potuit testis extra materias articulatas interrogari, *glos. vlt. in l. si quis libertatem. & ibi Bart. ff. de petit. hæred. Felin. in cap. testibus. num. 2. de testibus*, quia, † cum vellet Vniuersitas probare suam possessionem, quam excludebat possessio priuata Monacorum, potuit testis interrogari super eorum possessione, tamquam de pertinenti ad id, super quo principaliter examinabatur, *Bart. in d. l. si quis libertatem.*

Nec facit possessio Vniuersitatis, vt non dicatur

tur priuata † possessio Abbatis, et Monacorum, nã ex prohibitione Ordinarij illa Vniuersitatis est 5 turbatio, † pro qua competit interdictum retinendæ, *vt per Ias. & alios in l. clam possidere. §. qui ad* 6 *nundinas. num. 54. ff. de acq. poss.* † datur enim illi, qui turbatur in sua possessione, vel quasi, *Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti possid. Alex. cõs. 88. lib. 1.* siue sit naturalis, *gl. & Doct. in d. l. 1. & in l. 1. C. eod.* siue sit ciuilis, *Gozad. cons. 86. Ruin. cons. 127. nu. 6. vol. 5.*

7 Quæ quidem † possessio, vel quasi est priuatiua, quia est interpretanda secundum qualitatem tituli, *l. n. C. de acq. poss. Rot. coram Cæsare de Grassis in Calagaritana Thasauraria 14. Maij 1576.* titu- 8 lus autem est indultum concessum Abbati, † quod est intelligendum priuatiue, *Ang. cons. 375. sub nu. 3. Grammat. dec. 30. num. 11. cum allegatis*, ergo possessio est priuatiua, quod hic non habet difficultatem, quia de priuatiua deponit testis, dicens ante obtentum breue ab Vniuersitate Piscatores, & alios Homines piscare consueuisse de licentia Abbatis, & non alias, & consequenter Abbati, & Monasterio est dandum mandatum de manutenendo priuatiue ad Vniuersitatem, & Homines quia 9 † turbatio antecedentis limitati temporis in huiusmodi iuribus sufficit pro mandato de manutenendo, *Fab. in §. retinendæ. sub numer. 23. Instit. de interd. &c.*

E O D E M

Eadem

Veneris 5. Maii 1600.

S V M M A R I A.

1. *Piscatio est omnibus licita, nec prohibenda.*
2. *Dilatio, quæ est damnum, & incommodum allatura, non est permittenda.*
3. *Priuilegio particulari non intelligitur derogatum priuilegio in corpore iuris clauso. & num. 6.*
4. *Ampl. præsertim si sint inter se compatibilia. & num. 6.*
5. *Priuilegium est stricte intelligendum.*

Decisio CCCXCVII.

Disputato dubio coram me die Lunæ 8. Nouembris anni proxime præteriti, quis esset in possessione, vel quasi manutenendus attentis indulti vtrique parti respectiue concessi, DD. responderunt in fauorem Abbatis, & Monachorum priuatiue ad Vniuersitatem, & Incolas, scilicet dandi licentiam piscandi quibusdam diebus festiuis. Quapropter cum eadem Vni-1 uersitas prætenderet, † non idcirco homines esse interim prohibendos piscari, inspecta facultate clausa in corpore iuris, *de qua in cap. licet de fer.* contra vero asserente Abbate, & Monasterio, iterũ disputatum dubium die Veneris 5. Maij 1600. An intraret dispositio d. cap. licet. & esset ei locus in casu hoc, & Domini affirmatiue resoluerunt, cum præsupposito, quod pisces appropinquarent certo tempore anni, & nisi tunc capiantur, recedant, Vn-2 de † dilatio est damnum, & incommodum allatura, *vt dicit Host. ibi num. 3. Abb. nu. 6. Butr. nu. 6.* concludentes, quod soluta decima parochiali, & elargita elemosina pauperibus illo tempore liceat piscari diebus Festiuis.

Quibus stantibus non obstat priuilegium con-3 cessum Abbati, & Monacis, quia † per illud non intelligitur derogatum priuilegio, quod est in corpore iuris insertum, *gl. in auth. qua in prouincia. in verb. illi. & ibi Doct. C. vbi de crim. agi oport. glos. in l. hæres absens. in princ. ff. de Iud. & in extrauag. quon. in crim. læs. maiest. proc. in fin. in verb. non obstantibus. vers. nota etiam. Rom. cons. 498. num. 15. not. in cap. dudum. de decim. Socc. cons. 13. nu. 2. lib.* 4 *1. Aldobr. cons. 68. num. 28.* † Præsertim quia ad inuicem se compatiuntur, et vnum sibi vendicat locum tempore ingruentiæ piscium, aliud vero quocumque anni tempore, & possunt ambo locum habere in suis casibus, *Cott. dec. 257. incipit, An* 5 *Episcopus.* Qua propter † stricte est intelligendum secundum regulas iuris, *l. 2. §. merito. ff. ne quid in* 6 *flum. publ. Put. dec. 23. lib. 1.* & cum † vnum alterũ non excludat, nec censetur Papa vnum concedendo alterum exclusisse, & cessant quæ dicuntur in contrarium, &c.

Cardinali Lancellotto

Romana Palatii dell'Aquila

Veneris 16. Maij 1600.

S V M M A R I A.

1. *Reus, & possessor actore non probante est absoluendus.*
2. *Possessio, & quidem legitima probatur ex immissione Iudicis auctoritate*
3. *Immissus statim incipit possidere.*
4. *Religiosus quidquid acquirit Religioni acquirit.*
5. *Equites Hierosolimitani sunt verè Religiosi, emittũt tria vota, nec possunt tenere de proprio.*
6. *Nec possunt alienare.*
7. *Diuisionis instrumentum bene probat contra diuidentem.*

Decis. CCCXCVIII.

Causa bis à Dominis discussa resolutũ fuit pro maiori parte, Excellentissimo D. Vrbis Priori dandam esse absolutoriam, nã, 1 † cum ipse sit reus, & possessor, actore non probãte venit absoluendus, *l. qui accusare. C. de eden. cap. fin. §. sane de iurciur.*

2 Nec † dubitari potest de eius possessione, eaq; legitima, cum de mandato Iudicis fuerit in possessionem Palatij, de quo agitur, immissus, & deinde 3 mandatum de manutenendo obtinuerit, † quo fit, vt statim inceperit possidere, *l. clam possidere. §. qui ad nundinas ff. de acq. hæred. cum alijs allegatis in causa Ipporeggien. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Cantuccio.* Nam Iudex rite, & recte processit, non solum, quia fuit citata Religio Hierosolimitana; quæ possidebat, siue ipsius Procurator, sed etiam quia adsunt Statuta eiusdem Religionis *tit. 14. de Commend.* in quibus cauetur, bona stabilia Militibus dicti Ordinis relicta applicari debere Commendæ, in cuius confinibus situata sunt, etiam si Fratres alibi decessissent, seu habitassent.

Sicut etiam nõ potest in dubium reuocari, qu in huiusmodi Palatium ad prædictam Religionem pertineat tam ex iuris communis dispositione, se-4 cundum quam † quidquid acquirunt Religiosi; Religioni acquirunt, *auth. ingressi. cum ibi not. C. de* 5 *Sacros. Eccles.* † quod procedit etiam in huiusmodi Militibus, qui sunt vere Religiosi, & emittunt tria vota, nec possunt tenere proprium, *vt per Gamb.*

de offic. & potest. Legat. lib. 6. tit. de pens. num. 145. & in his terminis est dec. Mohed. 169. alias 10. de de caus. poss. & propr. quam etiam ex Statut. eiusdẽ Religionis *cap. 10. de contract. & alien. tit. 16.* disponente, † Fratres dicti Ordinis non posse aliquo modo alienare bona, siue prædia, aut alia, quæ ipsi acquisiuerint, aut sibi vendicauerint.

Et quamuis in prima huius causæ propositione fuerit excitatum dubium, an hoc statutum compræhendat bona patrimonialia, tamen in hac propositione dictum fuit, quod ea compræhendit, cum non loquatur solum de bonis acquisitis ex redditibus Religionis, sed disponat quo ad acquisita etiã quacumque alia ratione, ita vt sub illo veniant bona patrimonialia.

Et omnis amaritudo fuit sublata ex alio Statuto, *quod est vlt. tit. de Magistr.* in quo datur facultas Magno Magistro concedendi licentiam Fratribus, vt possint alienare bona patrimonialia; & ex his fundata remanet intẽtio Religionis, & per consequens Excellentissimi D. Magni Prioris.

Nec dicatur, non constare, quod hoc Palatium pertinuerit ad Equitem Ascanium Ceulum.

Quia hoc satis, superque probatur ex instrumento diuisionis factæ de anno 1595. inter ipsum, & D. Adrianum tunc agentem, in quo fuit facta diuisio de bonis communibus ad effectum, vt vnusquisque suam portionem separatam recognoscere posset, et in quo de communi consensu in partem Equitem Ascanij obuenit hoc Palatium, † quod instrumentum diuisionis contra ipsum D. Adrianum diuidentem bene probat, Palatium ad Equitem Ascanium spectare, *Socc. Sen. cons. 46. in prin. vol. 3. Ruin. cons. 128. num. 5. lib. 3. Silu. Aldobr. cons. 51. num. 7. & fuit dictum in Fauentina Bonorum 15. Ianuarij 1584. coram D. Decano, & in Bononien. fideicommissi de Sancto Petro. 11. Martij 1588. coram Cardinali Platto. &c.*

E O D E M

Romana Vinea.

3. Martii 1600.

S V M M A R I A.

1. *Appellabilis pars sententiæ trahit ad se partem non appellabilem.*
2. *Attentatum dicitur quod gestum est post appellationem, & commissionem causæ.*
3. *Deserta vt non dicatur causa, sufficit præsentatio commissionis in tempore.*
4. *Inhibitionis moderatio an tollat attentata antea commissa.*
5. *Executio rei iudicatæ requirit præcedentem citationem ad docendum de appellatione.*
6. *Appellatio non datur à mandato de manutenendo.*
7. *Lim. nisi contineat mixturam.*

Decisio CCCXCIX.

DOmini dixerunt constare de attentatis, nam, cum Iudex adiudicauerit Vineam, de qua agitur D. Margaritæ pro sua dote, et legitima, et quarta, quas in bonis filij prædefuncti prætendebat facto tamen deposito scutorum 100. pro creditoribus, huiusmodi decretum erat appellabile, quia hic non fuit actum pro sola executione instrumenti dotalis, ita vt sit locus Statuto sed in concursu cum aliis creditoribus, et saltem erat appellabile ratione quartæ, et legitimæ, quæ 1 † pars appellabilis trahit ad se partem non appellabilem, *Franc. in cap. si duobus. num. 7. de appell. & fuit allegata decisio in causa Romana Bibliothecæ 26. Ianuarij 1567. coram Oradino;* præsertim cum d. assignatio prætendatur valde excessiua, nam, etiamsi quarta, et legitima deberetur, adhuc tamẽ istæ prætensiones non possunt ascendere ad tantã summam, quæ absorbeat Vineam petiarum vndecim, et pro qua adsunt oblationes scutorum 600.

2 Vnde, † cum ab hoc decreto fuerit in tempore appellatum, et Iudex dederit terminum iuris, et infra d. terminum fuerit præsentata commissio appellationis in Rota, vtique possessio Margheritæ, et alia post d. appellationem facta sunt attentata, *cap. non solum de appell. lib. 6. & tot. tit. ut lit. non. app. pend. cũ vulgar.*

Neque obstare, quod non fuerit reditum pro apostolis, et quod citatio ad dicendum contra eum inhibitione fuerit deinde obtenta post duos men- 3 ses, quia † ad hoc, vt appellatio non dicatur deserta, sufficit sola præsentatio commissionis in tempore, *Cassad. dec. 4. de appell. Caputaq. decis. 137. lib. 1. in manuscrip.*

Et quamuis fuerit postea moderata inhibitio, 4 † tamen vltra quod de eo tempore iam erant commissa attentata, illa moderatio fuit ad effectum, vt possessor non impediretur in sua possessione, non autem ea potest reualidare possessionem vitiose captam.

Non obstat, quod Iudici non constiterit de ap- 5 pellationis prosecutione, quia † ante executionem debebat citari pars ad docendum de appellatione, et illius legitima prosecutione, prout fieri solet in causis, quando est locus appellationi.

Quod dicebatur fuisse concessum mandatum de 6 manutenendo, † à quo non dabatur appellatio, nõ placuit Dominis; cum decretum contineat assignationem Vineæ pro dote, quarta, et legitima, et deinde propter hanc assignationẽ concedatur mandatum de manutenendo, et aliud quodcumque, 7 † et ideo potuit appellari, cum mandatum de manutenendo penderet ab ipsa assignatione, à qua dabatur adpellatio. etc.

Cardinali Pamphilio

Fanen. Iurisdictionis

28. Iunii 1600.

S V M M A R I A.

1. *Quasi possessio conferendi manutenibilis probatur ex collationibus effectum sortitis.*
2. *Ampl. etiam quod sit vacua.*
3. *Quasi possessio sufficit pro manutentione.*
4. *Episcopus habet iuris assistentiam in collatione beneficiorum, & ex ea debetur illi manutentio.*
5. *Lim. secus si reddatur turbida ex collationibus Inferioris Collatoris, quia tunc ipsi manutentio debetur. Extende limit. vt num. 7. & 8.*
6. *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij, nec inferunt præiudicium Inferiori existenti in quasi possessione conferendi.*
8. *Inferioris quasi possessio conferendi, quæ non probatur interrupta, præsumitur continuata etiam ad effectum manutentionis.*

Decis.

Decisio CD.

FVit dictum, mandatum de manutenendo in quasi possessione conferendi Ecclesiam Parochialem Sancti Laurentii, de qua agitur, 1 dandum esse Abbati Sancti Paterniani, quia † de eius possessione constat ex pluribus collationibus effectum sortitis, prout est illa anni 1501. in personam Ioannis Sanctis, cuius effectuatio apparet ex collatione facta de anno 1527. per eius obitum 2 Iacobo de Brixia, *iuxta Oldrad. cons.224.* et † ex vnica collatione effectuata acquiritur quasi possessio conferendi, *cap. querelam. de elect. cap. cum Ecclesia Sutrina. vbi gl. verb. trium. Abb. num.22. Rip. num.81. de caus. poss. & propr. Alex. cons.74. nu.16.* 3 *lib.4.* † quod sufficit pro manutentione, *§. retinendæ. Inst. de interd. & fuit resolutum in causa Paduana Parochialis 4. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Corduba.*

4 Non obstat, quod † Episcopus habeat fundatam intentionem de iure communi, et propter eius assistentiam debetur ei manutentio, *cap. cum personæ de privil. in 6.* quia ex collationibus per Abbatem factis redditur valde turbida illa assistentia iuris 5 communis, † ita vt Episcopo suffragari non possit, sed Abbas, qui docet de sua possessione sit manutenendus, *vt per Gemin. & alios d. cap. cum persona. Put. decis. 310. lib.2. & fuit dictum in causa Lucen. Iurisdictionis 4. Maij 1598. coram R. P. D. meo Decano, & in aliis pluribus causis.*

Neque etiam obstat, quod huiusmodi beneficiũ ab anno 1527. vsque ad præsentem diem fuerit possessum per Clericos seculares, quia Clerici posside6 runt vigore prouisionum Apostolicarum, † quæ non mutant statum beneficii, nec Inferiori existẽti in quasi possessione conferendi aliquod inferunt præiudicium, *Egid. dec.107. incipien. per collationes. & dec.212. incipien. in causa. Acchil. dec.13. de iurepatr. Lambert. de iur. patr. lib.3. q.7. in prin. art.* 7 *7. num.6.* † maxime cum pro parte Episcopi non doceatur de aliqua prouisione per eum isto medio 8 tempore facta, quo fit, vt † possessio Abbatis, quæ non probatur interrupta, præsumatur continuata etiam ad effectum manutentionis, *cap. olim. il 3. de restit. spol. Rot. dec.4. de prob. in nou. & diuers.378. par.1. & dec.4. numer.12. & seq. par.1. in impress. &c.*

Litta

Bononien. Bonorum de Ocellis

Veneris 26. Januarij 1601.

S V M M A R I A.

1 *Sententiæ nullæ ex defectu non integræ transportationis actorum non sunt exequendæ.*

2 *Excipienti de non integra transportatione incumbit onus probandi, cum alias integra præsumatur.*

3 *Appellans, vel dicens de nullitate pronunciati non tenetur nisi ad transportationem actorum iudicii sententiæ, quam reuocari prætendit.*

Decisio CDI.

FVit resolutum non constare de non integra transportatione actorum in casu, et ad effe1 ctum, de quo agitur, qui est, vt † sententiæ cum omni maturitate per Rotam latæ tamquam nullæ defectu dictæ transportationis exequutioni minime mittantur, *iuxta tex. in l.4. §. condemnatũ.* 2 *ff. de re iudic.* et ratio decisionis fuit, quia † excipiẽti de non integra transportatione incumbit onus probandi ipsam negatiuam, cum alias transportatio actorum de Iudice à quo ad quem integre facta præsumatur, *Aym. cons.35. num.54. & fuit sæpe tentum per Rotam signanter in illa Pientina Cappellæ 7. Iunii 1596. coram me.*

Nec ex eo, quod pro parte Vincentii Bolognetti, et litis consortium fuerint exhibita plura acta facta coram Consulibus fori Mercatorum Ciuitatis Bononien. qui sententiam, quam Rota reuocandam censuit, protulerunt, potest dici constare de ipsa non integra trãsportatione, si quidem quia coram dictis Consulibus Fori Mercatorum plura iudicia ex processu de partibus apparent successiue facta Primum super decoctione DD. de Ocellis, quod fuit terminatum per sententiam, qua prædicti Fori Mercatorum banniuntur, et condemnantur in pœnam furcarum, *vt in proc. de partibus fol. 40.* Alterũ iudicium, et sic secundum factum coram eisdem Consulibus fuit super liquidatione creditorum cuiusque personæ prætendentis contra bona et effectus dictorum decoctorum, in quo lata fuit sententia canonizatoria plurium creditorum *de qua in proc. de partibus fol.64.* Deinde apparet lata alia sententia, qua mediante declarantur omnes alienationes bonorum stabilium factæ per dictos de Ocellis infra annum ante eorum cessationem nullæ, inualidæ, fictitiæ, simulatæ, et in fraudem creditorum factæ, *vt in proc. de partibus fol.66.* et ista est sententia, quam Rota reuocauit, non simpliciter, sed dumtaxat respectu alienationis factæ in D. Pasqualinum iuribus, et rationibus allegatis in decisionibus in hac causa factis, quo fit, vt iure merito Pasqualino impugnanti hanc dumtaxat vltimam sententiam, in cuius executionem fuit de facto priuatus possessione nonnullorum bonorum stabilium emptorum ab illis de Ocellis infra annum ante eorũ cessationem, nõ fuerit necessaria transportatio actorum modo exhibitorum per Bolognettum, et litis consortes, et quæ facta fuisse constat ex eodem processu in illis prioribus iudiciis, in quibus respectiuè prædicti de Ocellis declarantur decocti, et condemnantur in pœnam furcarum, et credita plurium pretẽdentium contra bona, et effectus prædictorum decoctorum ca3 nonisantur, cum † appellans, vel dicens de nullitate pronunciati non teneatur de iure, nisi ad trãsportationem actorum iudicii sententiæ, quam prætendat reuocari debere per Iudicem ad quem, *vt videre est ex Concil. Trident. sess.24. cap.20. §. præterea. & fuit sæpe resolutum in hoc Tribunali.*

Cardinali Pamphilio

Placentina Capellania

21. Maii 1601.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur ex instrumento.*

2 *Pos-*

2 *Possessio etiam instrumentalis est manutenibilis nun doctude alterius possessione.*
3 *Ampleo magis stante illius effectuatione.*
4 *Mandatum procuræ probatur ex literis missiuis.*
5 *Mandatum etiam non speciale, sed generale ad capiendum possessionẽ cuiuslibet beneficii satis est.*
6 *Recognitiu scripturæ fieri potest quandocumque.*
7 *Scriptura priuatæ insertio in instrumento tollit antidatæ suspicionem.*
8 *Constitutio exorbitans est stricte intelligenda.*
9 *Titulorum multiplicatio in beneficialibus datur.*
10 *Possessio sola sufficit pro manutentione absq; tituli productione.*
11 *Possessio vera etiam in beneficialibus datur sine titulo.*
12 *Literarum Apostolicarum executor nulliter procedit non exhibitis prius literis.*
13 *Beneficii possessio capi potest propria auctoritate.*
14 *Lim. in Canonicatu, cuius possessio capi debet Capitulariter.*
15 *Possessio posterior dicitur clandestina, & turbatiua.*
16 *Præsertim si fuerit mere instrumentalis.*

Decisio CDII.

1 FVit dictum, dandum esse mandatum de manutenendo Alphonsu, † de cuius possessione constat ex publico instrumento illius adeptionis, *l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss.* et † licet
2 instrumentalis est manutenibilis non docto de alterius possessione, *Rot. dec. 21. de restit. spol. in antiq. Cassad. dec. 20. in fin. de præb.* † maxime stante
3 illius effectuatione, tam ex subsequenti locatione bonorum Cappellaniæ, quam etiam ex fide cuiusdam Præsbyteri, qui à die captæ possessionis citra nomine ipsius Alphonsi celebrauit Missas in ea singulis hebdomadis.

Neque obstat, quod dicitur de defectu mandati illius, qui nomine Alphonsi possessionem assecutus est, quia de mandato constat ex literis missiuis
4 insertis in ipso instrumẽto captæ possessionis, † ex quibus probatur mandatum, *l. si procuratorem. vbi gl. de procurat.*

Et licet illud nõ sit speciale respectu huius Cap
5 pellaniæ, † sufficit tamen, quod sit generale ad capiendam possessionem cuiuscumque beneficii, *vt post Card. Butr. & Imol. tradit Abb. in cap. accedẽs. sub num. 5. de præb. cum aliis per Ferret. cons. 220. sub num. 12. lib. 1.*

Neque obstat, quod literę non fuerint recogni-
6 tę, quia hoc non probatur, et † possunt hodie recognosci iuxta stylum Rotæ, *Peregr. dec. 309. lib. 2. Coc. dec. 179.* maxime cum sint adminiculatę ex illarum insertione facta per Notarium in instru-
7 mento possessionis ex, quia † tollitur omnis suspicio antidatæ, *ad not. per Bald. in l. scripturas. sub n. 6. vers. Iudic. plenius. C. qui pot. in pignor. cum aliis per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 7. num. 55.*

Non obstat, quod possessio Alphonsi fuerit capta literis non expeditis contra constitutionem Iulii III. quia non apparet possessionem fuisse captam vigore supplicationis, de qua in instrumento possessionis nulla fit mentio, et ad euitandam
8 præfatam constitutionem, † quę *iuxta dec. Paleott. 16.* vti exorbitans est stricte intelligenda, sufficit, quod ex lectura instrumenti nõ constet, illam fuisse captam cum expressa relatione ad supplicatio-
9 nem, cum alias potuerit capi ex alio titulo, † cuius multiplicatio datur in beneficialibus, vt sæpius resolutum fuit.

Præsertim quod hodie agitur ad effectum ma-
10 nutentionis, † pro qua obtinenda sufficit sola possessio absque alia tituli productione, *vt fuit dictum in causa Bononien. Iurisdictionis prima Februarij 1564. coram Illustrissimo Lancellotto, & in Anconitana Prouisionis 15. Iunij 1597. coram Platto,* &
11 facit, quod † etiam in beneficialibus datur vera possessio sine titulo, *Abb. in cap. cum in nostris. nu. 6. de concess. præb. Put. dec. 229. lib. 2.*

Non obstat, quod possessio fuerit capta de manu
12 Executoris, † qui ante exhibitionem literarum nulliter processerit, quia hoc tollitur ex lectura instrumenti, in quo nulla fit mentio executoris, & ille Ioannes de Medicis non fuit aditus tamquam Notarius, qui rogaretur de ipso actu apprehensio-
13 nis possessionis, † quæ propria auctoritate ab Alphonso capi potuit, cum non versemur in Canoni-
14 catibus, † in quibus possessio debet esse Capitularis, *Peregr. dec. 138. lib. 3.* & hoc constat ex eo, quod in publico instrumẽto in actis exhibito ipse se subscripsit vti Notarius rogatus, non autem vti Executor.

Et ex his fuit conclusum pro manutentione Alphonsi non obstante posteriori possessione Ioannis
15 Baptistę, † quæ dicitur clandestina, & turbatiua,
16 *cap. licet causam cum ibi not. de prob.* † maxime quod fuit mere instrumentalis, *Put. dec. 372. lib. 2. cum vulg. &c.*

Iusto

Portugallien. Dismembrationis

Lunæ 3. Decembris 1601.

S V M M A R I A.

1 *Citatio specifice ad videndum iurare testes, eorumque iuramentum requiritur pro examinis validitate, nec sufficit ad videndum, & recognoscendum.*
2 *Iuramentum testi delatum extra diem citationis est nullum.*

Decisio CDIII.

1 DOmini dixerunt, examen vigore remissoriæ factum esse nullum Primo. Quia † requirebatur citatio ad videndum iurare testes con iuramentum testium sit de necessitatem examinis, *cap. 2. de testib. l. si quando. C. eod. tit.*

Neque sufficit citatio ad videndum, & recognoscendum testes, sed debet esse specifica ad videndum iurare testes, *vt fuit dictum coram bon. mem. Orano in Tirasonen. Decimarum 18. Iunii 1599. & coram D. meo Pamphilio in Conchen. Decimarum de Villa noua 2. eiusdem mensis, & anni, & coram D. meo Sacrato in vna Beneuentana Terrarum 3. Decembris 1599.*

Secũdo quo ad alios testes, quia citatio fuit pro
2 diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, & tamen † iuramentum delatum fuit die Sabbati, in qua nõ cadebat citatio, *Felin. in cap. licet causam. limit. 16. num. 52. de testib. specul. de testib. §. qualiter. nu. 13.*

Aliæ vero nullitates, quæ proponebantur fuerũt omissæ.

Et ita decisum &c.

Cor.

Cardinali Mellino

Bononien. Hæreditatis de Gargantibus

16. Nouembris 1601.

S V M M A R I A.

1. *Legitimatio facta contra voluntatem patris est inualida.*
2. *Ampl. eo magis facta post eius obitum, & ius aliis quæsitum.*
3. *Possessio instrumentalis non releuat alia anteriori præcedente. & num. 8.*
4. *Spolii actio cessat ex turbiditate primi extremi, & illius non plena probatione. & in fin.*
5. *Possessio capta per vnum ex fratribus nomine cõmuni suffragatur omnibus.*
6. *Et ante aliorum ratificationem residet penes acquirentem.*
7. *Possessionis acquisitionis materia plurimum pendet ab animo.*

Decisio CDIV.

FVit per Dominos resolutum, quasi possessionem, & statum filiationis Io. Pauli non suffragari Gentili neque in petitorio, neque in possessorio.

Quantum ad petitorium fundamentum Dominorum fuit, quia, eum constet de dissensu, & contradictione patris, quod Io. Paulus non erat 1 suus filius, † legitimatio DD. de Campegijs, vti facta contra voluntatem patris, est inualida, *Bald. cons. 17. num. 2. lib. 4.* & † tanto magis cum fuerit 2 facta post obitum patris, & post ius quæsitũ DD. de Gargantibus fratribus ipsius testatoris.

Nec placuit Dominis, quod ad instantiam Herculis non fuerit mota lis ad istum effectum, vt declararetur, quod Io. Paulus nõ erat eius filius, quia sufficit, quod constet de eius dissensu, & contradictionibus extraiudicialibus ad istum effectum, vt legitimatio postea sequuta, vti facta aduersus eius voluntatem, sit inualida.

Quo vero ad effectum possessorii ratio Dominorum fuit, quia possessio DD. de Gargantibus est anterior, & ideo possessio instrumentalis Io. Pauli 3 non est releuans, *Caputaq. dec. 333. par. 2.* & † suffi- 4 cit ad effectũ, vt non competat actio spolij, quod primum extremum sit turbidum, & non probetur plene, & concludenter.

Quod autem possessio DD. de Gargãtibus esset anterior, videbatur DD. non posse dubitari, quia possessio domus fuit capta à Gargantibus 5. Iunij et à Ioanne Paulo die 6. possessio vero prædij fuit capta eadem die, sed à Gargantibus hora 16. circa meridiem, & à Ioanne Paulo de sero, vt deponunt testes.

Non obstat, quod possessio fuerit capta ab Ale- 5 xandro, & non ab alijs fratribus, quia † possessio fuit capta nomine communi Alexandri, & fratrũ licet nomen solius Alexandri, vti maioris fuerit expressum, prout etiam omnes actus præcedentes fuerunt facti communi nomine, scilicet aditio hæreditatis, instantia immissionis, & mandatum de manutenendo, & respectu Io. Antonii nulla est difficultas, quia ipse erat præsens, & procurauit, quod adiretur hæreditas, & obtineretur à Vicelegato mandatum de immittendo, & quod transmitteretur Ludouicus ad capiendam possessionem prædii.

Respectu vero Astorgij Domini intellexerunt, quod, cum ab istis fratribus fuerit acquisita possessio omnium bonorum hæreditariorum, eorum intentio non fuerit velle relinquere in suspenso acquisitionem possessionis istius portionis ante ratificationem Astorgii, sed quod voluerint acquirere possessionem omnium bonorum, licet reuocabiliter respectu istius portionis secuta ratificatione Astor- 6 gii, ita vt † interim donec Astorgius declararet, an vellet ratificare, in totum resideret in eorum persona, & in hoc placuit decisio, quæ allegatur per informantes in causa Romana Vineæ coram 7 Oriolen. & hoc Domini comprobarunt, quia † ista materia acquisitionis possessionis plurimum pendet ab animo.

Et cum isti fratres vsi fuerint exactissima diligentia, vt essent primi in accipiendo possessionẽ omnium bonorum, non est verisimile, quod, intellexerint, vel acquirere solum possessionem partis relinquendo ante ratificationem Astorgii in suspenso aliam partẽ, cuius Io. Paulus, vel alius postea superueniens, posset acquirere possessionem cõsiderabilem ad effectum manutentionis, & restitutionis in eorum præiudicium, & ideo possessio nõ erat vacua in aliqua parte, quando fuit capta pos- 8 sessio instrumentalis à Io. Paulo, & † consequenter ei non suffragatur, & tanto magis ad effectum restitutionis in spolio, ad quem effectum sufficit, quod primum extremum sit turbidum &c.

Iusto

Leodien. Personatus.

Luna 29. Ianuarij 1596.

S V M M A R I A.

1. *Decretum irritans inficit possessionem.*
2. *Possessione capta per aliquem in vim literarum habentium derogationem regulæ de iure quæsito non tollendo amittit primus possessor omnem possessionem.*
3. *Possessio instrumentalis alio existente in possessione non est manutenibilis.*

Decisio CDV.

DOmini, remanente sequestro iam apposito, dixerũt, quod videatur de bono iure, quia vtraque possessio visa fuit turbida: Nam possessio Capituli, quæ est prior possessione Collegii, habet contra se decretum irritans positũ 1 in literis confirmationis vnionis, † quod inficit possessionem, *Put. dec. 372. lib. 1.* præsertim quia ca- 2 pta fuit vigore vnionis reuocatæ; & † cum alia Collegii eadem die capta fuerit virtute dictarum literarum, quæ habent etiam derogationem Regulæ, de iure quæsito non tollendo, videtur, Capitulum omnem possessionem amisisse, *Ang. in l. qui vniuersas §. item cum Prætor ff. de acq. poss. & in l. etiam possidere. §. qui ad nundinas. ff. eod. vbi Rom. num. 3. Alex. num. 2. in fin. Ias. num. 20. & in decis.* 3 *Rot. 802. num. 7. par. 1. in impress.* † possessio autem Collegii est instrumentalis, alio existente in possessione, quæ non est manutenibilis, *dec. 62. par. 2. in impress.* est etiam attentata capta lite pendente, *l. improba. C. de acq. poss. fuit dictum in vna Ciuitatis*

Castelli

Castelli bonorum 15. Nouembris praeteriti coram R.P.D. meo Blanchetto.

Nec facit facultas data in confirmatione Collegio capiendi possessionẽ propria auctoritate, & derogatio litis, quia derogatum fuit ad effectum validitatis vnionis, non ad effectum, vt non obstãte lite potuerit capi possessio. Ideo in hoc conflictu bonum est videre iura partium, &c.

E O D E M

Cesenaten. Bonorum

Lunæ 4. Martij 1602.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio competit anteriori possessori.*
2 *Possessionem qui habuit ante motam litem, & nũquã habuit se pro spoliato dicitur possidere etiã de tempore motæ litis.*
3 *Immissio de mandato Iudicis priuat alium possessione.*
4 *Decl. si Iudex rite, & recte procedat, alias secus.*
5 *Citatio in specie requiritur ad sententiam, nec sufficit ad vidẽdum reproduci preces, pronunciari se Iudicem competentem, & mandari ad vlteriora procedi, vel fieri quamcumque ordinationẽ, vel prouisionem.*

Decisio CDVI.

FVit dictum, esse dandum mandatum de manutenendo Dominis de Tuschis, † quia constat de eorum anteriori possessione, *Bart. in l. si duo. num. 4 ff vti possid.* & quia nunquam habuerunt se pro spoliatis, possidebant tempore motæ litis, *& iatrat tex. in §. retinendæ. Inst. de interd. cum simil.*

Non obstat, quod fuerint mandato Iudicis expulsi, † quod regulariter priuat possessione, *Ang. in l. qui vniuersas. §. item cũ Prætor in fin. ff. de acq. poss.* si quidem † hoc procedit, quando Iudex rite, & recte procedit, *Rot. coram R.P.D. meo Seraph. in Panon. Adrien. Beneficiorum 4. Iulii 1584.* & sæpe aliàs in hoc casu constat de nullitate ex defectu citationis ad sententiam, † cui non est satisfactum per citationem ad videndum reproduci Preces, ad videndum pronunciari se Iudicem competentem, & mãdari ad vlteriora procedi, quoniam citatio ad sententiam requiritur in specie, *clem. sæpe in vers. sententiam. vbi gl. in verb. citatis ad id. de verb. signif. Rot. dec. 17. de re iud. in nou.* Neque sufficiunt aliæ citationes, vt de citationẽ ad videndum fieri quamcumque ordinationem *fuit dictum coram Domino meo Pamphilio in causa Mediolanen. Decimarum 27. Ianuarij 1591.* & de citatione ad videndum fieri prouisionem, quæ de iure locum haberet, *fuit dictum coram me in Salamantina Decimarum 4. Decembris 1600.* Quæ nullitas sufficit aliis omissis.

Et ita fuit dictum &c.

E O D E M

Bracharen. Parochialis de Marcira

Veneris 2. Aprilis 1602.

S V M M A R I A.

1 *Acta omnia facta in partibus, quocumque modo causa pendeat in Curia, influunt in causa, & sunt transportanda. & num. 8. & 9.*
2 *Acta omnia transportata non fuisse demonstratur ex eo quod transportata non habent formam integri processus, & sunt separata iura, non consecutiua, & separatas subscriptiones habentia.*
3 *Negatiua, quod gratia non fuerit concessa, probatur ex diligentijs Curiæ Romanæ. Lim. vt nu. 4.*
5 *Processus præsumitur integer, & contrarium allegans tenetur probare.*
6 *Commissionum narratiuæ probant.*
7 *Præsumptio cedit veritati.*
8 *Acta omnia de partibus pro expeditione causæ in secunda instantia sunt transportanda.*
9 *Ampl. etiam si sit causa commissa in prima instãtia cum clausula, Quam, & quat.*

Decisio CDVII.

QVoniam in hac causa decisum fuerat, gratiam si neutri Petri Aluarez cum præsupposito, quod acta causæ essent integre in Curia, ex quorum reuolutione non constat de aliquo iure Amari, Ideirco successiue disputatum fuit, An acta essent integre transportata ad hunc effectum, & resolutum negatiue, siquidem † acta omnia facta in partibus, quocumque modo causa pendeat in Curia, influunt in causa; & non dubitatur †, acta aliqua remansisse in partibus non transportata, immo quod ea, quæ transportata sunt, nõ habent formam integri processus, sed sunt separata iura, non consecutiua, & habentia separatas subscriptiones.

Quamobrem concludi non potest ex actibus, qui non possunt videri constare de non iure Amari, sicut dicitur, quod, licet † ex diligentiis Curiæ Romanæ probetur sufficienter negatiua, quod gratia non fuerit concessa, *Cassad. decis. 5. & 8. super reg. Felyn. in cap. illud. numer. 7. de præsumpt. dixit Rota coram Sanctissimo D. N. in illa Pharen. Pensionis.* Tamen † hoc non procedit, quando exactæ non sunt factæ diligentiæ in omnibus locis solitis, & reuoluta omnia regesta, vbi potuerit gratia esse registrata, *vt dixit Rota coram bo. mem. Robusterio in causa Forosempronien. Parochialis 20. Maij 1575. & sæpe alias.* Vnde non obstat, quod † processus præsumatur integer, & alleganti acta non esse integre transportata incumbere onus probãdi, *Aym. cons. 55 num. 54. & fuit dictum coram R.P.D. meo Corduba in Calaguritana Beneficii de Nancais 13. Ianuarii 1595.* nam in hoc casu constat ex narratiuis commissionum, † quæ probant *l. cum precum. C. de liber. caus. & fuit tentum coram eodem D. Corduba in vna Leodien. Census prima Iulii 1596.* iudicium executiuum super executionem literarum Amari agitatum fuisse coram Ordinario Bracharen. cuius acta non fuerunt transportata, vnde impossibile est, quod potuit præsumi integra trãsportatio, quia † præsumptio cessat, vbi de veritate constat,

stat, *l. fin. ff. de prob. Felyn. in cap. per tuas. ante fin. vers. quinto nota. eod. tit.* & in proposito facit decisio coram *Cotta Senogulien. Siluae 24. Maij 1577.* & consequanter vel causa pendet io Rota in secū-
8 da instantia, & † non est dubium, omnia acta da partibus ad effectum expeditionis causae essa trāsportanda *ex forma Concilij Tridentini sess. 24. cap. 20. & saepissime dictum fuit.* Aut causa pendet in prima instantia cum clausula, Quam, & quas, &
9 † nihilominus raquiritur integra transportatio, siquidem in hoc casu, vt dixi, omnia influunt in causa, & requiritur omnium reuolutiō, vnde sub specie alterius iudicij acta illa non sunt omittenda, ex quibus constare potest la iure Amari, qui hoc pacto fraus fieri posset, *vt in simili dictum fuit coram illustrissimo Blanchetto in Valentina de Campinara 23. Ianuarij 1580.*

Et ita Domini resoluerunt &c.

E O D E M

Abulen. Beneficij del Varco

Veneris 22. Martij 1602.

S V M M A R I A.

1 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex instrumento illius adeptionis.*
2 *Mandatum de manutenendo denegatur in beneficio illi, qui recursum habuit ad Iudices laicos.*
3 *Praesumptio recursus ad Iudices laicos ex proprio commodo cessat, vbi constat de recursu alterius interesse habentis.*
Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, & impedit mandatum de manutenendo.
5 *Ordinarius confert Sede vacante cessantibus reseruationibus indulto non obstante, quod tūc dormit, & Sede plena reuiuiscit.*

Decisio CDVIII.

1 DOmini voluerunt, dari mandatum de manutanendo. Petro, † cuius intentio probatur per instrumentum adeptae possessionis, *l. praedia. cum ibi not. C. de acq. poss. Abb. in c. veniens. sub numer. 5. vers. item per instrumentum. de praescript.* & vendicant sibi locum aliae regulae saepissime per Rotam in hac materia repertae.

Non obstat recursus, qui opponebatur Petro,
2 † quasi ex hoc delicto rasultaret impedimentum Petro, ne posset habera mandatum de manutenendo, vt in Valentina Pēsionis coram D. meo Lista,
3 quia racursus non probatur respectu Petri, † nec intrat alia praesumptio respectu proprij commodi, nam recursum habuit Procurator Fiscalis mensae Episcopalis, qui habebat proprium interesse liberae collationis.

Non obstat Indultum Ducis Aluae, in quo adest
4 † decratum irritans inficiens titulum, & possessionem, & impediens mandatum de manutenendo, vt saepe dixerunt Domini.

Quoniam, cū collatio facta fuarit de beneficio Sede Apostolica vacante cessantibus, raseruationi-
5 bus, ita † collatio spectabat ad ordinarium, licet postea Sede plena reuiuiscat indultum, *Verall. dec. 214. par. 2.*

Ad alia responderunt informantes.

Et ita fuit decisum.

E O D E M

Maceraten. Haereditatis

Mercurii 27 & Veneris 29. Martii 1602.

S V M M A R I A.

1 *Sequestrum apponitur stante suspicione personae, & dilapidationis.*
2 *Sequestro non est locus, vbi periculum est, ne quis fama moreretur.*
3 *Sequestrum factum ob metum dilapidationis fructuum reuocatur cautione.*

Decisio CDIX.

QVoniam persona Ascanij videbatur suspecta, & timebatur de dilapidatione
1 fructuum † iusta terminos *l. si fideiussor. §. fin. vbi Doct. ff. qui satisdā. cog.* fuerat appositum sequestrum super fructibus bonorum, de quibus agitur, sine praeiudicio iurium Ascanij duraturum Arbitrio Rotae; Vnde idem Ascanius petebat simpliciter eiusdem sequestri reuocationem, quia nō debebat priuari commodo possessionis sibi per sententiam Rotalem, & mandatum de reintegrando restitutae; Tum quia dicebat, se multum esse pauperē & non solum litem deseruisset, sed periculum erat,
2 na fame moreratur, † quo casu non debet stare sequastrum, *Aufrer. in Addit. ad dec. Tholos. 477. circa med.* Nihilominus Domini dixarūt, sequestrum non videri simpliciter reuocandum, & tamen differendam esse resolutionem, & interim faciēdam aliquam prouisionem pro Ascanio, de qua loqueter in sequenti Rota.

Quapropter datis memorialibus ex vtraq; parte, & data fide depositarii certi valoris, & fructuū bonorum, de quibus agitur, per heredes Capitanei Francisci Vici vsque ad summam scutorum quadringentorum per Ascanium circa eosdē fructus
3 ad praedictam quantitatem, † qua praestita in continenti sequestrum soluitur, *d. l. si fideiussor. §. fin vbi Ang. & alij Doct.* Domini mādarunt, vt data dicta idonea cautione per Ascanium sequestrum metu dilapidationis fructuum appositum reuocaretur.

Et ita resolutum &c.

Cardinali Lancellotto

Nebien. Beneficii

Mercurij 30. Octobris 1602.

S V M M A R I A.

1 *Citatio ad dicendum contra articulos est necessaria ad validitatem examinis.*
2 *Citatio ad videndum iurare testes omnino requiritur.*

Decis. CDX.

PRO informante, quod testes sint nulliter examinati. Omissis aliis nullitatibus, quæ patiebantur difficultatem, Duæ tantũ Dominis visæ fuerunt releuantes, 1 † Altera ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, quæ est necessaria, *Butr. in cap. 2. numer. 11. de testib. & ibi* 2 *Abb num 16. Felyn. num. 30. Aret. cons. 75.* † Altera ex defectu citationis ad videndum iurare testes, quæ omninò requiritur, *l. si quando. C. de testib. cap. 2. eod. tit. vbi Abb. num. 7. & 13. Felin. num. 6. Dec. num. 17. Rot. dec. 15. de testib. in nou. &c.*

Orano

Salamantina Beneficii

Veneris 12. Iunij 1599.

SVMMARIA.

1. *Res iudicata non instat stante notoria iniustitia sententiæ.*
2. *Examen est nullum deficiente citatione ad dicendũ contra articulos, & videndum iurare testes, nisi stylus loci probandus contrarium obseruet.*
3. *Facti quid est, probandum est.*
4. *Stylus fori, in quo causa ventilatur, attendi debet in examine testium.*

Decisio CDXI.

FVit dictum diffinitionem quæstionis propositæ, An Ioanni de Ricco obstet res iudicata, pẽdere à validitate examinis testium de probatione familiaritatis Petri. Nam si verum, 1 quod corruat, notoria est iniustitia sententiæ, & † in consequentiam non adest res iudicata, *vulg. l. 4. §.* 2 *condemnatorum de re indic. cum simil.* Nam. † cum testea fuerint examinati nulla præmissa citatione ad videndum iurare testes, quæ de iure est necessaria, *c. 2. de testib. Soccin. in tract. de citat. art. 1. nu. 11.* neque ad dicendum contra articulos, curari non potest examinis nullitas, nisi Federicus in stylo illius Prouinciæ se fundans probet in contra- 3 rium; † cum enim sit facti, probandum est, *glos. in rubr. C. quæ sit long. consuet. Bart. in l. præscriptio. C. si contr. ius, vtilit. publ.* Hoc autem probato sustine- 4 bitur examen, ex quo † stylus fori, in quo causa ventilatur attendi debet *l. fin. in fin de testib. Dec. cons. 402. nu 11. Marsil. singul. 118. Egid. dec. 78. & 82.* subsistente vero testium examine Domini habuerunt, familiaritatem Petri pro sufficienter probata &c.

Iusto

Valentina Parochialis de Carlot

Mercurij 6. Nouembris 1602.

SVMMARIA.

1. *Instantia vnius causæ nec obest, nec prodest alteri.*
2. *Sententia quando ferri non possit respectu successoris ex actis factis cum prædecessore.*
3. *Causæ in prima instantia regulariter in Curia non committuntur.*
4. *Commissiones dependentes in Rota non dantur, vbi vna sufficit commissio.*
5. *Acta, verisimile non est, quod quis omiserit, quæ suam fundant intentionem.*

Decisio CDXII.

DVO fundamenta deducebantur, quibus visum fuit Dominis, constare de integra transportatione actorum ad præsentem causam pertinentium.

Primum fuit, quia considerabantur duæ causæ diuersæ, vna ratione vacationis anni 1589. cuius prætextu à D. Gregorio prętendente Iuspatronatus fuit Ioannes Torella, & facta fuerunt quædã acta in partibus, & eandem ad instantiam Promotoris Curię Episcopalis per speciale rescriptum causa commissa in Curia faciendo mentionem quorumdam actorum, quæ deficiunt in processu, & cum habuerit prouisionem à Papa, lis quieuit, & ipse remansit in possessione, in qua obiit, & Gregorius iterum præsentauit Frãciscum Hieronymum, Ordinarius vero contulit beneficium Augustino, inter quos introducta lite in Rota vigore specialis commissionis pro parte Gregorii, & Francisci Hieronymi præsentati impetratæ fuit processum in hac causa, & fuerunt latæ sententiæ, & de istis adsunt integra acta.

Vnde, licet respectu Ordinarii, & Gregorii causa litis, & prætensionum sit semper eadem, scilicet libertatis, & seruitutis beneficii, nihilominus respectu successorum diuersis temporibus, & ob diuersas vacationes Prouisorum, vel Pręsentatorum, à quibus impetrata sunt diuersa, & noua rescripta, causæ sunt separatæ, & diuersæ, in quibus nec est eadem instantia, nec poterat ferri vna sententia, licet adhæreat semper idem prætensus Patronus, & tam Torellis, quam Hieronymus egerunt pro iure proprio, quod non causabatur à successione in 1 beneficio, sed à præsentationibus, & sic † instantia vnius nec obest, nec prodest alteri, *vt per Innoc. in cap. quia 0. & ibi Io. Andr. & alij, in specie Abb. n. 11. vers. secus dicit de iud.* Nec facit idem ius Patroni, quia in prima lite, et instantia inhærebat 2 primæ præsentationi, in secunda secundæ, et † in his non potest ferri sententia respectu successoris ex actis factis cum prædecessore, *Abb. vbi supra num. 10. vers. ita quod.* Idcirco non pertinent ad causam, et non erant transportanda, quia commissio secunda non habet dependentiam à prima respectu iudicii, quidquid sit respectu Notarii.

Secundum fundamentum est, quia visum fuit verisimile, narratiuam commissionis factam fuisse à Procuratore, non bene informato, ad effectum 3 facilius obtinendi commissionem in Curia, † vbi causæ non committuntur regulariter in prima instantia; Quæ verisimilitudo comprobatur, quia coram Ordinario Valentiæ, à cuius sentẽtia, vel eius prætextu fuerat commissa causa appellationis in Curia, fuerunt postea facti plures actus iudiciales et in spetie commissionis examinis testium, et cõstat, quod pro parte Gregorii fuit iuratus suspectus Iudex Synodalis, quia noluit pronunciare se Iudicem competentem. Et videtur tolli difficultas, quia vigore illius primæ commissionis Gregorius non est prosecutus litem, sed vigore secundæ, quæ habet omnes clausulas apponi solitas in commissionibus principaliter obtentis, non dependẽtibus, 4 † quæ etiam in Rota non dantur, vbi sufficit vnica commissio.

Non

Non obstat dicere, quod defuit appellatio, de qua fit mētio in vltima commissione, quia ista est narratiua Gregorii, quæ non iustificatur aliunde, quam eius assertione, et tanto magis, quia ipse produxit, et transportauit acta facta de anno 1594.
5 † nec est verisimile, quod omiserit ea, quę fundabāt suam intentionem.

Et ità fuit decisum etc.

E O D E M

Romana Casalis Sancti Nicolai

Mercurij 6. Nouembris 1602.

S V M M A R I A.

1 *Expulsio Coloni nō requiritur in immissione, in qua Iudex rite processit, sed si non rite posterior possessio non attenditur, si remaneant Coloni, vel Affictuarij, nec concurrit aliqua recognitio.*
2 *Instrumento, in quo actor, & sententia se fundat, non producto parte citata, & sic non de actis, nulliter processum dicitur.*
3 *Positionibus non facta responsione dicitur nimis propere relaxatum mandatum.*
4 *Possessio sine eiectione non amittitur per executionem mandati de associando nulliter relaxati.*
5 *Possessio capi potest extraiudicialiter ex constituto, & pacto deuolutiuo. & num. 8.*
6 *Possessio capi potest extraiudicialiter etiam, quod aditus sit Iudex pro comitantia familiæ.*
7 *Coloni sunt expellendi in capienda extraiudiciali possessione ad effectum illam acquirendi.*

Decisio CDXIII.

Pendet resolutio huius puncti à validitate processus, quia, † quando rite processit Iudex, non requiritur expulsio coloni, iuxta doctrinam Angeli sæpe à Rota approbatam *in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor. ff. de acq. poss.* si autem non rite, posterior possessio non attenditur si remanent coloni, vel affictuarii, nec præcessit aliqua recognitio, *Gozad. cons. 86. nu. 10. Puteus dec. 2. de caus. poss. & propr.*

In casu nostro visa fuit nullitas clara, quoniam instrumentum, super quo se fundant Fratres Sancti Marcelli, non fuit productum citata parte, nec factum de actis, † ergo nulliter processum est, *Sarnē. de anal. quæst. 4. & fuit dictum in Romana Census 4. Decembris 1595. coram R. P. D. meo Decano.*

Et eo magis quoniā pro parte Illustrissimi D. Iuliani dictum fuit, se non cessasse per annum, et ideo non fuisse locum præstationi fideiussoris, nec deuolutioni, et ad hunc effectum dedit positiones,
3 † quibus non facta responsione, fuit nimis propere relaxatum mandatum de associando, et ita sine causæ cognitione, et consequenter † per mādatum de associando hoc modo cōcessum non amittitur possessio sine eiectione, *secundum doctrinam Salyc. in l. 3. q. 13. C. de pignor. Ias. in l. 2. num. 113. C. de iure emph. Alex. cons. 131. nu. 4. lib. 4. & ita resolutum fuit coram bo. me. Cardinali Lancellotto in Veliterna*
5 *Casalis 11. Decembris 1579.* Vnde cessat clausula constituti, et pactum deuolutiuum, quia decisio nō cantat, et iudicialiter.

Nec placuit Dominis, quod, dum tractabatur de noua conuentione, et datus fuerat in fideiussorem pro satisfaciēdo Fratribus Hieronymus de Lenis, qui se obligauerat, interim per Fratres deuentū sit ad executionem mandati non denunciato primū D. Iuliano, se nolle acceptare conditionem, quasi voluerint incautum reperire eius Procuratorem.

Nō obstat, quod ista possessio defendi possit vti capta extraiudicialiter; quia quidquid sit de veritate istius opinionis, quando solum fuit aditus Iudex pro comitantia familiæ, et pro simplici man-
6 dato de associando, † in quo casu Rota alias visa est sensisse, quod possit capi possessio extraiudicialiter in *causa Perusina Hæreditatis de Montemellino coram Sanctissimo 27. Octobris 1581. & coram bo. me. Orano in Beneuentana Deuolutionis 6. Nouēbris 1597.* ista tamen opinio non applicatur, quia
7 † in capiendo istam possessionem extraiudicialem
8 non fuerunt eiecti coloni, † neque, vt dictum est, constat, quod fuerit locus pacto, vel constituto, vt potuerit capi possessio extraiudicialis, *ad Tiraq. cum allegatis de iur. constit. in princ. num. 2. & 37.*

Non obstat narratiua contractus, vbi præstitus erat fideiussor, in qua videtur contineri confessio, et series istius facti, quia est post relaxationem mādati, et ad effectum concordiæ, non ad effectum validitatis executionis mandati præcedentis, ita vt D. Iulianus amiserit suam possessionem, quam non amisisse ex prædictis tenuerunt Domini; et Idcirco illi dandum esse mandatum de manutenēdo, non Fratribus. etc.

E O D E M

Vlixbonen. Præeminentiarum

Veneris 24. Januarij 1603.

S V M M A R I A.

1 *Sententia in possessorio retinenda non requirit aliā executionem, nisi quod desistatur à molestijs, & non contradicatur, & obtinens possidendo habet executionem. & num. 3. & 8.*
2 *Iustum est, vt à molestijs desistatur, donec de negotio principali cognoscatur.*
4 *Transactio resultat ex approbatione sententiæ.*
5 *Manutentionis in iudicio non cognoscitur de bono iure.*
6 *Præscriptio non datur sine possessione.*
7 *Molestias, quas quis infert possessori possidere non dicitur.*
9 *Sententia nulla ex defectu citationis non facta Capitulariter sanatur per approbationem.*

Decisio CDXIV.

LATA fuit sententia in possessorio retinendæ anno 1536. quę vltimo canonizata fuit per decisiones, et sententiam Rotalem per me promulgatam, et relaxatæ fuerunt literæ executoriales, et demum Censurę ob non paritionem, et nihilominus Decanus, et Capitulum fuerunt ex benignitate Rotæ pluries auditi, et nihil firmatū; tandem fuit strictè propositum dubium circa dictam sententiam, An suffragaretur Cantori, et resolutum suffragari saltem ad effectum possessionis quia circa negocium principale Domini volunt audire partes. Ratio, quæ mouit Dominos, fuit,
1 quia † hoc modo non agitur de alia exequutione
2 sententiæ, nisi quod desistatur à molestiis, quod est iustum, donec cognoscatur de negocio principali, et maxime, quia de nouo datur approbatio Capitularis de anno 1550. 10. Iunii, quę præsupponitur vbi decreuit Capitulum pro obseruantia sententię

lacę

3 latæ super preeminentijs Cantoris. Vnde,† si fatis fuisset non contradictio,& tacita approbatio, *l. ab eo. C. quom. & quand. Iud. cap. quo ad consultationē, de re iud. Gram. dec. 24. num. 24.* tanto magis pro-
4 fuit expressa. † Vnde resultat transactio, *Dec. cons. 445. num. 37. cum allegatis.* Et ex his non obstat dicere, quod sententia circa bonum ius non est iusti-
5 ficata, quia † de eo erit postea videndum.

Non facit allegata præscriptio, quia si Cantor
6 est in quasi possessione,† Capitulum,& Decanus non possessores non possunt prætendere præscri-
7 ptionem, *cap. sine possessione. de reg. iur. in 6.* † Nec possunt dici possessores molestiarum, quas inferūt
8 Cantori,† qui possidendo habet executionem,& ita non potest esse præscripta.

Nec videtur dubitandum, quod approbatio Capituli respicit hanc sententiam prolatam anno 1536. quia cum Cantor post eam molestaretur, adiuit Archiepiscopum, et narrando verba formalia sententiæ querelam porrexit deturbatione, et D. Nuntius confirmando sententiam nominauit Iudicem, qui hanc primam sententiam promulgauit, et concurrunt demonstrationes considerate per informantes, quæ videntur tollere difficultatem, vltra alias deducta in decisionibus in hac causa factis.

Atque vltimo loco non obstat, quod tunc Capitulum non fuit citatum, sed solum Decanus, contra quem lata fuit sententia, quia † nihilominus Capitulum approbauit expresse,& tacite permittendo quasi possessionem Cantori. Reliquis respōdent informantes.

Et ex his ita fuit resolutum etc.

Ortembergo

Vlixbonen. Pradij

Veneris 24. Ianuarii 1603.

S V M M A R I A.

1 *Concessio ad longum tempus est species alienationis.*
2 *Alienatio rei Ecclesiasticæ copulatiue requirit solemnitatem,& causam, quæ versatur in necessitate, vel vtilitate. & num. 6.*
3 *Ecclesiastica vel vt dicatur solita locari, requiruntur duæ locationes cum obseruantia 40. annorum.*
4 *Et quod vna locatio sit solemnis.*
5 *Et quod probetur aliter, quam per assertionem alienantium.*
7 *Cōclusio in causa præsentibus Procuratoribus æquipollet citationi ad sententiam.*
8 *Mandatum debet à Fratribus fieri Capitulariter.*
9 *Lim. vt sufficiat factum per Priorem.*
10 *Lim. quia suppletur per ratificationem, puta ex productione iurium, & datione sportularum.*
11 *Citatio an requiratur ad videndum transportari acta. & num. 12.*
12 *Transportatio fit, vt Iudex videat acta.*
13 *Citatio requiritur vbi agitur de præiudicio partis.*
14 *Feriarum tempore lata sententia nulla est ex defectu iurisdictionis si pars opposuerit.*

Decisio CDXV.

LAte erant in partibus duæ sententiæ in fauorem Rectoris Ecclesiæ Parochialis Oppidi della Sintia Vlixbonen. Diœcesis cōtra Priorem, et Conuentum Fratrum Sancti Dominici circa validitatem alienationis cuiusdam prædii d. Ecclesiæ ad trea vitas per nominationem successiue duraturæ.

Has sententias Domini confirmandas dixerunt
1 quia † concessio fuit ad longum tempus, et sic species alienationis, *clem. 1. & ibi Doct. de reb. Ec-*
2 *cles. non alien.* † ideoque requirebatur copulatiue solemnitas, et causa, *d. clem. 1. & cap. 1. & 2. eod. tit. gl. pan. in fin. cap. 1. de restit. in integr. Alex. cons. 17. num. 4. & seq. lib. 4.*

Solemnitas non probatur, neque excusat solitū,
3 † ad quod requiruntur duæ locationes cum obseruantia 40. annorum, vel vna solemnis, *Alex. cons. 9. lib. 6. num. 3. & fuit dictum in Aduersana Tenimenti Veneris 24. Nouembris 1581. coram Lauretano, Clar. in §. feudum. quæst. 13. vers. nunc ad intelligentiam. Alex. cons. 9. num. 6. lib. 3.*

Nec refragatur obseruantia primæ concessionis
4 per spatium 40. annorum, quia † necessaria est vna locatio solemnis vera, nec sufficit quod sumpta,
5 † et de hoc non statur assertioni alienantiū, *Bart. in l. si forte. nu. 6. ff. de castr. pecul. & in auth. si quis in aliquo. num. 22. C. de eden. & dictum fuit anno præterito 22 Octobris in Romana Domus corā Reuerendiss. Alex. & in d. Aduersana Tenimenti.*

6 Deficit etiam causa, quia † non probatur necessitas, vel vtilitas tempore renouationis contractus, *Dec. cons. 142. nu. 4. Cas. de Grass. dec. 4. de reb. Eccl. non alien.*

Non obstant nullitates opposite contra primam sententiam, videlicet ex defectu citationis, quia
7 † conclusio in causa præsentibus Procuratoribus æquipollet citationi ad sententiam, *Bald. in l. si accusatoribus. num. 16. ff. de accusat. Modern. de nullit. tit. vlt. num. 107. & seq. & fuit decisum in Burgen. Iuris ædificandi lunæ 22. Aprilis coram bon. mem. Orano.*

Secundo opponebatur nullitas ex defectu man-
8 dati eo,† quod non esset factum à Fratribus capi-
9 tulariter, verum fuit conclusum † valere mandatū factum per Priorem Prædicatorum sine consensu Fratrum, *per cap. edoceri. & ibi Felin. num. 6. de rescript. gl. & Doct. in clem. fin. de procur. Guidopap. dec. 321. Sarnen. 14. lib. 2.*

10 Accedit † ratificatio Monasterii per productionem iurium ad causam facientium, et sportularum assignationem, quæ supplet omnem defectum mādati, si adesset, *Rot. dec. 29. de procur. in. non.*

11 Tertio † opponebatur defectus citationis ad videndum transportari acta, Cuius defectus non fuit
12 habita ratio, quia † transportatio requiritur ad effectum, vt Iudex videat acta, et ex eo non infer-
13 tur præiudicium parti, † ad quod requiritur citatio, *fuit dictum in Toletana Primitiarum 17. Februarij 1581. corā Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino.*

14 Postremo deducebatur † nullitas ex defectu iurisdictionis, propterea quod esset lata tempore feriarum, *Ias. in l. resides. num. 2. ff. de fer.* sed cessat hęc nullitas parte non oponente, *l. 1. §. si Prætor. ff. de fer. &c.*

Penia

Penia

Cartaginen. Decimarum

Luna 29. Ianuarij 1607.

S V M M A R I A.

1. *Declaratoriæ vt locus sit, debet constare de intimatione, & reproductione executorialium, & quod fuerint seruati quatuor termini de stylo seruari soliti, & non constet de paritione.*
2. *Decima nõ soluitur per regulares de fructibus, qui inseruiunt pro vsu, & victu proprio ex bonis, quæ proprijs manibus colunt.*
3. *Dictiones, tantum, & dumtaxat, sunt exclusiuæ.*
4. *Nullitates circa sententias in negotio principali nõ tollunt effectum mandati de manutenendo.*

Decisio CDXVI.

POST multas partium allegationes in hac causa super diuersis articulis dedi dubium, An constaret de integra paritione executorialium, † quarũ facta fuerat intimatio, et reproductio, et seruati quatuor termini de stylo seruari soliti, *Mohed. dec. 1. de sent. excommunic.* et Rota vtraque parte informante non constare censuit, quia Fratres, et Conuentus S. Hieronymi della Noya, quibus incumbebat docere de paritione, non ostendebant, se paruisse, quinimmo potius videbatur constare de contrario ex testibus deponẽtibus quod, cum Agentes, pro Episcopo, et Capitulo vellẽt decimare, et propterea arboribus mororum impressierunt signa, Fratres non permittentes decimationem signa de arboribus deluerunt.

Neque à contumacia Fratres excusabat illa prætensio, quod cum in sententia contineretur exceptio, nisi manibus proprijs excollerent, et ipsi arbores colerent, et folia colligerent, et ad conficiẽdum sericum bombices alerent, non poterant dici contrauenisse. Quia fuit responsum † istam exceptionem posse verificari in fructibus, qui inseruiũt pro vsu proprio, et victu Fratrum, *Abb. in cap. ex parte. num. 3. vbi Aachar num. 2. vers. item quod dicit de herbis, & Io. de Anan. nu. 2. de decim. Rebuff. tract. de decim. q. 14. num. 54. vers. intelligi debet*, secus autem in folijs mororum, quæ licet Fratres colant, et proprijs manibus colligant pro alendis bombicibus ad conficiendum sericum, et consequẽter pertineant ad vtilitatem Fratrum, cum tamen nõ deseruiant ad vsum proprium, cessat exemptio, quam possunt prætendere vigore suorum Priuilegiorum, quæ non extenduntur ad alium casum, quam ad vsum proprium Fratrũ, *Abb. & Aachar. præcit. loc.* qui vtuntur dictionibus, Tantum, et Dumtaxat, † quæ sunt exclusiuæ excepto vsu proprio, *l. si solis. C. de reuoca. ad. donat. Paris. cons. 85. num. 47. lib. 2.*

Nullitates sententiarum, quas opponebant informantes pro Conuentu de la Noya, non obstabant, quia, licet fuissent considerabiles, † non tollebant effectum mandati de manutenendo concessum Episcopo, et Capitulo à bo. mem. Gyptio, cui Fratres non docebant se paruisse.

Et quatenus ad rem pertinerent, de his poterat particulariter videri. etc.

Cardinali Lancellotto

Placentina Prabenda

Veneris 24. Februarij 1603.

S V M M A R I A.

1. *Actor dicitur, qui prius ad iudicium prouocauit. Decl. vt num. 2. & 5.*
3. *Committens causam iactationis dicitur Reus. Ampl. vt num. 4.*
6. *Possessio instrumentalis possessione tunc vacua dicitur considerabilis.*
7. *Possessio posterior stante anteriori dicitur clandestina.*
8. *Molestationes, & turbationes contra possidentem, qui non habuit se pro spoliato, non sunt attendenda, nec ei praiudicant, quin sit habendus pro possessore.*
9. *Manutentio concessa ex molestationibus, & turbationibus contra possidentem est iniusta.*
10. *Sequestrum non operatur, quin possessor sit habendus pro Reo ad effectum probationis.*
11. *Sequestrum de ordine Iudicis oppositum non priuat quemquam sua possessione.*

Decisio CDXVII.

LIcet † ille dicatur actor, qui prius prouocauit ad iudicium *l. in tribus. ff. de iud. cap. forus. §. accusator. de verb. signif.* tamen in casu, de quo agitur, Domini censuerunt, Petrum Mariam esse actorem, Laurentium vero sustinere partes Rei non obstante, quod hic prius ad iudiciũ prouocauerit; nam † adhunc effectum attenditur potius originalis naturæ causæ, quam accidentalis, et sic non inspicitur citatio, sed petitio, *Alex. cons. 103. num. 6. lib. 5. Aym. cons. 182. nu. 21. Osasc. dec. Pedemont. 151. num. 5. Mohed. dec. 5. de iud. & fuit dictum in causa Barchinonen. Praeceptoriarum 17. Februarij 1568. coram bo. me. Cardinali Lancellotto & coram me in causa Milanen. Bonorum 15. Martij 1599.* Vnde, cum præceptum ad instantiam Laurentii factum tendat ad defensionem suæ possessionis, et exceptionem tuendam, nec non ad remouẽdas inquietationes, et molestationes, facit ipsum Reum, † sicuti de eo, qui commisit causam iactationis *fuit late dictum in causa Romana à Burdosia coram Sanctissimo D. N. Aprilis 1575.* vbi quoque fuit dictum, † id procedere etiam si particulariter fuerit petitum declarari aduersario nullum ius cõpetere.

Ex alio etiam capite Domini dixerunt, Laurentium reputari debere pro Reo propter eius antiquorem possessionem, † quæ, licet fuerit instrumentalis, tamẽ, cum de eo tempore possessio esset vacua, non est dubium, quin esset considerabilis, *l. prædia. cum ibi not. ff. de acq. poss. Put. dec. 360. nu. 8. lib. 1. cum. vulgat.* Neque obstare posteriorẽ possessionem Petri Mariæ, quæ prætenditur etiam cũ perceptione fructuum; Quia, † stante anteriori possessione Laurentii, hęc posterior dicitur clandestina, *cap. licet causam. & ibi Doct. de prob & fuit sæpe decisum.* † Molestationes vero, et turbationes Laurentio illatæ, cum ipse non habuerit se pro spoliato, non sunt attendendæ, nec operantur, quin sit habendus pro possessore, *iuxta decis. Put. 419. lib. 2.* † Ex quo etiam sequitur, quod manutentio concessa Petro Mariæ à Vicario Placentino fue-

rit

rit iniusta, *Bart. in l. si duo. num. 4. ff. uti possid.*

Et quamuis alias Rota existimauerit, prædictā possessionem fuisse vitiosam, ac inde illam seque-
10 strauerit, tamen sequestrum huiusmodi non operatur, quin Laurentius sit habendus pro Reo ad
11 effectum probationis, † cum sequestrum de ordine Iudicis appositum non priuet quamquam sua possessione, *l. interesse puto & ibi Castr. & alij ff. de acq. poss. & in his terminis fuit resolutum in causa Parmen. Prioratus 16. Ianuarij 1598. coram bo. me. Grano. &c.*

Iusto

Vlixbonen. Præeminentiarum

Veneris 18. Aprilis 1603.

S V M M A R I A.

1. *Spoliato se asserenti aut possessionem esse penes aduersarium non competit manutentio. Ampl. vt nu. 3. Lim vt num. 5. & seqq.*
2. *Simul stare non possunt, quod quis sit spoliatus, & quod petat se manuteneri.*
4. *Remedium l. fin. habet naturam immissionis, & conseruationis.*
6. *Interdictum retinendæ cum spolio non potest dici intentatum, vbi apparet de animo potentis, quod non habuit se pro spoliato.*
7. *Possessor repulsus adeundo Iudicem amittit etiam possessionem ciuilem.*
8. *Verba, Existebat in possessione, in libello an intelligantur de tempore præsenti, vel præterito.*
9. *Conclusio attenditur in libello.*

Decisio CDXVIII.

EX lectura libelli fuit Dominis visum, clare apparere esse intentatam actionem Spolii, et Cantorem habuisse se pro spoliato. Dicitur enim pro parte Cantoris, Præfatus Reus se in dicto officio intromisit, et Actorem spoliauerat; et rursus, ibi, Supradictum Actorem sua posses-
1 sione immemorabilis spoliando, vnde † impossibile est, quod possit libellus applicari interdicto retinendæ, *Canar. pract. cap. 17. num. 3.* vbi dicit, quod cauere debet, qui petit hoc interdictum, ne asseueret, se spoliatum esse possessione ante litem motā, aut possessionem eo tempore penes aduersarium esse, sic Dominis placuit decisio *Verall. 43. lib. 2.*
2 *in manuscript.* quam sæpe secuti sunt, quia † non potest simul stare, quod quis sit spoliatus, et quod petat se manuteneri.

3 Nec facit, † quod postea subdat, quod Actor amplius in sua possessione non perturbetur, quoniam id intelligitur, sequuta restitutione pro conseruatione possessionis recuperatæ, *vt in simili de remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* † quod habet natu-
4 ram immissionis, et conseruationis.

Nō obstant decisiones coram Illustrissimo Cardinali Platto, que dantur, et aliæ, quoniam hoc modo simpliciter allegatæ in Rota semper habuerūt
5 difficultatem, verum, si bene aduertantur, † non loquuntur in eo, qui habuit se pro spoliato, sed qui solum petit restitutionem, quod est intelligendū
6 tempore turbationis, et † quando apparet de animo, quod non habuit se pro spoliato, non potest intentari interdictum retinendæ cum spolio, *Iaf. in §. nihil commune. num. 154.* Et ita intelligitur decisio *Mediolanen. Cappellæ corā me 20. Iunii 1594.* Secus est in hoc casu, vbi narrat Cantor actus particulares, et positiuos spoliationis gestos ab ipso Decano, qui spoliauit, et tempus, et dies continuatos, et quod Decanus noluit restituere suam possessionem in illis actibus, vnde patet, amissam fuisse vtramque possessionem, *& bene bitrare d. decisio-*
7 *nem Vell. 43. in manuscript.* nam Cantor, † cum vidisset se repelli, adiuit Iudicem, adeo quod amisit etiam ciuilem, *l. clam possidere. §. qui ad nundinas, vbi Doctor. ff. de acqu. poss. leg. de pupilla. §. meminisse ff. de non. oper. nunciat.* et repulsus tempore motæ litis non possidebat.

Nec facit verbum illud ponderatum Existebat
8 in possessione, † quod est actum intelligi de tempore præsenti, nam alia verba, quæ ostendunt Cantorem habuisse se pro spoliato remouent istā difficultatem, ita vt, illud verbum, Existebat, non possit intelligi de tempore libelli, sed de tempore præterito.

Non obstant prædictis verba libelli, Pro quorū omnium, et singulorum adimplemento, etc. quia habent relationem ad prædicta, vbi concluditur in
9 spolio, et † in libello attenditur conclusio, *Bald. in l. certi conditio sub num. 3. ff. si cert. pet. Dec. cons. 57. in princ. Ant. Aug. in suo repert. in tit. commun. de iud. sub tit. general. de iud. num. 10. cum aliis allegatis,* maxime quia verba sententiæ concludunt in restitutione.

Et ita fuit dictum etc.

Cardinali Sacrato

Balneorigen. Terrarum

Lunæ 26. Maij 1623.

S V M M A R I A.

1. *Possessio vnius non intelligitur priuatiue ad aliū.*
2. *Patientia illius, de cuius dominio, vel anteriori possessione non constat, non est necessaria ad effectū acquisitionis possessionis, & manutentionis.*
3. *Testes deponentes de possessione alicuius iure familiaritatis non probant, nisi rationem reddant vti deponentes de re, quæ non cadit sub sensu corporis.*
4. *Possessio vnius respectu alterius non præsumitur iure familiaritatis quando non apparet magis de vnius quam alterius iure.*
5. *Ampl. præsertim quando possessio est per multum tempus continuata.*

Decisio CDXIX.

FVit conclusum, vt daretur mandatum de manutendo D. Pyrrho in Scapiis non laboratis, de quibus agitur, quoad pascendum, lignandum, et faciendum Mandrias vna cum D. Ioanne Paulo, quia de huiusmodi possessione bene deponunt testes D. Pyrrhi.

Non obstant testes D. Ioannis Pauli late depo-
1 nentes de eius possessione, quia † ex hoc non sequitur, quin D. Pyrrhus non possederit cum eo, *Riminald. sen. in cons. 219. nu. 15. cum pluribus seqq. vol. 2. & fuit in specie dictum in causa Placentina deuolutionis bonorum 18. Martii 1602. coram R. P. D. meo Penia.*

Non obstat, quod non constet de patientia D. Ioannis Pauli, immo potius de contradictione, nā
2 † ex quo non constat de dominio D. Ioannis Pauli, vel de eius anteriori possessione, talis patientia

non

non eſt neceſſaria, *ita fuit in iſtis terminis reſolutū in cauſa Monaſterien. Iuriſpatronatus 13. Martij 1594. coram R.P.D. meo Penia.*

Non obſtat, quod aliqui teſtes D. Ioannis Pauli conentur deponere poſſeſsionem D. Pyrrhi fuiſſe 3 iure familiaritatis, † quia nullam ſuper hoc reddunt rationem, prout requiritur, quando deponunt de re, quæ nō cadit ſub ſenſu corporis, *vt per Iano. in cap. cum cauſam. num. 2. & 3. de teſtib. Bald. in* 4 *l. totam num. 1. verſ. ſed quando. C. de teſtib.* † nec poſſeſsio iure familiaritatis præſumitur, quando, vt in hoc caſu, non apparet magis de iure vnius, quam alterius, *Ang. in l. qui iure familiaritatis. & ibi etiam Aret. verſ. quarto adde. Alex. ibid. num. 5.* 5 *ff. de acq. poſſ.* † maxime quando poſſeſsio eſt per multum tempus continuata *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina. num. 68. de cauſ. poſſeſſ. & propr. &c.*

Cardinali Pamphilio

Senogalien. prætenſi Spolij

Veneris 27. Junij 1603.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus probans ſuam poſſeſſionem anteriorem poſſeſſione ſpoliantis eſt reſtituendus.*

2 *Poſſeſſio probatur per teſtes de ea, & fructuum perceptione deponentes. & num. 6.*

3 *Poſſeſſio nō poteſt intelligi iure familiaritatis, circa quam deponant teſtes de actibus locationis, inciſionis arborum, ædificij domus, & alijs ſolitis fieri à veris Dominis. & num. 6.*

4 *Ampl. eo magis conſtita de titulo.*

5 *Poſſidens iure familiaritatis ſuperueniente titulo cenſetur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſſionis.*

7 *Alienare prædium Pater non poteſt in præiudiciū filij illius domini.*

8 *Venditio cenſetur facta de re propria, non de aliena.*

9 *Teſtium examen nō purgatis attentatis non ſit nullum.*

10 *Receſſum dicitur à recuſatione Iudicis ex comparitione, & datione Interrogatoriorum.*

11 *Iudicis recuſatio fieri debet cum iuramento, & expreſſione cauſæ.*

12 *Spolij ſecundum extremum probatur ex ſubſtentatione litis, & mandato de manutenendo alias obtento.*

13 *Mandatum de manutenendo præſupponit poſſeſſionem.*

Deciſio CDXX.

1 DOmini dixerunt Scipionem eſſe reſtituēdum ad poſſeſsionem Prædij de Valenga, † in qua exiſtebat, antequam Diana illam occuparet, *Abb. in cap. cum ad Sedem num. 17. de reſtit. ſpol. Alex. conſ. 6. nu. 5. lib. 3. Ruin. conſ. 12. num. 10. lib. 4. Caputaq. dec. 69. lib. 2.*

Quod enim Scipio hoc prędium poſſederit poſt obitum Matris, bene probant teſtes pro illius parte coram Vicario Epiſcopi Senogallien. repetiti, 2 † qui deponūt de eius poſſeſsione cum fructuū perceptione, *l. titia. vbi Bart. ff. de ſolut. l. liribus. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Pariſ. conſ. 107. num. 22. lib. 1. Aym. conſ. 107. num. 2.*

3 Et iſta poſſeſsio † non poteſt intelligi iure familiaritatis cum Hieronymo patre, quia teſtes loquuntur de locatione prædii de inciſione arborum

& ædificio domus propriis expenſis, & aliis actib. qui ſolent fieri à veris Dominis rerum ſuarum, & ius familiaritatis excludunt, *l. 2. ibi omnia vt domi num geſſiſſe. & ibi Bart. num. 3. Ang. ſub num. 4. & Salyc. num. 2. C. de acq. poſſ. l. Titia. ibi, pro domino. vbi Ang. ff. de ſolut. Socc. conſ. 15. num. 2. lib. 4.*

Præſertim ſtante titulo, quia huiuſmodi prædiū fuit emptum à matre Scipionis, & ei obtigit in 4 diuiſione, † quod oſtendit poſſeſsionem fuiſſe iure proprio in vim tituli præcedētis *l. 2. C. de acq. poſſ. l. quædam. ff. de rei vindic.* nō autem iure familiaritatis, *gl. & Doct. in l. qui iure. ff. de acq. poſſ. Alex. conſ. 88. num. 6. lib. 2. Neuiz. conſ. 68. num. 7.*

Non obſtat, quod medietas huius prædij in diuiſione obuenerit Fabritio fratri Scipionis, quia Fa5 britius donauit ſuam portionem Scipioni, † qui ſuperuenienti huiuſmodi titulo cenſetur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſsionis, quatenus ab initio pro hac medietate fuiſſet iure familiaritatis, *l. non ſolum §. quod vulgo. ff. de vſucap. l. 3. §. illud. & l. qui bona. §. 6 r. ff. de acq. poſſ. Put. dec. 446. lib. 2.* † maximè quod eius poſſeſsio fuit cum perceptione fructuum, & alijs actibus à veris Dominis, & poſſeſſoribus fieri ſolitis, *d. l. Titia. cum alijs ſupra allegatis.*

Non obſtat, quod prædium fuerit à Hieronymo 7 datum in dotem Dianæ, † quia hoc facere non poterat in præiudicium Scipionis filij, cuius erat prędium, *l. 1. vbi notant omnes. C. de bon. matern.* vltra 8 quod † iſta aſsignatio videtur potius intelligenda de alio prædio exiſtente in eodem loco de Valenga, quod erat proprium ipſius Hieronymi, *ad l. cū tabernas. ff. de contr. empt. l. 1. C. ſi pign. pignor. dat. ſit.*

Non obſtant nullitates contra examen teſtium 9 excitatæ, quia, † quod teſtes fuerint examinati non purgatis attentatis, non placuit Dominis ſtante depoſito ſcutorum 25. pro expenſis iuxta taxationem factam à D. Cordub. de ordine Rotæ, quæ habuit hanc taxationem pro bona, & mandauit procedi ad vlteriora non obſtante alia taxatione abſq; decreto Iudicis facta per Menſarium ad maiorem ſummam compræhenſis expenſis reſpicientibus cauſam principalem, quæ nihil commune habent cum purgatione attentatorum; & quamuis poſtea mandauerim ſolui alia ſcuta 28. hoc tamen fuit factum poſt repetitionem teſtium factum cum Interrogatorijs, & Interprete ipſius partis, & non annullat examen, cum ſtatim fuerint ſoluta, *vt in ſimili fuit reſolutum in vna Taurisien. Legitimationis 10. Decembris 1557. coram Oradino.*

Non obſtat alia nullitas ex recuſatione Vicarii 10 Senogallien. quia † fuit ab ea receſſum ex comparitione partis coram ipſo dando interrogatoria, & deueniendo ad alios actus etiam abſque repetitione recuſationis, *Abb. in cap. cum ſpeciali. ſub num. 14. de appell. Alex. conſ. 12. num. 6. lib. 6. Put.* 11 *dec. 180. lib. 1.* † maximè quod recuſatio fuit facta ſine iuramento, & abſque expreſsione alicuius cauſæ *d. cap. cum ſpeciali. & ibi omnes. de appell. & ſæpius fuit reſolutum.*

12 De ſecundo extremo non dubitatur † ſtāte ſubſtentatione litis coadiuuata ex mandato de ma13 nutenendo dato Dianæ, † quod præſupponit poſſeſsionem, *§. retinendæ. Inſt. de interd. cum vulg.*

Cardinali Sacrato

Anconitana Fideiussionis

......29. Ianuarii 1604.

S V M M A R I A.

1 *Possessio captu in vim sententia, à qua pendebat appellatio, nulla est.*
2 *Continuans non attentat.*
3 *Possessio instrumentalis, cum alter semper fuerit in possessione naturali, non potest parere solitos possessionis effectus.*
4 *Sequestrum Iudicis à quo, causa appellationis corã alio pendente, est attentatum.*
5 *Sequestrum apponi non potest sub prætextu, quod partes ad arma sint deuenturæ.*
6 *Attentare non possunt, nec dare de attentatis, qui non sunt in lite.*

Decis. CDXXI.

1 FVit resolutum,† possessionem captam à Pandulphino post interpositam per Antonium appellationem à sententia Rotali fuisse nullam, & attentatam, *cap. non solum. de appell. lib. 6. cap. post appellationem. 2. qu. 6. glos. in cap. dilecto. verb. exequendum. de appell.*

Non obstat prætensa anterior possessio Pandul- 2 phini, ex quia infertur ad reg.† qui continuat non attentat, *cap. 1. vt lit. pend. Verall. dec. 51. par. 1.* Quia possessio Pandulphini fuit mere instrumenta- 3 lis, vt patet ex processu, Vnde,† cum alius semper fuerit in naturali possessione, non potuit parere solitos possessionis effectus, prout fuit sępius decisum in Rota, *& in specie in causa Senen. Pontis 12. Ianij 1573. coram R. P. D. meo Seraphino.*

Nec tenet sequestrum Gubernatoris Anconæ, 4 † quia pendente appellatione nec ipse poterat quidquã quouis prætextu innouare, *ex relatis per* 5 *Modern. de attent. 2. par. cap. 4. limit. 1. num. 3.* † nec enim prætextu, quod partes ad arma sint deuenturæ, potest Iudex minus legitime apponere sequestrum ex notabili doctrina Baldi, quam refert, & sequitur *Ias. in l. existimauerit. in 4. limit. ff. si cert. per.* Et prædicta procedunt respectu Antonii, non autem respectu Ioannis Baptistæ, & Vincentii, 6 † qui, cum non sint in lite, sicut nec attentare possunt, iuribus supra allegatis, ita nec dare de attentatis, *Achill. dec. 28. de appellat. & fuit alias dictũ in Rota.*

E O D E M

Balneorigen. Confinium

Veneris 4. Aprilis 1604.

S V M M A R I A.

1 *Iurisdictionis exercitium important exactio gabellarum, appositio custodum, pignorationes, & capturæ bestiarum pro damnis datis.*
2 *Amplia eo magis si actus sint multiplicati, & successiui.*
3 *Extende præsertim contra illum, contra quem actus facti fuerunt.*
4 *Possessio territorij probatur p exercitiũ iurisdictionis*
5 *Territorium possidenti de tempore motæ litis danda est manutentio*
6 *Manutentio in iurisdictione non datur absque titulo. Decl. vt num 7.*
8 *Territorium possidens dicitur possidere etiam illius partem.*
9 *Possessionis commodo possessor, donec de petitorio disputetur, priuari non debet.*
10 *Probatum aliquid non dicitur, donec in progressu causæ contrarium probari potest.*
11 *Scientia, & patientia illius, de cuius dominio, vel possessione non constat, non est necessaria ad effectum acquisitionis possessionis, & manutentionis.*
12 *Scientia, & patientia alicuius in exercitio iurisdictionis probatur ex acta facto contra ipsum respectu iurisdictionis in illa specie.*

Decisio CDXXII.

PRO manutentione D. Ioannis Pauli fuit cõclusum, quia ex testibus, quorum summarium pro illius parte datur, apparet, ipsum in territorio controuerso fecisse plures actus possessionis, nempe exegisse gabellas, apposuisse custodes, fecisse pignorationes, ac capturas bestiarũ 1 p damnis datis,† quæ omnia important exercitiũ iurisdictionis, ex iis, quos late congerit *Nat. cons.* 2 *672. à num. 1. vsque ad 11.* & † procedunt eo magis in hoc casu, quo actus fuerunt multiplicati, & successiuè, *Paris. cons. 111. num. 72. lib. 1.* & aliqui illorum, nempe captura animalium pro damnis datis fuerunt facti contra ipsummet D. Pyrrhum aduersarium, qui soluit damnum datum, vt dicunt quartus testis D. Ioannis Pauli super Interrogatoriis iuxta 13. & decimus testis iuxta eumdem Interrogatorium, & sextus testis iuxta 14. & nonus 3 iuxta 21.† qui actus multo magis concludit illius subiectionem in loco controuerso, *Bald. in l. data opera. num. 28. vers. vt in faciendo maior. & plenior* 4 *subiect. C. de his qui accusar. non poss.* † per exercitium autem iurisdictionis, clarum est, probari possessionẽ territorii, *l. pupillus. § territorium. ff. de verb. signif. Abb. cons. 62. num 8. vers. item iuberat. lib. 2.* 5 et † possidenti territorium de tempore motæ litis danda est manutentio, *vt in specie fuit dictũ in causa Farten. Territorij 9. Iunij 1589. & 23 Februarij 1590. coram Gypsio.*

6 Non obstat, quod † manutentio in iurisdictione non detur sine titulo, *Ægid. dec. 17. ante numerũ. 1. Caputaq. dec. 77. num 7 Couar. pract. quæst. cap. 17.* 7 *num. 6. vers. primo est cum similib.* quia † illa iura procedunt, quando ius resistit possessioni, videlicet quando prætenditur iurisdictio in territorio, quod non dubitatur esse alterius, tunc enim possessor habet præsumptionem iuris contra se, vt dicũt allegati Doctores, secus dicendum videtur, quando inter duo Castra contenditur de extensione territorii, quia tunc ius non resistit magis vni, quam alteri, sed defert cõsuetudini, *Innoc. in cap. cum ad sedem. num. 2. de restit. spol. Abb cons. 62. nu. 8. vers. cum autem petitur par. 2.*

Non obstat, quod ex testibus D. Pyrrhi, et enunciatiua instrumenti de anno 1537. constet locum differentiæ esse in territorio Castri Tipicciani, 8 † et propterea D. Pyrrhus possidendo Tipiccianũ possederit, et hoc territorium tamquam illius partem *l. 3. vbi Imol. num. 1. ff de acq. poss.* quia ista inspectio, nempe in cuius territorio existat locus 9 controuersus, concernit petitorium,† quod donec disputatur, non debet D. Ioannes Paulus commodo suæ possessionis carere hodie *§. retinendæ. Inst.* de

de interd.& fuit in specie dictũ in alleg.dec.Farfen. e oram Gyptio.

Neque ex prædictis potest dici, constare de non iure D.Ioannis Pauli in petitorio, nam, preter exceptiones, quæ dantur contra dicta, et personas te-
10 stium, de quibus suo tempore, Respondetur, † nun quam posse dici cõstare de aliquo, donec fieri potest, quod in progressu causæ probetur contrarium, *Ægid.dec.624.*

Ex prædictis cessat aliud obiectum, quod non
11 constet de scientia, et patientia D.Pyrrhi, † Quia ista non sunt necessaria, quandoquidem non constet de illius dominio, vel anteriori possessione, *vt fuit in specie dictum ad fauorem eiusdem D.Pyrrhi in alia Balneorigen. Terrarum coram me mense*
12 *Maij proxime elapsi*, vltra quod † scientia, et patientia respectu iurisdictionis circa damna data non potest negari, eum D. Ioannes Paulus illam exercuerit in animalibus ipsiusmet D. Pyrrhi etc.

E O D E M

Bracharen. Iurispatronatus de Padurelso.

Lunæ 13. Maii 1605:

S V M M A R I A.

1 *Possessio instrumentalis, quæ non erat vacans, non attenditur.*
2 *Sequestrum necessarium non priuat aliquem sua possessione.*
3 *Possessio vacans transfertur in sequestratarium.*
4 *Tertij possessio quanda possit allegari.*
5 *Detentio defuncti cam perceptione fructuum suffi-cit ad effectum immissionis, etiam si sit vitiosa.*
6 *Testes singulares non probant.*

Decis. CDXXIII.

FVit dictum, gratiam Francisci non esse iustificatam quoad obitum Simeonis, quia licet ex instrumento appareat, quod D.Simeon
1 accepit possessionem beneficii, tamen † ex quo possessio erat plena, talis appræhensio instrumentalis non attenditur, vt sæpissime fuit decisum.

Quod autem possessio esset plena, patet ex eo, quia ista possessio fuerat pee prius occupata per Ferdinandum Luis, et postea, cum ex parte Pauli Mendos prætenderetur attentata, fuit per Rotam posita sub sequestro; Vnde dicebant Domini, vel possessio Ferdinandi fuit valida, et ille adhuc pos-
2 sidet, quia † sequestrum necessarium non priuat aliquẽ sua possessione, *vt in Assisien. Beneficij de anno 1587. coram Reuerendissimo D. meo Alexandrina, & aliis pluribus*, vel fuit inualida, et nullius considerationis, vt verius existimabatur, stante decisio-
3 ne super hoc facta, et † cum possessio esset vacans, fuit translata in sequestratarium, *Aret.in l.interesse.de acq. poss. Coras.lib.2.miscel.cap.2.numer.15.*
4 † Nec videtur dubitandum, quod Paulus, licet non possessor, possit allegare possessionem tertii ed excludendum Franciscum, qui petit subrogari in possessionem Simeonis, *Bart.in l.1.§.ait.Prætor. num.19.ff.vti possid.& fuit dictam in causa Romana partis domas 13. Iunii 1603.coram me.*

Non obstat, quod Simeon saltem fuerit in detẽ-
5 tatione cum perceptione fructuum, † quod sufficit ad hunc effectum immissionis, etiam si talis possessio dicatur vitiosa, *vt fuit dictum in causa Legionen. Præstimanii 15.Decembris.1593.coram Illustrissimo Mantica, & in aliis, qaæ ibi allegantur*, quia tale obiectum fuit sublatum ex facto, nam testes, quorum copia data fuit in primo summario Francisci, nil dicunt de pereeptione fructuum, alii vero duo, qui dantur in memorialibus, nil probant, primus non dicit de perceptione fructuum ipsius Simeonis, sed suorum fratrum, quos non constat quo nomine perceperint secundus vero deponit de quadam locatione facta pee Procuratorem Simeonis, sed non dicit, quis fuerit ille Procurator, quo nomine locauerit, et an locatio habuerit effectum; et
6 in omnem euentum sunt testes singularea, † qui nõ probant, *l.licet causam.de testib.cum concord.*

Cardinali Mellino

Nepesina Laudi

Veneris 10. Decembris 1604.

S V M M A R I A.

1 *Periurii exteptio oritur ex contrauentione iuramenti.*
2 *Absolutio d iuramenta apposito in compromissa on reqairatur stante nullitate, vel iniustitia laudi.*
3 *Absolutio d iuramento an requiratur staate enormissima lesione.*
4 *Iaramentum vt eludatur, non est aperienda via.*
5 *Absolutio à iuramenta noa suffragatar post incursum periarium, sed requiritur absolutio etiam ab incursu periurii.*
6 *Maadatam præsumitur coniecturis, de quibus hic. & num.seqq.*
7 *Laudi executio stante obligatione camerali nõ impeditur, nisi ex oppositione de illius nullitate, vel iniustitia.*
8 *Procurator non censetur sine causa contra voluntatem constituentium suscepisse laborem comparẽdi ia causa, & opponendi de nullitate, & iniustitia*
9 *Absolutio debet esse ab omnibus iuramentis, alias non suffragatur.*
10 *Clausula, sub pæna refectionis damnoram, stat ampliatiue, nec excludit periurium.& num.11.*
11 *Compromissum primum declarat secundum.*

Decisio CDXXIV.

DOmini censuerunt, Cerbellis obstare exceptionem periurii. Mouebantur, quia iurauerunt acquiescere laudo ferẽdo pee D.Hortensium Cellum, et ab eo non reclamare, nec appellare, nec dicere de nullitate, etiã sub prętextu enormissimę lęsionis, et non petere absolutionem, et ea impetrata non vti, et propterea cum postea coram A. C. apposuerint in iudicio de nullitate; et iniustitia laudi, contrauentio
1 iuramenti est clara, † ex qua oritur exceptio periurii.

Non obstat præcipuum fundamentum, quod fit per informantes, quod laudum est nullum, et iniu-
2 stum, quia † hoc non excusat Corbellos: Cum enim nullitas, et iniustitia non esset detecta coram A. C. non poterant propria auctoritate contemnere iuramentum, sed debebant obtinere prius absolutionem, *Bald. cons.155.lib. 3. & fuit resolatum ia causa Tirasonen. Decimarum 8. Octobris 1576. coram bo. me.Oriolen.* et difficultas quæ est inter

3 Doctores,† An stante enormissima lęsione requiratur absolutio, habet locum, quando de enormissima laesione constat per sententiaa lataa sine oppositione partis de periurio, alias semper est necessaria absolutio,& † non est aperienda via, vt eludatur iuramentum, *vt fuit resolutum in causa Romana legitimae de Vrsinis 20. Maij 1588. coram bo.me. Bubalo , & in causa Segnina Castrorum 26. Iunij 1602. coram R.P.D meo Ludouisio.*

4

Nō obstat absolutio, quia isti actus facti corā A.

5 C.pcedūt absolutionē, et ,ppterea, †cū ante absolutionē esset incursū periuriū, in hoc casu absolutio à iuramento nō suffragatur, sed est necessaria absolutio a periurio iam incurso. *Assist. dec. 220. n. 17.*

Nec secundū Dominos possunt excusari ex de-

6 fectu mandati procucatoris , quia † concurrunt plures coniecturæ , quod omnes isti actus fuerint facti à Procuratore de eorū mandato. Primo quia ipsi comparuerunt in causa, & die sequenti constituerunt Procuratorem in actis Notarij huius causæ. Secundo quia ad eorum instantiam causa appellationis à decreto A.C. fuit commissa in Rota, & in hoc iudicio acta coram A.C. fuerunt transportata, & coram me repetita. Tertio materia redditur multum verisimilis, quia pro parte Hieronymæ petebatur executio laudi, quam Cerbelli volebant euitare, & ad istum effectum postea petierūt absolutionem à iuramentis , & propterea erat necessarium, quod opponerent de nullitate, & iniusti-

7 tia laudi , quia † propter obligationem cameralē non poterant alio modo impedire executionem, & hoc eo magis dicendum est, quia si voluissent parere laudo, constitutio Procuratoris in actis Nota-

8 rij causæ fuisset superflua, & † Procurator sine causa contra volontatem constituentium non suscepisset istum laborem comparendi in causa, & opponendi de nullitate, & iniustitia; & cessat omnis dif

9 ficultas , quia † absolutio ad istum effectum non suffragatur , cum non comprehendat omnia iuramenta, *vt fuit resolutū corā me in causa Placentina Castri 4. Iulij* 1601 & propterea saltem fuit incursum periuriū per actus contrauentionis factos post impetratam absolutionem .

Non obstat, quod promissio de non vtendo absolutione habet suam particularem prouisionem, quod teneantur ad refectionem damnorum , quia

10 Domini intelligunt, quod † illa clausula, sub pęna refectionis damnorum , sit ampliatiue, & vltra periurium teneantur ad refectionem damnorum, quia nō est verisimile, quod voluerint tollere vim, & efficaciam iuramenti dando facultatem contrauenendi de facto , & tanto magis quia in primo

11 compromisso , † quod seruit pro interpretatione secundi, ista clausula est posita augumentatiue, etiā sub pęna refectionis damnorum. &c.

Penia

Castellanen. Juris pascendi

Lunæ 19. Februarij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo in vsu pascendi datur pro certo anni tempore vni, & pro reliquo anni tempore alteri, vt hic.*

2 *Praeiudicio alterius est per Iudicem prouidēdum.*

Decisio CDXXV.

DVbitaui in hac causa , cui esset dandum mandatum de manutenendo in vsu pascēdi in territorio Diœcesis Castellanē. nuncupato, le Diffese della Gualdella, quod olim Robertus Guiscardas donauerat Episcopo Ciuita-

1 tis Castellanę; Et † Rota vtraque parte informante censuit , Episcopo dandum fuisse mandatum de manutenendo pro tribus mensibus, videlicet à Festo S. Michaelis mensis Septembris vsque ad Festum Natiuitatis D.N. siue per totum mensem Decembris , quo tempore Homines Communitatis non possunt ibi pasculari, nisi cum Bobus aratorijs tantum , hoc enim probant testes Communitatis, quod nec Communitas ipsa controuertebat.

Rursus Rota dixit Cōmunitati Castellanæ pro reliquis mensibus dandum fuisse simile mādatum pasculandi cum omnibus animalibus indifferenter quod neque Episcopus Castellanus negabat, & cōcludenter probant testes Communitatis , & Episcopi.

Et quoniam difficultas reducebatur ad cautelā, qua vtebantur Ciues, qui, cum antea essent soliti pro certa mercede, siue pretio conducere ab Episcopo pascua illius territorii pro dd. tribus mensibus ad eum pertinentibus, id vel facere nolentes, vel recusantes, expectantesque prædictorum trium mensium lapsum in præiudicium mensæ Episcopa-

2 lis integris pascuis vtebantur , † cui præiudicio Domini prouidere volentes dixerunt, quod si Ciues Castellani conducere, seu emere pascua, prout moris fuerat, recusarent, æstimationem pascuorum Episcopo persoluerent. &c.

Cardinali Marcomontio

Romana Bonorum

Mercurij 22. Iunij 1605.

S V M M A R I A.

1 *Instrumenta per Notarios rogata possunt quandocumq; extrahi etiam sine partis citatione.*

2 *Recognitio manus Notarij est necessaria, alias scriptura non probat. & num. 5. 6. & 8.*

3 *Recognitio manus Notarii, vel legalitatis facienda est parte citata .*

4 *Archiuista potest instrumentum in publicam formam extrahere absque solemnitatibus.*

6 *Archiuista eamdem habet facultatem, quam Notarius rogatus in extrahendo .*

7 *Extrahenti dicenti se Archiuistam creditur.*

8 *Lim vt tamen non credatur, quod scriptura est de eius manu, nisi recognoscatur.*

9 *Remissoria an dicatur sine iurisdictione relaxata non transportatis integris actis. & nu. 11.*

10 *Actorum non integra transportatio argui non potest ex verbis Notarii , Omissis aliis, & prout latius, cum sint solita apponi ex stylo Notariorum. & quare.*

11 *Iurisdictionis defectus non inducitur ex non integra transportatione actorum.*

12 *Citari an debeat adultus vna cum Curatore.*

Decis.

Decis. CDXXVI.

QVoad instrumenta leuata per proprios Notarios de illis rogatos † non aderat dubium, quin id etiam parte non citata, & quandocumque fieri posset, *vt tenuit Rot. in causa Dertusen. coram Illustrissimo Pamphilio, & sæpe alias*, sed, † cum recognitio manus, seu scripturæ Notarii necessaria sit, *Put. dec. 336. lib. 2.* & in instrumentis in hac causa productis per Eusebiam pro eorum recognitione † apposita sit legalitas, lite iam in Rota pendente, & parte non citata, Domini censuerunt, huiusmodi recognitionem non esse bonam, & legalitatem non esse sufficientem, *vt olim fuit dictum in causa Beneuentana Silua de anno 1563. coram Oradino, & nuper de anno proxime præterito in causa literarum Beneficii coram D. meo Sacrato.*

Idem etiam tenuerunt Domini quoad instrumẽta extracta per Archiuistam, † licet enim iste videretur posse extrahere in publicam formam absq; solemnitate, vti successor in officio, & habens facultatem extrahendi. vigore Constitutionis Sixti V. siue bannimentorũ super eius obseruantia editorum, *Caputaq. dec. 251. par. 2.* tamen, † cum non constet huiusmodi extensionem ab ipso factam fuisse, ex quo eius manus non est legitime recognita, non potest in ea fieri aliquod fundamentum. Ideoque non obstant allegata bannimenta, & constitutio, in quibus † Archiuista habet eamdem facultatem, quam Notarius rogatus, cui æquiparatur, quia, quidquid sit de eo, ao id actu receptum sit, & non procedat eo casu, quo lis sit in Curia introducta, certe cum esset, ex prædicta Constitutione Archiuistæ nihil amplius licet, quam Actuario, recognitio, & legalitas apposita in instrumentis in hac causa per Archiuistam extractis perinde est insufficiens, ac illa Notariorum Actuariorum, de qua supra dictum est.

Neque obstat, quod non videatur necessaria ista legalitas, cum † extrahenti, cum dicit se Archiuistam, credatur in hoc, *Verall. dec. 245. par. 2.* Respõdetur enim † non propterea credi, quod ea scriptura sit de eius manu, & ad id probandum necessariam esse sufficientem recognitionem. Atque ex his Domini dixerunt, iura non esse in forma probanti.

Sed quoad alteram dubii partem tenuerunt testes fuisse valide examinatos, si modo tẽpore examinis Hector erat Curator. Nam quod opponitur † remissoriã sine iurisdictione fuisse relaxatã, quia acta non erant integre transportata, id non subsistit in facto, cum † illa verba, Omissis aliis, † & prout latius, apponi solita sint de stylo Notariorũ ad subintelligendas clausulas ordinarias, nec ex illis actorum non integra transportatio argui potest.

Deinde † non inducitur defectus iurisdictionis ex non integra actorum transportatione, *vt nuper dicebatur in Vlixbonen. Præeminẽtiarum coram D. meo Iusta, & sæpe alias fuit dictum* in *Rota reiecta contraria decisione, quæ allegatur coram Illustrissimo Blanchetto.*

Alia nullitas, quæ examini infringitur, quod ad videndum iurare testes non minor, sed solum Curator fuerit citatus, quasi iudicium non subsistat cum solo Curatore absque interuentu minoris, vltra quod nec ea in facto verificatur † est etiam expresse contra tex. *in l. 1. §. in causis autem de administ. tutor.* vbi dicitur, licitum esse agentibus vel ipsum adultum vocare, vt consensu Curatoris conueniatur, vel contra Curatorem agere, vt ipse litẽ suscipiat. *& l. neque tutores. C. de procur.* ex aduerso adducta potius firmat hanc sententiam, quia, si ibi Curator potest effici dominus litis, ergo potest solus in iudicio stare, & facit æquiparatio Curatoris & Procuratoris, quam ibi ex illo *tex. notat. Bart. & Bald.* Non obstat etiam *l. 2. C. qui legit. person. hab.* dum enim dicit, posse adultum Curatore consentiente agere, & excipere, non negat, Curatorem solum posse nomine adulti conueniri. &c.

Manzanedo

Pampilonen. Decimarum

Veneris 27. Iunij 1605.

S V M M A R I A.

1. *Citari non debet, qui non est in causa, & contra quẽ nihil prætenditur.*
2. *Comparens ad causam defendendam non potest impedire processum, nisi prius faciat se ad causam admitti.*
3. *Præsumitur pro actus validitate decretum remissoriæ præcessisse.*
4. *Comparitio, & interrogatoriorum datio conualidat citationem, & examen.*
5. *Citandus comparens ex se, vel casualiter habetur ac si citatus fuisset, nec est præsens aliter citandus. & num. 6.*
6. *Citationis finis est comparitio.*
7. *Comparuisse quis præsumitur, quia citatus.*

Decisio CDXXVII.

REmissoriam valide decretam, & relaxatam fuisse Domini dixerunt, quia, cùm hæc lis fuerit introducta in Rota inter D. Antonium ex vna, & Vicarios ex altera, vt apparet ex commissione, & actis, & † Vniuersitates non essent in causa, nec ab illis D. Antonius aliquid prætenderet, nec illos vocare tenebatur, quod si Vniuersitates ad causam venerunt quasi defensores voluntarii, † non ex eo ex simplici comparitione, & protestatione potuerunt impedire processum, nisi prius facerent se admitti ad causam, & si coram bo. me. Orano propter suspicionem collusionis vnius ex Vicariis cum D. Antonio, fuerit dictum, Parochianos teneri defensionem huius iuris prosequi, hoc debet intelligi, faciendo se admitti ad causam, impetrando commissionem, vt fieri solet, quo non facto non erant citandi tamquam nõ partes in iudicio.

Tum quia, licet prædicti cessassent, et Procurator vniuersitatum citasset die 6. Iulii ad dicendum contra iura, et sequenti die 7. Iulii produxisset mãdatum procuræ cum protestatione, nihil fieri illo non citato, et eodem die remissoria fuisset decreta nihilominus † præsumitur ad actus validitatẽ decretum remissoriæ præcessisse, *ad tex. in l. cum in testamento. §. hæc verba. vbi Cyn. & Bald. not. ff. de her. instit. gl. pen. in cap. venerabilibus. de sent. excommun. in 6. Felyn. in cap. pastoralis. num. 5. vers. ad identitatem. de rescript. Rot. in nou. 2. de except. nu. 4. Ægid. dec. 698. Cassad. dec. 21. de præb. Crasc. dec. vlt. de præsumpt. & fuit dictum in vna Terdonen. Fructuum. coram Cãutio 27. Octobris 1575.* et euacuatur omnis difficultas ex quo Procuratores vtriusque partis ex post pluries comparuerunt coram Illustrissimo Pamphilio tunc huius causę Iudice pro concordando de Iudicibus, et loco dictæ

remissoriæ, & quod magis est in partibus in locis remissoriæ plures testes examinati fuerunt cum præsentia Procuratoris vniuersitatum, illo comparente coram Iudicibus remissorialibus, danteque Interrogatoria, † ex quibus suppletur citatio, & cōualidatur examen, renunciatum quæ videtur, protestationi ex consensu partis, de quo ex dictis actibus constat, & sufficit ad prædictum effectum siue expressus, siue tacitus, quæ omnia comprobantur ex notatis *ab Innoc. in c. cum causam nu. 4. & sequitur Felyn. pluribus citatis ibidem num. 19. & tenet Bald. in l. non ignorat num. 18. vers. quia sicut pars potest inutilem probationem confirmare, facit decis. Put. 301. lib. 3.* tum quia, † quando est necessaria citatio, si citandus compareat ex se, vel casualiter absque citatione, habetur ac si citatus fuisset, ex *Franc. in c. fin. de elect. in 6. num. 10.* vbi reddit rationem, quia † finis citationis est illa comparitio, ideò præsens non est aliter citandus.

Ex quo absque dubio dicit, quod valebit iudicium, *idem tenet Archid. in cap. proposuisti 82. distinct. nu. 3. & 4. & Bald. in l. 2. ff. de cond. & demonstr. asserens*, quod † eo ipso, quod quis comparuit, præsumitur comparuisse, quia citatus, & faciunt notata per *Bart. ibid. num. 3. Vant. omnino videndus in tract. de nullit. in tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. num. 115. & 116.* plura optime ad hoc propositum adducens, &c.

Cardinali Sacrato:

Romana Cottimi:

Lunæ 6. Martii 1606.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Arbitrio, importat prout de iure.*
2 *Possessorium de iure est prius terminandum, quam petitorium. Ampl. vt num. 3.*
4 *Spolium est magis priuilegiatum, quam sint alia possessoria.*
5 *Clausula, Arbitrio, dat facultatem aliqualiter discedendi à regulis iuris. Ampl. vt num 6.*
7 *Causæ propter quas Iudex ex clausula, Arbitrio, potest cumulare possessorium cum petitorio, & num. seqq.*
8 *Spoliatum se prætendens ex immissione de mandato Iudicis non ita de facili restituitur ex præsumptione, quam Iudex pro se habet.*
9 *Spoliatis à Principe non competit remedium restitutorium.*
10 *Nullitas citationis non potest opponi post annum ex statuto vrbis.*
11 *Solemnia omnia præsumuntur ex cursu 40. annorum etiam quoad processum.*
12 *Spolij actio præscripta dicitur spatio 40. annorum.*
13 *Decreto consensisse videtur ab eo non appellans.*
14 *Petitorium cognoscere solet Rota stantibus turbiditatibus, & ambagibus circa possessorium, etiā quod non extet commissio super arbitrio.*

Decis. CDXXVIII.

CVm ista causa esset iam commissa in Rota & Dom. de Consacchis instarent super possessorio, Agentes pro D. Comestabile recursum habuerunt ad Sanctis. & particulare rescriptum obtinuerunt committi, vt in petitorio, & possessorio simul procederetur vnico contextu, & vnica sententia arbitrio Rotæ, propterea dubitaui, An esset locus arbitrio, ita vt procedi posset iuxta petitionem Comestabilis, Rota vtraque parte informante affirmatiue respondit ea ratione quod, licet † clausula, Arbitrio Rotæ importet prout de iure, *Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur Cæs. de Grass. decis. 8. de re iudic. cum simil.* † de iure autem possessorium sit prius terminandum, quam petitorium *l. ordinarij C. de rei vindic. l. incerti C. de interd.* † maximè quando, vt in hoc casu, prætenditur spolium, quod iudicium † est magis priuilegiatum, quam alia possessoria, *clem. 1. de caus. poss. & propr. vbi gl. verb spoliatis Gozzad. cons. 10. num. 3. cum alijs seqq.* Nihilominus est etiam verum, quod † clausula, Arbitrio, dat facultatem aliqualiter discedendi à regulis iuris, *Cresc. decis. 4. de test.* † maxime quando rescribitur illi, qui alias habebat iurisdictionem, & sic facultatem procedendi, prout de iure, quia tunc videtur magis accedere ad liberum arbitrium, ne alias, si redigatur ad meros terminos iuris, illa cōmissio fiat superflua, *vt post Imol. in l. filiusfamilias de donat. tradit. Felyn. in c. 1. num. 51. col. 4. vers. & si dicatur arbitrio suo, de constit. Dec. in l. in personam 23. 5. generaliter de reg. iur.*

Causæ autem, propter quas Dom. arbitrati sunt, posse cumulari petitorium, cum possessorio fuerūt, † quia spolium prætensum à Consacchis est adeo turbidum, & implicatum, vt D. Potius inclinarent pro non spolio. Constat enim, quod Antecessores Comestabilis non ex propria auctoritate, sed cum mandato Iudicis ingressi sunt possessionem, † quo casu non ita de facili restituitur spoliatus præsumptione, quam habet Iudex pro se, *Felyn. post alios in cap. dilectus il pri. num. 1. de rescript.* & quod magis est, Iudex immisit in vim particularis, & precisi rescripti. Iulij Papæ III. cum derogatione regulæ de iur. quæst. non tollen. Vnde subintrat alia conclusio, quod Consacchis † tamquam spoliatis à Principe non competat remedium restitutorium, *Afflict. dec. 361. num. 12. Mohed. dec. 4. de rest. spol.*

Non obstat, quod ille Iudex processerit sine citatione, quia † talis nullitas non admittitur post annum stante statuto, Vrbis, *Accbil. decis. 15. & 16. de constit.* & multo minus debet admitti talis exceptio post 40. annos, † quo cursu temporis stante omnia solemnia præsumuntur, etiam quoad processum, *Gabr. qui alios cumulat, tit. de sent. conclu. 4. num. 34. cum pluribus seqq.* Ex quo faciebant aliqui ex Dominis aliam illationem, quod † per cursum tāti temporis fuerit præscripta actio ad spolium, *iuxta opinionem, quam Rota moderna sequitur, vt in causa Mediolanen. seu Nullius Cummis reintegran. 17. Maij 1600. coram Illust. D. meo Cardinal. Seraphino.*

Postremo dicebatur, quod ex quadam intimatione, & alijs comparitionibus Anchisis auctoris Consaccorum apparet fuisse, vsque ab initio per Consaccos habitam notitiam mandati relaxati ad fauorem Antecessorum D. Comestabilis; Vnde sibi imputent Consacchi, si non appellarunt, quia † tali decreto videntur consensisse, *l. 1. C. de appel. l. ab eo C. quom. & quando Iud. fuit magis in specie decisum in causa Camerinē. Pēsionis 22. Iunii 1594. coram Gyptio.*

Quibus † ambagibus, & turbiditatibus stantibus solet Rota, etiam absque particulari commissione super arbitrio, facilius non obstante priuilegio Iudicij possessorij se conferre ad cognitionem petitorij, *Capmuq. decis. 200 par. 2. cum aliis decisionibus allegatis per Modern. de attent. par. 3. cap. 19. num. 4. & 6.*

Manzu-

Manzanedo

Terraccinen. Domus

Veneris 7. Aprilis 1606.

SVMMARIA.

1 *Melioramenta facta à bona fidei possessore necessaria, & vtilia sunt ante omnia restituēda. Ampl. vt num. 2.*

3 *Mala fidei possessori non debent restitui expensæ vtiles.*

4 *Ius retrahendi acquisitum dicitur ex pacto, & pretij deposito.*

5 *Fructus rei retrahēda à die depositi pretij spectant ad deponentem.*

6 *Pactum ab vtraque parte seruandum est.*

7 *Melioramentorum in restitutione semper quod minus impensum, vel melioratum restituendum est.*

8 *Verba, solutis prius melioramentis, operantur, vt debeant solui cum effectu, & non admittatur cautio.*

9 *Terminus ad melioramenta liquidandum in specie debet à Iudice assignari, etiam quod alius esset assignatus, & elapsus.*

10 *Excessiuitas melioramentorum ad effectum liberationis à restitutione, debet esse talis, ex qua debitor pernecesse habeat rem pro derelicta.*

11 *Et tunc etiam remittitur arbitrio Iudicis.*

Decis. CDXXIX.

CVM D. Martius titulo emptionis cum pacto de retrouendendo in fine biennii possideret huiusmodi domum, diceretur bo- 1 næ fidei possessor, † Vnde melioramenta interim ab ipso in domo facta tam necessaria, quam vtilia veniunt illi ante omnia resarcienda *per tex. in l. adeo §. certe. ff. de acq. rer. domin. l. plane ff. de pet. hæred. l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de minor. l. domus. ff. de leg. 1. l. in fundo. ff. de rei vendic. & vtrobique Doctor. trad. Bald. cons. 167. numer. 3. & cons. 303. num. 2. lib. 1. quem refert, & sequitur Tiraq. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. q. 49. C. de pact. int. empt.* 2 *& vendit.* † quæ fortius procedunt stante in ista vēditione dicto pacto expresso de retrouendendo in fine biennii ad fauorem D. Pompei, solutis tamen prius D. Martio omnibus expensis, & melioramentis in domo factis, ex quo pacto clare elicitur, Martium intra biennium posse melioramenta in dicta domo facere; Vnde eneruatur d. difficultas contra Martium adducta, quod, ex quo sibi fuit denunciatum, quod non ædificaret, quia Pompeius volebat domum retroemere, quidquid postea ædificauit, aut meliorauit, censeatur fraudulenter factum, ita vt post dictam denunciationem constitu- 3 tus fuerit in mala fide, † & propterea non debeat recuperare expensas vtiles, *iuxta doctr. Boer. in dec. 47. num. 2. cum seqq. quibus.*

Respondetur in casu Boerii contrarium, & vtcumque sit, loquitur Boer. in casu distincto, in quo statim licebat retrahere, & non aderat pactum expressum, quod posset emptor rem meliorare, & nō tantum præcessit denunciatio de non reparando domum, quin consignatio pretii in manibus Iusti- 4 tiæ, † ex quibus, & ex iure retrahendi sibi competente acquisitum fuit ius ipsi retrahere volenti, *vt idem Boer. ibidem. num. 1. notat. quin. & numer. 2.* 5 † à tempore dictæ consignationis proximiore, retrahere volentē fecisse fructus suos *per text. quem adducit in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.*

Quibus omnibus concurrentibus nimirum si facta dicta denunciatione non licuisset emptori amplius ædificare, sed in casu nostro tempore denunciationis nondum Pompeio ius redimendi domū competebat, cum nondum finis biennii aduenisset iuxta dictum pactum, nec ex dicta prematura denunciatione aliquod ius sibi acquisiuit, nec minus ex ea ante lapsum biennii potuit Martio interdicere facultatem meliorandi domum in dicto pa- 6 cto sibi concessam, † cum illud ab vtraque parte esset seruandum, *l. 1. ff. de pact. l. sicut. ff. de act. & oblig.* & per consequens ex tali denunciatione non fuit Martius constitutus in aliqua mala fide, qua impediatur recuperare tamquam bonæ fidei possessor melioramenta necessaria, & vtilia ab ipso in dicta domo intra dictum biennium facta, sed non in totum, sed tantummodo quatenus domus pretiosior facta fuerit, nam etsi centum expenderit, domus autem in quinquaginta tantum fuerit meliorata, illa quinquaginta solummodo habebit Martius, prout si tantum eadem quinquaginta expendidisset, illa tantum recuperabit, etiam si domus in 7 centum preciosior facta esset, ita vt † semper, quod minus est, restituendum illi veniat *ex text. in l. in fundo. vbi gl. communiter recepta in verb. plus precio. vbi Bart. num. 2. & Alber. num. 5. ff. de rei vendic. Abb. in cap. 1. num. 4. de rest. in integr. Felyn. in cap. cum causa. num. 28. de re iudic. Tiraq. vbi sup. num. 8. & 9. Cagnol. d. l. 2. num. 175. Constant. Armenopol. qui optime exponit tex. in l. in fundo. in promptuar. iur. tit. 1. rub. de bon. fid. poss. Negus. de pignor. 4. membr. 5. par. princ. num. 11. Capyc. dec. 93. nu. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. cas. 258. num. 52. cum seq. Peregr. de fideicom. ar. 50. par. 3. num. 7. facit text. in l. sumptus. ff. de re iudic.*

Ex quibus Domini censuere in nostro casu melioramenta esse reficienda, quatenus domus sit facta preciosior *iuxta prædictā doctrinā d. l. in fundo.* & non admiserunt, restitutionem domus esse faciēdam præstita cautione de restituendis expensis; quamuis enim non essent liquidatæ in primo termino ad liquidationem præfixo, cum in venditione sint prædicta verba, solutis tamen prius Martio 8 omnibus expensis, et melioramentis, † ista verba operantur, quod ante omnia melioramenta realiter sint soluenda, et non sufficiat prædicta cautio, *iuxta tradita à Paul. de Castr. cons. 270. num. 3. lib. 2. & à me pluribus citatis in dec. in ista causa facta 28. Nouembris 1605.* tum etiam quia primo termino præfixo, et elapso voluerunt Domini 9 † quod nouus terminus præfigeretur ad prædictā liquidationem in partibus per Peritos faciendam, *iuxta dec. Put. 471. num. 7. lib. 2. quem sequuta fuit Rot. in dec. 120. par. 2. diuers.*

Nec obstat, quod pro parte Pompei de excessiuita- 10 tate expensarum dicitur, cum † ad hunc effectum opus sit tam magna excessiuitate, ex qua debitor pernecesse, habeat rē pro derelicta, *ex not. à Tiraq. vbi sup. num. 5. & à Bald. d. cons. 303. nu. 2. per tex.* 11 *in l. sed nun vltra. §. 1. ff. de neg. gest.* et † tunc etiā hoc remittendum est arbitrio Iudicis *ex tex. in l. in fundo. trad. Bald. cons. 116. num. 4. vers. ex præmissis. & d. cons. 303. num. 2. vers. licet autem. lib. 1. & Pinel. in l. 1. par. 2. num. 72. C. de bon. matern. & Molin. de primog. lib. 1. c. 27. num. 6. & Menoch. vbi sup. nu. 57. & 58 per gl. in l. hactenus. verb. pertinet. ff de vsufr. quam ibi sequuntur Alber. circa fin. & Ang. num. 2. & Scribent. in l. minime. ff. de impens. in reb. dotal. fact. & late Io: Garz. in tract. de expēs. q. 11. num. 16. &c.*

Penia

Burgen. Fructuum

Mercurij 7. Februarij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Sententia nulla dicitur ex defectu mandati.*
2 *Citatio in qua fuit habitus terminus pro seruato, dicitur sine decreto.*

Decisio CDXXX.

Capitulo Burgensi solum informante, dubitaui, An sententia A.C. esset nulla, et Rota nullam, et inualidam fuisse censuit, Primo † ex defectu mandati in personam Didaci de Spinosa, qui comparuit, et seruauit terminum precipuè ad docendū de paritione pro tertia, et quarta, et de eius mandato non constabat in actis.

Secundo in specie † aderat defectus citationis, ex quo in primo termino ad docendum de paritione non fuit decreta, sed fuit habitus terminus pro seruato. etc.

Manzanedo.

Mutinen. Bonorum.

Lunæ 5. Martij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Ecclesiasticarum rerum locationes copulatiue requirunt vtilitatem, & solemnitatem.*
2 *Lim secus in solitis locari.*
3 *Sublim. procedere limitationē præcedente vna, vel bina alienatione solemni cum cursu 40 annorum sublim. 20. vt num. 5. 7. & 8.*
4 *Confessio Beneficiati Ecclesiæ non præiudicat.*
6 *Ecclesiæ bona sicuti per vnicam legitimam alienationem efficiuntur alienabilia, ita versa vice semel legitime reuersa, cum sequuta possessione, & perceptione fructuum primæuam recipiunt naturam.*
9 *Monitio decreta, & intimata domi cum subsecuta notitia supplet defectum citationis ad sententiā.*
10 *Citationis defectus sanatur per comparitionem.*
11 *Ampl. etiam quod in comparitione opponatur de non legitima citatione.*
12 *Conclusum dicitur in causa per monitiones ad sententiam.*
13 *Dilatio ad probandum non est danda post lapsum omnium terminorum peremptoriorum, nec appellatio ab illius denegatione causat nullitatem, nec attentata.*
14 *Iudicis recusatio post consensum sperni potest.*
15 *Et censetur facta ad impediendam prolationem sententiæ.*

Decisio CDXXXI.

Dubitaui, An sententia Ordinarij Mutinen. quæ locationem de qua agitur, declarauit nullam, & condemnauit Aleaandrum ad dimittendum bona D. Phuippo Magno vna cum fructibus, esset confirmanda, & domini affirmatiue responderunt, quia, cum † in huiusmodi locationibus debeant concurrere vtilitates Ecclesiæ, & solemnitates iuris copulatiue, *iuxta extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien. c. sine exceptione. 12 quæst. 2 vbi glos. & Doct. Couar. pluribus relatis var. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rot. diuers. decis. 178. num. 1. par. 2.* & in ista locatione prædictę solemnitates non interuenerint, & de vtilitate ita clare nō constet, videtur locationem nullam fuisse.

Quibus non obstat, quod prætenditur, ista bona fuisse solita locari, & † ex eo non fuisse opus prædictis solemnitatibus, *ad not. per Doct. in cap. 2. de feud. Alex. cons. 72 num. 10. lib. 1. Mohed decis. 8. nu. 3. de locat. Redoan. de reb. Eccl. nō alie. sub rub. de casib. in quib. sit alien. de reb. Eccl. sine solemnit. § item alio casu num.* 10. quia ad hoc, † vt prædicta assertio intret, opus est, aut vna solemni alienatione facta, aut duabus cum cursu 40. annorum, secundum communem, *de qua testatur Ias. cons. 155. num. 12. & 15. lib. 2. & tradit Alex cons. 9. nu. 6. lib. 3. Dec. cons. 142. nu. 5. Curt. iun. de feud. p. par. 2. par. princip. quæst. 4. Ruin. cons. 35. nu. 3. lib. 1. Iul. Clar. sent. §. feudum quæst. 13. nu. 4. Rot. diuers. decis. 160. nu. 5. par. 2.* in præsenti autem non adest nisi vnica locatio facta de anno 1583. eodem morbo laborās, cum careat eisdem solemnitatibus. Nec facit ad istud solitum probandum, quod Beneficiatus, qui ista bona locauit, confessus fuerit ad positiones, esse solita locari, quia † illius confessio Ecclesiæ non præiudicat *argum. text. in l. qui testamentum ff. de prob. Bald. in leg. iubemus la 2. num. 26 C de Sacros. Eccles. Dec. cons. 142. num. 6. & vers. & licet partes Vital. in clem. 1. num. 56. & 57. de offic. Vicar.* alias, si confessiones Rectorum in hac materia istud solitum probarent, aperta esset via fraudibus in præiudicialibus Ecclesiarum.

Sed, quamuis constaret, huiusmodi bona esse solita alienari, nihilominus † illa doctrina cessat, quoties post solitas alienationes prædicta bona fuerunt reuersa ad Ecclesiam, & facta de mensa illius, prout censentur, quando Prelatus illa tenuit ad manus suas per annum percipiendo fructus, *iuxta doctrinam Card. in cap. 2. nu. 18. & 19. de feud. & cons. 34 num. 2. Abb. in cap. vt super num. 9. & 10 de reb. Eccl. non alien. & Guido pap. dec. 154. nu. 2. vers. sed D. Cardinal. quam doctrinam amplexa fuit Rot. in illa Romana Mola. 4. Iulii 1603. coram D. meo Iusto, vbi alii adducuntur.*

Et, † cū semel legitime alienata bona Ecclesiæ fiant alienabilia, ratio postulat, quod etiam semel legitime reuersa cum effectu possessione sequuta, & fructibus perceptis, bona recuperent pristinam naturam, *ad text. in l. nihil tam naturale de reg. iur.* Vnde, † cum Rector huiusmodi bona per tres, vel quatuor annos ad manus suas habuerit, & perceperit fructus, qui percipi poterant, nempe arbores ab eo abscissas, sequitur, quod desierunt esse bona solita alienari, taliter quod fuerint facta de mēsa, ita vt solemnitatibus iuris non seruatis amplius non possent alienari ex supradictis, † & potissimo, cum non constet, Rectorem protestasse, illa bona non habere animo illa retinendi, & mensæ suæ applicandi, sed animo expectandi vtiliorem conductorem, prout opus erat illius animum circa prædicta declarare, & de illo constare, *ad tradita per Card. in d. cap. 2. n. 18. circa fin. & per Abb. & Guidopap. vbi supra.*

Nec Dominis placuere nullitate aduersus dictā sententiam, nam † citationis defectus videbatur saluari ea monitione à Iudice decreta pro audienda sententia die 7. Iunij, in qua pronunciauit, quæ fuit Aleaandro domi intimata, & cum ad illius notitiam deuenerit, sufficiebat, *Surd. cons. 88. nu. 1.*

Rot.

Rot. decis. 151. num. 6. par. 2. diuers. et Procurator habuit notitiam citationis, quod sufficit, *ex Felin. in cap. cum contingat. num. 8. de testib. Caputaq. dec. 252. par. 1. Rot. diuers. dec. 422. num. 5. par. 1. quin.* et Procurator in termino citationis comparuit, et allegauit Iudicem suspectum, *Abb. in cap. bona il*
10 *primo nu. 13. de elect.* et † per illius comparationẽ defectus citationis sanatur, *Rot. decis. 11. de dol. & contumac. in nou. Cas. de Grass. dec. 15. nu. 6. de testib. Surd. cons. 267. nu. 16. Mandos. super regul. de annal.*
11 *quæst. 34. n. 2.* † quod procedit, quamuis pars compareat opponendo de illegitima citatione, *Barsat. cons. 6. nu. 137. lib. 5. Lancell. de attent. in præs. 2. par. 4. cap. 4. nu. 116. & seqq.*

12 Minus obstat defectus conclusionis in causa, † cum Iudex plures monuisset partes ad sententiam audiendam, *Butr. & Imol. in clem. 1. de caus. poss. & propr. Rimi nald. cons. 272. nu. 3. lib. 2. Assin. in prax. §. 23. cap. 4.*

Minus placuit nullitas ex denegatione dilationis ad probandum, quia deprehenditur manifeste friuola, ex quo omnes termini peréptorij ad pro-
13 bandum erant elapsi; vnde † non erat admittenda, *l. 1. & ibi Bart. nu. 1. C. de dilat. Capicc. decis. 87. nu. 1. & 2. Rot. dec. 22. de testib. in antiq.* Vnde nec talis appellatio causauit nullitatem, nec attentata, *clem. appellanti: de appell. Natt. cons. 152. num. 10. Lancell. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 1. nu. 2. & 3.*

Et ex eodem capite reijciebatur nullitas circa recusationem Iudicis, tãquam friuola ex eo, quod
14 † cum partes in illius iurisdictionem cõsensissent, potuit Iudex iure talem recusationem spernere, *Felin. in cap. inter Monasterium. num. 4. de re iud.*
15 et † censetur d. recusatio facta ad impediendum prolationem sententiæ, *vt fuit dictum coram bon. me. Cardinali Lancellotto in Papien. Bonorum 27. Nouembris 1577. &c.*

Iusto

Calaguritana Iurisdictionis

Mercurij 4. Martij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Episcopus habet iuris communis assistentiam circa iurisdictionem in sua Diœcesi.*
2 *Et potest in ea tota actus iurisdictionales exercere Lim. vt num. 3. & 4.*
3 *Inhibitione suspenditur exercitium iurisdictionis, & est seruanda.*
5 *Iura etiam informia, & testes nulliter examinati iuris communis assistentiam offuscant.*

Decisio CDXXXII.

1 Dominis visum fuit, constare de attentatis; licet enim † Episcopus habeat assistentiam iuris communis in sua Diœcesi, *cap. cum persona. vbi omnes. de priuileg. in 6.*
2 *Verall. dec. 306. par. 1. & 201. par. 2.* † et idcirco videat posse exercere actus iurisdictionales in tota Diœcesi, *cap. venerabilibus. cap. de Xenodoch. de*
3 *religios. domib.* nihilominus † hoc non procedit post inhibitionem Rotalem, qua suspenditur exercitium iurisdictionis, et est seruanda, *Acchil. decis. 7. de attẽt. Cæs. de Grass. dec. 6. de caus. poss. & propr.* et præsertim in hoc casu, vbi deducuntur multa actus iurisdictionales Abbatis de Ognate, et sen-
4 tentia lata per Metropolitanum anno 1491. † quæ eneruant, et offuscant assistentiam iuris, et impediunt possessionem Episcopi, *vt tenuit Rota coram R. P. D. meo Decano in causa Montis Regalis Iurisdictionis 20. Decembris 1596. & 4. Nouembris 1598. & coram bo. me. Litta in vna Vlixbonen. Iurisconferendi prima Decembris 1597. & sæpe in alijs.*

Non obstat oppositio, quod iura pro parte Abbatis non sint in forma probante, et testes sint nulli-
5 ter examinati, † quoniam sufficiunt ad offuscandũ assistentiam iuris communis, *vt in allegata Vlixbonen.* vbi dictum fuit sufficere iura informia, et idcirco conclusum, gesta per Episcopum esse attẽtata, etc.

Cardinali Lancellotto

Romana Pecuniaria

Luna 14. Maij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Appellatio non datur à sententia in spolio, præsertim capta executione ex mandati relaxatione.*
2 *Sequestranda est, vti attentata, possessio capta ex sententia in spolio post commissam causam restitutionis in integrum in Rota.*
3 *Attentata est possessio capta post inhibitionem Rotalem.*
4 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta timenda est.*
5 *Gesta post inhibitionem Rotalem, vti attentata, sunt reuocanda.*
6 *Ampl. etiam si procedatur in vim commissionis restitutionis in integrum.*
7 *Lite pendente, an sit locus in integrum restitutioni, nihil est innouandum.*
8 *Executio cœpta non impeditur per commissionem restitutionis.*
9 *Commissio conditionalis, non verificata conditione, iurisdictionem non tribuit. vbi declar.*
10 *Inhibitio Rotalis an sit canonica, vel afficiat, seu executionem impediat, non cognoscit Iudex inhibitus, seu alius, ne eam contemnendi occasio detur.*
11 *Ampl. eo magis in Curia propter facilem recursũ ad signaturam, vel Rotam.*

Decisio CDXXXIII.

1 Licet sentẽtia dicatur lata in iudicio spolij, quod † non admittit appellationem, minime cum fuerit capta executio per relaxa-
2 tionem mandati, tamen, † cum ante illius executionem fuerit commissa causa restitutionis in integrum in Rota, et istius commissionis vigore fuerit processum ad executionem, et capta possessio, Domini dixerunt, possessionem huiusmodi tanquã attentatam esse sequestrãdam iuxta *dec. Rot. vt lit. pend. in nou. Cassad. dec. 3. num. 3. de restit. spol. Put. dec. 227. lib. 2. Caputaq. dec. 157. par. 2.*

3 De † attentatis autem constare ex eo, quod ca-
4 pta fuit possessio post inhibitionem Rotalem, quæ siue iusta, siue iniusta est timenda, *Rot. dec. 26. de*
5 *appell. in antiq. Put. dec. 393. lib. 2.* ita vt † omnia post eam gesta vti attentata veniant reuocanda, *Caputaq. dec. 43. par. 2. & sæpe decisum fuit in Rot.*
6 † etiam si procedatur vigore commissionis re-
7 stitutionis in integrum, quia, † dum pendet lis, An sit locus restitutioni, nihil est innouandum, *Put. dec. 299. lib. 1.*

Nec

8 Nec obstare, quod † executio cœpta non impediatur per restitutionem;, et quod inhibitio emanauit in vim commissionis conditionalis per clausulas, Constito de bono iure, et de paupertate Oratoris, 9 † quibus non verificatis, sicut non tribuit iurisdictionem commissio, ita neque inhibitio afficiebat, quia, vltra quod illæ clausulæ non sunt appositę respectu iurisdictionis, et cognitionis causę restitutionis in integrum, sed respectu ipsius restitutionis, quæ concedi non poterat, nisi purificatis 10 conditionibus, nihilominus hæc discussio, † An inhibitio sit canonica, et afficiat, vel ne, et an impediat exequutioně, nō spectat ad Iudicem inhibitum, qui debet ab executionę se abstinere; nec pertinet ad alium Iudicē de viribus inhibitionis Rotalis cognoscere, ne alias sub clypeo, quod inhibitio non afficiat, præbeatur occasio contemnendi inhibitionem Rotæ, *Achill. dec. 7. de attem. in manuscript. & 29 de appell. in impress. Accaromb. dec. 53. lib. 1. Mandos. de inhib. q. 20. & fuit resolutum in causa Oriolen. Iuris seden. 30. Aprilis 1584 coram Lauretano. 11. Ianuarij 1584. coram Illustrissimo Bianchetto, & in causa Toletana Fructuum de Roias 16. Martij 1586. coram Illustrissimo Pamphilio, & in causa Romana Saluiani interdicti 14. Decembris* 11 *1598. coram me,* † Quæ multo magis dicenda sunt quando exequutio fit in Curia propter facilē aditum ad Superiorem, et propter facilitatem obtinēdi moderationes inhibitionum, quando moderationi locus est.

Neque etiā obstare, quod de ordine fel. record. Clem. VIII. fuerit processum ad exequutionem, nō obstante inhibitione, quia ex hoc nō procedit, quod dicatur constare de iure DD. de Spinolis, et de nō iure Excellentissimi Comestabilis, *& contrarium ostendunt decisiones, die 14. Nouembris coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & die 7. Iunij 1597. coram me.* sed id non est præsentis inspectionis, et purgatis attentatis de his maturius erit agendum iure.

E O D E M

Cremonen. Præbendæ

Lunæ 21. Maii 1607.

S V M M A R I A.

1. *Possessio acquiritur ex adeptione instrumētali alio tunc in ea non existente.*
2. *Optio non infert ad possessionem.*
3. *Possessio nihil habet commune cum proprietate.*
4. *Canonicatus, & Præbendæ possessione dicitur acquisita etiam possessio Camerarum, & omnium iurium, & bonorum illius.*
5. *Possessio posterior dicitur clādestina, turbatiua, & nullius considerationis, respectu prioris possessionis alterius.*
6. *Ampl. etiam quod anterior alterius sit solum instrumentalis.*
7. *Tertij possessio potest ab alio allegari, & vti illius successore, & ad excludendam possessionem aduersarij.*
8. *Possessori competit manutentio.*
9. *Possessio capta post Monitorium an, & quando sit attentata.*
10. *Auditor Cameræ iurisdictionem non habet in beneficialibus.*
11. *Possessio capta non suffragatur, si tunc non erat vacua.*
12. *Resignatione facta per aliquem ad fauorem, dicitur tamē ius, & possessio remanere in pēdenti penes resignantem, donec fuerit acquisita resignatario.*

Decisio CDXXXIV.

CVM Constantinus Tassonus die 10. Decembris 1605. fuerit immissus in possessionem Canonicatus, et Præbendæ, eiusq; iurium, et pertinentiarum, non est dubium, quod 1 † ex tali adeptione, licet instrumētali, fuit et quæsita vera possessio, cum de illo tempore vacaret, nec aliquis adesset, qui prætenderet se possidere, *l. prædia. & ibi Bart. Alex. & alij. ff. de acq. poss. l. non idcirco cum ibi not. ff. de fid. instr. Abb. in cap. cū olim. & ibi omnes. de præscript. Fasiol. dubit. 41. Put. dec. 360. lib. 1. & sæpe decisum fuit,* non obstante, quod Zanus per diem ante optauerit Præbendam, 2 quia † ex huiusmodi optione non infertur ad pos- 3 sessionem, † quę nihil commune habet cum proprietate, *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. cum vulgaribus.*

4 Ex qua possessione Tassoni duo resultant, alterum, quod † ipse acquisiuit possessionem nedum ipsius Canonicatus, et Præbendæ; sed etiam Camerarum, de quibus agitur, & omnium aliorum iuriū, et bonorum ad ipsam Præbendam spectantium, *Innoc. in cap. literis. de restit. spol. Anchar. in reg. beneficium. ante numerum 12. de reg. iur. in 6. & in reg. sine possessione. num. 10. in fin. eod. tit. Aret. l. possideri. num. 8. & in l. cum hæredes. num. 5. ff. de acq. poss. Couar. lib. 3. var. cap. 160 num. 15. Rot. decis. 1. in princ. de restit. spol. in nou. Bisig. dec. 8. eod. tit. fuit resolutum in causa Romana Cappellaniæ 24. Februarij 1576. coram Cantucio, & in causa Calceulen. Præstimoniorum 10. Decembris 1604. coram D. meo Coccino, & sæpe in alijs.*

Alterum est, quod possessio Camerarum capta per Zanum die 13. eiusdem mensis tamquam po- 5 sterior nihil ei suffragatur, † sed vti clandestina, et turbatiua non est alicuius cōsiderationis, *cap. Licet causam cum ibi not. de probat. Bart. in l. si duo in princ. num. 4. ff. vti possid. Couar. pract. quæst. cap. 17. in fin. Bald. cons. 468. num. 5. & 8. lib. 3. Alex. cons. 103. num. 1. lib. 3. Soc. iun. in cons. 146. num. 25. lib. 1.* 6 *& sæpe decisum fuit.* † Quod procedit etiam, quando prior possessio esset solum instrumentalis, *vt fuit resolutum in causa Cusentina Parochialis 22. Aprilis 1594. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in causa Clusina Possæ 27. Ianuarii 1603. coram bo. me. Lutia.*

7 De qua possessione Tassoni † potest dare Aymus nedum quia successor Tassoni, sed etiam tamquā tertius ad excludendum Zanum, ostendendo ipsum non potuisse possessionem acquirere stante anteriori possessione tertii, quando illa est exclusiua possessionis agentis, *Bart. in l. 1. §. vlt. num. 19. ff. vti possid. Abb. in cap. veniens. num. 25. de præscript. Berō. cons. 53. num. 25. lib. 3. Io. de Plat. in §. retinendæ. num. 51. & ibi Aret. num. 5. Inst. de interd.*

8 Hinc sequitur † Aymo prouiso ex resignatione ad sui fauorem facta à Tassono dandum esse mandatum de manutenendo, stante possessione ab ipso adepta die 14. Iulii 1606. post cessionem Tassoni cum recognitione Colonorum, *§. retinendæ. & ibi Io. Fab. nu. 16. Inst. de interd. l. 1. §. huius autem vbi Bart. in princ. & l. ait Prætor. §. quod ait. & ibi Bart. num. 2. & 14. ff. vti possid. Couar. pract. qu. cap. 17. num. 3.*

9 Non obstat, quod † possessio Aymi sit attentata vti capta post monitorium ab A. C. obtentum, et comparitiones coram eodem factas, tum quia non constat de quo tempore fuerit obtentum monito-

rium,

rium, nec de illius reproductione, actus autem qui allegatur fuit de mense Augusti 1606. et sic post possessionem captam ab Aymo die 24. Iulii, Tum quia non constat de aliquo mandato Aymi, Tum quia non poterat aliqua lis introduci coram A.C. 10 † qui nullam habet iurisdictionem in beneficialibus, *Ægid. dec. 210. Peregr. dec. vlt. Acchill. dec. 24. de appell. & sæpe visum fuit in Rota & Signatura Iustitiæ, de quo testatur etiam bon. memor. Peregrinus in vna Oritana Parochialis 12. Decembris 1597.*

11 Nec † etiam obstat intermedia possessio Zani, quæ allegatur capta scilicet die 15. Iunii post cessionem Tassoni, quæ fuit die 14. Iulii, nam de eo tempore possessio non erat vacua, sed retinebatur 12 per Tassonum, quia, † cum cessisset ad fauorem Aymi ius, et possessio remansit in pendenti penes ipsum resignantem, donec fuisset quæsita resignatario, *Rot. dec. 4. de rer. permut. in antiq. Acchill. dec. 10. de rest. spol. Put. dec. 158. lib. 3. Guidobon. dec. 59. Caputaq. dec. 84. par. 3. & dec. 2. lib. 1. in manuscript. & fuit resolutum in causa Abulen. & Zamoren. Beneficiorum 17. Iunii 1594. coram R. P. D. meo Decano, & in causa Caurien. Permutationis 4. Decembris 1595. coram bon. mem. Gyptio, & alias sæpe. &c.*

Penia.

Farfen. Bonorum.

Lunæ 27. Maii 1607.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenẽdo datur anteriorem possessionem habenti.*

2 *Animo retinuisse dicitur possessionem, qui nunquã habuit se pro spoliato.*

3 *Acta integra sunt transportanda coram Iudice appellationis tam ex Concilio Tridentino, quam de iure communi.*

4 *Actorum transportatio an sit necessaria in Iudice procedente prout in prima.*

5 *Concili Tridentini dispositio de actis transportãdis non procedit in profanis ad Iudicem laicum spectantibus.*

6 *Acta de iure communi sunt transportanda, etiam in causa profana.*

7 *Sententia non visis actis probatorijs, vti sine causæ cognitione, nulla est.*

8 *Nullitates ex tantum attenduntur, quæ sunt de tribus, nempè iurisdictionis, citationis, vel mãdati.*

9 *Nullitas ea etiam attenditur, quæ non est leuis, sed respicit merita causæ, & iustificationem sententiæ.*

10 *Sententia sine actis probatoriis, iustificari non potest.*

Decis. CDXXXV.

1 VTraque parte informante Rota censuit, Guidoni Lucæ dandum fuisse mandatũ de manutenendo, † cum de eius anteriori possessione constaret ex decisione ad eius fauorem facta die 28. Iunij 1606. quę non fuit reuocata, 2 et Lucas † semper animo possessionem retinuerit, cum nunquam se habuerit pro spoliato.

Non obstat sententia R. P. D. Lapij, quia processit in gradu appellationis non transportatis in- 3 tegris actis, † quæ siue vigore *Concilii Tridentini sess. 24. de reform. cap. 20. §. præterea* siue vigore iuris communis fuerant transportanda ad Iudicem appellationis, *l. 2. C. de eden. vbi Bald. eum. 6.*

Nec placuit Rotæ prima responsio informan- 4 tium pro spadis, quod † cum fuerit inchoatum nouum iudicium, et processum prout in prima non erat necessaria transportatio actorum primę instãtiæ, vt sæpè Rota sensit; Quia, licet commissio, cuius vigore Lapius procedebat, habere duas partes, vnam restitutionis in integrum prout de iure, et alteram vna cum toto negocio principali, cum tamen Lapius processerit, vt Iudex appellationis, etiam si pronunciasset, prout in prima adhuc tamẽ debuerant acta transportari, quia facultas procedendi, prout in prima intelligitur actis transportis, si adsint, *Rota in vna Calagaritana Iuris rotãdi die 28. Maii 1586. coram Blanchetto tunc Rotæ Auditore, & in causa Romana Deuolutionis bonorum die 16. Iunii 1604. coram R. P. D. Ortembergo;* & maximè quia Lapius nõ processerat simpliciter, prout in prima cum fecerit mentionem iustitiæ in partibus, et pronunciauerit, prout prima, vel alia vertori instantia.

5 Minus placuit 2. responsio, quod † dispositio Concilii Tridentini de transportatione actorum nõ habet locum in causa profana spectante ad Iudicem laicum, vt sæpè Congregatio Concilij Interpres declarauit, & Rota etiam sensit; Quia fuit dictum primo quod licet hæc causa non sit Ecclesiastica respectu personarum laicalium litigantiũ, poterat tamen dici Ecclesiastica respectu bonorũ, de quibus agebatur, quæ erant Ecclesiastica ratione dominij directi ad Ecclesiam pertinentis, se- 6 cundo fuit responsum † de iure communi, etiam in 7 causis profanis transportanda esse acta, cum † sententia non visis actis probatorijs, tamquam sine cognitione causæ inualida sit, *Felyn. in cap. Ecclesia S. Mariæ nu. 17. de constit. & fuit resolutum in causa Maioricen. Officii Pænitentiariæ die 14. & 18. Februarii anni 1591. coram bo. me. Gyptio.*

Nec ad rem pertinebat dicere, quod ista nullitas 8 non esset † ex tribus prouenientibus, ex defectu iu- 9 risdictionis, citationis, vel mandati. Quia † satis erat non fuisse simplicem aliquam, vel leuem nullitatem, sed respicientem merita causæ, & verifi- 10 cationem sententiæ, † quæ sine actis probatorijs iustificari non potest; & cum ex isto capite sententia locumtenentis fuisset nulla ex defectu mandati illius, qui cõparuit, & sententiã impetrauit, &c.

Eodem

Perusina Spolii.

Veneris 8. Iunii 1607.

SVMMARIA.

1 *Possessorium prius de iure est terminandum, quã petitorium, & num. 6.*

2 *Spolium est magis priuilegiatum, quam sint alia possessoria.*

3 *Spoliatus non tenetur respondere in petitorio, nisi purgato spolio etiam quoad fructus.*

4 *Cumulatio petitorii cum possessorio requirit iustam causam.*

5 *Clausula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure.*

7 *Cumulandi possessorium cum petitorio iusta causa non dicitur esse vbi adest suspicio calumniæ petentis cumulationem.*

8 *Spolii actio, vt in rem scripta passiuè transit in hæredem, & successorem.*

9 . Arbo-

9 *Arbitrium cumulationis, vt excludatur satis est spolium fuisse deductum in iudicium, super eo causam commissam, & probationes factas.*

Decisio CDXXXVI.

INformantibus solum Dominis de Signorellis dubitaui, An esset locus arbitrio ad effectum cumulandi petitorium, cum possessorio in iudicio spolij, & Rota non fuisse locum censuit, Tum 1 quia † de iure prius est terminandum possessorium, quam petitorium *l. Ordinary C. de rei vendic. l. in-* 2 *certi. C. de interd.* Tum quia † spolium est magis priuilegiatum, quam alia possessoria, *clemcus. 1. in vers. spoliantis de caus. poss. & propriet. Gozzad.* 3 *cons. 10. nu. 3.* adeo vt † spoliatus non teneatur respondere in petitorio nisi purgato spolio, etiam quoad fructus *c. in libris &c. conquerente, vbi Bald. num. 1. de restit. spoliat. Verall. dec. 150. num. 7. par. 1.* 4 *& decis. 176 num. 2. par. 3.* Tum quia † ad effectũ cumulandi possessorium cum petitorio requiritur iusta causa, *Rat. in vna Romana census die 8. Februarij 1577. coram bo. me. Robustino, vers. & tunc id facit cum causa*, quę nõ aderat in hoc casu, et maxi- 5 mè quia, † clausula, *Arbitrio Rotæ*, intelligitur 6 prout de iure *Cas. de Grass. dec. 8. de re iud.* † De iure autem, vt præmissum est, prius debet possessorium, quam petitorium terminari. Tum demum quia iste casus iam videbatur in terminis decisus *in causa Foroliuien. de Mosignanis 17. Nouembris 1600. coram me.*

7 Supradictis accedebat † suspicio calumniæ ex parte petentia cumulationem petitorii cum possessorio, postquam Rota declarauerat validum examen testium examinatorum ad probandum spoliũ nam quasi diffidens de iuribus suis, et vt se magis confoueret in spolio, ad hoc refugium confugere videbatur.

Neque D. Liuiæ suffragabatur dicere, quod ipsa non commiserat spolium, sed Lucretia. Quia fuit 8 responsum, † actionem spolii vt in rem scriptam passiue transire in hæredem, et successorem, *l. 1. §. interdictum hoc il 2. ff. de vi, & vi armat. gl. in cap. cum ad sedem. in verb. interdictum de rest. spol. Put. dec. 176. incip. Alberic. Scotus. numer. 2. & 7. lib. 2. Ceph. cons 47. nu. 41. lib. 1. Soc. sen. in l. rem, quæ nobis. num. 10. ff. de acq. hæred. Alex. cons 91. num. 3. & 4. & 6. & cons. 92. num. 7. lib. 5.*

Denique non obstabat, quod nondum fuerat co- 9 gnitum super spolio, quia † ad effectum, vt non esset locus arbitrio pro cumulatione satis erat, spolium fuisse deductum in iudicium, et super eo causam commissam, et probationes factas, et merito, quia, si de spolio fuisset cognitum, nullus futurus erat locus arbitrio, sed causa expedienda erat cõtra spoliantem, vel successorem. etc.

Cardinali Marcomontio

Recanaten. Census.

13. Junii 1607.

S V M M A R I A.

1 *Sententia lata per Iudicẽ appellationis actis prioris instantiæ non transportatis dicitur nulla, & lata sine causæ cognitione.*

2 *Actorum non transportatia apparet, ex quo de illis in actis non constat.*

3 *Sententia anulans instrumentum in actis non productum dicitur nulla.*

Decis. CDXXXVII.

FVit dictum vna tantum parte informante, sententiam, de qua agitur, bo. me. Orsini fuisse nullam.

1 Primo. Quia † fuit lata ad confirmationem sententiæ de partibus non transportatis illius instantiæ actis, sine quibus Iudex non dicitur pronunciasse causa cognita, *l. cas. §. super iis l. Iudicibus. l. præcipimus. C. de appell. Concil. Tridènt. sess. 24. cap. 20. de reformat. Cæs de Grass. dec. 9. de caus. poss. & pro-* 2 *priet. & pluries fuit resolutum in Rota*, et † de non transportatione actorum apparet ex eo, quia de illis non constat in actis D. Orsini, nec alio modo.

Secundo quia coram illo non fuit productum instrumentum census, de cuius annullatione agebatur, quo non viso non poterat Iudex de illo cognoscere, vt per illos de Ruggeriis tunc fuit pro- 3 testatum, et † consequenter sententia est nulla, *Bart. in l. 2. num. 5. vbi Alex. num. 8. cum aliis ibi allegatis per Cag. ol. num. 68. C. de eden.*

Ceterę nullitates, quę contra prædictam sententiam proponebantur, visæ sunt vel in facto non iustificari, vel non releuare, sed ex supradictis fuit dictum constare de eius nullitate etc.

Ortembergo

Constantien. Jurisdictionis

Veneris 16. Nouembris 1607.

S V M M A R I A.

1 *Episcopus habet iuris assistentiam in quibuscumq; Ecclesiis, & locis suæ Diœcesis.*

2 *Assistentia iuris Episcopo suffragatur ad obtinendam manutentionem absque alia possessione.*

3 *Episcopus tenetur probare apponente parte, locum esse intra suam Diœcesim.*

4 *Enunciatiuæ non probant, vbi de veritate enunciati principaliter dubitari contingit.*

5 *Abbate habente territorium separatum dicitur in totum iurisdictio ab Episcopo adempta.*

6 *Assistentia iuris pro manutentione non sufficit, quãdo redditur obscura, & dubia.*

7 *Causæ matrimoniales, & criminales spectant ad solum Episcopum ex Concilio Tridentino.*

8 *Limitat. secus vbi Abbates habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & territorium separatum.*

9 *Abbatis possessio priuatiue ad Episcopum quomodo probetur.*

10 *Abbatis iurisdictio, & quasi Episcopalis quomodo probetur.*

11 *Testes quando valide examinati dicantur coram alio Iudice, lite in Rota pendente.*

12 *Scientia Episcopi præsumitur circa actus factos per Inferiores in Parochialibus in sua Diœcesi existentibus, stante obligatione quot annis Diœcesim visitandi.*

13 *Manutentio quando detur habenti contra se iuris resistentiam.*

14 *Tituli sufficientis præsumptio oritur ex possessione longæua.*

15 *Priuilegii impetratione nõ dicitur interrupta præscriptio, sed illud impetratum dicitur ad maiorem cautelam.*

16 Ti-

16 *Titulorum datur multiplicatio.*
17 *Immemorabilis, cum infinitum tempus contineat, præsupponit præscriptionem completam ante obtentum priuilegium.*
18 *Scientia Inferioris existentis in possessione de actibus iurisdictionalibus Episcopi requiritur ad acquirendam quasi possessionem in illius præiudicium.*

Decisio CDXXXVIII.

RESolutū fuit, Episcopo Cōstatien. denegādū esse mādatū de manutenēdo illudq; cōcedēdū esse Abbati S.Galli in exercēda iurisdictione spirituali in Ecclesiis Parochialibus, locis articulatis sitis in dominio temporali
1 Abbatis; Nā, † etsi pro parte Episcopi allegaretur assistentia iuris ad fundandam suam intentionem in quibuscunque Ecclesiis, et locis suæ Diœcesis, *cap. omnes Basilicæ. 16. q. 7. cap. conquerente. de offic.*
2 *ordin. cap. 1. de cap. monac.* et † cōsequenter ad obtinendam manutentionē sine alia probatione quasi possessionis, *cap. cum personæ. de priuil. in 6. Caputaq. dec. 306. numer. 2. par. 1. & fuit resolutum in Burgen. Iurisdictionis 5. Februarij 1596. coram bo. me. Orano, & in Veronen. Iurisdictionis 18. Martij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio* ta-
3 men, † cū Monasterium negetur esse in sua Diœcesi, Episcopus tenetur illud probare, *Abb. in cap. cum olim. num. 2. de censib. not. in cap. cum Venerabilis. de relig. domib. Anchar. cons. 310. num. 5. Paris. cons. 95. lib. 4. Idemque fuit resolutum in Lucen. seu Nullius Iurisdictionis 4. Maij 1598. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino*, vbi in specie fuit denegatum mādatum Episcopo, quia adhuc pendebat indecisa lis super eo, An territorium, de quo agebatur, esset intra fines et quoad hoc non suffragantur Episcopo enunciatiuæ Summorum Pontificum Innocentii IV. Sixti IV. Iulii III. nec non Cardinalis Legati tituli Sanctæ Sabinæ, de quibus infra, quia illę sunt restrictę ad Monasterium ipsum, seu ad Oppidum Sancti Galli, quod nihil habet commune cum Ecclesiis, de quibus agitur, tum etiam
4 quia † enunciatiuæ non probant, vbi de veritate enunciati contingit principaliter dubitari, *Put. dec. 381. num. 3. lib. 1 fuit dictum in d. Lucen.* nam re vera totum consistit in eo, An Abbas exerceat Iurisdictionem quasi Episcopalem, ita vt dici possit
5 habere Territorium separatum, † tunc enim iurisdictio est in totum ab Episcopo adempta, *clem. 1. §. volumus. & ibi gl. in verb. Diœcesanis. Panormit. num. 15. Card. num. 2. vers. quarto quæro. Vital. num. 4. de for. compet. Franc. in cap. 2. §. statutum. num. 10. de constitut. in 6. fuit dictum in Volaterrana Iurisdictionis 14. Ianuarij 1581. coram bo. me. Brauo in fin. quæ est dec. 202. par. 2. & coram me in Calagurritana, seu Nullius Iurisdictionis 7. Februarij præteriti.*

Quoad fundamentum de assistentia iuris communis absque possessione, illud nō placuit, et alias sæpe fuit reuocatum in dubium, an ista sola assistē-
6 tia sufficiat, † et conclusum non sufficere, quando redditur obscura, et dubia, *vt fuit ponderatum in d. Lucen. & in Legionen. Iurisdictionis 28. Maij 1488. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, in Fauentina Iurisdictionis 28. Iunii 1600. coram Illustrissimo Pamphilio, in Montis Regalis Iurisdictionis 4. Nouembris 1598. coram R.P.D. Decano, in Reatina Decimarum 4. Decembris 1606. coram R.P.D. Iusto, in Calagurritana Iurisdictionis 14. Martij prædicti coram eodem, in Mediolanen. Decimarum 19. Nouembris 1605. corā R.P.D. Coccino, & in Aquisana Iurisfuisstandi 30. Martij 1607. coram R.P.D. Pamphilio, & in Aprutina Iurisdictionis 19. Iunii 1606. & 19. Martij 1607. coram eodem.*

Secundo pro parte Episcopi allegabatur, *Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. § ad hoc. de re-*
7 *format.* vbi disponitur, † causas matrimoniales, et criminales Episcopi tantum examinati esse relin-
8 quendas; Ad quod responsum fuit, † Concilium nō comprehendere Abbates habentes Iurisdictionem quasi Episcopalem, et Territorium separatum, *vt fuit dictum in Burgen. Iurisdictionis Sancti Ioannis 16. Decembris 1594. coram bon. me. Orano, & ante illam in vna Salamantina Iurisdictionis coram bon. me. Cardinali Aldobrandino.*

Ex altera vero parte testes Abbatis in specie deponunt de pluribus actibus positiuis vtendo iure suo, et prohibendo Episcopum exercere aliquam
9 iurisdictionem cum illius acquiescentia, † ex quibus satis videtur probata possessio Abbatis, etiam priuatiue contra Episcopum, *Abb. in cap. Abbate. num. 10. & 11. de verb. signif.* et quidem isti testes deponunt, quod semper viderunt, audiuerunt, nec vnquam viderunt, nec audiuerunt contrarium, et omnes probant famam per verba, fuit, et est, quod Abbates Sancti Galli in omnibus Ciuitatibus, Oppidis, ac Terris sibi subiectis, et locis in articulis enumeratis omnimodam iurisdictionem, et quasi Episcopalem, et ordinariam in Clericos, et Ecclesiasticos exercuerint, et exerceant, et quod non
10 extat contrarii, vel initii memoria; † per quæ videbatur probata iurisdictio, et quasi Episcopalis eo ipso, quo Abbas habet proprium Territorium, et loca sibi pleno iure subiecta, *cap. Abbates. de priuil. in 6. & fuit dictum in d. Lucen. Iurisdictionis de Samos 12. Februarii 1596. coram Illustrissimo Cardinali Mantica.*

11 Non obstat, quod † testes examinati in partibus coram Nuncio Apostolico lite pendente in Rota sint nulliter examinati, quia Clem. VIII. fel. record. per rescriptum speciale dedit facultatē Nuncio Apostolico facta expressa mentione litis pendentiæ in Rota, & fuerunt examinati parte citata, & datis Interrogatoriis.

12 Neque obstat, quod † testes non probant scientiam Episcopi, qui si istæ Parochiales essent in eius Diœcesi, præsumeretur etiam eius scientia, ex quo tenetur quot annis visitare suā Diœcesim, *vt fuit dictum in causa Reatina Beneficii 20. Iunii 1576. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & in Vrbinaten. Beneficii 5. Decembris 1605. coram R.P.D. Marcomontio.*

De priuilegiis autem exemptionum fit mentio in commissione emanata anno 1253. & directa Scolastico Argentin. per Sāctę Sabinę Præsbyterū Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum, in qua enunciatur Monasterium S.Galli Ordinis S.Benedicti Constantien. Diœcesis ad Romanam Ecclesiam specialiter, & proprie pertinere, & Scolasticus in vim suę commissionis postea pronunciauit, sententiam suspensionis Interdicti contra Abbatē, Conuentum, & Terram eorum aduersus libertatē, & Priuilegia eis ab Apostolica Sede indulta per Episcopum Constantien. latas ipso iure nullas fuisse. Deinde adest Priuilegium Innocentij IV. eiusdē anni, in quo eximuntur Clerici Abbati subiecti à Iurisdictione Episcopi Constantien. etiam procedentis in vim delegationis Apostolicæ. Tertio fuit productum Priuilegium eiusdem Innocentij, per quod Clerici, & Homines Iurisdictionis Abbatis eximuntur à Iurisdictione Episcopi, quo minus eis etiam vigore Indultorum Apostolicorum possit noua onera imponere. Accedit Priuilegium Sixti IV. datum 10. Kal. Iunii 1483. in quo præmisso, sicut acceperat, quod ab olim hoc Monasterium per diuersos Romanos Pontifices sub protectione

Beati

Beati Petri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ immediate subiecta susceptum, & multiplicibus priuilegiis, honoribus, & immunitatibus dotatum, sed quod temporis diuturnitate Priuilegia, & Literæ ad tantam vetustatem deuenissent, quod via commode legi possent, illud de nouo cum Cappellis infra septa sitis, & quas in futurū situari continget, ac Clericis, Personis, et Membris tam Spiritualibus, quam Secularibus, Iuribus, et bonis suis præsentibus, et futuris ab omni iurisdictione, potestate, et dominio Episcopi Cōstantien. ac eius Metropolitano, ac aliorum Ordinariorum Iudicū quorumcumque perpetuo exemit, ac liberauit, ac sub B. Petri, et Sedis Apostolicæ, ac Ecclesiæ Romanæ, atque sua protectione susceptum fuisse, et esse motu proprio decreuit, ac deliberauit. Non subsistit autem, quod Abbas non posit se fundare in priuilegio Sixti IV. quasi ipse confessus fuisset. Iulium 1 s. illud non habuisse effectum, quia hoc non asseritur ex persona Abbatis, sed aliorum, dum ibi narratur, à nonnullis asseri, Seruitores laicos, et Clericos tam intra, quam extra septa habitantes exemptione, et literis Sixti IV. gaudere nō potuisse, nec debere; quare Iulius decreuit, ac declarauit, illos tam intra septa Monasteriorum, quam extra, in locis tamen temporalis dominii habitantes exemptione, ac literis præfatis Sixti gaudere po-
13 tuisse, ac debuisse, ac posse, et debere, † Manutentio autem datur etiam habenti contra se iuris resistentiam, ne dum possidenti cum Priuilegio solo vel cum Priuilegio, et præscriptione simul, *vt not. in cap. cum persona. de priuileg. in 6.* verum etiam
14 probata longæua possessione, † ex qua oritur præsumptio tituli sufficientis, *gl. in cap. cum venissent. in verb. probatum. & ibi Abb. num. 8. de instit. & in cap. 1. num. 8. vt lit. pend. Alex. cons. 6. num. 4. lib. 1. & cons. 219. num. 17. lib. 6. Couar. pract. quæst. c. 17. nu. 6. vers. secundo oportet animaduertere. Add. ad Matthesil. num. 3. notab 28. Capyc. dec. 189. num. 10. & fuit dictum in Hostien. Littoris Maris 10. Decembris 1574. coram bo. me. de Rubeis, & in Bonon. Iurisdictionis prima Februarii 1574. coram bon. me. Cardinali Lancellotto, & in d. Salamantina Iurisdictionis.*

Non obstat, quod priuilegia videantur exclude-
15 re Immemorabilem, quia † per impetrationem priuilegii non dicitur interrupta præscriptio, sed priuilegium censetur impetratum ad maiorem cau-
16 telam, quia † datur multiplicatio titulorū, *Paris. in cap. cum venienS. num 11. & 12. de præscript.* et
17 † immemorabilia, cum infinitum tempus contineat, præsupponit præscriptionem completam ante priuilegium, *Oldrad. cons. 127. num. 26.*

Quibus stantibus non obstant nonnulli actus iu-
18 risdictionales Episcopi, † cum non appareat, Abbatem, qui tunc erat in possessione, illos sciuisse, *vt not. in l. si de eo. §. si forte. ff. de acq. poss. & in cap. vigilante. de præsumpt. Aym. cons. 9. num. 9. &*
5 *fuit dictum in Geruuden. Administrationis Episcopatus 7. Nouembris 1575. coram bo. mem. Orioleu. & in dict. Aprutina coram R. P. D. meo Pamphilio,* eoque magis, quia non fuerunt facti in Territorio Abbatis, sed Constantiæ, etc.

Iusto

Reatina Decimarum

Luna 4. Decembris 1606.

SVMMARIA.

1 *Assistentia iuris an sufficiat ad effectum mandati de manutenendo in exactione decimarū, & num. seqq.*
2 *Compositio super decimis est valida.*
3 *Decimarum in exactione respectu prædiorū degentium in alia Parochia non attenditur assistentia iuris, sed consuetudo.*
4 *Consuetudo exigendi decimas vniuersalis sufficit ad effectum manutentionis etiam contra particulares. Decl. vt num. 5.*
6 *Mandatum de manutenendo datur contra eos, contra quos fuit probata possessio, non contra alios.*

Decisio CDXXXIX.

1 PRO primo fundamento † ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo in his decimis erat assistentia Iuris cōmunis pro Paroco, quod tamen non placuit Dominis, tum quia fuit sæpe reuocatum in dubium, an ista sola assistentia sufficiat, tum etiam quia in hoc casu est multum offuscata; nam ostenditur quædam compositio facta cum Rectore recipiendi certū quid pro
2 decimis, † quæ de iure substinetur, *Abb. in cap. cum aliquibus. num. 8 de decim. cum allegat.* Nec facit, quod concordia respiciat petitorium, siquidem nunc non allegatur ad excludendum ius Parochię, sed ad offuscandam prætensionem assistentiæ Iuris communis pro habendo mandatum de manutenēdo. Præterea, licet ista prædia sint in Parochia, nihilominus Domini prædiorum degunt in alia Pa-
3 rochia, vbi recipiunt Sacramenta, † quo casu non attenditur fundamentum iuris, sed consuetudo, *Abb. in cap. cum sint homines. numer. 5. de decim. Achill. dec. 3. & 6. & coram bo. mem. Lhta in causa Culagurritana Decimarum 16. Iunii huius anni.*

Secundo loco deducebatur cōsuetudo vniuersa-
4 lis, de qua deponunt testes, † quæ sufficit pro manutentione etiam in bonis particularibus, *vt sæpe decisum fuit.* Verum ne placuit hoc motiuum, quia
5 illa † possessio probata fuit inter quasdam personas aliquorum forensium, inter quos non comprehenduntur isti Ciues Reatini, vt late deductū fuit per informantes in memorialibus, et ideo dixerūt,
6 † contra alios bene fuisse relaxatum mādatum de manutenendo, contra quos fuit probata possessio, vel quasi exigendi decimas, sed contra istos decisum fuit non esse concedendum, etc.

Ortembergo

Seguntina Expensarum

Luna 16. Junij 1608.

SVMMARIA.

1 *Sentētia nulla, parte nō opponente, confirmata, nō potest amplius de nullitate redargui si secunda sit valida. & num. 2.*

2 *Ampl. etiam si à secunda sententia fuerit appellatum, dummodo vitium primæ non influat in secundam, vel prima non contineat expressum errorem.*

3 *Conclusio in causa de stylo Hispaniarum æquipollet citationi ad sententiam.*

4 *Notarius de stylo Hispaniarum solet exequi, & intimare decreta.*

5 *Notario referenti se intimasse creditur etiam sine testibus.*

6 *Testes non requiruntur in actibus iudicialibus.*

7 *Notarii sunt maioris fidei, quam Nuncii.*

8 *Notarii scribere possunt suam, propriam relationē citationis, & intimationis.*

9 *Citatio licet vaga ad sententiam sustinetur post conclusum in causa.*

10 *Conclusio in causa facta partibus non consentientibus, seu non instantibus non est nulla, sed ab ea datur appellatio.*

Decisio CDXXXX.

Conclusum fuit pro validitate sententiarū in præsenti causa latarum tam per Ordinarium Seguntinum, quam per Cantorē Hispaleo.

Nam, quidquid sit de inualiditate sententiæ, Ordinarii ex defectu citationis ad sententiam, 1 † postquam illa fuit confirmata parte solum opponente de iniustitia, et nō de nullitate, nō potest amplius de hac opponi, *Innoc. num. 2. vers. solutio. & Io. Andr. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inut. Rot. dec. 7. de re iudic. in antiq. cum aliis allegat. in Oscen. Parochialis de Morano* 10. *Decembris* 1604. *coram* 2 *R. P. D. meo Lancellotto.* † Idemque locum habet, etiamsi à secunda sententia confirmatoria primæ fuerit appellatum, dummodo vitium primæ non influat in secundam vel prima non contineat errorem expressum, secunda enim valida claudit viā nullitatis primæ, *Felyn. in cap. ea, quæ num. 2. & 3. vers sed si secunda. de sent. & re iud. & fuit dictum in dicta Oscen. Parochialis.*

Quo vero ad sententiam Cantoris Hispalen. illa 3 substinetur ex notorio stylo Hispaniarum, † secundum quem conclusio in causa æquipollet citationi ad sententiam, *Bald in l. si accusatoribus num. 16. C. de accusat. Modern. de nullit. tit. vlt. nu. 107. & seq. fuit decisum in Burgen. Iuris Ædificandi* 21. *Aprilis* 1586. *coram bo. mem. Orano.* Hic autem decretum conclusionis fuit interpositum 16. mensis Settembris 1602. quod fuit intimatum partibus 18. eius-4 dem, *vt* constat ex relatione Notarii actuarii, † qui de stylo illarum partium solet exequi, et intimare decreta, *vt alias fuit dictum in Toletana Primitiarum coram bo. me. Bubalo* 20. *Martii* 1579. *& primo Maii* 1589. *coram R. P. D. meo Decano in Tole-5 tana Decimarum*, † quo casu Notario referenti se intimasse, creditur etiam sine testibus, quoniam 6 † in iudicialibus actibus non requiruntur testes, *Dec. in cap. quoniam contra. numer. 76. de probat.* et 7 † Notarii sunt maioris fidei, quam Nuncii, *Franc.* 8 *in cap. cum parati. num. 30. de appell. In* 6. et † possunt scribere suam relationem propriam citationis, et intimationis, *vt fuit firmatum in Vicentina Parochialis de Cuccellis* 22. *Aprilis* 1558. *coram Colta.* Accedit citatio ad sententiam facta die 23. 9 eiusdem mensis, † quæ, licet sit vaga, tamen post conclusionem sufficit, *vt in Toletana Fenestra corā bo. mem. Bubalo, & in Aurien. Dismembrationis coram R. P. D. Decano, & in dict. Burgen. Iuris Ædificandi.*

Non obstat, quod Iudex in d. conclusione mandauerit fieri partibus intimationem pro die 18 ita vt videatur esse restricta ad illam diem, Quia conclusio est simplex, intimatio autem fuit demandata ad comparendum personaliter, et informandum super visione causæ, et processus, quod nihil habet commune cum conclusione.

Nō obstatq́, conclusio fuerit facta nemine instā-te, fuit enim antea sępius petita, licet non ea die, 10 in qua conclusa fuit, et, † quando Iudex concludit partibus non consentientibus, conclusio nō est nulla, sed ab ea datur appellatio, *Rot. dec. 5. de iudic. in antiq.* hic autem non adest simplex conclusio, verū etiam citatio, et intimatio. etc.

Cardinali Sacrato

Calagurìtana Beneficiorum de Autol

Mercurij 4. Julii 1607.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum captæ possessionis, alio tunc in ea nō existente, probat possessionem manutenibilem.*

2 *Testes nulliter examinati faciunt adminiculum.*

3 *Probatio leuis satis est in manutentione.*

4 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & non est manutenibilis in præiudicium anterioris possessoris.*

Decisio CDXXXXI.

PRO informante fuit tentum, scilicet dandū esse mandatū de manutenendo Didaco Perezzi, Francisco de Acereda, Dominico, Thomæ, et Andreæ Martinez, nam de eorum possessione constat per instrumentum, captæ possessio-1 nis, † quod quidem instrumentum, alio non existente in possessione, probat acquisitionem possessionis, *l. prædia. vbi communiter scribentes. ff. de acq. poss. fuit dictum in Cermien. Bonorum coram Bruno relata inter diuers. impress. dec. 506. par. 1. & alibi sæp.* Concurrunt etiam testes deponētes prædictos per annum, et vltra possedisse publice inseruiendo, et fructus solitos Beneficiatis compętētes per-2 cipiendo, † qui, licet sint nulliter examinati, deseruiunt pro adminiculo in hac materia, † in qua suf-3 ficit leuis probatio, *vt fuit dictum in causa Salamātina Iurisdictionis 29. Iunii 1582. corā Illustrissimo Cardinali Seraphino.*

Nec obstat subsecuta possessio Ioannis de Gra-4 ualos, quia † tamquam iunior præsumitur clandestina, et non est manutenibilis in præiudiciū priorum possessorum, qui non habuerunt se pro spoliatis, *Rot. d. dec. 506. par. 1. &c.*

Penia

Bracharen. Pensionis

Luna 16. Junij 1608.

S V M M A R I A.

1 *Executorialium vigore de stylo Rotæ executio fieri non potest, sed solum debent illa intimari, & reproduci, & deinde ad declaratoriam procedi-tur, alias attentata committuntur.*

2 *Con-*

2 *Consensus praestitus mediante deposito facto metu censurarum, & cum protestatione non excusat ab attentatis, nec dicitur voluntaria solutio. Amd. vt num.3.*
3 *Censura inferunt iustum metum.*
4 *Solutio facta metu censurarum non praiudicat, & multo minus depositum.*
6 *Attentata sunt reuocanda.*

Decisio CDXLII.

EXecutionem factam in partibus vigore literarum executorialium tamquam attentatam venire reuocandam censuit Rota, 1 † de cuius stylo vigore executorialium non potest fieri aliqua executio, sed solum debet intimari, & reproduci, ac deinde proceditur ad declaratoriam alias attentata committuntur, *Cassad. dec. 6. in gratia subrogationis. nu. 10. de caus. poss. & propr. Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19.*

2 Consensus † Archiepiscopi, cuius nomine prætendebatur factum depositum, non excusabat attentata, quia semper fuit protestatus allegando nullitates, & appellando, & cum Executor comminaretur censuras, nisi solueret, & metu censuratum consentiendo fieri depositum non dicitur voluntarie soluisse, *Rot. dec. 10. incip. si quis in causa. num. 2. circa medium vers. quod credo esse verum. de sent. excom. in nou.* 3 Nam † censuræ iustum metum inferunt, *Rom. cons. 169. incip. circa primum propositæ* 4 *conclusionis articulum. num. 12. & 13.* & † cum sit facta solutio non præiudicat, *Verall. dec. 330. incip. possessio, seu quasi percipiendi. numer. 1. & 2 par. 2. Achill. dec. 11. incip. tentum fuit nu. 2. & 3. de praes.* multo minus præiudicabit depositum.

5 Et ex his demum inferebatur, † mandatum, siue monitorium Vicarii Portugallen. factum depositario, vt depositum consignaret sub pena censurarum, & exactionem illius vigore factam fuisse at- 6 tentata, † & ideo reuocanda, in illis enim nullus formalis consensus Archiepiscopi interuenerat.

E O D E M

Fanen. Cappellania

Veneris 28. Iunii 1608.

S V M M A R I A.

1 *Iuspatronatus vti species seruitutis in dubio non præsumitur.*
2 *Institutio non debetur præsentari ab existentibus in quasi possessione præsentãdi, nisi probetur etiã iuspatronatus, vbi Prouisus conuenitur tamquam de beneficio libero.*
3 *Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem locum habet etiam in rebus Ecclesiasticis. Lim. vt num. 4.*
5 *Possessio præsentandi non transfertur in aliquem sine apprehensione.*
6 *Iuspatronatus in antiquis probatur per publicam vocem, & famam.*
7 *Decl. procedere, quando cum fama concurrit longa possessio, quæ debet esse 40. annorum. & num. 8.*
9 *Prouisio Apostolica non facit statum.*

Decisio CDXLIII.

VAcantem hanc Cappellaniam per obitũ Ioannis Antonii de Rocchis ad Altare Sanctę Marię Oppidi de Orceano Diœcesis Fanen. in mense Octobris 1606. Ioseph Antonellus impetrauit à Papa, et literis expeditis illius possessionem accepit. Interim Ioannes Baptista de Rinalduccis ad eamdem Cappellaniam tamquam de iurepatronatus fuit eodem mense, & anno a Rinalduccis præsentatus, quem Ordinarius Fanen. noluit instituere. In gradu appellationis dubitaui, An esset instituendus, & Rota vtraque parte informante, non esse instituendum, censuit quia non erat probatum, Rinalduccios præsentantes hu- 1 ius Cappellaniæ fuisse patronos, † nec Iuspatronatus tamquam species quædam seruituris in dubio præsumitur, *Innoc. in cap. cum venerabilis. iusti u. de except. Dec. cons. 117. incip. pro tenui facultate. in princip. & fuit dictum in causa Oueten. Abbatiæ die* 2 *2. Aprilis 1595. coram me.* Et † quando conuenitur Prouisus tamquam de beneficio libero, prout in casu proposito, non debetur institutio præsentato ab existentibus in quasi possessione præsentandi nisi vlterius probetur Iuspatronatus, vt censuit Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpres, & sæpe Rota, & signanter in causa Romana de Bubalis.

3 Nec † poterat fieri fundamentũ in Statuto continuante possessionem defuncti in hæredes, *iuxta dec. Verall. 211. incip. Statuta. par. 3.* vbi dicitur simile Statutum habere etiam locum in rebus Ec- 4 clesiasticis, Quia † Rota non seruat illam decisionem, quando adest damnum, vel præiudicium Ecclesiæ, *vt fuit dictum in causa Comen. Iurispatronatus die 8. Iuny 1605. coram Illustrissimo Seraphino, & de ea decisione sæpe Rota dubitauit.*

Rursus non obstant duo, quę potissimum contra Iosephum Antonellum deducebantur ab informantibus pro Rinalduccis, videlicet quasi possessio præsentandi, quæ solet considerari ad validitatem præsentationis, et probatio existentiæ Iurispatronatus pertinentis ad Rinalduccios.

Quoniam quantum ad primum de quasi possessione, de illa non constabat, quia illi, qui in hac vacatione præsentauerant Ioannem Baptistam, nũ- 5 quam alias præsentasse reperiebantur, et † possessio præsentandi non transfertur in aliquem sine apprehensione, *Verall. decis. 420. incip quasi possessio præsentandi. par. 2.*

Non obstabat secundum de existentia Iurispatronatus, quia non videbatur sufficiens probatio, cum solum producerentur testes de auditu, et de publica voce, et vnica præsentatio effectuata, quæ durauit ab anno 1527. vsque ad annum 1562. quo tempore præsentatus resignauit in manibus Papæ, et resignatio suum habuit effectum; vnde aderat status, siue possessio Iurispatronatus per 35. annos qui ab anno 1527. vsque ad annum 1562. effluxerũt Hæc enim probatio non fuit iudicata sufficiens, 6 quia, licet † Iuspatronatus in antiquis probetur per publicam vocem, et famam, *Cassad. dec. 2. de* 7 *prob.* † id tamen habet locum, quando cum fama concurrit longa possessio præsentãdi, *Put. dec. 60. incip. & in eadem. numer. 3. & dec. 140 alias 6. de iurepatron. incip. fama, quæ probat in antiquis. & rursus Rota in Imolen. Iurispatronatus die 28. Maij* 8 *1584.* † talis autem longa possessio ad minus debet esse 40. annorum, *vt fuit decisum in causa Barchinonen. Vnionis die 5. Decembris 1597. coram bo. me. Gyptia, & in causa Lucana Iurispatronatus die 7. May 1604. coram R. P. D. Coccino, & sæpe alias,*

hic

hic autem, vt patuit, sunt solum 35. anni; et licet de anno 1562. accesset prouisio Apostolica ex causa 9 resignationis, † quæ non facit aliquem statum, de anno tamen 1577. aderat collatio Ordinarii tamquam de libero, quæ fuit effectuata, et erat vltima cum hodie per obitum prouisi ab Ordinario Cappellania vacauerit, et sic vltimus status erat de libero.

Et ex his fuit conclusum, Ioannem Baptistam non esse instituendum.

Manzanedo

Vladislauien. Prædiorum

Lunæ 23. Iunii 1608.

S V M M A R I A.

1. *Possessio extinguitur per mortem.*
2. *Defuncti possessio non transfertur in hæredes absque apprehensione.*
3. *Aliud est possidere, aliud in possessione esse.*
4. *Possessor probatur, qui probatur esse in possessione.*
5. *Testes tenentur deponere de possessione facti, & quæ sensu corporis percipi valet.*
6. *Testes regulariter non tenentur sui dicti rationem reddere, nisi interrogati.*
7. *Testis deponens, aliquem esse in possessione intelligitur de possessione facti, & illius depositio sustinetur absque redditione rationis.*
8. *Possessio facti, et sic detentionis infertur ad possessionem iuris; & testes de ea deponentes, probant possessionem ciuilem, & naturalem.*
9. *Possessio respectu secundi extremi in spolio probatur ex instrumento, & litis substentatione.*
10. *Testes iurat. sub termino remissoriæ, videntur extra terminum posse examinari.*

Decisio CDXLIV.

CVM 6. Iunii anni proxime præteriti dubitassem, An intraret spolium, et D. Catherina, et litis consortes possent illo agere, Domini dixerunt, quod D. Catherina melius probaret: Vnde, probationibus in vim remissoriæ de nouo factis, et hodie eodem dubio reproposito, Domini dixerunt, constare de spolio. Supponitur etiam, prout partes fatentur, q. Ioannem patrem Catherinæ, et sororum possedisse bona, fulchia, de quibus agitur, vsque ad illius vltimum vitæ Spiritum, seque ipsum nunquam fuisse spoliatum, nec hodie spolium ex persona ipsius intentari; nihilominus possessio patris hodie iuuat pro primo extremo spolii probando, cum † possessio Ioannis per illius mortem fuerit extincta, l. 1. §. scæuola. ff. si quis testam. lib. ess. iuss. fuer. † et non fuerit translata ad filias, quamuis hæredes sine illarum apprehensione, l. cum hæredes. ff. de acq. poss. Vnde videndum est, an D. Catherina, & sorores ex ista persona probent primum extremum, videlicet possessionem istorum bonorum post mortem patris, prout probari Dominis visum fuit ex 2. 3. et 5. testibus pro istis sororibus ad quartum articulum, deponentibus, scire ipsas fuisse in possessione istorum bonorum per aliquot dies post mortem earum patris, et quamuis tertius testis ad sextum Intimationem dicat se præsente Monasterium per vim ista bona intrasse 6. die post obitum dicti Ioannis, hoc non obstat, quin potius coadiuuat depositionem ipsius testis, et aliorum ad quartum articulum, qui dicunt, istas sorores habuisse prædictam possessionem per aliquot dies post obitum patris, quod valet verificari optime illis sex diebus decursis à morte Ioannis occursa 28. Martii 1590. vsque ad occupationem violentam Monasterii de die 3. Aprilis eiusdem anni. Et non obstat, quod prædicti testes deponant sorores fuisse in possessione illorum bonorum, et 3 † aliud esse possidere, aliud vero in possessione esse l. si quis autem. ff. de acq. poss. Quia fuit responsum, 4 † satis possessorem probari, qui in possessione fuisse probatur, iuxta gl. fin. in cap. Pontifices 7. q. 1. quam sequitur Oldrad. cons. 209. nu. 4. & Felin. in cap. cum causam. nu. 3. vers. sed nihilominus. de test. Nec etiã facit, quod prædicti testes non reddant vllam rationem, et quod deponendo de possessione videan-5 tur deponere de possessione iuris; † cum teneantur deponere de possessione facti, et quæ sensu corporis valet percipi; Respondebant namque Domini, non ex eo minus istos testes prædictam possessio-6 nem probare, tum quia † regulariter non tenentur reddere causam sui dicti, nisi de illa à Iudice fuerint interrogati, iuxta gl. in d. cap. cum causam. & ibi Innoc. & communiter omnes, teste Felyn. ibidem 7 num. 2. tum etiam quia, † quando testis deponit, aliquem esse in possessione, hoc est referendum ad possessionem facti, et quamuis non reddat rationẽ, sustinetur illius depositio, iuxta gl. in verb. stipuletur in l. stipulatio ista §. hæc quoque. de verb. oblig. quam ibi num. 2. approbat Bart. & Alex. num. 2. & Ias. num. 4. idem Bart. in tract. de testib. num. 9. vers. testis dixit aliquem possedisse, & post Innoc. in c. cum causam eamdem gl. sequuntur, & pluribus ornat Felyn. vbi sup. d. nu. 3. vers. secundo tempora. ipse ab. Ant. de Butr. in cap. cum ad sedem. num. 29. de restit. spoliat.

8 Ex ista † namque probatione possessionis, prout est facti, nempe detentionis, infertur ad possessionem iuris, et sic testes prædicti bene probant possessionem ciuilem, et naturalem, iuxta Bart. in d. §. hæc quoque. num. 2. Alex. & Ias. vbi supra. Reliqua vero, quæ pro D. Catherina, et sororibus adducebantur Dominis non placuerunt.

De secundo vero extremo satis constat ex testi-9 bus, et † ex instrumento possessionis captæ dicta die 3. Aprilis, quin et ex sustentatione litis; Sed quia pro parte Monasterii opponebatur, istos testes de possessione Sororum deponentes fuisse examinatos post terminũ Remissoriæ lapsum, ideo Domini super ista oppositione, & an vera sit in facto 10 † & testes intra terminum deposuerint, aut saltem iurauerint, mihi videndum remiserunt. &c.

Penia.

Romana Recuperationis Dotis

Veneris 16. Ianuarij 1609.

S V M M A R I A.

1. *Citatio ad videndum testes iurare est necessaria pro examinis validitate.*
2. *Decl. vt sufficiat citatio ad dicendum contra articulos, & videndum committi Notario iuramenta testium, & examinis receptionem, & quod pars comparuerit dando interrogatoria, super quibus fuerint testes medio iuramento examinati.*
3. *Citatio fit ad effectum, vt citatus notitiam habeat actus gerendi.*
4. *Iuramentum testis non probatur ex verbis, Testis indu-*

inductae, iurarunt, & examinatum.

5 *Praescriptio non currit contra non valentem agere.*

6 *Solutio pro residuo probat integram solutionem.*

7 *Exceptio non numeratae pecuniae non opposita infra biennium non potest amplius opponi.*

Decis. CDXLV.

IN decisione in hac causa facta die 11. Aprilis 1608. fuerunt reseruatae tres difficultates particulariter videndae, quae in hac propositione fuerunt discussae.

Prima difficultas opponebatur contra examen testium ex defectu citationis ad videndum eos iu-1 rare. Nam † citatio pro validitate examinis est necessaria, *l. si quando. C. de testib. & fuit saepe in Rota decisum.*

Informantes pro Lucida de Martinis dicebant, 2 † hanc nullitatem non obstare, quia in citatione ad dicendum contra articulos legebantur illa verba, & committi Notario iuramentum testiu, & examinis receptionem, & pars aduersa comparendo dedit Interrogatoria cũ quibus fuerunt testes medio iuramento examinati. Nam per comparitionẽ partis fuit sanatus defectus citationis, si quis inter-3 uenisset notitiam rei gerendae, † ad quem affectum est inducta citatio; *vt fuit dictum in causa Veneta Foederis Matrimonij coram me die 8. Iunij 1598.*

Ceterum circa hanc difficultatem adhuc remanebat dubium, an iuramentum testium probaretur, cum in examine diceretur, Testis inductus, iuratus 4 & examinatus, † quibus verbis non probatur iuramentum, *tenuit Rota apud Verall. decis. 123. incip. Iuramentum testis par. 2. & dec. 146. incip. Notarius si iuramẽto. ead. par. 2. & dec. 295. incip. Testis non probat. par. 3.*

Quare tutior erat responsio, quod aderant alii testes examinati anno 1607. quibus non obstat aliqua nullitas.

Ad secundam difficultatem, an esset locus praescriptioni contra Saluianum; Placuit respõsio data in alia decisione in hac causa facta die 17. Decembris 1607. vers. nõ obstat praescriptionis exceptio. Quia donec vixit Paulus, qui decessit anno 1548. 5 non potuit agi ad repetitionem dotis, cum † contra non valentem agere non currat praescriptio, à praedicto vero anno 1548. inchoatum iudicium impediuit cursum legitimae praescriptionis.

Ad tertiam difficultatem, an instrumentum cõfessionatum probet veram numerationem, responsum fuit.

Primo quod, cum Paulus in instrumẽto dixerit, 6 se recepisse scuta 100. pro residuo, † ex hoc probatur integra solutio, *glos. in l. si ex pluribus. 159. in versiculo reliquum. & ibi Paul. de Castr. num. 2. ff. de solut.*

7 Secundo fuit responsum, quod, † cum exceptio non numeratae pecuniae non fuerit apposita in tempore infra biennium, non poterat amplius opponi, *vt fuit dictum in causa Spoletana Dotis die 9. Maij 1608. coram D. meo Coccino.*

Manzanedo.

Bononien. de Pannolinis

Lunae 9. Februarij 1609.

S V M M A R I A.

1 *Examen testium est nullum, si deficiat citatio ad videndum illos iurare, & iuramentum. & nu. 5. Lim. vt num. 6.*

2 *Error Copistae non debet partibus obesse.*

3 *Error potest coniecturis probari.*

4 *Verisimile non est, quod examinentur testes ante productionem articulorum.*

6 *Praesentia partis in iuramento testis supplet defectum citationis ad videndum testes iurare.*

Decis. CDXLVI.

CVM 3. Martii 1607. proposuissem dubiũ, An terrae nuncupatae delle Corrade, & aliae de Thomeis, & Domus de Desertis comprehenderẽtur in fideicommisso, ita vt essent consignandae D. Curtio, & resolutio fuisset capta quoad terras delle Corrade, & dictũ, quod de aliis videretur, vt in decisione tũc facta, posteaque 20. Iunij anni proxime praeteriti reproponerem dubiũ super terris, & domo de Desertis, pro parte D. Alberti fuit oppositum de nullitate examinis testium, & Domini dixerunt, quod de praedicta nullitate videretur. Vnde super illa causa proposita, Domini testes fuisse valide examinatos dixerunt. Duae 1 nempe opponebantur nullitates, Altera † ob defectum citationis ad videndum iurare testes, Altera vero ex defectu iuramenti illorum, & ambae deducebantur ex eo, quod in summario testium producto pro parte D. Curtii leguntur in principio haec verba, 1562. 11. Aprilis, ex quibus infertur, tres testes primos fuisse eadem die 11. Aprilis examinatos, & cũ in processu intitulato ABCD. legatur, partem D. Curtij produxisse suos articulos die 13. eiusdẽ mensis Aprilis, & testes iurasse sub die 20. eiusdem, dicitur, quod dictum examen sub die 11. Aprilis fuerit factum ante productionẽm articulorum, & in die sub qua nulla cadebat citatio, & ante iuramentum testium, & etiam ante citationem ad videndum illos iurare, & per consequens nulliter. Sed fuit responsum, fuisse errorem Copistae exemplan. summarium testium, qui volens notare diem 21. examinis omisit vnam, 10. & illa 2 omissa scripsit 11. † qui error non debet partibus nocere, *l. errore. C. de test. l. fin. C. de fid. instr. Rom.* 3 *cons. 170. num. 3. Aym. cons. 147. num. 5. &c.* † talis error potest coniecturis probari, *vt notatur in l. cũ proponebatur. ff. de leg. 2. Soccin. cons. 94. nu. 8. vers. error enim tabellionis lib. 1. Bursat. cons. 419. nu. 3.* sed clarissime dictus error conuincitur ex fide Notarij attestantis die 21. eiusdem mensis Aprilis in dicto processu ABCD. primos testes, qui die antea iurarunt examinatos fuisse; Quae comprobantur, quia 13. eiusd. mẽsis Aprilis articuli fuerunt producti praesente D. Alberto, cui illorum successiue copia fuit decreta, & 17. eiusdem idem Albertus comparuit, & opponẽdo articulis dixit generalia contra &c. & die 20. eiusdem, praecedente citatione per diem ante ad videndum iurare, recipi, & examinari, testes fuerunt inducti, & iurarunt corporaliter ad S. D. Euangelia tactis scripturis, & die 21. eiusdem iidem testes iurati fuerunt praesentati, & petitum examinari, et Albertus dedit sua Interrogatoria, super quibus, et articulis fuit decretum examinari, et interrogati, et depositiones eorum in scriptis redigi, prout examinati, et interrogati fuerunt, quae series illius facti satis illius veritatem, et Copistae errorem demonstrat, praecipue 4 † cum non sit verisimile, quod examinarentur testes ante productionem articulorum, Contra alios vero duo testes examinatos sub die 30. praedicti mẽn-5 sis Aprilis † opponitur defectus citationis ad vi-6 dendum eos iurare; sed respõdetur † illos inductos fuisse, et iurasse praesente D. Alberto, ex quo non

fuit

fuit opus alia citatione, *ad tradita per Gabr. de citat.concl.1.limit.51.num.396.&c.*

EODEM

Imolen. Praeceptoriae.

Veneris 1. Iulii 1609.

SVMMARIA.

1 *Fructuum restitutio venit regulariter in mandato de manutenendo.*
2 *Paupertas excusat à restitutione fructuum.*
3 *Signatura adita pro reseruatione fructuum, & expensarum in fine litis paupertatis praetextu solet rescribere cum clausula, Arbitrio, & Rotae ex ea ad finem litis reseruare.*
4 *Fructuum, & expensarum restitutio ad finem litis in paupere ex aequitate reseruari debet, ne alias, & si bonum ius foueat, compellatur causam deserere.*

Decisio CCCCXLVII.

Concessa manutentione D. Equiti Thesauro, ille agebat ad fructuũ restitutio-1 nem, † quae regulariter venit in man-2 dato de manutenendo, & quamuis † ab ea excuset paupertas, *Put. dec. 143. lib. 1.* nihilominus D. Eques Galantes recursum habuit ad signaturam, et mihi fuit rescriptum, quod constito de eius paupertate, procederem in causa, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis Arbitrio Rotae; ad quem effectum dubitaui, An arbitrium intraret, et Domini affirmatiue respõderunt, quia ex testibus visum fuit satis de paupertate consta-3 re† qua stante saepius signatura praedictũ rescriptum facere assueuit, & Rota iuxta illud fructus, & 4 expensas in fine litis reseruare, †quod & aequitate nititur, ne alias pauper, & si bonum ius foueat, cõpellatur causam deserere, &c.

EODEM

Eadem

Veneris 15. Ianuarij 1610.

SVMMARIA.

1 *Paupertatis aestimatio relinquitur arbitrio Iudicis.*
2 *Fructuum restitutio exclausula, arbitrio, reseruanda est in paupere ad finem litis, etiam quod sint percepti post decisiones dotales, dummodo non post mandatum de manutenendo.*
3 *Fides regulariter fidem non facit.*
4 *Arbitrium facilius intrat cessante dolo.*

Decisio CCCCXLVIII.

Fvit resolutum prima Iulij 1609. in ista causa intrare arbitrium, pro reseruatione fructuum, & expensarum in fine litis, & Dom. Equite Thesauro praedictae decisioni non acquiescente, quia & ipse pauperem itidem se diceba, idem dubium hodie reproposui, & Domini standũ in dictis censuere ex adductis in prima decisione, & paupertatem D. Galantis bene probatam; Cui non obstat paupertas D. Equitis Thesauri addu-1 cta, cum non probari videatur, & † aestimatio paupertatis relinquitur arbitrio iudicis, *Menoch. de arbitr.cas.65.nu.7.& seq.* & in omnem euentum ipse hodie habet fructus Praeceptoriae, cum illam post mandatum de manutenendo possideat. Nec 2 facit quod, † D. Eques Galantes acceperit fructus post decisiones Dotales, cum illos non habuerit post mandatum.

Minus obstat incisio arborũ, cũ de illa non con-3 stet, nisi ex quadam fide, † quae regulariter non facit fidem.

Et tandẽ praedicto arbitrio locũ esse visum fuit, cum D. Eques Galantes non commiserit spolium 4 dolose, † quo casu dolo cessante facilius intrat arbitrium, *Put. dec.4.de solut. Mohed.dec.2.eod.tit. & fuit resolutum in Cesenaten. de Aldinis 9. Decebris praeteriti coram R.P.D. meo Coccino, &c.*

EODEM

Vladislauien. Pradiorum

Die 15. Maii 1609.

SVMMARIA.

1 *Signatura Sanctis. aditur pro sanando examine facto extra terminum remissoriae.*
2 *Clausulae arbitrio locus est pro sanatione examinis facti extra tempus remissoriae, si testes fuerint examinati cum interrogatorijs à parte datis cõcernentibus personas testium, & factum.*
3 *Examen nulliter factum, in quo fuerunt data interrogatoria solet sanari.*
4 *Interrogatoria qui dat, tacite examini consentire videtur.*
5 *Testes extra tempus remissoriae examinati dicuntur examinati sine iurisdictione, quo casu non solet Rota illorum examen sanare. Decl.vt nu.6.*
7 *Interrogatoriis datis malitia, vel negligentia Iudicis non exacuatis debent parte petente testes super omissis interrogatorijs repeti, etiam attestationibus publicatis, sed secus quoad interrogatoria non data.*
8 *Verba, per aliquot dies denotant paucitatem dierum, & verificantur in duobus.*

Decisio CDXXXXIX.

Fvit resolutum 23. Iunij anni proxime praeteriti, constare de spolio, sed quia opponebatur pro parte Monasterij, testes, quibus illa decisio nitebatur, fuisse examinatos post terminum remissoriae lapsum, Domini hoc mihi videndum reliquerunt, quod ego vidi, & reperij sic se habere, prout pars Monasterij asseuerauerat, 1 vnde † pro parte D. Catherinae, & sororum fuit adita signatura Sanctis. pro sananda nullitate examinis DD. testium extra tempus facti, & signatura rescripsit mihi, vt fidem praestarem testibus arbitrio Rotae.

Vnde hodie dubitaui, an intraret arbitrium pro dicta nullitate sananda, & Domini affirmatiue responderunt ex eo potissimum fundamento, quia 2 †testes fuerunt examinati, cum interrogatorijs Monasterij concernentibus, tam personas testium, quam ipsum factum, *iuxta doctrinam specular.lib. 1.par.4.tit.de testib.§.6.nu.4.& 19.* † quibus stan-3 tibus praedicta nullitas venit sananda, *iuxta dec.*

Put. 301. lib. 3. & decis. 217. & 1845. lib. 3. part. 3. diuers. Cas. de Grass. dec. 11. nu. 18. de probat. quod & passim Rota seruare assueuit, † qui enim dat Interrogatoria tacite examini cõsentire videtur. 4

Quibus non obstat, quod testes fuerint examinati extra tempus remissoriæ, & † sic videantur absque iurisdictione examinati, & Rota non soleat illorum examen sanare, quando adest defectus in iurisdictione, † cum in casu Putei testes non tantum post tempus remissoriæ, sed etiam extra locũ fuerint examinati, quod operatur Interrogatoria data iuxta prædictas decisiones. 5 6

Minus obstat clausula commissionis, constito, quod ex testibus appareat de possessione Ioannis Patris Oratricum, & quod Abbas de facto illas spoliauerit, quia respondetur commissionem habere secundam partem, vel si magis placet, committatur eidem Auditori, qui testibus prædictis fidem præstet Arbitrio Rotæ, & fuit mihi commissum, quod procederem, vt in secunda parte. Vltra quod, vbi opus esset, conditio prædictæ clausulæ (constitos) esset purificata per dictam decisionem 23. Iunij anni præteriti in ista causa factã, in qua fuit dictum, constare de spolio, & fuit responsum ad obiectionem modo factam, nempè testes non concludere spolium.

Vltimo non obstat, quod, licet testes fuerint cũ Interrogatorijs examinati, illa nihilominus non euacuauerint, videlicet in eo, an fuerint præsentes apprehensioni possessionis bonorũ de Fulchia per istas sorores adeptæ, vel de illa audiuerint loqui, & an viderint sorores aliquos fructus percipere, & de quo tempore, & quod reddant causam scientiæ, quia Respondetur quod articulus 4. D. Catherinæ, & sororum continet possessionem de istis bonis de Fulchia per ipsas post mortem patris captam, cui articulo testes respondent, scire illas fuisse in possessione dictorum bonorum de Fulchia, per aliquot dies post mortem patris, quæ responsio testium concludit prædictam possessionem, vt in prima decisione late fuit ostensum, et nullum Interrogatorium legitur directè petens à testibus, à quo tempore ista possessio fuerit apprehẽsa per sorores, nec an illi testes fuerint præsentes, vel ex istis bonis viderint ab istis sororibus fructus percipi, vnde intrat doctrina, *Hostien. in c. 3. num. 27. de testib. in 6.* quod † si Interrogatorium fuerit datum, et Iudex malitiose, vel negligenter super illo omiserit interrogare, quod tunc parte petente, etiam publicatis attestationibus poterit testis super predicto interrogatorio repeti, quod secus erit, si interrogatorium non fuerit factum, quo casu pars sibi imputet, quæ doctrina fũdatur in dispositione, *tex. in cap. per tuas, de testib. illamque sequutus est Io. Andr. in c. 2. num. 16. eod. tit. in 6. & ibi eiusdem Additio in glos. in verb. interrogatoria cuius etiam meminit prædictis non citatis Addit. ad restr. in prax. lib. 6. cap. 2. num. 56.* 7

Nec facit, quod in 6. Interrogatorio petatur a testibus, quod declarent circa possessionem Catharinæ, et sororum cum prædictis circunstantijs; Quia respondetur quod illud sextum Interrogatorium quærit de possessione D. Catherinæ, et sororum quoad bona hereditaria illarum patris, quæ erant quam plura vltra bona Fulchia, et circa illa comprehensa in Interrogatorio illud testes euacuarunt, et tantum abest, quod circa possessionem sororum captam de bonis Fulchia dederit Monasterium particulare Interrogatorium, vt potius consequutiue post dictum sextum Interrogatoriũ, quæsierit, an sciat testis, quod Monasterium possideat bona Fulchia, et de quo tempore, quod etiam testes euacuant declarantes inuasionem violentã Abbatis fuisse per aliquot dies post mortem Io. annis, et tertius testis dicit fuisse sexto die post prædictam mortem.

Ex quibus, et ex responsionibus ad quartum articulum apparet tempus, quo sorores fuerunt in possessione istorum bonorum de Fulchia, nempè per aliquot dies post mortem patris, quod verificari valet in illis sex diebus decursis à morte patris vsque ad inuasionem violentam Monasterij, cum † verba per aliquot dies, denotent paucitatem dierum, et verificentur in duobus, *ad text. iuncta glos. in verb. aliquot annis in cap. cum Canonicis de censib. & text. in c. 1. & ibi glos. in. qui matr. accus poss. & vtrobique Hostien. eodem verb. &c.* 8

E O D E M

Auximana Residentiæ

Lunæ 14. Decembris 1609.

S V M M A R I A.

1. *Causa non dicitur beneficialis, vbi agitur de salario Cappellani à laicis assignato cum onere celebrandi, & de illo compellendo ad residendum.*
2. *Mandatum procuræ ex coniecturis, & verisimilitudinibus probatur.*
3. *Mandatum præsumptum suffragatur, etiam si constet de expresso facto post sententiam.*
4. *Clausula, Arbitrio, temperat iuris rigorem, & dat facultatem aliquantulum recedendi ab illius regulis.*
5. *Ampli. præsertim quando rescribitur iurisdictionem habenti, & sic procedendi prout de iure, ne alias commissions reddatur superflua.*

Decisio CDL.

RESolutione capta in ista causa 23. Martij præteriti pro iustitia sententiæ R. P. D. Vipereschi cum reseruatione videndi particulariter super nullitatibus contra illam pro parte D. Mercurij adductis fuit pro parte societatis habitus recursus ad signaturam pro illis sanandis, et mihi commisso, quod procederẽ Arbitrio Rotæ. Dubitaui, An esset locus prędicto arbitrio pro dicta sanatoria, et Domini affirmatiue respondendum dixere; nam quo ad nullitatem ex defectu iurisdictionis R. P. D. Vipereschi visum fuit, illam non adesse, cum ille esset Vicarius Illustrissimi Archipręsbiteri Lateranensis, et † ista causa non sit beneficialis, quia agitur tãtum de quodam salario Cappellano assignato à personis laicis cum onere celebrandi, vt fuit dictũ in dicta prima decisione, et de illo compellendo ad residendum iuxta ipsius promissionem, et per consequens non de beneficio, nec de illius titulo, *Verall. dec. 99. par. 1. Put. decis. 496. par. 2.* 1

Quo vero ad nullitatem procedentem ex defectu mandati illa deducebatur ex eo, quod cum D. Mercurius in instantia coram R. P. D. Vipeschio haberet Procuratorem, qui mandatum produxerat in actis cum protestatione, Nihil fieri nisi ipso citato, obtinuit societas dictam sententiam non citato procuratore in actis constituto, sed alio, nempè Antonio Francisco, de cuius mãdato non constabat, sed cum D. Antonius Franciscus produxerit litteras ad fauorem Mercurij per capitulum expeditas super isto salario, de quo agitur, et ille faciant ad causam, tum et cum idẽ interposuerit appellationẽ nomine dicti Mercurij à dicta

a dicta sententia, illamque Mercurius in Rota fuerit prosequutus, & in ista secunda instantia visus fuerit Iuribus per D. Antonium productis, qui etiã in ea mandatum D. Mercurii produxerat, visum fuit, cõstare de mandato præsumpto D. Francisci, 2 † cum illud ex coniecturis, & verisimilitudinibus præsumatur, *Bal. in l. 1. num. 2. C. de reb. Eccles. non alien. Dec. cons. 36. Gozzad. cons. 11. nu. 13. Rot. dec. 32. num. 2. par. 2. divers. & fuit dictum coram me in una Pampilonen. Praheminentiarum 14. Aprilis* 3 1606. & † mandatum præsumptum suffragatur, etiam si constet de expresso facto post sententiam, *vt fuit resolutum in causa Firmana Iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram Illustrissimo Pamphilio.* Quę magis procedunt stante bono iure Societatis, de quo apparet ex adductis in prima decisione in hac causa facta, quodque animum maxime mouit, vt ex omnibus simul iunctis dicerent esse locum 4 Arbitrio, præsertim cum † ista clausula temperet rigorem Iuris, & det facultatem recedẽdi aliquãtulum ab illius regulis, *Cresc. decis. 4. de testib.* 5 † præsertim quando rescribitur habenti aliam Iurisdictionem, & sic facultatem procedendi prout de iure, ne restricta ad meros terminos iuris redderetur superflua commissio, *Felyn. in cap. 1. num. 51. vers. & si dicatur arbitrio suo. de constitut. & fuit dictum in una Romana Cottimi 8. Martij 1605. coram R. P. D. meo Sacrato, & alijs. &c.*

Lugdunen.

Leodien. Parochialis

Lunæ prima Martii 1606.

SVMMARIA.

1. *Probationes leuiores sufficiunt ad effectum mandati de manutenendo.*
2. *Sententia sola non priuatur quis possessione, nisi sequatur actualis apprahensio hominis ministerio.*
3. *Executor mixtus cum clausula, vocatis vocandis, tenetur assumere partes Iudicis.*
4. *Appellatio datur à sentẽtia mixti Executoris, qui appellationi tenetur deferre.*
5. *Possessio capta intra 10. dies ad appellandum est attentata, & non manutenibilis, & non potest impedire manutentionem anteriori possessori.*

Decis. CDLI.

PRO Informante, videlicet mandatum de manutenendo in possessione Parochialis, de qua agitur, dandum esse D. Ioanni Arnoldo, de cuius anteriori possessione constat ex confessione Ioannis Vuypron aduersarij facta in precibus pro obtinenda huius causæ commissione ex articulo per eum dato corã Iudice executore, et depositionibus plurium testium super dicto articulo factis, demumque sententia dicti Iudicis, qui pronunciauit, Arnoldum esse amouendum à possessione; Quibus simul iunctis remanet plusquã probata possessio, præsertim ad effectum manuten-1 tionis, † ad quem leuiores etiam probationes sufficerent, *vt per Menoch. post alios, retin. possess. remed. vlt. num. 34.*

Non obstat, quod in d. Iudicis executoris sentẽtia dicatur, Arnoldum esse amouendum, et Ioannem Vuypron esse immittendum, cum sequentibus verbis, Prout eum in veram, realem, et actualem possessionem immittimus, et defendimus, Nam 2 † per solam sententiam non priuatur quis possessione, nec eam amittit, sed requiritur actualis, et realis appræhẽsio cum hominis ministerio, *Cassad. dec. 7. in princ. de caus. poss. & propr. Gayl. obseru. 152. lib. 2. Rot. diuers. dec. 24. par. 2.*

Insuper nec etiam accedente hominis ministerio Arnoldus amisisset suam possessionem, quia sẽtentia fuerat lata ab executore non mero, sed mix-3 to, † qui propter clausulam, vocatis vocandis tenebatur assumere partes Iudicis, *cap. exhibita. vbi Felyn. numer. 4. de Iudic. Card. cons. 63. in princ.* 4 *Oldrad. cons. 227. num. 2.* † Ideoque dabatur ab eius sententia appellatio, et ipse appellationi deferre tenebatur, *Card. & Felyn. in loc. præalleg. & in cap. de cætero. num. 10. in fin. de re iud.*

5 Atque † hinc sequitur, quod, cum Arnoldus appellasset intra decem dies, possessio etiam si data fuisset Ioanni Vuypron; tamen non esset manutenibilis, sed vti nulla, et attentata non deberet impedire manutentionem debitam anterior possessioni Arnoldi, vt sunt iura vulgata, *& fuit sæpissime decisum in Rota, & nuper in causa Neocastren. Parochialis prima Februarij proxime præteriti coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Eminentiss. Domino Cardinali Pamphilio

Eadem

Lunæ 19. Decembris 1611.

SVMMARIA.

1. *Sententia nulla, & iniusta est reuocanda.*
2. *Citatio ad sententiam est omnino necessaria.*
3. *Citationes debent in processu adnotari.*
4. *Notario de citatione attestanti nõ creditur, nisi ipsa citatio exhibeatur.*
5. *Citatio reproduci debet ante sententiæ prolationẽ, & in ipsa die, qua cadis, alias sententia dicitur sine citatione.*
6. *Gratia est iustificanda quoad omnia in ea narrata.*
7. *Beneficium vacare non potest per obitum illius, qui illud antea resignauit. & num. 9.*
8. *Reseruatio est iustificanda etiam si in negatiua cõsistat.*
9. *Resignatio per subsecutam prouisionem dicitur consumpta.*

Decisio CDLII.

1 CONclusum fuit, sententiam de partibus esse nullam, et iniustam, † ideoq; reuocandã *ad tex. cum ibi not. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. cum similib.* et quidem quoad caput nullitatis, omissis aliis, quæ per Informantes pro Arnoldo opponebantur, Domini amplexi sunt nullitatem deductam ex defectu Citationis ad sentẽ-2 tiam, † quæ est omnino necessaria ad illius validitatem, *clem. sæpe vers. sententiam vero. & ibi glos. in verb. ad id. de verb. signif. Anchar. cons. 211. n. 1.* et talis defectus citationis colligitur ex reuolutio-3 ne ipsius processus, † in quo citationes debent annotari, *Abb. cons. 804. num. 1. in fin. lib. 2. Corn. cons. 141. num. 3. lib. 3.*

Nec visum fuit Dominis huiusmodi defectum tolli ex fide, et attestatione Notarii actuarii huius 4 causę in partibus, quia præter id quod † illi standũ

non eft,nifi actus citationis exhibeatur, *Parif cōf. 3 1 .num.14.lib.4.Gabc.conf.40.num.3.lib.* 1.ex illa apparet,quod citatio ad eius manus peruenit,poftquam acta caufę per plures menfes fuerunt exemplata,et ad Curiam tranfmiffa, et fic quod citatio 5 non fuit in actis reproducta,† prout neceffario requiritur , et quidem ante prolationem fententiæ, alias remanet circunducta,et fententia dicitur fine citatione lata,*vt per Caf.* de *Graff.dec.11.nu.2. de reiudic.*

Vnde etiam fuit dictum prætenfum defectum citationis ad fententiam non poffe fanari ex citatione , quæ dicitur executa contra Procuratorem Arnoldi nunc in actis reproducta, quia,vt dictum eft,reproductio debet fieri ante prolationem fententiæ,et in ipfo die,quo cadebat citatio.

Quo vero ad caput iniuftitię illa vifa fuit euidēs et notoria,quia fententia fuit lata nulla præcedente faltem legitima iuftificatione gratiæ Ioannis 6 Vuypron,†quę erat iuftificāda quoad omnia in ea narrata,*iuxta not.per Io.Andr.& alios in cap.1.de lit.conteft in 6.*& quidem antequam poffet procedi ad illius executionem, *Egid.dec.303.Mil.verb. gratiam beneficij Pacif. conf.40. num.31.lib.4.& fuit fæpe decifum.*

Et inter alia gratia non fuit iuftificata quoad vacationem narratam per obitum Egidij,cum nulla offeratur probatio, quod ipfe deceffetit in poffefsione huius Parochialis. Vltra quod etiam fi id probaretur,nihil releuaret,quia Egidius ante eius obitum refignauerat hanc Parochialem in mani-7 bus Sāctifsimi ad fauorem Arnoldi;†Vnde non potuit vacare per illius obitum,*cap.ex tranfmiffa.& cap.fuper hoc.de renunciat.Caffad dec.4.num.10.de reftit.fpoliat.*Et ex hoc non obftat,quod gratia Arnoldi fuerit in forma dignum , & Egidius forfan obierit ante approbationem ipfius Arnoldi,*vt fuit lati fime decifum in Burgen.Canonicatus 28.Aprilis 1597. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio.*

Ex quo etiam fequitur,non effe iuftificatam narratiuam referuationis ob non feruatam formam 8 Conftitutionis Pii V.† quæ eft omnino iuftificanda,etiam fi in negatiua confiftat,*vt in terminis dictæ Conftitutionis fuit refolutum in Vicen.Parochialis 14.Ianuarij 1611 coram R.P.D.meo Manzanedo,& alias fæpius*,nam fi Parochialis non vacauit per mortem Egidii, fed longe antea per refigna-9 tionem ab eo factam in fauorem Arnoldi † quæ per illius prouifionem fuit confumpta,*glof.in clem. 1.verb.collat.paulo poft princ. & ibi Doct. vt lit. pend.*neceffario refultat , quod de tempore gratiæ Ioannis Vuypron Parochialis non vacabat, & fic illa nullatenus poteft dici iuftificata,vt dicitur in eadem Vicen Parochialis.

Et ita decifum &c.

E O D E M

Eadem

Veneris 30. Maii 1612.

S V M M A R I A.

1 *Conclufio in caufa de ftylo Hifpaniarum deferuit pro citatione ad fententiam .*
2 *Stylus, & confuetudo vnius loci nō extenditur ad alium.*
3 *Conclufio in caufa dicitur circunducta per citationes,& alios actus poftea geftos.*
4 *Ampl etiam ftante proteftatione de non recedēdo à conclufione.*
5 *Circunductio non pendet à voluntate Iudicis , vel partis fed à mera iuris difpofitione.*
6 *Iniufta dicitur fententia,quæ ex actis non iuftificatur.*
7 *Referuatio eft iuftificanda etiam fi in negatiua cōfiftat.*

Decifio CDLIII.

PLacuit Dominis decifio alias facta fuper reuocatione fentētiæ de partibus;nam quoad caput nullitatis non videbatur defectus citationis ad fententiam poffe faluari ex conclufio-1 ne in caufa , † quæ de ftylo Hifpaniarum deferuit pro citatione,vt fuit pluries in Rota decifum,quia vltra quod talis ftylus non probatur fpecialiter in Curia Leodien. prout probari debet , cum alias 2 † ftylus , & confuetudo vnius loci non extendatur ad alium,*Alex.conf. 68.nu.19.lib.2.Dec.conf.583. num.22. Gozzad.conf.84.num.16.in fin.& fuit dictum in caufa Oriolen. fructuum 20. Nouembris 1595.coram bo.me.Cardinali Seraphino,& in caufa Valentina Decimarum 14.Nouembris 1597.corā* 3 *R.P.D.meo Decano*,fuit etiam refponfum † prædictam conclufionem in caufa fuiffe circunductam per plures citationes , & alios actus iudiciales poftea geftos,*Rot.dec.1.de teft.in nou. & fuit dictū in caufa Aurien.Difmembrationis 19.Martij 1597. & in caufa Pāphilonen. Parochialis 3.Iulij 1600. coram R.P.D.meo Decano,& alias fæpe.*

4 Non obftat † proteftatio non recedendi à dicta conclufione,quia illa non operatur in materia cir-5 cunductionis, † quæ non pendet à voluntate Iudicis,vel partis,fed à mera iuris difpofitione , *l.alimenta cum ibi not.C de neg.geft.Bart.in l.non folum. §.morte.num.31. vbi etiam Iaf.num.26.ff.de oper. nou.nunc.*

6 Iniuftitia † vero clara colligitur ex eifdē actis, ex quibus apparet,Iudicem protuliffe hanc fententiam nulla præcedente iuftificatione,quæ Ioannes Vuypron quoad vacationem narratam per obitum Egidij , nec non quoad narratiuam referuationis 7 ob non feruatam formam Conftitutionis Pii V. † quæ erat omnino iuftificanda, etiam fi in negatiua confifteret,*vt fuit refolutum in caufa Vicen. Parochialis 14.Ianuarij 1611.coram R.P.D.meo Mānzanedo.*

Prçterea pro parte Arnoldi plures alii defectus contra dictam fententiam deducebantur. Ex quibus omnibus placuit D. ftandum effe in decifis.

E O D E M

Eadem

Lunæ 9. Martij 1613.

S V M M A R I A.

1 *Sequeftrum contra poffefforem ficut fieri non poteft ita iam factum reuocatur.*
2 *Conftitutione quando priuilegium reuocatum dicatur. & num.3.*

Decif.

Decisio CDLIV.

PRO Arnoldo informante conclusum fuit arrestum, seu sequestrum esse reuocandum quia ex decisione facta coram Reuerendissimo D. Lugdunen. sub die prima Martii 1610. clare constat de illius possessione saltem ad effectum 1 manutentionis, & propterea † sicut contra non poterat fieri sequestrum, *Bald. in l. quidam existimauerunt. col. 2. vers. aut vnus tantum possidet. & ibi Ias. num. 4. vers. istud vltimum. ff. si cert. pet. Dec. in l. fin. numer. 7. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Franc. Marc. q. 405. num. 3. par. 2.* ita postquam fuit appositum, venit reuocandum, *vt fuit dictum in causa Bobien. iuris optandi 12. Ianuarij 1600. coram bo. me. Penia.*

Neque sustineri potest huiusmodi sequestrũ ex priuilegio Leonis X. in quo disponitur, quod, si moueatur lis alicui, qui per biennium non fuerit pacificus possessor, beneficij, fructus spectent pro medietate ad Episcopum, & Archidiaconum detracta portione consignanda Personæ idoneæ, quæ inseruiat Ecclesiæ, quia præter quam quod istud priuilegium non apparet iustificatum, nec alias constat de illius obseruantia, pro responsione fuit dictum, illud fuisse sublatum per Constitutionẽ fœl. record. Pii V. in ordine 51. incip. Cordi nobis in qua disponitur, quod fructus, distributiones, & cætera emolumenta, quæ lite pendente vigore consuetudinis etiam immemorabilis constitutionum, ac statutorum etiam auctoritate Apostolica confirmatorũ recipiebantur, amplius nõ recipiantur sed deponãtur penes idoneã personã eligendã per Iudicẽ, corã quo lis pẽdet; & cũ dicta Constitutio Pii V. emanauerit post Constitutionem Leonis, & cõtineat clausulas amplissimas cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, minime dubitari potest: quin etiam dictum priuilegium Leonis, quod in ea 2 pro expresso haberi vult, † fuerit abrogatum, *Ant. de Butr. cons. 2. alias 40. num. 5. & seqq. Felyn. in cap. nonnulli. num. 4. in fin secunda ampl. de præscript. Mohed. dec. 1. eod tit. Cassad. decis. 10. num. 2. & dec. 38. num 3. super reg. & fuit dictum in causa Romana Iuris Doctorandi 3. Aprilis 1598. coram bonæ memoriæ Cardinali Seraphino, & alias sæpissime.*

Presertim cum reuocatio fuerit facta per viam 3 legis, † quo casu sufficit clausula generalis, Non obstantibus, *Roman. cons. 936. num. 11. vers. respondeo Felyn. in d. cap. nonnulli. num. 9. vers. est verum. & numer. 5. vers fallit autem. de rescript. cum alijs adductis in causa Compsana Iurispatronatus 3. Decembris 1604. coram bo. me. Litta.*

Et ita decisum &c.

Penia

Abulen. Decimaram

Veneris 2. Maij 1610.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est Parocho in quasi possessione exigendi decimas intra limites Parochiæ tam ex sola assistentia iuris communis non turbida, quam ex actuali quasi possessione.*

2 *Exigendi quasi possessio contra antecessorem transit contra quoscunque successores, & datur ex ea contra eosdem manutentio.*

3 *Manutentio non impeditur per exceptionem, & priuilegium petitorium respicientia.*

Decisio CDLV.

CVM Rodericus de Agricola possideret quemdam Maioricatum bonorum patrimonialium consisten. intra limites Parochiæ S. Iacobi Abulen. cui decimas semper soluerat, illumq; Religioni S. Hieronymi Mocten. reliquisset, & Religio capta bonorum possessione Arrendatarios à solutione Decimarum de facto subtrahere niteretur, Ordinarius, coram quo iudicium fuerat institutum ad instantiam Rectoris, & litis consortium, sequestrum decimarum præfatorum bonorum relaxauit; interim Religio causam prætensæ exemptionis à solutione decimarum in Rota committi obtinuit.

Cæterum quia Signatura rescripsit cum clausula, sine retardatione solutionis Decimarum, Religio à prosecutione causę se abstinuit, & cum in partibus omni conatu solutionem euitare conaretur, Rector prædictæ Parochiæ S. Iacobi, & litis consortes causam prosequendo in Rota obtinuerunt dari dubium, An ipsis esset dandum mandatum de manutenẽdo in possessione exigendi decimas prę- fatorum bonorum, & Rota Rectore solum informante, quia Agentes pro Religione S. Hierony- 1 mi citari comparere renuerunt, † mandatum dandum censuit non solum ratione assistentiæ iuris communis, quæ in hoc casu non erat turbida, *Verall. dec. 306. incip. Episcopus. nu. 7. par. 1. & dec. 201. incip. Manuteneri debet Episcopus. par. 2.* verũ etiam ratione quasi possessionis actualis, in qua existebant Rector, & litis consortes exigendi decimas ex prædictis prædiis, nõ solum à Roderico, à quo Religio causam habebat, sed etiam à suis antecessoribus, vt copiose probabant testes, cum 2 † quasi possessio exigendi contra antecessorẽ transeat contra quoscumque successores in prædictis prædiis quocumque titulo succedentes, ita vt sicut erat danda manutentio contra Rodericum, & suos antecessores, si viuerent, similiter erat danda contra Religionem S. Hieronymi à Roderico causam habente, *Put. dec. 151. incip. dubitaui in vna Elboren. lib. 3. Guidop. dec. 629. incip. quinta quæst. 355. num 1. & fuit sæpe resolutum, & signanter in vna Pallen. pensionis die 1. Iulij 1595. coram Domino Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore.*

Nec obstat, quod bona, vnde decimæ soluebantur, peruenissent ad Religionem Sancti Hieronymi exemptam, & multis priuilegiis munitam, quia 3 fuit responsum, † istam exceptionem, & priuilegia respicere petitorium, & ideo interim non esse manutentionem impediendam, *vt sæpe resoluit Rota & signanter in causa Cartaginen. Decimarum corã Gyptio die 27. Iunij 1590. & coram me in causa Elboren. Decimarum die prima Decembris 1606.*

E O D E M

Eadem

Veneris 4. Nouembris 1611.

S V M M A R I A.

1 *Delaratoria locus est mandato de manutenendo personaliter intimato, & reproducto, ac termi-*

 nis

nis substantialibus seruatis, & non docto de paritione, & nu. 5.

2 *Declaratoria locus est tam in executorialibus rei iudicatæ, quam in executorialibus mandati de manutenendo.*

3 *Declaratoria datur contra Administratorem, & Procuratorem Religionis, etiam quod ipsi in mandato de manutenendo non fuerint citati.*

4 *Citare non est necesse, qui nullum potest principaliter interesse prætendere.*

5 *Censuram sentire debet, qui est in culpa non obediendi.*

6 *Notario asserenti in intimatione aliquos esse colonos non creditur.*

7 *Paritio ad effugiendam declaratoriam requirit effectualem solutionem, nec sufficit declaratio.*

8 *Liquidatione facta de decimis sunt illæ realiter soluendæ.*

Decisio CDLVI.

Die 21. Maij fuit in hac causa decisum, dandum esse mandatum de manutenendo Rectori Parochialis S. Iacobi, & litis consortibus in possessione exigendi Decimas contra fratres S. Hieronymi, ad quos peruenerant Maioratus bonorum Patrimonialium D. Roderici del Aguila, qui præfato Rectori decimas persoluebat.

1 Et cum d. mandatum de manutenendo fuisset personaliter intimatum Fratri Dionisio del Castillo administratori, & Fratri Elephonso de S. Maria Priori DD. bonorum, & etiam ab ipsis instantibus fuisset etiam personaliter intimatum Generali dicti Ordinis S. Hieronymi ad cuius instantiam hęc causa fuerat in Rota commissa, & nullus ex ipsis doceretur paruisse, productis dictis relationibus, & seruatis quatuor terminis substantialibus in huiusmodi iudicio seruari solitis, dubitaui, An esset danda declaratoria, vt mediantibus censuris cum effectu parerent, & Rota vtraque parte informante dandam censuit non contra Arrendatarios, sed contra Generales, & Administratores nisi infra mensem cum effectu paruissent

Quia concurrebant requisita ad declaratoriam necessaria præcesserat. n. in hoc tribunali causæ cognitio, instrumentum de manutenendo erat datū, & legitimis personis intimatum in partibus, & in Rota reproductum, & termini substantiales seruati, iuxta consuetum stylum, & non docebatur de paritione, *Felyn. in c. ad probandum nu. 6. de re iud. Cassad. dec. 6. incip. gratia subrogationis num. 10. de caus. poss. Cresc. dec. 1. de caus. poss. & fruc.*

2 Non obstat, † quod articulus non versaretur in executorialibus rei iudicatę, quia receptus, & inueteratus stylus, Rotæ iure consono ob eamdem rationem etiam procedit in executorialibus mandati de manutenendo, *vt sæpè fuit decisum, & signanter in causa Bresanen. Canonicatus die 19. Ianuarij 1598. coram Bo. Me. Orano, & in causa Vicen. Prioratus die 19. Martij 1600. coram R. P. D. Pamphilio, & in causa Barchinonem Canonicatus die 30. Octobris 1600. coram Sacrato.*

3 Censuit etiam Rota, † declaratoriam dandam contra administratorem, & procuratorem non obstante, quod ipsi non fuissent citati in concessione mandati Rotalis, quia cum ipsi in hac causa

4 † nullum principale potuissent prętēdere interesse non erat opus illos citare, *glos. in l. in vno quoque ff. de re iudi. Alex. cōs. 88. incipit visis dubitationibus num. 3. lib. 2. Gabr. de citat. concl. 1. nu. 300. & fuit dictum in prædicta causa Barchinonen. Canonicatus coram D. Sacrato.*

5 Neque † excusabatur sub prętextu, quod petierit mandatum notificari coram Generali, quia cum eos afficeret, non debuerunt prętextu obligationis excusationem ostendere, vt se à debita obedientia, & paritione eximerent. Vnde ea propria culpa hanc censuram merito sentire debent, *c. damnum de reg. iur. in 6. Surd. dec. 94. incip. maxima contentione num. 6.*

Contra Arrendatores, quamuis ipsis esset intimatum mandatum non fuit concessa declaratoria, quia non constabat, ipsos vere fuisse Arrendatores, & colonos bonorum, de quibus agebatur,

6 † nec in hoc fuit creditum Notario, etiam si in instrumento intimationis illos tales colonos enunciasset.

Nec obstat fides quędam super quibusdam declarationibus redituum istorum bonorum, quia † per illas non paretur mandato, cum exigatur realis solutio, & obedientia realis, & quamuis pro decimis pdictis videretur, necessaria liquidatio, † illā facere oportuit, & decimas liquidatas realiter consignare, *Achil. dec. 1. de sent. excommunic.*

Ex his fuit conclusum dandam prędictam declaratoriam nisi infra mensem mandato Rotali cum effectu pareretur.

R. P. D. Pirouano

Tullen. Præpositura S. Apri.

Veneris 25. Iunij 1610.

SVMMARIA.

1 *Possessio de tempore motæ litis est præcipuum, & necessarium requisitum in remedio retinendæ.*

2 *Possessio etiam instrumentalis sufficit ad manutentionem alio in possessione non existente.*

3 *Ampl. præsertim si sit colorata titulo.*

4 *Titulus inducit præsumptionem iustioris, & antiquioris possessionis.*

Decisio CDLVII.

Rota censuit, dandum esse mandatum de manutenendo in officio Pręposituræ Fratri Philippo de Aexeuille, quia de eius possessione constat per instrumentum, *in summario num. 1. & in processu fol. 9.* & de tempore litis

1 motę, † quod est pręcipuum, & necessarium requisitum in remedio retinendæ, *§. retinendæ. Instit. de*

2 *interd. l. Attilius, vbi Castr. de donat.* † quæ possessio, quamuis instrumentalis, suffragatur tamen, & sufficit ad manutentionem, alio non existente in possessione, *Caputaq. decis. 175. par. 3. & decis. 333. par. 2. Mohed. decis. 12. alias 149. de restit. spol. Cotr. in Anconitana Cappellaniæ 21. Nouembris 1576. inter impress. 62. par. 2. & in Ceruien. Bonor. coram Illustrissimo Seraphino 30. Maij 1580. inter impress. 68. num. 3. par. 1.*

3 Quæ † etiam magis videtur manutenibilis, cum sit colorata titulo suę prouisionis, de qua *in pro-*

4 *cessu fol. 9.* † per quem titulum inducitur presumptio iustioris, & antiquioris possessionis, *Alex. in Apostill. ad Bart. in l. si duo in verb. sunt æquales, vbi possid. Bald. in l. post sententiam col. 2. de sentent. Thesaur. dec. 206. in fin. &c.*

E O D E M

Eadem

Lunæ 13. Iunii 1611.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria regulariter quatuor terminis seruatis post intimationem ob non paritionem denegari non solet. Lim. vt nu. 2. & 9.*
3 *Possessio instrumentalis ad manutentionem suffragatur alio in possessione non existente.*
4 *Lim. secus si instrumentum non sit in forma probante, vt quia careat testibus.*
5 *Sublim. nisi consuetudo ab huiusmodi solemnitate releuet.*
6 *Decl. sublimitationem, vt tamen consuetudo non probetur ex simili instrumentu partis aduersæ.*
7 *Consuetudo vt inducatur, requiritur actuum frequentatio Lim. vt nu. 8.*

Decisio CDLVIII.

1 QVamuis † regulariter seruatis quatuor terminis post intimationem executorialium non soleat denegari declaratoria ob non paritionem, *Crescent. de sequest. poss. & fruct. dec. 1. Felin. in cap. ad probandum. nu. 6. de re iudic.*

Tamen quia resolutio facta fuerat vna tantum 2 parte informante, & † releuantia deducuntur cōtra mandatum de manutenendo, noluerunt Domini dare declaratoriam.

Fuerat enim præsuppositum ex instrumento cō- 3 stare de possessione Philippi de Heneulle, † quæ ad eum effectum suffragatur, alio non existente in possessiono, *Caputaq. dec. 173. par. 3. & dec. 333. par. 2. cum alijs allegatis in decisione in hac causa* 4 *facta die 21. Iunij* 1610. & tamen † instrumentum productum carebat testibus, adeo quod super eo nullum poterat constitui fundamentum, tamquam carente forma probanti, *glos. in l. generali C. de tabul. lib. 10. dec. in cap. 1. de fid. instr. num. 34. Felin.* 5 *num. 14. Specul. eod. tit. §. 2. ad fin.* † Quæ concl. & si videatur restringenda, quando consuetudo releuaret ab hac solemnitate, *Secund. Innoc. in dict. cap.* 6 *1. & Felin. ibidem nu. 14.* † eiusmodi tamen consuetudo non probatur per Philippum ex simili instrumento possessionis captæ per aduersarium, quod pariter sine testibus rogatum fuerat, Tum quia fre- 7 quentatio actuum non intrat, † quæ requiritur ad eam inducendam *glos. in cap. Monasteria. in glos. 2. de vit. & honest. cleric. glos. in §. fin. in Auth. de de-* 8 *fensur. Ciuit. Crauett. cons. 134. nu. 7.* Tum † etiam si constaret obseruatum in pluribus instrumentis, & essent producta, non releuarent per ea, quæ tra- 9 dit, *Ias. in l. de quibus in fin. de legib.* vnde, † cum possessio Philippi ex prædictis turbida redderetur fuit dictum non esse dandam declaratoriam, &c.

Cardinali Lancellotto

Perusina Spolii

Lunæ 9. Maii 1611.

S V M M A R I A.

1 *Possessio vnius ex Socijs possidentibus pro indiuiso non destruit possessionem alterius, sed conseruat, nisi constet, quod alter habuerit se pro spoliato, vel quod non fuerit admissus pro sua rata.*
2 *Articuli, & testes super possessione alicuius non excludunt possessionem alterius pro indiuiso possidentis, & possunt verificari in alia pro diuiso ad illum spectante.*
3 *Positio continens, quod quis dū vixit vsq; ad mortē non habuit alia bona, intelligi potest de dominio.*
4 *Dominium nihil habet commune cum possessione.*

Decisio CDLIX.

FVit dictum, non probari, quod Marcus Antonius desierit possidere in vita, nam quāuis pro Claudio, & alijs probaretur, quod Bernardinus, qui ante Marcum Antonium decessit, possederit bona, de quibus agitur, hoc tamen non concludit, quod Marcus Antonius desierit possidere, quia cum in transactione anni 1537. bona fuerint eis pro indiuiso assignata, & ab eisdē pro indiuiso possessa, vt etiam fuit firmatū in alia de- 1 cisione, † etiam si Bernardinus viuēte Marco Antonio possederit, nihilominus non potest dici M. Antonius priuatus possessione, nisi probetur, quod habuerit se pro spoliato, vel quod Bernardinus illum viuentem non amiserit pro sua rata ad possessionem, *l. 3. §. in amittenda. & ibi glos. in vers. tamen possides, & §. si quis nuntiet. ff. de acq. poss.* Immò, cum possiderēt pro indiuiso, per possessionem vnius Socij non destruitur possessio alterius, sed conseruatur.

2 Vnde non obstant † articuli, & testes dicentes, Bernardinum possedisse, quia non excludunt possessionem M. Antonii pro indiuiso, & possunt verificari in alia pro diuiso ad Bernardinum spectante, *l. pupillus 239. in fin. ff. de verb signif.*

3 Positio † vero, dum dicitur, quod M. Antonius, dum vixit vsque ad mortem nō habuit alia bona, 4 intelligi potest de dominio, † quod nihil habet commune cum possessione, *l. verbum habere. ff. de euict.*

R. P. D. Pirouano

Sebericen. Mansionariatus

Lunæ 27. Junij 1611.

S V M M A R I A.

1 *Possessori datur mandatum de manutenendo.*
2 *Conferendi quasi possessio ex vnica etiam collatione probatur.*
3 *Collationum effectuatio probari debet ad effectum acquisitionis possessionis, & manutentionis.*
4 *Lim. secus quoad comprasentantes, inter quos sufficit solus consensus absque eo, quod effectuatione doceatur.*

5 *Scien-*

5 *Scientia, & patientia in incorporalibus æquipollet traditioni in corporalibus.*

Decisio CDLX.

FVit resolutum, Capitulo, & Canonicis dandum esse mandatũ de manutenendo in possessione conferendi Mansionariatum Ecclesiæ Cathedralis vna cum Episcopo, 1 † quia de possessione eorum constat, *§. retinendæ. Instit. de intea. Rot. in vna Bononien. Iurisdictionis coram B. M. Cardinali. Lancelloto inter impressas. 595. par. prima diuers.*

Possessio autem bene probatur, quia dantur quinque Collationes, quarum duæ fuerunt de tempore Antecessoris Moderni Episcopi, tres vero de tempore eiusdem, ex quibus quasi possessio conferendi sufficienter remanet probata, 2 † quæ alias ex vnica etiam collatione posset sustineri, *Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina. num. 23. vbi etiam Rip. num. 52. de caus. poss. & propr. Rot. in vna Hispalen. Iuris notandi coram Cantuccio inter impress. 17. num. 1. par. 2. & alibi sæpe.*

Et quamuis de effectuatione prædictarum Collationum hodie non doceatur per actum expressum, 3 † quod esset necessarium ad hoc, vt quis in possessione constituatur, *iuxta cons. Calder. 13. de iur. patron. Caputaq. dec. 418. par. 2.* tamen 4 † ex quo accessit consensus eiusdem Episcopi, Domini dixerunt contra, cum ad effectum manutentionis non teneri Capitulũ, et Canonicos iustificare effectuationes Collationũ, cũ inter Cõpræsentantes non sit necessaria probatio effectuationis, *Rip. in cap. cum Ecclesia, nu. 93. de caus. poss. & propriet. Rot. in vna de Ricasolis 11. Februarii 1604. coram R. P. D. meo Lancellotto,* 5 † scientia enim, et patientia in incorporalibus æquipollet traditioni in corporalibus, *l. 1. in fin. iuncta gl. pan. de seruit. rustic. præd. Bald. in l. 2. num. 23. vers. nam cum patientia. C. de seruit. & aqu. & etiam tenuit Rot. in vna Ceneten. Iurispatron. 10. Maii 1606. coram R. P. D. Marcomontio.*

Et ita solo Capitulo informante fuit resolutum etc.

Manzanedo

Bononien. Spolij

Veneris 27. Januarii 1612.

S V M M A R I A.

1 *Ecclesia possessor potest illius nomine intentare iudicium spolij. & num. 2.*

2 *Alienatione facta de re Ecclesiastica mediante locatione vltra triennium absq; beneplacito Apostolico competit spolium.*

3 *Extremum primum in spolio probatur ex confessione partis in responsione ad positiones.*

4 *Locatio ad effectum spolij in re Ecclesiastica probat primum extremum contra conductorem.*

5 *Extremum secundum in spolio probatur ex confessione aduersarii ad positiones.*

6 *Pronuncia de habendo contra contumacem in respondendo positiones pro confessatis non admittitur ex stylo Rotæ ad probandum primum extremum. Lim. vt num. 7.*

8 *Spolium vt intret, quæ requirantur.*

Decis. CDLXI.

PER sententiam D. Vicarii Bononien. fuit pronunciatum, D. Bartholottum possessorẽ Parochialis esse nomine Ecclesiæ de Liuergnano redintegrãdam in possessionem bonorum, de quibus agitur. Et causa per appellationem mihi commissa dubitaui, An prædicta sententia esset confirmanda, et Domini affirmatiue senserunt, 1 Moti ex eo quod, † cum Bartholottus sit in possessione dictæ Ecclesiæ, potest illius nomine istud iudicium intentare, *Innoc. in cap. literis. de restit. spoliat & in cap. cum super num. 4. & ibi Abb. nu. 21. vers. ad tertiam quæstionem. de caus. poss & propr. Bald. in l. fin. num. 3. ad fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Paul. de Castr. cons. 391. lib. 2. Rot. in nou. decis. 1. de restit. spoliat. & in antiq. dec. 18. eod. tit. & dec. 423. ante num. 4. par. 1. diuers. Borgnia. decis. 45. num. 5. & 6. par. 1. & fuit dictum in vna Hypporegien. Cappellaniæ Sancti Martini 21. Octobris 1611. corã D. meo Decano,* 2 et † sic Bartholottus recte agit spolio prouenienti ex contractu locationis vltra trienniũ absque beneplacito Apostolico contra Paulinam Constitutionem, *Caputaqu. decis. 170. & 182. par. 3.*

3 Extrema autem probata videntur, † primum enim, nempe possessio Ecclesiæ contra Ludouicũ vnum ex condemnatis in prædicta sententia spolii, constat per confessionem ipsius in responsione ad positiones *Rot. decis. 19. de restit. spoliat. in nou.* 4 † et ex locatione ipsimet facta, *arg. text. in l. si quis conductionis. C. locat. & in l. non ab re. C. vnd. vi. notat Pont. de spol. lib. 2. cap. 9. num. 69.* in quo contractu locationis expresse enunciatur, Ecclesiam tunc possidere bona ibi locata.

5 De † secundo autem extremo respectu eiusdem Ludouici cõstat ex ipsius cõfessione ad positiones, quod sufficit, *ad tex. in l. cum precum. C. de liber. caus.* vltra quod etiam probatur per sustentationẽ litis. Quo vero ad Blasiũ alterũ ex condemnatis in sententia, qui positionibus respondere recusauit, Domini dixerunt intrare Constitutionem Bononien. disponentem, illas contra contumacem in respondendo haberi pro confessis; positiones autẽ 6 continebant vtrumque extremum. Et † quamuis Rota non soleat admittere huiusmodi fictas confessiones, præcipue ad probandum primum extremum, 7 † attamen in nostro casu stante dicta Constitutione Bononien. illam admiserunt, vt consulerẽt Ecclesiæ, propter præsumptam collusionem inter Blasium, et Ludouicum, cuius est nepos.

Quæ vero opponebantur de nullitate permutationis fuit dictum non facere ad iudicium spolij, 8 † in quo sufficit, quod Bartholottus sit possessor Ecclesiæ, et quod Ecclesia possederit bona, de quibus agitur, et illa hodie reperiantur possessa per Ludouicum, et Blasium ex supra dictis.

Ex quibus sic fuit resolutum. etc.

Penia

Mediolanen. Attentatorum

Lunæ 9. Aprilis 1612.

S V M M A R I A.

1 *Continuans non attentat. & num. 2.*

2 *Etiam quod continuet post factam inhibitionem.*

3 *Decisionem extendere non oportet facta cessione dubio,*

bio, nisi ad satisfaciendum parti, ne id iterum controuertatur.

Decisio CDLXII.

QVia prætendebant Monaci S. Ambrosij Mediolanen. Præpositum, et Canonicos eiusdem S. Ambrosij attentasse apponendo lapidem sepulcralem in eadem Ecclesia cum inscriptione continente nomina, et cognomina mortuorum, qui in eadem Ecclesia sepeliuntur, dedi dubium, An appositio noui lapidis cum tali inscriptione esset attentata, et licet Monaci agnoscẽdo bonam fidem cesserint dubio, quia re vera Canonici non attentauerunt, ex quo multis productis exemplis docebant, se in ea possessione extitisse, et extare, vt cum talibus sepulcralibus inscriptionibus mortuos, præsertim Canonicos, sepeliuissent, 1 et consequenter † continuando in sua possessione non attentabant, *cap. 1. vt lit. pend. gl. in cap non solum. de appel. lib. 6. clem. 2. vt lit. pend Bot. dec. 43.* 2 *num. 44. de appell. in nou.* quod procedit † etiã post factam inhibitionem, quia, qui continuat, non attẽtat, *Bellam. dec. 528. Gabr. cons. 52. num. 17. lib. 1.* et 3 † stante cessione dubii nõ opportuisset extendere decisionem, Nihilominus, quoniam Canonici eam enixe postulabant, ne in posterum eadem controuersia reuocaretur in dubium, Ideo eorum petitioni satisfaciendum putaui etc.

Gyptio

Farfen. Territorij

Veneris 8. Martii 1591.

SVMMARIA.

1. *Testes de loco differentiæ, & eius confinibus non bene informati non probant possessionem manutenibilem. & num seqq.*
2. *Testis de eius credulitate deponens fidem non meretur.*
3. *Testis de auditu præsertim à parte, & personis suspectis non probat. & num. 5.*
4. *Probatio dubia non releuat.*
6. *Testis sibi ipsi contraria non creditur.*
7. *Testis inimicus non est fide dignus.*
8. *Probatio possessionis ad effectum manutẽtionis debet esse talis, vt inducat animum Iudicis ad ita credendum, alias non releuat.*

Decisio CDLXIII.

COnclusum fuit secundum, tertium, quartũ testes non probare possessionem Communitatis Montis Opuli, ita vt sit et decernendum mandatum de manutenendo, quoniam 1 † de loco differentiæ, et confinibus eiusdem satis informati non sunt, nam secundus iuxta 41. 42. et 44. vbi sint Roscię, et Colles Turritæ ignorat, nec vnquam audiuit nominari, et iuxta 32. et 46. dicit non habere notitiam particularem, neque generalem confinium territorii Castri Tribici, et, si quid 2 deponit, † de eius credulitate deponit cum Metropolitani prætendant loca controuersa vigore vnionis factæ de dicto Castro Tribici diuisi deberent clare probare confines territorij d. Castri.

Tertius iuxta 37. non habet notitiam d. Castri 3 Tribici, † nisi de auditu à Massariis, et Guardianis Montis Opuli, & non ab alijs, & super secundo nescit, an d. Castrum habeat territorium vltra vel citra flumen Farfę versus Montopulum, & sic laborat eodem morbo.

Quartus iuxta 32. & 37. nescit territorium Tribici, nec eius confines, & dum dicit, Tribicium habere territorium, de auditu loquitur. Cum igitur dicti testes ignorent territorium Tribici, non videtur etiam eis credendum, loca controuersa fuisse possessa ab illis de Montopolo per prædicta.

Non obstat, quod testes deponant de aliquibus actibus possessorijs hominum Montis Opuli factis in loco, vbi adest quæ damnia nuncupata, la stradella, in quibus dicta testium verificari possunt. 4 Quia, † cum sit talis probatio dubia, non releuat, *cap. præsentia. de probat.*

Visum fuit etiam Dominis, istis testibus fidem 5 adhibendam non esse, tum quia † in multis loquũtur de auditu à personis suspectis, tum etiam quia 6 † in aliquibus sibi contrarij sunt; Nam secundus vt supra dictum est, fatetur, non habere notitiam Tribici; nihilominus iuxta 36. contrarium dicit, & super secundo articulo de territorio Tribici, & eius confinibus tamquã bene informatus testatur, præ7 ter id, quod † est inimicus Turritanorum, & fuit vnus ex illis, qui armata manu iuerunt ad expellẽdum Turritanos à d. territorio, vt ipse fatetur iuxta 27.

Quartus, vt supra dictum est, ignorat confinia Tribici, iuxta 34. dicit quod Tribicium territoriũ habet vltra, & citra flumen Farfę.

8 Ex istis itaque apparet, quod † hæc probatio nõ est talis, quæ possit inducere animum Iudicis ad credendum, prout requiritur, *Aym. cons. 13. nu. 2.*

Pręterea aliqui ex Dominis dixerunt, quod etiã si dicti testes aliquid probarẽt, quod nihilominus in concursu probationes Turritanorum præferendæ venirent ex alias deductis &c.

Manzanedo

Alarien. Beneficij

Veneris 14. Januarii 1612.

SVMMARIA.

1. *Enunciatiua etiam vnica, si sit antiquissima, probat titulum præsumptum, & putatiuum.*
2. *Vnio probatur ex titulo putatiuo, & possessione quadragenaria vti de Ecclesia vnita.*
3. *Testes ad instantiam Fisci inter alias, & parte nõ citata examinati non probant.*
4. *Testes examinatis expiratis terminis remissoriæ pluries prorogatis, & sic sine iurisdictione, non habentur in consideratione.*
5. *Excommunicatus non est audiendus, nec rescriptũ potest obtinere.*
6. *Restitutionis causis non probatis executio rei indicatæ retardari non debet.*
7. *Restitutionis causis etiam probatis executio cæpta non impeditur.*
8. *Executio cæpta dicitur, si literæ executoriales fuerint decretæ.*

Decisio CDLXIV.

AD dubium propositum, An constaret de causis restitutionis, & illa retardaret executionem rei iudicatæ, Domini respondere, non constare de causis restitutionis, quia non doce-

docebitur de aliquo grauamine, nec Vnio pretensa iustificatur. Et quamuis adsit prouisio de anno 1403. facta per Abbatem Sancti Bartholomei de Ecclesia Sancti Petri, in qua enunciatur, Ecclesiã Sancti Saluatoris dudum annexam, & vnitam esse cum Ecclesia prędicta Sancti Petri, † quę enunciatiua, licet vnica, cum sit antiquissima, probat titulum præsumptum, vel putatiuum, *Cresc. dec. 18. nu. 4 de prob. Imol. in clem. 1. de prob.* † quo titulo putatiuo stante sufficit ad probandam vnionem docere de possessione quadragenaria, vti de Ecclesia vnita, *Felyn. cons. 2. num. 12. & seq. & fere per tot. Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 35.* & adsint testes de dicta quadragenaria deponentes; attamen contra prædictam collationem fuit dictum, non probari effectuatam; vltra quod dicebatur non esse in forma probanti, & testes examinatos de anno 1589. fuisse examinatos ad instantiam Fisci, † & sic inter alios, & parte non citata, *cap. 2. de testib. Gabr. concl. 1. nu. 105. de citat. lib. 2. Rot. diuers. dec. 189. par. 3.* † Testes vero vltimo loco examinatos fuisse expiratis terminis Remissoriæ pluries prorogatis, & sic sine iurisdictione, & per consequens non habendos esse in consideratione.

Quibus stantibus cessant adducta pro vnione, & titulo putatiuo, & quadragenaria supra consideratis, & totrat resolutio, quod non constet de causis restitutionis.

Considerabant etiam Domini, Andream fuisse per sententiam Rotalem declaratum excommunicatum, & nunquam obtinuisse absolutionem, nec de illa docuisse, † et sic audiendum non venire, nec aliquod rescriptum impetrare potuisse, *iuxta Hostien. & alios in cap. 1. de rescript. in 6.*

Ex quibus resultat responsio ad secundam partẽ dubii, nempe quod, † cum non constet de causis restitutionis, nec etiam executio rei iudicatæ retardari debeat.

7 Vltra quod, † quamuis constaret de causis restitutionis, nihilominus illa dictam executionem nõ impediret, cum fuerit cæpta, *ex notatis à Rip. in l. in l. 4. § condemnatum. num. 30. vers. aliquando petitur restitutio. ff. de re iudic. tenet Alex. cons. 223. num. 6. lib. 6. Paul. de Castr. licet loquatur de nullitate, in auth. qua supplicatio num. 3. vers. vel die melius. C. de precib. Imper. offer. Put. dec. 285. lib. 2. & de restit. in integr. dec. 10. Cas. de Grass. dec. 1. nu. 14. de restit. in integr. faciunt notata à Bartholom. Socc. cons. 78. nu. 4. in fin. vol. 3. & à Lancell. de attent. 2. par. cap. 18. de attent. restit. in integr. pend. nu. 131.* Quod autem in casu nostro executio fuerit cæpta, apparet ex eo, quod literæ executoriales fuerunt decretæ, † quod sufficit ad hunc effectum, *vt tenuit Rota in vna Cartaginen. Decanatus 15. Decembris 1587. coram bon. mem. Bubalo, & in alia Burgen. Prebeminentiarum coram me 3. Iulii 1605. &c.*

Eminentiss. Domino Cardinali Verospio

Bononien. de Gozadinis Luna 23. Junij 1614.

SVMMARIA.

1. *Manutentio non datur illi, qui vtraque possessione facto Iudicis legitime priuatus fuit.*
2. *Reintegrari non potest ad possessionem, qui fuit illa facto Iudicis legitime priuatus.*
3. *Exceptio fideicommissi vti requirens altiorem indaginem non admittitur ad impediendam rerum locatarum restitutionem.*
4. *Nec contra factum Iudicis ad reuocandam legitime datam immissionem.*
5. *Exceptio fideicomissi, de qua per sẽtẽtiã appareat, clara nõ dicitur, si à sententia pẽdeat appellatio.*
6. *Appellatio rem iudicatam suspendit, perinde ac si sententia non emanasset.*

Decisio CDLXV.

ANna de Gozadinis tamquam in notabili summa creditrix hæreditatis q. Vlixis obtinuit ab ipsius Commissariis testamẽto datis pro suo credito sibi 172. tornaturas in solutum assignari, quas postea eisdem Vlixis hæredibus ad nouennium locauit, quia finita locatione Laudomia de Gozadinis Annæ pro dimidia parte hæres à conductoribus portionem sibi debitam cũ repeteret in vim mandati Rotalis, obtinuit, se ad illam associari. Vnde causa per viam appellationis coram me introducta Brandilitius Vlixis hæres in eisdem bonis manuteneri, seu reintegrari prætendens institit pro mandato, quod me Ponente fuit illi denegatum.

Nam, cum de validitate dationis in solutum Annæ factæ dubitari non possit stante decisione 17. Decembris 1612. coram B.P.D. meo Manzanedo, et in vim dictæ donationis in solutum Laudomia tamquam heres Annę post finitam locationem immissa legitime fuerit in possessionem bonorum, de quibus agitur, *vt coram R.P.D. meo Mãzanedo 26. Maii 1613. fuit dictum*, nullo modo videtur manuteneri posse Brandilitius, † cum vtraq; possessione facto Iudicis legitime priuatus extiterit, *Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 2. in fin. & ibi Ias. numer. 20. ff. de acq. poss. Rot. dec. 802. numer. 6. par. 1. diuers. Mohed. decis. 4. de restit. spoliat. & fuit dictum coram me in Beneuentana Spolii 15. Martii præteriti.*

Nec † pariter eadem ratione potest ad illã reintegrari, *vt fuit late deductum in causa Romana de Bumbellis 31. Maii 1613. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno, & coram me in causa Ciuitatis Castelli Bonorum 28. Maii præteriti.*

Non obstat, bona, de quibus agitur, esse partim subiecta fideicommisso Fabritii de Gozadinis, et per consequens Annæ de Gozadinis auctrici Laudomiæ insolutũ illa dari non potuisse. Hæc † enim exceptio sicuti ad impediendam rerum locatarum restitutionem admitti non debet, cum altiorem requirat indaginem, *l. si quis conductionis. C. loc. l. cui ne liceat. & ibi DD. C. eod. Cagnol. in l. neque pignus. num. 8. ff. de reg. iur.* † ita multo minus admittenda videtur contra factum Iudicis ad reuocandam legitime datam immissionem, *vt fuit dictum in alleg. Romana de Bombellis coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.*

5 Nec † valet dicere, claram esse dictam exceptionem, cum de fideicommisso per sententiam appareat.

Quia cessat obiectum stante appellatione interposita, † quæ rem iudicatam perinde suspendit, ac si dicta sententia non emanasset, *leg. 1. §. fin. ff. ad turpill. l. 2. §. vlt. ff. de pæn. Oldrad. cons. 255. num. 2. Roman. cons. 41. num. 4. &c.*

Mu-

Manzanedo

Neapolitana Iuris conferendi

Veneris 19. Decembris 1614.

S V M M A R I A.

1 *Possessionem probanti de tempore mota litis debetur manutentio*
2 *Collationes effectuatæ demonstrantur ex possessione prouisorum subsecuta, vel ex quo per prouisi obitum subsecuta sit prouisio alterius.*
3 *Assistentia iuris non suffragatur alio docente de sua possessione.*
4 *Petitorii concernentia manutentionē nō impediūt.*

Decisio CDLXVI.

DOmini dixerunt, Abbati Sancti Petri ad Aram Rectori Parochialis Ecclesię Sanctę Marię in Cosmedin dandum esse mādatum de manutenendo in Collatione beneficio-1 rum dictę Ecclesiæ, † cum de eius possessione de tempore motæ litis constet per plures collationes ab eo factas per spatium annorum 150. & vltra, §. *retinendæ Inst. de interd. & fuit in nostris terminis resolutum in vna Paduana Parochialis 4. Februarij* 2 *1602. coram B. M. Corduba*, † quarum aliquę probātur effectuatę ex possessione prouisorum subsecuta, & vna, ex eo, quod apparet per vnius prouisi obitū subsecuta prouisio alterius, *iuxta cons. Oldrad. 229. pluries in Rota canonizatum. Rot. decis. 167. num. 1. par. 1. & fuit dictum in vna Parmen. Prioratus 28 Ianuarij 1594. coram Bo. Me. Litta.*

Non obstat, quod Illustrissimus Archiepiscopus 3 habeat iuris assistentiam, quia † illa non suffragatur alio docente de sua possessione, *ad tex. in c. cū persona, vbi Franc. nu. 2. de priuil. in 6. & fuit dictū in vna Aprutina Iurisdictionis 30. Martij 1600. coram Bo. Me. Cardinali Pamphilio.*

Cętera vero, quæ pro parte Abbatis deduce-4 bantur † visa fuerunt concernere petitorium.

R. P. D. Verospio

Montis Alti Prioratus

Veneris 26. Maij 1634.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probata per instrumentum sufficit ad effectum manutentionis.*
2 *Possessio alterius probatur ex sententia, in qua ille & priuatur.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Spoliatus à Iudice non potest intentare remedium restitutionis.*
5 *Nec manutentionis.*
6 *Iudex iudicialiter procedens priuat possessorem possessione naturali, & ciuili.*
7 *Decl. si tamen Iudex rite, & recte procedat, secus si nulliter, vel iniuste.*
8 *Iudex nulliter, vel iniuste procedens dicitur procedere vti priuatus.*
9 *Et spolium committere.*
10 *Residentiæ intermissione, datur locus priuationi beneficii.*
11 *Decl. nisi excusatio iusta concurrat.*
12 *Residentia ex generali consuetudine locum habet solum in beneficijs curatis.*
13 *Processus forma contra absentem beneficio priuandum ob non residentiam.*

Decis. CDLXVII.

REsponderunt Domini in dubio, quod hodie proposui, quod concedendum erat mandatum de manutenendo Bernardino Coluccio. Illius siquidem possessio nō visa fuit posse controuerti, quia præter instrumentum, quod datum fuit super acquisitione possessionis Priora-1 tus, cuius manutentio petebatur, † quæ possessio, licet probata in solo instrumento, tamen solet attendi ad effectum huius interdicti *l. prædia vbi Bart. not. nu. 1. Alex. nu. 2. ff de acquir. possess. Bald. in l. nam Idcirco C. de fid. instrum. Put. decis. 350. num. 4. lib. 1.* eiusdem possessionis probatio, 2 colligebatur præterea † ex ea sententia Vicarij, in qua hac eadem possessione idem Bernardinus pri-3 uatus fuit; Cum † non posset considerari hic terminus priuationis; nisi etiam daretur habitus antecedentis possessionis, super qua cadere debebat ea priuatio, *ad not. in l. manumissiones ff. de iust. & iur. & per Bart. in l. decem num. 1. ff. de verb. oblig. & in l. Titia in princ. ff. de cond. & demonstr. Rot. decis. 371. nu. 1. p. 1. & decis. 242. n. 1. par. 2. recent.*

4 Neque huic manutentioni visa fuit obstare sententia prædicta; quia † licet spoliatus à Iudice non possit intentare remedium restitutionis, *vt not. glos. in c. præsentium 7. quæst. 1. DD. Communiter in c. conquerente de restit. spol. Rota decis. 3. de rest. spol.* 5 *in nou. nu. 6.* sicut † neque hoc interdictum retinendæ ratione ciuilis possessionis animo retentę, cum 6 † Iudex iudicialiter procedens, dicatur priuare possessorem, non solum possessione naturali, sed etiam ciuili, vt etiam notant DD. *in l. clam possidere §. qui ad nundinas* & ibi *Angel. num. 2. Imol.* 7 *nu. 1. Alex. nu. 2. in fin. ff. de acquir. poss.* † id tamen procedit, quando *Iudex ritè, ac rectè procedit*, secus vbi cōsiderata illius sententia potest adduci *nulli-*8 *tas*, aut *Iniustitia*: cum † tunc videatur, procedere vt priuatus, vt fuit resolutum in *Romana de Bom-bellis 31. Maij* 1613. *coram Cardinali Sacrato*, & 9 in *decis. 646. nu. 1. par. 2. recent.* † & ipsum nominatim spolium committere tradit *Abb. in c. conquerente nu. 8. de rest. spol. Fely. c. dilectus num. 1. in 2. Fallentia de rescrip. Cas. de Gras. decis. 1. num. 4. de Const. Veralb. decis. 186. nu. 1. p. 3.*

Quidquid autem dici posset de iustitia eius sententiæ quatenus declarauit Bernardinum priuan-10 dum hoc Prioratu, † ex Capite intermissę residentiæ iuxta dispositionem *c. conquerente c. ex parte, & c. vltimo de Cler. non resid.* quæ fuit renouata in *Sacrosanct. Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.* 11 Cum † tam Sacri Canones, quam eadem Sacra Synodus admittant iustam excusationem: quinimò negaretur ex parte Bernardini, quod hic Priora-12 tus haberet aliquod onus residentiæ, Cum † ex generali consuetudine hæc necessitas residendi locum habeat *solum in curatis*, non autem, in simplicibus beneficijs, qualem dicebat esse hunc Prioratum, & notat *Innoc. in c. vltimo de Cler. non resid. sub nu. 1. in fin. Card. num. 16. Abb. in c. extirpandæ §. qui vero nu. 31. de præb.* Certè non visa fuit excusari posse *nullitas eiusdem sententiæ*, Cum non probaret secutam fuisse formam, quam tradunt ijdem Sacri Canones, in procedendo contra absen-13 tes: † vt per trinam citationem moneatur absens in loco beneficii in quo residere tenetur, & quod post terminum vltimæ Citationis expectetur post

sex

sex menses, de qua in c. ex tuo de Cler. non resid. & fuit resolutum in vna *Calaguritana Canonicatus, & præbendæ 27. Iunij 1583. coram Cantuccio, & corã Cardinali Seraphino dec. 27. & 1436. num. 2.* Nam licet tres Citationes Decretæ, & per publicum edictum executæ fuissent, illæ tamen non fuerunt affixæ in loco beneficij, sed in Ecclesia Cathedrali Montisalti, quæ ab eodem beneficio distabat per spatium 18. milliarium, & post vltimam Citationem non fuit expectatus idem Bernardinus, nisi per spatium decem dierum † Cum vltima Citatio emanauerit sub die 11. Februarij anni 1633. sententia verò priuationis lata fuerit 21. eiusdẽ mensis & Anni. *Quæ posterior nullitas* fuit in specie considerata in *decis. 1386. Card. Seraph.* vt patet ex *nu. 3. & in Gennen. Canonic. 9. Decembris 1583. & in Zamoren. Cappellaniæ Iunij 1589. coram Mantica inter impress. decis. 12. nu. 2. & decis. 67. nu. 2. & trad. Ioann. de Selu. in tract. de benef. par. 4. q. 5. num. 4. Oced. de incomptib. benef. c. 18. num. 5.*

& ita &c.

Manzanedo

Meten. fructuũ, & Distributionũ

Luna 15. Iunii 1615.

S V M M A R I A.

1. *Priuatio præsupponit habitum.*
2. *Canonicus habet intentionem fundatam super fructibus, & distributionibus sui Canonicatus, quæ residentibus debentur, & sic ei facilius manutentio debetur.*
3. *Renunclare iuri sibi competenti nemo tenetur.*
4. *Priuatio iniusta non operatur amissionem possessionis, nisi quis se habuerit pro spoliato.*
5. *Possessio ciuilis sufficit pro manutentione.*

Decisio CDLXVIII.

FVit resolutum Ioanne tantum informante, illi dandum esse mandatum de manutenendo in exactione fructuum, & distributionũ sui Canonicatus, cum de eius possessione circa illorum perceptionem constet ex priuatione ipsi facta per Capitulũ, quæ supponit prius fuisse in possessione eos percipiendi, † ex quo priuatio præsupponit habitum, *l. decem. ff. de verb. oblig. Osasc. dec. Pedemont. 95. num. 12. Surd. cons. 307. num. 64.*

Maxime quia apparet ex confessione ipsius Capituli, illum esse Canonicum, † & consequenter fundatam habere intentionem super dictis fructibus, & distributionibus, quæ Canonicis residẽtibus, & interessentibus debentur, *cap. vnic. de Cleric. non resid. in 6. vnde facilius intrat manutentio, Caputaq. dec. 203. par. 2.*

Non obstat, quod dictis fructibus, & distributionibus fuerit à Capitulo priuatus, quia priuatio est iniusta, cum fuerit facta ex eo, quod Ioannes noluit cedere iuri sibi competenti super Cantoria, † cui nemo tenetur renunciare, & sic, cum non habuerit se pro spoliato, † retinuit ciuilem possessionem, † quæ sufficit pro manutentione obtinenda, *Fab. in §. retinendæ. num. 22. Instit. de Interd. Salic. in l. 1. num. 7. C. vti possid. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 22.*

Et ita resolutum &c.

R.P.D. Panzirolo

Sabinen. Siluæ

Luna 13. Junij 1633.

S V M M A R I A.

1. *Successori in Episcopatu datur manutentio in bonis ex possessione Antecessores. & 36.*
2. *Possessio probatur ex quo quis disposuerit de ipsa re seu illius fructus vendiderit. & nu. 3. & 7.*
3. *Possessio partis infert ad possessionem totius ad effectum manutentionis.*
4. *Fructuum perceptio probat possessionem.*
5. *Possessio non acquiritur ex actu contradicto.*
6. *Lim. nisi actus postea fuerit approbatus.*
8. *Siluæ cessio, ac precij erogatio facta præsumitur in vim præcedentis venditionis.*
9. *Concessio in emphyteusim probat possessionẽ contra inuestitum.*
10. *Ampl. etiam si sit sine solemnitatibus.*
11. *Possessio amittitur per sententiam de reintegrando iudicatum transactam.*
12. *Ecclesiæ nomine potest agi interdicto retinẽda pro recuperatione rei in emphiteusim nulliter concessæ etiam ab ipso concedente. & num. 16. & seqq.*
13. *Ampl. vt multo magis post obtentam sententiam reintegratoriam possit possessio continuari.*
14. *Prælatus ex ciuili possessione Ecclesiæ potest absque vitio spolij recuperare naturalem ab alijs occupatam.*
15. *Sententiam reintegratoriam qui obtinuit, se habuisse dicitur pro spoliato, & non potest manuteneri. Lim. vt num. 16. & seq.*
16. *Prælatus potest Ecclesiæ nomine agere tam petitorio, quam possessorio, & tam recuperandæ, quam retinendæ. Ampl. vt num. 12. 17. & seqq.*
18. *Possessio in alium non transfertur ex inutili contractu.*
20. *Præiudicium inferre quis sibi potest in possessione ex actu etiam meticuloso.*
21. *Voluntas etiam coacta voluntas est.*
22. *Metus iustus non inducitur à Iudice procedente in vim chirographi Papæ.*
23. *Metus purgatus dicitur ex subsecutis actibus voluntarijs.*
24. *Protestatio verbalis nihil operatur in concursu cõtrariorum actuum, positiuorum, nec operatur effectum reprobationis illius, quod iam manifeste fuit approbatum.*
25. *Protestatio contraria facto non releuat.*
26. *Rotæ stylus est, vt extenditur decisio, antequam sententia feratur.*
27. *Sententia lata præsumitur, prout de iure ferri debet.*
28. *Petitorium respicientia non attenduntur in manutentione.*
29. *Manutentionis in iudicio solum inspicitur simplex possessio.*

Decis. CDLXIX.

COnclusum fuit Eminentissimo D. Cardinali Burghesio Episcopo Sabinen. dandũ esse mandatum de manutenendo in possessione siluæ, de qua agitur, † ex quo illam Episcopi Antecessores possiderunt, *Seraph. dec. 1417. sub nu. 3. Greg. dec. 246. num. 1. vbi Adden. num. 1. & fuit reso:*

resolutũ in Theatina Iurisdictionis 19. Maij 1627. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

2 Possessio autem Antecessorum † probatur Primo, quia bo. me. Cardinalis Paleottus d. Siluæ partem applicauit Patribus Reformatis Sancti Francisci; & quamuis † hæc assignatio partis insluat quoad possessionem totius ad effectum manutentionis, *Bald. in cap. literas nu. 15. & circa fin. vers. in hoc & forte, de restit spoliat. Surd dec. 295 num. 18. Rot. penes Marches. de commiss. par. 1. fol. 596.* Nihilominus de anno 1596. residuum illius ad effectum cedendi vendidit cuidam Phatio Paulutio precio scutorum 1625. de quibus in contanti fuerunt soluta 541. † quæ fructuum perceptio bene probat possessionem, *Cas. de Grass. dec. 10. sub num. 3. de caus. poss. & propr. & facit eiusdem decis. 21. sub num. 1. vers quod vero attinet.* Et † licet huic vẽditioni Communitas loci Turris contradixerit, attamen cum postea iusserit præferri in emptione lignorum pro eodemmet precio, & ad hunc effectum Cedulam Bancariam præstiterit, † satis manifeste venditionem vti à vero Domino factam approbauit, *gl. in cap. cum venissent. vbi Bald. num. 8. de eo, qui mitti in poss. Ias. in l. postquam liti. num. 3. vbi Dec. num. 8. C. de pact. Surd. cons 406. nu. 34.*

3, 4, 5, 6 (margin numbers)

7 Secundo etiam eiusdem visa est † probari d. possessio Mensæ Episcopalis ex alia venditione eiusdem Siluæ facta de anno 1607. à bo. me. Cardinali de Gioiosa cuidam Andreæ Bertocchio precio scutorum 1500. immò, cum Cardinalis d. precium destinasset pro vsu fabricæ Cathedralis Ecclesiæ, fuerunt aliqui electi ex ipsa Communitate pro faciend. d. precij distributione, illudque integrum, dictis hominibus assistentibus, fuit in fabricam 8 erogatum, † quę Siluę cessio, ac precij erogatio precedentis venditionis, *gl. in l. quadam mulier. vers. sufficiebat. ff. de rei vendicat. Rol. cons. 69. num. 39. lib. 3. Nat. cons. 441. num. 5.*

9 Tertio denique † possessio Ecclesię visa est cõstare ex concessione in emphyteusim d. Siluę facta à bo. me. Cardinale Beuilaqua de anno 1616. quæ concessio licet ex defectu beneplaciti Apostolici non fuerit effectuata, nihilominus probat Ecclesię possessionem contra Communitatem inuestitam in vim recognitionis, *Castr. in l. si aliquam rem. vbi Rip. nu. 38. ff. de acq. poss. Anchar. cons. 310. nu. 2. Cran. cons. 22. num. 11. Rot. dec. 12. num. 3. par. 2. recent.* 10 † Neque ad hunc effectum requiruntur solemnitates, *Castr. Imol. Aret. & alij in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 137. numer. 11. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 448. Lamberteng. de contract. mulier. gl. 1. numer. 104. Gratian. discept. 704. num. 17. & seqq. Rot. diuers. dec. 93. an. 4. & 5. par. 1.*

Nec prædictis obstat, quod de anno 1575. bon. mem. Cardinalis Saracenus concessit in emphyteusim hanc Siluam Hominibus d. Communitatis pro annuo canone scutorum quatuor cum beneplacito Apostolico.

Quia d. concessio fuit impugnata per successores in d. Episcopatu, & de anno 1588. à bon. mem. Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore fuit lata sententia ad fauorem Ecclesiæ pro reintegratione, quam Communitas passa fuit facere transi- 11 tum in iudicatum, † per quod si ex ipsa aliquam possessionem habuisset, illam penitus amisisset, *Rip. in l. naturaliter. § nihil commune. num. 97. ff. de acq. poss. Menoch. de retin. remed. 3. num. 685. Mantic. dec. 95. sub num. 5. Rot. par. 1. recent. dec. 644. nu.* 12 *6. vers. ad prædicta.* † Sicut igitur non obstante d. concessione tamquam nulla, & inualida potuissent agi interdicto retinendæ nomine Ecclesiæ etiam ab ipso Cardinali concedente, *iuxta Cassad. dec. 7. num. 13. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 1417. num. 3. Adden. ad Greg. XV. dec. 116. num. 5. & fuit dictum in Theatina Iurisdictionis 10. Maij 1621.* 13 *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, † Ita multo post d. sententiam potuerunt Episcopi d. possessionem continuare, prout fecerunt per actus suprascriptos. 14 Nam † Prælatus ex ciuili possessione, quã retinet Ecclesia, potest etiam absque vitio spolij recuperare naturalem ab alijs occupatam, *Bart. in l. 1. § interdictum. num. 3. vers. quandoque. ff. vti possid. & in l. 3. § cum igitur num. 1. vers. & ideo in istis. ff. de vi, & vi armat. Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 24. vers. & sic tenet. ff. de acq. poss. Paris. cons. 44. nu. 13. vers. stantibus cum seqq. lib. 1.*

Nec obstat, quod bo. me. Cardinales Gratmellanus, & Aragona coram Seraphino petierint, & obtinuerint sententiam reintegratoriam aduersus d. 15 concessionem, † & ideo Mensa Episcopalis non possit manuteneri, cum se habuerit pro spoliato.

16 Quia † indubitatum est, Prælatum nomine Ecclesię posse agere tam petitorio, quam possessorio, ne dum recuperandę, sed etiam retinẽdę, *vt tradit. Abb. in cap. cum super. numer. 19. & seqq. de caussa poss. & propr. cap. litera de dilat. Innoc. in cap. cum in offic. num. 6. vers. si autem. de testam. Paris. cons.* 17 *24. num. 14. vers. nam d. Ecclesia. lib. 1.* Quod procedit, etiam si Prælatus fecerit inutilem contractum, 18 & habuerit se pro spoliato, quia † ex inutili contractu possessio in alium non transfertur, *Bart. in l. 1. §. si vir, & vxor. nu. 3. ff de acq. poss. Verall. dec. 182. numer. 9. par. 3. & fuit in puncto resolutum in Colimbrien. Præstimoniorum 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. coram R. P. D. Dunozetto*, vbi 19 quod † Prælatus eo casu potest petere manutentionem.

Nec dicatur, Communitatem tempore Cardinalis Paleotti petijsse præferri in emptione Siluę ob metum Gubernatoris Vrbis, qui de eo tempore molestabat Homines ipsius Communitatis ob resistentiam factã dicto Phatio Paulutio Siluæ emptori.

20 Quia † Communitas non obstante asserto metu bene potuit per dictam præstationem cedulę sibi præiudicare, *l. si lex. vbi gl. in verb. inducere. & Bart. num. 1. Alberic. in princ. Odofred. nu. 1. vers. & si compulsus. ff. de vi, & vi armat. Bald. in l. 1. num. 3. C. quod met. caus. Rip. in l. naturaliter. § nihil commune. num. 74. de acq. poss. Natt. cons. 986. num. 2. Seraph. dec. 756. num. 1. in fin. & dec. 773. nu. 18.* 21 *Mantic. dec. 332. num. 4.* † Voluntas enim licet coacta dicitur voluntas, *l. si mulier. § si metu. vbi gl. in verb. volui. ff. quod met. caus. glos. in §. quod autem. vers. sed ne nullas. Institut. de vsucap.* Ex tolli- 22 tur difficultas, quia † cum Gubernator Vrbis procederet ex chirographo S. M. Clementis VIII. nõ potuit inducere iustum metum, *Bart. in l. 1. C. de Decurion. lib. 10. Aym. cons. 114. num. 2.* Et in omnẽ 23 casum † ex tot actibus voluntariis postea per Cõmunitatem factis huiusmodi assertus metus satis, superque fuisset purgatus, *Alex. cons. 98. num. 7. lib. 3. Corn. cons. 41. num. 9. lib. 2. Paris. cons. 30. num. 51. lib. 1. Cran. d. cons. 114. num 8. Rol. cons. 83. num. 39. & seqq. lib. 2. Menoch. cons. 100. num. 88.*

Minus obstat, quod in concessione Cardinalis Beuilaquę Communitas protestata fuit, se non admittere, dominium vtile spectare ad Ecclesiam, nisi quatenus dicta concessio sortiretur effectum.

24 Quia † hæc protestatio mere verbalis nullum potest operare effectum in concursu tot actuum positiuorum, per quos, vt supra dictum est, Communitas manifeste approbauit Ecclesiæ possessionem, & sic mediante protestatione non potuit Cõmunitas reprobare, quod multoties approbauerat, *ad tex. in l. Pomponius. vers. sed eo dicto. ff. de neg. gest.*

gest. Mantic. dec. 270. num. 17. Hoc enim casu dicitur contraria facto, & † nihil celeu..., cap. cum M. de const. cum..., dec. 546. sub num. 6. in fin. Mantic. dec. 300 sub num. 2.

25

26 Nec facit, quod † contra stylum Rotæ non reperiatur decisio extensa Cardinalis Seraphini, & idcirco sententia non sit attendenda.

Tum quia non ex eo, quod non reperiatur decisio inter impressas eiusdem Cardinalis, potest elici negatiua, quod non fuit extensa.

27 Tum quia † sententia semper præsumitur lata prout de iure ferri debet, l. Herennius. ff. de euict. l. milles. §. decem. ff. de re iudic. Aym. cons. 188. num. 8. Rot. recent. par. 1. dec. 184. numer. 2. par. 2. dec. 125. in fin.

28 Tum denique quia † hæc similia, quæ obijciantur, respiciunt iudicium petitorij, non autem summariissimi manutentionis, † in quo solum inspicitur simplex possessio, Cottar. pract. q. cap. 17. sub num. 4. vers. in specie. Rot. recent. par. 1. dec. 660. sub num. 3. & dec. 513. sub num. 4. † quæ possessio non potest dubitari, quin penes Eminentissimum D. Episcopum repetratur.

29

30

Et ita fuit decisum parte vtraque informante &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Verospio.

Sabinen. Castri Mompei

Mercurij 7. Februarij 1618.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur probanti suam possessionem de tempore motæ litis.*
2 *Possessio probatur ex testibus deponentibus vidisse talem possidere.*
3 *Castri possessio probatur ex deputationibus Prætorum, & alijs actibus iurisdictionalibus. Lim. ve num. 12.*
4 *Possessio probatur ex confessione aduersarij in commissione.*
5 *Constituti clausula operatur, vt constituarius vere possessor dicatur.*
6 *Retrocessio, quamuis petitorium respiciens, attenditur, & operatur quo ad translationem possessionis ad effectum manutentionis.*
7 *Manutentionis in iudicio agitur de sola possessione, nec requiritur titulus, & num. 15.*
8 *Possessionis adeptio probatur per instrumentum.*
9 *Possessio cum clausula sine præiudicio habentis potiora, & meliora iura non suffragatur.*
10 *Decl. procedere, si de alterius possessione constet, secus si possessio sit vacans.*
11 *Citatio non est in immissione necessaria, vbi possessio reperitur vacans.*
13 *Possides in totum admittens alios ad possessionem dicitur sibi præiudicare ad effectum manutentionis.*
14 *Possessio iure pignoris, & hypothecæ cessat cessante ipso pignore, & hypotheca.*

Decisio CDLXX.

ORta inter Marchionem Bertoldum Vesiorum, & D. Cosmum illius fratrem super Castro Mompei controuersia, ex quo d. Marchio tamquam Comitis Alexandri patris vniuersalis hæres illud ad se spectare prætendens instabat in totius Castri possessione manuteneri; Dubio per me proposito, cui dandum esset mandatum de manutenendo, & pro qua parte; fuit responsum, illud D. Cosmo pro dimidia parte competere, † cum ipse de tempore litis motæ de sua possessione doceat, §. retinendæ instit. de interd. l. 1. §. huius autem vbi Bart. in princ. l. ais Prætor. §. quod ait. ff. vti possid. Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 3. Rot. dec. 4. nu. 11. & 12. par. 2. diuers. Caputaq. decis. 198. par. 2.

1

Testes enim pro illo examinati deponunt, ipsum vidisse dimidiam Castri partem possidere, † quod sufficit ad probandum eius possessionem, Castr. cons. 156. num. 1. lib. 2. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 161. Alex. cons. 51. num. 6. lib. 1. Dec. cons. 302. num. 19. post. med. Ruyn. consil. 168. num. 2. lib. 4. Bald. in repetit. l. Celsus in prima quæst. num. 4. ff. de vsucap. Pontan. de spol. lib. 2. num. 94. Seraph. decis. 1061. num. 1. Cas. de Graß. decis. 14. de restit. spoliat.

2

3 Quæ † pariter possessio ex etiam Prætorum deputationibus ad sex menses ab eodem Cosmo factis, & effectum sortitis, nec non alijs iurisdictionalibus actibus comprobatur, Alex. cons. 25. num. 17. & seq. lib. 5. Socin. cons. 68. nu. 29. lib. 1. Abb. in c. fin. nu. 5. de sent. & re iudic. Rol. cons. 80. num. 7. lib. 1. idem Soccin. cons. 187. num. 19. lib. 2. Rom. cons. 70. nu. 13.

4 Et vlterius † ex propria D. Marchionis confessione in commissionibus emanata, l. cum præcum C. de liber. caus. Dec. cons. 251. num. 5. vers. de possessione eorum Gabr. de confess. concl. 4. num. 1. Rot. diuers. dec. 696. in princ. par. 1. Caputaq. dec. 36. incip. primum extremum in manuscript.

Non obstant testes pro eodem Marchione examinati deponentes, illum pro duabus tertijs partibus etiam viuente Io. Antonio altero fratre possedisse; Nam id fuit ratione donationis d. tertiæ partis per Io. Antonium ipsi factæ, quæ postea resoluta, & eidem Ioanni Antonio retrocessa non potest amplius hæc possessio Marchioni Bertoldo suffragari stante in retrocessione clausula constituti, † quæ operatur, vt Io. Antonius vere possessor dicatur, l. quod meo ff. de acq. poss. l. quamuis. §. conductor eod. tit. similiter vbi glos. Bart. & alij ff. de rei vendic. Bero. con. 41. nu. 10. lib. 3. Hond. cons. 42. nu. 37. lib. 1. Paris. con. 33. num. 30. lib. 3. Surd. cons. 225. nu. 34. Afflict. decis. 299. Tiraq. de constit. par. 1.

5

6 Nec valet, † huiusmodi retrocessionem ad fauorem Ioannis Antonij factam respicere petitorium, & sic attendendam non esse, quia sufficit per illam fuisse Ioanni Antonio acquisitam d. tertiæ partis possessionem, † cum hic agatur de sola possessione, nec titulus requiratur, Castr. in l. Aquilius Regulus nu. 5. ff. de donat. Natt. cons. 125. nu. 4. & 6. Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 36. Rot. dec. 641. nu. 8. par. 1. diuers. Mohed. decis. 22. de restit. spoliat.

7

Post obitum vero Ioannis Antonij dimidia possessio huius tertiæ partis D. Cosmo fuit acquisita, † vt per instrumentum illius adeptionis apparet, Rot. dec. 202. nu. 3. par. 1. diuers. Seraph. dec. 1065. nu. 2. Abb. in c. cum nobis n. 4. de præscript. Cranett. de antiq. temp. par. 1. nu. 63.

8

9 Nec valet dicere † possessionem prædictam D. Cosmo non suffragari, vti captam vigore mandati de immittendo cum clausula, sine præiudicio habentis potiora, & meliora iura. Nam † obiectum procederet, si de alterius possessione constaret, hic autem, cum esset possessio vacans, per huiusmodi clausulam dici non potest ea suspensa, vel modificata, Mand. cons. 86. nu. 44. lib. 3. Rot. dec. 506. par. 1. diuers. Cas. de Graß. dec. 21. nu. 7. de probat. & fuit dictum in Ferranen. de Tassonis 26. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio.

10

Vnde

Vnde cessat pariter aliud obiectum, quod citan-
11 dus esset Marchio Bertoldus, † non enim talis citatio se quærebatur, cum possessio, vt dixi, vacās existeret, *Menoch. de adipisc. remed. 6. nu. 4. & seq. Peregr. de fideicom. art. 48. nu 56. & 58.*

Non obstat, eundem Marchionem post Ioānis Antonij obitum Officiales in dicto Castro per octo menses deputasse; Vnde inferebatur, illum possedisse pro duabus ex tribus partibus, quia talem deputationem constat effectum non habuisse,
12 & † propterea nō potuit ex illa D. Bertoldus quasi possessionem acquirere, *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 64. de caus. poss. & propr. Felin. in c. de quarta nu. 41. de præscript. Cald. cons. 12. de iurepatron. Caputaq. dec. 458. par. 2. & decis. 338. Rot. dec. 803. nu. 7. par. 1. diuers.*

Non obstat idem Castrū fuisse Comiti Alexādro datum insolutum pro dote, & per consequens eo mortuo totam illius possessionem fuisse in D. Bertoldum vti filium, & hæredem vniuersalem translatam. Nam post Comitis Alexandri obitum constat, quemlibet ex tribus filijs pro tertia parte
13 possedisse. Vnde; † quamuis D. Bertoldus esset vniuersalis hæres, & possessor, dum pro duabus tertijs partibus alios fratres possidere permisit, sibi dicitur in hoc manutentionis iudicio præiudicasse, *Bald in l. 2. nu. 43. C. de seruis. & aqu. Dec. cons. 126. in fin. Rot. decis. 81. par. 1. diuers. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 726. Couar. pract. quæst. cap. 17. nu. 3. Caputaq. dec. 43. lib. 2. in manuscript.*
14 Nec valet replicatio, † D. Cosmum iure pignoris, & hypothecæ possedisse, qua cessante illius quoque possessionem cessare debere. Vltra quod enim hoc in facto non iustificatur, quin potius ex iuribus productis arguitur, ipsum Cosmum vti ma-
15 tris hæredem possedisse, † eum tamen simus in summarijssimo possessorio, dicitur agendum non esse de titulo, sed de sola possessione, quæ pro dimidia parte ad fauorem eiusdem Cosmi bene probatur, &c.

Eminen. D. Card. Pamphilio

Toletana Pensionis

Veneris 16. Februarii 1618.

SVMMARIA.

1 *Mandatum executiuum plerumque loco executorialium relaxari solet, maxime in prophanis.*
2 *Pensio, vel annua præstatio petitur tamquam sors, non tamquam fructus rei in iudicium principaliter deducta, & debetur pro toto tempore retardatæ solutionis, & nu. 10.*
3 *Ampl. etiam in iudicio possessorio.*
4 *Extende etiam in summarijssimo manutentionis, & nu. 10. 15. & 17.*
5 *Manutentionis remedium datur ad remouendas turbationes, vt ita possessor, qui adit Iudicem, nec habuit se pro spoliato, conseruetur in sua pacifica possessione, & nu. 11.*
6 *Turbationes non remouerentur, nec pensionarius in possessione conseruaretur, nisi sibi soluerentur omnes termini sibi denegati, & quos vti possessor consecutus fuisset.*
7 *Differentia non videtur constituenda inter pensionem, quæ petitur vti sors, & alias res nempe prædium, & domum in iudicium principaliter deductas.*
8 *Manutentio sicut in prædio, & domo stantibus turbationibus debetur respectu totius prædij, vel domus, vt omnis turbatio remoueatur, ita in pēsione, & annua præstatione stante denegatione debetur respectu omniū terminorū decursorum.*
9 *Turbatio in annuis præstationibus oritur ex sola denegatione solutionis.*
11 *Debitor non potest in iudicio conueniri, nisi postquam venit dies solutionis.*
12 *Fructus accessorij rei per aliquem bona fide possessæ, & in iudicium principaliter deductæ in iudicio manutentionis non veniant, nisi à die motæ litis, & nu. 14.*
13 *Fructus, vt consequantur à bona fidei possessore necessaria est mora, vel per litis contestationem, vel per aliam interpellationem, alias facit suos, & restituere non tenetur.*
16 *Fructus omnes restituere tenetur malæ fidei possessor.*

Decisio CDLXXI.

PRO D. Priore informante; nempe relaxādum esse mandatum etiam pro terminis pensionis, de qua agitur, decursis ante motam litem, & quoad mandatum executiuum exeo
1 moti sunt Domini, quia † illud loco executorialiū plerumque relaxari soleat, maxime in prophanis, *Cassad. dec. 6. num. 11. de caus. poss. & propr. Seraph. dec. 878. num. 1. & fuit dictum in vna Carpen. seu Nullius Bonorū 28. Ianuarij, & 8. Februarij 1602. coram Illustrissimo D. Cardinali Ludouisio.*

Quo vero ad terminos decursos ante motam li-
2 tem Domini moti sunt, quia † pensio, vel annua præstatio petitur non tamquam fructus rei in iudicium principaliter deductæ, sed tamquam sors, quæ sine alia præcedenti interpellatione pro toto tempore retardatæ solutionis debetur, *l. cum auus. §. 1. l. libertis, quos. §. manumissis. & ibi Bart. num. 2. ff.*
3 *de aliment. & cibar. legat. Franc. dec. 634.* † etiam in iudicio possessorio, in quo pariter omnes termini præcedentium temporum pensionis debentur, *cap. querelam. & ibi Innoc. numer. 3. vers. & nota. Hostiens. nu. 12. ante fin. sub vers. si dum petatur. de relict. cum aliis trad. coram Paleotto dec. 335. quæ est relata inter impress. dec. 689. lib. 3. par. 3. diuers.*
4 Quod † autem isti termini decursi ante motam litem veniant etiam in summarijssimo possessorio manutentionis, *tenuit Rota in causa Cæsaraugustana Pensionis 15. Maij 1598. coram Gyptio*, quam decisionem secundum hanc distinctionem inter pensionem, vel annuam præstationem, quæ tamquā sors sine interpellatione debetur, & alios fructus, *eadem Rota sequuta fuit in vna Mediolanen. fructuū 26. Maij 1589 coram bo. mem. Cardinali Platto, & coram Seraph. dec. 1168. num. 3. vers. decisiones vero. & coram Reuerendissimo D. Damasceno in vna Calaguritana Liquidationis 4. Maij 1611. & in illa Romana Pensionis domus 15. Decembris præteriti coram R. P. D. Buratto, & alias sæpe.* idque satis cō-
5 probari visum fuit, quia † tale remedium datur ad remouendas turbationes, vt ita possessor, qui adit Iudicem, nec habuit se pro spoliato, conseruetur in sua pacifica possessione, *§. hodie tamen. Instit. de interd. Afflict. dec. 395. num. 7. Put. dec. 459. lib. 2. Couar. pract. q. c. 17. in prin. & sub num. 3. vers. quod si*
6 *rationem.* † in qua Pensionarius non conseruaretur, nec turbationes remouerentur, nisi sibi soluerentur omnes termini sibi denegati, & quos vti possessor consequutus fuisset, *Innoc. d. cap. querelam. num. 3. vers. & nota de elect. & fuit ponderatum in d. Mediolanen. fructuum. 26. Maij 1589. coram bo. mem.*
7 *Cardinali Platto.* † Nec ad illum effectum visum fuit, posse constitui aliquam differētiam inter istā pensionem, quæ petitur tamquam sors, & alias res

nempe prædium, vel domum in iudicio principaliter deductas, *l. cum vnus. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. cum aliis supra deductis*, & propterea 8 † sicut in domo, & prædio per aliquem possesso stantibus turbationibus, & molestiis manutentio in summariissimo possessorio ei debetur respectu totius prædii, vel domus, vt hoc modo remoueatur omnis turbatio, et possessor in sua pacifica possessione conseruetur, ita, quando à possessore io iudicio petuntur plures termini pensionis, vel annuæ præstationis per alium denegatæ, vt remoueatur 9 omnis turbatio, † quæ oritur ex sola denegatione, *Innoc. in d. cap. querelam. numer. 4. de elect. Bellam. dec. 21. col. 2. vers. item certe. Put. d. dec. 419. num. 10 1. lib. 2.* † debentur ei per viam talis manutentionis omnes termini decursi, etiam ante motam litem, et per partem denegati ex supra deductis, alias enim talis possessor non posset vnquam recuperare pensionem antea decursam per viam manutẽtionis io summariissimo, etiam quod in quasi possessione illam exigendi fuisset per plures annos 11 quia certum est, quod † debitor non potest iudicio conueniri, nisi postquam venit dies solutionis et tunc vti decursa ante motam litem non veniret, quod oon potest subsistere, cum, vt dixi, manutentio concedatur ad remouendas tales turbationes, et conseruandum possessorem in sua possessione ex supra allegatis.

12 Ex his cessat, quod † fructus in huiusmodi summarijssimo possessorio manutentionis nõ veniant, nisi à die motę litis, quia hoc intelligi debet in fructibus accessoriis rei per aliquẽ bona fide pos- 13 sessæ, et io iudicium principaliter deductæ, † quorum respectu oecessaria est mora vel per litis contestationem, vel aliam interpellationem, *l. cum fundus. in prin. ff. si cert. pet.* quia alias ante moram bonę fidei possessor facit fructus suos, et illos restituere non tenetur, *l. bonæ fidei emptor. ff. de acq. rer. domin. l. fructus. ff. de vsur. Couar. var. resol. lib. 1. c. 3. num. 6. vers. his sane præmissis. & fuit resolutum coram me in vna Farfen. Spolii 17. Maii 1610.* 14 † et sic in mandato de maoutenendo illi venire non possuot, et io illis terminis procedit *tex. in l. 15 3. ff. de iudic. cum simil.* † aliud tamen est in pensione, vel annua prestatione, quæ etiam ante interpellationem vtiliter debetur, sicque venit etiam in mandato de manutenendo, vt supra dictum est, et 16 facit, quia sicut † malæ fidei possessor omnes fructus restituere teoetur, *l. fructus non modo. ff. de rei 17 vendic. l. domum. C. eod. tit.* ita † illos venire etiam in mandato de manutenendo, *sentit Bart. in l. 3. ff. de interd. & fuit dictum in Mediolanen. fructuum 13. Februarii 1595. coram Cyptio.*

Et ita decisum etc.

R. P. D. Pirouano

Rauenaten. Pecuniaria

Luna 25. Iunij 1618.

SVMMARIA.

1. *Mandatum præsumitur ex productione citationum & expensis factis, præsertim ad sustinendas sententias. & num. 2. Ampl. vt num. 3.*
2. *Verisimile non est, quod quis temere se afferat defensioni causæ absque mandato.*
4. *Citationis defectus reddit sententiam nullam.*
5. *Citationis defectus suppletur ex præsentia partis.*
6. *Præsentia partis in iudicio probatur, si Notarius dicat, in contradictorio partium, seu parte præsente fuisse pronunciatum. & num. 7.*
7. *Præsentia partis in iudicio non probatur per attestationem Iudicis.*
8. *Notario solet fides adhiberi in concernentibus eius officium.*
9. *Sententia lata per relationem ad cedulam, quæ in actis non reperiatur, & de publicatione non cõstet, adhuc dicitur valida, quia Notarius non potuit de ea attestari, nisi in suis manibus dimissa fuisset, & vti in iudicio dicitur recitationi parata.*

Decisio CDLXXII.

DVbitaui, An sententiæ extra Rotam latæ sint confirmandæ, vel iofirmandæ, & cũ impugnarẽtur ex vtroque capite tam validitatis, quam iustitiæ, placuit Dominis firmare validitatem illarum reseruando examinare iustitiam in separata disputatione.

Censuerunt enim nullitates oppositas non releuare, & prima quæ deducitur ex defectu mandati procuræ comparentis pro fratre, & Medulesio, 1 contra quos latæ sunt seotentiæ, euitatur † sola præsumptione mandati in comparente, dum litem sustinuit, citationes produxit, & expensas fecit, *Cas. de Grass. dec. 3. de procur.*

2 Non † n. credendũ eit, quod temere quis se offerat defensioni causæ absque mandato, quamuis illud non exhibuerit in actis, & hanc præsumptionẽ sæpe Rota admisit ad sustinendam validitatem sẽtentiarum, *vt apud Verall. dec. 190. nu. 4. par. 1. & coram Cardinali Seraphino dec. 933. num. 2. & dec. 973. num. 4.*

3 Quinimmo † etiam si de mandato expresso illius Procuratoris post litem motam fuerit doctum nihilominus tacitum nõ tollit per acta expressum ante ipsam constitutionem, *vt firmatum fuit in Romana Pecuniaria 19. Iunii 1617. coram R. P. D. Dunozet.*

4 Similiter † non obstat, dum dicitur, quod sentẽ- 5 tia lata fuit sine partis citatione. Quia † sufficienter suppletur talis defectus ex pręsentia partis, dũ 6 legitur † io contradictorio partium fuisse pronunciatum, *Alex. cons. 23. num. 2. lib. 2. Cassad. decis. 2. numer. 3. de iudic. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 17.*

7 Neque dubitandum est † de probatione præsentiæ partium, quia non ipse Notarius est, qui dixit cui facile non videtur credendum, sed ipse Notarius est, qui dixit procuratore præsente Dominus 8 pronunciauit, † cui fides solet adhiberi in concernentibus eius officium, *Alex. in l. 2. §. si absens. nu. 11. ff. si extra caus. agat. Menoch. de arbitr. cas. 95. num. 3. & in his terminis fuit dictum in Canchen. Decimarum de Campillo 21. Maii 1612. coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio.*

Cessat etiã tertia nullitas deducta ex eo, quod lata fuit sententia sub die 9. Nouembris 1616. 9 præsentibus † per relationem ad cædulam, et tamẽ cędula non reperiatur in actis, neque constet de publicatione sententiæ, quia Dominus pronunciauit, prout in cædula, de qua Notarius non potuit attestari, nisi in manibus suis dimissa fuisset, atque ita tamquam in iudicio dicitur recitationi parata, & valet, *Paris. cons. 48. in fin. lib. 3. Becc. cõs. 78. num. 96.*

Cæterę autem nullitates magis pertinent ad essentiam, quam ad inualiditatem, ideo ad disputationem reseruatam sunt remittendæ.

Et ita etc.

EODEM

Romana Hæreditatis

Mercurij 7. Nouembris 1618.

SVMMARIA.

1 *Articulans contraria non est audiendus, & quare. & num. seqq.*
2 *Ampl. maxime, si primi articuli specificati fuerint medio iuramẽto propter periculum periurii, & ius parti quæsitum. & num. 4.*
5 *Articuli iurati habentur loco positionum, & inducunt confessionem.*
6 *Error ex identitate personarum, & cognominum resultans quomodo probetur.*

Decisio CDLXXIII.

RESolutum fuit, non esse dãdam remissoriã neque admittendos articulos in Curia, reseruando particulariter videre, an sit locus examini ex officio.

1 Fundamentum decisionis fuit regula, quod † articulans contraria non est audiendus, *clem. 2. de testib. vbi gl. & Vital. nu. 144. & latissime comprobans cumulati per Gabr.* eod. tit. *concl. 21. num. 1. & 10.*

Contrarietas est patens, quia in primis articulis posuit, quod Francisca, alias nuncupata China, vxor Nicolai esset soror Vincentiæ, in secundis vero articulis probare contendit, quod Vicentia est soror Nicolai, quæ ad inuicem contrariantur de iure, cum impossibile sit, quod frater, qui est Nicolaus, habeat sororem, scilicet Franciscam, in vxorem.

2 Prædictis accedit, quia † primi articuli fuerũt per partem specificati medio iuramento, & super eis testes examinati, qui dictam sororietatem inter Chinam, & Vincentiam probarunt, & eo articulo subsistente, noui articuli non sunt admittendi pro-
3 pter periculum periurii, † quod excusari non potest in iurante de veritate facti, *Bald. in l. 2. §. quod obseruare. in tertio notab. C.* de *iuram. calumn.* alterum enim inconueniens in admissione contingeret, vel quod testes verum dixisse præsumantur, nunc vero calumniose articuletur contrarium, vel quod falsum deposuerint, & hodie subueniatur per secundam probationem illi, de cuius fide suspicandũ sit per productionem similium testium.

Non obstat, quod producens noluerit vti testibus, quinimmo renunciauerit in specie quoad probationem sororietatis, & vlterius probationes sint
4 erroneæ, vt ideo † probatio ad corrigendum errorem, etiam iuramento subsistente admitti debeat, *Soccin. cons. 97. num. 16. lib. 4. Vestr. in prax. lib. 5. c. 16. num. 7.*

Quia ad primam obiectionem respondebatur, quod in præiudicium partis tenet renunciatio, nõ autem quoad Carolum, cui ius est quæsitũ propter
5 iuramentum Nicolai, † per quod articuli habentur loco positionum, & inducunt confessionem, *Io. Andr. in cap. vlt. in princ. vbi Gemin. num. 5. vers. quæro. & Franc. num. 2. de iur. iur. in 6.* Secunda vero obiectio tollitur ex facto, quia de errore ex instrumentis productis non apparet; nam primo fuit articulatum, quod Nicolaus senior est de domo Sardina, in instrumentis vero datis sub annis 1536. 1550. & 1555. enunciatur Nicolaus Bernardini Britii, nullumque verbum de domo Sardina,
6 † prout necessarium esset ad conuincendum errorem ex identitate personarum, & cognominum resultantem, *Bart. in l. demonstratio. nu. 14. ff. de cond. & demonstr.* secundo articulauit, Checum nuncupatum Ciucum, qui habuit in vxorem Vincentiã & cuius prætenditur Laura esse filia, de qua successione nunc agitur, esse de domo Sarda, verum in supradictis instrumentis nulla habetur mentio de Checo Ciuco de domo Sarda, sed de domo Fantina. &c.

EODEM

Eadem

Lunæ 28. Nouembris 1622.

SVMMARIA.

1 *Examen ex officio quando, & quomodo concedatur vbi denegatur remissoria.*
2 *Officium Iudicis fundatum est in æquitate.*
3 *Contrarietatis, & variationis vitium est insanabile.*
4 *Falsam semper esse necesse est alteram ex duabus contrarijs assertionibus. & num. 8.*
5 *Remissoria ad corrigendam, & probandam erroneam confessionẽ in articulis etiam iuratis emanatam solet concedi.*
6 *Periurium non intrat in eo, qui falsum iurauit iusto ductus errore.*
7 *Erroris confessionis dato fumo testes alias non admittendi possunt ex officio interrogari ad coadiuuandam probationem.*
8 *Examini ex officio non est locus super articulis cõtrarijs ab eodem datis. Decl. vt num. 9.*
10 *Probatio per scripturas, & instrumenta semper præualet probationi per testes.*
11 *Demonstrationes duæ requiruntur ad identitatem probandam.*

Decisio CDLXXIV.

IAM fuit resolutum, remissoriam non esse dandam Nicolao, sed, An esset locus examini ex officio, fuit dictum, vt particulariter videretur, et hodie proposita hac parte reseruata, respon-
1 sum fuit, † testes esse examinandos ex officio iuxta ordinem datum, qui fuit, vt per subdelegationẽ deputaretur Iudex in Ciuitate Vrbeuetana, qui met ex officio interrogaret testes super enunciatiuis Instrumentorum, et super aliis, et omnia ponantur ad partes.

Nam, etsi semel articulatum fuerit, quod China vxor Nicolai esset soror Vincentiæ, et in secundis articulis datis dicatur, quod Vincentina esset soror Nicolai, & in hac parte directa contrarietas
2 insurgat, cum simul esse non possit † officium Iu-
3 dicis, quod est fundatum in æquitate, ex quo † vitium contrarietatis, & variationis sit insanabile,
4 *Vital. in clem. 2. num. 145. de probat.* & † semper necesse sit, vt alter eorum sit falsum, *vt dicit Bald. in l. 1. num. 13. ff. de seru. fugit.*

Attamen, quia non agitur simpliciter de prosequendo examine super parte contraris articulata, sed de probando errore primæ partis articulatæ, & sic de corrigenda confessione in articulis emana-
5 ta, † & tunc etiam quod fuerit iurata non denegatur remissoria ad hoc probandum, *Soccin. sen. cons.*
6 *97. num. 16. lib. 4. Afft. dec. 83. num. 3.* & † periuriũ nec

nec etiam intrat in eo, qui iurauit falsum, quod credebat verum esse nullo errore ductus, *cap. homines. 22. q. 2. cap. quanto. §. si vero. de iur. iur. Affl. d.* 7 *dec. 83. num. 3. Crauett. cons. 65. num. 9* † vel saltem dato fumo erroris per instrumenta producta, etiã quod alias testes non essent admittendi, attamen ex officio debent interrogari, dũ potest coadiuuari probatio ex illis resultans, *Put. dec. 6. de dilat. & remiss. Crauett. d. cons. 65. numer. 3. & 10. Natt. cons. 565. num. 8.*

8 Nec obstat, quod † in puncto contrarietatis nõ sit locus examini ex officio, dum alterum ex articulis semper necesse sit falsum esse, *Vital. in d. clem. 2. nu. 144. de prob. Innoc. in cap. Fraternitatis in fin. de testib. Rot. recent. dec. 424. num. 2. par. 1.*

9 Quia † quid sit in directa probatione, secus est vbi agitur de recedendo à prima articulatione, & probatione ex capite erroris, & dato fumo per instrumenta producta, quia tunc error potest excusare varietatem, & contrarietatem, vt aduertit idẽ 10 *Crauett. d. cons. 65. nu. 10.* & merito quia † in concursu probatio per scripturas, & instrumenta semper præualet probationi per testes, *Innoc. in cap. cũ Ioannes. num. 6. de fid. instr. Crauett. cons. 54. nu. 15. Rot. in recent. dec. 91. num. 9. & 582. num. 6. par. 1.*

Et si dicatur, quod ex instrumentis productis non datur fumus quod Vincentia esset soror germana Nicolai senioris, ex quo in dictis instrumentis non fit mentio Nicolai de familia Sarda, aut Sardina, prout enunciatur in capitulis, sed de alijs familiis Britia, & Fantina &c. quæ nihil habent cõ-11 mune cum familia Sardina, & tamen † istæ enunciatiuę debuissent saltem conuenire in cognomine vt facerent duas demonstrationes, secundum theorecam, *Bart. in l. demonstratio falsa. numer. 14. ff. de cond. & demonstr. Crauett. cons. 169. nume. 4. Affl. dec. 245. num. 6.*

Potest euitari obiectum, ex quo enunciatiuæ cõueniunt in nomine Nicolai, & appellatiuum Britij magis conueniat nomini patris, dum in genitiuo ponitur, quam cognomini familiæ, & ex hoc dicendum videtur, quod enunciatiua non excludat cognomen, & testes de illo possint deponere coadiuuando omissionem enunciatiuæ in illa parte: Ita vt merito dictum fuerit testes examinandos super enunciatiuis instrumentorum, vt inde Rota arbitrari possit, an omnia simul iuncta faciant gradum probationis quoad prætensam descendentiam.

Et ita fuit conclusum etc.

Vbaldo Seniore

Romana Diuisionis de Antolinis

Luna 4. Februarij 1619.

S V M M A R I A.

1 *Societas in affictu contracta dicitur per conductionem simul factam.*
2 *Ius vtendi, & fruendi re conducta vtrique acquiritur ex conductione simul facta.*
3 *Actus gesti per socium in re communi dicuntur iure familiaritatis respectu portionis alterius, nec ex eis in huiusmodi portione acquisita dum aliqua possessio.*
4 *Probatio debet esse certa, & concludens.*
5 *Actus possessorius, qui dedit causam liti, non est habendus in consideratione.*
6 *Actus censetur in dubio factus ex titulo præãbulo.*
7 *Existentia rei de tempore motæ litis in loco, non probatur ex eo, quod antea ibidem reposita fuerit.*
8 *Mobilibus in rebus possessio non continuatur, sicut in immobilibus, nec naturali amissa ciuilis animo retinetur.*
9 *Lim. secus in re mobili retenta per socium, vel per aliquem in depositum, vel ex commodatu, seu precario.*
10 *Mobilibus in rebus an detur manutentio.*
11 *Interdicta vti possidetis, & vtrobi sunt retinenda, & exequata.*
12 *Exceptiones contra testes non admittuntur in summarissimo iudicio manutentionis, in quo leuiores sufficiunt probationes.*
13 *Testium dicta sunt potius adiuuanda, quam cauillanda.*

Decisio CDLXXV.

DOmini censuerunt, mandatum A. C. esse confirmandum, in quo fuit concessa manutentio Alexandro pro portione ad ipsum spectante in possessione frumenti, de quo agitur; Quia contra validitatem mandati nihil opponebatur, et de iustitia videbatur constare cum Casale Montis Oliuerij, in quo fuit recollectum dictum frumentum, fuerit ab Alexandro conductum pro se, et fratribus, vt constat ex publico instrumẽto, quod Andreas eius frater ratificauerit, et ideo, 1 † cum simul conduxerit, dicitur inter eos cõtracta societas ad d. affictum *Bald. in l. 1. q. 11. num. 33. C. pro soc. Alex. cons. 133. in princ. lib. 2. Modern. de societ. cap. 11. nu. 31.* prout contrahi potest, *l. actiones §. si in rem certam. ff. pro soc. Osasc. dec. pedemõt.* 2 *76. sub num. 4.* et † ius vtendi, fruendi re conducta fuit acquisitum vtrique *l. 1. & l. verum. in prin. vbi gl. in V. fraternitas. ff. pro soc. d. decis. pedemont. 76. sub num. 4. circa finem.* Quæ communio probatur etiam ex cura, et sollicitudine, quam adhibuit Alexander circa culturam eiusdem Casalis, et solutionibus factis operarijs pro messe, et recollectione frumenti, et ex pluribus alijs actibus relatis per informantes, de quibus in vtroque summario iuriuum, et testium per Alexandrum dato. Et demum fuit etiam probatum, quod frumentum ex dicto Casale fuit ad instantiã Alexandri de anno 1614. et sic intra tempus cõductionis aductum Romam et repositum in horreo Babuini in Via nuncupata Margutte mediantibus Carrarijs, seu Operarijs Camilli Bonauenturę, et fuisse quantitatis circiter rubrorum 800. vt deponunt duo testes contestes nouissime, et formiter pro Alexandro examinati; quorum depositiones adminiculantur ex instrumẽto conuentionis initæ per Alexandrum cum d. Bonauentura super conductione d. grani ad Vrbẽ, et ex solutionibus iuxta d. conuentionem subsecutis, *Seraph. dec. 411. num. 3. & 4.*

3 Quibus stantibus † actus facti per Andream circa d. granum respectu portionis alterius dicuntur facti iure familiaritatis, et ex eis non dicitur acquisita aliqua possessio in portione socij, *l. qui iure & l. communis seruus. vbi Bart. Castr. & omnes. ff. de acq. poss.* et sic nihil facit, quod Andreas retinuerit claues granarij, quia vel retinuit communi nomine, vel iure familiaritatis, tamquam natu maior, et qui in Vrbe degebat. Et in omnẽ euentum, vltra quod hæc clauium retentio non arguit per necesse possessionem Andreæ priuatiue quoad portionem Alexandri, de cuius possessione constat ex 4 tot actibus supradictis, et tamen † probatio debet esse certa, et concludens, *cap. in præsentia. de prob. cum vulg.* dicebatur etiam, hanc clauium retentionem

5 nem dedisse causam præsenti liti, et ideo † non est habenda in consideratione, *vt fuit dictum in Cartaginen. Iurisdictionis 18. Decembris 1587. coram Gypsio, in Abulen. Iuris visitandi 28. Iunij 1600. corã Sanctissimo in Eluen. Primitiarum 22. Iunij præteriti coram Reuerendissimo Sacrato, & alias sæpe decisum.*

Non obstat, quod non probetur, granum ad Vrbem, vt supra, vectum fuisse de illo recollecto ex parte Casalis conducta per Alexandrum, quia testes expresse deponunt de frumento aducto ex Casale Montis Oliuerii, et, cum non constet in eũ Alexandrum acquisiuisse granum ex alio titulo, 6 præterquam dictæ conductionis † actus censetur factus ex titulo præambulo, *l. 2. C. de acq. poss. gl. in l. quadam mulier. ff. de rei vendic. fuit dictũ in proprijs terminis locationis Cam. 13. Iunij 1614. coram me.*

7 Nec facit, quod † ex eo, quod frumentum fuerit recollectum in Area, et postea in horreo conductum, non resultet probatio, quod ibidẽ existeret de tempore motæ litis ad *cons. Siluan. 19. num. 28. & seq.* quia istud cessat ex facto, cum fuerit mensuratum de mandato A. C. Andrea non reclamante, et repertum in eadem fere quantitate, de qua testes deponunt.

8 Non obstat, quod † possessio in rebus mobilibus non continuetur, prout in rebus immobilibus, *Siluan. d. cons. 91. num. 29.* nec naturali possessione amissa ciuilis retineatur animo, *vt per Aretin. post Fabr. in §. retinendæ. numer. 3. vers. sed Ioannes Faber. Instit. de interd.* et sic, cum hodie granum reperiatur penes Andream, etiam si constaret de idẽtitate illius cum grano recollecto in Casale Montis Oliuerij, et transuecto ad d. horreum, tamen nõ posset amplius dici possessũ per Alexandrũ. Quia fuit responsum, quidquid sit de hoc, quod, cum d. granum peruenerit ad manus Andreæ vigore conductionis Casalis communi nomine factæ; et ra- 9 tificatæ per ipsum, vt supra dictum est; † quamuis totum d. granum retineat ipse, tamen Alexander pro sua rata possidet, vt de eo, à quo rés mobilis detinetur in depositum, vel ex commodato, vel precario, *tradit Bart. in l. vnic. num. 3. vers. vel aliter. ff. Vtrob.* quod interdictum datur pro retinenda possessione mobilium, *& idem dicit Menoch. ex allegatis de retin. remed. 2.* Ex quo tollitur aliud 10 obiectum, quod † non detur manutentio pro rebus mobilibus; quia licet non detur interdictum retinẽdæ vti possidetis, datur tamen interdictum vtrobi, 11 † quod est similiter retinendæ, *vt per gl. & Alex. in d. l. vnic.* et sunt exequata, *vt per Menoch. d. remed. 2. num. 11.*

Oppositio, quod non constet de identitate granarij, visa fuit leuis, cum non ostendatur, Andreã tempore inuectionis frumenti, de quo agitur, habuisse in loco designato alia horrea.

Obiectiones datæ contra testes nouissime examinatos nec Dominis visę sunt attendendę, cum deponant verisimilia, et concordent cum scripturis, et iuribus supra deductis, et cõsideratis, † neq; 12 in hoc iudicio summarijssimo admittuntur, in quo sufficiunt leuiores probationes, *Couar. pract. q. cap. 17. sub num. 4. Rot. dec. 82. num. 4. & 9. par. 1. diuers. Seraph. dec. 392. & dec. 561. in princ. fuit dictum in Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram me,* 13 et alias † testium dicta sunt adiuuanda potius, quam cauillanda, *Alex. cons. 5. num. 12. lib. 1. Seraph. dec. 241. & dec. 1083. nu. 6.*

Ex quibus fuit decisum, mandatum esse confirmandum etc.

E O D E M

Eadem

Lunæ 18. Februarij 1620.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum validum, & iustum est executioni demandandum.*
2. *Mandatum relaxatum pro summa incerta, exequi non potest, nisi certa sit ex probationibus, & actis.*
3. *Iudicio vniuersali diuisionis bonorum pendente potest prosequi iudicium possessorium particulare.*
4. *Retentio rei non datur pro expensis circa eam factis, de quibus non clare constet.*
5. *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
6. *Exceptio retentionis ratione expensarum, vel calculi non retardat mandatum de manutenendo summarijssimum, tanquam præ[...]torium respiciẽs quæ ab hoc iudicio executiuo reiicitur.*
7. *Agens interdicto Vtrobi pro retinenda possessione rerum mobiliũ experiri potest actione ad exhibendum, quæ est huiusmodi interdicti præparatoria, vel per censuras iuxta stylum Rotæ, vel per carcerationem personæ contra obligatum ad factum præcise ex Iudicis decreto.*
8. *In re consumpta, vel alienata, quæ recipiat functionem in genere suo, vt in frumento, potest tantũdem præstari, & exhiberi.*
9. *Vel pretium receptum tradi, si debebatur in specie.*
10. *Retinendæ in interdicto venit æstimatio possessionis potius, quam proprietatis.*
11. *Alienans lite pendente perinde haberi debet, ac si rem possideret.*
12. *Mandatum obtinens de manutenendo an possit rẽ vendere. & num. seq.*
13. *Mandatum de manutenendo in summarijssimo possessorio, vti interlocutoria pronuncia, potest statim reuocari.*

Decisio CDLXXVI.

POstquam fuit in Rota decisum, mandatum A.C. esse confirmandum ad fauorem Alexandri, et in decisione in hac causa facta 4. Februarij anni præteriti, fuit relaxatum de ordine Rotæ; sed, quia pro parte Andreę controuertebatur ipsius executio, dubitaui, An mandatum Rotale esset exequendum, et quomodo. Et quoad primam partẽ dubij modica videbatur esse difficultas pro parte affirmatiua, cum supponeretur decisio tam facta, in qua fuit firmatum, mandatum A.C. cui simile fuit mandatum Rotale, fuisse validum, et iu- 1 stum, † et ideo executioni debet esse locus, præsertim stante clausula cum facultatibus A.C. in commissione Rotali.

Non obstat, quod mandatum videatur esse pro 2 summa incerta, † ac sic exequi non possit. Quia imo decretum manutentionis A.C. fuit pro portione Alexandro tangente; vnde, cum frumentum, de quo agitur, fuerit mensuratum de mandato A. C. et indicatum ascendere ad certam quantitatem, de qua etiam deponunt testes, et istud frumẽtum certum sit pertinere ad societatem conductionis inter Andream, et Alexandrum, vt hæc omnia firmantur in decisione, apparet, portionem Alexãdri

esse dimidiam, et pro ea mandatum esse exequendum.

Nec videtur subsistere, quod mandati relaxatio pendeat ab vniuersali discussione in causa diuisionis omnium bonorum commissa in Rota inter omnes fratres, quod & apparere videtur ex monitorio pro parte Alexandri, & Fuluij in quo, Andream, & Ioannem Baptistam fratres prouocant ad diuisionem bonorum communium, nec non frumenti, de quo agitur; Quia placuit responsio, quod, † licet fuerit commissa causa in vniuersali iudicio diuisionis omnium bonorum, & vndecumque penes fratres extantium, in qua causa habent interesse omnes fratres, & ideo emanauerit monitorium, de quo supra, tamen Alexander relicto in suspenso dicto iudicio vniuersali, bene potuit prosequi iudicium possessoriū super dicto frumento, in quo ipse solus habebat, & habet interesse cum Andrea propter instrumentum conductionis ab Alexandro celebrato pro se, & fratribus, sed ab Andrea tantū ratificato, vt dicitur in decisione, *bene faciunt notata per Barbat. in l. si quis libertatem. ff. de petit. hared. & per Lancellott. de attent. cap. 4. limit. 26. nu. 3. & seqq.*

Non obstat, quod dicitur, † Andreæ competere retentionem frumēti propter expensas ab Andrea factas in recollectione frumenti, quia de dictis expensis saltem clare, & dilucide non constat ex parte Andreæ, immo quod eas fuerit Alexander constat ex publicis instrumentis quietanciarum, † quæ faciunt probationem probatam, *Bald. in l. quoties. in fin. C. de iudic. Ossasc. dec. 72. nu. 4. Tiraq. de retract. consang. §. 2. gl. 1. num. 10. & seqq.* Vltra quod hodie non agitur de terminatione totius negocij societatis, sed de particulari tantum ratione istius frumenti, in quo pro sua rata Alexander petijt, & obtinuit manuteneri in hoc summarissimo iudicio possessorio, Ideo † eius executio non potest retardari per allegatam exceptionem retentionis ratione expensarum, vel per exceptionem clausulę, vel similes respicientes petitorium, quæ reijciuntur ab hoc iudicio executiuo, *l. 3. §. ibidem ff. ad exhib. Paris. cons. 12. nu. 26. lib. 2. Seraph. dec. 214. in fin.*

Quo vero ad secundam partem dubij, quomodo sit exequendum mandatum, dubitationem faciebat quia frumentum dicebatur amplius non extare, quia venditum ab Andrea, & ideo non videbatur, mandatum exequi mandari posse super frumento; Sed Domini considerabant; † agentem interdicto vtrobi pro retinenda possessione rerum mobilium, prout egit Alexander, vt in decisione posse experiri actione ad exhibendum, quæ dicitur præparatoria dicti interdicti, *vt tradit Ciaco. lib. 5. obseru. cap. 12. & ita declarans tex. in l. 2. §. Pomponius. ff. ad exhib. Menoch. de retin. remed. 2. num. 14.* Poterit enim Andreas, vel per Censuras iuxta stylum Rotæ, vel tamquam obligatus ad factum præcise ex decreto Iudicis, *iuxta tradita per Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. num. 13.* per carcerationē personæ, *ad tradita per Ias. in l. si ita stipulatus esse absque num. 4. ff. de verb. oblig.* vbi ad hoc dicit esse singulare dictum, *Bald. in l. ex omnibus. C. de decur. lib. 10. & ita fuit ponderatum in vna Romana fideiussionis de repræsentando. 17. Maij 1597. coram Cordaba.*

Non obstat, quod frumentum sit vel consumptū, vel alienatum. Quia respondebant, vel quod, † cum recipiat functionem in genere suo, poterit tantumdem præstari, & exhiberi, *iuxta l. 2. §. 1. & l. cum quid. ff. si cert. pet.* vel melius, quod, cum Andreas habeat penes se pretium frumenti, † quod debebatur in specie, tamquam collectum ex prædio conducto, illud pretium præstari debebat, *Bart. in l. ex aduerso. §. 1. sub num. 9 in fin. ff. de rei vendic. in l. diuortio. §. ob donationes. num. 4. & ibi Ias. num. 6. ff. sol. matr. Dec. cons. 264. sub numer. 1. cum alijs, de quibus per Mantic. dec. 281. num. 1. & 6.* Et † licet in interdicto retinendę veniat æstimatio possessionis potius, quam proprietatis, *l. penultima. §. vlt. & ibi Bart. in 2. notab. Odofred & Alex. ff. vti possid. gl. in §. recuperandæ. vers. sed ex constitutionibus in vers. rei. & ibi Fab. num 6. Aret. num. 2. Instit. de interd.* tamen dicendum est, quod, † cum Andreas alienauerit lite pendente, perinde haberi debet, ac si granum suum possideret, *l. qui dolo. ff. de reg. iur. l. sed & si lege. §. perinde. & l. non tantum. §. veniūt vers. immo & si possessor. ff. de pet. hæred.*

Neq. excusari posse videtur, quod ipse Andreas obtinuisset mandatum de manutenendo, † cuius vigore potuerit frumentum licite vendere, quia, † cum dictum mandatum esset in summariissimo possessorio, vti mera interlocutoria, poterat statim reuocari, *l. quod iussu. vbi Doct. ff. de re iudic.* prout ipse Andreas fuit repositus à decreto antea facto ad fauorem Alexandri.

Ex quibus fuit conclusum per Dominos, mandatum esse exequendum pro pretio nisi infra 15. dies Andreas exhibeat rubra 400. frumenti, & ita decisum fuit.

E O D E M

Eadem

Veneris 26. Junii 1620.

S V M M A R I A.

1 *Mensurandi modus frumentum, seu alia in vnum coacervata.*
2 *Actus factus in executionem decreti Iudicis, & coram Notario per eum destinato prauia intimatione pro die, & hora certis dicitur iudicialis.*
3 *Tacens in iudicialibus habetur pro consentiente.*
4 *Summa minor inest in maiori.*
5 *Probationes admittuntur etiam insufficientes, vbi orta est difficultas probandi facto partis aduersa.*
6 *Manutentionis in iudicio summariissimo probationes etiam leuiores sufficiunt.*
7 *Probationes leuiores admittuntur ad probandam quantitatem, vbi constat de substantia rei.*
8 *Valor frumenti probatur ex fide publici Officialis.*
9 *Frumentum triennio consumptum præsumitur.*
10 *Frumenti in æstimatione spectandum videtur tempus expirati triennii.*
11 *Æstimatio ex æquitate fieri debet ad minorem summam.*
12 *Cautioni, non retentioni, locus est respectu expensarum non liquidarum.*

Decisio CDLXXVII.

FVit ordinatum, vt D. Andreas iterum audiretur super decisione 18. Februarij præteriti, sed stricte quoad quantitatem frumenti, & eius pretium. Quo igitur ad quantitatem, Domini censuerunt eam esse reducendam ad rubrorū 700. in totum, & sic mandatum esse exequendum pro rubris 350. pro medietate pertinen. ad Alexādrum, nam d. quantitas rubr. 700. vel circa fuit arbitrata per Peritum d. Alexandri, qui vna cū Notario destinato ex decreto A.C. accessit ad horreū

in

in quo aderat magna quantitas frumenti, & reperiit esse latitudinis palmorum 40. cum dimidio, longitudinis palmorum 39. & altitudinis palmorum 4. & iuxta d. mesurationem frumenti dixit 2 ascendere ad quantitatem præscriptam, † qui est modus solitus mensurandi frumentum, & alia similia in Vrbe, & procedit secundum Mathematicas conclusiones. Et hæc mensuratio fuit facta præsente, & non contradicente Andrea, qui tacendo videtur acquieuisse, & sibi præiudicasse, cum 3 † actus videatur iudicialis, ex quo fuit factus in executionem decreti A.C. & coram Notario per eum destinato cum intimatione parti facta pro 3 certa die, & hora, & alias certum est, † tacentem in iudicialibus pro consentiente haberi, *gl. in clem. sæpe. §. quæ omnia. in vers. in contradicentibus. de verb. signif. Bart. in l. 1. C. de relat. Natt. cons. 282. num. 7. cum aliis per Surd. cons. 202. num. 38. & seq. lib. 2. Doct. in l. quæ dotis. vbi Modern. Hispan. num. 160. ff. sol. matrim.*

Concurrit etiam pro adminiculanda probatione d. quantitatis dictum duorum testium, qui deponunt in d. horreum fuisse de anno 1614. asportatum frumentum 800. rubrorum incirca, & clara 4 est iuris regula, † in maiori summa inesse minoré, *l. 1. §. si ita stipulanti. ff. de verb. oblig. l. in eo, quod plus. ff. de reg. iur. Surd. cons. 61. num. 12.* & propter eandem rationem secundus testis non est sibi cõtrarius, dum primo dicit, frumentum recollectum in Casale posse ostendere ad rubra 700. & postea, *Che non può passare da 800. rubbii in circa.*

Et demũ accedit adnotatio facta in libris Portę de Populo per officialem de frumento Alesandri, quæ ascendit ad dicta rubra 700. eoque amplius.

5 Quæ † probationes videntur sufficientes in proposito, Tum quia culpa Andreę orta est difficultas probandi, *Doct. in l. actionibus vbi Dec. num. 13. ff. de in lit. iur.* cum modo negauerit identitatem grani, & horrei, modo, quod fuerit recollectum in Casali Montis Oliuerii, vt constat ex aliis causæ propositionibus, & tamen illud alienauit lite pendente, & non obstante manutentione ab A.C. Alesandro concessa, Tum quia sumus in iudicio summarissi6 mo, † in quo sufficiunt leuiores probationes, *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Seraph. dec. 1154. 7 num. 3. & dec. 1141. num. 1. &*, † cum constet de substantia grani, ad proban. quantitatem debent admitti tales leuiores probationes, *vt post Rayner. de Foro. iu. in l. 1. ff. de in lit. iur. tradit Dec. in d. l. in actionibus. numer. 13. eod. tit. & in l. certi conditio. §. quoniam. num. 7. ff. si cert. pet. & idem Dec. cons. 536. num. 12. Menoch. cons. 81. num. 19. & fuit sæpe decisum.*

8 Quo vero ad pretium, † cum fuerit datæ fides publici Officialis, quod de anno 1617. quo anno 9 expirauit triennium, † quo frumentum præsumitur 10 consumptũ, *iuxta gl. in l. 1. si aduers. vsucap.* † quod tempus videtur spectandum quoad æstimationem, *vt per Bald. in l. 2. num. 13. C. de fruct. & lit. expens. quem sequitur Rot. apud Card. Mantu. decis. 281. in fin.* frumentum fuit venditum scuta sex, septẽ, octo, 11 & nouem cum dimidio pro singulis rubris, † Domini amplectendo æquitatem, & minorem summam, dixerunt valorem esse reducendum ad scuta sex pro quolibet rubro, extra præiudicium partium quoad maiorem, vel minorem æstimationem.

Et quia multa inculcabantur pro Andrea circa expensas factas in recollectione dicti frumenti, quas tamen non probat, immo probantur potius factæ per Alexandrum ex publicis instrumentis, 12 *vt fuit firmatum in decisione 1* Tamen † Dominis videbatur factis extraiudicialiter, & summarie, inter partes computis, esse procedendum per cautionem Indemnitatis, non autem via retentionis *iuxta doctrinã Ias. in l. frat. à fratre. n. 21. ff. de cõd. indeb. Moder. de societ. cap. 39. num. 100. prout etiam fuit seruatum in causa Romana Affictuum resoluta in præterita Rota coram R. P. D. meo Remboldo.*

Circa portionem, super qua informauit solus Andreas placebant deducta in aliis decisionibus, quę hodie sunt supponendę, pręterquam quoad ea, super quibus Domini voluerunt Andream iterum audiri.

Et ita fuit decisum &c.

R.P.D. Pirouano

Eadem

Lunæ 28. Aprilis 1621.

S V M M A R I A.

1 *Portio dicitur detractis expensis.*
2 *Portione non liquidata retardanda est executio propter manifestam iniustitiam.*
3 *Instrumenta publica faciunt probationem probatam.*
4 *Expensa facta præsumuntur ab illis, qui facere tenebantur, & contrarium asserens debet concludẽter probare.*
5 *Æstimatio quanti plurimi non datur post triennium in frumento certi Casalis.*
6 *Æstimatio attendi debet de tempore, quo triennium finem recepit in fructibus in specie debitis, & facta aduersarij confessione consumptis.*
7 *Conductione facta per aliquem pro se, & pluribus fratribus quoad ratificantem tantum dicitur cõtracta societas, non quoad alios.*
8 *Citari in causa non debet, qui interesse non habet.*
9 *Cohabitatio non infert ad societatem vniuersalem omnium bonorum.*

Decis. CDLXXVIII.

IN hac causa fuit appellatum à mandato Rotali de exequendo instrumentum de manutenendo alias decretum, & relaxatum, per A. C. ad fauorem Alesandri Antolini, & hodie dum quæreretur de eiusdem mãdati Rotalis executione, Domini responderunt decretum iustum approbando rationes, & fundamenta in tribus decisionibus bene examinata, & comprobata.

Non obstat, quod dum prætẽditur executio pro portione tangente Alessadro debér in primis de1 duci impensæ, cum † portio dicatur illis detractis *Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 574. & 575.* & 2 † ea non liquidata retardandam esse executionem propter manifestam iniustitiam, *Guid. Pap. decis. 215. nu. 8. & dec. 368. Seraph. dec. 987. nu. 6.*

Quia huiusmodi exceptio in aliis disputationibus fuit excitata, & resoluta, nempè ab Andrea probatum non fuisse, expensas in recollectione frumenti ab eo solo factas fuisse; Quinimo, quod Alexander eas fecerit, probari ex publicis instrumen3 tis quietantiarum, † quæ solent facere probationem probatam; & nunc additur, quod, supposita societate in conductione Casalis Montis Oliuerij 4 inter Andream, & Alexandrum, † impensæ præsumuntur factæ secundum formam contractus societatis, & sic ab illis, qui tenebantur facere, *secũdum Bart. in l. cũ seruus 104. nu. 3 ff. de verb. oblig. Bald. & Salyc. in vlt. l. de alim. pup. præstan. Menoc. lib.*

lib.6 præsump. 11. atq; ita Andreas, qui dicit a se solo factos fuisse, oneratur duriori, & concludentiori probatione, dum contra legis præsumptionem venit.

Non obstat, quod prætium taxatum ad scuta sex pro quolibet rubro non iustificetur ex actis, dũ fundatur in productione fidei commissarij Annonæ, quæ loquitur post triennium, nempè de mense Setembris, & Octobris 1617. cum tamen agatur 5 de frumento certe Casalis, † in quo æstimatio quanti plurimi non datur post triennium, *Surd. dec.81. cum alijs allegatis*.

Nam ad prescirpta fuit responsum, quod liquidatio ex precio prælcripto cadit de eodem anno, quo trienniũ finẽ recepit, & pro minori summa probata, 6 † quæ æstimatio solet, & debet attendi tanquã de fructibus in specie ex prædijs cõductis debitis, & facto consocij consumptis, *Bart. in l. ex diuerso §.1. num.9. ff. de rei vendic. Card. Mantic. dec.281. nu.1. & 6.* Neq; *Surd. d. dec.81.* refert contrarium fuisse decisum, sed hoc ipsum, quamuis ipse esset contrariæ opinionis.

Non obstat excessus in portione taxata pro dimidia, quæ tamen debet esse in quarta, attenta ex-7 istentia aliorum duorum fratrum, Quia † attento instrumento conductionis factæ, per Alexandrum pro se, & fratribus, dum ab alijs, quam ab ipso Andrea, non fuit ratificatum, non potest dici quoad eos contracta aliqua societas, vt in prima decisio-8 ne fuit firmatum, & † exinde cessat defectus citationis eorumdem, postquam de eorum interesse societate non constat, *l. de vnoquoque ff. de re iudic.*

Neque ex vniuersali iudicio diuisionis bonorũ paternorum, & maternorum iuuari possunt, quia 9 † præsumpta illa communio non trahitur ad communionem vniuersalem omnium bonorum, sed tantum, quantum infert illa fructuum communio, ad quam se refert, & restringit societas illa cohabitationis, in reliquis cessat præsumptio societatis, *Anchar. cons.31. num.3. Rom. cons.12. num.1. & 19. lib.1.*

Et ita decisum.

E O D E M

Beneuentana Nobilitatis

Veneris 21. Junij 1619.

S V M M A R I A.

1 *Clausula quam, & quas vna cum toto negotio principali, operatur vt possit prosequi causa in petitorio omisso possessorio prius intentato.*
2 *Transportationis defectus ex omissione interrogatoriorũ opponi non potest, donec non probentur de actis per illorum productionem.*
3 *Nobilitas originis non præsumitur, sed ab allegante probari debet, cum in dubio præsumptio sit pro ignobilitate.*
4 *Nobilitas excluditur ex communi reputatione in contrarium.*
5 *Nobilitas amittitur, & arguitur ignobilitas per exercitium artis mecanicæ, vt Aromataria.*
6 *Doctores con numerandi sunt inter nobiles.*
7 *Et huiusmodi nobilitas transit etiã ad eorũ filios.*

Decisio CDLXXIX.

Dictum fuit, constare de causis restitutionis in integrum aduersus Sententia Rotalem, non quidem ex capite nullitatis, sed iniustitiæ.

Nullitas enim, quæ deducebatur ex defectu iurisdictionis propter suspensionẽ petitorij ab ipsis de carisimis factam cum expressa protestatione, de nõ recedendo à possessorio quod tamẽ in gradu appellationis à sententia cõtra eos lata in possessorio dicebatur cõtrariũ fuisse prosecutũ, dũ obtinuerant Sententiã in petitorio, non videbatur obstare, quia Appellatio fuerat cõmissa cum clausula, quã, 1 & quas, vna cũ toto negotio principali, † ex quibus potuit causa prosequi in petitorio omissa causa possessorij prius intentata, *Sarnen. in reg. de infirm. q. 34. nu.4. Add. ad dec.23. de rescript. in nou. nu.8.*

Similiter cessat facto defectus mãdati procuræ, quia illud fuit productum die 6. Februarij 1619. & Sentẽtia Rotalis fuit lata die 15. subsequenti.

Demum nec etiam verificatur defectus transportationis actorum propter deficientiam in-2 terrogatoriorum, quia † donec non probentur de actis per illorum productionem, deficit fundamentum exceptionis in non transportando.

Iniustitia vero probatur, siue agatur de Nobilitate originali ex descendentia, siue de acquisita per Hieronymum patrem Bartholomei, & fratrum nunc agentium.

Nam quantum ad nobilitatem originis neque 3 probata fuit, † neque præsumitur, tamquam qualitas, quæ non venit à natura, sed habet ortum ex accidentibus sibi, vel à progenitoribus, ideò qui illam allegat, debet probare, *Bald. in l. non ignorat col.2. C. qui accus. poss. & in l. in actionibus §. plane col.1. C. de in lit. iur.* dicens quemlibet presumi popularem, siue ignobilem, *sequitur post alios Tiraq. de nobilit. cap.10. nu.13. & alios recenset Menoch. de præsumpt.39. nu.4. lib.6.* Prædictæ autem præsumptioni accedunt testes dati deponentes de reputatione familiæ de Carisimis vti popularis, tã in genere, quam in specie Antonij, & Hieronymi respectiue Aui, & Patris Bartholomei, & fratrũ, 4 † quæ opinio inter Ciues solet iustificare qualitatem huiusmodi extrinsecam, & accidentalem, *secundum Bart. in l.1. nu.62. vers. examinemus ista verba C. de dignit. lib.12. Tiraq. de nobilit. cap.10. num.1.* & vltra communem reputationem concurrit positiua probatio Artis Mecanicæ in Antonio Auo duorum fratrum, scilicet exercitij Aromata-5 riæ, † quæ ne dum indicat statum popularem, & ignobilem, sed nobilem, quatenus adesset, denigraret, & oboleret, *Tiraq. de nobilit. post. alios cap. 35. num.4.* Neque dubitandum est de subsistentia artis mecanicæ, & reprobatæ inter nobiles, ex quo Aromatarij in publicis Tabernis, & Apothecis artem exercent, & in eis versando dicuntur artẽ vilem exercere, *per tex. in l. si cohortalis vers. sed etiam cunctos C. de cohort. lib.12. specul. tit. de cler. coniug. nu.6. Tiraq. de nobilit. cap.32. num.20. Carpan. in comment. ad statut. Mediol. cap.415. nu.12.*

Ex quibus patet, actum nominationis, & deputationis ad officium Administrationis Sãctissimæ Annunciatæ, ad quod non soleat admitti nisi Nobiles, non releuare quo ad nobilitatem originis, dum ex veris probationibus contrarium probatur, & nec etiam illo actu videtur concludi pernecesse ad nobilitatem, quia testes dati sub num.9. dicunt, quod de anno 1580. huiusmodi electiones fiebant in confuso aliquando de Nobili, & Populari, aliquando de Popularibus tamen propter concursum notorum in maiori numero Populariũ, vel Nobiliũ, & prout in electione Hieronymi cõcurrerũt.

Quo vero ad nobilitatem acquisitam per Hieronymum ex priuilegio Doctorali, & Breue Pauli III. tribuente, seu declarante, tales Iureconsultos 6 esse Nobiles; † quamuis, & illi inter Nobiles sint connumerandi, *l. prouidendum C. de postul. Alex. cons.234. nu.9. vers. in eo etiam concurrebat lib.6.*

7 Tiraq.

7 *Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 3.* † & huiusmodi nobilitas transeat ad filios, *l. Senatoris filium ff. de Senat. cum alijs in dec. 4. Februarij 1619. in hac causa allegatis*; tamen visum fuit non suffragari ad effectum, de quo quæritur, silicet nominationis ad officia publica Ciuitatis Beneuentanæ propter Statutũ eiusdem loci, in quo datur certa forma admittendi nominationes similium Nobilium ex Armis, vel Literis, nempè post triennium à die requisitæ nobilitatis, & cum maiori parte, & voluntate Nobilium, qui de eo tempore requiruntur in consilio, quæ cum iustificatæ non fuerint, merito de Nobilitate ad eum effectum non potest dici cõstare obstante statuto, & nominatio Hieronymi ad officium Administrationis potius videtur interpretanda, & intelligenda de populari, non autem de Nobili, cum non sit clara, & aperta respectu nobilitatis personæ in ea enunciatæ.

Et ita fuit resolutum.

R. D. Coccino

Boianen. Beneficii

Veneris 29. Nouembris 1619.

SVMMARIA.

1 *Subrogatus gratiose ad possessionẽ alterius potest eã capere lite pendente.*

2 *Possessio capta vigore subrogationis gratiosa continuata potius censetur, quam de nouo acquisita & num. 3.*

3 *Lim. vt cesset effectus gratiosæ subrogationis respectu possessionis, si alius ante subrogationem, vel captam possessionem naturalem, per subrogatum ingrediatur, quia subrogatio intelligitur quoad facultatem apprahendendi, & quoad possessionem Iuris, nõ facti, quæ apprahensionẽ requirit.*

4 *Possessio continuata in gratiose subrogatam dicitur ciuilissima ad instar possessionis defuncti in hæredem continuatæ in vim statuti; cuius effectus tantummodo est, vt si defunctus fuerit in possessione turbatus, possit hæres intentare interdictũ retinendæ, secus si alius post mortem, & ante aditam hæreditatẽ, per hæredem fuerit ingressus.*

5 *Continuationis possessionis effectus cessat, quando possessio per alium fuit occupata.*

6 *Instrumentalis possessio alio tunc in ea existente non suffragatur.*

7 *Possessio iunior præsumitur clandestina.*

8 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionẽ.*

9 *Decl. procedere, si sit iustificatum, & notorium, quod interr dispositio, super qua est appositum, secus è contra, quia interim non tollit detentationem, & insistentiam facti.*

Decisio CDLXXX.

FVit resolutum, Dominico Ferro non esse dandam manutentionem neque ex subrogatione gratiosa ad possessionem vltimo loco obtinentis, neque ex apprẹhensione per eum facta. Non quidem ex primo capite, Nam & si 1 † gratiose subrogatus ad possessionem alterius possit eam capere lite pendente, *Put. decis. 208. lib. 1. in nou. Lancell. de attent. pur. 2. cap. 4. in præ-* 2 *fat. nu. 340.* & ratio est quia † vigore subrogationis gratiosæ possessio capta censetur potius continuata, quam de nouo acquisita, vt potest quæ transfertur legis, vel Principis ministerio, vt per Lanceli. qui ita dicit pluries fuisse resolutum loco præcitato, *& nu. 341. & 342. cum seqq. & fuit dictum corã me in causa Regien. Prioratus 14. Iunij 1602.* Attamen secus est in casu isto, cum Pascha-3 lis ceperit possessionem naturalem; † ad impediendum enim effectũ subrogationis gratiosæ respectu possessionis sufficit, quod quis ante ipsam subrogationem, vel antequam subrogatus capiat possessionem realem, ingrediatur possessionem, quia licet, vt dictum est subrogatio sit pura, & operetur effectum continuationis in subrogatum quoad possessionem, intelligitur quoad facultatẽ apprehendẽdi, et intelligitur subrogatus quoad possessionẽ iuris, nõ facti, quæ requirit apprahensionẽ, *Sarnen. in reg. de trienn. quæst. 14. n. 8. in fin. vers. nec obstat*, quod sit subrogatus, etiam quoad possessionem, *Mohed. dec. 21. de restit. spol. in fin. Verall. dec. 231. par. 3. Gonzal. super reg. 8. in proem. nu. 39. & 94. & glos. 34. nu. 110. & fuit dictum in causa Lucana Maiasculatus 27. Aprilis 1587. coram Orano*, & 4 † ista possessio subrogati appellatur ciuilissima possessio, quæ est ad instar possessoris hæredis, in quem uigore statuti cõtinuatur possessio defuncti, sed illius effectus est tantummodo, vt si defunctus fuerit turbatus in possessione, hæres possit intentare interdictum retinendæ, *tradit Guid. Pap. dec. 552. num. 3. cum alijs, per Menoch. de retin. remed. 3. nu. 59.* nam si alius ingrediatur possessionem naturalem post mortem defuncti, & ante aditam hæreditatem per hæredem, interuertitur illa ciuilissima possessio, adeo quod hæredi nõ competit illud remediũ retinendæ, *Gabr. de acq. poss. concl. vltima* 5 *nu. 18.* & ratio est, quia † cessat effectus continuationis possessionis, quando possessio, per alium fuit occupata, *Ruyn. cons. 27. nu. 6. lib. 5. Paris. cons. 1. nu. 158. lib. 1. & fuit dictum in præallegata causa Masusculatus.*

Neque etiam ex 2o. capite, & vltimo ex apprẹhensione, per ipsum facta potest dari manutentio, 6 quia, † cum D. Paschalis esset in possessione, instrumentalis possessio non suffragatur, *Put. decis. 362. lib. 2. in nou. Dec. cons. 103. [illegible] dec. 324. par. 1. diuer.* & in omnem euentum tanquam † iunior 7 præsumitur clandestina, *cap. licet causam vbi Dec. num. 96. de probation. Seraph. dec. 1038. in princ.*

Non obstat, quod vacatio beneficij venerit in mense reseruato, cum regula habeat decretum ir-8 ritans, † illud inficit titulum, et possessionem, et propterea possessio Paschalis nullius est considerationis, *vt fuit resolutum in causa Beneuentana Beneficiorum 14. Decembris 1601. coram me.* 9 Nam fuit responsum, quod † illa conclusio procedit, quando reseruatio est notoria, et iustificata, *Put. dec. 191. in antiq. & dec. 196. num. 1. & seq. lib. 5 in nou. & in his terminis loquitur decisio præscripta Beneuentana, quæ alias decisiones allegat*, secus autem, quando non est notoria, et iustificata, quia interim decretum irritans non tollit detentationem, et insistentiam facti, *vt fuit resolutum in causa Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram Orano, & in causa Cusentina Cappellaniæ. 26. Octobris coram Illustrissimo D. Cardinali Millino Seraph. dec. 1471. num. 5. & 7. & fuit dictum modernis temporibus in causa Hidruntina Beneficij 3. Octobris 1603. & in Salamantina Prabenda 10. Nouembris. 1617. coram R. P. D. Vbaldo.*

Quod autem hic reseruatio, et sic decretum irritans non sit iustificatum, satis patet, cum beneficium vacauerit in mense Februarij, qui licet sit ex octo reseruatis, tamen Episcopo gaudente alternatiua, est mensis ordinarius, vnde, cum esse possit quod Episcopus acceptauerit alternatiuam, fit, quod iustificata non sit reseruatio.

Ex

Ex quibus merito conclusum, Dominico non esse dandum mandatum de manutenendo.

EODEM

Eadem

Lunæ 24. Februarij 1620.

SVMMARIA.

1. *Decretum irritans, vbi est iustificatum, etiam quod non sit super certo corpore Beneficij, inficit possessionem.*
2. *Instrumentalis possessio, alio in eadem existente, qui habeat contra se decretum irritans, suffragatur.*
3. *Lim. secus in instrumentali capta per assertum procuratorē, de cuius mandato non constet, vel primo possessore non citato.*
4. *Beneficij possessor etiam quod nullum habeat in eo ius, an sit citandus.*
5. *Sequestrum apponi debet super beneficio, vbi neutra partium possessio est considerabilis.*

Decisio CDLXXXI.

NON controuertitur, beneficium, de quo agitur, vacasse in mense Februarii 1609. qui mensis est Apostolicus Episcopo nō gaudente alternatiua. Vnde, cum probetur, Episcopum alternatiua accepisse 27. Aprilis eiusdē anni, & sic post d. vacationem, licet contrarium fuisset dictū in alia decisione, à qua propterea circa hoc factum fuit recessum, sequitur per necesse, quod possessio Pascalis prouisi ab Ordinario sit infecta 1 ex decreto irritanti apposito in Regula, † quod hoc operatur, licet non sit super certo corpore Beneficij, cum sit iustificatum, *Cassad. dec. 1. num. 1. & seq. de rest. spol. Put. dec. 191. num. 1. in antiq. & dec. 196. lib. 3. in nou. Mandos. in reg. 1. Cancell. q. 3. per tot. Rot. dec. 510. lib. 3. par. 3. diuers. & fuit dictū in causa Beneuentana Beneficiorum 14. Decembris 1601. coram me. & late Garz. de benefic. par. 5. c. 5. num. 418.*

Et licet hoc inspecto replicaret Dominicus, 2 propterea † non posse sibi denegari manutentionē, licet eius possessio fuerit instrumentalis, cum possessio Pascalis propter decretum irritans fuerit nullius considerationis, *vt dicitur in allegata causa Beneuentana coram me.* attamen dixerunt Domini 3 † non constare de mandato illius, qui cepit possessionem nomine Dominici, & quatenus constaret non releuare, cum fuerit processum non citato Pa-4 schali. Nam, † etsi controuersia sit, an quando notoriè constat, quem non habere ius in beneficio, amoueri possit absque citatione, *ex alleg. per Mādos. ad Roman. in cons. 499. in vers. afferre,* & magis communis opinio videatur affirmatiua, nimirum requiri citationem, nisi etiam notorie constet, nullam defensionem ei competere, *vt per eundem Mandos. ibid.* attamen quidquid sit de istis opinionibus, certum est, quod, quando Paschalis erat in detentatione, non constat notoric, aliquod ius, vel defensionem aliquam illi non competere, cum alternatiua Episcopi nuper fuerit producta, & cum potuisset allegare prouisionem Apostolicam, non erat verum, quod nulla defensio ei competeret; neque potest fieri vis, quod hodie non ostendit aliquem titulum Apostolicum, quia satis est, ad effectum quod deberet citari, quod non apparebat defensionem aliquam non competere.

5 Ex quibus, † cum neutra possessio sit considerabilis, placuit Dominis ex Officio apponendum esse sequestrum, *iuxta dec. Put. 362. lib. 2. in nou. qua loquitur in huiusmodi terminis.*

Et ita &c.

EODEM

Eadem

Veneris 27. Martii 1620.

SVMMARIA.

1. *Decretum irritās in reseruatione inficit titulum, & possessionem.*
2. *Mutare quis sibi potest, & præsumitur titulum suæ possessionis ex illius superuenientia absque alia declaratione.*
3. *Iustificare gratiam possessor non tenetur ad effectū manutentionis, ad quam nec titulus regulariter requiritur.*
4. *Titulus in manutentione requiritur ad effectum tollendi infectionem possessionis, sed non illius iustificatio.*
5. *Possessio capta per assertum procuratorem de cuius mandato non constat, non est releuās.*
6. *Nec capta alio etiam in detentatione existente, & intruso non citato.*
7. *Possidens beneficium nullum habēs in eo ius potest amoueri absque citatione.*
8. *Lim. procedere quando notorie constat, ei nullum ius, vel defensionem competere, secus quando potest de contrario suspicari.*
9. *Titulorum multiplicatio in Beneficialibus datur.*
10. *Non est iudicandum ab euentu.*

Decisio CDLXXXII.

POst resolutiones factas, quod beneficium esset apponēdū sub sequestro, cū vtraq; possessio esse infecta, Caputus produxit Gratiam Apostolicam, Vnde Rota censuit, ei deberi manutentionem, cum constet de eius possessione, quæ, licet ab initio fuerit infecta, ex quo benefi-1 cium vacauit in mense reseruato, † quæ reseruatio infecit titulum, & possessionē ex deductis in hac causa 29. Aprilis præteriti coram me, tamen, cum 2 postea habuerit titulum Apostolicum, † potuit sibi mutare possessionē, prout præsumitur fecisse, absq; alia declaratione, *Put. dec. 441. lib. 1. in nou. Achil. dec. 4. de caus. poss. & prop. Mātic. dec. 71. n. 1. & seq.*

Neque obstat, quod gratia non sit iustificata, 3 quia, † cum Caputus sit reus, & possessor, non tenetur ad gratiæ iustificationem, præsertim ad effectū manutentionis, cum ad hunc effectum regulariter 4 non requiratur titulus, & † in hoc casu requiritur ad effectum tollēdi infectionem possessionis captę vigore prouisionis Ordinarii, *vt per Put. & Mantic. dd. locis,* propterea sufficit, quod exhibeat præscriptum titulum, licet non iustificatum, cum operetur solum ad tollendum dictam infectionem, an autem suffragetur in petitorio, videbitur suo loco.

Minus etiam obstat, quod ante dictam prouisio-5 nem Ferrus ceperit possessionem; Quia † illa non releuat, tum quia non constat de mandato illius, 6 qui illam eius nomine cepit, tum etiam † quia nō fuit citatus Caputus, qui erat in detentatione Beneficij, & hoc procedit etiam quod esset intrusus, *per quia diuersitatem de concess. præb. Cald. cons. fin.*

de

de iudic. & for. compet. & 4. de dilat.

7 Neque obstat, quod, † quando possidet beneficiũ nullum ius habens in eo, potest amoueri ipso non citato, neque vocato, *Rom. cons. 499. numer. 4. in fin.*

8 Quia † hoc est verũ, quando notorie constat, nullum ius competere, aut nullam defensionem, sed quando potest suspicari, aliquod ius competere, requiritur citatio, *cap. licet Episcopus de prabend. in 6. & ita conciliat Additio ad Rom. loc. prad. in vers. Auferre, cap.* in proposito vero requirebatur citatio Caputi, quia, licet esset prouisus ab Ordinario, attamen cum esset Reus, & possessor, non erat notorium, quod nulla competeret ei defensio, cum

9 † in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum, *cap. vt quis. de elect.* & quamuis hodie appareat,

10 quod tunc non haberet alium titulum, tamen † nõ est iudicandum ab euentu. Vltra quod nec etiam hodie potest dici, quod tunc non haberet alium titulum, licet exhibeat istum posteriorem, cum, vt dictum est, detur multiplicatio titulorum.

Ex quibus resolutum, Caputo dandum mandatũ de manutenendo, non autem Ferro, cum illius possessio sit nullius considerationis.

E O D E M

Parisien. Pecuniaria

Luna 9. Decembris 1619.

S V M M A R I A.

1 *Reus, non actor sit committens causam l. diffamari C. de ingen. & manumiss.*
2 *Decl. 1. procedere si prius molestationes ostendantur.*
3 *Decl. 2. procedere, quãdo pars comparet in iudicio.*
4 *Molestationes extraiudiciales ostenduntur ex decisione.*
5 *Dubiorum in disputatione qua deducuntur, nisi etiam deducantur in actis non censentur actus iudiciales.*
6 *Terminus prafigi debet diffamanti ad deducendum ius suum.*
7 *Terminus diffamanti prafixus dicitur ex seruatione terminorum substantialium.*
8 *Bonorum in obligatione veniunt etiam iura, & actiones.*
9 *Lim. secus in oblig. bonorum mobilium, & immobilium, quia non venit nomen debitoris. Extende vt num. 11.*
10 *Concessione facta de bonis mobilibus. & immobilibus nõ intelligantur concessa iura, & actiones.*
12 *Donatio omnium bonorum prasentium, & futurorum nihil reseruato regulariter non valet.*
13 *Lim. secus si donarentur omnia bona vbicumq; sita, quia censerentur reseruata nomina debitorum.*
14 *Dictio, Quorumcumq; ad qua extendatur.*
15 *Obligatus in forma Camera non dicitur, qui submisit corpus, & bona omnibus Curiis, &c. & Camera Apostolica Roma.*
16 *In alienatione rei aliena actio competit domino ad pecunias exactas in subsidium excusso scilicet principali debitore, & si pecunia retineatur ex causa lucratiua, non onerosa.*

Decis. CDLXXXIII.

EGit D. Siluia Bedina contra D. de Oricellarijs vigore cessionis habitæ à Nasio pro consecutione pecuniarũ portionem suam tangentium, & cum Dom. Bartholomei se opponerent, prætendentes habere cessionem anteriorẽ, A. C. protulit sententiam, in qua absoluit Dom. de Oricellarijs à petitione DD. de Bartholomeis, & eosdem, siue R. P. D. Aloysium vnum ex eis condẽnauit ad soluendum D. Siluiæ scuta viginti millia, & fructus exactos pro dicta rata, & cum dicta causa esset deuoluta ad Rotam 18. Martij 1611. coram Illustrissimo Lancellotto informantibus etiã Dom. de Bartholomeis, fuit resolutum, constare de cessione Nasij ad fauorem Bẽdinæ, quæ suffragatur D. Iuliæ eius filiæ contra DD. de Oricellarijs, & fuit late responsum ad cessionem prætẽsam per Bartholomeos, & postea 5. Decembris 1612. coram me fuit dictum, pariter etiam informantibus DD. de Bartholomeis, ipsos non habere intentionem fundatam contra DD. de Oricellarijs, ac tandem, cum pro parte D. Siluiæ prætenderetur res iudicata cõtra DD. de Bartholomeis, dubitaui 20. Nouembris 1613. An constaret de causis restitutionis in integrum, & Rota censuit negatiue respondendum, quæ decisio fuit confirmata 13. Iunij 1616. coram me.

Ratio dictarum decisionum fuit præcipuè fundata in eo, quod non constaret de cessione ad fauorem DD. de Bartholomeis; & nihilominus, quatenus constaret de cessione, ex multis inducebatur retrocessio fuit etiam in eisdem decisionibus dictum, Bartholomeos in omnem euentum habuisse scuta 8000. & responsum ad obiectionem, quod prætendebant, se illa exegisse ad computum interusuriorum, & additum, quod, licet retento isto themate satisfactionis adhuc remanerent creditores in scutis 800. incirca, quidquid dicẽdum esset, an pro illis competeret hypotheca, quatenus competeret, non propterea ex isto capite esset concedenda restitutio in integrum, quia secunda A. C. est lata super non iure DD. de Bartholomeis, qui prætendebãt, se esse cessionarios crediti Regij, hodie vero prætendunt hypothecã, quæ actio est illis salua, fuit insuper dictũ, quod quatenus probaretur prætensa cãbia esse debita, adhuc nõ posset inferri ad prætensam restitutionem in integrũ, cum causa cessionis, super qua A. C. pronunciauit, nihil commune habeat cum prætensa hypotheca, circa quã DD. Bartholomei poterunt experiri iura sua.

Ideo stante hac serie facti D. Siluia intentauit coram me per speciale rescriptum Remedium *l. diffamari C. de ingen. & manumiss.* quoad dictã prætensionem DD. de Bartholomeis, quod † ille fa-

1 ciat committentem reum, non autem actorem,

2 *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 18. nu. 3. & seq.* † hoc tamen est verum, si prius molestationes ostendantur, *Rom. cons. 53. nu. 1. vers. aut ipse venditor. Boer. dec. 255. num. 7. vers. qua probatio Gabr. de action. concl. fin. num. 24. Couar. d. loc. nu. 2. vers. illud sane Gaill. obser. 10. n. 10. & 12 lib. 1. & fuit pluries resolutũ,*

3 † vel quando alia pars cõparet in iudicio, *Couar. loc. pracit. Gaill. obser. 12. num. 2. in fin.* Ideo D. Siluia ad docendũ de præsentibus molestationibus ex

4 hibuit prætensam decisionem, † ex qua satis appa-ret de molestationibus, quæ nõ sunt iudiciales, sed

5 extraiudiciales, cum ea, † quæ deducuntur in actu disputationis dubiorum, nisi deducantur in actis, non censeantur actus iudiciales; & quia non sufficit

6 diffamationem probare, sed etiam † est terminus præfigendũ diffamanti, ad deducendum ius suum *vt habetur in d. l. diffamari C. de ingen. & manumiss. Gaill. obs. 12. nu. 2. vers. si vero diffamatur lib. 1. & ibi late Bernar. Greu. nu. 1. & seq. Bauden. cons.*

7 *26. nu. 100 vol. 1.* attamen † hic terminus satis fuit præfixus, cum fuerint seruati termini substantiales, qui pro termini præfixione, & iussu Iudicis videntur sufficere, quandoquidem respiciunt defensionẽ partis, & causæ cognitionem, *vt per Vant. de null.*

ex

ex defect. proc. num. 57. & 59. & fuit resolutum in causa Maioricen. Canonicatus 4. & 18. Februarij 1501. coram bo. me. Gyptio, & coram me in causa Romana Vinea de Brunis 19. Nouembris 1603. Quibus sic stantibus, cum non cõstet de iure DD. de Bartholomeis, non potest denegari absolutoria D. Siluiæ, *vt per Doctores supra allegatos.*

Quod autem non constet de iure DD. de Bartholomeis satis patet, nam etsi prætendantur creditores Nasij ex instrumento confessionis eiusdẽ cum promissione de soluendo sub obligatione, & hypotheca omnium suorum bonorum mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum quorũcunq; quæ bona habet, & possidet tam in Ciuitate Lugduni in Regno Franciæ, quam Florentiæ, & alijs locis Italię, nihilominus in ista obligatione
8 nõ veniebat creditũ prestitũ Regium, quia licet † sub obligatione bonorum veniant etiam iura, & actiones, & sit dictum creditum Regium, *l. 3. &*
9 *ibi Bart. de hæred. action.* tamen † secus est, quando adduntur verba Mobilia, & immobilia, prout in casu isto, quia tunc non venit nomen debitoris, *l. quam Tuberonis. §. in peculio autem, & ibi. Bart. ff. de pecul. l. à Diuo Pio §. in venditione vbi Iason. 7. in 4. notab. Alex. nu. 2. qui de communi testatur ff. de re iudic. Bart. in l. potest num. 1. ff. de auctor.*
10 *tutor.* Vnde, † si quis concessit bona sua mobilia, & immobilia, non veniunt sub tali concessione Iura, & actiones *Bart. in l. 1. nu. 5. Aret. vers. & ex his infertur. C. si aduers. transact. Paris. cons. 94. nu. 3. lib. 2. Roym. cons. 51. nu. 14. & 15. vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. nu. 1. & seq. vsq. ad nu. 30.*
11 Et † hæc conclusio eo magis procedit quoad bona præsentia, & sic respectu d. crediti, cum vt supra relatum est, bona fuerint circumscripta certis locis, quo casu certum est, non contineri iura, & actiones, quæ tamquam incorporalia non circumscribuntur loco, *vt probatur in l. Caius in princ. ff. de leg. 2. l. vxor. §. legauerat. l. quæsitum §. 1. & l. si mihi Mauia. in med. & fin. ff. de leg. 3. & in l. quæsitum. §. Papinianus ff. de fund. instr. Tiraq. in l. si vnquã in vers. bona n. 53. C. de reuoc. donat. & de retract. lignag. d. §. 1. glos. 7. n. 9. 17. & 30. Negus. de pignor. 2. mebr. 3. par. princ. n. 9. & seq.* & ideo, si quis donauit bona sua præsentia, & futura nulla reser-
12 uata, † quæ donatio regulariter nõ valet, *lux. leg. stipulatio hoc modo concepta, vbi Doct. de verb. oblig.*
13 † sustinetur tamen, si quis donaret omnia bona vbicumq; ita sint, quia censentur reseruata nomina debitorum, quæ loco non circumscribuntur, *Ias. in l. à Diuo Pio §. in venditione nu. 8. ff. de re iudic. & cons. 5. nu. 11, & 12. lib 3.*
14 Neq; obstat † dictio, Quorumcunq; cuius natura est comprehendere illa, quæ alias non venirẽt, quia hoc esset considerandum si de per se, vel ad verbum, Bona fuissent simpliciter posita, sed verbũ Bonorum, qualificatur à verbis, Mobilium, & immobilium præsẽtiũ, & futurorũ, & dum immediate additur, Quorumcunq; ista dictio qualificatur à verbis præcedentibus, ita vt obligatio sine difficultate censeatur de quibuscunque bonis mobilibus, et immobilibus, cum sit posita absq; copula, *Et vt bene ad propositum, Pinell. in l. 1. par. 3. num. 90. vers. vnde etiam infertur. C. de bon. matern. & fuit dictum in causa Romana Emphiteusis 18. Nouembris 1603. & in alia causa Mensæ Numulariæ 30. Iulij 1614. coram me.* Nec minus est consideratione dignum; quod d. Nasius submiserit corpus, et bona prestita omnibus Curijs, &c. et Came-
15 ræ Apostolicę Romę; Quis † non inde sequitur, quod se obligauerit in forma Cameræ, quę est forma particularis continens etiam iura, sed noluit se solum submittere quoad corpus, et bona prestita iurisdictioni A. C. non autem voluit se in forma Cameræ obligare.

Vlterius fuit consideratum, quod Bartholomei fuerunt satisfacti, cum habuerint à Nasio scuta. 9000. vt probatur ex partitis compulsatis pro parte D. Bedinę, et ex Epistola Nasij producta ab ipsis Bartholomeis, et licet prętendantur etiam Cambia, nihilominus non sunt adhuc liquida, nec iustificata, *vt fuit abunde deductũ in decisione in hac causa facta die 13. Iunij 1616.*

Tandem ex abundanti dicebatur, quod admisso sine veri præiudicio, quod creditum Regium esset hypothecatum ad fauorẽ DD. de Bartholomeis ipsi non possent agere contra D. Siluiam, quidquid dicendum esset, si agerent contra DD. de Oricel-
16 larijs, Ratio huius dicti fuit, quia † soluto credito, licet in subsidium cõpeteret actio ad pecunias exactas, *l. mater. C. de rei vindic. vbi Bald. num. 14. vers. idem quæro* tamen hoc est verum duobus concurrentibus, scilicet excusso principali debitore, et quod pretium retineatur ex causa lucratiua, non ex causa onerosa, *Bart. in l. 2. num. 1. tit. 2. Salic. nu. 2. ff. de distract. pignor.* attamen neutrum concurrit in casu isto, quia inter partes agentes non constat executionem fuisse factam, nec quod hæreditas Nasij non sit soluendo, nec constat Bedinam retinere titulo lucratiuo, sed titulo oneroso, quidquid dicendum esset, si ageretur cum DD. Oricellarijs.

Et ita conclusum, absolutor iam dandam esse D. Siluiæ, altera parte sępè citata, et nunquam curante comparere.

Manzanedo

Carthaginen. Primitiarum

Mercurij 11. Martij 1620.

S V M M A R I A.

1 *Possessionis probatio requiritur ad effectum manutentionis.*
2 *Testes de auditu non probant.*
3 *Examen nullum redditur ex defectu iurisdictionis, & num. 4.*
4 *Clausula, sine retardatione solutionis, in commissione apposita iurisdictio suspenditur, nec potest examen committi donec de solutione non constet, parte præsertim opponente, & appellante.*
5 *Clausula, sine præiudicio litterarum Apostolicarũ, non potest tollere nullitatem commissam, & examen antea nullum validare, sed operatur in futurum.*
6 *Mandatum de manutenendo, quod ex actis non iustificatur, non est attendendum.*
7 *Testes, qui non sunt de actis, nullum constituunt gradum probationis.*

Decisio CDLXXXIIII.

Censuerunt Domini mandatum de manutenendo non esse dandum Beneficiatis, cum de illorum possessione exigendi pri-
1 mitias non constet, † prout requiritur, *§. hodie, Instit. de interd.*

Non obstant testes pro ipsis examinati, quia alij
2 qui deponunt de auditu, † & sic non probant. *cap. tua, & ibi Abb. de consanguinit. & affin. Verall. decis. 278. nu. 2. par. 3. Seraphin. decis. 302. nu. 2. & 4. Rot. decis. 273. nu. 2. par. 2. recent.* & quatenus illi
3 cum alijs probarent, † adest nullitas examinis ex defectu Iurisdictionis propter clausulam sine retarda-

tardatione solutionis primitiarum, de qua in Cõmissione, † qua stante donec essent solutæ primitiæ Rectoribus, quod non apparet suspenditur Iurisdictio, & non potest committi causa, præsertim parte opponente, & appellante, *Rot. decis. 182. nu. 3. lib. 2. & decis. 183. nu. 6. lib. 3. par. 3. diuersorum, Put. decis. 34. lib. 1. Seraphin. decis. 664. num 1.*

Nec obstat noua Commissio, cum clausula sine præiudicio Litterarum Apostolicarum, quia † non potuit tollere nullitatem commissam, & validare causam antea nullum, sed solum operatur in futurum, *l. obseruare ad finem, vers. sed si antea fecerit. ff. de off. procur. Bald. in l. cum qui in prima lectura, nu. 2. vers. quarto quæro, ff. de iurisd. omn. iud. Felin. in cap. cum ex officii. num. 35. de præscrip. Vant. de nullit. sent. ex defectu iurisdict. de legat. nu. 31.*

Minus obstat mandatum de manutenendo olim vni Beneficiato concessum, † cum non iustificetur ex actis, & ideo non attendendum, *cap. quoniam contra. de probat. Mohedan decis. 11 de re iudic. Seraphin. decis. 615. num. 5.* & quatenus esset attendendum ad summe peius probaret quasi possessionẽ in illa Ecclesia tantum.

Quo verò ad testes in partibus examinatos, † cũ non sint de actis, visum fuit Dominis ex illis nullam posse sumi probationem.

Ex quibus ita fuit resolutum.

Reuerendissimo Domino Coccino

Romana Exactionis Canonum

Veneris 8. Martij 1624.

S V M M A R I A.

1. *Obligatio cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, sed omnino debet exequi.*
2. *Rigorose agi non contra debitorem, quem alter exigere suum creditum impediuit.*
3. *Commodum quis sentire non debet ex actu, quem impugnauit. Lim. vt num. 4. & 5.*
6. *Manutentioni in quasi possessione exigendi ad fauorem aduersarij consentire videtur, qui ab eo petit canones decurrendos, quos idem exigere debet alias excluderetur vti præstans impedimentum.*

Decisio CDLXXXV.

Dedi dubium ad instantiam Monachorũ, An esset relaxandum mandatum contra Montanum pro cannonibus exactis ab anno 1622. inclusiue, & in futurum lite pendente exigendis, cui dubio ad instantiam D. Montani addidi, vel potius Montano esset dandum mandatum de manutenendo.

Quantum attinet ad primam partem dubij, cũ adsit quietantia Patris Cellerarij sub die 28. Nouembris anni 1622. in qua quietauit Montanum de scutis 750. pro secunda paga debita videtur Monachis satisfactum, nisi melius iustificent intentionem suam; nam & si in dicta quietantia dicatur, *Da lui riscossi l'anno passato* 1621. tamen potuerunt esse exacta, non tamen debita ea forma instrumenti obligationis Montani, cuius vigore canones maturati in die Sanctæ Catherinæ, non debuerant solui eodem anno, sed sequenti in duabus paghis, videlicet in mensibus Maij, & Nouembris. Vnde retenta ista lectura, cum Montanus sit obligatus soluere canones anni 1622. de anno 1623. certum est, quod isti canones non comprehenduntur in prima parte dubij.

Quoad secundam parte Placuit Dominis, quod reuocatis prius per Monachos iudicialiter inhibitionibus, & alijs impedimentis, quæ non possunt controuerti, & assignato tempore sex mensium dicto Montano ad exigendum, relaxandum sit mãdatum iuxta formam suæ obligationis. Ratio huius resolutionis fuit quia Montanus est obligatus in forma Cameræ, † quæ non admittit exceptiones extrinsecas à cõtractu, sed omnino debet exequi, *Cassad. dec. vnic. de mut. petition.* fuit tamen concessum dictum tempus sex mensium propter impedimenta præstita per Monachos, quę controuerti non possunt, vt patet in summario † non videtur enim iustum, quod Monachi contra ipsum agant rigorose, cum culpa ipsorum fuerit impeditus ad exigendum.

Neque obstat, quod Monachi reuocarunt mandatum Montano de mense Augusti 1622. & obtinuerunt sententiam super iustitia dictæ reuocationis, & ideo † non possunt iuuari ex obligatione Montani, quæ fuit facta contemplatione dicti mãdati, *cap. ex eo. de reg. iur. in 6. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testam. Felyn. in cap. capitulum. num. 9. de rescript. Gabr. de reg. iur. concl. 1. num. 1.*

Nam huic motiuo fuit responsum, quod, † cum prædicta sententia fuerit suspensa per appellationem, interim Monachi possunt se iuuari ex actu impugnato, *Ruin. cons. 166. num. 17. vol 1. Gabr. d. concl. 1. in fin. Mantic. dec. 354. num. 4. & fuit resolutum in causa Lucana Molendini 4. Nouembris 1605. coram bo. me. Francisco Penia Rotæ Decano, & prius coram Cardinali Lancellotto iuniore in causa Romana Relaxationis indẽnitatis 11. May 1601.*

& † hæc conclusio eo magis procedit, quia Montanus non acceptauit impugnationem, sed appellauit à sententia, immo, & hodie petit manutentionem, *Ruin. cons. 21. nu. 6 lib. 1. Cephal. cons. 152. nu. 42. vers. ad hoc enim & fuit dictum in d. causa Romana coram Lancellotto.*

Quantum attinet ad tertiam partem dubij, † cũ Monachi petant canones decurrendos lite pendẽte, pernecesse videntur consentire, quod Montanus manuteneatur in possessione exigendi, alias excluderentur, ex quo ipsi impedirent exactionem.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Vbaldo Seniore

Romana Prælationis Vineæ

Lunæ 10. Maii 1620.

S V M M A R I A.

1. *Constitutum transfert quamlibet possessionem.*
2. *Possident ante litem motam potest citra vitiũ attentatorum continuare.*
3. *Possessio in vim sententiæ, à qua datur appellatio, est attentata.*
4. *Possessio capta lite pendente in Rota, & post inhibitiones Rotales est attentata.*
5. *Ampl. & etiam alij actus gesti post captam possessionem.*
6. *Mutare quis non potest ex nouo titulo causam suæ possessionis in præiudicium alterius possidentis,*
7. *Ampl. præsertim illo non citato.*

Decis.

Decisio CDLXXXVI.

Disputato dubio die 8. Martij preteriti, An constaret de attentatia, Domini mandarunt apponi sequestrum super vinea, de qua agitur, sed cum Carcarasius prætenderet partem vineæ non fuisse vnquam sub lite, & proinde super eius possessione non eadere attentatum, obtinuit dubitari, super qua parte Vineę esset apponendum sequestrum, & Domini censuerunt esse apponendum super medietate tantũ; Possessio enim totius Vineæ fuit per Flaminium ex causa venditionis translata in Fuccium cum clausula constitu-
1 ti die 4. Augusti 1611. † per quam certum est transferri quamlibet possessionem, *ad l. quod meo ff. de acq. poss.* & fuit sæpissime resolutum, & signãter in illa Romana de Incoronatis coram me; deinde per Fuccium communicata Carcarasio etiã cum dicta clausula constitui, qui eiusdem Vineæ pro medietate possessionem adeptus est, & locauit domunculam in vinea incorporatam cum anticipata solutione mercedis scutorũ octo, & ideo
2 † cum possideret ante litem motam, potuit citra vitium attentatorum cõtinuare suam possessionẽ, *gl. in cap. non solum. de appell. in 6. & in clem. 2. vt lit. pend. Rot. dec. 10. de appell. in antiq. & decis. 43. eod. tit. in non. Menoch. de recuper. remed. 17. num. 49. & seq. Seraph. dec. 432. num. 4. Rot. dec. 637. nu. 3. par. 1. in recent. Lancell. de attent. cap. 4. limit. 1. num. 1. & seqq.*

Pro altera vero parte videbatur non posse euitari attentatum, quatenus Carcarasius reportauit
3 sententiam super prælatione in petitorio, † a qua cum daretur appellatio, non potuit citra vitium attentatorum capi possessio alterius medietatis, *cap. non solum. de appell. in 6.*

4 Rursus credebant Domini, † fuisse attentatum ex parte Flaminii, qui cepit possessionem totius Vineæ pendente lite in Rota, & post inhibitiones Rotaleatam de anno 1616. contra Olimpiam, & Flaminium, quam de anno 1619. contra eumdem
5 Flaminium emanatas. Quibus addebantur † alia attentata post possessionem captam, cum 2. Ianuarii præteriti Flaminius locauerit petiã dictæ Vineæ, & hortum, & die 6. eiusdem mensis liberauerit vti possessor Vineæ alium conductorem, *vt in summario Carcarasii num. 10.*

Nec obstare visum fuit, quod Carcarasius obtinuerit committi in Rota causam iactationum super dicta Vinea, quia, quidquid sit, An ex dicta cõmissione tota Vinea fuerit effecta litigiosa, non inde sequitur, vt continuando suam possessionem super medietate etiam post introductam litem attentauerit ex supra allegatis.

Non obstat, quod Olimpia auctrix Flaminii, postquam adepta est possessionem medietatis Vineę ex permutatione facta cum Fuccio marito suo declarauerit, se velle sibi causam possessionis mutare, & totam Vineam possidere vigore cuiusdam fideicommissi.

6 Quia, † cum iam aliam medietatem possideret Carcarasius pro indiuiso cum Fuccio, vt supra dictum est, non potuit per d. mutationem sua posses-
7 sione priuari, † præsertim cum non fuerit citatus, *l. de vnoquoque. vbi gl. & Doct. ff. de re iudic. fuit dictum in Ciuitatis Castelli Dotis 3. Iulij 1617. corã me, & aliàs sæpe.*

Ex quibus fuit resolutum ratione attentati cõmissi per Flaminiũ possessioné Vineæ esse quoad medietatem tantum sequestrandam.

Quæ dicebantur circa purgationem attentatorum, nec videbantur satis iustificata, cum non cõstaret Flaminium dimisisse possessionem Vineę, & in omnem euentum visa sunt extra dubium, in quo cum præsupposito, quod adsint attentata, solũ quęritur, pro qua parte sit apponendum sequestrum.

Et ita decisum &c.

R.P.D. Pirouano

Interamnen. Censuum

Veneris 14. Maii 1621.

SVMMARIA.

1 *Compensatio quando non intret.*
2 *Retentio fauorabilior est compensatione.*
3 *Retentio apponi potest contra executionem sententiæ, & obligationem cameralem.*
4 *Retentioni non est locus, quando non opponitur circa res corporales.*
5 *Compensatio potius dicitur, quam retentio de quãtitate debita ad quantitatem creditam.*
6 *Retentio non cadit nisi in re, in qua, vel propter quam est facta impensa.*
7 *Retentio est tamquam consecutiua compensationis.*
8 *Compensatio indicatur mutua liberatio ad inuicem solutionis.*
9 *Retentio non datur pro credito illiquido.*
10 *Retentio regitur secundum regulas compensationis.*
11 *Retentio datur etiam pro melioramentis illiquidis data dilatione ad liquidandum.*
12 *Decl. procedere quando liquide constat de melioramentorum substantia, & sic possessor de illis sit creditor.*
13 *Sententia per appellationem remanet suspensa, & sine effectu.*
14 *Partita de vno ad alium non sunt trahendæ.*
15 *Periti relatio suspensa remanet vna cum causa principali per appellationem à sententia.*
16 *Peritus referẽdo partitas causates ad debitum, & creditum vnius spectare ad alterum excedit fines mandati quod non se extendit in iudicando, sed circa ea, quæ oculis subijciuntur, & legi possunt.*

Decisio CDLXXXVII.

Censuerunt Domini, non intrare compensationem, neque retentionem in casu, de quo agitur.

De compensatione iam fuit firmatum in deci-
1 sione in hac causa facta, illam non intrare † per *reg. l. fin. C. de compens. cum aliis ibidem allegatis.*

De retentione idem dictum fuit.

2 Nam, etsi multi voluerint, † retentionem esse fauorabiliorem compensatione, *Corn. cons. 61. nu. 22. lib. 3. Paris. cons. vlt. nu. 26. lib. 2. Bald. in l. perẽptoriæ num. 2. C. sent. rescin. non poss. Capyc. dec. 129. per tot. Cephal. cons. 199. num. 36. & cons. 618. nu. 18. Surd. cons. 248. num. 15. Rot. dec. 125. par. 2. di-*
3 *uers.* animaduertentes † eam posse opponi contra executionem sententiæ, & obligationem camera-
4 lem. Alij vero dixerint, † retentioni locum non esse, quando illa non opponitur circa res corporales, iuxta terminos, *l. si non sortem § si centum. ff.*
5 *de cond. indeb. & l. fin. ff. commod.* † sed potius dicatur compensatio de quantitate debita ad quantitatem creditam, *Bald. Nouell. de dot. par. 8. prin. primo dicens, dummodo tex. in l. vnic. § taceat. C. de*

rei

rei vend. act. non posse intelligi, nisi de compensa-
6 tione, † cum retentio non cadat nisi in re, io qua,
7 vel propter quam est facta impensa, † vel sit retē-
8 tio tamquam consecutiua compensationis, † sic iudicata propter mutuam liberationem ad inuicē solutionis, *l. 4. C. de compens. & dixit Iaf. in l. diuortio. §. donationes. ff. sol. matr.*

9 Tameo in hoc omnes conueniunt, † quod retē-
10 tio nec etiam datur pro credito illiquido, cum † regatur secundum regulas compensationis, *Surd. decis. 46. in fin. & decis. 186. num. 6. Negus. de pign. par. 3. memb. 3. num. 26. & id firmauit Rot. in Romana litterarum Cambij, quæ est dec. 29. par. 1. in recent. & in Romana Spolij Domus 4. Maij 1620. coram R. P. D. Caualerio.*

De credito nunc, sicut in alia supradicta decisione ostensum non fuit, ita nec hodie iustificatur.

11 Non obstat, quod † pro melioramentis etiam illiquidis detur retentio data dilatione ad liquidandum.

12 Quia † tantummodo illud conceditur, quando liquide constat de substantia melioramentorum, & sic quando possessor de illis sit creditor, *Rolan. cons. 3. lib. 1. Rot. decis. 520. nu. 1. par. 2. recent.*

Ex deductis autem Fatioli non probant neque quoad substantiam, neque quoad indiuiduitatem, quod sint creditores.

Non obstat sententia A. C. super veritate credi-
13 ti lata, Quia † remanet suspensa per appellationē, & sine effectu, *Feder. de Sen. cons. 198. num. 1. vers. respondeo. Calder. cons. 19. de iur. patron. Alex. cons. 188. nu. 10. lib. 2. & Corn. cons. 37. nu. 2. lib. 4.*

Similiter non obstat, quod ex libris Ruspulorū appareat de credito, super quibus retulit peritus coram A. C.

14 Quia partitę nullum verbum de Fatiolis, † ideo de vno ad alium non sunt trahendæ, *l. si vnus §. ante omnia. ff. de pact. idem dixit Rota in his terminis in Romana Census 6. Nouembris 1617. coram Reuerendissimo Manzanedo.*

15 Nihilque facit relatio periti, quia † etiam ipsa cum causa principali remanet suspensa per appel-
16 lationem, et nihilominus † referendo, partitas spectare ad Fatiolos, dum essent ad debitum, & creditum D. Siphonij videtur excessisse fines sui mandati, quod non se extendit io iudicando, sed circa ea, quæ oculis subijciuntur, & legi possunt, *l. precia rerum. ff. ad leg. falcid. Rota in Romana Responsionis Canonis 23. Martij 1593.*

Demum multa apponuntur circa periti relationem, quæ veniunt discutienda ad effectum, vt dici posit constare de credito; Ita vt merito dictum fuerit, non esse locum neque compensationi, neque retentioni.

Et ita, &c.

Cardinali Sacrato.

Corduben. Præstimoniorum

Veneris 13. Nouembris 1620.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, Arbitrio, minuit aliquid de rigore iuris.*
2 *Decl. procedere suadente aliqua æquitate.*
3 *Æquitas ad effectum sanandi examen factum sine interrogatorijs, non concurrit, quia tolleretur ius partis.*
4 *Testis dictum attenditur magis in eo, quod dixit super interrogatarit, quam super articulis.*
5 *Testes super interrogatorijs possunt aliquid dicere, quod tollat, vel declaret dictum super articulis.*
6 *Interrogatoriorum defectu stante Rota sæpius arbitrium pro sanatione examinis denegauit.*
7 *Arbitrium Rota concedit pro sanatione examinis facti cum interrogatorijs, quia ex illorum datione pars dicitur fecisse, quod potuit.*
8 *Interrogatoria si pars non dedit, sibi ipsi imputet. Decl. vt nu. 9. & 10.*
11 *Examinis nullitas difficilius sanatur, vbi non agitur de simplici sanatione, sed de sanatione ad effectum substinendæ executionis, iam factæ in præiudicium restitutionis in integrum.*
12 *Spoliato competit in integrum restitutio.*

Decis. CDLXXXVIII.

Pro informante fuit tentum, videlicet non esse locum arbitrio, de quo io commissione
1 mihi directa, quia, † licet clausula, Arbitrio minuat aliquid de iuris rigore, *iuxta decis. Crest.*
2 *4. nu. 3. de testib.* attamen † hoc procedit suadente aliqua æquitate, *Rot. decis. 587. nu. 5. & decis. 633. nu. 2. par. 2. in recentior.*

3 Io proposito autem casu visum fuit † non concurrere æquitatem, quippe quia testes fuerunt examinati sine Interrogatorijs partis; Ideoque, si sa-
4 narentur, tolleretur ius partis; nam † dictum testis attenditur magis in eo, quod dicit super interrogatorijs, quam in eo, quod dicit super articulis, *Seraph. decis. 1073. num. 9. & fuit dictum in causa Elnen. Distributionum 4. Decembris 1619. coram R. P. D. meo Dunozetto:* propterea non sunt sanan-
5 di, quia † potest esse, quod si testes fuissent examinati super Interrogatorijs, aliquid dixissent quod tolleret, seu declararet illud, quod dixerunt super
6 articulis. Ideoque † stante defectu Interrogatoriorum, *Rota sæpius denegauit arbitrium, vt in dec. 284. nu. 1. & 716. nu. 5. par. 2. in recent. & in causa Elnen. Primitiarum 25. Februarij. & 29. Aprilis*
7 *1619. coram me.* sicut è conuerso † illud concessit, quando fuerunt examinati super Interrogatorijs, allegando scilicet, quod pars dando Interrogatoria fecerat, quod poterat, *vt in causa Toletana Decimarum 6. Aprilis 1616. coram bo. me. Andrea & in causa Calaguritana Decimarum 7. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Caualerio.*

8 Non obstat, † si dicatur esse imputandum parti,
9 si non dedit Interrogatoria, quia † hoc posset habere locum, si pars fuisset legitime citata, sed quādo non fuit legitime citata, nihil est ei imputandum, vel quia potest prętendere ignorantiam, vel
10 quia etiam si haberet scientiam examinis, † cum io proposito casu non fuerit citata ad videndum iurare, potuit omittere dationē Interrogatoriorū, cum sciret ius suum saluum fore, *iuxta not. in l. si quando §. sed cum minime. C. de testib. & in cap. 2. extra eod. tit.* prædicta vero eo magis, procedunt
11 quia hic non agitur de simplici sanatione examinis, sed de sanatione ad effectum substinendæ executionis factæ in vim probationis nullæ, quo casu difficilius sanantur nullitates in præiudicium re-
12 stitutionis, † quæ alias competeret parti spoliatæ, *vt in causa Mantuana Bonorum 16. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

R. P. D. Pirouano

Toletana, seu Nullius Iurisdict.

Luna 14. Decembris 1620.

S V M M A R I A.

1 *Subdelegatus à Principe non potest alium subdelegare.*

2 *Compulsor Iudex an, & ad quæ possit subdelegare Notarium. & n.n. seqq.*

3 *Subdelegatus à Principe potest subdelegare Notarium ad nudum ministeriũ sine iurisdictione.*

4 *Compulsor debet iura compulsanda prospicere rimando eorum vitia, si adsint, sin minus mandari per publicam personam exemplari.*

Decisio CDLXXXIX.

Dubitatum fuit super forma probanti iurium, quæ fuerunt extracta per Petrũ de Baezza, & resolutum, compulsoriales non fuisse bene executas, an autem extractio iurium esset valida tamquam per successorem in officio facta reseruatum fuit particulariter videre.

Dicebatur enim, quod huiusmodi compulsatio facta non fuit per Iudicem compulsorem, sed per Notarium ab eo subrogatum, in quem fieri non poterat talis delegatio defectu potestatis subdelegã-
1 tis, † qui dum à Principe fuit subdelegatus, non potest alium subdelegare, *Caputaq. decis. 173. par. 1. Rot. decis. 8. nu. 3. de offic. deleg. in nou.*

2 Non obstat, quod † dum coram Iudice compulsore factæ fuerunt citationes generales ad videndum compulsari instrumenta, testes examinari, auscultari, collationari, & alia, quę ad actum extractionis pertinere possunt, supererat tantummodo nudum ministerium notarij subdelegari a compul-
3 sore, † pro quo subdelegatio de iure prohibita nõ videtur, *Ægid. decis. 43. Guidob. decis. 158. & admittitur in eadem decis. 8. de offic. deleg. in nou. idemque fuit firmatum in decisione Hispalen. Decimarum de Aunmonte 12. Maij 1614. coram R. P. D. Pamphilio quæ data fuit.*

Quia conclusio est vera, vbi agitur de solo nudo ministerio, sed visum fuit, vltra nudum ministeriũ, concurrere etiam actum iurisdictionis, dum scripturæ fuerunt compulsatæ in Oppido de Lora ex Archiuio ibi existenti, & valde distante ab Oppido Madriti, vbi Iudex compulsor morabatur, qui propterea non potuit iura compulsanda prospice-
4 re, † quod tamen facere tenebatur pro validitate compulsationis rimando vitia scripturarum extrahendarum, si adesant, sin minus mandari per publicam personam exemplari, *Abb. in cap. fin. num. 2. vers. nota officium Iudicis, & ibi Felin. num. 11. de fid. instr.* dicens non sufficere, quod Iudex mandet exemplum fieri, sed requiritur, quod prius de rei iustitia cognoscat, & ideò ex hoc non posse Iudicẽ id alteri committere.

Et ita, &c.

EODEM

Eadem

Luna 29. Nouembris 1621.

SVMMARIA.

1 *Compulsor non habet potestatem subdelegandi ea, quæ sunt iurisdictionis.*

2 *Cognitio in quibus consistat.*

3 *Cognitio est de iurisdictione, & non potest subdelegari à subdelegato delegati Principis.*

4 *Notarius non potest simul esse Iudex, & Notarius, & num. 16. & 19.*

5 *Notarius capax est nudi ministerij, & potest ad illud à subdelegato Principis ex causa deputari, & num. 12.*

6 *Causa subdelegandi, quæ sunt nudi ministerij, semper in dubio præsumitur in Iudice ob negotiorũ multitudinem.*

7 *Notarius defert iuramentum testi, vti nudus minister, & tamquã præambulum necessarium ad examinis validitatem.*

8 *Examen sine iuramento non valet.*

9 *Testium iuramentorum receptio non esset nudi ministerij, sed meræ iurisdictionis, si testes etiam citandi essent.*

10 *Notarij deputatio ad recipiendum iuramentum, & examen debet fieri mediante citatione ad videndum subdelegari, vel saltim subdelegatio intimari.*

11 *Nec est sufficiens citatio generalis.*

13 *Subdelegatio nulla est, & insolita de Iudice compulsore longe distante à loco compulsationis.*

14 *Rota non deputat Notarios in partibus ad nudum ministerium exemplandi, & examinandi testes reseruata iurisdictione faciendi decreta, quia necessarius est compulsor propter iurisdictionem citandi, & compellendi Notarios, & testes recusantes exhibere, & se examinare, & nu. 19.*

15 *Testes non possunt cogi comparere extra eorum Ciuitatem.*

16 *Notarijs dari non potest facultas compellendi testes, & ad iurium exhibitionem, cum hæc sint iurisdictionis.*

17 *Notarij, vbi non est necessitas compellendi possunt per Rotam deputari, quia eorum tunc officiũ non esset contentiosum.*

18 *Compulsatio, vt sit legitime facta, quæ requirat.*

20 *Iura valide compulsata dicuntur absque alijs solemnitatibus à successore in Officio.*

21 *Notario attestanti, se esse in alicuius officio successorem, creditur.*

Decisio CDLXXXX.

Parte non acquiescente dec. 18. Martij præteriti denuo eamdem disputationem suscepi, in qua Dominis placuit determinare iura, de quibus agitur, non esse bene compulsata.

Nam, & si cessaret defectus legitimæ citationis coram Iudice compulsore, ac etiam necesitas noscendi eodem cognoscendi vitia scripturarum extrahendarum, *vt in m firmatum fuerat in eadem decisione.*

1 Attamen tutius defectus, qui deducebatur † ex carentia potestatis in Iudice compulsore subdelegandi ea, quæ sunt iurisdictionis, videbatur inexcusabilis.

Legitur enim in facultate data à Iudice compulsore Notarijs oppidi de Lora, quod idem Notarius capiat informationem, & faciat comprobationem per duos, vel tres testes continentem qualiter prædicta scripta, sic in d. libro existentia, sunt authentica, & seruantur sub custodia prædictæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, & generaliter cognouerunt personas illa scribentes.

2 Ex quibus patet, quod † recipere informationẽ, & comprobationem per testes super substantia formę probantis scripturarum, & iura recognoscere,
3 omnia pertinent ad cognitionem, † quæ de iurisdictione est, nec potest subdelegari a subdelegato delegati Principis, tam ex defectu Iurisdictionis *cap. cum causam, extra de appell. & ibi Franc. in 7. quæst. c. cum Bertol. de re iudic. Felin. in c. 2. num. 2. de testib. Rot. decis. 8. num. 3. in nou. de offic. deleg. & dec. 1. eod. tit. in antiq. & dec. 31. in antiq. de rescrip. Crescent. dec. 4. de testib. Caputaq. dec. 167. & 173.*
4 *par. p.* quam etiam ratione incompatibilitatis, † ne in eadem persona Notarij concurrat officium Iudicis,

dicis, & Notarij, *Abb.in cap.ex literis.nu.12. de prob.Felin in c.cum causam num.30.de testib.*

Non obstat, quod qualitates supradictæ non inferant necessariam cognitionem, cum possint etiã importare nudum ministerium in recipiendo examen testium circa informationem, comprobatio-
5 nem, & iurium recognitionem, † cuius nudi ministerij capax est Notarius, et iurisdictio non deficit in subdelegato quoad illius deputationem quando fit ex causa, *c.2.de iudic.in 6.clem.1.de offic.deleg. & admittunt Bald.in l.hac consultissima.§ fin.C.qui testam.fac.post.Salic.in auth.apud eloquentissimum.*
6 *C.de fid.instrum.* † quæ causa ob negotiorum multitudinem in dubio semper præsumitur, *Felin.in d. c.cum causam.num.30.de testib. Abb.in c.quoniam contra num.30.de probat. Vestr.in prax.lib.6.vers. insuper dicimus, & vers.verum quia*, qui plus di-
7 cit, quod † Notarius defert iuramentum testi vt nudus minister, et depositionem recipit, & tamquam quid præambulum necessarium ad validita-
8 tem examinis, † quod sine iuramento substineri nõ potest, *Put.decis.358.par.1.Mohed.dec.4.de testib.*
9 secus autem si testes citare teneretur, quia † hoc nõ esset nudi ministerij, sed meræ iurisdictionis propter necessitatem illos cogendi, *Felin.latissima in c.1.de testib.cogend.* quod proprie dicebatur fuisse consideratum, *per Caputaq.d.decis.173.par.1.* nec concurrebat in præsenti propter contumaciam iam contractam.

Ad prædicta enim fuerunt datæ multæ responsiones, &

10 Primo quod † deputatio Notarij fieri non poterat absque speciali citatione ad videndum, subdelegari, vel saltem subdelegationem intimari
11 dum † generalis citatio sufficiens non erat existẽte parte in oppido Madriti, *Bart.in l. aut qui aliter, & ibi Doctores communiter id notant.ff.quod vi,aut clam.* atque ita dicebatur, quod actus vel facti fuerunt Madrite, et deficiebat citatio, aut facti fuerunt in Oppido de Lora, & deficit iurisdictio, dum Notarius non est capax ad illam exercendam. Verum hæc responsio non fuit habita pro cata tamquam fundata in defectu citationis, quæ pro valida fuit firmata, *in decis.8.Martij præteri-ti*, à qua in hac parte non fuit recessum in præsen-
12 ti, & † quoad incapacitatem Notarij, vbi de nudo ministerio agitur, vera non est assertio per supradicta.
13 Secundo fuit ponderata † nullitas subdelegationis, ab insolita, & noua praxi in eligendo Iudice cõpulsore distante à loco, vbi facienda erat cõpulsatio per 300.milliaria, & absurdo euitãdo quod si talia licerent, sufficeret per DD.fieri decreta in Curia, & postea possent Notarii ad factum compulsationis deuenire, sed & hæc pariter responsio visa fuit posse euitari, quia eadem praxis supposita contumacia admittitur, *in dec. Seraph.1028.* &
14 absurdum tollitur, quia † ex eo per Rotam non fiunt deputationes Notariorum in partibus ad nudum ministerium exemplandi, & examinandi testes reseruata iurisdictione faciendi decreta, quia necessaria est persona compulsoris propter iurisdictionem citandi, & compellendi Notarios, & testes recusantes exhibere, & se examinare, *vt per*
15 *Felin.in d.c.2.de testib.cogend.* et † qui non possunt
16 cogi comparere extra Ciuitatem illorum, † quæ tamquam de iurisdictione Notarijs dari nõ potest, ne simul fungantur officio incompatibili Iudicis, & Notarij, *vt aduertit Abb.in d.c.ex litteris.num.*
17 *12.& c. quoniam contra nu.30.de probat.* † quod si cessaret ista necessitas compellendi, nulli dubiũ, quod Notarij possunt deputari per Rotam, quia illorum officium non esset contentiosum, *vt ponderat Abb.in d.cap.quoniam contra num.30.de prob.*

& versamur in casibus, *Mohed.decis.4.de testib. & Put.qua est eadem decis.258.lib.1.*

18 Tertia responsio placuit Dominis, quod † pro validitate compulsationis non sufficiebat simpliciter iura extrahere, & recognoscere, sed à Iudice debebant etiam fieri decreta cum causæ cognitione circa ea, pro quibus emanauerat citatio, quæ decreta si facta non fuerunt à Notarijs subdelegatis, & prout facta non probantur, & tunc inualiditas compulsi clara detegitur, si autem contendatur
19 facta fuisse, et † tunc defectu iurisdictionis substineri non possunt tamquam de pertinentibus ad iurisdictionem incompatibilem cum officio Notariatus per supradicta.
20 Non obstat, quod etiam stantibus prædictis † iura fuerint bene, & valide compulsata vti à successore in officio, *Bart.in l. si quis ex argentarijs.§. cogantur.nu.3.ff.de eden.Dec.in auth. si quis in aliquo.nu.16.fall.9.C.eod.tit.cum alijs allegatis*, & talem fuisse Petrum de Baeza dicebatur probari
21 ex illius subscriptione, † cui creditur, *vt per Caputaq.decis.24.& 266.par.2. Rot.decis.581.num.3. par.2.in recent.*

Quia Notarius ille non se enunciat successorem in officio, sed potius aliam personam, ibi in quorũ fidem, & testimonium veritatis Petrus de Baeza Scriba Notarios Scribæ Regis, cum tamen debuisset dicere Notarius Archiuij, et non Regis, vel Regis, & Archiuij, Neque contrarium suadetur ex litteris legalitatis Oppidi de Lora, quia non appellatur Notarius Archiuista, sed Notarius Vicariatus Oppidi, quod officium Vicariatus, vel nihil habet commune cum Archiuista, vel possibile esse potest, quod nõ sit commune, vel dependens ab Archiuio, & vlterius possint esse plures Notarij Vicariatus, prout sunt in alijs Tribunalibus, & ideò tamquam nuncupatiua æquiuoca, & possibilis, non releuet ad veritatem personæ extrahentis, *vulg.cap.in præsentia.de probat. & leg.non hoc C. vnd. legitim.*

Et ita, &c.

EODEM

Eadem

Lunæ 13. Iunii 1622.

SVMMARIA.

1 *Subdelegatus à Principe non potest alium subdelegare.*
2 *Iura non recognita, vel inualida non possunt dici in forma probanti.*
3 *Examen testium recipere est nudi ministerij, cuius capax est Notarius, & iuramentum deferre est de pertinentibus ad examen vti quid præambulum necessarium ad illius validitatem.*
4 *Examen sine iuramento non substinetur.*
5 *Subdelegatus non habens facultatem subdelegandi quæ sunt iurisdictionis, non potest iurisdictionem deferendi iuramentum in Notarium transferre, nec commisso examine censetur, commissa iuramenti receptio, vti quid maius.*
6 *Successor in officio valide scriptura extrahit absq; solemnitatibus.*
7 *Officium Vicariatus Curiæ, & officium Archiuistæ sunt diuersa, nec de vno ad aliud infertur, nisi sint connexa.*
8 *Testes nulliter recepti nihil probant.*

Decisio CDXCI.

Resolutum fuit, standum esse in decisis sub die 29. Nouembris 1631. Quia vere deficit iurisdictio in Notario deferendi iuramentum testibus examinatis in Oppido de Lora super recognitione iurium † ob defectum subdelegati à delegato Principis, *Cresc. dec. 4. de testib. Caputaq. decis. 167. par. 1. Rot. dec 8. num. 3. de offic. deleg. in non. Abb. in cap. ex literis. num. 12. de prob.* † quæ iura si non fuissent recognita, vel inualida, proculdubio dici nõ possent in forma probanti.

Nec obstat, † quod recipere examen testium sit nudi ministerij, cuius capax est Notarius, & quod deferre iuramentum sit de pertinentibus ad ministerium examinis tamquam quid præambulũ necessarium ad validitatem examinis, † quod sine iuramento substineri non potest, *Put. dec. 258. par. 1. Mobed. dec. 4. de testib.* † quia consequẽtiæ locus esse posset, quando in subdelegato non deficeret potestas, sed vbi deficit, vt hic, non potest transire iurisdictio deferendi iuramentum, nec commisso examine censetur commissa receptio iuramenti tamquam quid maius, *vt declarant ijdem Put. & Mobed.*

Similiter nec ex deductis in hac noua positione fuit probatum, Petrum de Baexxa fuisse successorẽ in officio, † vt inde extractio possit substineri tamquam valide facta.

Nam, quamuis se enunciet scribam, & Notarium Regis, & Notarium Apostolicum, & ordinarium Tribunalis Ecclesiastici Vicariatus huius Oppidi de Lora in actis, qui nunc dantur sub num. 8. & 9. nõ tamen sequitur, quod fuerit successor in officio respectu eorum, qui deputantur ad edendas scripturas in Archiuio conseruatas, † aliud enim est officium Vicariatus Curiæ de Lora, & aliud officium Archiuistæ esse debet, cum tendant ad diuersos effectus, quia vnus extrahit acta Curiæ, alter vero acta in Archiuio custodit; vnde debuisset probari, hosce Notarios habere officium connexum, vt inde de vno ad alterum posset præsumendo inferri, *secundum dec. Seraph. 1481. num. 4. & Mediolanen. Decimarum Sancti Donati 13. Ianuarij 1612. corã me*, alius quidem extrahit acta sui prædecessoris, & non aliorum, cum plures esse possint, & vnus tantum ad edendas Archiuij scripturas deputatus esse possit.

Præterea non obstat acta possint custodiri in Archiuio, quia contrarium esse potest, quod reponantur ad eum effectum.

Nec etiam releuant testes dati sub nu. 12. quia † tamquam nulliter recepti non possunt retinere gradum probationis.

Demum legalitas probat quidem Petrum de Baexxa esse Notarium Curiæ Vicariatus, sed non Archiuistam, vel ad officiũ extrahendi præpositũ. Et ita &c.

Dunozetto Seniore

Anconitana Pratensa Repetitionis indebiti.

Luna prima Martii 1621.

SVMMARIA.

1. *Examen per edictum fieri non potest, vbi certi adsunt contradictores, nisi illis prius personaliter apprehensis.*
2. *Citationi ad valuas in remissoria ordinatæ locus est constito prius de diligentijs.*
3. *Citatio vt teneat contra Procuratorem, debet constare de mandato.*
4. *Citatio per edictum debet affigi in proprio originali ad valuas Palatij, & Ecclesiæ maioris, & affixa manere per aliquas horas.*
5. *Lim. vt sufficiat affigere copiam, si originalis citatio lecta fuerit.*
6. *Citatione ad videndum iurare testes non facta examen remissoriale est inualidum.*
7. *Citationes eadem requirũtur in examine per edictum, quæ in examine parte citata.*
8. *Notario attestanti de executione citationis nõ creditur sine testibus.*

Decisio CDXCII.

Dubitatũ, An testes essent nulliter examinati, ita vt esset recedendum à decisis sub die 5. Iunij præteriti, in qua fuit resolutum, solum tertiam partem scutorum 1700. debitam fuisse à Mutio de Locatellis vltra expensas, reliquam vero pecuniarum summam vlterius exactam ab Inuittis posse repeti, & in hoc sententiam R.P.D. Sacchetti esse confirmandam, cum præsupposito tamen, quod testes examinati in Ciuitate Firmi in vim literarum remissorialium R.P.D. Cellesij fuissent valide examinati, à quorũ depositionibus pendebat iustitia dictæ sententiæ; Quo dubio hodie proposito fuit tentum pro nullitate examinis. Moti fuerunt Domini, quia, † cum in hac causa adessẽt certi cõtradictores, nõ poterat procedi ad examen per edictum, vt factum fuit nõ apprehensis prius personaliter dictis principalibus, *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 3. nu. 2. & 10. Seraph. dec. 1276. num. 4. Rot. in recent. dec. 569. num. 2. & 624. num. 8. par. 1.*

Idque eo magis cum in literis remissorialibus esset data forma in huiusmodi verbis, Citatis prius isthic Dominis de Inuittis, si eorum personæ commode haberi poterunt, sin autem per affixionem ad valuas &c. Vnde † non erat locus huic subsidiariæ citationi, nisi prius constito de diligentiis de eos reperiendo in dicta Ciuitate Firmi, *Caputaq. dec. 11. numer. 1. par. 1. Kant. de nullit. ex defect. citat. num. 93. Seraph. dec. 962. num. 6. Rot. in recent. dec. 685. num. 3. par. 2.*

Sed quod etiam plus est nec ipsæ literæ remissoriales fuerunt in Curia decretæ citato legitimo Procuratore istorum de Inuittis, cum fuerit citatus Antonius Dritius tamquam eorum Procurator, de cuius mandato non constat in actis huius causæ, † prout requirebatur, *Kant. de nullit. ex defect. mand. seu mand. nu. 62. Couar. pract. quæst. cap. 14. num. 4.*

Præterea † ad sustinendum examen per edictũ debent affigi citationes originales, easque immitti per aliquas horas, & affixio debet fieri in valuis Palatij, & Ecclesiæ Maioris, *Castad. dec. 2. num. 2. & 6. de dol. & contum. Rot. dec. 5. de rescript. in nou. Egid. dec. 194. Vestr. in prax. lib. 4. cap. 3. num. 4. late Add. add. ad Rot. d. dec. 5. de rescript. in nou. Put. dec. 164. lib. 2. iux. nou. impress.* vbi quod, † si citatio originalis fuit lecta, sufficit affigere copiam, quæ requisita cum non constet in hoc casu fuisse seruata, examen non valuit.

Accedit, quod non constat de citatione coram Iudice remissoriali ad videndum iurare testes, † sine qua examen redditur nullum, *a. n. de testib. Rot. dec. 64. num. 1. par. 1. diuers. & dec. 637. nu. 2. par. 2.*

7 *par.1.in recent.*cum † eedem citationes requirantur in examine per edictum, ac si fieret parte ipsa citata, *Vestr.lib.6.cap.vlt.sub num.7.in fin.*

Quinimmo non apparet vllam citationem, siue intimationem ad valuas fuisse bene executam, cũ in processu non constet de hoc aliter, quam ex as-
8 sertione Notarij, † cui in isto casu non creditur sine testibus, *Put.dec.5.lib.3.Rot.in recēt.dec.624.num.10.par.1.*

Ex quibus omnibus Domini existimarunt de nullitate huius examinis dubitari non posse, & cõsequenter præsuppositum primæ decisionis in hac causa factæ non sustineri &c.

Vbaldo Seniore

Romana Domorum de Zacconibus.

Lunæ 17. Maii 1621.

S V M M A R I A.

1 *Possessione probata de tempore mota litis debetur manutentio.*
2 *Habitatio probat possessionem.*
3 *Possessio probatur ex interdicto, Quorum bonorũ, exaduerso intentato, & obtenta sententia, ex quo illud intentans fatetur non se, sed aduersarium possidere.*
4 *Testis vnicus in concursu plurium nihil probat.*
5 *Titulata possessio est præferenda.*
6 *Familiaritatis iure præsumuntur actus possessorij facti à non habente titulum.*
7 *Continuatio possessionis defuncti in hæredē ex statuto intrat defuncti possessione probata.*
8 *Statutum Vrbis de continuanda possessione defuncti in hæredem non procedit in bonis forensium.*
9 *Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem non intrat, quando ob alio possessio fuit apprehensa ante aditam hæreditatem per hæredem. Ampl. vt num.10. Decl. vt num.11.*
12 *Iudex potest possessione priuare.*
13 *Possessio capta pendente tempore ad appellandum à sententia, cuius appellatio fuit per Signaturā commissa, est attentata, & non manutenibilis.*
14 *Manutenendus est, qui se pro spoliato non habuit.*
15 *Verbum spectat, potest referri ad dominium.*
16 *Dominium nihil habet commune cum possessione.*
17 *Dominium, & petitorium respicientia non attenduntur in manutentione.*

Decisio CDXCIII.

IN decisione in causa facta die 16. Martij 1620. coram R.P.D. Dunozet. nunc Archiepiscopo Seleucien. fuit dictum, Petro, & fratribus de Zacconis non esse dādum mandatum de manutenendo, sed reseruarunt, vt videretur, an esset dandum Ioanni Baptistæ etiam de Zacconis; quod dubium hodie à me propositum in locum D. Dunozet, subrogato fuit affirmatiue resolutũ, quia
1 † eius possessio de tempore litis optime probatur ex depositione plurium testium deponentium de continua eius possessione, non solum viuente Ioāne Paulo eius fratre, sed etiam post eius mortem, quod domos posledit, & inhabitauit solus Ioannes Baptista, qui medietatem domorum emit à filijs, & hæredibus Ioannis Pauli, & sic excludunt pos-
2 sessionem Pompei patris, & auctoris Petri, † ex qua inhabitatione bene probatur possessio, *Dec. cons.400.num.5.cum aliis per Menoch.de retinen. remed.3.num.572. fuit dictum in Perusina Dotis 16. Martii 1601. coram bo.me. Penia, quæ est decis. 254.num.2.par.4.diuers.*

3 Secundo † probatur possessio Ioannis Baptistę ex eo, quod altera pars agit interdicto, quorũ bonorum, quod est adipiscendæ possessionis, & obtinuit sententiam de immittendo, & sic fassa est, se non possedisse, *5.adipiscendæ.vers. & ideo aut. Instit.de interd.l.1.in fin.ff.quor.bon.* & consequenter fassa est possidere Ioānem Baptistam aduersariũ, *Rot.in Romana de Tinis 10. Iunii 1613.coram Illustrissimo D.Cardinali Sacrato, quæ est decis.561. num.1.par.1.in recent.& in Romana de Roncombus 4.Martii 1616.coram R.P.D.meo Buratto, quæ est dec.501.num.4.post tract.de salu.interd.secundum vlt.impress.*

Non obstant testes pro Petro examinati super possessione Pompei, quia primus deponit de auditu, secundus non deponit de possessione continua-
4 ta Pompei tertius † nihil probat in concursu cum testibus Ioannis Baptistę nono pluribus, præsertim cum possessio Ioannis Baptistę sit titulata vigore
5 emptionis domorum, de quibus agitur, † & iden præferen. *Bart.in l.si duo.num.4.vers.si vero testes. ff.vti possid.Rot. dec.595.num.2.par.1.diuers.Me-*
6 *noch.de retin.remed.3.num.733.* & † potius præsumitur, Pompeum actus illos possessorios fecisse iure familiaritatis, *Bart.& Castr.in l.qui iure.ff.de acq.poss.Menoch. de arbitr cas.160.numer.15.late Tiraq.de retract.le mort. saisit.par.3.declar.6.num.1.& 2.*

Nec prædicti fratres possunt se iuuare Statuto Vrbis lib.1.cap.147. de continuatione possessio-
7 nis defuncti in suum heredem, quia in primis † si non probatur possessio defuncti, vana est prætensio continuationis in hærede. Secundo dicebatur,
8 † Statutum non procedere in bonis forensium, vt pluries censuit Rota, & signanter in Maceraten. Hæreditatis 2. Iunij 1599. coram bo.me. Penia, isti autem de Zacconis sunt forenses de loco Goriani extra districtum Vrbis. Tertio † nec statutum
9 intrat, quando possessio ante aditam hæreditatem ab hærede fuit apprehensa à tertio, *Tiraq. de retract.le mort. saisit.par.5.declar.3.num.1.& seqq.*
10 *late Gabr.in tit.de acq.possess concl.9.nu.18.* † Præsertim si talia possessio per plures annos durauit, *Rot.dec.27.num.14.& seq. par.1.diuers.* Possessio autem Ioannis Baptistæ probatur continuata per plures annos etiam post mortem Pompei, vt su-
11 pra dictum est, † quamuis dicta doctrina sit dubitabilis in suo hærede, *vt per Gabr.cons.36.nu.13. lib.1.Rot.dec.263 num.2.in recent.*

Non obstat, quod fratres de Zacconis fuerint immissi in possessionem per sententiam Iudicis,
12 † qui potuit priuare Io: Baptistam sua possessio-
13 ne, quia, † cum à tali sententia fuerit per Signaturam admissa appellatio, prætensa possessio tamquam capta pendente tempore ad appellandum remanet attentata, & non manutenibilis, *cap.non*
14 *solum.de appell.in 6.clem.vt lit.pend.* & † cum Io. Baptista non se habuerit pro spoliato venit manutenēdus, *Rot.apud Seraph.dec.1045.nu.4.& dec. 1056.& in recent.dec.135.num.3.& dec.225.nu.4.par.1.*

Non obstant enunciatiuæ instrumentorum quorumdam consensuum impositorum super dictis domibus, cum narratiua, quod domus spectabant ad Ioannem Baptistam, & fratres pro indiuiso, quia
15 † illud verbum, spectabant, potest referri ad dominium, *l.verbum illud pertinere.ff.de verb.signif.*
16 quod † nihil habet commune cum possessione, de

qua nunc agitur, *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss.*

Demum non obstat declaratio Ioannis Baptistæ, quod emptio fiebat pro communi matre, cui successisse dicuntur omnes filij æqualiter, quia, præterquam quod declaratio non est de ambabus domibus Ioanne Baptista emptis, sed de vna tan-
7 tum, dicebatur † hoc etiam respicere dominium, & petitorium, non autem summarijssimum possessorium manutentionis, quo versamur.

Et ita fuit decisum &c.

Remboldo

Pampilonen. Beneficii

Luna 18. Aprilis 1622.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria locus est, si reproductis intimationibus, & seruatis solitis quatuor terminis de stylo Rotæ non deceatur de paritione.*

2 *Mandatis Rotalibus debet obediri, non autem iudicium super illis adferri, maxime si sint seruatis seruandis relaxata, alias facile sub tali prætextu quæcumque mandata præludi possent.*

Decis. CDXCIV.

DVbitaui, An intraret Arbitrium ad effectum absoluendi Vniuersitatem, seu Iuratos Oppidi de Taffalla, seu potius tā contra illos, quam contra alios sit ferenda declaratoria. Et quoniam constat, Allaldum dictæ Vniuersitatis restituisse literas Apostolicas, quas prius abstulerat, neque etiam informantes pro Gulielmo, & consortibus multum se opponebant absolutioni per dictos Iuratos petitæ, Domini consisi, quod in similes excessus amplius non sint relapsuri, censuerunt quoad d. Vniuersitatem, seu Iuratos intrare arbitrium ad effectum ipsos absoluendi.

Quo vero ad Cantorem, & alios Beneficiatos dixerunt, dādam esse declaratoriam, nisi intra 15. paruerint mandatis Rotalibus, & quoad Prouisos mandarunt particulariter videri.

Nam quoad dd. Cantorem, & Beneficiatos cōstat, ipsis fuisse intimata mandata Rotalia, quibus ipsis præcipiebatur, quod paterētur, Prouisos Apostolicos frui eorum prouisionibus, quodque d. Cātor, & Beneficiati non solum non paruerunt dictis mandatis admittendo dictos Prouisos Apostolicos ad portiones illis debitas, sed immo indurato animo dixerunt, non agnoscere pro Beneficiatis, nisi prouisus ab Archidiacono, & verbis facta addentes eiecerunt eosdem Prouisos Apostolicos è Capitulo, *vt patet ex relatis in summario d. num. 6. vsque ad 14.* licet antea fuissent dicti Prouisi à Notario in possessionem immissi *d. summario nu.*
1 *4.* Vnde dubitari nō potest, † quin productis dictis intimationibus, seruatis quatuor terminis seruari solitis danda sit ratione tantæ contumaciæ declaratoria, iuxta notorium stylum huius Sacri Tribunalis, *de quo per Vestr. in prax. cap. vlt. lib. 8. nu. 19. & seq. & fuit dictum in Barbastien. Prioratus 7. Nouembris 1616. coram R. P. D. meo Verospio, & alias sæpissime.*

Non obstant, quæ contra dicta mandata Rota-
2 lia conantur dicti Beneficiati apponere, quia † partes dd. Beneficiatorum sunt obedire mandatis Rotalibus, non autem iudicium eorum super illis afferre, tantoque magis quod fuerunt relaxata seruatis seruandis, & præuijs decisionibus, ex quibus adeo remanent iustificata, vt nulla ratione sint amplius super iuribus dd. mandatorum audiendi, antequam saltem dictis mandatis pareant, cum alias facile sub tali prætextu quæcunque mandata possent eludi. &c.

Vbaldo Seniore

Bononien. Terrarum

Veneris 20. Maii 1622.

S V M M A R I A.

1 *Locatori datur mandatum de manutenendo contra conductorem, qui affictum non soluit.*

2 *Affictum non soluens cadit à contractu etiam stāte pacto de non expellendo.*

3 *Pactum de non expellendo à conductione intelligitur sub conditione dummodo pensio soluatur.*

4 *Statutum Bononiæ disponit posse expelli conductorem, etiam si deficiat in vno termino.*

5 *Reconductio de iure communi in prædijs rusticis non censetur facta pro eodem tempore, sed de anno in annum.*

6 *Statutū Bononiæ in locationibus requirit disdictā per tres menses antea.*

7 *Conductori datur mandatum de manutenendo conductione durante.*

8 *Conductio expressa, & tacita reconductio intelliguntur, quatenus pensio soluatur.*

9 *Locationis renouatio nunquam facta censetur, nisi quatenus conductor adimpleta ex parte sua.*

10 *Statutum Bononiæ an comprehendat locationes cū pacto francandi.*

11 *Pactum francandi expiratum censetur finita locatione.*

12 *Locatione prorogata non censetur prorogatū pactum francandi ex veriori, & magis communi.*

13 *Conductor interuertens ius, & dominium locatoris cadit à commodo locationis.*

Decisio CDXCV.

FVit responsum pro informante in magna alterius partis contumacia, videlicet Fabriū cecidisse à commodo locationis, & Colle-
1 gio † locatori esse concedendum mandatum de manutenendo.

Constat enim de cessatione Fabij à solutione af-
2 fictuum per biennium, eoque amplius, vnde † de iure communi videtur cecidisse à cōtractu, & posse expelli, quamuis in contractu adesset pactum de non expellendo intra tempus conductionis,
3 quod hic tamen non adest, quia † tale pactum intelligitur sub conditione, dummodo pensio soluatur, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & ibi Bart. num. 2. Bald. in l. ede. in prin. C. eod. tit. Becc. cons. 9. numer. 1. cum alijs, per Surd. cons. 82. numer. 13. & seqq.*

Et accedit Statutum Bononien. *lib. 5. in rubr. de pan. vend. rem alien. §. volumus etiam. vers. liceat*
4 *etiam locatori.* vbi disponitur, sufficere ad effectū expellendi conductorem, si deficiat in vno termino, *& ibi plene per gl. in ver. termino.*

Nec obstat recōductio tacita ad aliud septem-
5 nium, quia † de iure communi reconductio non censetur facta in prædijs rusticis pro eodem tempore, sed de anno in annum, *l. item quæritur. §. qui impleto.*

impleto. *vbi Bar. ff. locat. Bero. conf. 152. n. 12. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. nu. 2. & seq.*

Et quatenus prætendatur vigore statuti, de quo 6 supra, † ex quo non præcessit disdicta per tres menses ante lapsum primi Septennij, *vt in eodem statuto disponitur in §. præterea statuimus*, & fuit in 7 hac causa resolutum † pro manutentione Fabij 21. Februarii 1620.

8 Respondetur, quod † tam expressa conductio, quam tacita reconductio intelligitur, quatenus 9 pensio soluatur, *d. §. inter locatorem*, & † renouatio locationis nunquam facta censetur, nisi quatenus conductor adimpleat ex parte sua, *Alex. conf. 76. num. 6. lib. 5. Rim. conf. 78. num. 3. & conf. 214. sub num. 5. lib. 1. Aym. conf. 87. nu. 3. cum alijs per Menoch. præsumpt. 85. nu. 47. lib. 3. Trentaciq. var. resol. lib. 3. de locat. & conduct. resolut. 2. nu. 5.*

10 Non obstat, † quod dictum statutum non compræhendat locationes cum pacto francandi, qualis fuit ista, de qua agitur. Quia contrarium tenet, *glos. ad d. statut. in ver. liceat. vers. sed tamen*, & in 11 omnem euentum, † si finita est locatio, censetur etiam expirasse illud pactum, *Felin. conf. 25. num. 22. & 23. Surd. decis. 39. num. 6. Rot. Bononien. dec. 119. nu. 92. in nouiss.*

12 Et † quatenus etiam censeretur prorogata locatio, non tamen censeretur prorogatum pactum francandi, secundum veriorem, & magis receptã opinionem, *de qua per Bern. conf. 153. num. 18. & seqq. lib. 1. Alex. conf. 27. nu. 12. lib. 4. Menoch. præsump. 85. num. 22. lib. 3. Card. Mantic. d. tit. 25. num. 32. Trentaciq. loc. supra cit. nu. 14. vers. duodecima Rot. Bononien. in nou. in add. ad dec. 20. 80. & 119.*

Vltimo placebat etiam motiuum, quod Fabius male versatus fuerit circa rem conductam, dum prædia conducta primum vendidit tamquam sua de anno 1616. et postea eadem locauit de anno 1619. ad septennium, et sic vltra tempus suæ tacitæ prætensæ reconductionis, *vt in summ. num. 5.* et sic videtur voluisse interuertere ius, et domi-13 nium locatoris, † vnde cecidit à commodo contractus locationis, *Bald. in l. æde. num 23. vers. sed quid si non defluxit. C. locat. Bero. conf. 102. num. 59. lib. 1. Natt. conf. 479. num. 9.*

Et ita fuit decisum, etc.

E O D E M

Romana Domorum de Zacconib.

Luna 23. Iunii 1622.

S V M M A R I A.

1 *Sententia in indicatum transiisse dicitur fatalibus elapsis, & non prorogatis.*

2 *Re stante indicata executio sententiæ ab initio ob appellationem attentata, ea deserta conualescit.*

3 *Desertione appellationis tollitur suspensio indicati, & executio, licet ab initio male facta, firma manet, prout de nouo fieri deberet.*

4 *Sententia firmata firmatur, & executio illius vigore facta.*

5 *Manutentio non datur habenti possessionem attentatam, sed illius aduersario anteriori possessori.*

6 *Fatalia non currunt pendente articulo super attentatis.*

7 *Deserta causa appellationis nõ dicitur deserta causa nullitatis æque principaliter commissa, quæ durat per 30. annos ex communi.*

8 *Compensationis exceptio non admittitur ad spolij purgationem retardandam.*

9 *Compensatio non datur de illiquido ad liquidum.*

Decisio CDLXXXXVI.

QVia Rota dixit in hac causa 17. Maij anni præteriti, possessionem bonorum captam à Petro, & fratribus vigore sententiæ A. C. fuisse attentatam tamquam captam intra tempus ad appellandum, prętendit Ioannes Baptista aduersarius esse locum purgationi attentatorum, quę consistit in restitutione pẽsionum per Petrum perceptarum, dum fuit in possessione Domorum.

Quam purgationem cum Petrus controuerteret, & in omnem euentum obijceret de compensatione nonnullorum creditorum contra eundem Ioannem Baptistam, dedi dubium super purgatione attentatorum, & super compensatione.

Et quoad primam partem Domini non fuerunt concordes, nã contra attentata adducebatur, quod sententia A. C. transiuerat in iudicatum vt pote lata die 5. Decembris 1617. à quo tempore nihil dicitur actum in causa appellationis, nec vnquam 1 prorogata fatalia, † quo casu dicitur transiuisse in iudicatum, *l. vlt. auth. ei qui C. de temp. appell.* fuit *dictum in Asten. Bonorum 11. Aprilis præteriti* 2 *coram R. P. D. Caualerio*, & sępe alias, † stante autẽ re iudicata, executio sententiæ, quamuis alias ab initio fuisset attentata propter interpositam ap-3 pellationem, ea tamen deserta conualescit; † per desertionem enim appellationis tollitur suspensio indicati, & executio firma manet, & licet male facta non reuocatur, cum de nouo fieri deberet, & 4 † firmata sententia firmatur, & ipsa executio, *Franc. in c. licet. nu. 4. vers. quid autem de sent. excomm. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 14. & seq. & dicit Rota decis. 592. sub. nu. 3. par. 2. in recent.*

Cui motiuo respondebatur exaduerso, quod huc vsque fuit disputatum super iudicio possessorio, cũ vtraque pars prætenderet manuteneri, & per duas 5 decisiones firmatum fuit † Petro non esse dandum mandatum de manutenendo, sed Ioanni Baptistæ, quia possessio Petri fuerat attentata, certum est 6 autem quod, † pendente articulo super attentatis interim non currunt fatalia, *Lancell. de attent. par. 3. cap. 30. num. 93.*

7 Præterea respondebatur, quod † cum æque principaliter fuerit cum causa appellationis commissa causa nullitatis, etiam si fuerit deserta causa appellationis, non tamen censetur deserta causa nullitatis, quæ durat per 30. annos *Bart. in l. si expressim. num. 10. de appell. Abb. in c. dilecto num. 9. vbi Franc. num. 10. & Imol. nu. 17. eod. tit. Soc. conf. 10. num. 12. lib. 4. Marant. de ord. iudic. par. 6. tit. de sent. num. 153. & seqq. Gaill. pract. obser. lib. 1. obser. 127. num. 8. Couar. pract. quæst. cap. 24. in fin. vbi de communi, & fuit dictum in causa Placentina Parochialis de Malpartida 6. Nouembris 1602. & prima Decembris 1603. coram bo. me. Litta, & alias sæpius.*

Quo verò ad secundam partem Domini conclu serunt, non esse locum compensationi. Tum quia, dato quod attentata venirent purganda, non esset admittenda compensatio eadem ratione odij at-8 tentatorum, † per quam in purgatione spolij exceptio compensationis reijcitur, *Verall. dec. 171. par. 3. per tex. in l. vlt. vbi Bald. C. de compensat. & in puncto apud Achill. decis. 26. de appell. cum alijs per Lancell. de attent. par. 3. cap. 26. quæst. 28.* Tum quia credita, cum quibus petitur compensatio sunt valde turbida, & omnia tamquam litigiosa impugnantur pro parte Ioannis Baptistæ, quo

casu intrat regula, vt † de illiquido ad liquidum non detur compensatio, *l. vlt. C. de compens. Rot. decis. 634. numer. 9. part. 1. in recent. fuit dictum in Romana 1000 ducatorum 22. Aprilis præteriti coram me, & alias sæpe.*

Et ita decisum, &c.

R. D. Coccino

Romana Stagni

Lunæ 12. Decembris 1622.

SVMMARIA.

1. *Possidens iure pignoris non dicitur habere possessionem, sed detentationem.*
2. *Manutentio ex detentatione debetur officio Iudicis in statu detentationis, & nu. 14.*
3. *Possessio anterior est præferenda in manutentione.*
4. *Fallit, quando primus possessor patitur secundum possidere, quia censetur possessioni acquieuisse.*
5. *Intellige fallentiam, vt requiratur acquiescentia per decennium, vel sufficiat etiam minus, & quodcumque tempus, quando ex actibus positiuis constat, partem acquieuisse.*
6. *Mandatum de manutenendo operatur reuocationem detentionis alterius. Decl. vt nu. 11.*
7. *Ius ciuile attenditur inter Romanos ex statuto.*
8. *Appellatio de iure ciuili à mandato de manutenendo in ordinario possessorio non datur; secus de iure canonico, vt num. 9.*
10. *Sententiæ acquieuisse censetur, qui non appellauit.*
12. *Possessor, qui passus est alium detinere, circa illam detentionem dicitur habuisse se pro spoliato.*
13. *Colonorum eiectio est necessaria, vt quis priuetur sua detentione.*

Decisio CDLXXXXVII.

NOn controuertitur anterior possessio fratrum de Quinque, sed difficultas cōsistit in duobus Primo an cōstet de possessione, seu detentatione Creditorum. Secundo an illa suffragetur. Et quantum attinet ad primum affirmatiue fuit resolutum; constat enim de possessione capta 18. Maij 1601. tunc enim fuerunt immissi ab Executore, & recogniti ab Affictuarijs, quam hucusque continuarunt, postquam de anno 1603. fuit reuocatum mandatum de manutenendo concessum Tiberio de Quinque. Quantum attinet ad secundum, an possessio suffragetur, affirmatiue pariter fuit resolutum. Nam, † & si creditores videantur possidere iure pignorum, & sic nulla videatur acquisita possessio, *l. pignoris ff. de vsucap.* tamē fuit acquisita detentio, † ex qua officio Iudicis debetur manutentio in statu detētationis, *glos. in l. 3. §. creditores in verb. non posse. ff. vti possid. & fuit comprobatum in decis. in hac causa facta. 6. Iunij huius anni*, & ista possessio, seu detentio, quāuis posterior, est attendenda, quia, † licet regula sit, quod anterior possessio præferatur, nihilominus † regula fallit, quando quis patitur secundum possidere; quia censetur acquieuisse possessioni, & † ad hunc effectum requiritur acquiescentia per decennium, & minus etiam tempus sufficit, quando ex actibus positiuis constat, partem acquieuisse; hoc enim casu sufficit quodcumque tempus, *ex allegatis in prædicta decis. 6. Iunij & nuper fuit resolutum in causa Bononien. Professionis 24. Martij coram R. P. D. Merlino.*

Quod autem fratres de Quinque acquieuerint, satis patet, quia respectu Pauli ab anno 1601. de quo anno creditores fuerunt immissi, nihil ipse egit. Tiberius etiam nihil egit à die reuocationis mandati de manutenendo sibi concessi, quæ fuit de anno 1603. sed solum de anno 1619 fratres obtinuerunt manutentionem, de qua statim dicam, & sic negari non potest, quin respectu vtriusque fratris interuenerit acquiescentia per decenniū.

Et in omnem euentum sufficit minus tempus, cum ex actibus positiuis constet de acquiescentia. Primo enim fratres consenserunt, fructus poni ad vtilitatem creditorum tamquam pertinentes ad Laurentium vigore calculi, quem Iudex mandauit fieri super fructibus ex bonis Laurentij perceptis, & sic cessat responsio, quod ex consensu, quod proprij fructus cedāt in extinctionem debiti paterni non dicatur præiudicatum in futurum, cum fuerint calculati tamquam fructus proprij Laurentij debitoris, & sic iste actus habet implicitam confessionem, quod creditores possideant stagnum loco pignoris rei debitoris.

Secundo de hoc etiam satis constat, quia dicti fratres de Quinque petierunt alimenta ex bonis fideicommissi occupatis per creditores, ex quo ipsi non habebant. Vnde in causa fideicommissi erat inclusum stagnum, et illi de Quinque super stagno illud allegabant res est clara contra ipsos, et quatenus in fideicommisso non esset comprehensum, tamen ex dicto actu resultat confessio, quod ipsi non possidebant, nec aliunde haberent alimenta.

Neque obstat, quod fratres de Quinque de anno 1619. obtinuerint mandatum de manutenendo in possessorio plenario à. R.P.D. Carradoro, † Vnde censetur reuocata detentio creditorum, *Rot. dec. 275. num. 15. Sanctis. D. N.* Quare siue attēdatur ius ciuile, † quod attenditur inter Romanos, vigore statuti † non datur appellatio, *Menoc. de retin. remed. vlt. num. 59. in fin. Rolan. cons. 8. nu. 24. lib. 4. Rot. dec. 641. nu. 8. par. 1.* siue attendatur ius Canonicum, † secundum quod datur appellatio, adhuc beneficium appellationis non potest allegari, † cum creditores non appellauerint, et censeantur sententiæ acquieuisse, *vt fuit resolutum in causa Camerinea. Pensionis 22. Iunij 1594. corā bo. me. Gypsio, Mantic. decis. 95. num. 5.* quia fuit responsum, † conclusionem procedere, quando sententia traheret secum executionem, quod non est in casu isto, ex quo, † cum fratres passi fuerint creditores detinere, circa illam detentionem habuerunt se pro spoliatis, vt patet ex prædictis. Vnde mandatum de manutenendo non trahebat secum executionem, ex quo fratres, quo ad detentionem neque naturaliter, neque ciuiliter possiderent; et licet ipsi apprehenderint possessionem capiendo possessionem, et faciendo similes actus, non tamen ejecerunt conductores stagni, quibus creditores locauerunt, † quorum eiectio erat necessaria, vt sua detentione essent priuati, *Benint. decis. 93. num. 3. Ios. Ludouic. dec. Lucen. 20. num. 6. qui alios referunt.*

Neque obstat, quod consensus fratrum videatur circa detentionem, non autem circa possessionem, quia idem resultat effectus, cum creditores nō prætendant nisi detentionem, et † ex ista manutentionem ex officio Iudicis. Vnde quatenus fratres solum sibi præiudicassent circa detentionem, hoc sufficit creditoribus, quia nihil aliud prætendunt.

Ex quibus Domini steterunt in bina decisis, videlicet 21. Martij, et 6. Iunij præsentis anni.

R. P.

R.P.D. Pirouano

Albanen. Confinium

Veneris 13. Januarij 1623.

SUMMARIA.

1. *Possessio ciuilis animo retenta alio naturaliter possidente non impedit manutentionem naturalis.*
2. *Certitudo loci est necessaria ad possessionem verificandam.*
3. *Serere, pascere, lignare, fructus colligere pertinent ad vsum rei.*
4. *Possessio controuersa, & turbatiua non releuat pro manutentione.*
5. *Qualitatem, & illud, in quo quis se fundat, debet probare.*
6. *Testis singularis non probat.*
7. *Testis de auditu à tertijs non probat.*
8. *Testis dictum generale non tollit antecedens particulare, data compatibilitate, & verisimilitudine.*
9. *Testis dictum interrogatorijs magis attenditur, quam in articulis.*
10. *Possideri quid non potest sine certitudine loci, & quota.*
11. *Testis de auditu à parte non probat.*
12. *Testi bene informato de facto proprio deponenti, & qualificato magis creditur.*

Decisio CDXCVIII.

CEnsuerunt Domini standum esse in decisis, quia possessio D. Ducis Cæsarini de secundo tempore ab anno scilicet 1579. vsque ad annum 1599. remanet concludenter probata, possessio vero D. Capharelli pro integro decennio intra dictum tempus intermedium, vel nõ est probata, vel æquiuoca, & imperfecta est, vel sublata remanet, & conquassata ex concludentiori, & veriori per D. Ducem adducta, vnde stat semper firma conclusio in decisione posita, quod, † alio naturaliter possidente, ciuilis in animo retenta nõ releuat ad impediendam manutentionem naturalis, de qua per *Menoch. præsump. 64. num. 42. lib. 6. & alios in decisione allegatos.*

Probatio enim D. Ducis deducitur primo ex depositione D. Alexandri de Maximis, qui iuxta decimum interrogatorium respondit, se fuisse affictuarium D. Ducis, & eius patris, & aui per multum tempus excedens annos 25. de multis Casalibus, & in specie de Bonriposo, referendo se ad instrumenta locationum, & iuxta 18. asserit initiũ affictuum fuisse de anno 1579. & iuxta 20. 23. & 33. interrogatus respondit se optime scire Pedicã, de qua agitur, esse intra fines Casalis de Bonriposo, & pro tempore suę locationis ligna incidisse in ea, & asportasse, ac Carbonariis vendidisse, partem illius seruisse, pignora fecisse cõtra damna dantes in ea, & in specie hominibus D. Capharelli, & prædicta semper, & continuè, & publicè, dũ affictus durauit, nec vnquam fuisse impeditum à D. Capharello, sed è cõuerso ipsum impedisse D. Capharellum, quãdo voluit turbare illum in vsu, & possessione dictæ Pedicæ. Secundus testis Candelorus de interamno asserens iuxta tertium interrogatorium se habere stabilia valoris scutorũ 3000. clarè affirmat ex certa scientia iuxta 17. quod D. Alexander vti affictuarius possedit locũ controuersum tàm herbas percipiendo, quam per alios cum animalibus suis illis gaudendo, & quãuis se restringat ad annum 1591. citra, id tamen de visu deponit, & scientia, sed ante dictum tempus de auditu ab aliis deponit, & super primo & quinto articulo magis se explicat. Tertius vero testis Ioannes de Practica iuxta 17. respondit se optime scire confinia loci controuersi, & vidisse in eopaści animalia D. Alexandri affictuarii D. Ducis, & quamuis asserat, se ignorare tempus motæ litis huius, attamen replicat, se pro certo scire pro tempore à se superius dicto Casale de Bonriposo fuisse possessum per D. Alexandrum vti affictuarium, et ab eo fuisse continuatum per duos, aut tres affictus. Quartus testis Ioannes Ricardi super 18. interrogatorio, et ipse affirmat D. Alexãdrum vti affictuarium D. Ducis possedisse locum controuersum ab annis 20. et 25. rationem reddẽdo, quia fuit Guardianus, et in tempore messis interfuit, et venãdi gratia illuc accessit, et clarius de actibus possessoriis se explicat super quinto articulo, et de pacifica possessione.

Ex quibus patet quod omnes conueniunt in idẽtitate loci, in actibus possessoriis, in pacifica possessione, in tempore sufficienti pro includendo decennio possessionis D. Ducis, et in perceptione fructuum loci controuersi, itaut ad probationem veræ possessionis, et vsum rei omnes regulæ concurrant, quia certitudo loci conuenit, † quæ necessaria est ad possessionem verificandam, *l. 3. §. incertum. ff. de acq. poss. Beron. latissimè cons. 159. lib. 1. & Surd. cons. 168. num. 48. lib. 2.* † serere, vero, et pascere, ac lignare, fructusq; colligere item dictum fuit in prima decisione, quod pertinent ad vsum rei ex *Angel. & aliis per Menoch. adductis de retinend. poss. remed. 3. num. 563. 564. 567.* pacifica etiam, et continuata concomitatur, quia † controuersa, et turbatiua non releuaret, *Mantic. dec. 207. & Rot. in recent. dec. 643. par. 2.* ac primum tempus sufficiens inclusiuum decennii concludunt omnes, & † est necessarium D. Duci, qui se in illo fundat, *Mantic. dec. 95. num. 3. Seraph. dec. 1172. Rot. in recent. dec. 402. par. 2.*

Possessio vero D. Caphatelli circa idem tẽpus intermedium deducitur ex depositione nouem testium primi examinis, et septem secundi examinis ad eius instantiam examinatorum, & hodie fuit addita depositio tertii testis D. Ducis, ex cuius dicto prætenditur alias depositiones coadiuuari.

Verum septem ex prædictis primi examinis, et alii septem secundi examinis non percutiunt tempus intermedium, sed se de tempore Ascanii restringunt, et ad annos supra 1579. de quibus non fuit habita ratio in precedenti decisione neque in præsenti visum fuit esse habendam per eamdem rationem.

Similiter et secundus primi examinis, qui in ordine ponitur septimus visus fuit non includere tempus intermediũ, quia et si de auditu narret cõfinia Casalis Caroaetti, attamen super 14. interrogatus circa actus possessorios loci controuersi, dicit vidisse pascere animalia, boues, equos, et capras, quæ erãt D. Caphatelli, addẽs, *per quanto mi diceuano li Capriari, & Cauallari, & questo fu al tempo della pia me. Pio V.* ex qua additione dictũ illius totum infirmatur, quia actus possessorius pascendi si cum alienis animalibus ponatur, non releuat, si vero agitur de propriis D. Caphatelli, probatio peccat in duobus, quia à teste singulari prouenit, † qui non probat, *cap. licet. cap. veniens. il primo, de test. Rot. coram Sanctis. dec. 178. nu. 1.* extendens ad quemcunque in dignitate constitutum, et de auditu à tertiis, † qui pariter nihil probat, *l. testium. C. de testib. cap. tam literis. eod. tit. c.*

testes. 3. q. a. 9. Rot. coram Sanctiss. dec. 517. num. 14. & d. 379. num. 1. praeterea se restrinxit ad tempus Gregorii XIII. in quo intermedia possessio D. Ducis includi non potest, nec cursus decennii impeditur.

Neque obstat, quod idem testis super primo articulo expressè deponat, D. Capharellum à 40. annis citra semper possedisse quietè, et pacificè Casale articulatum cum suis membris, et pertinentiis, itaut illius dictum videatur etiam cōprehendere collem controuersum, et pro tempore intermedio.

Quia illatio non est necessaria, et verba sequentia hoc bene demonstrant, cum tendant ad reddendam rationem scientię possessionis totius Casalis non autem ad corrigendum tempus restrictum ad Pontificatum Gregorii XIII. quod magis declaratur ex sequentibus verbis ibidem super dicto primo articulo positis, per quae testis asserit absolutè vidisse pascere animalia D. Capharelli, et tamen in 14. Interrogatorio, quod animalia essent D. Capharelli deponit de auditu, signum euidens, quod de possessione totius Casalis, non autem de
8 Pedica controuersa rationem reddit, vnde † data compatibilitate, et verisimilitudine posterius dictum generale non tollit antecedens particulare aut remanebit cum qualitate de auditu à tertiis respectu dominii animalium, à quibus pendet actus possessorius, et insimul nullitas illius dicti,
9 vel in omnem casum † magis standum erit depositioni ad interrogationem emanatae, quam super articulis, *Seraph. dec. 1073. num. 9. & idem fuit firmatum in Anconitana Flor. 20. Iunii 1616. corā Cardinali Sacrato.*

Testis autem D. Ducis in ordine tertius, qui est Ioannes de Pratica quoad possessionem collis cōtrouersi nihil releuans pro D. Capharello deponere videtur, quamuis enim presupponatur lectura illius, quod scilicet *da 25. anni in qua detto Signor Gio. Pietro, o suoi ministri hanno posseduto nel Casale di Bonriposo*, attamen haec verba nihil concludunt, dum non determinant locum, in qua parte Casalis possederit, neque etiam exprimunt quotā
10 et tamen regulare est, quod † sine certitudine loci, quotae possideri non potest, *d. l. 3. § incertam. ff. de acq. possess. Tiraq. de Constit. poss. par. 3. limit. 19. num. 1. Beroa cons. 159. nu. 13. lib. 1. Surd. cons. 168. num. 48. & cons. 225. num. 12. lib. 2.*

Remanet primus testis primi examinis in ordine quintus, qui et si deponat, D. Capharellum habere tenutam nuncupatam Carozzetto, ouero Carocetello, et ipsum testem illam possedisse cum capris, ac etiam de tempore Gregorij XIII. & ab inde citra, semper, & continuè, & cum omnibus membris, & pertinentijs narrando confinia apta comprehendere locum controuersum, attamen quaestio D. Ducis non est super possessione vniuersali dicti Casalis, sed super Colle del contrasto, vnde cum iste testis dē actu possessorio particulari super loco controuerso non deponat, quinimmo locum illum, & nomen ignoret substantia depositionis illius pendet à veritate, & narratiua confinium, quam cum ignoret, nec aliūde sciat, quam de auditu à Factoribus D. Capha-
11 relli sicuti probatio cōfinium non est certa † tamquam denominata à personis suspectis, *Capataq. dec. 264. nu. 8. par. 3. Rot. coram Sanctiss. dec. 570. num. 3.* vbi ponderatur quando ex eadem depositione apparet, vt hic, ab eisdem ante examen informatus, licet ad veritatem subiunxerit, ita nec assertio testis, quod possederit cum capris Totum casale, poterit sustineri respectu loci controuersi, de cuius comprehensione adhuc non constat, sed sustinebitur in quo possibilis est, nēpe quoad Casale, in quo non est controuersia.

Et ex praedictis patet possessionem medij temporis ex parte D. Capharelli non esse probatam, vel aequiuocè, & imperfectè saltem, & quatenus in aliqua parte releuans haberi posset, in concursu tamen cum probatione D. Ducis eneruatur, & dissoluitur.

Testis enim ille primus D. Caffarelli, in quo posita videtur substantia probationis illius, est rusticus de Terra Turani in Regno, vilis, caprarius, subditus, actuq; seruiens D. Capharello, ignorans confinia, nesciens nomen loci controuersi, deponens in genere de toto casali, & de auditu in substantialibus.

Secundus vero rusticus pariter est, & de quadā villa Terrae Taliacotij in Regno, vilis, hospitans in Griptis D. Capharelli, male informatus quoad animalia pascentia, aequiuocans in dicto respectu medij temporis & singularis, prout haec omnia respectu primi, & secundi colliguntur ex eorum depositionibus per extensum datis.

Ex aduerso autem concurrit D. Alexander de Maximis Romanus vir nobilis deponens de facto propriae conductionis, & specificè de loco controuerso, & priuatiuè quoad D. Capharellū, et vndequaque exceptione maior, et cum eo alij testes cō testes, et bene informati, habentes bona stabilia
12 notabilis valoris, † in quibus casibus semper praeualere fuit resolutum *coram Sanctiss. dec. 449. & dec. 537. num. 2.* vbi Rota multum voluit tribuere testi bene informato, et de facto proprio deponēti attenta qualitate personae.

Non obstant, quae replicata fuerunt de vltimo tempore.

Quia DD. placuerunt responsiones decisionis contra quas nihil releuans fuit ponderatum et cū illis transierunt.

Et ita etc.

Vbaldo Seniore

Romana Domus de Nocchiellis

Mercurij 7. Iulii 1623.

SVMMARIA.

1 *Exactio probat possessionem.*
2 *Ampl. praesertim possessione penes tertium adhuc non existente.*
3 *Testis de credulitate probat, vbi reddit bonam rationem.*
4 *Testis vnicus in summarijssimo possessorio manutentionis probat.*
5 *Possidens mediante persona inquilini dicitur possidere animo suo, & corpore alieno.*
6 *Haeredibus dicitur quaesita possessio domus defuncti ex oblatione inquilini de soluendo pensionem & licentia data eam recuptandi.*
7 *Possessio defuncti in haeredem ex Statuto translata est manutenibilis.*
8 *Exceptiones omnes possunt opponi in possessorio in vim statuti, quae in petitorio.*
9 *Ius personale non trasfertur in haeredem in vim statuti.*
10 *Deuolutione turbida existente manutentio debetur haeredi.*
11 *Contractus in dubio talis censetur, qualis à contrahentibus nominatur.*
12 *Solutio pensionis non modicae de semestre in semestre anticipate indicat contractum esse locationis, non emphyteusis.*

13 Pe-

13 *Petens relocationem, & associari, ac immitti habet se pro spoliato, & fatetur, se non possidere. Lim. vt num. 14. 16. 18. & 19.*
15 *Mandatum speciale requiritur ad declarandum animum, & quod emphyteusis sit finita.*
17 *Relatum potius, quam referens est attendendum.*
20 *Clausula quatenus opus sit, nihil ponit in esse.*

Decis. CDXCIX.

PLacuit DD. decisio in hac causa facta 17. Iunii anni præteriti pro manutētione Mulierum de Nocchiellis in possessione domus. Quia constat de ipsarum possessione tam ex testibus, quam ex Statuto Vrbis continuatiuo possessionis defuncti in suum heredē; Quoad testes, quidquid esset dicendum de primo teste, certe secundus super tertio articulo deponit de exactione pensionum ex domo ad vsum furni, de qua agitur 1 † quæ exactio bene probat possessionem *ad l. Titia. ff. de solut. glos. in l. qui vniuersas. §. quod* 2 *per Colonum. ff. de acq. poss.* † maxime cum possessio non esset adhuc penes tertium *Gabr. post relatos de locat. & conduct. concl. 4. nu. 4.* et licet dicat, se credere hæredes exegisse pensiones; tamen reddit bonam rationem suæ credulitatis, quia scilicet heredes requisierunt Inquilinum Domus pro pensionibus, et ipse dixit, se soluturum, sed quod necesse erat in Domo reparare granarium, et hæredes ei mandarunt, vt illud accommodaret, quia ipsi in pensionibus excomputassent impensam, et dixit testis, se hæc scire ob causas supradictas, cū tamen prius in eodem articulo solum dixerit, se 3 fuisse præsentem, et alias certum est, † testem de credulitate probare, vbi reddit bonā causam scientiæ, *Farinac. post alios plures de testib. q. 68. nu. 74. vbi de communi.*

4 Et licet iste testis sit vnicus, † tamen in hoc iudicio summariissimo possessorio probat, *Menoch. de retin remed. vlt. num. 34. Seraph. dec. 624. num. 5. Rot. dec. 196. in fin. par. 1. diuers. & in Cusentina Pensionis 4. Maij 1611. & 12. Februarij 1618. coram me, & sæpe alias,* et saltem ex hoc teste ha-5 betur, quod, † cum defunctus possideret hanc domum animo suo, et corpore alieno mediante persona Inquilini, vt non controuertitur, qui Inquilinus continuauit in possessione nomine hæredum, vt colligitur ex præfata oblatione soluendi pensiones, et licentia illi data de reaptando horreū 6 ad computum dd. pensionum, † ex hoc dicitur quæsita possessio heredibus istius Domus absque alia appræhensione, *vt per Alex. in d. §. quod per Colonum. sub num. 2. Afflict. dec. 167. num. 6. Surd. cons. 117. num. 3. Put. dec. 453. sub num. 3. lib. 2. in nou.*

Concurrit etiam hic Statutum Vrbis continua-7 tiuum possessionis in suos hæredes, † quæ possessio est etiam manutenibilis, vt late fuit deductum 8 in decisione, et licet, † quando agitur vigore talis Statuti possint in possessorio opponi omnia, quæ possint opponi in petitorio, *vt dicit Bald. cons. 141. num. 3. lib. 1. & fuit dictum in causa Romana de Lucatellis coram R. P. D. Decano, quæ est dec. 263. nu. 3. par. 2. recens.* Et ideo debeat constare de descēdentia istarum Mulierum, et quod emphyteusis, seu locatio non sit finita, sed fœminæ sint in ea cōprehensæ, tamen quoad descendentiam illarum nō controuertebatur ex aduerso, et fuit de ea aliquid dictum in decisione.

Quo vero ad comprehensionem fuit ea late deducta in eadem decisione cum re vera illa cessan-9 te ius defuncti esset mere personale, † quod non transfertur in hæredem vigore Statuti, vt in dicta Romana de Lucatellis, sed, vt dixi, fuit ostensum in decisione emphyteusim non fuisse finitam, sed fœminas descendētes à masculo, quales sunt istæ, esse comprehensas.

10 Et in omnem euentum † satis est, quod deuolutio sit turbida ob prætensam non comprehensionē fœminarum ad hoc, vt eis sit danda manutentio, *vt in Ariminen. Deuolutionis Bonorum coram Cardinali Sacrato allegata in decisione.*

Et addebant etiam nonnulli ex Dominis, quod non videbatur expeditum, nos versari in cōtractu emphyteutico potius, quam in locatione, cum cō-11 trahentes eam locationem nominauerint, et † in dubio contractus ille censetur, qualis à contrahentibus nominatur, *Bart. in l. cotem. §. qui maximos. q. 5. ff. de public. Rip. in l. 2. in prin. col. pen. num. 37. ff. si cert. pet. cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gl. 1. num. 7. Rot. dec. 672. nu. 2. par. 2. recent.* Et accedit responsio in scutis 22. annuis soluendis 12 de semestre in semestre anticipate, † quæ est coniectura veræ locationis, et non emphyteusis, quādo scilicet pensio non est modica, *vt per Clar. in §. emphyteusis, qu. 1. num. 5. Card. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 2. num. 30.* prout nullo modo videtur modica dicta pēsio scutorum 22. præsertim vsque de anno 1531. et pro Domo, in qua testes dicūt fuisse postea per Rocchum, et filias facta melioramenta.

13 Non obstat, quod Mulieres † se habuerint pro spoliatis ex quo petierunt relocationem, et petierunt associari, et immitti in possessionem Domus et sic visæ fuerint confiteri, se non esse in possessione, *ad decis. Card. Mantic. 20. cum alijs allegatis.*

14 Quia fuit responsum, vltra quod † istæ petitiones fuerunt factæ à Procuratore non habente speciale 15 mandatum, † prout requiritur ad declarandum animum, et ad declarandum, quod emphyteusis sit finita, *vt in similibus terminis est decis. Veral. 301. par. 1.* dicebatur etiam, quod dicta petitio re-16 locationis fuit facta ob lineam finitam † cū clausula, vt creditum, et sic non simpliciter, et cum relatione ad instrumentum; Vnde, cum ex instrumē-to constet fœminas etiam esse comprehensas, vt 17 supra, cessat obiectum, † cum debeat attendi relatum, de quo constat, *l. asse toto. ff. de hered. instit.* et 18 demum † petitio relocationis non est incompatibilis cum retentione possessionis ipsius conductionis, *iuxta Bart. in l. si aliquam rem sub num. 6. vers. sed hanc gl. ff. de acq. poss.*

Quo vero ad mandatum de associando, ac de immittendo petitum, et obtentum respondebatur, 19 quod † associatio supponit possessionem ciuilem penes actorem, quasi is petat associari etiam ad naturalem, *ad Bart. in l. 3. in 4. q. prin. C. de pignor.* Immissio vero fuit petita cum clausula preserua-20 tiua, quatenus opus sit, † quæ nihil ponit in esse tamquam conditionalis, *Bart. in l. 1. numer. 2. ff. de cond. & demonstr.*

Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

Remboldo

Nullius Præpositturæ Castri Durantis

Lunæ 3. Iulij 1623.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum alio non existente in possessione probat possessionem.*
2 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & non est manutenibilis.*

2 *Aliud*

3 *Aliud est prouidere in Ecclesia, aliud de Ecclesia.*
4 *Prouidentis intentio in prouisionibus pracipue spectanda est.*
5 *Duo insolidum eamdem rem possidere non possunt.*
6 *Possessio non Capitulariter capta suffragatur, si Ecclesia sit tantum habitu, non actu Collegiata, præsertim ad effectam manutentionis.*
7 *Apl. etiam si actu sit Collegiata, & propter aliquod impedimentum non potuerit Capitulariter capi.*
8 *Beneficij possessio capi non potest non expeditis literis.*
9 *Lim. si capiatur non proprio, sed Cameræ nomine.*
10 *Repræsentatio datur de iure plurium personarum in eadem persona.*
11 *Cameræ Commissarius solet ad capiendam possessionem Beneficij ipsius Cameræ nomine substituere etiam ipsam Prouisam.*

Decisio D.

Domini dixerunt, mandatum de manutenendo esse dandum Lazzaro, quia de eius possessione constat per instrumentum, 1 † quod alio non existente in possessione, probat possessionem, *l. prædia. vbi Bart. Doct. ff. de acq. poss. l. non idcirco, & ibi Bald. C. de fid. instrum. Rol. cons. 46. nu. 18. lib. 2. Put. decis. 360. nu. 8. lib. 1.*

Nec obstat possessio capta à Bernardino 3. Maij, 2 quia, † cum sit posterior, præsumitur clandestina, & turbatiua, nec propterea est manutenibilis, *c. licet causam de probat. Bart. in l. si duo nu. 4. ff. vti possid. Menoch. de retin. remed. 3. num. 725. Affl. dec. 363. Rot. dec. 366. nu. 2. par. 1. in recent.*

Minus facit, quod dicitur, Lazzarum accepisse possessionem Præpositurae in Ecclesia Collegiata S. Alexandri Bernardinum vero accepisse possessionem ipsiusmet Ecclesiæ S. Alexandri, ideoque ambos posse in sua possessione manutceri, Bernardinum videlicet in possessione Ecclesiæ, Lazzarum vero in possessione Præpositurae, quæ est in ipsa Ecclesia, *ad trad. per Zabarell. in c. fin. de præb.* 3 vbi quod † aliud est prouidere in Ecclesia, aliud de Ecclesia quia ista distinctio, quam etiam met Zabarella, *in d. c. fin. num. 26. ad fin. vers. & licet hac part.* nimis subtilem dicit, in casu isto non intrat; Lazzarus enim fuit prouisus de Præpositura habitu, non actu Collegiatæ Ecclesiæ, quę etiam Parochialis existit, & sic apparet, ipsū fuisse 4 prouisum iuxta intentionem Prouidentis, † quę præcipue spectari debet, *vt in d. c. fin.* de ipsamet Ecclesia Parochiali, non vero de aliqua Dignitate in Ecclesia existente, & ab Ecclesia Parochiali distincta, ac propterea, cum d. quoque Ecclesiæ Parochialis, de qua erat prouisus, possessionem acceperit, non potest eadem met Ecclesia etiam à 5 Bernardino possideri, quia † duo insolidum eandem rem possidere non possunt, *c. inter dilectos de fid. instr. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. l. duo in solidum. ff. de præcar. l. sicut certo §. si duobus. ff. commod.*

Nec obsta, quod possessio Lazzari non fuit capitulariter capta, 6 quia, † cū Ecclesia sit Collegiata, habitu tantum, non autem etiam actu, non potuit dicta possessio capi capitulariter, nec ideo minus suffragatur, prę sertim ad hunc effectum ma- 7 nutentionis, † prout etiam ad hunc effectum suffragatur possessio non capitulariter capta in Ecclesia, licet actu Collegiata, quando propter aliquod impedimentum nō potuit capitulariter capi *ad trad. per Bart. in l. 1. nu. 23. quem sequitur ibidē Ias. nu. 96. ff. de acq. poss. & alios refert. Vasc. de success. creat. lib. 3. §. 21. limit. 10. num. 229. & fuit dictum in Ariacen. Præpositure 18. Aprilis 1608. coram bo. me. Greg. XV. & in Leodien. Præpositure S. Ioannis 17. Iunij 1611. coram bo. me. Cardinali Lancellotto.*

8 Non obstat, † quod dicta possessio non potuit capi à Lazzaro non expeditis prius ab eo litteris, 9 prout disponitur in Bulla Iulij III. quia † Lazzarus non accepit dictam possessionem nomine proprio, sed nomine R. Cameræ, & vti procurator substitutus à Commissario R. Cameræ, quod non 10 reperitur prohibitum; quia immo † datur de iure in eadem persona repręsentatio plurimum personarum, *l. si Consul. ff. de adopt. Card. Seraph dec.* 11 *1058. num. 6.* & quod † Commissarius Cameræ non consueuerit substituere ipsummet Prouisum, seu etiam non possit eundemmet substituere, nec in iure probatur, nec in facto, sed potius ostenditur obseruantia in contrarium, &c.

E O D E M

Bononien. de Manzolis

Luna 13. Nouembris 1623.

S V M M A R I A.

1 *Recognitionis iurium forma.*
2 *Iuramentum, & examen testium solet de stylo Curiæ committi Notario.*
3 *Recognitio Iurium sine interrogatorijs valet, si pars citata ad videndum iurare testes super recognitione de illis non apposuerit, & num. 5.*
4 *Suspicione non caret modus inusitatus.*
5 *Recognitione iurium facta sine interrogatorijs possunt testes super interrogatorijs repeti sumptibus interrogantis.*

Decisio DI.

Procurator Dom. Hottę citare fecit Com. Alexādrum pro die 10. Decembris 1618. 1 † ad dicendum contra iura, videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, &c. & eadem die comparuit finita audientia, & accusauit partis contumaciam, & in continenti testes ad iurandum super recognitione dd. iurium exhibuit, qui ibidem fuerunt per Notarium admissi, & ad eiusdem Notarij requisitionem incontinente dicta iura recognouerunt in forma. Quibus sic stantibus fuit dubitatum an dicta recognitio esset valida, & DD. censuerunt esse validam, reseruata, vt de releuantia dictę recognitionis particulariter videretur.

2 Nam † de stylo Curię solet iuramentum, & examen testium Notario committi, *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. nu. 12. Farinac. de testib. quæst. 77. nu. 182 in fin. & n. 191. Caputaq. dec. 265. par. 3. Rota coram S. M. Greg. XV. dec. 368. nu. 3. & seq. & nu. 2. in annotat. & fuit dictum in Iannen. Pecuniaria 16. Martij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod examen non fuit commissum Notario, quia Notarius testatur sibi fuisse com- 3 missum examen, & iuramentum, † eique, cum sit Notarius causæ creditur, iuxta veriorem, & magis communem sententiam, *Bart. in l. ex sententia. nu. 3. & ibi Add. littera F. ff. de testam. Farinac. d. quæst. 77. num. 186. in fin.* vbi quod ita obseruatur in Palatijs.

4 Nec obstat, † quod fuit facta recognitio sine Interrogatorijs, quia pars sibi imputet, quod non comparuit, nec protestata fuit, quod recognitio

non

nō fieret sine Interrogatorijs, *ad not. per Modern. in prax. Capitolin. lib. 2. cap. 8. num. 12.*

4 Non obstat, quod saltem † non careat suspicione modus iste non visitatus recognoscendi iura, 5 quia poterunt, si opus erit, testes repeti cum Interrogatorijs, sumptibus tamen petentis, prout sæpe fuit obseruatum, interim autem dicta recognitio attento rigore sustinetur, &c.

Vbaldo Seniore

Anconitana Terrarum

Luna 13. Nouembris 1623.

S V M M A R I A.

1 *Possessio non probatur per testes nulliter examinatos pro informatione Curiæ, & sine partis citatione.*
2 *Possessio iustificatur ex publico instrumento, non probato, quod alius tunc esset in possessione.*
3 *Possessio nihil commune habet cum proprietate.*
4 *Subhastationis, & deliberationis validitatem non est opus disputare ad effectum manutentionis.*
5 *Manutentionis in iudicio non est quærendum de meritis, & iustitia possessionis, sed de mero facto, quod scilicet quis vere possideat, non autem quod iure.*

Decisio DII.

Domini responderunt pro Antonio informante, videlicet, sententiam contra Alexandrum eius auctorem esse infirmandam. In ea enim fuit pronunciatum, Horatiū Fatiolum esse manutenendum in possessione terrarum per eum emptarum à Francisca Gualterutia, ipsique Horatio frumentum depositatum restituendum cum condemnatione Alexandri in expensis in illo iudicio factis, & successiue Alexander, eiusque coloni quærelati criminaliter ab Horatio de subrepto frumento fuerunt absoluti. Quæ quidem sententia quoad manutentionem Fatioli apparet iniusta ex decisione in hac causa facta 20. Maij 1622. in qua fuit resolutum, Alexandro 1 deberi manutentionem, & † pretensam possessionem Horatii non probari per testes nulliter examinatos pro informatione Curiæ in iudicio crimi 2 nali, & sine partis citatione, e contra vero † possessionem Alexandri esse iustificatam ex publico instrumento captæ possessionis tunc vacuæ, ex quo nō probabatur, nec Horatium, nec alium tunc fuisse in possessione, *ad l. prædia vbi Bart. ff. de acq. poss. cum alijs ibi allegatis*, quæ visa sunt abundare pro ratione infirmandi dictam sententiam pro manutentione Horatii latam, nec non pro restitutione illi facienda frumenti depositati, cum cessante eius possessione terrarum, de quibus agitur, nulla ratio suadeat, vt illi restituendum sit frumentum in illis terris recollectum. Nec prætensa emptio anterior Horatij subsistit ea allegatis in decisione; quibus alia addebant informantea; & in omnem casum satis sit, quod sententia de qua agitur, non dicit, venditionem factam Fatiolo esse præferendam venditioni factæ Alexandro, 3 sed solum agit de possessione, † quæ nihil commune habet cum proprietate, *vulg. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. Rot. decis. 213. num. 2. in fin. par. 2. recent.*

4 Nec † etiam opus est disputare super validitate subhastationis, & deliberationis factæ Alexandro, 5 † cum in hoc summarijssimo possessorio non sit quærendum de meritis, & de iustitia possessionis, sed de mero facto, quod scilicet vere quis possideat, non autem quod iuste quis possideat. *Innoc. in c. bona 2. num. 4. de postul. Præ lat. Bald. in l. ordinarij numer. 3. C. de rei vindic. Rot. decis. 270. num. 4. & decis. 660. num. 3. par. 1. recent. & est bonus textus in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss.*

Ex quibus fuit conclusum pro infirmatione dictæ sententiæ ex capite iniustitiæ, cum super nullitate Domini non essent concordes.

Et ita decisum, &c.

Reuerend. D. Coccino.

Cæsaraugustana Distributionum

Veneris 17. Nouembris 1623.

S V M M A R I A.

1 *Testibus melius informatis, & verisimilia deponentibus standum est.*
2 *Testibus de Capitulo contra se deponentibus statur etiam ad fauorem Capituli. Ampl. vt nu. 3.*
4 *Testes non dicuntur instructi, seu subornati ex quo sibi lecti fuerint articuli.*
5 *Confessio in libello probat contra libellantem.*
6 *Dictio, Continue, significat absque tēporis interuallo.*

Decisio DIII.

POST secularizationem Ecclesię de qua agitur factam de anno 1605. de mādato Sanct. mem. Clement. fuerūt die 1. Aprilis 1607. applicatæ bursæ distributionum scut. 3400. vt est in confesso apud partes, & deponunt testes Portionariorum; postmodum de dicto anno 1607. vigore Bullæ secularizationis fuit conditum statutum, in quo disponitur, quod massę antiquę distributionum quantitas necessaria ex nouis iuribus, & bonis Canonicorum taliter addatur, vt quilibet Canonicus lucrifaciat regalia sex, & Portionarij tria in die, & horis diurnis. Quod quidem statutum fuit confirmatum 17. mensis Iulij anni 1607. ab Illustris. D. meo Cardinali Millino tunc Hispaniarum Nūtio vigore facultatis in Bulla secularizationis cōcessæ Nuncijs.

Stante hac serie facti Portionarij petebant manutentionem in possessione exigendi d. tria regalia, prætendebant enim possessionem suam probari ex testibus ponderatis in decisionibus coram me factis sub diebus 30 Aprilis, & 21. Iunii 1621. ex quibus fuit resolutum dictis Portionarijs deberi petitam manutentionem, sed repropositæ causa die 2. Maii 1622. considerata relatione, seu calculo per peritum electum facto, ex quo videbatur constare quod ab anno 1607. vsque ad annū 1611. nunquam in bursam tanta summa fuerit posita, vt singulæ dignitates, & Canonici perciperent sex regalia, Portionarii vero tria in die, & horis diuernis, cum qua relatione concordat dictum secundi testis, qui est Secretarius Capituli, & dictū quinti testis, qui modo vigore remissoriæ fuerunt examinati, ideo Domini subsisterunt, & cum vtraque pars tam Canonicorum, quam Portionariorum nouas fecerit probationes, ex probationibus Canonicorum DD. recesserunt à dictis resolutionibus, & resoluerunt non constare de possessione Portio-
1 nariorum recipiendi dicta tria regalia, † tum

quia

quia testes Capituli sunt melius informati, cum etiam quia verisimilia deponunt, quam testes Portionariorum, vt patet ex contextu depositionum, de quibus statim dicetur, *vt in similibus terminis Rota resoluit coram Sanc. me. Greg. XV. in decis.* 100. & 139. 2 † Quibus testibus etiã quod sint de Capitulo est credendum, cum sua intersit, quod Portionarij vincant, & ex eorum victoria eis portio augeatur, 3 *Modernus Roman. de testibus quæst.* 60. *num* 460. † præsertim cum ex alijs in facto ponderatis eorum depositiones coadiuuentur. *Gabr. de testib. concl.* 5. 4 *nu.* 7. † nec dicuntur subornati, aut instructi ex eo quod eis articuli fuerint ostensi, *Seraph. decis.* 114. *nu.* 4. & 5. *Modernus de testibus quæst.* 67. *nu.* 286.

Testes namque Capituli deponunt, quod sicut Capitulum antedictum, statutum nõ posuit in massam distributionum pro ordinaria, nisi solidos 30. pro prima, pro tertia, & sexta 142. & den. 3. & pro nona 40. & den. 10. pro vesperis 104. & den. 2. pro completorio 30 & diebus sabbati 34. ita eamdem quantitatem post dictum statutum posuit die 1. Aprilis 1607. vsque ad annum 1611. & sic post confirmatum statutum, quod vt dictum est, fuit cõfirmatum 17. Iulij 1607. ita secundus testis ibi, & scit, quod à dicta die 1. Aprilis dicti anni [scilicet 1607. de quo loquitur] vsque ad annum 1611. nõ fuerunt variatæ, nec mutatæ distributiones, & tertius testis ibi, & scit iste testis quod Capitulum 1. die Aprilis 1607. posuit in bursam distributionum &c. quantitates contentas in articulo [quæ sunt quantitates supradictæ] & infra dicit quod vidit, & scit in dicto tempore, videlicet ab anno 1607. vsque ad annum 1611. maiorem quantitatem in bursam non fuisse positam, & prædicti duo testes, necnon, duo alii expressè, & clarè deponunt, quod nunquam dictum statutum fuit executioni demandatum, *vt patet in Summario num.* 3. & 4.

Hæc depositio testium coadiuuatur ex confes5 sione Portionariorum factã in libello, † quæ probat, *l. cum precum, C. de liberal. causa*, loquiunt enim quod Decanus, & Capitulum sunt soliti dare pro prima sol. 30. pro tertia, & sexta sol. 142. den. 3. pro nona 40. solidos, & denarios decem, pro vesperis sol. 104. & den. 2. et pro completorio solid. 30. et in diebus sabbati 34. et subdunt, quod à multis annis, et temporibus citra, et vsque ad præsens continuè extiterunt, et existũt in iure, vsu, et pacifica possessione percipiendi, et exigendi dictam summam, et sic cum fateantur quod con6 tinuè exigerunt dictam summam, † dictio, continuè denotat absque temporis interuallo, *l. apud Aufidium, ff. de optione leg. l. qui vxor. ff. de iniusto rupt. Cened. pract. & Can. qq. singul.* 74. *num.* 1. et propterea excludunt quod perceperint regalia tria qualibet die cum prædicta summa non sufficiat pro tribus regalibus pro quolibet dictim habendis, vt patet ex relatione prædicta calculatoris à Rota deputati.

Non obstant testes examinati pro parte Portionariorum, qui quatuor sunt, nam primus, et tertius nihil dicunt de applicatione facta iuxta formam Statuti, secundus iux. 13. et iux. 14. ignorat, an Capitulum applicauerit iuxta formam Statuti, et super 54. deponit de applicatione sc. 3400. de qua non agitur, quartus iuxta dictum 13. deponit de auditu de applicatione, sed æquiuocat, et confundit terminos applicationis iuxta formam Statuti ad applicationem summæ scu. 3400. quæ non controuertitur, et propterea licet isti testes deponant de perceptione regalium trium iuxta formã Statuti, vel sunt intelligendi quod aliquando hoc euenerit propter absentes, qui non fuerunt lucrati distributiones, vel magis est standum depositionibus aliorum testium propter rationes prædictas, maxime cum, vt dictum est, illi testes satis æquiuocent circa applicationem, et prædicta procedunt etiam non consideratis exceptionibus, quę dantur contra illos testes, quas non fuit opus discutere, cum prædicta sufficiant.

Et ita conclusum, etc.

Remboldo

Spoletana Attentatorum

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

S V M M A R I A.

1. *Attentata sunt omnia gesta post inhibitionem.*
2. *Inhibitio siue iusta, siue iniusta semper est timenda num.* 4.
3. *Commissio appellationis à mandato de manutenendo signantur cum clausula, sine praiudicio mandati de manutenendo.*

Decisio DIV.

FVit dictum, constare de attentatis, quia Inhibitio Rotalis fuit obtenta die 20. Augusti 1622. citato personaliter Procuratore illorum de Zaccheia, & in partibus exequuta die 9. Septembris eiusdem anni contra Theophilum tutorem, & curatorem eorumdem de Zaccheia, & nihilominus tali inhibitione non obstante fuit die 20. Septembris obtentum mandatum de associando, & 27. eiusdem capta possessio bonorum partim à dicto Theophilo, & partim ab Antonio ad hunc actum capiendi possessionem deputato, *vt in summario num.* 4. & 5. vnde dubitari non potest, quin omnia post d. Inhibitionem gesta sint attentata, *cap. nõ solum in fin. de appell. Verall. dec.* 93. *lib.* 2. *Achill. dec.* 29. *de appell. cum alijs per Lãcell. de attent. post inhib. par.* 2. *cap.* 20. *num.* 233. & *seq.*

Non obstat, quod commissio, vigore cuius fuit obtenta d. inhibitio, emanauit occasione appellationis a mandato de manutenendo, quod fuit concessum soli Victorio. Quia eadem commissio comprehendit etiam alios de Zaccheis, & in specie causam associationis, de qua agitur, per dd. de Zaccheis intentatam, non solum quia de hac causa associationis fit specifica mentio in d. commissione, verum etiam quia per d. commissionem fuerunt commissæ causæ, quas Carolus, & consortes habẽt & habere volunt cum assertis filijs, & hæredibus q. Petri Blasij de Zaccheis, vt clare ex ipsius lectu1 ra apparet, † atque ita procul dubio continet etiã d. causam associationis, *Hond. cons.* 27. *num.* 45. *lib.* 1. *Rot. dec.* 18. *sub num.* 3. *in addit. de rescript. in nou. & dec.* 187. *num.* 6. *par.* 2. *diuer. & fuit dictum in Perusina Spolij, seu Melioramẽtorũ* 17. *Iunij* 1619. *coram me.*

Et in omnem euentum cũ dicta inhibitio fuerit specialiter contra dd. filios Blasij concessa, & contra ipsum tutorem, vt dictum est executa, non potuit sub prætextu non cõprehensis sperni, quia 2 † inhibitio siue iusta, siue iniusta semper est timenda, *Rot. decis.* 26. *in fin. de appell. in antiq. Put. decis.* 385. *lib.* 2. *Card. Mantic. dec.* 345. *nu.* 4. & *seq.*

3 Minus facit, † quod dicta commissio signata apparet cum clausula, sine præiudicio mandati de manutenendo; quia non agitur de mandato de manutenendo concesso Victorio, seu illius executione, sed de executione mandati de associando con-

concessi ad fauorem aliorum filiorum, & hæredū q. Petri Blasii de Zaccheis, cuius mandati de associando executio non fuit in dicta commissione Iudici à quo preseruata, immo ad effectum, de quo agitur, sufficit, quod erat dubium, an executio d. mandati de associando esset, vel non esset Iudici à 4 quo preseruata; † In dubio enim sēper intrat regula, quod inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda, *Mandos. de inhib. q. 93. in fin. vers. in vnico casu. Lancell. de attent. post inhib. limit. 26. num. 7. Card. Seraph. dec. 53. &c.*

E O D E M

Reatina Census

Veneris 6. Februarii 1626.

S V M M A R I A.

1 *Sententia inter alios lata non afficit tertium non citatum, & sibi competit manutētio. & n. 6. & 7*
2 *Lim. si habuerit scientiam litis, quod tamen sublimitatur multis modis. vt num. 4.*
3 *Sublim. si tertius fuerit tantum domi citatus, & non constet de mandato eius, qui comparuerit.*
5 *Sublim. quando ius tertij non fuerit in illud iudicium deductum.*
7 *Sublim. quando tertius est in possessione.*
8 *Sublim. quando defensio ad tertium primo loco non pertinet.*

Decisio DV.

FVit dubitatum, an sententia lata ad fauorem Fratrum de Paluzzellis super immissione in possessionem Palatij, de quo agitur, retinendam, † sique quo illis fuerit satisfactum de fructibus cuiusdam census ad eos spectantes præiudicet D. Cardellæ, ita vt stante dicta sententia ipsi non possit competere manutentio in quasi possessione exigendi census super eodem Palatio impositum.

Et Domini responderunt d. sententiam nō præiudicare.

1 Regula n. est, quod † sententia tertiū nō citatū nō afficit, *Bald. in l. ab eo. n. 17. C. quom. & quand. Iud. Salyc. in l. 1. num. 8. C. si aduers. rem indic. Bero. cons. 102. num. 41. lib. 2. Rot. dec. 500. nu. 8. par. 1. & dec. 759. nu. 1. par. 2. recent.*

2 Non obstat, quod † dicta regula non procedat, quando ille tertius habuit scientiam litis agitatæ inter alios, *l. sæpe. & ibi Alex. num. 13. ff. de re iud. Abb. in cap. cum super. num. 18. & ibi Felyn. nu. 15. eod. tit.*

Quia, vltra quod non probatur, quod D. Cardella habuerit scientiam litis inter Paluzzellos, et Bonadies agitatæ, neque ea elici potest ex prætensa citatione, et comparitione Procuratoris d. Car-3 delle, † quia citatio fuit facta domi dimissa copia, et non constat de mandato illius, qui dicitur comparuisse nomine dictæ Cardelle. Dato etiam quod probaretur d. scientia, adhuc non posset præiudica-4 re d. Cardellæ d. sententia, quia † conclusio, quod sententia inter alios lata tertio scienti præiudicet multas patitur declarationes, de quibus, *per DD. in d. l. sæpe. Abb. Felyn. & alij in d. cap. cum super. Couar. pract. quæst. cap. 13. numer. 5.* et inter 5 alias, quæ huic casui adaptari præcipue videntur, † quod dicta conclusio non procedat, quando ius illius tertij non fuit in iudicium, quod agitabatur inter alios, deductum, *vt per Alex. in d. l. sæpe. n. 6. vers. ex quibus habes.* vbi dicit, hanc esse notabilē limitationem ad omnia iura volentia, quod sententia lata cōtra vnum noceat tertio citato, cuius interest; et in casu isto ius D. Cardellæ non fuit in iudicium, quod agebatur inter DD. Paluzzellos, et Bonadies deductum, quia in illo iudicio non fuit actum de censu, quem habet D. Cardella super dicto Palatio, aut saltem non constat de iden-6 titate dicti census, et † interim non debet sua possessione priuari, nec sententia in d. iudicio lata præiudicat D. Cardellæ, *ex supra allegatis.*

7 Rursus † nō præiudicat sententia tertio scienti, quando tertius est in possessione, tunc enim per huiusmodi sententiam tertius non priuatur sua possessione, sed sententia nocet tantum tertio ad effectum, vt non possit impedire executionem, quando alius est in possessione, aut possessio est vacans, secus vero si ille tertius est in possessione, eo enim casu non citatus nō priuatur possessione, *Innoc. in cap. quamuis. de re indic. Achill. de Grass. dec. 6. eod. tit.* atque ita cum D. Cardella sit in possessione exigendi d. censū dicta sententia ei quoad possessionem non præiudicat, sed sibi imputent Paluzzelli, qui eamdem D. Cardellam legitime citari non fecerunt.

8 Præterea addi potest alia limitatio, † quod d. conclusio non procedit, quando defensio non pertinet primo loco ad tertium, *vt per Abb. in cap. pan. num. 6. ad fin. de sent. & re iudic. Couar. d. cap. 13. num. 7.* et ista etiam limitatio huic casui adaptatur, quia defensio litis agitatæ inter Paluzzellos, et Bonadies non spectabat principaliter ad D. Cardellam. vnde etiam ex isto capite sentētia ei non præiudicat.

Et ita etc.

R. P. D. Merlino

Ariminen. Fideicommissi

Die Lunæ 12. Februarij 1624.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur ex instrumento executionis mādati de immittendo, in quo executor asserat ea bona tunc per talem possessa.*
2 *Executoribus creditur tam respectu apprehensionis possessionis ad alicuius fauorem, quam respectu anterioris possessionis alterius.*
3 *Sententia, & Iudicis mandatū cum subsecuta executione priuat primum possessorem naturali, & ciuili possessione.*
4 *Intellige si rite, & recte processum fuerit.*
5 *Tertius qui emit lite pendente, est nihilominus in executione citandus, vt possit deducere suas defensiones. Contrarium num. 6. Decl. vt num. 7. & seqq.*
8 *Bona litigiosa sententia stante absolutoria, & pendente instantia, possunt alienari, nec illa emens dicitur intrusus.*
9 *Possessor bonæ fidei est in executione citandus, etiā quod possessionem acquisierit lite inter alios pendente.*
10 *Executio facta super re ab alio non citato etiam possessa non tenet.*
11 *Ampl. etiam si tertius habuisset causam à condemnato, & eo fortius si ab absoluto.*

De-

Decis. DVI.

FAbritio, et litis consortibus solum informantibus fuit dictum, dandum esse mandatum de manutenēdo in possessione bonorum, de quibus agitur.

1 Quoniam † de eorũ possessione visum fuit sufficienter constare ex instrumento executionis mādati de immittendo, et adeptionis possessionis ad fauorem Alexandri Giorgini, et consortium, vbi executor asseruit, bona, de quibus nunc agitur, tūc temporis, possessa fuisse per ipsum Fabritium, et

2 socios, † hisce autem relationibus executorum creditur, ne dum quoad apprahensionem possessionis in fauorem illius, qui fuit immissus, *Rot. dec. 211. num. 2. par. 2. recent. & alias sapius*, sed etiā quoad anteriorem possessionem eorum, qui tempore possessionis, et immissionis erant in possessione, *Balyc. in l. ob meritorum. num. 2. C. ne vn. pro marit. Tiraq. de retract. consang. §. 8. gl. 9. num. 22. Menoc. de adipisc. remed. 4. num. 925. Rot. coram s. m. Greg. XV. dec. 420. num. 4. & coram R. P. D. meo Buratto in Bononien. Pecuniaria 20. Iunij 1616.*

3 Nec obstat, quod † per sententiam, et mandatū Iudicis subsecuta dicta executione videantur Fabritius, et consortes priuati prima eorum posses-

4 sione tam ciuili, quam naturali; Quoniam † procederet, si rite, et recte processum fuisset, *Rot. decis. 359. num. 2. & dec. 664. in fin. & dec. 624. num. 1. par. prima, & millies alias*, hic autem omisso articulo de iniustitia, quam Domini crediderunt non esse opus ingredi, videbatur nullitee facta dicta executio, cum Fabritius, & alii possessores non fue-

5 rint citati; † qui licet bona emerint lite pendente nihilominus necessaria videbatur eorum citatio in executione, vt possent suas deducere defensiones, *secundum opinionem Dec. cons. 97. num. 2. Hond. cons. 20. num. 43. lib. 1. Natt. cons. 350. num. 4. lib. 2. Lancell. de atten. par. 2. cap. 4. in praefat. num. 462. & Rot. apud Card. Mantic. dec. 7. num. 4. & etiam coram R. P. D. meo Baratto in Veneta Donationis 15. Aprilis 1616.*

6 Et † quamuis alii dissentiant, vt immo executio sententię fieri possit contra tertios possessores etiam non citatos, si pendente lite in possessionē se intruderint, prout dissentiunt, *Bald. in l. fin. num. 1. C. de seru. fugit. Conr. pract. q. c. 15. nu. 3. & multi congesti à Surd. cons. 335. num. 3. & in hoc articulo ancept fuerit Rota in Mantuana Bonorum 10.*

7 *Decembris 1612. coram* R. P. D. *meo Vbaldo*; † attamen hic plura videbātur concurrere, ex quibus res plenior reddi posset.

Concurrit enim, quod in partibus fuit lata sententia absolutoria pro hæredibus grauatis contra Giorgium, et alios prætensos fideicommissarios, quæ transitum fecit in iudicatum, cum per 14. annos dicti fideicommissarii acquieuerint; Vnde

8 perempta fuit instantia, † et consequenter bona potuerunt alienari, et cessat intrusio respectu Fabritii, et consortium, qui emerunt, *Bart. in l. 1. §. fi. num. 3. in fin. ff. de litig. Gabr. cons. 31. num. 16. lib. 2. & late Hond. d. cons. 20 num. 36. & seqq. lib. 1.*

Concurrit etiam, quod emptoribus nulla fraus et dolus videtur posse adscribi, Tum quia titulo oneroso dicta bona acquisiuerunt, Tum quia illis tunc ac non innotuerat aliqua lis, vt præsumitur, aut, si innotuit, verisimiliter etiam innotuit sententia absolutoria vna cum peremptione instantiæ, et ideo erant citandi in dicta executione bonorum,

9 † quæ tunc per eos bona fide possidebantur, *Castr. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. num. 8. vers. debet tamen. ff. de re iudic. Rota in dicta Mantuana coram R. P. D. meo Vbaldo.*

10 Quibus etiam addebant, quod † executio facta fuit super eadem re contra alios possessores in iudicio non citatos, et proinde executio non videtur posse saluari, *Hond. d. cons. 20 num. 43. & seqq. Rot. apud Card. Mantic. dec. 7. num. 4.* qui loquitur

11 in fortioribus terminis, et † tertius possessor sit citandus, etiam si habuisset causam à condemnato per sententiam; hic autem Fabritius, et consortes habuerunt causam ab absolutis per sententiam etc.

Et ita etc.

Remboldo

Asculana Spolij

Lunæ 29. Martij 1621.

SVMMARIA.

1 *Ægidiana non intrat, vbi sententia est nulla, vel notorie iniusta.*
2 *Sententia sine citatione nulla est.*
3 *Paria sunt, quod nulla citatio, vel minus legitima interuenerit.*
4 *Mandatum à defuncto factum reuocatum dicitur per comparitionem filij, & hæredes.*
5 *Citatio contra procuratorem reuocatum non tenet.*
6 *Procurator dominus litis effectus reuocari non potest.*
7 *Fallit consentiente procuratore, & aduersario. Decl. & ampl. vt num. 8. & 9.*

Decisio DVII.

1 FVit dictum non esse locum Ægidianæ, quia † illa non intrat, quando sententia est nulla, vel notorie iniusta, *Contard. in l. vnic. 4. C. si de momen. poss. Natt. cons. 172. num. 4. Put. dec. 4. dec. Ægid. cum alijs adductis in vna Beneuentana Domus 4. Maij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

2 Et in casu isto † sententia apparet nulla, quia deficit citatio ad sententiam, cum fuerit citatus Zaccadorus, qui tamen nullum habebat mandatū à Petro Paulo, contra quem fuit lata dicta senten-

3 tia, et † paria sunt, quod nulla citatio, vel minus legitima præcesserit, *Gabr. cons. 40. sub num. 4. & seq. lib. 1. Rolan. cons. 22. numer. 13. lib. 1. Ceph. cons. 304 num. 17. & cons. 661 num. 24. & seq. lib. 5.*

Nec obstat, quod dictus Zaccadorus fuit procurator Ioannis Pacifici patris Petri Pauli, cum quo lis fuit cœpta: quia præterquam quod post mortē Ioannis comparuit in iudicio Petrus Paulus vti fi-

4 lius, & hæres dicti Ioannis, † et per hanc comparitionem fuit mandatum dicti Zaccadori extinctū c. pen. de proc. in 6. Card. Seraph. dec. 800. n. 3.

5 cessat etiam difficultas ex eo, † quod vsque de anno 1595. fuit ab eodem Ioanne d. mandatum Zaccadori reuocatum, *vt in summario dicti Petri Pauli. num. 1.*

Non obstat, quod videatur non potuisse post litem contestatam reuocari, quia, licet regula sit,

6 quod † procurator dominus litis effectus non pos-

7 sit reuocari, *cap. 2. de procur. in 6.* † id tamē fallit, si ipse procurator, et etiam aduersarius consentiat *Paul. de Castr. in l. quæ omnia. num. 2. ff. de procur. Card. Seraph. dec. 195. num. 1.*

Et quoad procuratorem quidem, *vt in d. decis.*

8 *Card. Seraph.* dicitur, † nō multum curatur de ipsius consensu, quia eius contradictio non impedit effe-

ctum reuocationis io præiudiciũ reuocantis,sed id facit tantum,vt pro conseruatione suæ famęc o gnoscatur, an sit iuste reuocatus.

Quo vero ad partem,cuius interest oon habere litigare cum noua persona non instructa, † sufficit quod etiam tacite consenserit, *Paul. de Castr. in d.l.quæ omnia.num.2.ff.de procur.* & io casu isto constat,ne dum de consensu tacito, sed etiam expresso,quia Petrus Paulus procurator à dicto Ioãne constitutus oon solum elegit domicilium, & post mortem eius patris oon contradicente aduersario causam reassumpsit, & protellatus fuit,non citari Zaccadorum, sed fuit etiam ab ipso aduersario pro principali agnitus, *vt patet ex datis in summario à num.3.vsque ad septimum.* Vnde negari non potest, quio dictæ reuocationi consenserit, & quod prr consequens dictus Petrus Paulus, autem Zaccadorus erat citandus.&c.

R.P.D. Merlino

Ariminen. Fideicommissi

Veneris 31. Maij 1624.

SVMMARIA.

1. *Possessio primi possessoris probatur ex assertione executoris,qui immisit secundum.*
2. *Executor,qui immisit secundum possessorem attestanda de possessione primi,præsumitur id fecisse præuia informatione.*
3. *Immissio à Iudice nulliter data non priuat possessione.*
4. *Citari debet in executione,qui emit lite pedente, & possidet.*
5. *Limit.procedere si titulo oneroso,& bona fide secus si alienatio fuerit aperta dolosa,& in fraudem parata executionis,& titulo lucratiuo.& num.7.*
6. *Litigiosa dicitur res etiam deserta instantia appellationis,si pendeat instantia nullitatis æque principaliter introducta.*
8. *Sententia cum Procuratore damino litis effecto dirigi debet in eumdem Procuratorem.*
9. *Decretum de immittendo prima sententia non reuocata nullum est.*
10. *Appellabilis semel facta causa ad fauoram vnius partis remanet etiam appellabilis ad fauorem aduersarij.*

Decisio DVIII.

Quoad Fabritium Soleriũ fratres de Zacniculis,& Catherioam,alias la Spagnola Domioi steterunt in decisis coram me sub die 12. Februarii præteriti, scilicet ipsis dandum esse mandatum de manutenendo, quia † de possessione prædictorum constat ex assertione executoria, qui immisit in possessionem Giorginos, quæ assertio, quod nempe ea bona tunc temporis possiderentur à dictis Fabritio, & fratribus de Zanniculis,& Catherina bene probat,† cum præsumatur, quod executor præuia informatione de dicta possessione deposuarit,*ita Salyc.in l.ob meritorum.nu.2.C.ne vx.pro marit. Menoch.de adipisc. remed.4.nu.924.& 925.& Rot.coram S.M. Greg. XV.dec.402.num.4.& in Bononien. Pecuniaria 20. Iunij 1616. caram R.P.D. meo Buratto,cum alys allegatis in decisione.*

Neque † decretum Iudicis de immittendo in fauorem Giorginorum,& ipsa immissio subsecuta priuauit prædictos Fabritium, & Zanniculos, & Catherinam prima eorum possessione, quoniam nulliter processum fuit non citatis ipsis possessoribus,† qui tamen, quamuis lite peodente emerint, erant citandi, *Hond.cons. 20.num.43.& seq.vsque ad num.53. lib.1. Rot.coram Card. Mantic.dec.7. num.4.& secundum alios in prima decisione congestos.*

Quibus nec repugnat decisio in Interamnen. Bonorum 17. Decembris 1610. coram Reuereodissimo D. meo Caualerio; Quoniam † ibi lite peodente alienatio fuerat aperte facta dolose, & io fraudem paratæ executionia, & titulo lucratiuo donationia, hic autem facta fuit titulo onerofo,& bona fide propter sententiam absolutoriam latam ad fauorem alienantium,quæ transitum fecerat io iudicatum. Et quamuis fuisset à sententia appellatum, & † esset deserta instantia appellatioois, non autem instantia nullitatis, & iniustitiæ æque principaliter commissa, & sic res esset litigiosa, *Gayl.obseru.131.nu.6.lib.1.Rot.dec.33.num.6.par 3.diuers.& dec.151.nu.2.par.prima recent.* † Ac tamen stante longa acquiescentia partis, quæ diu tacuit post commissam d.causam, negari oon potest, quio alienantea, & ij, in quos fuit facta alienatio, & qui litem ignorabant, vt præsumitur, & pretium soluerunt, fuerint in bona fide ad effectũ vt non dicantur penitus iostituti pendente lite, adeo vt non debuerint citari, *secundum allegatos Doctores.*

Quo vero ad reliquos possessores,quos informãtes pro Giorginis dicunt fuisse citatos,vel eorum Procuratorem,aut assertos auctores,quamuis multa deducantur cõtra dictas citationes,quod nempe mandatum procuratoris expirauerat per mortem constituentium,& quod hereden non fuerant citati, nec verba sententiæ directa contra procuratorem,prout † dirigi debebant,*secundum Bald. & Alex.in l.nulla.C.de procur. Becc.cons.* 810.nu. *3.vers.non omitta.* & aliæ etiam nullitates,quatenus hæc citationia quoad istos deficeret,opponerentur, scilicet, quod decretum vltimum emanauerit oon reuocata prima sententia de partibus contra Giorginos lata, † prout alias in terminis decreti de immittendo necessariam esse huiusmodi reuocationem primæ senteotiæ, *dixit Rota in Anconitana Hæreditatis 11. Martij 1616. coram R.P.D. meo Vbaldo.* Et quod,† cum semel causa esset facta appellabilis per appellationem interpositam à fideicommissariis à dicta sententia lata in partibus,remanserit quoque appellabilis ad fauorem possessorum,& sic non fuerit locus viæ executiuæ. Nihilominus Domini iodulserant, vt contra istos,qui prætenduntur quoquo modo citati,iterũ Giorgini audiantur.

Et ita vtraque parte informaote.&c.

R. D. Coccino

Alerien. Pensionis

Luna 1. Iulij 1624.

SVMMARIA.

1. *Solutio vnica sufficit ad effectum mandati de manutenendo.*
Soluens nomine alterius notabilem pecuniarum summam præsumitur habere mandatum. Ampl vt num. 4.

3 *Ia-*

3 *Iactare quis suum non præsumitur.*
5 *Solutio partis termini præiudicat tam ad effectum ratificationis alterius solutionis, quam ad effectum mandati de manutenendo.*
6 *Pensionis titulum habens vniuersalem ex receptione partis constituitur in quasi possessione recipiendi totum.*
7 *Iurisdictionis parte si quis nõ habens titulum vsus sit, non dicitur acquisiuisse quasi possessionem, nisi quoad illam partem si vero titulum habeat, tunc ex quasi possessione in vno actu dicitur acquisiuisse quasi possessionem respectu totius, prout sic præsumitur habuisse animum.*
8 *Certioratio principalis præsumitur ex conuenienti temporis interuallo.*
9 *Pensionis terminus integer ad translatarium spectat, nec inter haeredem, & cum diuidi debet, si antequam dies venerit transferens decesserit.*

Decisio DIX.

BO. me. Cardinalis Saulius in bona existẽs valetudine pensionem scutorum 1000. auri in auro alias sibi per Felic. record. Greg. XIV. reseruatam super fructibus mensæ Episcopalis Alerien. vigore facultatis sibi concessæ à S. M. Greg. XV. 9. Martij 1621. transtulit in D. Antonium Mansionum, qui à Banco D. Iustiniani duas partitas exegit, prima scilicet 9. Martij 1623. scuta 500. auri in auro stamparum vigore ordinis dati per Patrem Benedictum Iustinianum Clericum Minorẽ Episcopi fratrem carnalem, qui ordo continebat, *Sarà contenta di pagare scudi 500. d'oro in oro al Sig. Antonio Mansione, è dite, sono per la pensione di scudi 1000. simili sopra i frutti della Chiesa d'Aleria trasferita dal Sig. Card. Sauli in testa sua per lettere, e breui Apostolici, e questi scudi 500. se gli pagano per il termine di S. Giouanni 1622. &c.* Secundam vigore ordinis in eodem Banco per eundem Patrem Iustinianum dati sub die 8. Iulij 1623. scutorum 418. stamparum per hæc verba, *Quali può pagare à bon conto della pensione, che hà sopra i frutti della Chiesa d'Aleria, e questi dell'annata maturata in Natale prossimo passato, &c.* Stante hac serie facti dubitaui, An D. Antonio esset dandum mandatum de manutenendo; quod affirmatiue resolutum fuit, quia de eius possessione constat saltem ex secunda solutione, † quę licet vnica, sufficeret, cum versemur in incorporalibus, *Rip. in c. tam Ecclesia Sutrina nu. 53. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 17. nu. 1. part. 2. & fuit resolutum in his terminis in causa Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. coram R. P. D. meo Vbaldo, & nouissimè in causa Calaguritana Pensionis 17. Iunij huius anni coram Reuer. D. meo Patriarcha.*

Quod autem dicta solutio sufficiat, etiam quod non constet de mandato P. Benedicti Iustiniani, qui soluit nomine Episcopi fratris, satis elucescit cum P. Benedictus soluerint primam summam scutorum 500. auri in auro, et deinde secundam scutorum 418. similium, † quare sine dubio præsumitur soluisse de mandato Episcopi, *Rot. decis. 2. de caus. poss. & propr. in antiq.* quæ mouetur ea ratione, quia † quis non præsumitur iactare suum, *Cassad. decis. 3. sub num. 4. vers. item secundum Rot. de procurat. S. M. Greg. dec. 275. num. 3.* Neque est facienda vis, quod ad sint duæ tãtum solutiones, quia † licet *Rota d. decis. 2.* loquatur quando retroactis temporibus fuit facta solutio, tamen Cassadorus firmat sufficere constare de tali solutione antecedenti, quæ alias si probaretur legitime facta, sufficeret ad manutentionem, quia solutiones postea factæ satis censentur factæ de mandato Domini, quod maxime procedit in hac facti specie, vbi nedum concurrit titulus D. Antonij, scilicet translatio pensionis, sed etiam quantitas soluta, et qualitas soluentis, qui non solum est frater Episcopi, sed persona Religiosa, quę non est verisimile, quod 5 voluerit fratrem supplantare, † vnde eo magis prę sumitur mandatum, *ex late congestis in prædicta dec. S. M. Gregor. 275. num. 3. & ibi Add. in littera C.* Eoque magis prædicta videntur procedere, quia post dictam translationem D. Modernus Episcopus, videlicet de mense Maii 1622. fuit in Curia, vnde non est verisimile, quod conciuis, et bo. me. Cardinalis Sauli domesticus de dicta translatione hoc est de re sibi spectante nullam relationem habuerit.

Neque obstat, quod istæ coniecturæ elidantur, ex quo paulo prius soluebatur bo. me. Cardinali Saulio, hoc enim nihil facere videtur, cum non sit verisimile, vt dictum est, quod frater, et ex ea Religione, qui viuit in maxima puritate voluerit supplantare fratrem cum tam notabili prę iudicio cõstituendo Iuuenem in quasi possessione exigendi pensionem, quæ alias fuisset soluenda Octuagenario seni, eoque magis quia credendum est, vt modo fuit consideratum, D. Episcopum de translatione satis notã habuisse notitiam, sed cessat omnis difficultas, quia, cum à solutione prima vsque ad secundam quatuor menses interuenerint, non est dicendum, quod P. Benedictus minime certiorasset, fratrem, de eius ordine, non fecerit secundam solutionem, alias enim frater, & persona Religiosa de maxima iniquitate redargueretur, quod dicendum non est, & hæc vltima solutio est, quæ præsumitur facta de mandato Episcopi, & inducit ratificationem primę ita vt de possessione D. Antonij non sit ambigendum, *Rot. d. decis. 2. Cassad. & alij supra allegati.*

5 Et † illa vltima solutio, licet non sit pro integro termino, suffragatur, quia aut ex illa agitur ad ratificationem primę, & parum refert, quod non sit pro toto termino, aut agitur, vt ex illa concedatur 6 manutentio, & pariter suffragatur, quia, † cum D. Antonius habeat titulum vniuersalem translationis pensionis ex receptione partis constituitur in quasi possessione recipiendi totum, *Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. num. 1. vers. nam probatur ff. de 7 itin. actuq. priuato vbi quod*, † si quis non habens titulum vsus est parte iurisdictionis, non acquirit possessionem, nisi quoad illam partem, si vero habet titulum, tunc ex quasi possessione in vno actu acquirit possessionem respectu totius, quia censetur habere animum acquirẽdi totum, *Gig. de pension. q. 34. per tot. & signanter ante nu. 1. vers. circa prima, & fuit in terminis nostris resolutum in dicta Spoletana Pensionis, & Calaguritana, in qua Rota sequitur Bart. in d. §. si quis hoc interdicto.*

Neque potest fieri fundamentum, quod à solutione primi termini, vsque ad solutionem secundi interuenerint tantum quatuor menses, qui non sufficiunt, vt in isto tempore Ciuitas Alerien. possit peti, & ex ea responsum haberi, vt testes videntur 8 deponere, † & sic P. Iustinianus non poterat Episcopum certiorare. Quia, quidquid sit, si quis vellet ab Vrbe tempore hiemali per mare discedere, est repetendum, quod prima solutio fuit facta de mense Martij, secunda de mense Iulij, & sic tẽpus intermedium aptissimum est ad nauigandum, & sufficiens est, vt quis ex Vrbe Alerien. erat, & redeat, vt deponunt ipsimet testes. Vlterius fuit etiam consideratum, quod litterę transmittuntur Ianuam per Tabellarium, qui expeditis Equis accedit, vbi adest continuo traiectum ad Insulam Corsicę, quæ est sub dominio Ianuensi, vnde eadem intra

intra tempus quatuor mensium, sed longe minus Epistolæ possunt transmitti, & recipi responsiones, vt in si se, quæ data fuit, & res est notoria apud illos, qui orbis situm aliquo modo notum habent, & cessaret omnis difficultas, si admitteremus, vt verisimile est, quod D. Episcopus de hac translatione in Vrbe notitiam habuerit.

Neque verum est, quod constet de contrari mente D. Episcopi ex litteris per ipsum datis. Nam, si attendamus litteras datas D. Iustiniani Fratri sub die 15. Ianuarij 1623. nihil faciunt, quia dum dicunt, *Per le pensioni de Sig. Cardinali Sauli è Borghese*, possunt intelligi demonstratiue ad initium reseruationis pensionis factæ bo. me. Card. Saulio, & sic litteræ sine dubio essent interpretandæ admissa Episcopi notitia translationis in Vrbe.

Sed cessat omnis difficultas, quia pensio primo loco fuit soluta D. Antonio 9. Martij 1623. & sic epistolæ longe præcedunt solutionem, et medio tempore D. Episcopus potuit certiorari de prescripta translatione, nec remaneat, de quo dubitandum sit, quia cum dicta prima solutio fuerit facta D. Antonio, et sic etiam secunda, ex secunda saltem, vt supra, fuit acquisita possessio; litteræ vero Ianuar. datæ per Iustinianum sub die 25. Ianuarii, et 4. Martii eiusdem anni, dum loquuntur de pensionibus Cardinalium, habent responsiones, de quibus supra, et loquuntur de ordine dato per prima scilicet ante diem 25. Ianuarii; aliæ enim litteræ dependent ab illa data ab eodem Iustiniano die 25. Ianuarii, et sic cum solutiones factæ D. Antonio fuerint factæ longe post, dictus ordo longe anterior non sufficit, quia potuit mutari, prout mutatus censetur saltem in secunda solutione, ex supra deductis.

Denique non releuat, quod pensio fuerit translata 9. Martii anni 1621. et tamen D. Antonius non exegerit terminos eiusdem anni, ad quem nedum terminus Natiuitatis Domini sequentis, sed etiam San. Ioannis antecedentis spectabat, licet

9 pensio fuerit translata de mense Martij, tempore antequam nata esset actio illius termini, Cardinalis transtulisset, *Put. decis. 14. lib. 3. Gabr. cons. 101. nu. 3. lib. 3. Rot. decis. 240. num. 4. in fin. part. 1. recent.* quia, quidquid sit de veritate huius facti, non nocet D. Antonio, qui potuit D. Cardinali gratiose, & post factum remittere illos duos terminos, & si non remisit, poterit agere contra hæreditatem, quod tamen non prodest D. Episcopo, respectu cuius satis est, quod doceat de possessione valida quandocumque acquisita, quæ sufficiat ad effectum manutentionis, prout ista ex superius deductis satis sufficere videtur.

Et ita conclusum fuit causa proposita, & vtraque parte informante, &c.

Remboldo

Placentina Pensionis

Veneris 14. Nouembris 1625.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio ad effectum in quasi possessione exigendi pensionem debet aliquo modo constare de illius reseruatione.*
2 *Pensione reseruata sub conditione, ea non adimpleta non competit manutentio.*
3 *Manutentio dependens à negocio principali non debetur, nisi ipso principali negocio discusso.*
4 *Solutio facta cum protestatione de non soluendo*

nisi pro rata facta liquidatione, quæ facienda erat, non suffragatur ad effectum quasi possessionis.

Decisio DX.

DOminis constitit non esse dandum mandatum de manutenendo D. Francisco.

Primo Quia non constat de reseruatione pensionis, † de qua etiam ad effectum manu-

1 tentionis in quasi possessione exigendi pensionem debet aliquo saltem modo constare, vt per *Achill. de Graff. decis. 4. de rescript.* vbi quod deneg atur manutentio, etiam si constaret, quod aliquo certo tempore exegerit pensionem, quando non constat de reseruatione, quia in primis debet constare de existentia actus.

Secundo quia ex propria confessione D. Francisci, apparet d. pensionem fuisse sub expressa conditione reseruatam, quod illa effectum sortiri deberet, postquam nonnullæ aliæ pensionis similis summæ cessassent, & etiam cum decreto, quod si contigisset per Rotam, coram qua lis pendebat, super dismembratione fructuum Canonicatus iudicari d. dismembrationem validam fore d. pensionem Decanus pro rata tantum fructuum soluere deberet. Vnde, cum fuerit postea iudicatum, locum esse factum dismembrationi, nec hactenus fuerit facta liquidatio ratæ soluendæ per d. Decanum, & minus probetur, quod aliæ pensiones cessauerint, videtur verum, ne obstare petitæ manu-

2 tentioni, defectus scilicet dictæ probationis, & liquidationis, sine qua non potest constare, quæ summa sit debita per d. Decanum, & sic hoc casu manutentio videtur pendere à negocio principali, †

3 quæ propterea non datur nisi prius discusso ipso negocio principali, *vt late fuit dictum coram S. M. Greg. XV. dec. 283. num. 4. & 5. & ibi Addent. num. 8.*

Tertio accedit, quod non constat etiam de prætensa possessione D. Francisci, ex tribus enim quietantijs in actis exhibitis primæ duæ non videtur loqui de ista pensione; tertia vero continet protestationem à Decano factam de non soluendo pensionem nisi pro rata facta liquidatione de qua sum-

4 ma; † quæ propterea tollit effectum ipsius possessionis, *Put. dec. 32. lib. 2. Seraph. dec. 403. nu. 3. cum seq. Rot. dec. 101 3. nu. 1. par. 3. diuers.*

Et ita fuit resolutum solo D. Decano informante, &c.

R. P. D. Pirouano

Cæsaraugustana Vestiarii

Veneris 27. Martii 1626.

S V M M A R I A.

1 *Agens interdicto retinendæ dicitur agere non solum obligatione personali ex contractu, vel quasi; sed etiam reali.*
2 *Obligatio personalis transit cum reali ad quemcumque rei possessorem, & num. 5. & 9.*
3 *Interdicta omnia sunt personalia in rem scripta.*
4 *Beneficij possessione dimissa, & in alium translata personalis actio rei non potest exerceri contra illum, qui possessionem dimisit, sed contra successorem.*
5 *Beneficij dimissio fieri potest etiam ad effectum se liberandi ab onere soluendi debitum ratione beneficij.*

8 *Creditor agere potest contra singularem successorem actione personali in rem scripta etiam quod regulariter contra eum non transeat obligatio personalis sine cessione.*

9 *Electio est creditoris agendi ad praestationem debitam ratione beneficij potius contra primum beneficij possessorem, quam contra possessorem nouum. Decl. vt num. 8. & seqq.*

10 *Remedium retinendae possessionis datur etiam in actionibus personalibus, vt in censu, pensione, decima, & alijs annuis praestationibus.*

11 *Decl. procedere in praestatione subiecta ratione rei, puta census, collecta, seruitutis, vel vassallaty, non autem in personalibus actionibus, & num. 13.*

12 *Possessorium lex dat, cui petitorium competit.*

13 *Petitorium non conuenit personalibus actionibus, dum agitur tantummodo ad dandum.*

14 *Fructus in interdictis non veniunt nisi à die petiti mandati.*

15 *Interdicti retinendae effectus sunt, vt possessor non turbetur, & sciatur, quis actor, vel reus sit.*

16 *Resignans resignatione adhuc non effectuata, non dicitur interim liberatus ab onere soluendi annuam praestationem.*

17 *Probatio solius possessionis sine qualitate non suffragatur, cum deficiat probatio causae possidendi.*

Decisio DXI.

CVM de anno 1619. D. Petrus Martel prouisus fuisset à Sede Apostolica de Camerariа, de qua agitur, Capitulum autem, & Prior Ecclesiae del Pilar eamdem Camerariam cum de gremio contulerint, qui possessionem cessit eidem Petro, & causam in Rota commisit, secuta post modum concordia, & dimissa Cameraria prouiso per Capitulum reseruata certa annua pensione; Canonici pro eorum Vestiario praetento ex fructibus dictae Camerariae egerunt contra D. Petrũ possessorio iudicio, vt manutenerentur in quasi possessione exigendi quantitatem solitam pro Vestiario praedicto; & dato dubio super hoc de Dominorum consensu, & hodie proposito, dictum fuit, Priori, & Capitulo non esse dandum mandatum de manutenendo.

1 Dum † enim Canonici egerunt interdicto retinendae, non tantum egerunt personali obligatio-
2 ne ex contractu, vel quasi, sed reali, † cum quia transit & personalis ad quemcumque possessorem rei,
3 † prout est de natura omnium interdictorum, quae fundatur in actione personali scripta tamen in rẽ, quam semper personalis concomitatur, *glos. in l. 3. in vers. est enim personalis actio ff. ad exhib. & in l. si tertius. §. si quis prius in vers. in personam. ff. de aqu. plu. arc. Bart. in eod. §. si quis prius num. 2. Ias. in §. quaedam num. 21. 22. & 45. instit. de act. Socin. sen. in cap. fane num. 6. vers. septima declaratio de for. compet. Menoch. in 3. remed. retin. num. 418. &*
4 † cum hodie possessio beneficij, ex quo debetur Vestiarium, fuit per Petrum dimissa, & penes prouisum à Capitulo reperiatur; contra eumdem, & non contra Petrum personalis actio rei exerceri debet, & potest, quia scilicet Vestiarium ex re debetur, & sic ex fructibus ipsius beneficij solui debet, quod Petrus defectus potestatis ob dimissam pos-
5 sessionem praestare non potest, † quam dimissionẽ facere potuit etiam, vt se liberaret ab onere soluẽdi debitum ratione beneficij, *Felin. in cap. ad audientiam il secundo num. 6. de rescript. Roderic. de ann. redit. lib. 2. q. 9. num. 68.*

Neque obstat, quod haec exceptio realitatis, & concomitantiae personalis ipsius creditoris, et sic
6 Canonicorum, dum † agere possent contra singularem successorem, etiam quod regulariter contra eum nõ trãsiret obligatio personalis sine cessione, *l. 3. in pr. ff. vsufr. quemad. cau. l. quaedam. §. 45. aute de eadem l. cum qui in princ. ff. de fruc.* non autem
7 *Petri debitoris*, † contra quem Canonici eligere possunt agere omisso nouo possessore, *secundum veriorem, de qua per Gabr. cons. 47. numer. 12. & 13. lib. 1.*

Quia non est quaestio de electione agendi, sed
8 qua actione, nam † quod personali agere possint, non impugnatur, sed quod reali sit denegandum,
9 contradicitur, ex quo † illa sequitur possessorem, vt supra dictum fuit, cuius contrarium non determinat, Gabr. nec distinctio data inter ius, et personam extinctam, et personam tantummodo extinctam videtur concludens, vt scilicet hoc secundo casu ex varietate personarum non varietur ex parte rei ius actionis secundum rationes decisionis, *Guid. Pap. decis. 629.* quia non variatur ius agendi contra successorem, nam quemadmodum ex remedio retinendae poterant Canonici agere ante cessionem contra Petrum probatis requisitis, eodẽ modo sublata eadem persona possunt agere contra successorem.

10 Quod si ad huc replicetur, † in personalibus actionibus nõ etiã denegari remediũ retinendae possessionis, vt in censu, pensione, aut decima, quae sub annuis praestationibus continentur, *secundum veriorem Canonistarum opinionem, de qua per Bald. in cap. querelam. num. 16. de elect. & alios relatos per Affl. decis. 395. num. 4. & seqq.* obiectum bene elidatur, ex eodem *Baldo in rubr. C. de fidei-*
11 *com. num. 2. respondendo ad ca. querelam*; † vt loquatur in praestatione subiecta ratione rei, puta
12 census, collectae, seruitutis, vel vassallarij, quia
13 lex dat possessorium, cui petitorium contenit, † non sic in personalibus actionibus, quibus non cõuenit petitorium, dum agitur tantummodo ad dãdum, à quo non dissentit *Affl. d. decis. 395. num 8.*

Praeterea, si etiam ad merum statum danda esset
14 manutentio pro decursis, esset inutilis, quia in interdictis fructus non veniunt nisi à die petiti mãdati, *l. in interdictis ff. de interd. Serapn. decis. 845. num. 2. & 1168. n. 3. cum alijs allegatis in Ilerden. Decimarum 24. Maij 1622. coram me*, et pro fructibus Petrus non turbat Canonicos in eorum possessione, quia caret beneficio, neque contendit eos
15 esse actores, non autem reos, † qui sunt effectus huius interdicti retinendae, *Rolan. cons. 8. num. 24. lib. 4. Beniam. dec. 79. num. 3. & 4.*

Neque est insistendum super resignatione non-
16 dum effectuata, † quasi interim Petrus nõ dicatur liberatus ab onere soluendi Vestiarium, *Paris. de resignat. lib. 1. quaest. 4. num. 73. & lib. 4. quaest. 8. num. 27.* Quia est facto cessat obiectum, maxime quia nec prouisus à Capitulo de impedimento conquestus est.

Placebat etiam Dominis pro exclusione manutentionis, quod testes Canonicorum non concludebant in dicto deficienti possessione in exigendo Vestiarium, nam in erectione huius Dignitatis Vestiarium legitur reseruatum Canonicis simpliciter, exceptis tamen illis, qui propter honores, quibus gauderent, non indigerent dicto Vestiario, nempe Prior, Sacrista, Subsacrista, Cappellanus, Operarius, Eleemosynarius, Infirmarius, Praepositus piscis, et olei, et duo Canonici in Rota, Vnde cũ hodie sint tot officia, quot Canonici, cessat probatio qualificata possessionis requisitae ad hunc effectum, dum non superfuerint Canonici simplices, qui-
17 bus Vestiarium debeatur, et † cessante qualitate probatio non est releuans, cum deficiat probatio causae possidendi, *Oldrad. cons. 257. num. 4. in fin.*

in Sabinen. Iuris pascendi 16. Ianuarij 1605. coram me.

Et ita &c.

Remboldo

Neapolitana Beneficij

Luna 22. Iunij 1626.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria non datur non constito de contrauentione, & inobedientia mandati, & executorialium, & sic de contumacia. & num. 4.*
2 *Declaratoria non potest dari ob non paritionē mandati de manutenendo contra eum, cōtra quem, nec ea citata fuit relaxatum.*
3 *Mandatum de manutenendo an possit relaxari, & exequi contra illum, qui se intrusit lite pendente ipso non citato.*
5 *Probatio plena requiritur ad effectum declaratoria.*

Decisio DXII.

DOmini censuerunt, non esse dandam declaratoriam nec contra D. Io. Baptistā, nec etiam contra D. Ottauianum. Et quidem quoad D. Ioannem Baptistam res videba-
1 tur de plano procedere, quia † non constat de aliqua contrauentione mandati, & executorialium à Rota relaxatarum, atque ita non probatur contumacia, sine qua non fertur declaratoria, *cap. contingit. il 2. & cap. sacro. de sent. excomm. vnic. Rot. dec. 385. numer. 6. par. prima in recenti. cum ibi allegatis.*

Quo vero ad Ottauianum Primo obstare vide-
2 tur, quod † mandatum de manutenendo non fuit contra ipsum, nec eo citato relaxatum.

Nec obstat, quod D. Ottauianus dicitur se intru-
3 sisse in possessionem lite pendente, †, quodque propterea potuit mandatum etiam ipso non citato relaxari, & contra eumdem executioni demandari, quia non constat de intrusione Ottauiani lite pendente; neque ea probatur ex instrumentis venditionum fructuum factarum ab eodem Ottauiano annis 1624. & 1625. & sic quod ante motam litē non potuerit esse in possessione Beneficij, de quo agitur.

4 Secundo obstat relaxationi petitę declaratorię, quod † non probatur contrauentio, & inobedientia D. Ottauiani.

Non obstant dicta duo instrumenta venditionū fructuum factarum per d. D. Ottauianum, quia, præterquam quod primum instrumentum fuit celebratum anno 1624. & sic antequam esset ei intimatum mandatum à Rota relaxatum.

Quod demum ei fuit intimatum 17. mensis Februarij 1625. *vt apparet ex datis in summario Ioannis Maria num. 7.*

Non constat etiam, quod fructus, de quibus in dictis instrumentis, spectarent ad Beneficium, de quo in dicto mandato, Et sic ex dictis venditionibus nulla resultat probatio contrauentionis quoad dictum mandatum, præsertim ad effectum de-
5 claratoriæ, † ad quem effectum requiritur plena, & concludens probatio, *Cancell. de attent. cap. 26. num. 93. & 103. Caputaq. dec. 381. par. 2.*

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Oueten. Iurisdictionis

Luna 22. Martij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Quasi possessio sola sufficit in iudicio manutentionis.*
2 *Immemorabilis requisita.*
3 *Immemorabilis non est necessaria ad effectum manutentionis, sed sufficit possessio longaua.*
4 *Collatio etiam vnica sufficit ad effectum manutētionis.*
5 *Testes contra inducentem magis probant.*
6 *Episcopus habet intentionem fundatam in iure cōferendi omnia beneficia sua diœcesis.*
7 *Possessio longaua suffragatur ad effectum manutētionis, etiam si sit contra ius.*
8 *Assistentia iuris ad fauorem Episcopi cessat in iurisdictione distincta.*
9 *Titulum habenti facilius datur manutentio.*
10 *Titulus ad effectum manutentionis non requiritur.*
11 *Concilium non tollit ius competens Inferioribus Collatoribus, dummodo fiat concursus.*

Decisio DXIII.

DOmini responderunt pro Decano, & Archidiaconis Oueten. solum informantibus, quod illis sit danda manutentio in quasi possessione iuris conferendi beneficia etiam curata existentia in districtionibus suis, seruata tamen forma Sacri Concilij Tridentini Indictio-
1 ni in Curatis, quia, cum † in hoc iudicio manutētionis sola quasi possessio attendi soleat, *§. retinēd. Inst. de interd.* ea videbatur concludenter probata ex depositione plurium testium, tam primi examinis facti coram Nuntio de anno 1587. quam secūdi facti de anno 1597. in vim remissorialium Rotæ; qui testes deponunt, Decanum, & Archidiaconos Oueten. fecisse etiam ab immemorabili tempore collationes beneficiorum suorum districtuū, easque fuisse effectuatas scientibus, videntibus, & patientibus Episcopis, tam beneficiorum simplicium, quam curatorum; & licet hoc omnes testes
2 fortassis bene concludant immemorabilem † cū omnibus requisitis, *gl. in c. 1. de præscrit. in 6.* tamē
3 † ad effectum manutentionis ista immemorabilis non est necessaria, sed sufficit, quod testes deponāt de possessione longęua per plures collationes cō-
4 probata, quinimmo † sufficeret etiam vnica collatio, *Rot. diuers. decis. 222. num. 7. par. 1. & dec. 17. num. 4. par. 4. & in recens. dec. 423. num. 1. & dec. 435. num. 1. & dec. 623. num. 1. par. 2. & dixit Rot. in Callica. Iuris conferendi 14. Maij 1621. coram bon. me. D. meo Vbaldo, & in dec. in hac causa facta 8. Aprilis 1622. coram eodem.*

Et quidem de supradicta quasi possessione non videtur posse dubitari, cum de ea deponant etiam
5 testes examinati pro parte Episcopi, † contra quē propterea multo magis probant, *Abb. in cap præsertium. numer. 6. de testib. Gabr. de testib. concl. 1. num. 14.*

Non obstat, quod hic agatur cōtra Episcopum,
6 † qui habet intentionem fundatam in iure confe-

cendi omnia beneficia suæ diœcesis, *cap. omnes basilicæ. 16. qu. 7. Felyn. in cap. cum venerabilis nu. 32. de except. Rot. diuers. dec. 416. num. 1. par. 2. in recent.* quia, 7 † cum agatur in summarissimo retinendæ, & testes deponant de longæua possessione, ea suffragatur, etiam si sit contra ius, *iuxta not. per Abb. in cap. cum venissent. nu. 8. de restit. & Franc. in cap. cũ personæ. §. fin. de priuil. in 6. Rot. dec. 595. num. 4. par. 1. diuers. & decis. 685. num. 3. par. 1. in recent. & corã Felic. record. Greg. XV. dec. 370. vbi Add. sub num. 10. vers. quando possessio est alicuius temporis considerabilis.*

Deinde cessare videtur etiam assistentia Iuris Episcopi ex statuto libri nuncupati Reg. alba, in 8 quo apparet † diuisa iurisdictio per districtus, & in suis districtibus assignata Archidiaconis, *vt in summario num. 4. Rot. diuers. dec. 121. nu. 1. & seqq. par. 1. in recent.* Iste enim liber potest etiam huic parti inseruire pro titulo suæ quasi possessionis, 9 † adeo vt eo facilius sit concedenda manutentio, *cap. licet causam. vbi Felyn. num. 9. de prob. Verall. dec. 336. par. 2. & fuit consideratum in d. dec. in hac* 10 *causa facta*, licet † ad effectum manutentionis iste titulus non requiratur, *Bart. in l. quod meo. num. 1. ff. de acq. poss. Rot. decis. 275. num. 5. par. 1. recent. & dec. 554. num. 18.*

Non obstat, quod prædicta possint procedere quoad beneficia simplicia, non autem quoad curata, quia testes deponunt etiam de quasi possessione circa beneficia curata, & dantur collationes etiã de illis, & ideo fuit resolutum, manutẽtionem esse dandam etiam quoad curata seruata forma Sacri Concilij Tridentini præuio scilicet concursu per 11 Episcopum facto, quia † Concilium nõ tollit ius competens Inferioribus Collatoribus, dummodo fiat concursus, iuxta declarationem S. Congregationis, *de qua per Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. §. 1. numer. 121. vsq. ad 126. Gonzal. sup. reg. 8. in §. 3. prohem. num. 16. & 17.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. Dunozetto

Barchinonen. Beneficij

Mercurij 5. Martij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Possessor anterior est manutenendus.*
2 *Possessor anterior non priuatur ex immissione alterius nulla, & iniusta, sed eo non obstante debet manuteneri.*
3 *Manutentio datur primo possessori non obstante sequestro per modum prouisionis apposito donec cognosceretur de nullitate, & iniustitia immissionis secundi possessoris. Ampl. vt num. 5.*
4 *Sequestrum factum à Iudice non priuat possessione.*
6 *Sequestrum etiam factum in vim clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. reuocatur, vbi concurrit nullitas ex defectu iurisdictionis.*

Decisio DXIV.

Coram bo. me. Vbaldo resolutum fuit, apponendum esse sequestrum super fructibus istius beneficij; deinde coram eodem in alia positione fuit etiam dictum, intrare arbitriũ ad effectum supersedendi, vt in decisione extensa per R. P. D. meum Merlinum die 21. Februarij 1625. Quo stante proposui dubium, An Antonio prouiso à Vicario Barchinonen. vigore mandati de prouidendo Nuntij Hispaniarum esset dandum mandatum de manutenendo, & consequenter reuocandum sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Nam de eius possessione de tempore motæ litis constat ex instrumento capt. possessionis sub die 28. Iunii 1622. *vt in eius summario numer. 1.* 1 & ideo † vti anterior possessor est manutenendus, *cap. licet causam. & ibi Doct. de prob. Rota coram Greg. XV. decis. 6. numer. 3. & dec. 40. nu. 2. & alias sæpe.*

Non obstat, quod Franciscus acceperit possessionem vigore immissionis A. C. in executionem Breuis, nam, cum A. C. non solum nulliter, sed etiã iniuste processerit, ex quo ante prouisionem Nuntij fuit probatum, fructus beneficij non excedere ducatos 24. & sic prouisio Nuntij consummauerat vacationem, & ita cessabat reseruatio, *vt fuit pon-* 2 *deratum in d. dec. R. P. D. mei Merlini*, † & consequenter Antonius non fuit priuatus sua anteriori possessione, in qua non obstante immissione nulliter, & iniuste concessa Francisco ab A. C. est manutenendus, *Rot. coram Greg. XV. dec. 105. nu. 22. & dec. 307. num. 6. & 7.*

Neque obstat, quod beneficium esset sub sequestro, quia sequestrum fuit appositum, vt deinde resolueretur, si intraret arbitrium, & cum fuerit resolutum intrare ad effectum supersedendi ob nullitatem, & iniustitiam, ac etiam constare de bono iure Antonij anterioris ex prouisione Nuntij, ex quo fuit probatum, beneficium non excedere du- 3 catos 24. † vtique ei est danda manutentio, & sequestrum est reuocandũ, vt fuit dictum in Bobien. Iuris aptandi 12. Ianuarij 1590. coram Penia, 4 † nec dictum sequestrum priuauit Antonium sua possessione anteriori, *Seraph. dec. 773. num. 7. Mãtic. dec. 252. num. 6.*

5 Quod tanto magis procedit, quia † sequestrum non fuit appositũ in vim clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. sed ex officio, & sic non debet durare vsq; ad finem litis, sed potest reuocari detecta nullitate, & iniustitia immissionis, *Seraph. d. dec. 1335. num. 6. & fuit dictum in Leodien. Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram bo. mẽm. Vbaldo.* Maximè cum concurrat nullitas ex defectu iurisdictionis, *vt di-* 6 *citur in d. dec. R. P. D. mei Merlini*, & † vbi concurrit nullitas ex defectu iurisdictionis, nec etiam in vim dictæ clem. apponitur sequestrum.

Et ita &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Vbaldo

Terracinen. Bonorum.

Lunæ 31. Maii 1627.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo datur possessori anteriori.*
2 *Possessio instrumentalis non suffragatur, nec est manutenibilis alio existente in possessione.*
3 *Possessio iure familiaritatis ex superuenientia noui tituli præsumitur mutata absque alia declaratione.*
4 *Possessio probatur per actus possessorios. Ampl. vt num. 5.*
6 *Dictio, semper, includit omne tempus.*

7 He-

7 *Habitatio probat possessionem.*
8 *Clauium asportatio probat possessionem.*
9 *Locatio deseruit pro adminiculo ad probãdam possessionem, etiam quod non probetur effectuata.*
10 *Cultura probat possessionem.*
11 *Fructuum recollectione probatur possessio.*
12 *Locatio cum exactione pensionis bene probat possessionem.*
13 *Testis vnicus sufficit in iudicio manutentionis.*
14 *Testis de auditu non probat, præsertim in concursu probationis certæ per publicum instrumentum.*
15 *Probata possessione in generali de bonis hæreditarijs alicuius intelligitur etiam probata quoad bona particularia.*
16 *Possessio posterior non est manutenibilis.*

Decisio DXV.

IOannes Baptista Zauaglionus prætendebat ex testamento succedere in bonis q. Cæsaris Zauaglioni eius patrui, qui obijt die 17. Nouembris 1622. sed, cum Angelus, & fratres de Paganis, tanquam successores eiusdem Cæsaris ab intestato, obtinuissent mandatum de immittendo, & successiue possessionem bonorum instrumentalẽ die 29. Nouembris eiusdem mensis accepissent; hinc orta controuersia inter partes, & per appellationem introducta causa in Rota cum facultate manutenendi quem de iure; fuit hodie dubitatum An, & cui sit dandum mandatum de manutenẽdo, & Domini dixerunt, esse dandum Zauaglionis, nõ 1 autem Paganis, Quia † mandatum de manutenendo datur possessori anteriori, §. *retinendæ. Instit. de* 2 *interd.* & † possessio instrumentalis non suffragatur, nec est manutenibilis alio existente in possessione, *l. prædia. ff. de acq. poss. Rot. decis.* 147. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* Vnde cum die 29. Nouembris, quo fuit capta possessio instrumentalis per dictos de Paganis, esset iam in possessione Zauaglionus, iure merito debet ei dari manutentio, & non alijs ex supra allegatis.

Quod vero esset in anteriori possessione Zauaglionus quoad domum, & vineam, probatur ex testibus datis in eius *summario num.* 3. *&* 4. qui non solum deponunt, quod ipse possidebat viuente te3 statore, † quod sufficeret, cum ex superuenientia noui tituli vigore testamenti dicti Cæsaris, possessio iure familiaritatis præsumeretur absque alia declaratione mutata, *Achill. dec.* 4. *de caus. poss. & propr. Put. dec.* 331. *nu.* 2. *lib.* 3. *in nou. Mantic. dec.* 71. *num.* 1. *&* 2. *dec.* 245. *num.* 12. *& dec.* 67. *num.* 5. *inter impress. Reuerendissimi D. mei Decani*; sed etiam deponunt de pluribus actibus possessorijs 4 post obitum dicti Cæsaris, per quos bene remanet probata dicta anterior possessio, *Cas. de Graff. dec.* 10. *num.* 3. *de caus. poss. & propr. & dixit Rota in Cesenaten. Bonorum* 21. *Februarij* 1622. *coram bon.* 5 *m. D. mei Vbaldo*, idque præsertim cum testes deponant per verba, in quibus comprehenditur continuatio absque aliqua intermissione, & aliqui quo ad vineam deponunt etiam per dictionẽ, semper, 6 † quæ includit omne tempus, *gl. in l.* 1. *ff. sol. matr. & l. eorum. ff. ad leg. Pompei. de parricid. Paris. cons.* 90. *num.* 28. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 74. *num.* 4. *lib.* 3. deponunt enim, quoad domum de inhabitatione domus tam ante, quam post mortem testatoris, 7 † per quam bene probatur possessio, *Dec. cons.* 400. *nu.* 40. *cum alijs per. Menoch. de retin. remed.* 3. *nu.* 563. *Rot. diuers. dec.* 254. *num.* 2. *par.* 4. nec non deponunt, quod d. Zauaglionus post mortẽ Cæsaris remansit in domo, illamque clausit, & claues se8 cum asportauit, † quod pariter bene probat possessionem, *iuxta l. clauibus. vbi Bart. ff. de contrah. empt. §. item si quis merces. vbi gl. Inst. de rer. diuis. Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 569. & concurrit etiam eiusdem domus locatio facta die 18. Nouẽ9 bris, data in *summario num.* 3. † quæ inseruit pro adminiculo, etiam si non doceatur effectuata, *Rot. dec.* 275. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* Quo vero ad vineã 10 testes probant dictam possessionem, † dum deponunt de cultura, *Mascard. de probat. conclus.* 1182. *num.* 1. *& seqq.* nec non etiam de recollectione fru11 ctuum, † per quam pariter probatur possessio, *l. Titia. vbi Bart. ff. de solut. Paris. cons.* 207. *nu.* 22. *lib.* 1. *Rot. dec.* 131. *num.* 5. *& dec.* 397. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.*

Quoad terras Turicellæ non solum probatur possessio per testes, qui deponunt de locatione facta per Zauaglionum viuente testatore; sed etiam datur locatio facta post eius mortem die 18. No12 uembris 1622. *in d. summario num.* 6. † quæ iuncta cum exactione pensionis, de qua ijdem testes deponunt, bene probat possessionem, *l. qui vniuersas. §. qui per colonos. vbi gl. & Bart. ff. de acq. poss. Gabr. in tit. de locat. concl.* 4. *nu.* 2. *Seraph. dec.* 846. *num.* 1. *& dec.* 1200. *num.* 1.

Quoad terras Montis Caprarii, & alle Cannauine probatur possessio ex testibus *in d. summario num.* 9. quorum vnus deponit de vno corpore, al13 tero, † quod sufficit in hoc iudicio manutentionis, *Menoch. de retin. remed. vlt. num.* 34. *Rot. decis.* 46. *num.* 6. *par.* 1. *& dec.* 375. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers. Seraph. dec.* 624. *num.* 5.

Difficultas igitur reducitur ad Oliuetum in quinta Angelorum, & ad terras in quinta *la Madonna delle Gratie*, nam quoad Oliuetum testes super eius possessione deponentes, qui dantur in *summario num.* 5. deponunt simpliciter de possessione anni 1622. & sic non concludunt anterioritatem ante captam possessionem instrumentalem quæ fuit, vt dixi, de eodem anno 1622. 29. Nouẽbris Pariter quoad terras della Madonna delle Gratie testes, *in summaris num.* 7. non videntur sufficienter concludere de possessione ante d. instrumentalem possessionem Paganorum, & septimus testis licet deponat, quod dictæ terræ fuerint datæ ad culturam per dictum Zauaglionum cuidã Fabritio in vita Cæsaris, attamen deponit de au14 ditu ab eodem Fabritio, † quod non videtur sufficere, præsertim in concursu probationis certæ factæ per publicum instrumentum, *Seraph. dec.* 322. *num.* 3.

Quibus tamen non obstantibus etiã in istis Domini dixerunt, esse dandam manutentionem Zauaglionio, cum, vltra supradictos testes, dentur depositiones duorum testium vltimo loco examinatorum, qui declarant statim, & incõtinenti sequuta morte Cæsaris Io. Baptistam tanquam hæredem continuasse, & apprehendisse possessionem bonorum tam stabilium, quam se mouentium, terrarũ, & domorum vbique existen. & ad d. Cæsarem per15 tinentium, vnde † sub hac generalitate cõprehẽduntur etiam supradictæ terræ, quorum possessio cum fuerit statim, & in continenti capta post mortem Cæsaris, vt supra dixi, remanet posterior possessio instrumentalis dd. de Paganis, quæ fuit 16 post 12. dies à morte dicti Cæsaris, † & ideo non est manutenibilis, *Rot. dec.* 600. *numer.* 1. *par.* 1. *in recent.*

Et ita decisum &c.

R. P. D. Pirouano

Auximana, seu Anconitana Florum

Luna 10. Ianuarij 1628.

S V M M A R I A.

1. *Petitorio actum, & conclusum dicitur, si in sententia quis declaretur obligatus ad aliquid dandu, aut faciendum.*
2. *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, remanet iniusta.*
3. *Possessorium retinendæ supponit merum factū, petitorium vero iustitiam facti, quæ in possessorio non venit examinanda.*
4. *Obligatio annuæ præstationis ex solo temporis cursu non inducitur.*
5. *Ampl. vt ex stylo Rotæ non sufficiat decennium, aut vlterius tempus, sed necessaria sit quadragenaria, vel immemorabilis.*
6. *Rotæ Auditor sententiam ferre non potest nisi causa, & articulo in Rota proposito.*
7. *Onera imponi non possunt per Communitatem absque licentia Papæ.*

Decisio DXVI.

CEnsuerunt Domini, sententiam Rotalem esse iniustam, quia verba illius concludūt in petitorio, nempe Communitatem Offanez, & illius homines teneri, & obligatos esse ad deferendum, seu deferri faciendum singulo anno in vigilia festiuitatis, & solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi pro honore solitæ Processionis salmas tres florum iuxta præcepta dictæ Communitatis fieri solita, & dictas flores cōsignandos, ac consignari faciendum Capitaneis, seu solitis Officialibus dictæ Processionis, prout sic dictam Cōmunitatē, & homines condemnamus, & condemnatos opportunis remediis compelli mandamus: 1 † ex eo enim quod quis declaratur obligatus ad aliquid dandum, aut faciendum semper in petitorio dicitur actum, et cōclusum, *Menoch. in prælud. recup. num. 14. Contard. in verbo petitorium, qu. 13. num. 35. Dec. cons. 62. num. 1. vers. 2. similiter Alex. cons. 96. num. 1. & seq. lib. 5.* vnde 2 † cum prædicta obligatio deferendi flores per Communitatem, & illius homines non iustificetur ex actis, sententia semper remanet iniusta *Cas. de Grass. dec. 2. num 6. de solut. Felin. in cap. inter cæteros, nu. 10. de re iud. Rot. decis. 277. num. 1. 595. num. 4. & 659. num. 16. par. 2. recent.*

Quòd si Ciuitas Anconæ fundat probationem suam in testibus datis eius *summario num. 2.* illi omnes concludunt in possessorio, quòd Communitas, et omnes deferebant flores, non autē quod tenerentur, & obligati essent deferre, et prout in iudicio possessorio concludit prima sententia de partibus, et postmodum illius reuocatoria in Rota et mandatum de manutenendo Ciuitati concesso recedendo à sententia Rotali; quæ omnia nihil 3 habent commune cum petitorio; quia † possessorium retinendæ supponit merum factum, petitoriū vero iustitiam facti, quę regulariter non venit examināda in iudicio possessorio, *Innoc. in c. bona, il 2. nu. 4. de postul. prælat. Bal. in l. Ordinarij iuris, nu. 7. C. de rei vendic. Couar. pract. q. cap. 17. nu. 3. & seq. Ludou. b. cons. 95. num. 4.* & propterea Ciuitas Anconæ pro fundamento suę intentionis tenetur probare, vel expressam obligationem Communitatis Offanez, vel ius quæsitum cogendi ad deferendum flores præscriptione, vel alio titulo habili ad ac-4 quirendum; quia † sine causa non sustinetur obligatio annuæ præstationis ex solo temporis decursu, cum non sit sufficiens ad iudicādam obligationem, *Bart. in l. cum de in rem verso, num. 2. ff. de vsur. Menoch. præsump. 132. num. 54. lib. 3. Roderic. de Annuis red. lib. 1. quæst. 15. num. 2.* & adeò † 5 Rota in huiusmodi præstationibus non admisit decursum decennij, aut vlterioris temporis; sed dixit necessariam esse quadragenariam, vt in *Salernitana Contributionum prima Martij 1613. coram bo. me. Vbaldo*; aut immemorabilem, et in *Neapolitana Grani, & hordei 16. Decembris 1622. coram eodem Vbaldo*; vnde cum in prædictis deficiat Ciuitas Anconæ, merito sententia in petitorio sustineri non potest, et tanto minus: quia ante senten-6 tiam super prædictis non etiam fuit disputatum; † cum tamen teneretur eadem Ciuitas ex forma *Constitutionis Pij IV. & reformationis Pauli V. titulo de Auditoribus, §. Auditor.*

Non obstat iurisdictio, et superioritas eiusdem Ciuitatis vigore Bullæ Pauli III. respectu huius loci Offanez, et Statuti antiqui Anconæ probantis subiectionem eiusdem.

7 Quia † non propterea infertur, probatam esse facultatem imponendi onera absque licentia Papæ vltra tenorem Concessionis, *l. 1. C. de indict. lib. 10. Honded cons. 86. nu. 7. lib. 1.* et eundem sensum habuit, *Rota in hac causa 20. Iunij 1616. coram Card. Sacrato.*

Et ita, etc.

Eminentiss. D. Card. Vbaldo

Elenen. Canonicatus

Veneris 11. Februarii 1628.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum adeptæ possessionis suffragatur ad quoscumque effectus alio non existente in possessione.*
2. *Possessio posterior non suffragatur cum præsumatur clandestina, & in concursu anterior est manutenenda, & nu. 10.*
3. *Possessor anterior vt manuteneatur, sufficit, quod non habuerit se pro spoliato.*
4. *Præsumitur in dubio, quod quis non habuerit se pro spoliato.*
5. *Decretum irritans inficit regulariter titulum, & possessionem.*
6. *Decl. procedere, quando certum est, illud intrare, alias, dum dubitatur, est interim possessor manutenendus.*
7. *Affectio inducitur etiam per prouisionem subrepticiam, & nullam. Declar. vt num 8.*
9. *Affectio, & decretū irritans cessat cessante gratia.*
11. *Possessio solum anterior in manutentione attendi solet, etiam si sit de facto.*

Decisio DXVII.

VAcante Canonicatu, et Præbenda Ecclesiæ Elenen. per obitum Francisci Romei fuit de illis facta collatio per Capitulū ad fauorem D. Antonij Compter possessione subsecuta,

fecuta, sed cum Cosmus Romeus vti coadiutor D. Francisci vigore litterarum Coadiutoriæ pariter acceperit possessionem eiusdem Canonicatus, et Prębendæ, introducta causa in Rota fuit hodie disputatum, cui sit dandum mandatum de manutenendo, et Domini dixerunt, esse dandum Antonio, de cuius possessione constat ex publico instru-
1 mento adeptæ possessionis, † quod alio nō existēte in possessione, suffragatur ad quoscumque effectus, *l. prædia vbi Bart. ff. de acq. poss. Rot. decis. 21. de restit. spoliat. in antiq. Cassad. decis. 20. in fin. de præben. Put. decis. 350. nu. 4. lib. 1 secundum nouam impressionem Felic. record. Greg. XV. decis. 40. nu. 1. & decis. 171. nu. 1. & decis 500. num. 1.*

Non obstat igitur possessio postea capta per D. Cosmum, quia cum iam reperiretur in possessio-
2 ne Antonius, non suffragatur, † cum tamquam posterior præsumatur clandestina, et antiquior manutenetur, *cap. licet causam de probat. Felic. record. Greg. XV. dec. 6. nu. 3 & dec. 9. nu. 5. & d. dec. 40. num. 2. & d. dec. 171. nu. 1.* et † sufficit, quod ante-
3 rior possessor non habuerit se pro spoliato, *Greg. d. decis. 9. num. 6. & d. decis. 40. num. 3. Put. decis. 419. lib. 2. & passim tenet Rota, vt in decis. Greg. 307. num. 6. & 458. num. 9. & in recens. 674. nu.*
4 *1. par. 1.* et † præsumitur, quod se pro spoliato non habuerit, *iuxta d. decis. Greg. 307. num. 10. & 11. & tenuit Rota nouissime coram me in Colonien. Monasterij 3. Decembris 1627.*

Non obstat, quod in litteris coadiutoriæ adsit
5 decretum irritans, † quod regulariter inficit titulum, et possessionem, quia cum gratia Coadiutorię cum futura successione non sit iustificata nec quoad ętatem annorum 70. nec quoad aduersam valetudinem Coadiuti, quinimmo neque litteræ Coadiutoriæ fuerint expeditæ in vita Coadiuti, nec pro eo præstitum seruitium, decretum irritās
6 non potest operari effectum suum, quia † tunc demum inficit etiam possessionem, et impedit manutentionem, quando certum est, illud intrare, sed donec dubium est, an intret, nec ne, interim possessor est manutenendus, *Seraph. dec. 1471. num. 5. & 7. & 575. num. 10. Rot. diuers. dec. 341. nu. 3. & dec. 652. num. 3. par. 1. in recent. Gonzal. glos. 31. nu. 14. & glos. 67. nu. 39. & fuit dictum in Baren. Prioratus apud Marchis. tom. 1. pag. 991. & in Hidruntina Beneficij 30. Octobris 1613. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & in 4 floricen. Præstimoniorum 25. Iunij 1621. coram eadem.*

7 Non obstat, quod † affectio inducatur etiam per prouisionem subreptitiam, & *nullam iuxta dec. in Oxomen. Archidiaconatus 24. Ianuarij 1614. corā bo. me. Buratto, quæ est dec. 570. par. 1. in recent.* quia hoc Rota in eadem causa Oxomen. coram
8 eodem 19. Nouembris 1614. † declarauit procedere, vbi prouisio non tenet ex defectu personę secus autem quando prouisio est conditionalis, vel facta ex causa, sine qua ad nullius personæ fauorē emanasset, nam cessante causa cessat etiam gratia, et ideo cum per Coadiutoriam Papa limitate manum apposuerit ex causa narratorum, si narrata non sunt vera, Papa non intendit pręiudicare Col-
9 latoribus Ordinarijs, et per consequens † cessante gratia cessat etiam decretum, et affectio, *Gonzal. ad reg. 8 glos. 52. num 51. & seq. Rot. diuers. decis. 1151. num. 1. vers. minus obstat lib. 3. par. 3. & fuit tentum in Barchinonen. Præcedentiæ 23 Iunij 1902 corā bo. me. Card. Sacrata, & in d. Oxomen.* et ideo,
10 vt supra dixi, † debet Antonius manuteneri, qui
11 habet suam possessionē anteriorē, † quæ anterior possessio solum in hoc iudicio attendi solet, etiam si sit de facto, *Mohed. decis. 20. circa med. de restit. spoliat. Couar. pract. quæst. cap. 17. sub. nu. 4. vers. in specie. Rot. diuers. dec. 641. num. 8. par. 1. & fuit dictum in Auersana Beneficij 4. Iulij 1614. coram bo. me. D. meo Vbaldo.*

Et ita decisum vtraque parte informante, etc.

Cardinali Virili

Feretrana Parochialis

Veneris 11. Februarij 1628.

SVMMARIA.

1 *Iudex rite, & recte procedens priuat possessione.*
2 *Reintegrato, non docto de nullitate, nec de iniustitia, debetur manutentio.*
3 *Transactione de re Ecclesiæ nulla existente potest idem Rector, qui transegit, petere manutentionem Ecclesiæ nomine.*
4 *Ecclesiæ bonorum possessio non est penes Rectorem, sed penes Ecclesiam.*
5 *Rector non potest suæ Ecclesiæ præiudicare, quia eidem Ecclesiæ competit manutentio.*
6 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactione inter duas Ecclesias, vbi bona dantur, vel relinquuntur penes aliam, & num. 7. vbi ratio, & num. 11.*
8 *Vtilitas Ecclesiæ requiritur etiam in transactione.*
9 *Transactio dicitur alienatio.*
10 *Rector potest suæ Ecclesiæ præiudicare in iudicijs, & in iure quærendo, secus inutiliter, & nulliter transigenda absque beneplacito Apostolico, & bona relaxanda.*
11 *Penitentiæ locus est in alienatione rei Ecclesiasticæ ante obtentum Beneplacitum Apostolicum.*
12 *Decretum irritans in Paulina emanauit per viam legis, & iustificatur ex defectu solemnitatum, & inficit possessionem, à si esset super certa corpore, nec attenditur insistentia facti.*
13 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, etiam in transactione inter duas Ecclesias temporali ad vitam Rectoris.*
14 *Manutentio potest dari tamquam in prima in vim clausulæ, Quam & quas.*
15 *Enunciatiua instrumenti erronea non nocet, & facta inter Rectores non nocet Ecclesiæ.*
16 *Citare non est necesse, qui non possidet.*
17 *Actorum remissionis defectus non impedit manutentionem, si fuerint Procuratori partis à dictæ accomodata, & tenetur restituere.*
18 *Iuramentum Rectori non obstat, cum agit nomine Ecclesiæ.*

Decisio DXVIII.

RESoluerunt Domini Ecclesiæ Parochiali San. Stephani de Monte Gellio dandum esse mandatum de manutenendo, nam ex sententia reintegratoria bo. me. Vbaldi, quæ fecit transitum in iudicatum, et ex possessione illius vigore capta constat de possessione Ecclesiæ,
1 † cum enim Iudex rite, et recte processerit, priuauit possessione tam ciuili, quam naturali Ecclesiā S. Mariæ de Riopetra, *leg. iuste possidet ff. de acq. poss. Aug. in leg. clam possidere. § si quis ad nundinas num. 2. vbi Ias. num. 20. ff. de acq. poss. Ferrett. cons. 18 nu. 10. lib. 1. Rot decis. 293. num. 5. par. 1. recent.*
2 Vnde † cum non doceatur; nec de nullitate, nec de notoria iniustitia Ecclesiæ reintegratæ debetur manutentio, *vt in Romana de Bombellis 21. Maij 1613. coram bo. me. Card. Sacrato, & in Assisien. Bonorum 2. Iunij 1627. coram me.*

Non obstat transactio facta inter Rectores vtriusque Ecclesię, et quod Rector Ecclesię S. Mariæ de Riopetra acceperit possessionem, quia, † vbi transactio est nulla, idem Rector, qui transegit, etiamsi habuisset se pro spoliato, potest nomine suæ Ecclesię petere manutentionem, *Verall. decis. 182. numer. 6. & decis. 170. num. 4. par. 3. Seraph. dec. 1417. num. 3. Rot diuers. dec. 29. num. 11. par. 2. Greg. dec. 116 num. 5. & ibi Add. & fuit dictum in Theatina Iurisdictionis 10. Maij 1621. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano*, et ratio est, quia † possessio non est penes Rectorem, sed penes Ecclesiam, *Alex. cons. 81. nu. 17. lib. 3. Paris. cons. 24. num. 5. lib. 1. Rot. dec. 1. num. 1. de restit. spoliat. in nou. Verall. d. dec. 170. num. 4. par. 3.* et † consequenter Rector non potest præiudicare suæ Ecclesiæ in possessione ad effectum manutentionis, *Bart. in l. 1. § si vir vxori n. 3. ff. de acq poss. Seraph. d. dec. 1417. num. 3. & Alex. cons. 92. col. 2. lib. 1. Verall. d. decis. 170. num. 3. & dec. 182. par. 3. Greg. d. dec. 116. & ibi Add. num. 5. Rot. dec. 453. num. 2. par. 2. recent. & fuit dictum in supradicta Reatina Iurisdictionis.*

Nullitas transactionis apparet, quia cum iam Ecclesia S. Stephani acquisiuerit possessionem, et fuerit actum, quod bona remaneant penes aliam Ecclesiam S. Mariæ, sequitur, quod, † vbi transactione bona dantur, vel relinquantur penes aliam, requiritur beneplacitum Apostolicum, *Bart. in l. nulli. num. 2. ff. de transact. Rot. dec. 755. num. 2. par. 2. recent. Pinel. in l. 1. nu. 45. par. 3. C. de bon. mater. Rolan. cons. 15. nu. 43. & 44. lib. 1. Ruyn. cons. 129. nu. 3. lib. 5. Vinc. de Franc. dec. 14. nu. 26. & fuit dictū in Romana Casalis Turris Vergata 19. Iunij 1606. coram Reuer. D. meo Coccino Decano.*

Nec obstat, quod agatur inter duas Ecclesias, † quia attenditur fauor illius Ecclesię, a qua bona auferuntur, cum tractet de damno euitādo, *Rimin. cons. 285. num. 127. Menoch. cons. 447. num. 37. & fuit dictum in Aretina Bonorum 15. Decembris 1572. coram bo. me. Robusterio, & in Neapolitana Spolij 3. Iunij .... coram bo. me. Card. Lancelloto, & in Teatren. Bonorum coram bon. me. Archiepiscopo Dunozetto.*

Accedit, quod, cum in concordia nihil detur Ecclesię S. Stephani, sed solum pro illius Rectore eius vita durante promittatur annua pręstatio duorum mastellorum grani, vtique † deficit vtilitas Ecclesię requisita etiam in transactione, *Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. extrauag. ambitiosæ. eod. tit. cap. sine exceptione 12. quæst. 4. Dec. cons. 142. num. 4. Couar. var. resol par. 2 cap. 17. num. 2. Rot. diuers. par. 2. dec. 160. num. 1. & dec. 575. num. 12. par. 2. recent.* † transactio enim dicitur alienatio, *Verall. decis. 106. par. 1. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 2. cap. 1. num. 1.*

Non applicatur *decis. Seraph. 20. num. 5. & seq.* quia † loquitur in iudicijs, et in iure quęrendo, non autem quando concordia est inutilis, et nulla ex defectu beneplaciti Apostolici, et rel axantur bona alteri per pręallegata.

Non obstat, quod beneplacitum sit reseruatum, quatenus opus sit, quia † ex supradictis patet, quod est necessarium, etiam si non esset reseruatū, et ante impetrationem fuit locus penitentię, *Put. dec. 12. num. 3. part. 3. Rot. dec. 573. numer. 2. par. 1. diuers. & dec. 624. in fin. par. 1. recent.*

Nec obstat possessio capta per Rectorem Ecclesię S. Marię, quia, † cum decretum irritans appositum in Paulina emanauerit per viam legis, et illud ex defectu beneplaciti Apostolici, et vtilitatis Ecclesię S. Stephani iustificetur, vtique inficit possessionem, ac si emanasset super certo corpore, nec attenditur insistentia facti propter iustificationem, *Lancell. de attent. 3. part. cap. 24. quæst. 9 num 4. & 5. Gonzal. super. reg. 8 gl. 5. 67. num. 34 35. & 39.*

Non obstat, quod transactio fuerit temporalis, tum quia bona Ecclesię relinquuntur, vt remaneant penes Ecclesiam Sanctę Marię non temporaliter, sed simpliciter, immo Rectori San. Stephani promittitur annua pręstatio vita durante, tum quia † beneplacitum Apostolicum requiritur, etiā si transactio sit temporalis ad vitam, *glos. in clem. 1. in verb. Monasterium de reb. Eccl. non alien. Gemin. on. 48. in princ.*

Nec facit, quod Ecclesia S. Stephani coram bo. me. Vbaldo petierit, et obtinuerit reintegrationē, nam ista reintegratio habuit suum effectum per possessionem captam nomine Ecclesię S. Stephani in vim sententiæ reintegratoriæ, quæ transiuit in rem iudicatam, et de isto iudicio amplius non agitur, sed, † quia fuit facta concordia inutilis, et sine beneplacito Sedis Apostolicæ, Ecclesia petit manutentionem tamquam in prima virtute clausulæ, quam, et quas, *Seraph. dec. 1241. nu. 2. Pereg. dec. 94. & fuit dictum in Romana Saluiani 24. Decembris 1598. coram bo. me. Card. Lancelloto.*

Non obstat appellatio à sententia bo. me. Vbaldi, quia illa est post adeptam possessionem in vim mandati de reintegrando vigore rei iudicatę seruatis solitis terminis.

Non obstat enunciatiua in transactione, quod Rector S. Mariæ possideat, † quia apparet errorē ex instrumēto captę possessionis in vim reintegrationis Rotalis, et etiam talis enunciatiua non potest nocere Ecclesiæ S. Stephani.

Defectus nullitatis, ex quo non fuit citatus Simon, reijcitur, † quia de Simonis possessione non constat, & ideo suffragatur citatio contra Iacobū auctorem Simonis.

Defectus amissionis actorum nihil facit, † quia illa fuerunt accommodata Procuratori Rectoris S. Mariæ, vt ex recepta apparet, & ideo Procurator tenetur illa restituere.

Non obstat iuramentum Rectoris in trāsactione, quia, † cum non agatur nomine illius, sed nomine Ecclesiæ, iuramentum non intrat, *Verall. dec. 182. num. 4. & 8. par. 3.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R.P.D. Ghisterio

Romana Domus.

Lunæ 3. Iulii 1628:

S V M M A R I A.

1. *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis, & hypothecata mulieri, & probat illius creditum.*
2. *Possidens de tempore mota litis est manutenendus.*
3. *Ampl. eo magis constito de Iustitia possessionis auctoritate Iudicis data.*
4. *Possessio immissi ex Saluiano non potest dici Iniusta, & spoliatiua sub prætextu satisfactionis, nisi de ea doceatur.*
5. *Spolia qui egit, dicitur omisisse possessionem, si quā habuerit. & num. 8. & 9.*
6. *Manutentionem obtinere non potest, qui se habuit pro spoliato.*
7. *Immissionem qui petit, fatetur, se non possidere.*
8. *Immissio non competit possidenti.*
9. *Animo solo amittitur possessio.*

10 Sen-

10 *Sententia, quæ ob non appellationem fecit transitũ in iudicatum, dicitur quis acquieuisse.*
11 *Facti quod est, non præsumitur, sed est probandum.*

Decisio DXIX.

A senteotia A.C. qua fuit reuocata altera seotenria super reintegratione ad possessionem Domus, de qua agitur, appellationem interposuit Archiconfraternitas Suffragij & D. Iosephus Cupponus, qui prætendentes sibi deberi mandatum de manutenendo in possessione dictæ domus; Domini vtraque parte informante censuerunt denegandum, sed cõcedendum Lucretiæ Ioardæ.

Siquidem de illius possessione pleoe constat, cum fuerit immissa io possessionem dictę domus ab A.C. ob conseeutionem fructuum ceosus desuper impositi, qui fuit ex pecunija dotalibus eiusdem Lucretię, vt probant duo instrumenta data, 1 *in summario n. 1. & 2.* Ideo † res empta de pecunija dotalibus fuit effecta dotalis, & fuit acquisita hypotheca dictæ mulieri, & ex his dicitur constare de eius credito, *l. res, quæ ex dotali. ff. de iur. dot. Rom. cons. 20. num. 2. Alex. cons. 124. nu. 10. & 11. lib. 4. not. Bart. in rubr. ff. sol. matr.*

2 Et propterea, † eum fuerit possedítrix de tempore motæ litis, iure debet manuteneri, *§. hodie Inst. de interdict. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor. nu. 3 14. & 18. ff. vti possid.* † maxime eum appareat de iustitia possessionis, cum fuerit capta auctoritate Iudieis, *l. iuste possidet. ff. de acq. poss. s. m. Greg. XV.* 4 *dec. 582. nu. 2.* Nec † talis possessio iniusta, & spoliatiua dici potest, eum oon doceatur, Lucretiam integre de fructibus census satisfactam fuisse, *Crauett. qui alios refert cons. 107. num. 3. Ruin. cons. 265. nu. 4. lib. 5. Surd. cons. 160. nu. 7. lib. 2. Menoch. de recuper. poss. remed. primo num. 148.*

De possessione Iosephi oulla fuit habita ratio, quia si quam habuit super Domo, de qua agitur, 5 † amisisse censetur, dum egit vna eum Archiconfraternitate Suffragij contra Lucretiam, & eius virum iudicio spolij, & obtinuit ab Illustrissimo Cardinali Sacchetto senteotiam super reintegratione, vt io monitorio, & sententia, quæ dantur, *in* 6 *summario Lucretiæ num. 3. & 4.* † Iodeque non potest agere pro manuteotione, cum se habuerit pro 7 spoliato, *Seraph. dec. 1127. in fin.* † qui enim petit immitti in possessionem, fatetur se oon possidere; 8 Nam † possidenti non cõpetit immissio, *§. adipiscenda. Inst. de interd. s. m. Greg. XV. dec. 46. num. 3. & 546. num. 12.* & si possidebat, desiit possidere, 9 quia † solo animo amittitur possessio, *l. 3. §. in amittenda. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. Mantic. dec. 20. num. 2.* Vnde non potest allegare suam possessionem anteriorem, vel quoad animo retiouerit ciuilem.

Non obstat, quod Iosephus esset Clerius, quia, 10 † eom non appellauerit, sententia fecit transitum in rem iudicatam, & sententiæ dicitur acquieuisse.

Nec releuat, quod pecunię Iosephi peruenerint ad manus ereditorum anteriorum, quia anterioritas, vel potioritas debitorum solutorum oon pro-11 batur, sed in facto negatur, & † cum sit quid facti, non præsumitur, nisi probetur, *l. in bello. §. facta ff. de captiu. & postlim. reuers. Menoch. de præsũpt. lib. 6. præsumpt. 14. in princ.*

Et ita conclusum vtraque parte informãte &c.

R.P.D. Pirouano

Nauarien. Legitimæ

Lunæ 3. Iulij 1628.

SVMMARIA.

1 *Requisita ad validitatem sententiæ.*
2 *Iurisdictio Iudicis delegati firmatur ex commissione parte citata producta.*
3 *Breue subreptitium, & obreptitium parte opponente iurisdictionem non tribuit. & num. 5.*
4 *Secus parte non opponente.*
6 *Vel si fuerit obtentum in plena signatura vtraque parte informante, & cum clausula, Statum, & merita causæ &c.*
7 *Clausula, Statum, & merita causæ &c. in breue, seu commissione habet vim specificæ mentionis narratorum.*
8 *Causarum continentia ne diuidantur solent omnes causæ ad vnum eumdem Iudicem remitti.*
9 *Citatio tenet facta contra Syndicum, & Procuratorem Collegij dimissa copia in manibus ianitoris, vbi talis est stylus.*
10 *Citatio nulliter executa sanatur per comparitionẽ in illius termino.*

Decisio DXX.

Viso de iustitia senteotiæ Ordinarii Mediolani suscepta fuit alia disputatio quoad validitatem illius, de qua etiam constare fuit responsum,

1 Quia † ex reuolutione processus apparet de requisitis, *iuxta dec. Caputaq. 260. par. 2.* eum quibus alio non apparente, semper sustinetur sententia.

Neque obstant exceptiones iurisdictionis, & citationis contra eam adductæ.

Quia quoad iurisdictionem remouetur ex commissione in Signatura vtraque parte informante 2 obtenta, & illius productione parte citata, † cum qua firmatur iurisdictio sufficiens Iudicis delegati *Cassad. decis. 7. de appell. Ægid. decis. 38. Aut. Gabr. de execut. rei iudic. concl. 3. num. 1 Rot. decis. 143 numer. 2 par. 2. recent. Mandos. de commiss. in prima in verb. & inhibendi.*

Neque obstat, quod Breue commissionis ex pluribus demonstretur subreptitium, & obre-3 ptitium, † vt ideo stante expressa oppositione facta nomine Collegii Sancti Marci nullam posit tribuere iurisdictionem, *cap. tua nobis. de offic. Vicar. cap. cum dilect. cap. ad audientiam de rescript. Cassad dec. 1. eod. tit. Rot. dec. 582. par. 2. recent. & dec. 47. num. 2. coram Papa Greg. XV.*

4 Quia † Breue etiam subreptitium tribuit iurisdictionem, *Put. dec. 234. num. 6. & 235. num. 1. in correct. lib. 2. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. limit.* 5 *12. & 13.* Et † quamuis parte opponente possit 6 impugnari iurisdictio, attamen † eum Breue emanauerit in plena Signatura vtraque parte informãte, & eum clausula, Statum, et merita causæ, et causarum huiusmodi pro plene, et sufficienter expressis habeotes, et sic preuia cognitione expressorum io commissione portione porrecta, semper sustinetur rescriptum ex ea causa, qua moueri potuit Signatura ad illius concessionem propter virtutẽ 7 clausulæ prædictæ † habentis vim specificæ mentionis narratorum, *Ang. in l. omnes. C. de quadr. præscript. Butr. cons. 11. Vant. de nullit. tit. quib. sent. null.*

null.repar.poss.nu.59.vers.maximè si apponeretur, 8 *illa clausula*, et causæ non deficiunt, vt † ne causæ continentia diuideretur, quæ fuit potissima, vt ad Ordinarium Mediolani omnes causæ remittantur.

Similiter neque obstat defectus citationis respectu Collegii Sancti Marci Nouarien. Quia, vltra quod de executione citationis apparet contra R. D. Siluium Syndicum, et Procuratorem eiusdẽ Collegii Sancti Marci degentem in ædibus Sancti Barnabę Mediolani per dimissionem copię in 9 manibus Ianitoris eiusdem Monasterii, † quod sufficere de stylo illarum partium iàm Rota in aliis causis resoluit, *vt in dec. 644. num 5. par. 1. recent.* 10 † comparuerunt nihilominus Procuratores citati et sub eadem hora, qua moniti fuerunt, validando quemcumque defectum citationis ex illorum voluntaria comparitione, *Cassad. dec. 2. de Iud. Caput. dec. 293. par. 3. Gratian. discept. 156 nu. 1. Rot. dec. 27. num. 3. & 576. num. 2. coram Pap. Greg. XV.*

Et ita etc.

R.P.D. Ghislerio

Romana Domus

Mercurij 16. Februarij 1629.

SVMMARIA.

1 *Clericus potest à sententia in possessorio ordinario appellare non obstante Ægidiana.*
2 *Spolio agi potest ad possessionem naturalem animo retenta possessione ciuili. Decl. vt num. 3. & 4.*
5 *Census emptus ex pecunijs alterius census extincti dicitur subrogatus in locum primi. Ampl. vt num. 6.*
7 *Res empta ex pecunia dotali fit dotalis, vel cum re dotali res permutatur. Ampl. vt num. 7.*
9 *Hypotheca non datur in re propria.*
10 *Cessio est necessaria ad effectum subintrandi in iuribus antiquorum creditorum.*
11 *Iniustitiam, & nullitatem sententia quoquo modo sufficit offuscare ad effectum manutentionis, & euitandi spolium ex illius executione.*
12 *Exceptio requirens altiorem indaginem, vt fideicommissi, in summarijssimo possessorio non admittitur.*
13 *Immissio in vim Saluiani, & illius vigore manutentio datur pro fructibus census decursis, & decurrendis.*

Decis. DXXI.

PLacuit Dominis 2. Iulij 1628. concedere Lucretiæ mandatum de manutenendo in possessione Domus controuersæ cum D. Iosepho Cuppono, & causa super eisdem reproposita, non obstantibus exaduerso deductis, illa resolutio fuit confirmata. Quia de possessione Lucretiæ constat ex immissione ei concessa à Iudice, nec non ex perceptione fructuũ vigore instrumenti census, vt pars aduersa fatetur.

Neque visæ fuerunt Dominis releuare nullitates, & iniustitiæ deductæ contra sententiam. Non nullitates ex capite appellationis interpositæ à 1 Cuppono, † qui tamquam Clericus non impediebatur ab Ægidiana; Quoniam, quidquid sit, an potuerit appellare, constat quod deserta est appellatio, nec vnquam prosecutus fuit appellationem; Immo, & contrarium iudicium intentauit, dum egit ex spolio, *vt fuit dictum in dec. qua residetur,*

2 Et licet † possit intelligi, actum esse spolio pro consequenda possessione naturali, semper tamen retenta possessione ciuili animo, *Natt. cons. 572. num 21. Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 307. cum alijs per Rot. dec. 561. nu. 5. par. 1. recent. Put.* 3 *dec. 409. num. 4. lib. 2 in correct.* † Id posset admitti si ex alio actu posset apparere, Cupponum stetisse in possessione, sed dum tacuit, & intentauit spoliũ videtur & naturalem, & ciuilem deseruisse possessionem, & sententia reintegratoria simpliciter lata excludit retentionem possessionis ciuilis, Et in omnem casum, cum ex desertione, & solutione expensarum, nec non adhærendo Archiconfraternitati Suffragij, quæ post venditionem à se factam de dicta domo omnem à se possessionem abdicauerat, intentauerit iudicium super reintegratione, 4 & sic declarauerit se nec ciuiliter possidere, † ex huiusmodi circumstantijs facti apparet de illius animo, *vt firmant adducta per Addent. ad 5. mem. Greg. XV. dec. 555. num. 11.*

Quoad iniustitiam ex eo, quod deficiat creditũ, tollitur, tum quia ex reditu dotali ipsius Lucretię 5 redẽpto fuit emptus census, de quo agitur, † ideoque subrogatus in locum primi *ad tex. in l. Imperator. §. fin. & in l. seq. ff. de leg. 2. l. si donata res. §.* 6 *si sponsus. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Præcipue † cũ in ipso contractu venditionis hoc fuisset expresse 7 cautum, tum quia † res empta ex pecunia dotali fit dotalis, vel cum re dotali res permutatur, *l. res, qua l. ita constante. & l. quod si fuerit. ff. de iur. dot.* 8 † maxime vbi in tali venditione, vel permutatione consensus vxoris accessit, *gl. & Doct. in l. ex pecunia. C. de iur. dot.* & de cõsensu Lucretiæ emptione census factam fuisse in eius instrumento cõstat.

Non obstat, quod predicta domus fuisset vendita Iacobo del Elba, qui eam iure legati reliquit Archiconfraternitati Suffragij, vt ex pretio antiquioribus creditoribus satisfieret, quia non sequitur ex hoc, prædictum Iacobum in ius, & gradum priorum creditorum successisse, cum hoc non fuerit specialiter cautum, vt requiritur, *secũdum tex.* 9 *in l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. succed.* † quia d. Iacobus hypothecam in prædicta domo contrahere non potuit, cuius dominium acquisiuit, 10 *l. neque pignus. ff. de reg. iur.* † neque antiquiorum creditorum cessiones in eius fauorem factæ apparent, *l. Modestinus. ff. de solut.* Nec de anteriori-11 tate constat, & † cum agatur ad effectum manutentionis, & de euitando spolio ex sententia iudiciali, sufficit quoquo modo offuscari posse iniustitiam, & nullitatem, *vt fuit dictum in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Cardinali Sacrato, quam passim sequitur Rota.*

12 Nec obstat, domum esse subiectam fideicommisso, quia † est exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, & in summarijssimo possessorio non admittitur, *Rolan. cons. 1. num. 12. & 73. lib. 1. Menoch. de adip. sc. remed. 1. numer. 102. Rot. in recent. dec. 387. num. 3. par. 1.* nec constat de existentia fideicommissi, illius purificatione, personarum legitimatione, & alijs: & demum semper esset locus detractioni legitimę, & trebellianicæ, quę sufficerent pro credito Lucretiæ.

Quæ vero dicuntur pro parte Cupponi de debitis Ioannini, & Venturæ visa fuerunt non releuare, quia de eis non constat in actis, prout nec de pretensis solutionibus, neque probatur creditum ad fauorem Rectoris Sancti Simeonis, & quæ dãtur in summario non sunt in actis in forma probãti, neque recognita, & sic non constat de pretensis creditis, illorumque anterioritate, & proprietate, prout ex supradictis cõstat de credito, prioritate, & potioritate Lucretię.

Prout nec visum fuit obstare, quod in possessio-

ne

ne capta domus, de qua agitur, Procuratore Lucretiæ dixerit velle retinere domum, donec fuerit satisfacta pro fructibus decursis, & expensis. Quia 13 debet attendi sententia R.P.D. Spinulæ, † cuius vigore fuit concessa immissio in possessionem dictæ domus, & manutentionem, donec fuerit satisfacta de fructibus census decursis, & in futurum decurrendis, & propterea nil relevat possessio capta pro summa scutorum 357. sed ea regulatur à prædicta sententia. Et ideo DD. censuerunt, Lucretiam manutenendam in possessione iuxta formam sententiæ, & decisionis, quæ reuidetur.

R.P.D. Buccabella

Tropien. Canonicatus

Mercurii 18. Martii 1634.

SVMMARIA.

1. *Possessio probatur ex instrumento illius adeptionis.*
2. *Possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.*
3. *Possessio posterior autoritate Iudicis capta dicitur iusta, & manutenibilis.*
4. *Lim. si Iudex rite, & recte processerit, secus si nulliter, quia tunc non transfert possessionem, nec illa alium priuat.*
5. *Possessor primus altero nulliter immisso manutenendus est, dum se pro spoliato non habuit.*
6. *Iudex executor cum clausula, Vocatis vocandis dicitur mixtus; & debet procedere cum legitima citatione possessoris.*
7. *Processus per affixionem, seu contradictas non sustinetur, nisi præcesserit citatio personalis, non constito maxime de absentia.*
8. *Possessio capta pendente termino ad appellandum nulla est, & attentata.*
9. *Appellatio non denegatur à sententia mixti Executoris.*
10. *Signatura appellationem simpliciter committens declarat causam appellabilem.*
11. *Resignatione facta de beneficio in manibus Papæ dicitur omne illius ius à Resignante abdicatum.*
12. *Lim. secus in Resignatione ad fauorem, & sic conditionali, quia tunc possessio, ac ius in pendenti remanet penes resignantem, donec Resignatario acquiratur, & sic conditio purificetur.*

Decisio DXXII.

Censuerunt Domini, Horatio esse dandum mandatum de manutenendo, † De anteriore 1 enim ipsius possessione constat ex instrumento adeptionis illius dato, *in summario nu. 5. l. prædia vbi Bart. num. 1. ff. de acq. poss. Abb. in c. cum nobis de præscript. Oldrad. cons. 199. num. 6. Aym cons. 54. num. 11. Put. decis. 350. num. 4. lib. 1. 2 in correctis*, † illa quæ, licet instrumentalis, alio tamen minime possidente est manutenibilis, *Caputaq. decis. 334. nu. 5. par. 2. Rot. par. 2. diuers. dec. 19. nu. 1. & par. 1. recent. dec. 92. & 661. nu. 1.*

Neque obstat, quod Leonardus fuerit postea im-3 missus Iudicis auctoritate, † & consequenter iuste possideret, & tali possessione licet posteriori manutenendus videatur, *l. iuste possidet. ff. de ac. poss. glos. fin. in c. præsentium 7. quæst. 1. Rot. coram Greg. XV. decis. 582. num. 2.*

4 Quia † cum Iudex non rite, & recte, sed nulliter processerit, Leonardum verum, & legitimum possessorem non fecit, nec D. Horatium sua anteriori possessione priuauit, *Ang. & Doct. in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor. in fin. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss. Abb. in cap. cumque ronte. num. 8. de restitu. spol. Rot. decis. 555. num. 1. 5 par. 1. recent. & dec. 48. num. 3. coram Caualer.* † in qua, ille propterea tali immissione non obstante, adhuc manutenendus venit, cum se non habuerit pro spoliato, *cap. licet causam de probat. Bart. in l. si duo. nu. 4. ff. vti possid. Rot. coram Seraph. dec. 1471. num. 6.*

Nullitas autem in casu proposito est euidens, 6 quia Horatius non fuit legitime citatus, † prout tamquam possessor citari debebat, ex quo Iudex stante clausula, Vocatis vocandis, erat mixtus, & sic absque legitima citatione procedere non poterat, *Felin. in c. fin. num. 29. de præscrip. Rot. dec. 30. de rescript. in nou. & dec. 2. num. 2. coram Caualer. & decis. 113. nu. 9. & dec. 252. num. 1. & dec. 366. num. 1. coram D. meo Decano.*

Neque obstat, quod ipse fuerit citatus per af-7 fixionum, siue contradictas, quia, † cum non præcesserit citatio personalis processus non sustinetur, *Caputaq. dec. 107. num. 4. par. 1. Seraphin. dec. 1276. n. 4. Greg. XV. dec. 430. n. 1. & ibi Adden.* præsertim cum non constiterit de ipsius absentia.

Præterea fuit ad sententiæ, siue mandati executionem deuentum infra decem dies datos ad ap-8 pellandum, & † consequenter executio ipsa, & possessio per Leonardum capta fuit omnino nulla & attentata, *c. non solum de appell. in 6. clem. 2. vt lit. pend. glos. in l. 2. ex iudiciorum. ff. de accusat. Cæs. de Grass. decis. 2. num. 4. & 5. de appellat. Put. dec. 27. lib. 1. in correct. Rot. dec. 406. nu. 3. par. 1. diuers. & dec. 618. nu. 2. par. 1. recent.*

9 Nec enim potest dubitari, † quin à sententia prædicta daretur appellatio, cum Iudex, vt dixi, esset mixtus, *c. exhibita, vbi Abb. in 3. notab. de iudic. Felyn. in c. de cætero. nu. 30. de rescript. Oldrad. cons. 22. nu. 2. & seqq. Dec. cons. 173. num. 3. & cons. 223. nu. 1. Mantic. decis. 324. nu. 3. & coram Reuer. D. meo Decano dec. 196. & 229. num. 2. & 6.* Prout 10 etiam clare † sensit signatura, dum causam appellationis simpliciter commisit, *vt fuit dictum in Vrbeuetana Bonorum 16. Ianuarij, & 27. Martij 1624. coram bo. me. Vbaldo, & in Bononien. Census 15. Decembris 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Neque obstat, quod Horatius post adeptam possessionem per Leonardum resignauerit beneficium 11 in manibus Papæ, † ideoque fuerit ab ipso omne ius abdicatum.

12 Quia, † cum resignatio fuerit ad fauorem certæ personæ, vt deprehenditur ex eo, quod in eadem supplicatione Horatius resignauit, & alter supplicauit, & sic omnia videntur correspectiue facta, *ad not. per Felyn. in c. pastoralis de rescript. Put. in puncto dec. 511. lib. 2. in correct.* et consequenter censeatur conditionalis, possessio, et ius remanet in pendenti penes ipsum Horatium Resignantem, donec illud Resignatario acquiratur, et sic conditio ipsa esset purificata, *Rot. decis. 4. num. 5. de rer. permut. in antiq. Cassad. decis. 5. de restitut. spoliat. Achill. decis. 10. num. 1. & 4. eod. tit. Mohed. dec. 3. 6. & 341. Perall. dec. 9. nu. 1. par. 3. Put. dec. 158. num. 3. lib. 3. in correct. & fuit resolutum in causa Abulen., & Zamoren. Beneficij 17. Iunij 1594. coram bo. me. Penia, & in alia Hispalen. Corduben. Præstimoniorum 14. Iunij 1600. coram bo. me. Lancellotto.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Cor

Cardinali Virili

Tuden. Parochialis

Veneris 16. Martij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Probatio sufficit semiplena, & leuior ad effectum manutentionis.*
2. *Testes sunt ad concordiam redacendi.*
3. *Confessio in pracibus probat contra confitentem.*
4. *Episcopo plurimum defertur circa materiam oblationum.*
5. *Petens reintegrationem fatetur se non possidere.*
6. *Testibus pluribus, & melioribus est magis credendum.*
7. *Possessio, quæ est melius probata, est manutenenda.*
8. *Assistentiam iuris qui habet, est manutenendus Lim. vt num. 10.*
9. *Cappellanis existentibus in quasi possessione administrandi Sacramenta, & recipiendi oblationes competit manutentio.*

Decisio DXXIII.

DIxerunt Domini, mandatum de manutenendo in possessione administrandi Sacramenta, & recipiendi oblationes dandum esse duobus Cappellanis, quia de eorum possessione tempore motæ litis deponunt decem, & octo testes dicentes vidisse Cappellanos administrasse Sacramenta, & recepisse obligationes, & † ad effectum manutentionis sufficit semiplena, & leuior probatio, *Alex. conf. 103. num. 3. lib 7. Dec. conf. 56. num. 1. Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Greg. dec. 324. nu. 5. & dec. 458. nu. 7.*

Non obstant testes Abbatis, primo quia illi loquuntur, & intelligendi sunt in quinque diebus solemnibus, nempè Natiuitatis D. N. Paschatis Florum, & Assumptionis Beatissimæ Virginis, & Sanctæ Masinæ; nam † testes sunt ita ad concordiam reducendi, *c. cum tu. de testib. Ruyn. conf. 5. nu. 17. lib. 4. Cas. de Grass. dec. 5. num. 23. sponsal. Verall. dec. 270. num. 7. par. 3.*

Secundo quia testes pro parte Cappellanorum examinati sunt adminiculati tum † ex confessione eiusdem Abbatis Alfonsi facta in precibus, quod exercitium Curæ duobus Cappellanis imminet, *l. cum precum. C. de lib. caus.* tum ex concordia de anno 1544. in qua isti Beneficiati nominantur perpetui, illisque dantur onera administrandi Sacramenta cum emolumentis oblationum, quæ fuit ab Episcopo confirmata, † cui plurimum defertur circa materiam oblationum, *Dec. conf. 148. in fin. vers. sed talis disputatio.* tum ex petitione reintegrationis facta per Abbatem Alphonsum, † ex qua oritur confessio, quod non possidebat, *Greg. decis. 46. num. 3. & dec. 229. num. 3. & in Romana Domorum de Roncionibus prima Iuly 1616. coram bo. me. Buratio.*

Tertio quia multi testes Abbatis se retractarunt, ita vt testes Cappellanorum remaneant plures, & meliores, † quibus propterea magis est credendum, *cap. licet causam. vers. ex præmissis de prob. Gabr. de testib. concl. 4. num. 50. Cas. Grass. decis. 13. num. 7. de re iud.*

Et consequenter illa possessio Cappellanorum, † quæ est melius probata est manutenenda, *d. c. licet causam de prob. Verall. decis. 346. part. 2. Rot. in recent. dec. 83. par. 4. Greg. dec. 249. nu. 4. & 5.*

Vnde non obstat prætensio Abbatis, quod isti Cappellani sint amouibiles, & deputati ad Abbatē coadiuuandum, & † propter assistentiam iuris Abbati sit dandum mandatum de manutenendo, quia in cōcordia isti Cappellani nominātur perpetui, & eis Cura datur in titulum præuio concursu, vt ex prouisionibus Ordinarij, & ex depositionibus testium, & sunt in antiqua possessione administrandi Sacramenta, & recipiendi oblationes, † & consequenter illis est dandum instrumentum de manutenendo ex supradictis, & † latia est, quod assistentia iuris reddatur rubida, *Seraph. decis. 1228. num. 4. Greg. decis. 312. num. 1. & ibi Add. & fuit dictum in Montis Regalis iurisdict. 4. Nouembris 1596. coram bo. me. Penia.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Pirouano

Romana Sodorum

Lunæ 30. Aprilis 1629.

S V M M A R I A.

1. *Constituto vere transfertur possessio ad quemcumque effectum.*
2. *Instrumento apprehensionis possessionis probatur ingressus.*
3. *Possessio instrumentalis alio in possessione existente non suffragatur.*
4. *Possessio iunior semper præsumitur clandestina, & improba, & non est manutenenda.*
5. *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*
6. *Actiones vniuersales actiue, & passiue non transeunt in legatarium, sed in hæredem vniuersalem.*
7. *Possessio anterior super bonis diuersis non præiudicat posteriori.*
8. *Venditio dicitur facta de omnibus bonis intra fines descriptis.*

Decisio DXXIIII.

QVærebatur, cui esset dandum mandatum de manutenendo in possessione terrarū, de quibus agitur, vel Dominis de Cecchinis, qui emerunt à Matthæinis, & ipsi à Ruberto Puccio vsque de anno 1612. vel Francisco Caualcanti, qui emit à D. Ottauia Capponia, & ipsa in solutum eadem bona recepit ab Antonio Gallo, qui per prius de anno 1598. emerat ab eodem Ruberto Puccio, & Caualcanti, visum fuit dandā esse manutentionem, quia docet de eius anteriori possessione vigore clausulæ constituti per annos 14. & vltra, de qua in instrumento Ruberti venditoris de anno 1598. qui constituendo se possidere nomine emptoris illam transtulit in Gallum, et ille in Capponiam, ab eaque in Caualcantem, et † vere potuit transferre ad quemcumque effectum, *l. quod meo ff. de acq. poss. Tiraq. de iur. const. par. 1. num. 2. & 3. Menoch. de retin. remed. 1. num. 359. Hond. cons. 42. nu. 37. vol. 1. Rot. dec. 362. nu. 1. 437. num. 2. & 391. nu. 10. coram Papa Greg. XV.*

Neque obstat, quod Matthæini doceant de eorū positiua possessione ex instrumento apprehensionis, per quod solet probari ingressus, *l. prædia ff. de acq. poss. Menoch. de retin. remed. 3. n. 575. Surd. cons. 560. num. 1.* quia † alio in possessione existente, instrumentalis non suffragatur, *l. quamuis. §. secundo-*

adductor. ff. de acq. poss. Caputaq. dec. 353. par. 2. Rot. dec. 6. num. 1. & dec. 138. nu. 1. coram Papa Greg. XV. 4 † iunior enim possessio semper præsumitur clandestina, & improba, quæ propterea de iure nõ est manutenibilis, *cap. licet causam. de prob. Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti poss. Afflict. decis. 363. num. 3. & 4.*

Non obstat, quod D. Ottauia habeat causam à Ruberto, cuius est hæres, & quod propterea reacquirẽdo bona ab Antonio Gallo, qui eadem emerat à Ruberto, confusæ remanserint actiones, ita vt sicuti Rubertus, si reacquisiuisset bona, debuisset eadem tamquam propria vendere Caualcantibus de anno 1618. non autem tamquam acquisita à Gallo, & cum iuribus illius in præiudicium anterioris vẽditionis factæ Mattheinis de anno 1612. ita nec D. Ottauia illius hæres hoc facere potuerit, 5 † cum teneatur approbare factum sui auctoris, *l. cum à matre. C. de rei vend. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. cum similibus allegatis.*

Quia facile soluitur obiectum, dum ipsa D. Ottauia nõ est hæres vniuersalis Ruberti Puccij eius iuri, sed legataria tantum, quæ non obligatur ad 6 omnia, † postquam actiones vniuersales actiue, et passiue non transeunt in legatarium, sed in hæredem vniuersalem, *l. fin. C. de hæred. aut Tiraq. in tract. le mort. par. 2. decl. 15. num. 16. Rom. cons. 73. in princ.*

Non obstat, quod bona vendita Mattheinis de anno 1612. non sint eadem, quæ vendita fuerunt 7 Antonio Gallo de anno 1598. vt ideo † anterior possessio super bonis diuersis non præiudicet vero possessori in bonis acquisitis ab eodem communi datore.

Quia visum fuit Dominis vtriusque venditionis esse eadem bona tam hæc Mattheinis vendita, quam quæ Antonio Gallo in emphyteusim fuerũt de anno 1598. concessa, ponderando identitatem 8 confinium, † per qua solent comprehendi omnia bona intra fines descripta, *Bald. in l. Riparum num. 2. ff. de rer. diuis. Surd. cons. 13. num. 10. Mantic. dec. 143. num. 7. Rot. dec. 255. nu. 2. coram Papa Greg. XV.*

Nam concessio Galli habet sequentes confines petium terræ sodiuum, et sterile iuxta bona ex vno latere Petri de Mallis, ab alio Antonii Galli infra scripti ab alio mõtẽ della Creta, ab alio D. Ioannis Roncalli, ab alio hæredũ q. Frãcisci Ceccolini.

Instrumentũ vero acquisitionis Mattheini continet sequentia, plures pẽtias terræ sodás, incultas et steriles, quibus ab vno sunt bona hæredum Ludouici Albertonij, ab alio Antonij Galli furnaciarii sub proprietate dicti Ruberti, ab alio DD. Petri, et Iulii de Mallis, ab alio DD. de Caualcãtibus, ab alio via publica, per quam itur ad Crucifixum, ab alio bona vxoris Domini Ioannis Roncalli.

Ex prædictis conueniunt inter se confine Petri de Mallis, quod in primo instrumento ponitur, et in secundo idem enunciatur, et in planta cõcordata legitur sub litera B. in eadem planta, nec quoad montem della Creta discordant, quia in planta sub litera D. signantur pro eodem confine Mons Cretæ, et bona Caualcantis supra Montem posita, et contigua, similiter nec controuertitur Identitas alterius, scilicet Ioannis Roncalli, quia sub eodem nomine exprimuntur in vtroque instrumento, et in planta sub litera F. demum idem dicitur de vltimo confine hæredum Francisci Ceccolini, quamuis in secundo instrumento dicatur, ab alio hæredum Ludouici Albertonii, quia in planta ponuntur sub litera A. pro vna, et eadem persona in locum alterius subrogata, nec releuat, quod additum fuerit aliud confine in secundo instrumento, nempe viæ publicæ tendentis ad Crucifixum, quia in delineatione eiuidẽ plantæ in faciem loci per Dominos recognitæ magis videtur positum pro maiori iustificatione aliorum confinium, quam vt pro confine deseruiat, ex quo apparet positum cõcinnatiue ad alia confinia, non autem proxime ad certas demonstratas in venditione.

Quare, cum sint eadem bona duobus vendita, et per D. Ottauiam ab anteriori emptore, et possessore acquisita de anno 1618. et anno 1624. postmodum Caualcanti vendita visum fuit, manutentionem eidem Caualcanti habenti causam à D. Ottauia non esse denegandam.

Et ita etc.

Cardinali Virili

Forosempronien. Emphyteusis

Mercurij 4. Iulii 1629.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentũ alio in possessione non existente probat possessionem manutenibilem.*
2. *Eiectio præsupponit possessionem.*
3. *Iudex nulliter procedens non priuat possessorem sua possessione, nec excludit eum à manutentione.*
4. *Sententia continens contrarietatem remanet nulla.*
5. *Clausula, Quam, & quas, tribuit facultatem procedendi tamquam in prima.*
6. *Sententia contra sententiam prima non reuocata nulla est.*

Decisio DXXV.

FVit decisum, mandatum de manutenendo esse dandum Margaritæ, quia de eius possessione constat tum ex instrumento captæ pos- 1 sessionis, † per quod, alio non existente in possessione, probatur possessio, *l. prædia. vbi Bart. ff. de acq. poss. Greg. dec. 46. num. 2.* tum ex ipsa sententia, in qua pronunciatur, Catherinam esse immitten- 2 dam eiecta Margarita, † eiectio enim præsupponit possessionem, *l. manumissiones. ff. de iur. iur. l. decem. ff. de verb. oblig. Greg. dec. 402. num. 1. & dec. 458. num. 2.*

Nec Catherinæ potest dari manutentio vti im- 3 missæ vigore sententiæ Rotalis, quia, † quando Iudex nulliter procedit, non priuat possessorem sua possessione, & propterea ei datur manutentio, *Rot. dec. 802. num. 6. par. 1. diuers.*

Nullitas autem sententiæ Rotalis patet ex lectura ipsius sententiæ, dicit enim quod causa primo in prima fuit coram Episcopo Forosempronieo. & deinde coram Vicario Vrbinaten. secũdo in 2. coram Collegio DD. Vrbini, & postmodum in Rota, & sic in tertia instantia, & licet subdat tamquam in prima sententiamus &c. tamen addit, Nec non bene iuxta præmissa fuisse per Vicarium sententiatum, & male per Margaritam appellatum, eiusque sententiam fore confirmandam, prout confirmamus, Victumque Victori in expensis in omnibus instantijs factis condemnamus, ex 4 qua sine sententia oritur contrarietas, † ita vt remaneat nulla, *Mantic. dec. 217. nu. 1. 3. & 4. Gabr. cons. 54. nu. 7. & 8. lib. 1.*

5 Non obstat clausula, Quam, & quas, † per quam Iudex potuit procedere tamquã in prima, *Verall. dec. 125. par. 3. Rot. in recent. par. 2. dec. 546. nu. 2.*

&

& dec.731.num.5. & ipsemet Iudex expresserit sententiare prout in prima, quia, quamuis Iudex potuisset pronunciare prout in prima non debebat in sententia apponere supradictas contrarietates, quę non fuerit admittendæ per allegata.

Præsertim cum condemnauerit in expensis in
6 omnibus instantijs † non reuocata in hoc sententia Vicarii, in qua Margarita ab expensis absoluitur.

Et ita informante tantum Margarita, & pro parte Catherinę dato memoriali pro dilatione, in quo etiam super validitate sententię scribitur, fuit resolutum &c.

EODEM

Neapolitana Beneficij

Mercurij 6. Junij 1629.

SVMMARIA.

1. *Possessori, qui obtinuit mandatum de manutenendo, sufficit vincere per non ius actoris.*
2. *Publicatio pars est resignationis.*
3. *Vacare dicitur beneficium ob non publicationem resignationis.*

Decisio DXXVI.

POST mandatum de manutenendo ad fauorem Ioannis Mariæ Monanni fuit datū dubium, An beneficium sit adiudicandum R.P.D. Ottauiano Caraffæ, & negatiue fuit resolu-
1 tum, † cum enim virtute mandati de manutenendo Ioannes Maria Monannus sit possessor, sufficit ei vincere per non ius D. Ottauiani, *l. fin. C. de rei vendic. cap. olim. de rescript. Rot. dec. 4. num. 2. de re iudic. in nou.* Vnde, cum D. Ottauianus sit prouisus in vim resignationis sibi factæ à Ioanne Baptista Caraffa tenetur iustificare suam gratiam, & sic
2 probare publicationem, † quæ est pars ipsius resignationis, *Rot. diuers. dec. 190. num. 2. vers. & consequenter. & num. 7. par. 2. Paris. de resign. lib. 11. q. 14. num.* 11. et propterea cum publicatio non
3 probetur, et † ob non publicationem intret vacatio ex constitutione Gregoriana, *Paris. de resign. d. lib. 11. q. 7. num.* 34. sequitur, quod R.P.D. Ottauiano beneficium non debeat adiudicari.

Et ita vtraque etc.

R.P.D. Ghislerio

Perusina Nullitatis Executionis

Mercurij 7. Iunij 1629.

SVMMARIA.

1. *Exequi ad instantiam hæredis non potest mandatum relaxatum ad instantiam defuncti, nisi illius persona legitimata, & cum nouo Exequatur.*
2. *Executio facta cum exequātur obtento non citato eo contra quem executio fuit consumata non sustinetur. & num. 5.*
3. *Executio facta pro maiori summa, quam sit contētā in mandato est euidenter nulla.*
4. *Error non præsumitur, sed debet probari.*
5. *Error non præsumitur, sed potius deliberatio, ex reiteratis actibus.*
6. *Acta transportari debent in relaxatione Exequatur.*

Decisio DXXVII.

CVM dubitaretur, An executiones per Philipputium contra DD. Persillam, et Europam factæ essent reuocandæ, Domini totius facti serie bene perpensa, à qua huius articuli resolutio pendet, ad fauorem Persillæ, et Europæ informantium responderunt.

Et quoad primam executionem ea nullam visa
1 fuit pati difficultatem, quia, † Gentile, quæ mandatum obtinuerat, iam defuncta, executio non potuit fieri per Philiputium heredem non legitimata prius persona propria, et sine nouo Exequatur ad ipsius instantiam.

Neque ad validitatem prodesse potest Exequatur post dictam executionem obtentum à dicto
2 Philipputio, quia, † cum manifesto nullitatis vitio laboret, eo quo non fuit citata Persilla, contra quam executio fuit consumata, sustineri non potest.

3 Secunda quoque minus excusari potest, † cum enim mādatum esset relaxatum pro expensis, pro scutis scilicet, 54. executio tamen facta fuerit pro scutis 300. et pro restitutione mobilium, euidenter remanet nulla.

Allegatus error Notarii, quod male scripserit, exequutionem fuisse factam pro mobilibus, non pro expensis, pro quibus exequatur fuerat ob-
4 tentum, vltra quod non præsumitur, nisi probetur, non potuit etiam committi, cum præcesserint quā
5 plures actus reiterati, † ex quibus deliberatio, nō error inducitur.

Tertia tandem eosdem, quos aliæ patitur defectus, cum in relaxatione exequatur nec fuerit ci-
6 tata Persilla, † nec acta fuerint transportata.

Quare stantibus huiusmodi nullitatibus, Domini supradictas exequutiones in eis fundatas omnino reuocandas censuerunt etc.

R.P.D. Merlino

Anconitana Pradij

Luna 25. Iunii 1629.

SVMMARIA.

1. *Confessio probat contra confitentem, immo omnes alias superat probationes.*
2. *Possessio probata ex instrumento illius adeptionis auctore Pratore aliis non possidente suffragatur ad effectum manutentionis.*
3. *Confessio possessionis partis aduersa cum qualitate probat ipsam possessionem simpliciter reiecta qualitate, cum præsumatur pro possessione, quod sit realis, legitima, & nomine proprio, non alieno.*
4. *Confessio emanata in iudicio criminali probat etiā in ciuili inter easdem personas, & in eadem causa.*
5. *Petitorium respicientia non discutiuntur in summarijssimo iudicio manutentionis, vbi requirunt altiorem indaginem.*

Decisio DXXVIII.

RESolutum fuit, Stracchis dandum esse mandatum de manutenedo in possessione prædij, de quo agitur, quoniam de eorundem possessione constat, Tum ex confessione Nicolai Crescij colliriganris in responsione ad positiones in summario illorum de Stracchis nu. 5. 1 † quæ cōfessio optime probat, immo omnes alias superat probationes, *l. cum præcum. C. de probat. Rot. dec. 802. num. 5. par. 1. divers. & in recent. dec. 525. num. 2. par. 2. & apud t. m. Greg. XV. dec. 200. num. 2. & nuper fuit dictum in Romana Vineæ 13. mensis decurrentis coram me:* Tum etiam ex publico instrumento adeptæ possessionis auctore Prætore, d. summario num. 3. 2 † quę alio non possidente suffragatur ad effectum manutentionis, *vulg. l. prædia. vbi DD. ff. de acq. poss. Verall. decis. 334. num. 6. par. 2. Rot. dec. 56. nu. 1. par. 1. divers. & recent. dec. 661. num. 1. par. 1. & alias passim.*

Nec obstat, quod Nicolaus in dicta responsione ad positiones asseruerit tantum, se permisisse, vt Stracchi possiderent, donec essent satisfacti pro scutis 1000. et sine præiudicio eius veræ possessionis, ac proinde non possit inferri ad probationem eorumdem possessionis manutenibilis de præsenti.

3 Quoniam responsum fuit, quod, † cum confessio habeat præsumptionem pro se, possessio enim realis, ac legitima præsumitur, & nomine proprio, nō autem alieno, diuiditur ipsa confessio, & admittitur ad effectum manutentionis reiectis alijs qualitatibus, *Bart. in l. Aurelius. §. item quæsit. num. 2. ff. de libert. legat. Rot. d. dec. 82. num. 2. par. 1. divers. & dec. 515. nu. 2. par. 2. recent. & apud t. m. Greg. XV. dec. 458. nu. 4. & fuit dictum in Lucen. Sarzanen. Iurispatronatus 3. Iulij præteriti coram me.*

Minus obstat, quod illa confessio emanauerit 4 in iudicio criminali, quoniam † probat etiam in iudicio ciuili inter easdem personas, & in eadem causa, *Bald. in l. 2. num. 225. C. de edend. Verall. dec. 190. num. 1. par. 1. Rot. dec. 193. num. 4. & dec. 250. num. 2. post 2. vol. cons. Farinac. Card. Seraph. decis. 975. num. 3. & fuit dictum in Calaguritana Cappellania 3. Iulij præteriti coram me.*

Cetera, quæ hinc inde ab informantibus deducebantur, visum fuit DD. respicere petitorium, 5 † neque in hoc summarissimo iudicio retinendæ esse discutienda, cum altiorem requirant indaginem.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit &c.

Cardinali Virili

Ciuitatis Castelli Beneficij S. Mariæ Cozzi Paua nuncupata de Petrella

Veneris 16. Martij 1628.

SVMMARIA.

1 *Immissio datur, vbi gratia est iustificata.*
2 *Immissio in vim subrogationis regulatur secundū terminos l. fin.*
3 *Immissio dari non potest, nisi iuxta limites possessorum, & in ijs, quæ ab eisdem possidebantur.*
4 *Immissio non datur, nisi in ijs, quæ possidebantur à testatore tempore mortis.*
5 *Secus in ijs, quæ possidebantur à tertio.*
6 *Possessione vniuersali non requiritur possessio eorū, quæ à tertio possidentur.*
7 *Testis deponens de facto proprio probat plus quā semiplene.*
8 *Resignans probat contra resignatarium iunctis alijs.*
9 *Testes duo sufficiunt ad effectum probationis.*
10 *Testes de Vniuersitate, seu Confraternitate probāt pro ea, vbi commodum non sentiunt in particulari.*
11 *Testium numerus supplet defectus.*
12 *Oblationum sunt incapaces Confraternitates, & laici.*
13 *Interrogatoria excessiua possunt à Iudice executore resecari.*
14 *Testis iuratus in termino remissoriæ potest examinari extra terminum. vbi ampl.*

Decis. DXXIX.

RESoluerunt Domini, Rectori Galeotto dandam esse immissionem, non tamen 1 in oblationibus, licet enim † vbi gratia est iustificata, detur immissio, *Mohed. decis. 13. vt lit. pend* 2 tamen, † cum huiusmodi immissio reguletur secundum terminos *l. fin. Vital. in clem. 1. num. 68. de caus. poss. & propr. Menoc. de adipisc. remed.* 3 *6. num. 35. Greg. dec. 335. num. 15.* † non potest dari immissio, nisi iuxta limites possessionis Antecessorum, & in iis, quæ possidebantur à præcedentibus Rectoribus, *Mohed. dec. 11. vt lit. pend. Put.* 4 *dec. 214. lib. 1. & dec. 495. num. 2. lib. 2.* † sicuti immissio non datur, nisi in ijs, quæ possidebantur à testatore tempore mortis, *gl. in d. l. fin. in verb. fuerunt, vbi Dec. num. 17. Zucard. nu. 146. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 363. Socc. iun. cons. 77. nu. 160. lib. 1. Ruin. cons. 168.* 5 *in fin. lib. 1. & cons. 51. num. 2. lib. 4.* † non autem in ijs, quæ possidentur à tertio, *Sufy. in d. l. fin nu. 18. & 19 Socc. iun. d. cons. 77. nu. 61 & 62, Grat. cons. 149. num. 6. & 7. lib. 2. Ias. cons. 38. num. 12. vers. secundo respondit. lib. 4. Menoch. de adipisc. d. re-* 6 *med. 4. num. 363. vers. hinc respondit Gratus.* † nec ex possessione vniuersali acquiritū possessio eorū, quæ à tertio possidētur, *Imol. in l. 3. circa fin. princ. ff. de acq. poss. Surd. cons. 135. num. 64. & 65. & nu. 67. vers. respondetur etiam. Put. dec. 310. num. 1. & 2. lib. 2. Seraph. dec. 1037. num. 2.*

Quod autem oblationes nunquam fuerint possessæ à Prædecessoribus, sed potius à Confraternitate satis probatur ex depositione noni testis Rectoris Antecessoris, qui resignauit ad fauorem Galeotti iunctis depositionibus aliorum testium affirmantium, fuisse factas tres claues Capsulę, in qua conseruantur oblationes, quarum vna retinetur per Ordinarium, alia per Priorem Confraternitatis, alia per depositarium, & quod nunquam aperitur sine eorum interuentu, & quod huiusmodi oblationes expenduntur de consensu Ordinarij in Fabrica, & ornamentis Ecclesiæ; Testis enim Ante-7 cessor deponit de facto proprio, † & sic probat plus quam semiplene, *Cas. de Grass. decis. 5. num. 4. de testib. Rot. decis. 147. numer. 6. par. 1. recent.* 8 & † vti resignans probat contra resignatariū iunctis alijs testibus, *Paris. de resignat. lib. 1. q. 16. nu. 20. Verall. dec. 93. num. 4. par. 1.*

Non obstat, quod ex vndecim testibus examinatis sex dederint mandatum ad hanc causam, quia 9 remanent quinque; & † duo sufficiunt, *l. vbi numerus. C. de testib.* & Homines de Vniuersitate, seu Con-

10 Confraternitate, † possunt esse testes pro Vniuersitate, et Confraternitate, vbi non sentiunt commodum in particulari, *Felyn. in c. insuper nu. 2. & 6. de testib. Alex. cons. 68. nu. 16. lib. 2. Rota in Nursicn. Confinium coram Reuer. D. meo Coccino Decano*

11 *decis. 140. &* 160. et † numerus supplet defectus, *glos. in l. 3. §. 1. in verb. numerus ff. de testib. Gabr. de test. concl. 6. nu. 2. Greg. dec. 340. nu. 6. & 7.*

12 Non obstat † incapacitas Confraternitatis, et Laicorum, quia intraret, si vellent percipere oblationes ad eorum vtilitatem, vt in Calagurritana Oblationum 21. Octobris 1588. coram bo. m. Cardinali Pamphilio, secus dum illas conuertunt pro seruitio, et vtilitate Ecclesiæ, huiusmodi enim nudę administrationis Laici sunt capaces, *Rip in c. 2. nu. 55. de iudic. Dec. cons. 148. num. 3. vers. 3. dubitatur, & fuit dictum in Mediolanen. Quarta Funeralium 14. Martij 1622. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat resecatio interrogatoriorum, quia,
13 † cum essent excessiua, potuerunt ab Executore resecari.

Nec subsistit, quod testes præstiterint iuramentum extra terminum, nam terminus duorum mensium incipiebat à die 15. Iulij, vt in processu de partibus fol. 16. et sic durabat per totam diem 15. Settembris. Vnde, dum testes præstiterunt iuramenta die 12. et 13. Settembris, vtique iuramen-
14 ta fuerunt intra terminum, et † testis, qui iurauit in termino die 13. Settembris, potuit examinari extra terminum sub die 27. Settembris, præsertim cum assistentia Interpretis Galeotti, et cum interrogatorijs, *Felyn. in c. licet causam nu. 12. de prob. Rot. dec. 3. de testib. in nou. Seraph. dec. 857. num. 21. Greg. dec. 327. & ibi nu. 27.*

Et ita vtraque, etc.

R. P. D. Dunozetto

Meleuitana Territorij

Lunæ 24. Nouembris 1631.

S V M M A R I A.

1 *Notario, de stylo Curiæ Meliten. attestanti per Cursorem fuisse executam citationem creditur, quãuis de actu præterito. Decl. vt nu. 2.*

3 *Nuncij relatio aliter iustificari non potest, quam per illius registrationem in actis.*

4 *Citatio sine die vti vaga, & incerta nõ suffragatur*

5 *Citatio ad sententiam si careat termino, sententia subsecuta dicitur lata sine citatione.*

6 *Defectus solius citationis ad sententiam sufficit ad eam inualidandam.*

7 *Testis vnicus, & qui se refert ad aliquam scripturam, illa non exhibita, non probat.*

Decis. DXXX.

SEntentiam Pro. Episcopo Meliten. reuocatoriam alterius sententię Thesaurarij dictũ fuit 3. Decembris 1629. esse nullam, & reuocandam ex duplici defectu citationis, & publicationis, & hodie Priore, & Fratribus S. Augustini non acquiescentibus reproposito super eisdem dubio, DD. re mature discussa steterunt in decisis.

Neque obstare censuerunt testes nouiter produ-
1 ctos deponentes, quod † de stylo Curiæ Meliten. Notario attestanti, per Cursorem executam fuisse citationem, licet de actu præterito, tamen creditur tanquam de actu coram se gesto. Quia etiam priores exceptiones, quæ contra eorum personas,
2 & dicta fuerunt consideratæ, † DD. testes non ex hoc concludunt, quod credatur Notario de relatione sibi facta absque eo, quod in scriptis redigat
3 relationem Nuncij sibi factam, † quæ aliter iustificari non potest, quam per registrationem in actis, *ex alleg. per Felin. in ca. quoniam contra sub num. 5. de prob. Rot. decis. 135. nume. 1. & 2. par. 1. recent.* Sed dato etiam, quod standum esset huiusmodi as-
4 sertioni Notarij, † adhuc tamen persona citatio nihil operetur, cum sit admodum vaga, & incerta dum in ea non exprimitur pro qua die esset pars citata ad audiendam sententiam. Vnde intrat cõ-
5 clu. quod, † quando citatio caret termino, sed dicitur lata sine citatione, *Castr. in l. non eo die num. 2. C. quando prouoc. non est necess. Rot. dec. 474. nu. 2. par. 2. recent.*

6 Quo defectu citationis firmato, † qui solus de per se sufficeret ad inualidandam sententiam.

Dixerunt DD. etiam secundo nullitatem ex defectu publicationis bene subsistere d. enim testes pro Fratribus S. Augustini examinati quoad hanc secundam partem nihil releuans deponunt quoad facultatem Inquisitoris circa superintẽdentiam in
7 iurisd. ab Episcopo concessam, excepto secundo † qui, vltra quod est vnicus, cum se referat ad litteras Episcopi d. Inquisitori datas, ipsis litteris non exhibitis, nihil probat.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Pirouano

Romana, seu Rauennaten. Pecuniaria

Mercurii 26. Iunii 1630.

S V M M A R I A.

1 *Arbitrium semper ex æquitate intrat ad sanandas nullitates, quæ vel non sunt tales, vel turbidæ, seu leues.*

2 *Mercatores forenses non possunt conueniri coram A.C. Limit. vt nu. 4.*

3 *Via executiua, quæ competit pro executione litterarum cambij an extendatur in actione contraria mandati ad repetendum solutu, & n. 8.*

4 *Contractus ibi perfectus dicitur, vbi consensus iunguntur, & ibi agi potest.*

5 *Contractus in Curia operatur, vt non subditus efficiatur subditus.*

6 *Mercator forensis, & subditus ratione contractus sicuti potest coram A.C. executiue agere contra Mercatorem Curiæ, ita executiue potest conueniri coram eodem ex suis facultatibus ordinatorie concernentibus.*

7 *Ordinatoria seruanda sunt in loco iudicij tam in processu, quam in executione.*

8 *Via executiua an competat in repetitione solutorũ, sicut in petitione.*

9 *Iudicium ordinarium respicientia.*

10 *Calumniæ suspicio cessat, & iuramentum non est necessarium, vbi constat de iustitia agentis, vel ex æquitate illius omissio sanatur.*

11 *Executiuis in causis debet prius decerni mandatũ cum termino Nisi infra tres, & deinde relaxari ad primam, nec isti termini possunt simul inculcari ex stylo A.C.*

12 *[illegible] procedere, vel in iudicio obligationis cameralis tantummodo, vel vt tamen habet arbitriũ pro sanatione, & nu. 13.*

13 *Proceditur inter Mercatores ex bono, & æquo.*

De-

Decisio DXXXI.

MAspergij mercatores Rauennaten. direxerunt litteras Palagijs, & Faleonerijs in Vrbe commorantibus; vt soluerēt certis personis quantitatem pecuniarum, quæ acceptatæ, & completæ fuerunt; mox ijdem Maspergij conuenti pro eadem quantitate restituenda, mandatum executiuum cōtra eos fuit relaxatum. Appellatione autem interposita, cum multæ nullitates opponerentur emanauit commissio sanatoria Arbitrio Rotę terminādā, & cū hodie in hac parte dubitaretur fuit responsū Arbitriū intrare.

1 Regulare enim est, † quando nullitates vel non sunt tales, vel turbidæ, aut leues semper intrat arbitrium in æquitate fundatum ad nullitates remouendas *Crescen. dec. 4. de testib. Seraph. decis. 1154. num. 1. cum alijs alleg. in Add dec. 189. nu. 8. coram PP. Gregorio XV.* quæ æquitas in præsenti super abundat; dum Mercatores Romani sequendo fidē Rauennatensium eorumdem litteras, & ordines adimpleuerunt soluendo personis nominatis.

Quæ igitur ex defectu iurisdictionis A.C. deducto, etiam, absq; arbitrio visa fuit posse curari.

2 Nam, & si Maspergij prætendant debuisse conueniri in proprio domicilio, † non autem coram A.C. in Vrbe, & neque contra eos vti Mercatores forenses potuisse executiuè agi defectu facultatū

3 A.C. ac demum † viam executiuam, quam habent litteræ Cambij de stylo Curię, non posse extēdi in actione contraria mandati ad repetendum soluta contra Maspergos.

4 Attamen primum videtur cessare: quia contractus conclusus fuit per epistolam eorumdem de Maspergijs, & consensum Mercatorum acceptantium in Vrbe; † vbi autem consensus iungitur, ibi dicitur perfectus contractus, non autem in loco, à quo dirigitur epistola, & ibi validè Maspergij potuerunt conueniri *Bald. vtrumq. determinans in l. multum interest. num. 28. & Salic. num. 17. C. si quis Alteri, vel sibi. Rota. Ianuen. decis. 161. num. 4. Alberic. in l. 2. num. 4 ff de Procur. Rota in Valentina Mercedis coram D. meo Decano inter eius impressas 116. num. 1.* neq. dicatur quod hoc modo possent conueniri Romę totius mundi Mercatores, à quibus litteræ diriguntur, et è conuerso Romani Mercatores alibi dirigentes ordines, et litteras, quod dicebatur absurdum, quia huiusmodi instantia nō tollit fundamentum Baldi, et aliorum, qui Baldū sequuti sunt, quando sub eodem Principe contrahentes domicilium habent, et facultates Iudicis non deficiunt; propterea tollitur, et secundum de carentia facultatum agendi executiuè cōtra Mercatores forenses, pro vt sunt Maspergij, nō autem Mercatores Curiæ, vt dicunt facultates A.C. im-

5 pressę, per Salust. post praxim ou. 9. quia † per contractum in Curia, qui non est subditus, efficitur subditus, et cessat qualitas forensitatis *l. heres absens. §. proinde. ff de Iudic. Alex. cons. 164. num. 3. vol. 6. Rolan. cons. 48. nu. 19. vol. 3. Surd. cons. 204.*

6 *num. 13. & 257. num. 3.* et † qua ratione Mercator origine forensis, occasione tamen contractus subditus; potest agere executiuè contra Mercatorem Curiæ; eodē modo debet curialis posse agere cōtra aliū Mercatorē forensē ex eisdē facultatibus, cum

7 cōcernāt ordinatoria, † quæ seruanda in loco iudicij, siue agatur de ordine processus, siue de ordine executionis, *Bal. in l. 1. n. 10. C. Ne filius pro patre, & in l. 1. n. 2. C. de execut. Rei Iud. latissimè idem Surd. cons. 204. num. 4. lib. 2.* nec releuat vltimum, quod

8 † cesset via executiua in repetitione solutorum, et exactus agere debeat ordinaria *Scac. de Appell.*

quæst. 17. limit. 9. num. 58. cum alijs alleg. in addit. decis. 581. num. 10. coram PP. Greg. XV. quia, quidquid sit, quando indifferenter fuit actum vigore obligationis Cameralis, et soluens vult repetere ab eo, qui vigore obligationis exegit, attamen vbi agitur inter Mercatores, et contra Mercatores actione contraria mandati, et vigore litterarum cambij, vt in præsenti, sicuti in directa paratam habent executionē aduersus acceptantes litteras, *Seraph. decis. 562. nu. 2. Bald. cons. 349. nu. 4. lib. 1. Rota Ianuen. decis. 2. num. 9. & 126. nu. 8.* ita et in contraria ad instar fideiussorum eamdem habere debent *Henring. de fideiussor. c. 26. nu. 8. & Coller. de process. execut. par. 2. c. 2. num. 4.* admissa autem via executiua, cessant consequenter nullitates monitorij, seruationis terminorum, citationis ad sententiam diffinitiuam, et sententiæ per cedulam,

9 quæ præsupponuntur omissæ, † cum prædicta omnia respiciant iudicium ordinarium non autem executiuum.

Secūda pariter nullitas, quæ desumitur ex omissione iuramenti calumniæ, vel euitatur, vel ex æqui

10 tate sananda est; quia † vbi constat de iustitia Agentis, prout in præsenti ex litteris, et quietātijs semper cessat suspicio calumniæ, et iuramentum non est necessarium *Bald. in l. 2. nu. 7. de probat.* et sæpè Rota idem respondit, *vt in Aprutina Census apud Cinc. de Censib. 215. n. 6. in Maslcana Affict. post tract. oblig. Camer. 131. nu. 6. & in Romana pecun. de Columna 21. Aprilis 1617. coram Archiep. Seleucien.*

Postrema nullitas, quæ arguitur ex inordinato processu, et illa momenti non est, nam et si prætendatur

11 † in executiuis, quod prius decernatur mandatum cum clausula nisi infra tres; et deinde relaxetur ad primam diem, secundo stylum Curiæ A.C nec potuisse inculcari termini prout asseritur in præsenti factum fuisse, et inde equalta sit nullitas decreti, in Romana pecuniaria post tr. ct. de

12 oblig. Cam. 108. num. 3. attamen † stylus, qui allegatur cum respiciat iudicium obligationum Cameralium, vel non debet extendi ad aliud iudiciū

13 † vel mitiat æquitas, vt in causis Mercatorum procedatur ex bono, et æquo *Rota Ianuen. decis. 25. num. 15. & 641. in fine par. 1. recen.* et sananda sit iuxta arbitrium à Principe indultum.

Et ita etc.

R.P.D. Merlino

Squillacien. Abbatiæ

Mercurii 20. Nouembris 1630

S V M M A R I A.

1. *Præsentia supplentur quicumque citationis defectus.*
2. *Iuramentum testis non probatur sufficienter ex enunciatiua Notarij, Testis iuratus, & c. & nu. 5. Limit. vt. nu. 9. & 11.*
3. *Iuramentum requirit tactum scripturarum, quotiescumque defertur à iure, vt in teste.*
4. *Iuramentum præsumitur solemniter præstitum tactis scripturis, quamuis non exprimatur, ex auctoritate iudicis, & Notarij, ac taciturnitate partis, nisi ab ea contrarium probetur.*
6. *Notarius scribēs simpliciter, Testis iuratus, videtur enunciatiuè referre actum ante gestum à parte, non factum ipsius narrantis.*
7. *Notario attestanti de actu de præterito, & non coram se tunc gesto, non creditur, quasi sit assertio potius testimonialis, quam habens fomentum officij tabellionatus.*

8 *Iuramentum testis probatur ex verbis dispositiuis Notarij, Testis iurauit, &c.*

10 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*

11 *Iura compulsata, quæ non apparent auscultata, & collationata, nulliter compulsata dicuntur.*

Decisio DXXXII.

NON controuertebatur ab informantibus pro D. Sirleto, deberi fructus Abbatiæ D. Abbati Marco Antonio Vi[illegible] à die litis contestatæ, vt resolutum fuit sub die prima Iulij præteriti coram me, sed impugnabatur duntaxat eorundem fructuum liquidatio, & quantitas in decisione taxata, circa quam inspectionem Domini tamen in decisis permanserunt ex rationibus ibi deductis, quæ placuerunt.

Nec obstare visum fuit, quod receptæ confectæ à Procuratore D. Sirleti, & alia iura, ex quibus desumitur probatio quantitatis fructuum perceptorum fuerint extracta sine partis citatione, quoniam cum idem Procurator D. Sirleti præsens fuerit dictæ extractioni, & illas receptas recognouerit, vt in Sum. D. Abbatis M. Antonij nu. 2. † ex hac præsentia suppletur quicunque citationis defectus *Rot. decis. 21. de dol. & contum. in antiq. Cas. de Grass. decis. 15. num. 6. de testib. Surd. cons. 127. num. 16.* & frustratoria fuisset citatio Procuratoris, qui apocas à se conscriptas, & recognitas impugnare non poterat.

Minus obstat, quod non videatur satis constare de iuramento Testium, dum Notarius simpliciter asseruit *Testis iuratus, &c.* † ex qua enunciatiua non oriri sufficientem iuramenti probationem, fuit opinio *glos. in c. vt circa, de elect.* quam passim sequuta est *Rota, vt apud Verall. decis. 123. & 246. par. 2. & decis. 295. par. 3.* & alias sæpius.

Quoniam Domini non dubitarunt de veritate prædictæ opinionis, quam in hoc sacro Tribunali semper fuisse seruatam, testatur *bo. me. Penia in decis. 215. num. 2. post 2. vol. cons. Farinac.* prout eam amplexa est in *decis. 633. num. 4. par. 2. recent. & dec. 393. nu. 8. ac decis. 784. nu. 1. par. 2. & apud sanct. mem. Greg. XV. decis. 39. num. 3. & decis. 368. num. 5. & coram bo. me. Card. Caualerio decis. 322. num. 3.* & alibi; Non quidem ex ea ratione, quod deficiant verba tactis scripturis, † quarum tactus videtur exigi, quotiescunque iuramentum defertur à iure, prout est iuramentum Testis, vt post *Felin. & Abb.* dicit *Paris. in cap. fraternitatis. num. 77. de testib.* quem videtur sequi *Farinac. de testib. q. 4. nu. 20. ad fin.* quia † eo ipso, quod sufficienter aliunde probatur fuisse, præstitum iuramentũ, tunc ob authoritatem Iudicis, & Notarij, ac taciturnitatem partis non opponentis, præsumitur illud solemniter præstitum fuisse, hoc est, tactis scripturis, licet solius iuramenti mentio fiat, adeo, vt parti tactum scripturarum neganti incumbat onus probandi, vt docuit *Imol. cons. 86. nu. 3. Alciat. in rubr. de iur. iuran. n. 36. vers. possumus tamen excipi, Couar. in cap. quamuis pactum. p. 1. §. 1. num. 2. ad fin. Viu. com. opin. quæst. 432. nu. 3. Thesau. decis. 47. nu. 18. Sanch. de matrim lib. 7. disp. 108. sub num. 14. vers. bene tamen verum est,* & ideo † Rota pluries respondit, quod, etiamsi enunciatiua Notarij *Testis iuratus, &c.* contineat etiam verba, *tactis scripturis*, attamen non præbet sufficientem iuramenti probationem, vt apud *Verall. d. decis. 246. par. 2. & in recent. decis. 393. sub num. 8. vers. etiam si dicat, & decis. 704. num. 8. par. 1. & coram bo. m. Card. Canalerio decis. 322. num. 3.* ita etiam obseruarunt *Adden. ad sanct. me. Greg. XV. decis. 39. num. 5.* Sed ex ea ratione quia, † quando Notarius scribit simpliciter, *Testis iuratus, &c.* videtur enunciatiuè loqui, & narratiuè referre id quod antea gestum fuit à parte, non autem coram se, & sic narratiua non videtur respicere factum ipsius narrantis, & de illius veritate attestari, sed actum de præterito, † Notario autem attestanti de actu de præterito, & non gesto coram se ipso in ipso tempore præciso actus, non creditur, quia tunc eius assertio magis videtur esse testimonialis, quam habens formam officij Tabellionatus *Alex. cons. 42. nu. 9. lib. 4. Rimin. Sen. cons. 430. num. 57. & seqq. lib. 3. Curt. Iun. cons. 176. num. 2. Ruin. cons. 159. num. 10. lib. 3. Rond. cons. 31. num. 26. & 27. lib. 2. Beoi. cons. 61. num. 21. & seqq.* ita respondit *Rota in d. decisionibus Veralli, & in recent. decis. 393. num. 8. & 9. & coram bo. m. Card. Canal. d. decis. 322. nu. 3. & corã sanct. me. Greg. XV. decis. 368. num. 5.* vbi quod, † si Notarius dispositiuè scripserit, *Testis iurauit, &c.* ex illa dispositiua assertione tanquã respiciente actum de præsenti, & coram se gestum insurgit legitima iuramenti probatio, & notat etiã *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 30. nu. 44. in fin. vers. putarem.*

Verum tamen prædicta non obstare in casu præsenti, Domini censuerunt, quia † Rota concurrentibus adminiculis, & particularibus facti circumstantijs, & quando aliunde deprehenditur, Testem re vera iurasse coram Notario, recedit à supra firmata opinione, vt habetur per *Seraph. decis. 857. nu. 25. & in recent. decis. 393.* & latius, *decis. 704. par. 1.* vbi plura adminicula, & circumstantiæ ad hanc rẽ appositæ recensentur, & *corã Card. Canal. d. decis. 322. num. 4.* et alias decisiones refert, atque ita obseruari in praxi testatur, *Grat. discept. foren. cap. 60. num. 14.*

Hic autem ex pluribus videtur colligi verè interuenisse d. iuramentum, quia à Notario non dicitur simpliciter, *Testis iuratus, &c.* sed *qui delato iuramento veritatis dicendæ, &c.* vel *cum iuramento examinatus, &c.* et sic enunciatiua refertur ad actum de præsenti, hoc est ad ipsum examen, et similia verba ponderauit *Rota coram bo. me. Card. Canal. d. decis. 322.* pro inducenda iuramenti probatione, dictaque verba, & *cũ iuramento examinatus, &c.* connectenda sunt cum verbo, *disposuit*, & sic iuramentum censetur de præsenti coram Notario præstitum, quemadmodum etiam verbum, *deposuit*, & verbum *examinatus*, ad actum coram Notario, & eodem tempore gestum refertur, † qualitas enim adiecta verbo intelligitur secundũ tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. Surd. de alim tit. 9. quæs. 13. num. 5.* & prædicti Testes fuerunt examinati coram Iudice cum interuentu partis aduersæ, & tali tempore quo potuerunt iurare legitimè; † ex quibus præsumitur, omnia solemniter fuisse acta, & solemne iuramentum tactis scripturis fuisse interpositum, *Bald. in l. iurisiurandi num. 2. vers. sed pone quod reperitur C. de testibus, & in auth. si quis in aliquo num. 9. C. de eden. Alciat. in rub. de iur. iur. num. 36. vers. primus est Menoch. cons. 114. numer. 27. Grat. discept. for. d. cap. 60. num. 14. Rot. decis. 704. num. 2. & 4. & coram bo. m. Card. Canalerio d. decis. 322. numer. 6.* & fuit dictum in *Mesan. Prioratus 16. Februarij 1626. coram me.*

Alias autem nullitates circa compulsationem ex eo deductas, quod † Iura non fuerint auscultata, & collationata, et quod nullibi appareat de Iudice compulsore, visum fuit bene tolli ex Summario Abbatis M. Antonij num. 2. & ex inspectione processus.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R.P.D.

R.P.D. Pirouano

Romana Separationis Bonorum

Mercurij 4. Decembris 1630.

S V M M A R I A.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non debet superfluis expensis grauari, sed conseruari immunis etiam a minimo damno, & molestia.*
2 *Concedi debet, quod petenti prodest, & parti aduersæ non nocet.*
3 *Arbitrium concurrente æquitate, & fortius si iustitia, semper intrat in temperando iuris rigore.*

Decisio DXXXIII.

PRO informante fuit resolutum, scilicet intrare arbitrium, vt stetur indicationi, seu copiæ simplici scripturaris: versamur enim in hæredibus cum beneficio legis, & inuentarij, 1 † qui grauari non debent expensis superfluis, sed præseruari immunes etiam à minimo damno, & molestia, *l. fin. §. & si præfatam. C. de iur. delib. Rol. de inuent. par. 4. vtilit. prima num. 3.* succedit præterea maxima æquitas, quia parti aduersæ non interest, quod illi hæredes grauentur expensis citra 2 eiusdem partis vtilitatem, & † quod ei non nocet hæredibus est concedendum, *l. seruus ea lege. ff. de seru. export. Menoch. cons. 34. num. 2. Surd. dec. 120. num. 12.*

3 Concurrente † igitur æquitate, & quod maius est iustitia in præseruando hæredes à damno, semper intrat arbitrium in temperando iuris rigore, *Bald. cons. 127. num. 4. lib. 1. & idem fuit dictum in Cesenaten. de Aldinis 4. Februarij 1608. coram D. meo Decano.*

Et ita &c.

Reuerendissimo D. Coccino

Cæsaraugustana Præeminentiarum

Veneris 14. Februarij 1631.

S V M M A R I A.

1 *Verba vniuersalia circa locum, comprehendunt omnem, & particularem locum, ac si esset specifice expressus.*
2 *Connexorum eadem est dispositio. Limit. vt num. 5.*
3 *Monstruositas debet euitari, quæ resultet ex deformiam membrorum confusione. Decl. vt num. 6.*
4 *Honorifice debet fieri alterius receptio in domo propria.*
7 *Intellige secundum tamen subiectam materiã, et personarum qualitatem.*
8 *Æqualitas seruari dicitur ratione subiectæ materiæ, & qualitatis personarum etiam quod vnus honoretur magis, quam alter ex aliqua ratione, vel circumstantia.*
9 *Specierum enumeratio restringit, & declarat, de qua re intelligatur.*
10 *Repugnantia simul stare non possunt.*
11 *Mãdatũ de manutenẽdo declaratur ex obseruãtia.*
12 *Ampl. præsertim si pro illius executione deuentũ fuerit ad censuras.*
13 *Manutentio in summarijssimo possessorio datur ad limites possessionis, & ad terminos status.*
14 *Præeminentiarum in materia plurimum defertur consuetudini.*
15 *Manutentio præsumitur concessa ad limites obseruantiæ.*
16 *Testis etiam vnicus sufficit in respicientibus manutentionem.*
17 *Ampl. præsertim concurrentibus adminiculis.*
18 *Confessio Decani probat ad fauorem partis aduersæ etiam in præiudicium Ecclesiæ. Ampl. vt num. 19.*
20 *Testes numero minores elidũtur à testibus contrarijs numero maioribus.*
21 *Assistentia iuris cõmunis turbida non suffragatur.*
22 *Petitoriam respicientia non attenduntur in manutentione.*

Decis. DXXXIV.

VT alias dictum fuit, consulti Domini super interpretatione, & forma exequutionis mandati de manutenendo, aliàs de anno 1557. coram bo. me. D. de Rubeis relaxati; quãuis sub die 26. Aprilis, & 29. Nouẽbris 1627. inter cætera respondissent: Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ dandam esse manum dexteram à Priore, & Capitulo Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari in eadem Ecclesia, quoties Metropolitani certis diebus ad illam accedunt: Hodie tamen, suscepta iterum super eodem dubio disputatione, resolutum fuit, dictum mandatum de manutẽnendo ita esse intelligendum, vt idem Prior Sãctæ Mariæ in propria Ecclesia de Pilari sedeat in sua Sede Priorali, accedente Capitulo Sancti Saluatoris: & in hoc à decisis recedendum.

Id autem deducebant Domini. Primò ex verbis generalibus eiusdem mandati, dum in concursu vtriusque Ecclesiæ, in quibuscunque actibus concedit præcedentiam Priori, & Capitulo S. Mariæ ibi: *Canonici, & Capitulum Ecclesiæ sancti Saluatoris Metropolitanæ, &c. teneantur, &c. illos [Priorẽ scilicet, & Canonicos Ecclesiæ sanctæ Mariæ Maioris de Pilari] tam in prædictis, quam alijs quibuscumque actibus insimul conuenire, aut interesse contigerit, ad dexteram partem, seu manum, tam in Choro, quam extra etiam in processionibus prædi-* 1 *ctis collocare &c.* † quæ verba tamquam vniuersalia omnem locum comprehendunt, & consequenter Ecclesiam de Pilari ad tradita latè per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. numer. 20 & seqq. Surd. cons. 453. num. 8. Crauett. cons. 926. num. 7.* ac si specificè eadem Ecclesia fuisset expressa, *Oldrad. cõs. 321. num. 2. Surd. cons. 181. num. 42. & cons. 358. num. 2. Ruin. cons. 40. num. 12. lib. 2.* itaut Prior ipse de Pilari in hoc satis videatur habere fundatam intentionem pro retentione suæ Sedis prioralis.

Nec dicatur, quòd quemadmodum per Canonicos, & Capitulum Beatæ Mariæ conceditur manus dextera Canonicis & Capitulo Metropolitanæ: ita etiam concedi debet per Priorem de Pila- 2 ri Decano sancti Saluatoris, † vel ratione connexitatis *ad text. in c. translato cum ibi not. de constit.* & ad latè tradita per *Cassan in Cathal. glor. mund. par. 4. cond. 32. vers. Sed ratione connexitatis:* 3 † vel vt euitetur monstruositas, ex deformium membrorum confusione resultans, iuxta *text. in cap. 1. 89. dist.* cum alijs per eumdem *Cassan. loco præcitato. vers. tamen hæ responsiones:* 4 † vel denique ratione illius honorificentiæ, qua Prior, Canonici, & Ca-

pitulum Metropolitanæ in Ecclesia B. Mariæ recipi debent per Priorem, Canonicos, & Capitulum de Pilari, vt ponderatum fuit in præfatis decisionibus sub die 26. Aprilis, & 29. Nouembris anni 1627.

5 Nam quoad rationem connexitatis, † illa non intrat, quotiescumque, vt in casu isto, per consuetudinem intrat aliqua dissimilitudo inter connexa, vt fusè explicat *Euerard. in argumento à simili, in secunda col. ante fin. vers. quando autem duo* 6 *sunt similia.* † Ratio autem vitandæ monstruositatis, quæ ex membrorum confusione oritur, non potest in hac facti specie considerari, cum vtrumque Capitulum simul conueniat tamquam vnicum corpus, non autem tamquam duo corpora separata, vt ad propositum considerant, *Felin. in cap. Pastoralis num. 9. vers. vbi duo corpora, Abb. §. 1. num. 7. Imol. num. 12. de rescript.* & faciunt notata *in sup. scriptum. vbi Abb. num. 6. Imol. pariter num. 6. vers. nota quod vbi, de elect.* Honorificam denique receptionem, visum fuit, necessario non inferre in 7 casu isto concessionem manus dexteræ, sed † esse intelligendam secundum subiectam materiam, vt scilicet Decano, atque Capitulo Metropolitanæ ad Ecclesiam Beatæ Mariæ venienti, Prior de Pilari assurgat, obuius procedat, ad ostium vsque humaniter excipiat, mandet pulsari campanas, & chorum dexterum, excepta priorali sede, vt eum ijsdem dimittat, ad tradita per *Felin. in rubr. de maior. & obed. sub num. 8.* & conferunt notata per *Vitalin. in clemen. si summi num. 34. & seq. de sent.* 8 *excomm.* † Ratione enim subiectæ materiæ, ex qualitatis personarum dicitur etiam æqualiter seruari, licet vnus honoretur magis, quam alter ex aliqua ratione, vel circumstantia ad *text. in l. 3. §. Præses, vbi glos. in §. discrimina ff. de muneribus & honoribus.*

Itaque conformem fuisse mentem Iudicis, qui dictum mandatum de manutenendo concessit, satis etiam colligitur ex eo, dum idem mandatum loquens de Ecclesia Sanctæ Mariæ, eunte ad Ecclesiam sancti Saluatoris, postquam iubet, vt honorificè recipiatur, expressè addidit etiam, vt latus dexterum eidem assignaretur, signum euidens, quod sub simplici honorifica receptione ex mente iudicis non continebatur præcisè latus dexte- 9 rum, † cùm de vtroque discretiuè loquutus fuerit *l. hæc verba ff. de verb. signif. Seraph. dec. 964. n. 3.* qui loquitur in his terminis.

Secundo id deducebant Domini ex verbis etiam specialibus eiusdem mandati; in quo, postquam vtriusque Capituli ad vtramque Ecclesiam mutuus accessus, necnon in ipsarum qualibet functiones recensentur, tandem disponitur: Quod in prædictis Ecclesiis, tam in choro scilicet, quam extra Prior, et Capitulum sancti Saluatoris teneantur dare manum dexteram, seu Chorum dexterum Priori, et Capitulo de Pilari. Ex his enim verbis clarè patet, idem mandatum expressam continere præcedentiam Prioris B. Mariæ in propria etiam Ecclesia: Cùm de vtraque generaliter et indistinctè loquatur, ex iuribus supra allegatis, et consequenter tantò euidentius excludi interpretationem illam, quod honorifica receptio superius ponderata importet concessionem manus dexteræ. Nè dicamus mandatum, quod prius in vtraque Ecclesia indistinctè concedit præcedentiam Priori Beatæ Mariæ, continere repugnantia: si respectu Metropolitanorum, iniungendo postea Priori, et Capitulo de Pilari honorificam receptionem, eamdem manum dexteram ipsimet Priori incontinenti au- 10 ferret, † contra reg. *text. in l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. cap. inter dilectos de fid. instrument. Bart. in l. fin. § item quæsitum ff. de cond. & demonstr.* cum alijs per *Aym. cons. 70. num. 5.*

Tertiò hanc ipsam interpretationem Domini 11 † etiam eliciebant ex obseruantia, † quæ ad eamdem interpretationem plurimùm confert, *Hoded. cons. 23. num. 35. & cons. 89. num. 46. lib. 2.* quando etiam verba essent dubia, *Rot. dec. 256. in fin. par. 2. diuer. Mantic. dec. 296. num. 6.* Ac præcipuè in casu isto, 12 in quo, † cùm ad executionem eiusdem mandati Metropolitani compulsi fuerint per censuras, eadem obseruantia tantò minus præsumitur excessiua, sed restricta ad limites ipsius mandati, vt ad propositum considerat *Rot. dec. 45. sub num. 12. de appell. in nou. & apud Seraph. dec. 1189. num. 1. &* 13 *2.* Maximè † cùm non solùm in huiusmodi summarijssimis possessorijs retinendæ detur manutentio ad limites possessionis *vulg. §. retinendæ. instit. de interd.* & ad terminos status, *Rain. cons. 155. num. 5. lib. 4. Rota dec. 4. num. 2. & 3. de dilat. in nou. & dec. 522. num. 2. & 3. par. 1. diuers.* sed versemur 14 etiam in materia præeminentiarum, † in qua plurimùm defertur consuetudini, *Bald. in cap. cùm olim in 1. not. de consuet.* qui loquitur in puncto circa locum sedendi, *Ruin. cons. 19. numer. 6. lib. 1. Cassan. in Cathal. glor. mund. par. 4. consid. 37. vers. de his dignitatibus,* vbi in terminis loquitur de præcedentia inter dignitates inferiores. *Rot. decis. 4. num. 2. ad fin. de elect. in nou. Seraph. dec. 964. num. 1. & 2.* & ponderatum fuit in *Colonien. præcedentiæ 9. Iun. 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Obseruantiam verò satis concludere videbantur quamplurimi testes, qui dantur in Summario pro Ecclesia Beatæ Mariæ à *num. 3.* vsque ad 6. rite deponentes de ista quasi possessione Prioris sedendi in prima Sede Chori dexteri, qui Capitulo, & Canonicis sancti Saluatoris assignatur. Quos inter, primus deponit de annis septuaginta, sicut percutiat annum decreti manutentionis immediatè præcedentem, & sic concludit obseruantiam an- 15 teriorem, † ad cuius limites præsumendum est, 16 concessam fuisse manutentionem ex deductis. † Qualis enim sic vnicus, sufficit tamen in his, quæ manutentionem respiciunt, *Rot. dec. 196. par. 1. diuers. & dec. 624. num. 5. & 1326. num. 1. apud Seraph.* 17 † Præsertim verò cùm per alios testes abundè adminiculetur, Nam ex octo testibus de visu, qui dantur in eodem summario Beatæ Mariæ sub num. 3. alius percutit annum 1561. duo verò annos 1566. & 1567. quo Capitulum sancti Saluatoris compulsum fuit ad paritionem huius mandati Rotalis sub censuris, ac pœna ducat. 10000. & post præstitam obedientiam ab ijsdem censuris absolutum, Reliqui autem quatuor deponunt de annis 1571. 1576. 1581. & 1582. Cum quibus concordant alii septem, qui pariter dantur sub num. 4. de auditu, voce, & fama publica deponentes. Nec non alii 2 sub num. 5. ad perpetuam rei memoriam recepti, qui immemorabilem cum suis qualitatibus concludunt. Ac denique alii octo aduersus depositiones trium testium sancti Saluatoris examinati: qui de visu, voceque, & fama publica constantur.

Ad huius obseruantiæ robur multùm etiam conferre arbitrabantur Domini confessionem ipsiusmet Decani sancti Saluatoris, pleno, & non contradicente Capitulo, declarantis Decanum semper sedisse in prima sede Chori sinistri in vtraque 18 Ecclesia. † Quæ quidem confessio, vt patet, adminiculata probat etiam in præiudicium Ecclesiæ, *Mantic. decis. 9. num. 1. cum aliis per Adden. ad* 19 *sanct. memor. Greg. dec. 375. num. 11.* † Præsertim in quo confessio prædicta concernit actum gestum à confitente, *glos. in cap. vlt. in fin. vbi Abb. num. 44. vers. ergo soluendo, de præsumpt. Tiraq. in tract. dign. §. 4. gl. 14. num. 48. &* notant *add. ad dict. dec. 375. s. m. Greg. loco citato.*

Non

Non obstant testes Metropolitanę in contrarium ponderati in decisionibus, quę reuidentur. Quia ex declarationibus per eosdem nouiter factis reducuntur ad concordiam, † vel in omnem euentum eliduntur à contrariis testibus numero maioribus, ad tradita per *Gabr. de testib. conclus. 4. num. 50.*

Non obstat assistentia iuris communis fundata in prætenso statu Cathedralitatis, quo quingentis abhinc, & amplius annis gaudet Ecclesia Metropolitana sancti Saluatoris. Quia cum iam fuerit resolutum, constare Ecclesiam Beatæ Mariæ fuisse antiquitus Cathedralem, potest hodie dubitari. An Ecclesia Metropolitana possit in hoc vti assistentia iuris communis contra præfatam Ecclesiam Beatæ Mariæ, quæ videtur retinuisse iura antiquæ Cathedralitatis, vt late deductum fuit in decisione coram me facta sub die prima Martii anni præteriti. Vel saltem, † cum vtrumque Capitulum dicatur conuenire ad faciendum vnum Corpus, assistētia iuris remanet valdè turbida, *Cassa. vbi supra consider. 32. per totam, & aduertit Rota in dictu Colonien. præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo.* Aut in omnem euentū † id respicit petitorium, prout etiam sententia Sancii de anno 1221. laudum Alphonsi de anno 1513. & Concordia Ferdinandi de anno 1539. Quæ vlterius loquuntur solum de Canonicis, & Capitulo, non autem de Priore, &c.

Et ita conclusum parte vtraque informante, &c.

R. P. D. Merlino

Rauennaten. Emphyteusis

Veneris 28. Maii 1641.

S V M M A R I A.

1. *Causa est Ecclesiastici fori, & non laicalis, in qua agitur de bonis spectantibus ad Ecclesiam ratione directi dominij, & qui id impugnat, est damnandus. Ampl. vt num. 4. & 5.*
2. *Laici nihil statuere nec ius dicere, & sententiam proferre possunt circa bona Ecclesiastica ex iurisdictionis defectu. vbi Ampl.*
3. *Paria sunt forum sortiri, & statutis ligari.*
5. *Dominium vtile vere, & proprie est vna, & eadē cum dominio directo, & eius naturæ, vt directum semper sequatur, sicuti incrementum alluuionis, & insulæ.*
6. *Iuspatronatus laicorum quamuis non sit proprie spirituale, quia tamen est annexum spiritualitati, cognoscitur à solo Iudice Ecclesiastico.*
7. *Spiritualis rei possessio, licet mere temporalis, & laicalis, cognoscitur à solo Iudice Ecclesiastico, quemadmodum proprietas, non autem à laico.*
8. *Spiritualitatis qualitas qualitatem temporalitatis absorbet, & ad se trahit.*
9. *Connexitas, & complicitas maior est inter dominium directum, & vtile, quam inter proprietatem, & possessionem.*
10. *Decimarum causa, quæ datæ sint in feudum saecularibus est fori Ecclesiastici, licet illarum dominium, seu fructus spectet ad laicos, & feudum censeatur saeculare.*
11. *Matrimonij possessorium, quamuis inter personas mere laicas, quia admixtam habet causam, & titulum spiritualitatis, definiri debet à Iudice Ecclesiastico.*
12. *Ecclesiæ emphyteutæ non tenentur ad collectas, & onera realia per statuta laicorum super rebus & bonis imposita.*
13. *Dominium vtile Vasalli subijcitur, & fā mula tu directo dominio Domini principalis.*

Decisio DXXXV.

SEntentiam latam extra Curiam, Domini dixerunt vitio nullitatis ex defectu iurisdictionis laborare; promulgata enim fuit in foro, & Tribunali laicali, & tamen, † cum ageretur de bonis ratione directi dominii spectantibus ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Cosmedin, causa erat omninò Ecclesiastica, & ab Ecclesiastico Iudice, non autem à laico definienda, *c. decernimus extr. de Iudic. cap. bene quidem, cap. denique destin. 96. cap. continua, cap. relatum, cap. si quæ causa, cap. placuit il secundo xi. q. 1.* in qua quæstione per totam Gratianus congerit decreta ad hoc spectantia ex sacris Conciliis, & Summorum Pontificum rescriptis desumpta, *& in dicta cap placuit desumpto, ex Concil. Carthaginen. 3.* habetur, quod etiam Apostolus huiusmodi causas ad Ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcepit, & de veritate huius conclusionis, nullus vnquam orthodoxus dubitauit, & si qui ausi suot impugnare, merito semper ab Ecclesia fuerunt damnati, prout de Marsilio illo Paduano sub Paschali Secundo, *trad. Card. Turrecrem in summa eccles. lib. 4. par. 2. cap. 37.* qui super hoc refert, extare extrauagantem Ioannis XXII. quæ incipit licet, *Azor. instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. vers. in hoc procul dubio Bannes in 2. 2. quæst 65. artic. 1. vers. item Christus, Cardinal. Bellarmin. controuers. tom. 2. tit. de Cleric. cap. 24. ante vers. quinta propositio:* quemadmodum enim † laici, quidquam statuere non possunt circa bona Ecclesiastica, ex defectu iurisdictionis, & potestatis, *d. cap. bene quidem, cap. si Imperator 96. distin. cap. laicis 16. quæst. 7. cap. cum laicis extr. de rebus Eccles. alien. vel non,* in quibus locis habetur, quod laicis etiam Religiosis, obsequendi necessitas relicta est, non auctoritas imperandi, nullaque de rebus Ecclesię disponendi attributa est potestas, & in his, quæ ad Ecclesiam spectant, discere debent, nō docere, *cap. clericus, & cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.* vbi statuentes ipsi anathematis pœna feriuntur, *cap. Ecclesia Sancta Mariæ, de constit.* Ita nec etiam super illis ius dicere, & sententiam proferre posse, non est ambigendum, † paria enim sunt, forum sortiri, & statutis ligari, *Glos. in cap. quod clericus de foro compet. Dec. in d. cap. Eccles. Sanctæ Mariæ n. 18. Alex. cons. 211. n. 5. in fin. lib. 2. Ripin. Sen. cons. 268. nu. 13. lib. 2. Bero. cons. 65. num. 99. lib. 1. Surd. cons. 2. num. 14. in fin. & cons. 338. nu. 26. ad fin.* & ad propositum *Thesaur. Iun. quæst. forens lib. 2. cap. 15. num. 12. in fine.*

Idque † procedit etiam si causa inter solos emphyteotas agatur, & super solo dominio vtili, qp penes laicos existit, quoniam dominium Ecclesiæ cum sit cōnexum, & complicatum cum vtili. Imò & idem prędominans, † sitque dominium vtile verè, & propriè vna, ac eadem res cum dominio directo, & eius naturę, vt directum semper sequatur sicuti incrementum alluuionis, & insulæ, vt dixit, *Oldrad. cons. 440. nu. 7. vers. & ideo rectè,* quē *sequitur Surd. cons. 57. nu. 23. vers. & propterea,* & subiectum bonorū materialiter sit semper, & perpetuo Ecclesiasticum, non potest ab ipso dominio directo, saltem actualiter separari dominium vtile, nec ideo indirectè bona Ecclesiarum subijci iurisdictioni, et iudicio laicorum, *cap. quanto, cap. cæterum, & ibi Canonista, de Iudic. Cardin. cons. 2. nu. 2. vers. Itē in hæreditate, Campeg. inter cons. Albert.*

Bru.cons.2.nu.34 sub vers.pramitto tertio,et alios congessit,et sequuta est Rota,accerrimè examinato articulo, sublatisque contrarijs ergumentis in Romana Domus de Scappuccijs 19. Ianuarij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Decano,et quoties casus contigit,semper eam postea sequuta est,vt in *decis.472.par.2.recent. & penes Pacific.de Salaiano decis.239. nu.6. & in Romana de Schianchis 28. Aprilis 1617. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio, Impress. post Modern., Mantuan.controuers.forens.cap.12.nu.67. & alias sapius*, et ab hac opinione difficile esse recedere monet, *Gratian.discept.forens.cap.447. num. 21.*

6 Ita ratione huiusmodi connexionis, † licet Iurispatronatus laicorum,non sit propriè spirituale, attamē quia est annexum spiritualitati, ideò super illo iudicat solum Iudex Ecclesiasticus, *cap.quanto de iudic.*

7 Et † possessio rei spiritualis,licet sit merè temporalis,et laicalis,attamen etiam depossessione solò cognoscit Iudex Ecclesiasticus, queâdmodū de

8 ipsa proprietate,non autem laicus,cum † qualitas spiritualitatis,qualitatē temporalitatis absorbeat, et ad se trahat, *Bero.in rubr.de iud.nu.51. Crauett. cons.258.nu.8.Roland.cons.12.num.35.& seqq.lib.2.Valas.consult.93.nu.3.Menoch.de recuper.remed. 15.nu.205.& seqq.Couar.pract.quaest.cap.35.nu.1. Guttier. Canon.qq.cap.34.n.26.& seqq.latè. Azor. Instit.moral.par.1.lib.5.cap.14.quaest.1 Duard.ad Bullam Can.lib.2.tan.15.quaest.19.nu.47. Put.dec.*

9 *361. lib.1. in antiq.* certum est autem † maiorem connexitatem,et complicationem esse inter dominium directum, et vtile quam sit inter proprietatem,& possessionem,vt per *Bero. in d. cap. qua in Ecclesiarum nu.13. de constit.*

10 Itidem † causa decimarum,quæ datæ sint in feudum secularibus, discutienda est coram Iudice Ecclesiastico, licet enim dominium huiusmodi decimarum,scilicet fructuum illarum,omnino spectet ad laicos,et feudum censeatur seculare, tamē quia oritur,& dependet à Iure spirituali,et Ecclesiastico, non potest Iudex laicus de illis cognoscere, *Federic.de feu.cons.245.nu.1. Azor. Instit.moral. par.1.lib.7.cap.39.quaest.3. Monet.de decim.cap.8. quaest.1.n.15.Facundeaz.super precept.Eccles.pracept.5.lib.3.cap.5.nu.5. vbi Couar. Rupell.* et alios contrarium sentientes refellit.

11 Prout et † possessorium matrimonij, quamuis agatur inter personas merè laicas, quia habet admistam causam,et titulum spiritualitatis,definiēdum est à Iudice Ecclesiastico, *Couar.de spons.par.2.cap.7.§.6.nu.8.& cap.8.§.12. num.3. Valasc.d. consult.93.nu.2.ad med.vers.& in causa matrimoniali, latè Molin.de rit.nupt. lib.2.disser.10.nu.19. & seqq.*

12 Et demum [quod fortius etiam videtur] † ratione pariter connexitatis dominij vtilis cum directo,emphyteutas Ecclesiæ non teneri ad collectas,et onera realia per statuta laicorum,super rebus,et bonis imposita, censuerunt grauissimi Auctores,et originaliter dixit, *Bart.in l. priuata num. 2.C.de excusat.muner.lib.10.Iaf.in authentica quas actiones num.42.C.de sacros. eccles. Rip.in tract.de pest.tit.de priuil.ad conseruand.Vbert.nu.124.latè Petr.de Vbald.in cons.2.post.tract.de collect.per tot. Siluan.cons.9.per tot. M. Anton.Eugen.cons.96.nu. 23.lib.1.D.Fachin.contr.Iur.cap.91.lib.1.Menoch. cons.444.nu.27.Ruin.cons.111. num.10. vers. item nota quod,lib.5. Remig. Gonny. de charitat. subsid. quaest.61.num.29.& quaest.59.num.31. Odd. cons. 70.per tot.& prasertim num.31.* vbi testatur hāc opinionem esse veriorē, solidioribusq; rationibus fundatam, nec non magis æquam, et securam, et *nu.40.* ait hēc dici posse communem opinionem, cum *Bartolum*,et alios grauissimos iuris Sectatores habeat *Bursat.cons.42.num.22.lib.1.*et videtur etiam admisisse, Rota in dicta Romana domus de Scappuccijs coram Reuerendissimo Do. meo Decano.

Et præter motiuum connexionis concurrit etiā

13 prærogatiua qualitatis,et subiecti Ecclesiastici, † hoc enim dominium vtile Vassalli, subijcitur, et famulatur directo dominio Domini principalis, *Alciat.in l.si quis in §.differentia,num. 12. vers. aliud est, & ibidem Zas.num.22. ff. de acquirend. possess.*et bene per *Surd. dicto cons.57.nu.23. vers. & propterea.* Et in proprietate tamquam in prima causa inseparabiliter inhæret, sine qua nec subsistere potest, vnde merito dominium directū, cum sit Ecclesiasticum tamquam dignius,et in re Ecclesiastica veluti in suo subiecto,quemadmodū, hac eadem ratione prærogatiuæ circa competen-

14 tiam fori, compertum est, quod † laicus socius Clerici sequitur forum eiusdem Clerici, *Bart.in l. fin.nu.13.ad fin.ff.de colleg.illicit. Aret.cons.29.nu. 24.vers. secundum esset dubium, in fin. Surd.cons. 222.nu.3. & cons.396.nu.16.& 18.*

15 Et maior itidem consors pupilli, aut minoris ratione Iuris consortij gaudet priuilegijs ipsius pupilli,et minoris, *l.si communem,ff. quemadmodum seruit.ammitt.Afflict.decis.213.Franch.decis. 269.nu.1. Odd.de restit.in integr. par.1.quaest.46. art.10.num.35.*si quę aliter in hoc casu, vbi agitur etiam solum de dominio vtili emphyteotæ,diceremus, sequeretur præiudicium ipsius Ecclesiæ,

16 † cui expedit habere magis vnum emphyteutam, quam alium, ita *Bero in d.cap.qua in Ecclesiarum num.9.de constit.& Rim. Iun.num.12.Becc.cons.3. nu.61.& 62. lib.1.* et in dicta decisione Romana de Scapucciis coram Reuerendissimo Domino meo Decano luculenter, et doctè ponderatum fuit.

Et ita vtraque parte informante pro nullitate resolutum fuit.

R. P. D. Verospio

Squillacien. Abbatia.

Veneris 9. Maij 1631.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur etiam in gradu appellationis.*
2 *Mandati demanutenendo natura est, vt in eo, sicut in omnibus iudicijs possessorijs veniant fructus à die mota litis.*
3 *Liquidatio fructuum an possit subsistere non pracedente condemnatione, & nu.5.*
4 *Fructuum petitorum condemnatione omissa in sententia super negocio principali, videtur de illis pars absoluta, sed tamen condemnatio fieri potest per Iudicem ad quem, & num.5. in fin. & num. 9.*
6 *Fructus quando dicuntur debiti solo Iudicis officio.*
7 *Officium Iudicis expirat lata sententia.*
8 *Fructuum condemnatio an possit ab eodem Iudice fieri post latam sententiam super negocio principali.*
10 *Appellationis causa deuoluta,deuoluta etiam dicitur cognitio omnium dependentium ab ea.*
11 *Fructus quis facere suos non potest à die litis contestationis vti in mala fide constitutus.*
12 *Apoca ab eodem scribente recognita faciunt contra ipsum plenissimam fidem.*

13 *Apoca*

13 *Apocæ, quas scribens non negat, faciunt contra ipsum saltem semiplenam probationem.*
14 *Liquidationis in iudicio solēt admitti leniores probationes, & coniecturæ.*
15 *Mandatum speciale requiritur ad exigendum, nec sufficit generale. Decl. vt num. 17.*
16 *Mandatum procuræ non post probari per testes, sed debet probari per instrumentum. Decl. vt num. 17.*
17 *Fructus præsumuntur exacti à possessore non probato, quod alius eodem tempore possideret.*
18 *Mandatum probatur coniecturis, & num. seqq. vbi de coniecturis.*
25 *Probationis, & præsumptionis differentia.*
26 *Præsentia supplet citationem, seu citationes omissas, vel minus valide executas.*

Decisio DXXXVI.

POst sententiam, quæ per R.P.D. meum Merlinum lata fuit super liquidatione fructuũ, quos, dum fuit in possessione huius Abbatię, perceperat Abbas Scipio Sirletus, deuoluta ad me causa per appellationem Proposui hodie Dubium super confirmatione eiusdem sententię, quam confirman. Domini responderunt, cum illius validitas ex actis, & iustitia probaretur ex decisionibus factis in causa, in quibus benè nullificabantur exactiones, factæ per eundem Sirletum de vtraque quantitate pecunię, & frumenti à die moti iudicij vsque ad diem dimissæ possessionis, sicut pro eodem tempore, & ad restitutionem eiusdem pecunię, & frumenti, siue illius æstimationis fuerat postea in sententia condemnatus.

Et licet, cum hæc causa penderet coram eodẽ D. meo Merlino nunquam dubitatum fuerit, An post Immissionem concessam Abbati Marco Antonio Viano ex sententia A. C. & post manutentionem, † quam etiam obtinuerat in gradu appellationis interpositę per eundem Abbatem Sirletũ, debiti essent hi fructus eidem Abbati Viano, † cũ hæc sit natura mandati de manutenendo, vt in eo, sicut in omnibus Iudicijs possessorijs veniant fructus à die motæ litis, iuxta reg. Interdictorum, quę ponitur in *l. 3. ff. de Interd. & in l. 1. §. ex die ff. de vi, & vi armat. l. quasitam § §. ex hoc, ff. de præcar. & per Specul. in tit. de fruct. & interesse, §. 1. num. 9. Io. Faber, in §. retinendæ num. 12. Instit. de Interd.* Tamen hæc etiam inter alias exceptiones fuit hodie coram me opposita, † vt non posset hęc liquidatio subsistere, cum nulla præcessisset condẽnatio super iis fructibus, imò † cum ab eisdem absolutus videretur Abbas Sirletus ex senẽtia A. C. in qua prætermissa fuerat hęc condemnatio, quamuis illi in monitorio petiti fuissent per Abbatem Vianum, iuxta dispositionem, *l. terminato, C. de fructibus, & lit. expens. & l. 4. C. depos.*

Verum hæc condemnatio, quam omiserat A. C. in sua sententia, facta postea fuerat in causa appellationis, & in ipsa sententia liquidatoria, † quæ nõ solum liquidauit eosdem fructus quasi in abstracto & sine effectu, sed illorum restitutionem dixit etiã teneri, & condemnauit ipsum Sirletum, vt poterant hæc omnia legi in eadem sententia; et fuit etiam seruatum in aliis causis in hoc Tribunali, et in specie in vna Bononien Bonorum, vt respondendo nullitati, quæ obiiciebatur sententiæ latæ super eadem causa dictum fuit in decisione postea factà coram Reuerendissimo D. meo Decano 22. Maij 1630. Imò ipsa liquidatio ideo videbatur facta, vt deseruiret condemnationi, quę fieri debebat in eadem sententia; quia cum hic sit stylus huius Tribunalis; vt non soleat multiplicare in sententijs, non poterat alio modo reddi certa eadem condemnatio, tam respectu temporis, quam respectu valoris, vt dixit *Rota in decis. 4. de rest. spol. in noa.* quæ hanc praxim non solum probauit, sed dixit etiam esse tutiorem, & fuit dictum in vna *Terracinen. Paludũ 5. Febr. 1557. coram Quiroga.*

Neque dubitarunt DD. An potuerit fieri hæc condemnatio per D. meum Merlinum Iudicẽ appellationis, quamuis illa prætermissa fuisset ab A. C. † quia etiam, quòd debiti dici possent hi fructus solo Iudicis officio, † quod lata sententia expirat, vt in *l. iudex, ff. de re iud. & in c. cum appellationibus, de app. lib. 6.* † propter quam solam rationem negat, *I. C. in d. l. terminato* valere condemnationem factam post sententiam super fructibus, aut aliis accessoriis, cum nefas sit, vt ibi dicitur, post absolutum, dimissumq; iudicium litem alteriũ consurgere ex primæ litis materia; adhuc potuerunt peti iidem fructus in Iudicio appellationis, cũm licet cessauerit officium Iudicis, à quo appellatum fuit, potuerit tamen implorari officium Iudicis, ad quem deuoluta fuit appellatio, dum vnà cũ causa appellationis deuoluta fuit cognitio omnium ab eadem causa dependẽtium, vt satis perspicuè videtur etiam voluisse, *glos. in d. l. terminato in verb. præstetur,* quatenus supponit in casu eius, sententiam transiuisse in Iudicatum, nec fuisse suspensam per appellationem, & expressè tenuerunt *Host. in c. 1. de calum. na. 5. Alex. in l. 1. num. 7. Ias. nu. 5. C. de Iud. Surd. cons. 293. num. 27. Thes. decis. Pedem. 135. na. 2. Gurb. decis. Siciliæ. 65. nu. 16.*

Alia, quæ eidem sententiæ obiecta fuerunt, respiciebant ipsam liquidationem, & vim, ac summam totius probationis, cum licet subsisteret, ac teneret eadem condemnatio, adhuc tamen negaret Abbas Sirletus probari, vt ipse esset debitor eius summæ, quam liquidauit sententia, & ad eius restitutionem fuerat condemnatus; sed duo constituta fuerunt fundamenta, tam in eadem sententia, quam in omnibus decisionibus. Ipsum scilicet tẽpus, à quo debiti esse cœperunt hi fructus, & super hoc nulla poterat esse dubitatio, cum sicut dictum fuit in eisdem decisionibus, † propter malam fidem, quæ supereminisse censebatur à die litis contestatæ, non potuerit Sirletus hos facere eosdem fructus: & quantitas, quæ probabatur percepta intra id tempus post contestatam litem quo usque desijt idem Sirletus possidere, Hæc autem probatio cũ colligeretur ex pluribus quietantijs, quę factæ fuerant Colonis debitoribus eorundem fructuum, vel ab ipsomet Abbate Sirleto, vel à quodam Aurelio Iotio eiusdem Abbatis Procuratore, neque illis poterat controuerti post recognitionem, quam corã Iudice Compulsore fecerat idem Aurelius de propria manu, & charactere, & de manu Abbatis Sirleti, non solum ex notitia, quam habebat illius characteris; sed etiam quia viderat eundem Abbatẽ, dum eas apocas scripserat. † Etenim respectu propriæ recognitionis faciebant eædem apocæ plenissimam fidem, *l. generaliter. C. de non numer. pec. l. scripturas. C. qui pot. in pig. Bart. in l. admonendi nu. 26. ff. de iur. iur. Couarr. pract. quæst. cap. 22. na. 2. & var. resol. lib. 2. cap. 11. num. 4.* † Quę verò scriptæ erant manu Abbatis, quas tamen idem Abbas non negabat, probabant saltem semiplenè secundũ eundem *Bart. in d. l. admonendi num. 26. Cast. ibi 42. ff. de iur. iur. Couarr. pract. qq. eod. cap. 22. n. 3. Corn. cons. 58. num. 2. lib. 3.* quæ probatio poterat etiam satis esse in hoc Iudicio liquidationis, † in quo solent admitti leuiores probationes, & coniecturæ, iuxta *doct. Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Achill. decis. 22. de rest. spol. Card. Seraph. decis. 1245. na. 7. & decis. 1397. na. 2. Rota decis. 343. nu. 3. par. 1. rec.* Quamuis suas apocas, & quietantias non

non negaret idem Abbas, vt dicebam, cum solum controuerteret eas, quę scriptæ erant manu Aurelij, & quæ maiorem numerũ constituebant, quia 35. solum apparebant conscriptæ illius manu ex 68. quæ erat in Processu Compulsoriali.

Et licet eas quietantias, in quibus per Aureliũ fiebat confessio huius solutionis, ex eo potissimum idem Abbas impugnaret, quod negaret illum habuisse vmquam à se hoc mandatum ad exigendũ, 35 † vt non solum requirebatur idem mandatum, cũ satis non potuisset esse mandatum generale, quod habuisset ipse Aurelius, secundum *l. vero procuratori 12. l. qui hominem 34. §. si Titium l. quod liber debitum. 87. ff. de solut. Alex. cons. 121. nu 4. lib. 5.* 36 *Tiraq. de retr. ligu. §. 9. glos. vlt. num. 7.* † sed etiam quod eiusdem mandati probatio esset certa ex Instrumento, itaut neque potuerit idem mandatum probari per testes, *Rimin. sen. cons. 1. num. 28 Bauer. deci. 281. nu. 1. Cott. in memorab. in verb. mandatum Procuratoris Cremen. sing. 139.* qui omnes mouentur auctoritate *Bald. in l. falsus C. de furt. num. 32.* cuius opinionem non habere contradictorem dicit, *Alex. in l. 1. nu. 16. C. de procur. Card. Mantic. de tacit. & ambig. Conu. lib 7. tit. 4. nu. 16* hac tamen exceptione, quæ solum respiciebat personam ipsius Procuratoris, non putarunt DD. tolli probationẽ, quę videbatur sequi ex ipsa possessione. Cum enim hanc suam possessionem non negaret Abbas Sitletus (quam etiam concludebant quietantiæ eius 37 manu conscriptæ) et † cum non esset quæstio inter debitores, qui soluere recusarent, et Procuratorem, cuius mandatum controuerteretur, ad quem effectum considerant, Doct. ea duo, necessitatem scilicet mandati specialis, et quod illius probatio sit certa ex Instrumento, sed super quantitate ab eisdem debitoribus bona fide soluta ei, qui vel hoc mãdatũ habebat, vel habere cõmuniter reputabatur; satis esse dixerũt DD. quod nõ probaretur frumentũ, & pecunias exactas ab Aurelio adhuc extare pene Colonos, aut alios debitores Abbatiæ, vt non posset etiã negare perceptionem eorundem fructuum, cum non probaretur, quod alius eodem tempore possideret, vt fuit dictum in *Ariminen. spolij 27. Martij 1628. coram R. P. D. meo Merlino, & in Mantuana bonorum 18. Decembris 1615. coram bo. me. Vbaldo. Aegidius decis. 704. Rota dic. §. 25. de prab. nou. & decis. 269. nu. 2. par.* 38 *2. recent.* † Et considerarunt præterea Domini aliquas Coniecturas, ex quibus videbatur oriri non leuis præsumptio eiusdem mandati etiam ad fauorem debitorum, qui bona fide soluerunt, ad tex. in *l. si quis seruo. 18. ff. de solut. & in l. eius qui in Prouincia. ff. si cert. pet. & per Socin. sen. cons. 32. nu. 21.* 39 *lib. 1. Lap. alleg. 89. num. 14.* † Id enim poterant ostendere tot solutiones factæ Aurelio vti procuratori, quam coniecturam probauit. *Rot. dec. 118. num. 3. coram Gregorio*, non solum in soluente, sed etiam in exigente ad effectum præsumendi mandatum, cum sicut ibi dicitur satis videatur inuerisimile, vt tot debitores voluerint soluere Aurelio, nisi illis constitisset, quod idem mandatum haberet ipse Aurelius, quod etiam fuit consideratum in vna *Veliterna Casalit. 7. Iunij 1574. coram Card. Lancellotto*, quæ in eadem decis. allegat. & est inter Impress. *par. 1. diuers. decis. 187.* & videtur voluisse, *Bart. in l. qui fundum. 7. §. fin. ff. pro emptor. Bert.* 30 *decis. 281. num. 16.* Hoc idem arguebat idẽ factũ exactionis, ex cuius causa cum se constituisset debitorem ad rationem Domino reddendam etiam sub pœna infamiæ propter crimen furti, aut saltẽ stellionatus, quod incurrebat tamquam falsus procurator, vt in *l. falsus creditor. 43. §. falsus Procurator. ff. de furt. & in l. falsus Procurator. 19. C. eod. tit. Bald. cons. 44. num. 2. vol. 2.* Neque videbatur verisimile, vt idem mandatum sibi vsurpare vo-31 luerit. † Et demum probabatur, quod eundem Aurelium vti talem agnouerat, & approbauerat ipsemet Abbas Sitletus, dum eius opera vti voluit non solum in defensione huius causæ, sed protestatus etiam in partibus fuit nihil fieri ipso Aurelio non citato, quem suum procuratorem nominauit; cum, & hoc potuerit ea Abbatis confessio probare, scilicet mandatum in persona Aurelij præsertim in sui præiudicium, vt auctoritate *Roman. in cons. 331. num. 2. & Felin. in cap. cum inter nu. 11. de except. probat. Mascard. de probat. concl. 1008. nu. 3.* Idem *Rom. sing. 359. addit. ad Capp. Tholos. q.* 32 *375. & q. 217.* Quãuis illa enũciatiuè facta fuerit, vt idem *Mascard. d. conclus. 1008. num. 1.* ex auctoritate eiusdem *Rom. in cons. 62.* & probat *tex. in l. ne satisdatio. 21. ff. rem rat. hab. & ibi glos. in verb.* 33 *prodest.* † & quamuis essemus in casibus, in quibus requireretur speciale mandatum *Butrĩo cap. nonnull. §. sunt & alij nu. 19. Felin nu. 14 de off. deleg.* 34 *Hipp. Rim. cons. 381. num. 92. vol. 4.* † neque quod ea nominatio, & protestatio concluderet solum mandatum ad lites, vt contendebant Informantes pro Sitleto minus rectè ex his inferebatur ad mandatum ad negotia, iuxta *tex. in l. hoc iure vtimur, 86. ff. de solut.* quia si hanc etiam facultatem contineret idem mandatum iam nõ esset præsumptio sed probatio, neque opus esset alijs præsumptionibus, & coniecturis; cum autem ad condiuuandas easdem præsumptiones adducatur etiam hæc deputatio facta de persona Aurelij pro defensione huius causæ, rectè ex omnibus simul iunctis elicitur 25 præsumptio eiusdem mandati, † cum hęc sit differentia inter probationem, & præsumptionem, quod illam constituatur ex partibus sibi cohærentibus, hęc vero etiam ex partibus differẽtibus, sed tamen, quæ tendant ad eundem finem, vt docet *Bald. in cap. 1. §. autem numer. 8. de controuers. Inuest. Aret. in cap. cum causam num. 34. de prob.* et facit quod non solum eadem deputatio probare potest mandatũ tunc datum ad hanc causam, sed quod huius opera vti antea solebat ipse Sitletus, quia non nominauit illum Procuratorem, vt assisteret defensioni eiusdem causæ coram Iudice compulsore, sed quia talis erat, ideo dixit se velle, vt semper, et in quocumque actu citaretur, quod arguit aliud præterea habuisse mandatum eundem Aurelium, præter illud quo et commissa tunc fuit eiusdem causæ defensio.

Ex hac deputatione, et mandato dato eidem Aurelio cessabant omnes nullitates processus Compulsorialis, quæ pariter adducebantur ad elidendam probationem perceptionis fructuum. Cum enim defectus Iuramenti testium plenissimè sublata fuerit in decisione facta in hac causa 20. 26 Nouembris proximè præteriti, † defectus citationis siue ad videndum iurare testes, siue ad videndum fieri extractionem, aut auscultationem iuriũ, et aliarũ citationũ, quæ vel de Iure, vel de stylo requirebãtur in executione cõpulsoriæ, tollebantur ex cõtinua præsentia eiusdem Aurelij in toto processu compulsoriali, siue eædem citationes fuerint omissæ, siue minus validè executæ. *Bald. in l. 1. nu. 3. in §. not. ff. de fer. Felin. in cap. cum contingat. 24 nu. 8. de rescript. & in cap. illud nu. 8. de præscr. Cas. de Grass. decis. 15. num. 6. de test. & decis. 2. num. 7. de Reb. Eccles. non alien.*

Tertio demum erat exceptio Abbatis Sitleti, vt iniusta fuerit ea condemnatio, quæ facta fuit in sententia R. P. D. mei Merlini cumulorum 645. quia cum propter geminationem aliquarum pracitarum eadem quantitas frumenti pluries appareret repetita, non poterat negari excessus eiusdẽ condemnationis. Verum hæc exceptio ex facto

fuit

fuit sublata, nam cum veritatem huius facti mihi DD cognoscendam remiserint, audire primum volui ad hunc effectum pluries vtramque partem & postea habere super hoc etiam volui iudicium Periti, qui facta diligenti examinatione omnium particularum reperit, & retulit mihi eam geminationem non obesse liquidationi, & taxationi, quæ facta fuit in sententia, cum adhuc detractis tumulis 55. frumenti, ad quam summam ascendebant partitæ, quæ videbantur repetitæ in processu, summa eiusdem frumenti, quam apparebat exactam fuisse vel ab ipsomet Abbate Sirleto, vel illius nomine ab Aurelio, esset tumulorum 802. quę longé excedebat summam, ad cuius restitutionem fuit Abbas condemnatus in eadem sententia.

Et ita etc.

R.P.D. Motmano

Messanen. Archipresbyteratus

Veneris 9. Ianuarij 1623.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum captæ possessionis, alio tunc non possidente, probat possessionem manutenibilem.*
2 *Amplia præsertim si sit celebratũ in loco captæ possessionis.*
3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & vitiosa.*
4 *Clausula, vocatis, in literis Apostolicis apposita facit executorem mixtum, & vt partes Iudicis assumere teneatur, ac partem citare.*
5 *Possessio non amittitur per immissionem datam à Iudice nulliter procedente possessore non citato.*
6 *Possessio data, & capta intra terminum datum ad appellandum est nulla, & attentata.*
7 *Possessio vitiosa non est manutenibilis.*
8 *A. C. nulliter relaxat mandata de manutenendo in beneficialibus, vbi in literis non est deputatus executor ex defectu iurisdictionis.*

Decisio DXXXVII.

FVit resolutum, Ioanni Francisco Cuffaro deberi mandatũ de manutenendo in possessione Archipresbyteratus, quam ipsum 1 accepisse constat ex publico instrumento, † quod alio non possidente, sufficienter probat, *l. prædia, ff. de acq. poss. & in l. non idcirco. vbi Bald. num. 2. C. de fid. instr.* 2 † præsertim cum illud fuerit celebratum in Ecclesia, vbi existit beneficium, *Put. decis. 350. numer. 4. lib. 1. Rot. decis. 325. numer. 1. par. 2. recent.*

Cui non obstat possessio Antonini Galbati, 3 quia, † cum hæc fuerit posterior, præsumitur clandestina, et vitiosa, *l. 1. §. fin. & ibi gl. & Doct. ff. vti possid. cap. licet causam. vbi Doct. communiter. de prob. Rot. dec. 19. num. 2. par. 2. diuers. & in Cusentina Parochialis 22. Aprilis coram bo. me. Card. Pamphilio, impressa apud Marches. de commun. part. 1. pag. 952.*

Neque etiam obstat, quod dicta possessio capta p. d. Antoninũ vigore literarũ Apostolicarũ, et de mandato D. Matthei Capputi Canonici Panormi-4 tani illarum executoris, quia, † cum propter clausulam, *vocatis*, in eisdem literis appositam d. executor non esset merus, sed mixtus, ac propterea partes Iudicis teneretur assumere, per *tex. in cap. exhibita. vbi Abb. num. 6. & Felyn. nu. 4. de Iudic.* non citato d. Ioanni Francisco nulliter processit ad sententiam adiudicationis, et immissionis, 5 † ideoque eum sua possessione priuare nõ potuit, *Corn. cons. 193. in fin. lib. 3. Rot. dec. 802. nu. 7. vers. quia pro responsione. par. 1. diuers. & dec. 561. num.* 6 *3. par. 1. recent.* quæ, † quia per eumdem executorem tradita, et successiue per dictum Antonium intra terminum datum ad appellandũ capta, fuit non solum nulla, vt dixi, sed insuper attentata, *cap. non solum de appell. in 6. Rot. dec. 701. num. 1. par. 2. recent. & coram Greg. XV. dec. 533. num. 1. & 2.*

Neque pariter obstat mandatum de manutenẽdo ab A. C. ad fauorem dicti Antonini relaxatũ, tum quia illius fundamentum cõsistit in dicta pos-7 sessione, † quæ tamquam vitiosa non est manutenibilis, *l. improba C. de acq. poss. Card. Seraph decis.* 8 *722. nu. 5.* tum etiam quia † mandatum huiusmodi nulliter fuit relaxatum ab A. C. in literis Antonini minime deputato, et sic non habente iurisdictionem, *iux. Egid. dec. 210. ac in terminis similis mandati Greg. XV. dec. 138. numer. 4. Card. Canal. dec. 32.*

Et ita etc.

Reuerendiss. D. Coccino

Romana Spolij

Veneris 16. Ianuarij 1632.

S V M M A R I A.

1 *Spolij actio non intrat sine primo extremo.*
2 *Vsufructu per mortem finito potest proprietarius apprahendere possessionem naturalem vigore sua ciuilis. & num. 6.*
3 *Hæres vsufructuarij non potest iuuari dispositione statuti de continuanda possessione, nec naturali possessione d. functi. & num. 6.*
4 *Vsufructuarij morte extinguitur omne ius ipsius.*
5 *Et proprietarius incipit habere plenam in re potestatem.*
7 *Ac illius ciuilis possessio trahit statim ad se naturalem vsufructuarij.*
8 *Bona Confraternitatis dicuntur per eamdem possideri, & an eorum possessio possit in alium transferri per illius Custodem.*
9 *Alienatio bonorum Ecclesiasticorum fieri non potest absque Beneplacito Apostolico.*
10 *Constitutio Paulina ex decreto irritanti inficit titulum, & possessionem.*
11 *Beneplacitum Apostolicum est necessarium in trãsactione super bonis, quæ remanere debeat penes laicum.*
12 *Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in alienatione bonorum ad Ecclesiam pertinentium ante factam incorporationem.*
13 *Ecclesia potest non acquirere.*
14 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur ex temporis diuturnitate nisi etiam adsit obseruatus.*
15 *Fides Notarij Curiæ facit fidem, secus in fide Notarii extra Curiam.*

Decis.

Decisio DXXXVIII.

DOmini recedentes à resolutis sub die 31. Ianuarij 1629. dixerunt, non intrare spolium, quia non constat de primo extremo, hoc est de possessione Augustini, † sine quo nõ intrat actio spolii, *Rot. dec. 165. num. 1. & dec. 337. in princ. par. 2. diuers.* Archiconfraternitas enim, quæ, Nicoluo Maria Testatoris nepote vsufructuario relicto, fuit de anno 1577. instituta hæres proprietaria, et cepit possessionem domus, de qua agitur, sub die 12. Augusti eiusdem anni, Vnde, † defuncto dicto Nicolao Maria, potuit præfata Archiconfraternitas absque vitio spolij apprehendere possessionem naturalem vigore suæ ciuilis, *Ias. cons. 147 numer. 3. Curt. Ian. cons. 107. num. 27. Pasct. cons. 140. num. 9 late Menoch. qui alios congerit, in cons. 139. num. 15. & 16.* prout vere illam apprehendit de anno 1603. vigore mandati de associando, et sic † Augustinus filius prædicti Nicolai Mariæ non potest iuuari dispositione *Stat. Vrb. cap. 147. lib. 1. de continuanda possessione in suū hæredem*, quia † morte Nicolai Mariæ vsufructuarij extinctum fuit omne ius ipsius, *§. finitur inilit. de vsufr.* et † consequenter Archiconfraternitas proprietaria incepit habere plenam in re potestatem, *§. vlt. eod. tit.* et ita, † cum habuerit facultatē apprehendendi possessionē naturalē, illa amplius esse non potuit penes d. Augustinum filium Nicolai Mariæ vsufructuarii. † Immo, mortuo eodem Nicolao Maria vsufructuario, statim ciuilis possessio Archiconfraternitatis proprietariæ ad se traxit illam naturalem, quæ erat apud Nicolaū Mariā vsufructuariū, *vt cēsuit Natt. cōs. 419. n. 3. lib. 2. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. par. 3 decl. 1. nu. 8. eleganter Menoch. d. cons. 139. num. 16. & passim tenuit Rota.*

Neque obstat concordia inita inter Archiconfraternitatē, et Nicolaum Mariā de anno 1588. per quam fuit ipsi Nicolao Mariæ assignata hæc domus cum clausula constituti.

Quia, quidquid dicendum esset, † an Custodes potuerint transferre hanc possessionem, cum non constet, ipsos possedisse, licet Archicōfraternitas possideret, cessat omnis difficultas, cum non interuenerit Beneplacitum Apostolicum, † quod in alienatione rerum Ecclesiæ interuenire debet vigore constitutionis Pauline, quę habet locum etiā in bonis huius Archiconfraternitatis, *vt fuit resolutum in hāc causā 4. Iulii 1627.* et † quæ, cum habeat decretum irritans, inficit titulum, et possessionem, perinde ac si super certo corpore emanasset, cum sit positum in constitutione per viam legis promulgata, *Lancell. de attent. 3. par. cap. 24. q. 9. num. 4. & 5. Gonzal. sup. reg. 8. gl. 67. num. 24. & seq.*

Nec † inficiari potest, quin dictum beneplacitum esset necessarium, etiam quod agatur de transactione, cum bona deberent remanere penes laicū ex allegatis in alia decisione.

Et ex hac serie facti cessat motiuum, quod † Beneplacitum Apostolicum, quādo ante incorporationem bona alienantur, non sit necessarium ex deductis pariter in alia decisione.

Quia, cum illa sit ratio, ex quo † Ecclesia potest non acquirere, illa corruit in casu isto, cum Ecclesia de anno 1577. acquisiuerit, et acquisitio non fuit momentanea, sed per longum tēpus præcesserat concordiam, cum fuerit facta de dicto anno 1577. concordia vero fuerit irrita de anno 1588.

Minus etiam releuat, quod à dicto anno 1588. vsque ad tempus motæ litis effluxerint 30. anni, ex quo iudicium fuit motum de anno 1619.

Quia † non sufficit tempus, nisi etiam adsit obseruantia, *Gabr. cons. 36 num. 52. lib. 1. Seraph. dec. 1042. num. 4. Rot. dec. 694. num. 5. par. 1. recent. & dec. 301. nu. 3. & 4. & dec. 362. num. 6. coram me.* Quæ quidem obseruantia hic deficit, cum, vt dictū est, de anno 1603. mortuo Nicolao Maria vsufructuario, Archiconfraternitas obtinuerit mandatū de associando, cuius vigore cepit possessionem, et quamuis de hoc constet solum per fidem Notarii, tamen, † cum fides sit Notarii Curię, qui de illo actu fuit rogatus, satis probat, *Seraph. decis. 755. num. 3.* licet secus esset fides Notarij extra Curiā qui de aliquo actu fuisset rogatus, *vt fuit dictum in causa Meliten. Canonicatus 16. Iunii 1586. corā Plato.*

Et ita conclusum parte vtraque informante etc.

R. P. D. Pirouano

Ianuen. Alimentorum

Luna 8. Martij 1632.

SVMMARIA.

1. *Arbitrium assumitur prout de iure, & ab eo regulandum est.*
2. *Arbitrium relaxat aliquid de rigore iuris æquitate suadente quando præsertim dirigitur Iudici alias iurisdictionem habenti.*
3. *Mulier, quæ cum licentia Ordinarij à domo viri recessit ob illius sæuitiam, non cogitur intrare Monasterium, sed committitur honestæ Matronæ, vel eius Parentibus, aut Consanguineis seruatur.*
4. *Peritis in arte solet deferri.*
5. *Mulier infirma est ab ingressu clausuræ liberanda.*
6. *Et ingressa educenda, & libere ad suos consanguineos remittenda.*
7. *Vitæ propriæ defensio, & cura est de iure naturæ.*

Decisio DXXXIX.

D. Benedicta Pinella ob prætensam Viri sæuitiam à domo illius recessit, & penes Matrem se recepit, vbique de licentia Ordinarij permansit, postmodum ingressa est Monasterium de mense Octobris 1610. vbi commorata fuit vsque ad annum 1620. & cum occasione aduersæ valetudinis exiisset, & iterum ad maternam domum conuolasset, ipsa inaudita emanauit Breue S. M. Greg. XV. quo eidem iniungebatur, vt denuo vnum ex Monasterijs in Breue enunciatis ingrederetur sub pęna excommunicationis, & priuationis alimentorum. Superueniente postmodum alio rescripto à D. N. præceptiuo, vt in vim primi procederetur Arbitrio Rotæ, Hodie quæsitum fuit, An illud suffragaretur, & affirmatiue pro deneganda executione Breuis fuit resolutum.

Quia † sine arbitrium assumatur prout de iure, à quo regulandum esse censuerunt, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. videbitur. num. 5. & seq. Paris. cons. 56. num. 5. lib. 1. Cas. de Grass. dec. 7. num. 7. de re iud. Rot. dec. 348 num. 4. par. 1. diuers. & 189. num. 3. & 221. nu. 1. coram PP. Greg. XV.* † siue tamquam relaxans de rigore iuris æquitate sua-

suadente, maxime quãdo Iudici aliter iurisdictionem habenti dirigitur, *Cresc. dec. 4. nu. 3. de testib. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8. num. 35. Rot. decis. 582. num. 2. par. 2. 284. num. 5. 450. num. 1. 517. num. 1. par. 2. recent.* semper executio est deneganda.

3 De iure namque † Mulier, quæ ob Mariti sæuitiam cum licentia Ordinarij, vt in præsenti, recessit ab eius domo, non potest inuita cogi ad intrãdum Monasterium, sed committenda est honestæ Matronæ, vel seruanda suis Parentibus, aut Consanguineis, *cap. ex transmissa. §. fin. vbi Abb. nu. 4. de restit. spoliat. Cas. de Grass. de diuort. decis. vnic. Gutierez. q. lib. 1. cap. 24. nu. 4. Farinac. in prax. par. 2. q. 143. num. 218. Genuen. in prax. Neapolit. cap. 15. num. 3. & idem fuit resolutum in Leodien. Diuortij 7. Iunij 1630. coram D. meo Durano.*

Æquitate autem suadente eo facilius videtur deneganda Breuis executio, quia dantur attestationes plurium Medicorum ex primarijs Ciuitatis Ianuę afferentium D. Benedictam laborare diuersis infirmitatibus, quæ egent diligenti cura, &

4 aeris mutatione, † quibus tamquam in arte peritis cum soleat deferri, *l. septimo mense. ff. de stat. homin. Socc. iun. consf. 183. num. 11. lib. 2. Boer. decis. 223. num. 21. Rota dec. 115. nu. 9. coram PP. Greg.*

5 *XV.* † ne dum ab ingressu clausuræ est liberanda,

6 *Rot. dec. 245. num. 5. par. 4. diuers.* † sed iam ingressa educenda esset, & libere ad suos consanguineos

7 remittenda † propter naturalem propriæ vitæ defensionem, & curam, *c. vnic. de stat. Regul. Nauar. consf. 50. nu. 4. de regular. tom. 4. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 8. q. 1.*

Et ita &c.

R.P.D. Verospio

Cervien. Pensionis

Lunæ 23. Martij 1632.

SVMMARIA.

1 *Cumulationi possessorij cum petitorio semper solet esse locus, vbi possessio est turbida. & num. 8.*

2 *Pensione imposita super pleno beneficio, & sic sine causa an debeat pensionarius ad effectum manutentionis contra successorem probare solutiones omnium terminorum decursorum de tempore antecessoris, qui pensioni consensit, ex vi decreti in ipsa reseruatione appositi. & num. 4. & seqq. & num. 23.*

3 *Decreti appositi in impositione pensionis super pleno beneficio vires inter alios effectus, vt censeatur dare certam formam propter illius clausulam annullatiuam.*

4 *Arbitrium concessum à Signatura Iustitiæ debet regulari à iure, sed per concessum à Signatura Gratiæ dicitur iuris rigor relaxatus. Ampl. vt num. 7.*

6 **Signatura Gratiæ non adstringitur, sicut Signatura Iustitiæ, ita stricte inhærere iuris dispositioni, vt æquitatem amplecti, & sequi non possit.**

7 *Possessorium iudicium sequi debet cognitio negotij principalis.*

8 *Manutentio concedi non debet ex turbida possessione.*

9 *Solutio vnica non videtur sufficiens ad effectum manutentionis in possessione nulla.*

10 *Possessio contra formam decreti appositi in impositione pensionis super beneficio pleno nõ est manutenibilis.*

11 *Decretum appositum in reseruatione pensionis super beneficio pleno non tollit dementationem, seu insistentiam facti ante illius iustificationem, sed post inficit titulum, & possessionem tamquam habens vim decreti irritantis. & num. 12.*

13 *Solutiones probatæ ex libris Mercatorum non cõcludunt contra tertium.*

14 *Pensionarij confessio de recepto non iustificat decretum appositum in reseruatione pensionis super beneficio pleno.*

15 *Procurator ad exigendum non potest liberare debitorem nisi per solutiones sibi factas præsente pecunia.*

16 *Arbitrio non dato non potest recedi à iuris dispositione, nec est locus æquitati.*

17 *Solutiones nõ bene iustificatæ in iudicio possessorio possunt melius iustificari in petitorio.*

18 *Actus vnicus solutionis sufficit regulariter ad effectum manutentionis.*

19 *Clausula, Arbitrio, operatur, vt, relicto vtroque extremo, eligi debeat media via.*

20 *Manutentio an denegetur, vbi dubitatur de extinctione pensionis, vel illius effectus suspendatur.*

21 *Tituli nulli, allegatio, & probatio plus nocet, quã si nihil probatum fuerit.*

22 *Vtilitas, & effectus mandati de manutenendo consistit in retentione possessionis, & liberatione ab onere probandi. Lim. vt num. 23.*

23 *Manutentionis concessio declarat illum, qui obtinuit possessionem.*

24 *Præiudicium consistens in sola dilatione non potest dici magnum.*

25 *Arbitrium in concedenda vel deneganda cumulatione regulatur à paruo, vel magno præiudicio possessoris.*

Decisio DXL.

CVM in hac causa, quæ super nullitate Pensionis pendet coram A.C. procedere deberet idem Auditor cumulato possessorio cum petitorio arbitrio Rotæ, dubitatum fuit coram me, an esset locus huic Arbitrio; et cũ idem dubium hodie proposuerim ad instantiam tã Eminentissimi Cardinalis à Balneo noui Titularis, et successoris in Ecclesia Ceruien. (super cuius Ecclesię fructibus reseruata fuit hæc Pensio) quam Abbatis Bonifacij Beuilacqua Pensionarij, illi Domini affirmatiuè resoluerunt propter plures rerum, & causarum circumstantias, ex quibus visa fuit reddi turbida possessio eiusdem Pensionarij

1 † quo casu semper solet esse locus huic cumulationi, & à cognitione negotij principalis, ac Iuris, quod pars habet in petitorio, dependere exitus, & finis iudicij in causa possessionis, vt fuit sæpius in hoc Tribunali resolutum, & inter alias *Decis. in Romana Cotsigij 1606. coram Cardinali Sacrato, in Vicen. Parochialis 10. Decembris 1608. coram bo. me. Manzanedo, in Cremonen. Beneficij 26. Aprilis 1621. coram bo. me. Vbaldo, coram Card. Caual. dec. 185. num. 3. dec. 284. num. 1. & 4. dec. 474. nu. 3. Et inter recent. dec. 365. num. 11. par. 1. & decis. 768. num. 11. par. 2.*

Etenim non erat controuersia inter partes super qualitate, ac natura Gratiæ reseruationis; Vt

2 † cum beneficio iã pleno imposita fuisset hæc pẽsio, ac propterea diceretur reseruata sine causa, ex vi decreti positi in eadem reseruatione, cogeretur ipse pensionarius probare, quod integrè, & cum effectu soluti sibi fuissent omnes termini Pensionũ, qui decurrerunt, siue dum vixit ipse Titularis, qui Pensioni consensit, siue quamdiu Ecclesiam, aut

Bene-

Beneficium obtinuit, quæ eiusdem Pensionis onere grauata fuerunt, vt fuit dictum in *Bergomen. Pensionis 7. Nouembris 1625. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Lunen. Surzanen. Pensionis 26. Februarij 1616. coram bon. me. Buratto, & in Parmen. Pensionis 5. Martij 1624. coram R.P.D. meo Merlino*; 3 † Cum inter alios effectus hæc sit vis eiusdem Decreti, vt dare censeatur certam formã propter Clausulam annullatiuam, quam habet, *l. cum ij. §. si prætor aditus ff. de transact. Bald. in l. 1. ff. de liber. & posthum. Cassador. decis. 50. num. 7. de rescript. Rot. in Veronen. Pensionis 3. Iulij 1592. coram Card. Mellino.* Hoc solum erat fundamentũ & summa totius defensionis ipsius Pensionarij, q 4 † probatio integræ, & continuatæ solutionis, quæ tangere videbatur nullitatem ipsius Pensionis, nõ pertineret ad hoc iudicium summarijssimum manutentionis, et ita non posset admitti in sui præiudicium hæc cumulatio, dum arbitrium, quod pro eadem cumulatione facienda concessum fuit ex 5 peculiari rescripto Signaturæ, † debebat regulari a Iure, vt est etiam conclusio sæpius recepta in hoc Tribunali, et in his terminis adducebatur *Decis. in causa Lucana Pensionis 25. Aprilis 1617. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. coram bo. me. Vbaldo.*

Verùm cum plura concurrerent, quæ suaderent hoc casu, vt in Concessione huius Arbitrij relaxatus fuerit rigor Iuris, et præcipuè, quod hæc facultas proueniebat ex rescripto Signaturæ Gratiæ, 6 † quę non adstringitur, sicut Signatura Iustitiæ, ita strictè inhærere Iuris dispositioni, vt æquitatem amplecti, ac sequi non possit, vt dictum fuit in 7 *dec. 558. num. 5. in fin. par. 1. recent.* Et † quod idem arbitrium fuerat concessum super iis quæ sunt à iure statuta, nempè, vt Iudicium possessorium sequi debeat cognitio negotij principalis, vt etiam consideratum fuit in *Caranica. Illegitimitatis 10. Ianuarij 1583. coram Aldobrandino.* Hæc propterea exceptio, & fundamentum Pensionarij visum fuit penitus, & omninò tolli ex serie totius facti, 8 † ex quo cum potuerit, sicut dicebam, reddi dubia illius possessio, ipsa Iuris dispositio dictare hoc videbatur, nè propter solam possessionem eidem concedi deberet manutentio, *l. si duo ff. vti possidetis l. communi §. inter prædones ff. Comman. diuid. Verall. decis. 202. par. 2. Rot. dec. 120. numer. 1. par. 1. diuers.* Conueniebant enim hoc etiam eædem Partes, quod post reseruatam pensionem viginti quinque termini solutionum decurrissent in vita ipsius Titularis, de cuius consensu facta fuerat reseruatio, & quod horum terminorum ostensæ fuerint non vnica, aut aliquæ solùm solutiones, sed omnes omninò, & totidem, quot decurrerunt in vita eiusdem Titularis, itaut in Iudicio petitorio non haberet ipse Pensionarius, quid probaret respectu integritatis omnium solutionum; Sed ex his solutionibus vna solùm dabatur, quæ esset in pecunia numerata, cum reliquę omnes, vel probarentur ex partitis libri Mercatorum, vel ex sola confessione de recepto ipsius Pensionarij, aut etiã Procuratoris eiusdem Pensionarij. Ex hoc autem facto quod non controuertebatur à Partibus, non 9 poterat dubitari de irreleuantia probationis, † & apparebat inde non solum de nullitate ipsius possessionis in quibus terminis nulla adducebatur resolutio, aut decisio huius Tribunalis, vt satis esse 10 posset possessio quæsita ex vnica solutione, † sed cum eadem possessio ostẽderetur contra formam Decreti, hoc ipso apparebat, quod non poterat 11 esse manutenibilis, quia, † quamuis Decretum nõ tollat detentationem, siuè insistentiam facti antè illius iustificationem, postquam tamen est iustificatum, certum est, quod inficit non solum Titulũ, 12 sed etiam possessionem, † tamquam habens vim Decreti irritantis, *Cassad. decis. 1. de restit. spoliat. num. 2. Pal. dec. 196. numer. 1. lib. 3. & fuit dictum coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 124. num. 3.* & in terminis huius Decreti in *Bergomen. Pensionis 7. Nouembris 1625. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, & in Siracusana Quartæ 24. Maij 1585. coram Card. Blanchetto, quam refert, & se-* 13 *quitur Gonzal. ad reg. 8. gl. vltim. nu. 64.* † Et certè nihil penitus concludere poterant in præiudicium tertij eædem solutiones, quæ solùm probabãtur ex libris Mercatorum, vt auctoritate *Felyn. in cap. 2. num. 32. de fid. instr. & Ias. in l. admonendi, num. 133. ff. de iur. iur. probat Verall. dec. 557. par. 2. Aym. de antiq. tempor. par. 1. §. vidimus num. 3. Rota coram Card. Caual. dec. 650. num. 9.* & ad hunc effectum probandæ solutionis, & quasi possessionis exigendi, dictum fuit in *dec. 717. nu. 1. par. 2.* 14 *recent.* † Neque satisfactum dici poterat eidem Decreto per solam confessionẽ de recepto ipsius Pensionarij, vt fuit pluries resolutum, & præcipuè apud *Card. Seraph. dec. 292. num. 2. in Lucana Pensionis 23. Nouembris 1617. coram R.P.D. meo Pirouano, in Parmen. Pensionis 5. Iunij 1624. coram R.P.D. Merlino, & 27. Ianuarij 1627. coram bon. mem. Manzanedo,* & in his præcisis terminis, ac pro Arbitrio, vt retardari deberet solutio Pensionis, *in Lunen. Surzanen. Pensionis 26. Februarij 1616. coram bon. mem. Buratto, & in Cremonen. Beneficii 26. Aprilis 1621. coram Vbaldo.* Et multo minus potuerunt eædem solutiones probari per 15 Confessionem Procuratoris, † qui licet haberet à Domino mandatum ad exigendum, non aliter tamen liberare poterat debitorem, quàm per solutiones sibi factas præsente pecunia, *l. nõ abstulit. C. de Nouation. Bart. in l. si debitorẽ ff. eod. tit. Caput. dec. 16. num. 7. Surd. dec. 229. numer. 28. Pal. decis. 416. lib. 3.*

Ex his respõderi poterat ad Decisiones in causa *Lucana, & Spoletana Pensionum,* quia præterquã in casu earum Decis. nullum apparebat datum ar-16 bitrium, † & ita non poterat recedi à dispositione Iuris, neque erat locus æquitati: Præterea in eisdem Decis. non poterat dici iustificatum idẽ Decretum, dum Pensionarius solum deficiebat in probatione solutionis omnium terminorum, quã probationem facere volebat in petitorio, non autem ostendebatur eadem possessio contraria for-17 mæ datæ ab ipso Decreto: † Et quamuis non posset ex his dici præclusa via Abbati Bentlaquę melius iustificandi easdem solutiones in iudicio petitorio, vt videntur supponere eædem Decis. adhuc tamen visum fuit locum esse debere arbitrio, nõ solum quia hoc saltem eidem arbitrio, conce-18 dendum videbatur, vt † dum ex vna parte satis esse debebat possessio quæsita ex vnico actu solutionis; ex altera vero ostendebatur talis nullitas eiusdem possessionis, quæ declarare poterat non 19 ius partis etiã in petitorio, † posset relicto vtroque extremo eligi media via, & ex æquitate expectari nouæ probationes faciendæ in eodem Iudicio suspenso interim effectu possessionis, vt declarat *Bald. cons. 577. nu. 4. lib. 1.* quem secuta fuit *Rota in Casenaten. de Aldinis 4. Februarii, & 20. Iunii 1608. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & dec. 506. num. 4. par. 2. recent. & fuit seruatum in vna Mediolanen. Pensionis coram Card. Marque-* 20 *monsio 5. Decembris 1607.* † in qua ex hoc solùm, quod dubitatum semel fuerit de extinctione pensionis, semper denegata fuit manutentio, imò suspensus effectus mandati de manutenendo semel concessi, quamuis postea, & sæpius proposita causa, visa fuisset dubia resolutio capta super eiusdẽ Pensionis extinctione, & in eadem Decisione refer-

refertur alia similis resolutio facta coram *Platta in vna Clusina Pensionis*: Verùm etiam, quia ex probationibus factis excludebatur præsumptio
21 melioris probationis, † cū plus noceat probatio et allegatio Tituli nulli, aut inualidi, quàm si nihil probatum sit, *vt dicit Innocen. in cap. dudum de Decim. Bellam cons. 10. num. 20. & dec. 393. Aym. cons. 134. numer. 3. Rot. decis. 731. num. 18. par. 1. diuers.*

22 Et considerarunt præterea Domini; quod, † cum duplex sit effectus, et vtilitas huius interdicti, et Iudicii summarissimi manutentionis, commodū scilicet ipsius possessionis, et liberatio, quam dat eadem possessio ab onere probationis, primam sanè amittebat ipse Pensionarius ad aliquod tem-
23 pus propter hanc cumulationem, quia † licet per manutentionem sibi concessam declararetur possessor, adhuc cogebatur sustinere partem Actoris, et docere, quod satisfactum esset Decreto, vt admittunt omnes *Decis. & in specie Decis. Lucana Pensionis 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ adducebatur pro parte Pensionarii, vnde cum solùm differri deberet, siuè suspendi ad tempus effectus possessionis, ac mandati de manu tenendo, quod petebatur, antequam cognosceretur
24 de meritis causæ, † et præiudiciū, quod indè oriebatur Pensionario, non posset dici esse magnum tamquam consistens in sola dilatione, secundum *l. debitoribus. ff. de re iudic. Verall. dec. 61. numer. 3.*
25 *par. 2.* † Ex hoc etiam capite videri poterat rationabile arbitrium in concedenda hac cumulatione, cum omnes Decis. in quibus denegatur idē arbitrium, supponant in specie præiudicium, quod possessori sequeretur propter onus probationis, et præcisè consideratum fuit in *dec. 698. par. 2. recen. & coram Card. Canal. dec. 185.* Et è contra hæc fuerit ratio aliarum Decis. in quibus idem arbitrium concessum fuit, quod scilicet non multum grauaretur ex ea cumulatione, qui se possidere prætendebat, *vt in dec. 363. num. 3. par. 2. recent. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 278. & latè declarat Aym. cons. 182. num. 13. & 15.*

Et ita etc.

R. P. D. Motmanno

Vicen. Collegij

Luna 7. Iunij 1632.

S V M M A R I A.

1. *Resistit iuri communi, vt in vna, & eadem Cathedrali, seu Collegiata Beneficiati præter Canonicos aliter considerentur, quam vti singuli.*
2. *Beneficiati vti singuli considerati non possunt facere Collegium.*
3. *Lim. nisi doceant, huiusmodi ius habere ex priuilegio particulari, vel ex consuetudine.*
4. *Priuilegium præsumitur ex quasi possessione per tantum tempus, cuius initij memoria in contrarium non extat, vbi decl.*
5. *Immemorabilis requisita, & num. 7.*
6. *Articulum verum esse, dicens testis non probat initij memoriam non extare.*
7. *Episcopus an possit sine consensu, vel consilio Capituli facultatem concedere Beneficiatis inferioribus faciendi Collegium.*
8. *Collegij faciendi facultas non inducitur per actus, & signa æquiuoca, quæ possunt esse de iis, quæ spectant ad omnes vti singulos, & non vti vniuersos.*
9. *Actus facultatiui, & dependentes à libera voluntate aliquius potius destruunt, quam probant quasi possessionem.*
10. *Facultas, & licentia præsupponunt prohibitionem.*
11. *Quasi possessio iuris negatiui consistit in cōtemptu prohibitionis, seu contradictionis præcedentis.*
12. *Testes deponentes de actibus continuatis Congregationis absque licentia Superioris, si tamen addant, aliquando Superioris auctoritatem interuenisse, non probant, huiusmodi actus processisse illius auctoritate contempta.*
13. *Præscriptionibus in negatiuis, quid requiratur.*
14. *Consuetudo non inducitur per actuū difformitatē, & varietatem.*
15. *Collegium, seu ius illud congregandi non probatur ex vnica enunciatiua non aliter consilio de Collegij essentia, sed censetur apposita impropriè, vel erroneè.*
16. *Collegium an probetur ex communi arca, & sigillo.*

Decisio DXXXXI.

BEneficiati Ecclesiæ Vicen. petebant manutentionem in possessione se congregandi collegialiter, & faciendi Collegium in Capella Sancti Michaelis eiusdem Ecclesiæ, sed cum Dominis placuisset, vt videretur de bono iure, hodie fuit resolutum, non constare de bono iure ipsorum beneficiatorum, & consequenter dene-
1 gandam esse petitam manutentionem. Quia † iuri communi resistit; vt in vna eademque Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia Beneficiati præter Cano-
2 nicos aliter considerentur, quam vti singuli, † qui non possunt facere Collegium. *Abb. in cap. dilecta in fin. de excess. Prælat. & in cap. nobis, nu. 8. de iure patr. Cas. de Grass. decis. vlt. nu. 14. de his quæ fiunt à maior. part. Capit. Rota in Barchinonen. Collegij coram Clemente Octauo. quæ est 455. part. 1. diuers.* & nouissimè, *in Gerunden. Iurisdictionis 22. Aprilis 1630. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* vbi dicitur, quod valde interest Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, ne illius Beneficiati, & alij Clerici inferiores, ius acquirant se congre-
3 gandi, & faciendi Collegium. † Vnde necessariū est quod prædicti Beneficiati doceant se huiusmodi ius habere ex priuilegio particulari, vel ex consuetudine, iuxta *doctrin. Hostien. in Summ. de excess. Prælat. §. 1. vers. subditi vero.* ibi, *sed quomodo scietur.* & tradita per, *Rip. Respons. 12. nu. 3. vers. fin. de rescript. Felin. cons. 2. nu. 3. & seqq.* quorum neutrum hic est sufficienter probatum.

4 Non obstat, † quasi possessio iuris se cōgregādi, probata per testes deponentēs de tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non existat, ad effectum, vt ex tali cursu temporis præsumatur priuilegium, vt per *Bald. in l. cum de in rem vers. num. 2. ff. de vsur. Felin. in cap. cum nobis, nu. 2. vers. præterea de præscript. Alex. cons. 6. num. 1. vol. 1.* quia de consuetudine immemorabili, vel de quadragenaria cum titulo, minimè constat ex testibus pro parte Beneficiatorum productis.

Quod enim attinet ad immemorabilem, testes
5 super ea examinati deficiunt in iis, † quæ sunt præcipuè requisita per *gl. fin. in cap. 1. de præscript. in 6. Greg. XV. decis. 196. num. 1.* non enim deponunt de auditu à maioribus, qui dicerent, se idem vidisse, & audiuisse à maioribus, & quod non fuerit auditum, vel visum in contrarium, iuxta *Couarr. in cap. possessor. p. 2. §. 3. nu. 7. Mohed. decis. 3. de Iure patr. Caputaq. decis. 71. p. 2. & 273. lib. 1. Rota in Signina panatum. 20. Nouembris 1600. coram bo. me. Ortemberg. Seraph. decis. 102. num. 4. Greg. decis. 196. & ibi Add. nu. 3.*

Neque

Neque etiam deponunt de publica voce, & fama per verbum fuit, quod pariter est de requisitis *dicta gl. Rot. in dicta Sig. ina pœnarum*. Nec deniq; probant, quod eius initij memoria nõ existat, per 6 illa verba, scilicet, articulum esse verum, † quam depositionem ad hunc effectum nõ sufficere, dixit *Rota coram Caputaq. dec. 291. p. 2 & in Iacen. Parochialis 27. Iulij 1603. coram bo. mem. Cardinale Pamphilio*.

Quadragenariam vero non fouet titulus desumptus à licentia se congregãdi per Episcopum data Beneficiatis de anno 1393. Nam omisso arti- 7 culo quæstionis, † an solus Episcopus, sine consensu, vel consilio Capituli possint Beneficiatis inferioribus cõcedere facultatẽ faciẽdi Collegiũ, quã *Rota in dicta dec. 155. par. 1. diuers.* ac etiã in *dicta Gerunden. Iurisdictionis coram Reverendissimo Domino meo Decano* reliquit indecisam, allegata licentia, vel facultas se congregandi ad sonum cãpanarum, in quodam loco pro sepulturis, & concionibus, & constituendi Oeconomos, Syndicos, & Procuratores ad lites, & negotia, ac talleas pecu- 8 niarias, in certos vsus conuertendi, † non potest compræhendere facultatem faciendi Collegium, neque sufficiunt communca tractatus ad sonũ Cãpanulę pro expediendis negotiis cum massa communi, cum sint signa æquiuoca, eo quod possunt esse de iis quæ spectant ad omnes, vti singulos, et nõ tamquam vniuersos, vt per *Achil. decis. 10. nu. 2. de præb. Caputaq. decis. 295. p. 1. tacit decis. 673. nu. 2. p. 1. recent.*

Denique per dictos testes non probatur quadragenaria, quia in eorum concursu exhibentur scripturæ, quę probant, spatio ferè centum annorum beneficiatos aliquando obtinuisse licentiam se cõgregandi, aliquando vero illis fuisse denegatam, 9 † ex quibus actibus facultatiuis, ac pendentibus à libera voluntate Ordinarii petitas licentias dãtis, seu recusantis, verius destruitur, quam probetur, quasi possessio se congregandi, absque licencia, et inuito Episcopo, qui non debet censeri per huiusmodi actus facultatiuos iuri suo voluisse prę iudicare, vt per *Panor. in cap. Abbate, num. 10. de verb. signif. Innoc. in cap. cum Ecclesia, nu. 5. de caus.* 10 *poss. & propriet.* Cum enim † facultas, et licentia præsupponant prohibitionem, *l. fin. C. de Iur. Em-* 11 *phyt*, et † quasi possessio iuris negatiui consistat in contemptu prohibitionis, seu contradictionis 12 præcedentis, † testes deponentes de actibus continuatis congregationis Beneficiatorum, quamuis dicant, eos processisse absque licentia, tamen, cum subiungant aliquando Superioris authoritatem interuenisse, non probant huiusmodi actus proces- 13 sisse contempta auctoritate Superioris, † vt in negatiuis præscriptionibus regulariter requiritur. *Rot. decis. 411. nu. 7. par. 1. diuers. & decis. 530. nu. 3. par. 2. recent. Card. Canal. decis. 91. in fin. Add. ad decis. Greg. XV. 162. num. 15.*

Præterea quatenus actus huiusmodi, de quibus deponunt testes Beneficiatorum processissent absque licentia, non tamen potest euitari ipsorum actuum difformitas, et varietas, deducta ex præ- 14 dictis licentiis concessis, et denegatis, † quæ prohibet ne inducatur consuetudo. *Bald. & Doct. in l. 1. C. de probat. Aym. in cons. 96. num. 5.* et dixit *Rota coram Greg. XV. d. decis. 162. nu. 8. & in Treuiren. Abbatia 24. Ianuary 1625. coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Neque obstat enunciatiua antiqua de Collegio, contenta in instrumento aggregationis cuiusdam Beneficiati admissę per Capitulum, ibi: *numero, & Collegio aliorum Beneficiatorum aggregamus*, 15 quia, † cum sit vnica, et essentia Collegii aliter non probetur, impropriè vel erronee apposita cẽseri debet non illa Collegio, vt per *Aym. cons. 157. num. 8.*

Minus suffragantur signa desumpta ex arca, et sigillo communi. Quia testes deponunt de arca, in 16 qua reponuntur deposita, etiam extraneorum, † cum tamen ad effectum Collegii debeat constare de arca deputata ad conseruandum iura ipsius Collegii, *Card. in d. cap. dilecta de excess. prælat. Rota in Verulan. Abbatia 17. Iunii 1596. coram Penia*, vbi quod ad effectum Collegii non sufficit arca, quæ habetur pro vestimentis Ecclesiæ; sigillum vero, quod deponunt continere insignia, vel communitatis ipsorum Beneficiatorum, vel Capibreuii eorum exactoris, et ministri, cum non videatur magis destinatum ad actus ipsius Communitatis, quam ad actum dicti Capibreuii, pro signo denotante per necesse Collegium deseruire non potest.

Et ita vtraque, etc.

R.P.D. Pirouano

Senen. Coadiutoria

Veneris 25. Iunii 1632.

S V M M A R I A.

1 *Transportatio præsumitur integra, nisi doceatur de contrario.*

2 *Productia dicitur realis, si contineat verba, Teneris, vel facto produxit, vel Animo rehabendi, vel Instrumentum Incipit, alias dicitur verbalis.*

3 *Producta quæ sunt verbaliter, non est necesse transportare.*

4 *Capitulum, cuius ius non tangitur, non est legitimus contradictor, nec potest opponere de inualiditate gratiæ obtinis non expressionem, si agetur de Canonicatu non vacante.*

5 *Beneficiũ impetrans sufficit, quod sit habilis ad faciendum se promoueri ad ordines ad illud necessariis intra annum à die adeptæ pacificæ possessionis.*

6 *Habilitas litteratura requiritur de tempore examinis, non post.*

7 *Litteratura qualitas potest superuenisse, nec infertur ex tempore præsenti ad præteritum.*

8 *Reprobatus ex examine, & appellãs si statim adierit Iudicem appellationis, & obtulerit se examini, non est, quod ei imputetur, si statim non fuit examinatus.*

9 *Citatio non requiritur in secundo examine faciendo de reprobato in primo.*

10 *Conscientiæ Executoris potius, quam parti se apponenti, satisfaciendum est in actu extraiudiciali.*

Decisio DXXXXII.

CAusa iterum super eiusdem proposita dictum fuit, standum esse in decisis quoad secundam partem, & quoad primam recedendum.

Visum enim fuit, gratiam Crescentii in omnibus narratis esse iustificatam, prout in decis. causæ fuit firmatum.

Neque obstant, quæ replicantur de non integra transportatione actorum, cum deficiant indulta, et alia in productione specificata.

1 Quia † regula est contra dantem de nõ integra transportatione, nisi cõtrariũ probauerit, *Cranett.*

de

de antiq.temp.par.2.nu.55. Rot.decis.59.nu. 1.corā 2 *P.P.Greg.XV.* † Contrarium autem probatū dici non potest eo ipso, quod non docetur de productione reali per verba Tenoris, vel facto produxit vel Animo rehabendi, vel Instrumentum incipit sic, quibus circumscriptis productio remanet 3 verbalis, † quę in transportatione non est necessaria, *Rot.dec.561.nu.10.par.1.recent. & Adden. ad supradictum dec.59.corum P.P. Greg. XV.* latissime comprobant.

Non obstat falsitas narratiuę seruitii Ecclesiæ Coadiutu per 35. annos, nec obstare gratiam Perinde valere ac si expressum fuisset per 27. annos, cum non fuerit facta mentio litis, dum adhuc pē4 deret. Quia seu sanatio, et seu reualidatoria non tangat ius Capituli, ex quo non est legitimus contradictor, quando Canonicatus non vacant, vt in præsenti tunc non est necessaria litis mentio, *Innoc. in cap.mandatum num.7. de rescript. Rot.corum P.P. Greg. XV.decis.221.num.4. & corum bo. me. Cardinali Canalet.decis.450.nu. 3.*

Denique non obstat, quod Crescentius non habeat ętatem sufficientem ad Subdiaconatum tamquam natus anno 1610. 11. Augusti, & gratia est expedita de anno 1650. 26. Augusti, ita vt vix attigerit annum vigesimum primum.

5 Quia † sufficit, quod habilis fuerit ad faciendū se promoueri intra annum etiam à die adeptæ pacificæ possessionis, *c. commissa.de elect.in 6. c. si pro Clericis pauperibus de præb.eod.lib.6. Abb.in cap. cum in cunctis.§.inferiora. nu. 10. de elect.* de qua habilitate respectu temporis hodie dubitari non potest.

Recesserūt autem Domini à prima parte, quia constat, Crescentiū fuisse examinatū, et approbatum, quatenus Canonicatus non habeat annexam prębendam Theologalem, vel Curam animarum, et ideo cum non appareat, Canonicatum habere dd. qualitates examen suffragatur.

Non obstat, quod idem Coadiutor fuerit examinatus de mense Septembris præteriti in partibus, fueritque reprobatus. vnde ad nouum examen de mense Maii sequentis in Curia non debuisset 6 admitti, cum † habilitas requiratur de tempore 7 examinis, non autem post, † de quo tempore potuit addiscere, *c.si eo tempore, cum glos.verb effectu.de rescript.num 6.*

Quia, & si ista qualitas litteraturę sit talis, quæ possit superuenire, nec inferatur ex tempore præsenti in pręteritum, *vt dicit Menoch.præsumpt 24.* 8 *num.5 lib 5.* Attamen † quando reprobatus statim appellauerit, & Iudicem adiuerit, & se obtulerit examini, non est quod ei imputetur, etiam si examen sequatur ex interuallo, *Rot decis 527.num.3. coram P.P. Greg.XV & 968 nu.7. corum bo. me. Card. Seraphino*, in quibus ponderatur tēpus, quod consumitur in obtinenda citatione cum inhibitione in compulsandis actibus, in itinere de partibus ad Curiam, antequam deueniatur ad secundum examen.

Nec releuat, quod postremum hoc examen fa9 ctum fuerit absque partis citatione, quia, † partem non esse citandam, aperte senserunt, *Innoc.in cap. fin.in fin.de translat. Prælat. Felin.in c.fin.nu 36.de præsumpt.* & ratio est, quia huiusmodi clausulæ magis sonant in monitionem, quam in conditionem, *vt aduertit idem Felin.num. 18.* vt propterea 10 † magis sit satisfaciendū conscientię executoris, quam parti opponenti in actu extraiudiciali.

Et ita, &c.

R.P.D.Ghislerio

Camerinen. Bonorum

Lunæ 5. Iulii 1632.

SVMMARIA.

1 *Immisso in vim sententiæ, & mandati Iudicis rite, & recte procedentis competit manutentio.*
2 *Possessor antiquior sua possessione priuatus dicitur ex sententia, & mandato Iudicis.*
3 *Continuare possessionem non potest, qui eam amisit per sententiam, & rem iudicatam, ex qua dicitur cessare antiquus titulus.*
4 *Executio sustinetur etiam contra tertium, si in causa citatus fuerit.*
5 *Tertius possessor conueniri debet iure ordinario.*
6 *Contradictor legitimus non est ad impediendam immissionem ex l fin. qui non nocet de titulo habito in vita defuncti.*
7 *Fides cum fide conquassatur.*
8 *Præsumitur in dubio quilibet sanæ mentis.*
9 *Compensatio non fit ipso iure, sed ad partis instantiam.*
10 *Exceptionem aliquam particularem tantum opponens censetur alijs renunciare.*
11 *Compensatio non opposita manutentionem non impedit.*
12 *Compensationis oppositio probata non dicitur non probato credito.*
13 *Notario, & Cursori creditur in concernentibus eorum officium.*
14 *Collusio vti difficilis probationis probatur coniecturis.*
15 *Collusio non præsumitur, vbi nullum adest commodum.*

Decisio DXLIII.

Concessa immissione Innocentijs in quatuor ex quinque portionibus hereditatis Franciscæ matris, & relaxato instrumento executiuo pro restitutione dotis eiusdē in vim diffinitiuę sententię Rotalis, hi dicti cæperunt possessorem prędiorū Palatini Vatini, & Pertuli, nec non Domus existentis in districtu Fabriani, & cum contigerit dubitari de validitate posses1 soria, † placuit Rotæ concedere manutentionem Innocentijs, qui fuerunt immissi in possessionem vigore sententiæ, & instrumenti Rotalis. *l. 2. iuste possidet l. qui vniuersas § ite cum Prætor. ff. de acq. poss cum alijs per Rotam coram bo m. Card Cauallerio dec.42.nu. 6.* Constat enim in hac causa rite, 2 & recte processum fuisse, vt † propterea non obstet antiquior possessio Sanctecrucij, cum per sententiam, & mandata fuerit ea priuatus, *Ang. in l. clam possidere § qui ad nundinas num 2 ff. de acq.* 3 *poss.* & † cum amiserit, possessionem amissam continuare non potest, stante cessatione tituli antiqui per sententiam, & rem iudicatam, *Perrett. cons.18.num.11. Mohed.dec.4. de restit. spol.nu 4.*

Nec visę fuerunt DD obstare nullitates oppositæ contra processum. Nam, quod sententia non afficiat Santecrucium tamquam tertium possessorem, tollitur quia constat illum semper fuisse citatum vna cum curatore principali hereditatis 4 iacentis, † Quo casu tunc executio sustinetur, *vt distinguit Paul.de Castr. in l. à Diuo Pio.§. si super rebus.num.8. ff.de re iudic. vbi etiam Alex.num.8. & nu.*

5 *& nu.14. Ang.num.1.* † Minus facit, quod tamquam tertius iure ordinario esset conueniendus; 6 Tum quia, † cum non docuerit de titulo habito in vita Ludouici defuncti non erat legitimus cōtradictor, *secundum tex. in l.fin. vbi glos. & Doct. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* Tum etiam quia, vel erat hæres Ludouici, vel non, in primo casu, cum fuerit citatus, rite, et recte contra ipsum processum est dando immissionem in bonis hæreditariis in secundo casu.

Dum vero dicebant informantes pro Sanctacrucio, quod instrumentum in persona procuratoris censeretur reuocatum propter illius dementiā et sic quod sententia fuerit lata sine citatione, placebant responsiones datæ, quod hæc probatio infirmitatis Procuratoris, et subitę mutationis mentis non probatur precise de tempore, quo fuit citatus tamquam procurator Sanctaerucii, vt declararet, an esse vellet heres, tam Ludouici sui patris quam Hieronymi aui; Quia neq; fides data 28. Iunii preteriti hoc dicit, cum solum, qui in ea fide se subscripserunt, attestentur de hac Procuratoris infirmitate, vt illa contigerit ab anno citra; Neq; ea, quæ hodie datur, cum eodem modo etiam deponant, qui in illa se subscripserunt, et econtra pro parte illorum de Innocentiis datur fides contraria super valetudine eiusdem Procuratoris, vt 7 † propterea per hanc conquassetur alia iuncta pre8 sumptione in contrarium; regula enim est, † quēlibet in dubio præsumi sanæ mētis, *iuxta text. in l. nec codicillos, vbi glos. in verb. probari. C. de codicil. Doct. in l. furiosum, vbi Dec. nu. 3. C. qui testam. fac. poss. Hond. cons. 78. nu. 53. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. cap. 181. nu. 7. Rot. coram bo. me. Card. Caual. dec. 366. num. 3.*

Altera oppositio, quod causa fuerit expedita nō discusso articulo compensationis, qui fuerat reseruatus in decisione R.P.D. mei Vbaldi S. Martii 1627. nihil facit, quia Sanctacrucius habet penes se fructus, ad quorum restitutionem, cum sit etiam condemnatus, potest super illis hoc ius cō9 pensationis exercere; Et cum † compensatio non fiat ipso iure, sed ad instantiam partis, *glos. in l. si constat. C. de compensat. Guid. Pap. dec. 221. num. 2.* 10 et nunquam in actis de ea fuerit oppositum, et † Curator institerit sibi reseruari tantum quintam partem hæreditatis, censetur aliis exceptionibus renunciasse, *bo. me. Card. Canaler. dec. 483. num. 8. Sanct. me. Greg. XV. dec. 157. vbi Add. num. 23. Rot. in Romana Pecuniaria 28. Iunij 1613. coram bo.* 11 *me. Patriarcha Manzanedo,* † Ideo non impedit manutentionem, *vt firmauit Rot. decis. 69. num. 10. par. 4. diuers.* Quinimmo, cum in dicta decisione R.P.D. mei Vbaldi, non solum hec exceptio compensationis fuerit reseruata, sed etiam reliquę pretensiones Portię, nec vnquam fuerit firmatū creditum, cum quo fieri debebat compensatio, sed illud relatum tamquā pretendio partis, ex hoc etiā, 12 † cum non probatum fuerit creditum, non potest dici probata hæc oppositio, vt ea non obstante causa non potuerit expediri.

Pariter exceptio super absentia Curatoris deputati hæreditati iacenti detegitur minus vera ex his, quę dantur pro parte illorum de Innocentiis, cum constet de relatione Cursoris, quod illum citauerit, adsit fides Notarii, quod comparuit in Of13 ficio in termino eiusdem citationis, † quibus ratione Officii creditur, *Caputaq. decis. 268. par. 2. Sanct. me. Greg. XV. dec. 453. nu. 4.* præter aliorum attestationes super existentia in Vrbe.

Quæ vero dicuntur super collusione eiusdē Curatoris, deberent alio modo probari, quam ex sola præsumptione; vt sit pro parte Sanctaerucii, et li14 cet † tamquam difficilis probationis ex coniecturis probetur, *Caputaq. decis. 143. par. 1.* attamen constito de iustitia sententiæ cessat omnis suspicio, 15 et collusio non presumitur, vbi nullum adest commodum, *Seraph. dec. 579. num. 6.*

Quod autem prædia, et domus, de qua agitur, sint hereditaria Franciscę, satis fuit probatum in processu facto ante sententiam ex instrumento diuisionis inter Camillam matrem Franciscę, et sororis, ex possessione, æstimo, et ex confessionibus, tam Curatoris hereditati iacentis, quam ipsiusmet Sanctaerucii multoties geminata, et ex aliis in facto ponderatis, cum quibus DD. transierunt.

Et ex his vtraq; parte informante fuit conclusum remedium possessorium non competere Sanctacrucio, sed Innocentiis.

R. P. D. Dunozetto

Placentina Parochialis Trauaini

Veneris 19. Nouembris 1632.

S V M M A R I A.

1 *Possessio instrumentalis, alio in possessione non existente, est manutenibilis.*
2 *Possessione sua quis non priuatur ex mandato nullo ipso possessore non citato.*
3 *Fides Notarij de citatione sine testibus nō probat. Ampl. vt num. 5.*
4 *Notario attestanti de actu de præterito, non creditur. Ampliat. vt num. 5.*
6 *Citatio non reproducta in die, sub qua cadebat, remanet circumducta.*

Decis. DXLIV.

CEnsuerunt Domini, Ioanni Baptistæ de Calicibus informanti dandum esse mandatū de manutenendo in possessione Beneficij, de quo agitur, quia constat de illa ab eo capta sub die vltima Ianuarij 1630. ex publico in1 strumento, † quæ quidem possessio, alio in possessione non existente, est manutenibilis, *l. prædia. vbi Doct. ff. de acq. poss. Verall. decis. 334. num. 6. par. 1. Bisign. dec. 8. de restit. spol. Rot. dec. 92. num. 1. par. 1. recent. & alibi.*

Non obstat possessio Dominici Gabrielii prouisi de hoc beneficio à Papa vti de reseruato ca2 pta vigore mandati relaxati ab A.C. quia, † cum dictum mandatum fuerit nullum, ex quo Ioannes Baptista non fuerit citatus, non potuit d. Ioannes Baptista priuari sua anteriori possessione, *Bart. in l. 1. § huiusmodi num. 3. ff. vti possid. Castr. cons. 10. num. 9. lib. 1. Greg. XV. dec. 549. num. 5.*

Non obstat, quod ex fide Notarij appareat hu3 iusmodi citationem interuenisse, quia † cum ista fides careat testibus, non meretur attendi, cùm 4 † Notario attestanti de actu præterito non creditur, *vt in puncto firmauit Rot. dec. 624. num. 10. par. 1. & dec. 209. num. 1. par. 2. recent. Put. dec. 5 lib. 3. in correct. Greg. XV. dec. 426. num. 4.* vbi quod 5 † huiusmodi fidei notarij, etiam vno testi adminiculatæ, non statur.

Insuper aduertebant Domini, quod, vbi etiam ex huiusmodi attestatione probaretur citatio, ad6 huc ea non releuaret, quia, † cum post semestre fuerit reproducta, circumducta remansit, *cap. 1. de dol. & contum. in 6. Felyn. in cap. illud. numer. 51 de præsump.*

præscript. & sic pro non facta habetur, sententiaq; inde emanata fuit nulla, *Ias. in l. properandum. §. & si quidem nu. 7. C. de iudic. Cas. de Graff. dec. 11. nu. 2. de sent. & re iudic.*

Et ita vna tantum &c.

E O D E M

Eadem

Veneris 4. Martij 1633.

S V M M A R I A.

1. *Possessio instrumentalis, alio in possessione non existente, est manutenibilis.*
2. *Mandatum nullum ob omissam citationem possessoris non priuat illum sua possessione.*
3. *Fides Notarij de citatione nō probat sine testibus.*
4. *Notario attestanti de actu de præterito, & sine testibus non creditur.*
5. *Testes adhibiti ad vnum effectum nō possunt ad alium deseruire.*

Decis. DXLV.

IN decisione emanata in hac causa coram me sub die 19. Nouembris anni præteriti fuit dictum, Ioanni Baptistæ de Calicibus tunc informanti dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur. Hodie reproposita causa super eisdem, & altera quoque parte informante, Domini steterunt in decisis, Quia fundamenta in dicta decisione adducta visa fuerunt adhuc subsistere.

Constat enim de illius possessione ab eo capta ex publico instrumento, 1 † quæ possessio, alio in possessione non existēte, est manutenibilis, *Verall. dec. 334. num. 6. par. 2. cum aliis in dicta decisione allegatis, & fuit sæpe resolutum.*

Nec obstare visa fuit possessio Dominici Gabrielii prouisi de hoc eodem beneficio vti de reseruato capta vigore mandati relaxati ab A. C. Quia, 2 † cum Ioannes Baptista possessor non fuerit citatus, dictum mandatum fuit nullum, & sic priuare non potuit dictum Ioannem Baptistam sua anteriori possessione, *Greg. XV. dec. 549. nu. 5. cum aliis in d. dec. allegatis.*

Nec minus obstare visa fuit fides Notarij, quę ex aduerso adducebatur ad probandam huiusmodi citationem interfuisse, quia iam fuit in d. decisione responsum, quod, 3 † cum ista fides careat testibus, non attenditur, quia Notario attestanti 4 † de actu præterito, & sine testibus non statur, *Rot. dec. 624. num. 10. par. 1. & dec. 209. num. 1. par. 2. recent.*

Nec hodie idem fundamentum tollitur ex eo, quod in instrumento immissionis Gabrielii nouiter deducto videantur esse adhibiti tres testes, per quos prætenditur constare de huiusmodi citatione, quia ex eiusdem instrumenti lectura apparet, 5 † dd. testes fuisse adhibitos non ad effectum citādi ipsum Gabrielium, immissumque manutenendi et defendendi, et sic firma remanet supradicta responsio.

Et ita vtraque etc.

R. P. D. Pirouano

Vicen. Cappellæ Sancti Iusti

Lunæ 14. Nouembris 1632.

S V M M A R I A.

1. *Possessio Cappellæ quibus actibus probetur.*
2. *Possessio ita probatur per culturam spiritualem, sicut per culturam temporalem.*
3. *Clauium retentio probat possessionem.*
4. *Custodum appositio probat possessionem.*
5. *Manutentio nunquam negari solet probata possessione.*
6. *Possessio posterior improba, & clandestina iudicatur.*
7. *Possessio, quæ fuit origo litis, & controuersiæ non est manutenibilis.*
8. *Iustitia possessionis quæstio non admittitur in summarijssimo retinendæ.*

Decisio DXLVI.

FVit hæc causa proposita ad instantiam Capituli contra D. Episcopum, & Patres Iesuitas vsq; de anno 1623. 23. Iunij, & 1624. prima Iulij Cæterum quia iudicium agitabatur vigore commissionis, in qua ex clausula in ea inserta, Omnesq; alios, dicti Patres non comprehēdebantur, quamuis tunc super testibus examinatis fuerit bis resolutum, quoad D. Episcopum dandā esse manutentionem Capitulo in possessione Cappellæ controuersæ; attamen vlterius non fuit processum, quia possessio erat penes dd. Patres, & hodie noua commissione præsentata, & testibus nouissime examinatis citatis partibus renouata fuit eadem disputatio Capitulo solo informante, in qua DD. iteratò responderūt pro manutētione ad fauorem Capituli.

Dantur enim quatuor testes, qui in eorum depositionibus concludunt, ante possessionem per Patres captam ab antiquo, & continuatis temporibus Capitulum semper possedisse dictam Ecclesiam, seu Cappellam Sācti Iusti, actus possessorios narrando, nempe illam gubernando per suos ministros, Diuina Officia, & Missas in ea celebrādo, completorium in quolibet die Festo cum musicis canendo, claues eiusdem Cappellæ penes 1 Canonicum turnarium retinendo, † ex quibus omnibus indubitatum videtur, probari possessionem Capituli, *Cas. de Graff. dec. 21. num. 7. de probat. & 2 decis. 10. num. 3. de caus. poss. & propriet.* nam † ita probatur possessio per culturam spiritualem, sicut per culturam temporalem, *gl. in l. 3. in verb. finitur. C. fin. reguad. Bald. in l. arboribus. §. nam & si agrum. ff. de vsufruct. & in l. iudicia. C. de rei vendic. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 563.* et 3 † eodem modo ex clauium retentione, *Couar. lib. 3. var. c. 16. num. 11. Menoch. eod. remed. num. 569. vers. 6. probatur*, ac demum 4 † ea appositione Custodum, *l. 3. §. Nerua filius. l. si rem mobilem l. penult. ff. de acq. poss. l. si ita. §. mulier custos. ff. de fund. instruct. cum alijs allegatis per Decian. cons. 35. nu. 29. lib. 2.* 5 † possessione autem probata nūquam solet negari manutentio, *§. hodie. §. retinendæ. Inst. de interd. Bart. in l. vnic. in prin. ff. vti possid. Mantic. dec. 185. num. 1. & dec. 16. num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat possessio Patrum, quia posterior, et 6 † per consequens improba, et clandestina iudicatur,

tur, *cap. licet causam. vbi Felyn. sub num. 8. de prob. Bart. in d l. vnic. num. 3. vers. si vterque probauit C. vti possid. Ast. dec. 363. num. 3. & 4.* et † super ea manutentio dari non potest tamquam origo litis et controuersiæ, *Rot. dec. 17. num. 6. par. 2. diuers. & 409. num. 4. par. 2. recent.*

Demum non obstat, quod iidem Patres habeāt titulum ab Ordinario Vaceo. quia hoc est, quod prætenditur per Capitulum, Episcopum eo incōsulto non potuisse iura Ecclesiæ alienare, † interim autem in hoc summarijssimo retinendæ non admittitur quæstio iustitiæ possessionis, *Innoc. in c. bonæ. il 2. de postul. Prælat. Bald. in l. Ordinarii iuris C. de rei vendic. Conat. pract. q. c. 17. nu. 3. Ladercb. cons. 95. num. 4.*

Et ita etc.

Reuerendiss. D. Coccino

Cæsaraugustana Distributionum

Mercurij 24. Nouembris 1632.

S V M M A R I A.

1. *Testes optime instructi, & melius informati alijs quibuscumque præferuntur.*
2. *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio manutentionis.*
3. *Testis etiam vnicus admittitur in iudicio manutentionis.*
4. *Exceptiones testium tolluntur ex numero, & aliorum habilitate.*
5. *Exceptiones contra testes in manutentione non admittuntur.*
6. *Titulus coadiuuat depositiones testium super possessione.*
7. *Testes examinati prius super articulis, & deinde super interrogatorijs contra formam remissoriæ nulliter examinati dicuntur.*
8. *Testes in causa propria, seu in qua habent interesse, non probant.*
9. *Testes salariati ab inducente, & ad eius libitum amouibiles non sunt idonei.*
10. *Testes deponentes super affirmatiua præferuntur testibus deponentibus super negatiua.*
11. *Facultas augendi, & diminuendi distributiones intelligitur cum legitima causa.*
12. *Et secundum arbitrium boni viri.*
13. *Manutentio an possit dari contra administratorē.*
14. *Portionarii sunt manutenendi in ea quasi possessione exigendi distributiones, in qua sunt, donec cognoscatur, an Capitulū potuerit illas diminuere.*

Decisio DXLVII.

CVM Rota ob diuersitatem computorum diuersimode etiam resoluerit circa manutentionem, quam Portionarij petebant in Possessione exigendi regalia tria qualibet die pro distributionibus quotidianis, et propterea die 9. Iunij 1629. voluerit, quod iidem Portionarij per modum temperamenti donec pro diminutionum iustificatione fierent computa, perciperēt certam summam, hodie visis computis, et firmato, quod fructus superabundant, vt fuit firmatum in decisionibus in hac causa factis, et præsertim sub die 26. Aprilis præteriti, ex integro proposui dubium cū scripturis datis per Capitulum sub die 17. Iunij 1630. An prædictis Portionarijs esset danda manutentio in possessione exigendi dicta regalia tria qualibet die pro distributionibus quotidianis, et Domini absque difficultate aliqua affirmatiue responderunt, ita vt standum sit decisionibus, quæ affirmant, iisdem Portionarijs deberi prædictam manutentionem. Et de illorum enim possessione clare constat ex depositione quinq; testium examinatorum vigore remissorialium, cum quibus concurrunt duo alii testes, vnus vltimo examinatus in Curia, nec non alius remissorialis Canonicorum, qui bene probant, cum de certa scientia deponant, et plerique etiam de facto proprio, † qui tamquam optime instructi, et melius informati alijs quibuscumque præferuntur, *Cæs. de Graff. dec. 5. num. 4. 5. & 6. de testib. Rot. in recent. dec. 251. nu. 2. & dec. 310. num. 7. par. 2.* quæ quidem probatio superabundat, † cū alias in hoc iudicio sufficiant leuiores probationes, *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. & decis. 375. numer. 1. par. 3. lib. 3. diuers. Seraph. dec. 624. nu. 5.* et † etiam vnicus testis admittatur, *Menoch. vbi supra, s. m. Greg. dec. 438. nu. 2. Rot. dec. 196. nu. 6. par. 1. diuers.*

Non obstant exceptiones oppositæ contra personas istorum testium, Quia ex testibus reprobatorijs Capituli potius videntur approbari, et in omnem euentum † exceptiones tolluntur ex num. et habilitate aliorum, *Gabr. de testib. concl. 5. & 6.* prout † nec etiam in iudicio manutentionis admittuntur exceptiones contra testes, *Rot. decis. 28. num. 4. & 9. par. 1. diuers. s. m. Greg. decis. 449. num. 10. & ibi Add. nu. 11. qui alios allegant.* Et cessat omnis difficultas, quia † eorum depositiones valde adminiculantur ex statuto super dicta summa debita Portionariis, *iuxta not. per Paris. in cons. 107. num. 77. lib. 1. Rot. dec. 595. nu. 2. par. 1. diuers.*

Non obstant testes Capituli, Quia fuit responsum, magis esse standum testibus Portionariorum. Primo quia testes Capituli sunt nulliter examinati, † cum prius super articulis, deinde super interrogatorijs examinati fuerint contra formam remissoriæ, *Gonzal. super reg. 8. gl. 9. in adnot. contr. nullit. num. 71. & 81.* Secundo, quia † duo ex dictis testibus sunt partes formales, cum sentiant commodum ex propria depositione, ex eo quod, diminuta summa debita Portionariis, crescit alteri bursę, ex qua ipsi participāt, *Bald. cōs. 127. n. 2. lib. 5. Aym. cons. 99. num. 2.* et alii duo, qui sunt Sacrista, et Secretarius Capituli, † sunt salariati ab eodem Capitulo, et ad illius nutum amouibiles. Tertio, quia testes Portionariorum deponunt super affirmatiua; Testes vero Capituli super negatiua, et † ideo præferendi sunt testes Portionariorum, *Farin. de testib. qu. 65. nu. 100.* Quarto, quia testes Portionariorum, vt dictum est, adminiculantur ex Statuto. Quinto, quia ex decisionibus in causa factis apparet, quod non cōstat de diminutione fructuum, quæ suffragetur.

Non obstat, quod Capitulum ex Bulla Benedicti VIII. potest augere, et diminuere distributiones, Quia † hoc est intelligendum cum legitima causa, prout firmauit Rota in hac causa 30. Aprilis 1621. quę quidem legitima causa non adest, cū fructus non sint diminuti, maxime cum concurrat dispositio Statuti, *Seraph. dec. 1089. num. 2.* ita vt cesset arbitrium boni viri † secundum quod debet intelligi illa facultas augendi, et minuendi, *Ias. in l. 1. in prima lect. num. 3. C. de Sacros. Eccles. Surd. cons. 313. nu. 94. & seqq.*

Denique non obstat, † quod contra Capitulum administratorem non potest dari manutētio, quia cum agatur de administratione rei cōmunis, Portionarii dicuntur consortes, et propterea, † dum cognoscitur, An Capitulum potuerit diminuere dictas distributiones, Portionarii sunt manutenendi, *vt fuit firmatum in d. decis. 30. Aprilis 1621.*

et

Et hodie cessat omnis difficultas, cum non constet de diminutione fructuum, quæ suffragetur, ita vt ex hoc etiam cesset temperamentum alias per Rotam susceptum, donec videretur computa, quia visis computis claré apparet, quod Portionarij nimis fuerunt grauati.

Et ita conclusum, Portionarijs dandum esse mã datum de manutenendo in possessione percipiendi qualibet die, et pro qualibet regalia tria pro distributionibus diurnis tantum, remanente in statu suo distributione matutinorum, & sine præiudicio pretensionis eorumdem Portionariorum super Vltris, Absentijs, et alijs, vt in statuto, &c.

R.P.D. Motmano

Messanen. Archipræsbyteratus.

Mercurii 15. Decembris 1632.

SVMMARIA.

1 *Possessio instrumentalis, non constito de præcedenti alterius possessione, sufficit ad effectum manutentionis.*
2 *Possessio probatur per confessionem partis in literis impetrationis reiecta qualitate intrusionis narrata.*
3 *Possessio probatur ex mandato de immittenda externo obtento, cum clausula, Amoto, & est manutenibilis.*
4 *Possessio posterior in concursu anterioris non est considerabilis.*
5 *Possessio attentata debet reuocari.*
6 *Negatiua professionis quomodo sit probanda, & num. 8.*
7 *Tituli inualidi productio tollit præsumptionem alterius tituli validi.*
9 *Negatiua vt probata non dicatur, sufficit actus possibilitas.*
10 *Manutentio impediri non potest per ea, quæ respiciunt petitorium.*

Decisio DXLVIII.

DOmini censuerunt, Herculi prouiso Apostolico dandũ esse mandatũ de manutenendo in possessione Archipresbiteratus. Quia de huiusmodi possessionis apprehensione constat 1 ex instrumento, † cuius probatio, cum de præcedenti alterius possessione non appareat, ad hunc effectum est sufficiens, *l. prædia, & l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poss. Rot. decis. 93 num. 1. par. 1. recent.* Huic autem probationi suffragatur confessio Lucæ Aduersarij contenta in literis suæ impetra-2 tionis, † quæ reiecta qualitate narratæ intrusionis etiam probat, *Rot. decis. 802. par. 1. diuers. & decis. 325. num. 2. par. 2. recent.* Ac denique de eadem possessione constat ex mandato de immittendo ad ipsius impetrantis fauorem relaxato cum clausula, Amoto Hercule Archipresbyteratus deten-3 tore, † quæ ad eundem effectum manutentionis tanto magis probat ipsius Herculis anteriorem possessionem, *Rot. in Ferrarien. Parochialis 8. Nouembris 1596. coram Cardubæ relata per Garz. in tract. de benef. par. 9 cap. 3. num. 198. & in Fesulana bonorum 15. Ianuarij 1629. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Non obstat possessio tradita dicto Lucæ per executorem literarum impetrationis eiusdem Archipresbyteratus vti vacantis, ex eo quod Hercules, antequam adipisceretur dictam possessionem, non emiserit fidei professionem iuxta decretum in literis suæ prouisionis expressum. Quia hæc possessio Lucæ impetrantis non modo 4 est posterior, † & consequenter in concursu anterioris nullo modo considerabilis, sed etiam tradita fuit intra tempus à iure concessum parti condemnatæ ad appellandum, & appellationem inter-5 positam coram superiore prosequendum, † vt propterea tanquam attentata iure debeat reuocari, *c. non solum de appellat. in 6. cap. post appellationem. §. ante appellationem. 2. quæst. 6. Auth. vt nulli Iudic. dic. & §. hæc peruenit in fin. ibi, neque possessiones rerum transferri, Couarru. pract. cap. 2. num. 1. Mohed. decis. 11. num. 2. de probat. Greg. decis. 515. num. 3. & fuit dictum in Calaguritana beneficij de Ausol. 4. Iulij 1629. coram Eminentissimo D. Cardinali Virili.*

Neque potest esse locus executioni dictarum literarum impetrationis sub prætextu, quod non cõstet, Herculem, antequam caperet possessionem, emisisse professionem fidei iuxta formam prædicti 6 decreti suæ prouisionis: Quia † negatiua dictæ professionis, quæ est fundamentum gratiæ impetratæ, non reperitur probata per diligentias factas in omnibus locis, in quibus actus huiusmodi potest adnotari, vel documentum illius produci, prout requiritur, *Greg. decis. 263. & ibi Add. num. 2. Rot. decis. 638 num. 6. par. 1. in recent.*

Minus facit, quod Hercules exhibuerit documentum fidelitatis præstitæ Sede Archimandritali vacante in manibus Vicarij generalis, cui quidem documento cum nullam contineat professionem fidei, stari debeat exclusa præsumptione alterius documenti, in quo sit inserta dicta fidei pro-7 fessio, iuxta regulam, quod † per productionem tituli inualidi cesset præsumptio alterius tituli validi, ex *Aym. cons. 134. numer. 44. Rot. decis. 310. 8 numer. 3. par. 2. recent.* Quia † ex hoc, quod dictus Hercules 22. Martij, vt in dicto documento habetur, restrinxit se ad actum fidelitatis, non potest inferri ad negatiuam emissæ professionis, quæ probari debet quoad totum tempus elapsum ante diem 27. eiusdem mensis Martij, in qua idem Hercules cepit possessionem, cum intra illud tẽporis spatium potuerit procul dubio emittere professionem requisitam, *vt in terminis similis negatiuæ censuit, Rota coram Gregor. XV. decis. 242. num. 8.*

Neque per exhibitionem documenti factam ad effectum docendi de professione emissa, quæ in eo nõ est registrata, excluditur possibilitas illius existentiæ in alia scriptura, vel documento diuerso ab 9 actu fidelitatis, Quia † ad hoc vt probatio negatiuæ non concludat, sufficere actus possibilitatem, *notat Paul. de Castr. in l. vlt. §. doceri. num. 4. ff. ne quis eum, qui in ius voc. Dec. cons. 37. num. 9. vers. præterea. & fuit dictum in Nicien Parochialis 16. Nouembris 1629. coram Eminentissimo D. Cardinali Virili.*

10 Denique † obiectum huiusmodi negatiuæ respicit petitorium, adeò vt interea visum fuerit non posse denegari dicto Herculi petitam manutentionem, *iuxta Rotam decis. 632. numer. 6. par. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Reuerendissimo D. Coccino

Cæsaraugustana Distributionum

Veneris 28. Ianuarij 1633.

S V M M A R I A.

1 *Testes melius deponentes sunt attendendi.*
2 *Summarijssimo in possessorio prolixitas causæ est damnanda.*
3 *Recursus habitus ad Iudices laicos aliquos Portionarios Collegium non facientes non nocet alijs.*

Decisio DXLIX.

DVm causa ista penderet coram bo. mem. Cardinali Sacrato tunc Rotæ Auditore, licet variatum fuerit circa modum procedendi in possessorio, eo tamen ad nobile Datariatus officium assumpto, & deinde ad Cardinalatum promoto, cum ego in illius locū suffectus fuerim, fuit coram me disputatum. An portionarijs dandū esset mandatum de manutenendo in possessione percipiendi qualibet die tria regalia, et affirmatiuè fuit resolutum, *vt in decisionibus sub die 30. Aprilis, & 21. Iulij 1621.* à quibus tamen, *per alias duas decisiones sub 17. Nouembris 1623. & 19. Aprilis 1624.* recessum fuit. Postmodum in progressu causæ, cum Rota amplexa fuerit certum temperamentum, donec computa, iuxtà eiusdem Rotæ mandatum, redderentur, & visis postea eiusdem computis fuerit per quatuor decisiones firmatum non constare de tali diminutione, quæ suffragetur; dubitaui sub die 27. Iunij 1630. An, et pro qua summa dandum esset mandatum de manutenendo Portionarijs in casu, & ad effectum, de quo agebatur, qui quidem effectus erat, An standū esset primis, vel secundis decisionibus super dicta manutentione percipiēdi qualibet die regalia tria, emanatis, & Rota, vt Capitulo adhuc super diminutione insistenti morem gereret, inclinauit, vt idē Capitulum rursus super eadem diminutione audiretur, super quo articulo suscepta iterum disputatione sub die 26. Aprilis superioris anni, censuerūt Domini, non solum non constare de tali diminutione fructuum, quæ suffragetur, sed potius de eorumdem fructuum augumento apparere, vnde reassumptis die 24. Nouembris præteriti, vna cum dubio super manutentione, scripturis datis sub eadem die 27. Iunij 1630. Domini considerato dubio ipso, vna cum effectu responderunt, Portionarijs dandam esse manutentionem in possessione exigendi dicta regalia tria qualibet die, respondendo tacitè decisionibus in contrarium factis, et 1 eo † quod testes Portionariorum erant attendendi, cum melius deponerent, et quia cum eorum dictis concurrebat etiam, quod non constabat de tali fructuum diminutione, quæ suffragaretur, *vt latè in decisione facta sub eadem die 24. Nouembris præteriti.*

Hinc propterea immerito conquærebatur pars Capituli, quod in dicta decisione non fuerit respōsum rationibus, de quibus in dictis duabus decisionibus pro ipsomet Capitulo emanatis, quia in effectu fuit illis responsum, et plenè fuerunt euacuatę in dicta decisione.

Prout etiam absque vllà rationabili causa prætendebat, se iterum debere audiri super dicta diminutione, quia, etsi quinquies fuerit resolutum, non constare de tali diminutione, maximèque cum agatur ad effectum manutentionis, visum fuit Dominis, quod vltra condignum pars ista fuerit audi2 ta, ita vt † suis huiusmodi querimonijs, ac pretēsionibus iure merito commouerit animos Dominorum ad damnandam causæ istius prolixitatem, quę hac ratione in summarijssimo licet possessorio, fieret immortalis.

Hodie tamen volui iterum consulere Dominos super dicta manutentione, vt Capitulum posset aliquid ad satietatem deducere, si vellet, sed, cum non curauerit informare, Dñi persistiterunt in resolutis ea rationibus, *de quibus in dicta decisione 24. Nouembris præteriti.*

Quibus non obstant recursus per aliquos ex Por3 tionarijs habiti ad Iudices laicos. Quia † cum dicti Portionarij non faciant Collegium, si aliqui habuerint recursus, non debent alijs nocere; vltra quod iam fuit expeditum Breue absolutionis directum Ordinario.

E O D E M,

Cæsaraugustana Præminentiarū

Lunæ 14. Februarij 1633.

S V M M A R I A.

1 *In summarijssimo retinendæ omnia sunt restringenda ad limites possessionis, & contenta in ipso mādato.*
2 *Possessio, quæ dedit causam controuersiæ, non attenditur in manutentione.*
3 *Tubarum sonitus respicit augumentum, & decorem Diuini cultus.*
4 *Quæ sunt extra limites possessionis, reijci debent ad petitorium.*
5 *Petitorium respicientia non retardant manutentionem.*
6 *Rotæ est cognoscere super interpretatione mandato de manutenendo, per eam relaxati cognoscere, & contrauenientes coercere, præstita interim mandato obedientia.*

Decisio DL.

IN decisiōne vltimo loco facta sub die 19. Nouembris præteriti, omisso Domini censuratū iudicio, vt mitioribus consilijs partes inducerent ad præstandam obedientiam mandato de manutenendo, duo inter cętera declararunt. Primo scilicet in Missa Conuentuali, quæ Paschate Resurrectionis celebratur in Ecclesia Beatæ Mariæ, ubi circa responsionem Metropolitanis esse permittendam ad, Ite Missa est. Secundo cantum antiphonæ S. Valerij, quam Canonici Beatæ Mariæ consueuerunt alta voce decantare, cum ingrediuntur Ecclesiam Metropolitanam S. Saluatoris esse ad submissam vocē moderandum eo tempore, quo horæ Diuinę in choro eiusdem Ecclesiæ S. Saluatoris recitantur.

Verum partibus super eadem decisione auditis, hodie visum fuit Dominis circa duo prædicta à præteritis declarationibus recedendum ea denuō 1 ratione, quod, † cum versemur in summario possessorio retinendę, et agatur de declaratione antiqui mandati de manutenendo, omnia restringenda sint ad limites possessionis, & ad contenta in eodem mandato de manutenendo.

Quantum enim attinet ad primum scilicet ad tubicinis

bicinis responsionem, Metropolitani nullam pro
2 se ostendunt possessionem, præter illam, † quæ dedit causam controuersiæ: nec probant id esse comprehensum in dicto mandato de manutenendo.

3 Non obstat, quod huiusmodi † tubarum sonitus respiciat augumentum, et decorem Diuini cultus ex eo, quod introducitur ad effectum, vt maiori hilaritate, ac lætitia solemnizetur Diuini Regis Triumphus in Paschate Resurrectionis. Quia, prę-
4 ter id, quod † huiusmodi fundamentum, vt manet infra limites possessionis, ita reijciendum, ad terminos petitorij, recentior huiusmodi sonitus, qui nec dum probatur admissus in ipsa Ecclesia Metropolitana S. Saluatoris, eo potius tendere videtur, vt impediat Canonicos Beatæ Mariæ, quo minus incipiant horam sextam, quam immediate post Missam prosequi consueuerunt.

Quantum attinet ad secundum, nempè moderationem cantus antiphonę S. Valerii, Canonici Beatæ Mariæ ostendunt antiquissimam suā possessionem, ac consuetudinem ingrediendi Ecclesiam Metropolitanam elata voce cantando, dum Diuina Officia celebrantur, *vt ex testibus in illorum summario num. 1. & 2.* A qua quidem consuetudine, hactenus obseruata, non videtur recedendū.

Nec obstat, quod ea huiusmodi elato cantu afferatur perturbatio Metropolitanis in suo Choro psallentibus, contra dispositionem Concilii Maguntini c. 53. vt fuit ponderatum in præterita decisione. Quia quidquid sit, an verba Concilii sint intelligenda de solis legentibus, aut psallentibus diuerse, et seorsim in eodem Choro, non vero extra Chorum, vt in casu isto: aduertebant Domini, omnem, vel saltim considerabilem cessare perturbationem ex distantia, quæ intercedit inter ianuā, quam illi de Pilari ingrediuntur, & altare maius, quo iidem proficiscuntur, et Chorum, in quo psallunt Metropolitani. Quod etiam satis adminiculatur ex eo quod, si talis perturbatio vera esset, ingressus cum tali cantu, vel nunquam fuisset introductus, vel saltim non fuisset tamdiu toleratus. Et
5 in omnem euentum † prætensio ista respicit petitorium: cum Canonici Beatæ Mariæ habeant pro se antiquissimam possessionem, vt dictum est.

Insuper, ne in posterū partes hinc inde in apertas contrauentiones prosilientes, non sine bonorū omnium scandalo, & Diuini cultus detrimento, atq; offensione, sub mendicatis prętextibus eximāt se à paritione dicti mādati de manutenēdo: statuerunt Domini, quod posthac neutra ex partibus desistat ab vlteriori obseruantia eiusdem mandati, etiā si inter ipsas partes cōtrouersia oriatur super aliquo incidēti ex capite cōtrauentionis, vel cuiuscumque alterius prætensionis, non solum dubio, verum etiam expresso in eodem mandato de manutenendo. Sed præstita interim obedientia habea-
6 tur recursus ad Rotam, † cuius est & controuersias cognoscere, & contrauenientes coercere.

Et ita conclusum parte vtraq; informante, &c.

E O D E M

Eadem

Lunæ 9. Maii 1633.

S V M M A R I A.

1 *In sūmariissimo retinendæ omnia sunt restringēda ad limites possessionis, & contenta in ipso mādato.*
2 *Possessio, quæ litem suscitauit in manutentione non attenditur.*
3 *Non datur manutentio in possessione cum adiuncto alicuius qualitatis, nisi possessio cū ipsa qualitate probata fuerit.*
4 *Testes, qui non sunt de actis, nihil probant.*

Decisio DLI.

SVb die 14. Februarii præteriti, recedētes Domini à resolutis 19 Nouēbris superioris anni censuerunt primo; in Missa Conuentuali, quæ Paschate Resurrectionis celebratur in Ecclesia Beatæ Mariæ, tubicinis responsionem Metropolitanis non esse permittendam ad: Ite Missa est. Secundo Cantum antiphonæ Sancti Valerii, quā Canonici Beatæ Mariæ consueuerunt alta voce decantare, cum Ecclesiam Metropolitanam ingrediuntur, nullatenus ad submissam vocem moderandum esse eo tēpore, quo horę Diuinæ in Choro eiusdem Metropolitanę recitantur. In qua posteriori sententia hodie, etiam partibus super hoc ad satietatem auditis, Domini absq; aliqua difficultate perstiterunt.

1 Nam, cum versemur in summariissimo possessorio retinendæ, & agatur de declaratione antiqui mandati de manutenendo, ita vt omnia restringenda sint ad limites possessionis, & ad contenta in eodem mandato de manutenendo, vt ponderatum fuit in vltima decisione: quantum attinet ad primum, tubicinis nempe responsionem, firmū adhuc subsistit fundamentum, Quod Metropolitani nullam pro se ostendunt possessionem, præter il-
2 lam, † quæ litem suscitauit. nec minus docent, id in præfato mandato de manutenendo comprehendi.

Nec ad effectum possessionis, siue comprehensionis istius suffragari potest, quod Metropolitani in celebratione Missę in Ecclesia B. Marię tamen inueterata consuetudine, quam etiam ex eodem mandato de manutenendo, Missā Solemnis, celebrationem continenti, vtantur musica, & symphonię. & tubicinis vsus, qui in celebratione Missę non negatur Metropolitanis, non potest operari, vt in responsione ad: Ite Missa est, quæ adhuc vsq; ab immemorabili tempore expleri consueuit breuiori modulatione per solum Organistam, † noui-
3 ter adiungi possit sonus tubicinis extra limites antiquæ possessionis, *vt bene Rota apud Sa. me. Greg. dec. 569. nu. 1. & seqq.*

Non obstant testes, qui per Metropolitanos dātur, nouiter examinati ad perpetuā rei memoriā. Quia quidquid sit de exceptionibus, quæ contra il-
4 los opponuntur, † nullum faciunt gradum probationis, cum non repeciantur producti in actis.

Quantum verò attinet ad secundum, nempè ad elatum cantum antiphonę San. Valerii, negari non potest, quin Canonici B. Mariæ ostendāt antiquissimam suam possessionem, ac consuetudinē ingrediendi Ecclesiam Metropolitanam cantādo, dum Diuina Officia in eadem Ecclesia celebrantur, vt clare deponunt antiquissimi duo testes fideliter dati, *in summario præteritæ positionis sub nu. 1.* Et comprobat Franciscus de Marauete, datus hodie cum alijs, *in summario Metropolitano sub num. 10.* dum disertis verbis deponit, Canonicos de Pilari ingredi Ecclesiam Metropolitanam, canentes vsq; ad Altare maius dictę Ecclesiæ; seque nunquam vidisse, aut intellexisse, quod id aliquam perturbationem, seu impedimentum Diuinis causaret Officijs.

Nec releuat, quod ijdem testes dati per Metropolitanos dicto num. 10. clare deponant, Canonicos de Pilari accedere ad Ecclesiam San. Saluatoris ante horam Missæ. Quia non controuertitur.

An dicti Canonici de Pilari accedere possint hora Missę, sed agitur de eo: An possint immediate accedere ante dictum tempus Missę, quando scilicet recitatur Tertia in Choro. Vnde dicti testes implicite potius comprobant intentionem Ecclesię de Pilari.

Non obstat denique, quod testes Ecclesię de Pilari deponãt simpliciter de cantu, non autem de cantu elata voce, Quia sufficit, quod deponant de prędicto simplici cantu, & sic de cantu ordinario: qui in casu isto appellatur cantus elatæ vocis, ad distinctionem moderati cantus submissę vocis, de quo in prima decisione.

Et ita conclusum parte vtraque informante, &c.

R. P. D. Verospio

Perusina Hæreditatis.

Veneris 13. Maij 1633.

S V M M A R I A.

1 *Possessio instrumentalis non probata, quod alter tunc possideret, sufficit ad manutentionem, & quemcumque effectum.*
2 *Possessio probatur per confessionem partis in iudicio narrando aduersarium occupasse, & petendo immissionem, & num. 4.*
3 *Præsumitur pro possessione, quod sit iusta, & legitima.*
5 *Quasi possessio nominum debitorum probatur, & transfertur per exactionem secutam, vel mediante mandato executiuo, vel ex solutionibus sponte factis.*

Decisio DLII.

PEndente coram me causa super validitate testamenti Laurentij de Laurentijs, dubitatum hodie fuit, an esset concedendum mandatum de manutenendo Ioanni Antonio Canturio in bonis, quę continebantur in hereditate eiusdem Laurentij, cuius ipse Ioannes Aotonius se heredem dicebat, & Domini distinguendo in propositione huius dubij dicta bona hæreditaria concesserunt eidem Ioanni Antonio dictum mandatũ de manutenendo in bonis stabilibus, denegarunt idem mandatum in mobilibus, & nominibus debitorum.

Quod enim probaretur possessio ipsius Ioannis Antonij non poterat cõtrouerti, cum data fuerint instrumenta adeptionis possessionis instrumentalis, 1 † quę satis esse potest ad quemcumq; effectum non probato, quod alter ea bona possideret, *vt notatur in l. prædia. vbi Bart. num. 1. Alex. num. 2. ff. de acq. poss. Bald. in l. ne idcirco. C. de fid. instrum. Put. decis. 150. num. 4. lib. 1.* 2 Immo † de eadem possessione constabat etiam ex confessione facta in iudicio ab Hospitali Misericordiæ, quod etiam se dicebat heredẽ eiusdẽ Laurentij, tã dũ in ipsa commissione causæ narrauit, fuisse bona dictæ hæreditatis occupata per ipsum Ioannem Antonium, 3 † cum non posset eidem confessioni obesse vitium, quod etiam narratum fuit, eius possessionis propter contrariam iuris præsumptionem, quam pro se habebat eadem possessio, *iuxta doctr. Bart. communiter receptam in l. Aurelius. §. item quæsiuit. ff. de liberat. legat.* 4 † quã dum petijt idem Hospitale immissionem citato dicto Io. Antonio, cum ex hoc etiam videatur confessum fuisse illius possessionem, dum hanc actionem contra eumdem intentauit, *vt post Abb. in c. cum ad Sedem de resti. spol. num. 28. & Soccin. in l. rem, quæ nobis num. 16. ff. de acq. poss. tradit Menoch. de recuper. poss. reme. 15. num. 383. Rot. dec. 661. num. 2. par. 2. recent. & coram Gregor. dec. 200. nu. 4.*

Quoad bona mobilia non visi sunt actus, qui dabantur, concludere eamdem possessionem, quia licet obtinuisset Io. Antonius à Iudice pręceptum contra debitores hæreditatis, vt sibi soluerẽt fructus aliquorum Censuum, quos ipse Laurentius testator reliquerat, non tamẽ ostendebantur actus possessionis, & exactionis secutę, siue per mandata executiua, siue per solutiones sponte factas ab 5 eisdem debitoribus, † in quibus verificari potuisset eadem possessio tamquam actibus, qui soli videbantur habere hanc vim translationis possessionis, *l. quamuis pupillus. § si conductor ff. de acq. poss. gloss. in l. qui vniuersas. § quod per colonum. ff. eod. tit. Natt. cons. 429. num. 14. Rot. decis. 12. de restit. spoliat. in nou. Cassa. 1. 7. num. 10. de caus. poss. & propriet.* & hoc etiam dici poterat respectu Pecuniarum, quæ reperiebantur depositatæ apud Mercatorem ad creditum d. Laurentij.

Et ita vtraque, &c.

Reuerendiss. D. Coccino

Cæsaraugustana Praeminentiarum

Lunæ 30. Maii 1633.

S V M M A R I A.

1 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam extra casus à iure permissos nihil probant.*
2 *Ampl. eo minus, si patiantur exceptiones etiam personales.*
3 *Testes de Vniuersitate non sunt in causa magni honoris pro Vniuersitate idonei.*
4 *Salariati, & Ministri ad nutum amouibiles non admittuntur ad testificandum pro domino.*
5 *Manutentia non datur extra limites possessionis.*
6 *Possessio, quæ litem suscitauit ad effectum manutentionis non attenditur.*

Decisio DLIII.

DVM hodiè ad instantiam B. Mariæ de Pilari in relationibus causarum ageretur de expedienda declaratione antiqui mandati de manutenendo, iuxtà decisiones in hac causa factas, fuit in termino citationis pro Metropolitana Ecclesia S. Saluatoris protestatũ in actis, non posse deueniri ad aliquod decretum declarationis mandati de manutenendo iuxtà formã decisionis, vltimo loco emanatæ: Primò, quia in eadem decisione expresse dicitur, testes Ecclesiæ Metropolitanæ non esse in actis: quod non subsistit, vt patet ex productione dictorum testium, & fide Notarii. Secundò etiam, quia in ipsamet decisione dicitur, cantum subiicimus ad; *Ite Missa est:* vsque ab immemorabili tempore expleri consueuisse breui modulatione per solum organistam, quę tamen in actis nullibi probatum apparet.

Vnde Domini, vt iura ad satietatem discussa, & seipsos nouæ disputationis fastidio, & partes inutilibus dispendiis eximerent. Quoad primum, reassumpta inspectione exceptionum quæ per ipsosmet

sosmet Dominos in præcedentibus suffragijs fuerant contra dictos testes ponderatæ, licet in decisione consulto omissæ, sub supposito quod bona fide fuerat per Agentes Ecclesiæ de Pilari insinuatum. Dixerunt, præfatos † testes datos in Summario Metropolitanæ, tanquam examinatos ad perpetuam rei memoriam extra casus à iure permissos, nullum facere gradum probationis, latissimè *Farinac. de testib. q.76. in princ. & per tot.* præsertim *num. 12.* † maximè cum ferè omnes patiantur alias exceptiones personales.

Licentiatus enim Hieronymus Clua est Portionarius eiusdem Ecclesiæ, Franciscus Salazar est in eadem Portionarius, cantor seu symphoniacus, atque minister, Ioannes Sebastian est pariter symphoniacus; & tandem Ioannes Zaldinar est similiter Portionarius, ac etiam symphoniacus in eadem Ecclesia.

Vnde inerat conclusio, † quod in hac causa non sunt testes idonei, vel tanquam de Vniuersitate, qui in causis magni honoris nō admittūtur, *Felyn. in cap. cum super. num. 5. ad fin. de testib. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, num. 8. in fin. ff. de quæst. Vrsill. ad Afflict. dec. 400. col. 2. vers. nisi tractetur de causa ardua, Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 106. n. 11. quos refert & sequitur Rota coram me in causa Narnien. Confiniam. 10. Decembris 1603.* † vel tanquam salariati, & respectu ministerij ad nutum Capituli eiusdem Ecclesię amouibiles, qui pariter non recipiuntur ad testificandum pro domino, vt latè tradit *Farinac. d. tract. de testib. q. 55. nu. 135. & seqq.*

Quantum attinet ad secundum (quicquid sit de hoc) † cum versemur in summarijssimo possessorio retinendæ, & agatur de declaratione antiqui mandati de manutenendo, vt sępius dictum est, ad effectum ne Ecclesia Metropolitana possit in responsione ad: *Ite Missa est*: vti sonitu tubicinis extra limites possessionis, de quo nunc agitur, sufficit, quod nullam pro se ostendat possessionē, † pręter illam quæ litem suscitauit, nec doceat id in præfato mandato de manutenendo compræhendi.

Vnde, prædictis omnibus sublatis, mandarunt Domini, vt quibuscunque non obstantibus, ad expeditionem dictæ declarationis procederem, &c.

E O D E M

Colimbrien. Præstimoniorum

Lunæ 27. Iunij 1633.

S V M M A R I A.

1. *Rota ex stylo non pronunciat super competentia restitutionis in integrum, sed ad vlteriora procedit.*
2. *Possessio ciuilis amittitur per Priuatum ex negligentia recuperandi naturalem per longum tempus.*
3. *Possessio ciuilis retinetur animo nostro, & corpore alieno, hoc est eius, qui nostro nomine naturaliter possidet seu detinet.*
4. *Animus deficit per obliuionem decem annorum.*
5. *Obseruantia facit præsumere iustificationem litterarum.*
6. *Immissio auctoritate iudicis priuat possessorem omni possessione.*
7. *Iudex ritè, & rectè immittendo alium in possessionem priuat alterum sua possessione, etiam absq; alia expulsione.*
8. *Iudicis auctoritas in immittendo operatur, vt primus possessor debeat suspicari, se posse repelli.*
9. *Præsumptiones non sunt multiplicandæ.*
10. *Limita non procedere, quando vna præsumptio venit in consequentiam alterius. & num. 11.*
11. *Fictio vna oritur ex alia, quando venit in consequentiam alterius.*
12. *Successor in Ecclesia cuius bona medio tēpore fuerunt occupata, potest agere nomine Ecclesiæ ad manutentionem, eamque obtinere. & num. 15. 16. 33. & seqq.*
13. *Possessio bonorum Ecclesiæ est penes Ecclesiam, non autem simpliciter penes Prælatum.*
14. *Et semper dicitur plena, & nunquam vacare.*
16. *Rei vendicatio præsupponit dominium.*
17. *Spoliatus possessione naturali retinens ciuilem potest agere interdicto retinendæ, cum sic dicatur, in ciuili turbari.*
18. *Deiectus naturaliter possessionem amittit, sed ciuiliter, seu ciuili interpretatione, quoad ius agendi, eam non amittit, nisi habeat se pro spoliato, quia spem habet, se à Magistratu restituendum esse.*
19. *Ecclesia, & Pupillus non possunt perdere possessionem.*
20. *Ecclesia nunquam desinit possidere, & nunquam moritur.*
21. *Animo possidere, vel detinere possidere quid sit, & quomodo cognoscatur, & num. seqq.*
22. *Vi aliquo deiecto, fieri non potest, vt animo nō desierit possidere.*
23. *Deiectus non statim animo desijt possidere, sed tunc demum, si noluit, vel non possit in fundum, vel domum reuerti, quia vim maiorem vereatur, & si omne exercitium tam persequendæ quam retinendæ possessionis ipso facto deponat.*
24. *Possessio sine animo, & corpore non acquiritur, nec amittitur.*
25. *Animus facto, & indicijs declaratur.*
26. *In interdictis possessorijs non tam de iure, quam de facto quæritur, an scilicet quis possideat, an itinere, vel actu sit vsus.*
27. *Factum possessionis durat, donec durat possessionis exercitium, quod etiam in ea defendenda, & prosequenda consistit.*
28. *Serui fugitiui possessionem retinemus, quandiu facilem eius recuperationem credimus, eumque prosequimur.*
29. *Interdictum vti possidetis non negatur ei, qui rem vendicauit.*
30. *Possessio perditur ex taciturnitate per decenniam, ac etiam per minus tempus, quando quis scit alium possidere, & se posse repelli suspicatur.*
31. *Interdictum vti possidetis etiam deiecto, vel turbato eunti ad Iudicem datur.*
32. *Deiectus, vel turbatus eundo ad Iudicem possessionem non amittit, sed continuare, & conseruare cupit, & est manutenendus.*
34. *Ecclesiæ competit interdictū, vnde vi quoad illius bona occupata mortuo Prælato.*
35. *Interdictum vti possidetis continet, quod deiectus à naturali possessione tueatur in ciuili, & in consequentiam restituatur in naturali.*
36. *Cumulari potest ad fauorem supplicantis deiecti, seu turbati ciuiliter possidentis, vt petatur, & decernatur, eum non modo non turbari, sed etiā restitui.*
37. *Decl. vt rectius sit, & apud nos seruatur, vt petatur, & decernatur mandatum de manutenendo quo iubeatur adductus, vt supplicantem nō turbet, & ab eius possessione discedat.*
38. *Ecclesiæ possessio non infert ad possessionem bonorū, quorum Ecclesia vacāte alius illam nactus fuit.*

39 *Intellige quoad possessionem naturalem.*
40 *Prælatus potest auctoritate propria capere possessionem naturalem vacantem, quæ sibi fuerat occupata, quia tunc neminem spoliare dicitur.*
41 *Ecclesia possessione capta, capta etiam cẽsetur possessio naturalis bonorum eiusdem, tunc vacantium.*

Decisio DLIV.

FElicis recordationis Paulus III. ex Prioratu Sanctæ Catherinæ loci de Nobra anno 1541. dismẽbrauit duas ex tribus partibus fructuum, illasque applicauit Præstimonio in eadem Ecclesia erecto, cui quidem dismembrationi factus fuit locus de anno 1546. quo tempore D. Aluarus de Mello cæpit possessionem dd. duarum partium fructuum dismembratarum, in qua ipse, & successores in d. Præstimonio continuarunt vsq; ad annum 1609. quo tempore vacante dicto Præstimonio Sebastianus de Affonseca tunc Prior de Nobra cœpit possessionem earumdem duarum tertiarum partium; Cum vero idem Sebastianus fuisset assecutus aliam Parochialem Illustriss. D. Don Rodericus de Mello prouisus de eodem Præstimonio, vacante adhuc Prioratu cæpit pariter possessionem dd. duarum tertiarum partium, quas occupauerat d. Sebastianus; Petrus autẽ de Figueredo, prouisus de eodem Prioratu, egit coram Archidiacono Viscen. & obtinuit de mense Aprilis 1612. mandatum de manutenendo in possessione in qua erat præfatus Sebastianus de Affonsēca; adiuit etiam Ordinarium Colimbrien. & obtinuit simile mandatum, quod d. D. Don Rodericus 22. Maii eiusdem anni obtinuit per d. Ordinarium reformari, vt illud intelligeretur pro tertia parte fructuum, & cum successiuè idem Petrus obtinuerit tres conformes super restitutione ad possessionem, in qua erat d. Sebastianus, causa restitutionis in integrum commissa in Rota corã R.P.D. meo Dunozetto, per binas decisiones sub diebus 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. fuit resolutũ, constare de causis restitutionis in integrum, &
3 † iusta stylum Rotæ procedendo ad vlteriora, non autem pronunciando super eo, quod competat restitutio in integrum, idem R.P.D. meus Dunozettus protulit sententiam suam, in qua reuocauit sententias de partibus latas super restitutione Petri; Quare, commissa mihi causa appellationis dubitaui, An d. sententia Rotalis esset confirmanda, &, solo D. Don Roderico informante, fuit affirmatiue resolutum ea bene, & docte deductis in præfatis duabus decisionibus, & ex alijs mox deducendis.

Et pro resolutione firmarunt primo Domini, de antiqua possessione Prioratus de tempore dismembrationis nullam esse habendam rationem ex duplici fundamento. Primo quia, cum dismembratio habuerit effectum de anno 1546. et Præstimonium pacifice possederit vsque ad annũ 1609. et sic spatio 63. annorum, etsi prætenderetur, quod possessio ciuilis remanserit penes Prioratum, attamen,
2 † cum per tantum tempus negligens fuerit in recuperanda naturali, amisit ciuilem, quam à lege habebat, *arg. tex. in l. furtum. §. vlt. ff. de vsucap. & in l. si de eo. § si forte. & in l. si quis animo. & in l. si id quod. ff. de acq. poss. & in l. 1. C. de seru. fugit. & in l. vlt. C. vnd. vi. gl. in cap. clerici. in verb. hoc verum. 16. q. 3. Bald. cons. 150. nu. panula vers. capio. lib. 2. Anchar. cons. 133. num. 3. Iason in l. 3. §. ex contrario. num. 40. ff. de acq. poss. Aret. in l. si de eo. §. 1. num. 18. ff. eod. Dyn. in cap. sine possessione. ad fin. de reg. iur. in 6.* Et ratio est secundum prædictos
3 DD. quia † possessio ciuilis animo retinetur, animo quidem nostro, & corpore alieno, eius videlicet, qui nostro nomine naturaliter possidet, siue
4 detinet, *l. 3. §. saltus. ff. de acq. poss.* † qui animus deficit per obliuionem, quam longum tempus affert idest, lapsus decem annorum, *gl. magna in l. 1. C. de seru. fugit. quã pluribus confirmat Mieres de Maior. par. 3. q. 6. num. . Velasquez de Auendano ad l. 45. Taurin. gl. 7. num. vlt. Christophor. de Paz. de tenut. par. 1. cap. 17. num. 26. & par. 2. cap. 71. nu 2. & 3.*
5 Secundo quia, † cum adsit obseruantia dictæ dismembrationis vltra 30. annos, literæ dismembrationis præsumuntur iustificatæ, *vt fuit resolutum in causa Lucana Decanatus 21. Maij 1578. coram s. m. Clem. VIII. & est dec. 431. num. 10. s. m. Greg. XV. vbi Addent. num. 14. allegant concord.* et ideo
6 † Prioratus fuit omni possessione priuatus, *Mohed. dec. 4. num. 4. de restit. spoliat. Rot. dec. 141. num. 2.*
7 *& dec. 802. num. 6 par. 1. diuers.* † Iudex enim rite, et recte immittendo alium in possessionem priuat alterum sua possessione, etiam absque alia expulsione, *Seraph. dec. 1325. num. 1. vbi add. dat plures concord. Rot. dec. 525. num. 3. & dec. 557. num.*
8 *2. par. 2. recent.* Cuius etiam † Iudicis auctoritas operatur, quod primus possessor debeat suspicari se posse repelli, *Hond. cons. 20. nu 18. lib. 1. Rot. dec. 641. num. 7. par. 2. diuers.* Nec dicatur, quod hoc
9 modo † ex præsumptione oriretur præsumptio cõtra regulam, *de qua in l. 1. cum gl. C. de dot. promiss. Ruyn. cons. 66. nu. 10. vers. ex quo igitur. lib. 3. Alex. in l. cum aliquam. num. 21. ff. de acq. possess.* Quia
10 † hæc regula non procedit, quando vna præsumptio venit in consequentiam alterius, *Christophor. Castellion. in repet. l. sciendum. numer. 9. ad fin. ff. de verb. oblig.* et hoc probatur euidenti ratione, quia *tex. in d. l. 1.* ex quo desumitur prædicta regula, loquitur de fictione, licet extendatur ad præsumptionem, *Ruyn. in d. cons. 66. nu. 19. lib. 3. & in cons. 90.*
11 *circa fin. lib. 1.* Vnde, quemadmodum † vna fictio oritur ex alia, quando venit in consequentiam alterius, *l. singularia. ff. si cert. pet. Bart. in l. sub conditione. num. 3. ff. sol. matrim. & in l. si quis pro empt. num. 72. ff. de vsucap. Bald. in l. 1. in fin. ff. quand. lic. ab empt. disced. Alex. cons. 117. num. 3. lib. 5.* ita similiter vna præsumptio potest oriri ex alia, quando venit in consequentiam alterius, vt in casu isto, *prout bene arguit Cardinalis Mantic. in decis. 21. num. 3.*

Hoc posito, satis paret, quod sententiæ de partibus, quæ concedunt restitutionem Petro, sunt iniustæ; quia Præstimonio erat debita manutentio,
12 † ad quam d. D. Don Rodericus poterat agere, nomine ipsius Præstimonij, *Verall. dec. 182. numer. 9. par. 3. Seraph. dec. 1417. nu. 3.* Et quia etiam erat debita ipsimet D. Don Roderico, ita vt posset ad illam agere, non solum nomine Ecclesiæ, sed etiã nomine proprio, vt statim dicetur. Nomine quidẽ Ecclesiæ poterat agere, et obtinere quia, vt bene consideratur in Decisionibus D. mei Dunozetti,
13 † possessio bonorum Ecclesiæ est penes ipsam Ecclesiam, non autem simpliciter penes Prælatum, *vt per DD. in l. 1. ff. de acq. poss. & de veriori, ac communiori opinione, Alex. in cons. 81. num. 17. vol. 3. Paris. cons. 24. num. 5. vol. 1.* et respectu ciuilis possessionis conclusio est sine contradictore, *Bolognet. in d. l. 1. num. 1. 324. vers. in Prælato. Mathesil. singul. 166. & ibi apostill. cum alijs concordantibus,* qui in secunda decisione latissime allegantur, et
14 quod † possessio semper dicatur plena, et numquam vacare, *Rip. in cap. sæpe. num. 17. de restitut.*
15 *spol.* † Ideo D. Don Roderico nomine Ecclesiæ erat debitum mandatum de manutenendo, *Menoc. de retinen. poss. remed. 3. num. 127.* vbi quod si Re-
16 ctori conceditur rei vendicatio, † quæ dominiũ præ-

præsapponit, ad vendiesndum Ecclesiæ bona *l. iu. cimus. C. de sacros. Eccles.* à fortiori debet concedi 17 manutentio; & merito quidem, quia † spoliatus possessione naturali, quando retinet ciuilem, cum per dictam spoliationem turbari dicatur in posses sione ciuili, potest intentare interdictum retinendæ, *Menoc. de recuper. remed. 3. num. 35. per gl. in l. 1. verb. nec vi. C. vti posid. & per l. 1. §. vi posidere. l. vim facit. ff. de vi, & vi armat. & l. si duo. §. hoc interdictum. & §. cum inquilinus. & §. item videmus. in fin. ff. quod vi, aut clam.* Nam, et si is, 18 † qui deiectus est, naturaliter amittat possessionem, ciuiliter tamen, hoc est ciuili interpretatione, et quoad ius agendi, non amittit eam, nisi habeat se pro spoliato, quia spem certam habet, se à Magistrato in possessionem, à qua iniuste deiectus est restituendum, *per tex. in l. si quis vi. 17. ff. de acq. poss.* vbi, si quis vi de possessione eiectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret, cum interdictum de vi recuperandæ possessionis [scilicet naturalis] facultatem habeat, *& bene facit Bart. in l. 1. nume. 2. ff. vti possid. Papien. in form. libell. pro turb. poss. glos. Hodie tenet, & possidet. nu. 3.* qui dicunt, quod interdicturus satis habet, vt possideat siue ciuiliter, siue naturaliter, Et quod Præstimonium 19 non habuerit se pro spoliato, satis patet, cum † Ecclesia, & Pupillus non possint perdere possessionē, *Bart. in l. 1. §. si vir vxori nu. 3 ff. de acq. poss. Paris* 20 *d. cons. 24. num. 7. vol. 1.* vbi quod † Ecclesia nunquam desinit possidere, & nunquam moritur.

Neque obstat, quod Cuiacius *ad l. 4. vers. vacuā* 21 *possessionem. ff. de vsucap.* dicat, quod † animo possidere non est, animū sic instituere, vt quis fingat, se possidere; sed animo possidere est ea mente, atq; opinione esse, vt quis se solum putet possidere, at- 22 que ideò, † qui vi deiectus est, fieri non potest, vt animo non desierit possidere, & mouetur, *per leg. clam possidere 6. in fin. ff. de acq. poss. & per l. 1 §. fine autē corpore. ff. de vi & vi armat.* vbi habetur, quod siue etiā corpore, siue animo possidens quis deiectus est, palam est etiam vi deiectum videri, idcircoq; si quis de agro suo, vel de domo processisset, nemine suorum relicto, mox reuertentes prohibitus sit ingredi ipsum prædium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit, & ipse possederit, vt deiectus videatur, ademisti enim subdit Cuiacius, ei possessionem, quam animo retinebat, & si non corpore, Vnde potest inferri, quod non tantum ex animo, quo spoliatus possessionem sibi ciuilem satis diu [illegible] posset, sed potissimū, & simul ex facto aliquo corporali huius interdicti. vti possidetis, possessionem metiemur; Nam huic funda- 23 mento respondetur, quod, qui deijcitur, non statim animo desijt possidere, sed tunc demum, si nolit, vel possit in fundum, vel ædes reuerti, quod vim maiorem vereatur, *l. & si nollet. 7. ff. de acq. poss.* Hoc est, vt potest argui ex l. seq. si affectum, & facultatem retinendę possessionis amittat, quod inde manifestum fiet, si omne exercitium tam persequendę, quam retinendę possessionis ipso facto 24 deponat, Quemadmodum enim † nulla possessio acquiri, nisi animo, & corpore, potest, *Put. dec. 215. nu. 1. lib. 3. in correct.* ita nulla amittitur, in qua ni- 25 si vtrumque in contrarium actū sit, † facto enim, & indicijs hic opus est, quibus animus, qui alios 26 in occulto, declaratur, † in possessoris enim interdictis, nō tam de iure, quam de facto queritur, an videlicet quis possideat, an itinere, vel actu sit vsus, *l. de seruitutib. 2. § fin. & ibi. not. ff. de seruit. vēdic. Bar. in l. solent. §. fin. ff. de offi. Proconsul. Innoc. in c. querelā in gl. sf. fin. de elect. Host. in sum. dec. tit. §. si quis census, vers. & census Contard. ad l. vnic. C. si de moment. poss. lim. 2. ratione mixturæ nu. 14.* 27 Factumque hoc durare intelligitur, quādiu ipsū durat possessionis exercicium, quod etiam in defendenda, prosequenda possessione consistit, Hinc 28 † serui fugitiui possessionem retinemus, quamdiu facilem eius recuperationem credimus, eumque prosequimur, *leg. Pomponius. 13. in princ. ff. de acq. poss. & ita intelligenda est leg. 1. § per seruum cod. tit.* vt serui fugitiui ab alio possessi tunc demum possessionem amisisse videamur, si non facilis sit eius recuperatio, & hinc in *l. naturaliter. 12. ff. de* 29 *acq. poss.* dicitur, quod † non denegatur interdictū, vti possidetis, ei qui rem vendicauit, non enim videtur possessioni renunciasse, qui rem vendicauit, Et propterea dicunt DD. vt in principio relatum 30 fuit, quod † ad perdendam possessionem requiritur taciturnitas per decennium, immò & minus tempus sufficit, quando quis scit alium possidere, & tacet, *Aym. cons. 235. num. 1.* Requiritur tamē, quod suspicetur, se posse repelli, *l. si quis l. quod meo ff. de acq. poss.* Et propterea omnes concludunt, 31 quod † etiam deiecto, vel turbato eunti ad Iudicem hoc interdictū, vti possidetis, detur, si modo isthoc animo sit, quod nolit, vel nequeat repelli 32 sed quod per Iudicem velit manuteneri † Eundo enim ad Iudicem suam ille possessionē non amittit, sed continuare, & conseruare cupit, vnde & merito manutenendus est, *Affl. decis. 395. num. 7. Put. dec. 409. num. 2. lib. 2. in correct. Ruin. cons. 58. num. 6. lib. 4. Mandel. cons. 78. num. 13. Menoch. de retin. remed. 3. num. 22. & seqq.* vbi quod nullus de 33 hoc dubitat, Quare, † cum D. Don Rodericus statim translato Sebastiano ad aliam Parochialem experit possessionem dictarum duarum tertiarum partium fructuum ab ipso Sebastiano occupatarū, & vocatus in tempore corā Iudice se opposuerit, vtiq; saltem nomine Ecclesiæ, ex eo, quod illa retinebat ciuilem possessionem, non poterat ei denegari manutentio, immò & nomine etiam proprio ex ipsa possessione capta Prioratu vacante, vt statim dicetur.

34 Non obstat, quod, † cum agatur de bonis Ecclesię occupatis mortuo Prælato, Ecclesiæ competit interdictum vnde vi, *c. querelam vbi Abb. in fin. de elect. cum allegatis in decisionibus D. mei Dunozetti.* Quia, *vt recte dicit Menoch. supra allegat. remed. 3. num. 127.* si Prælato competit rei vendicatio, eo magis competit manutentio. Secundo respondetur, prout in eisdem decisionibus D. mei 35 Dunozetti responsum fuit, quod † interdictum vti possidetis, id cōtinet, quod deiectus à naturali possessione tenentur in ciuili, & in consequentiam, quod restituatur in naturali, *Bald. in l. vti possidetis nu. 12. in fin. vers. respondet interdictum. C. vti posid. Bart. ibid. n. 4. vers. & aduerte. [illegible] in sum. C. vti possid. nu. 12. in fin. cum allegatis in vtraque decisione D. mei Dunozetti quibus potest. ad [illegible] text. in l. si duo in princ. ff. vti possid. quem in puncto considerat. Ioan. Tanurd. de interd. in expositione l. vnic. C. vti possid. nu. 5.* vbi si deiectus obstinato animo sit, & ea spe recuperandi possessionem auctoritate propria non excedit, sed possessionem animo retinere dicitur, & hoc interdictum recte experitur, per quod cōsequetur, vt possessio corporalis amissa sibi restituatur, & ciuilis, quæ solo retinebatur animo, conseruetur, & subdit, hanc esse sententiam *d.* 36 *l. si duo in princ.* Et † quod in hoc casu admittatur cumulatio, vt petatur, & decernatur, supplicantem ciuiliter, hoc est animo possidentem, non modo non turbari, sed etiam restitui, *Calcan. cons. 76. late Menoch. de retin. remed. 3. num. 507. & seqq.* 37 † sed potius satius est, atq; rectius, prout apud nos seruatur, quod petatur, & decernatur mandatum de manutenendo, quo iubeatur aduersarius, vt supplicantem non turbet, ab eiusque possessione discedat, cū enim hoc casu supplicans possessionem

non

non modo ciuilem, sed & naturalem animo retineat, optime petitur sola manutentio, nihil dicendo de restitutione; & in vtraque decisione D. mei Dunozetti hoc fundamentum satis dilucide tra-

38 ctatur, & respondetur obiecto, quod † ex possessione Ecclesiæ non censetur capta possessio bonorum, quando Ecclesia vacante quis cæpit possessionem

39 quia † hoc intelligitur de possessione naturali, & optimè etiam respondetur ad decisiones, quæ possent allegari in contrarium, ac propterea super hoc non est immorandum.

Secundo principaliter, vt dictum est, D. Don Rodericus nomine proprio potest petere manutentionem, quia, cum vt liquet ex deductis in principio Prioratus possessionem amiserit propter dismembrationem factam à fel. record. Paulo III. & postea exequutam, licet vacante Præstimonio, Sebastianus, occupauit dictas duas tertias partes

40 fructuũ, † nihilominus vacãte postmodũ Prioratu, potuit D. Don Rodericus impune occupare possessionẽ earundẽ duarũ tertiarũ partium fructuum, cum ad d. Præstimonium spectarent vigore dictæ dismẽbrationis, *c. cum dilectus. §. verum vbi Butr. in 4. not. sub num. 4. vers. sed habenti. de ord. cognit. Alex. cons. 94 nu. 6. vol. 5. Bald. cons. 387. sub. nu. 1. col. 2. post. med. vers. & si diceretur. vol. 1.* vbi quod Prælatus potuit auctoritate propria capere possessionem naturalem vacantem, quando sibi fuit occupata, ea ratione, quia, qui interuenit suam possessionem vacantem, neminem spoliare dicitur, cum alijs bene ponderatis in secunda decisione D. mei Dunozetti.

Vlterius fuit consideratum, quod Præstimoniũ ciuiliter possidebat, & Sebastianus naturaliter, Vnde, postquam Sebastianus dimisit Prioratum, vacauit illa possessio naturalis, Vnde D. Don Ro-

41 dericus † ex possessione Præstimonij censetur quoque cæpisse possessionem naturalem bonorum eiusdem, cum alius non possideret, *Couar. var. lib. 3. cap. 16. num. 13. Rot. dec. 19. nu. 7. & 8. par. 2. diuer. quæ alios DD. cumulat, & fuit consideratum in secunda decisione D. mei Dunozetti.*

Ex quibus fuit conclusum, sententiam Rotalem quæ reuocat sententias de partibus prolatas super restitutione D. Petri ad duas tertias partes fructuum dismembratorum, esse confirmandam.

R.P.D. Pirouano

Perusina Exemptionis

Veneris 1. Iulii 1633.

SVMMARIA.

1. *In summariissimo retinendæ attenditur factum, nõ iustitia facti.*
2. *Officialium libris, & quinternis partitarum creditur in pertinentibus ad eorum officium.*
3. *Solutiones factæ præsumuntur in causam tituli præambuli, ex quo fieri debebant.*

Decisio DLV.

DOminus Vincentius Manuccius Medicinæ, & Mathematicæ in Studio Perusino, ac demum Iubilatus ob laborea continuatos XXX. annorum, & per Breue S.D.N. ad prærogatiuas Doctoris Iubilati admissus ab ea Ciuitate recessit, & ad Vrbem se contulit continuãdo exactiones suorum stipẽdiorum, prout faciebat tunc, quando actu legebat. Iactantibus postmodũ nonnullis de illa vniuersitate velle illum in exigẽdo impedire, Causa in Rota commissa, quæsitum fuit, An ei esset danda manutentio in quasi possessione exigendi solita salaria: affirmatiue fuit resolutum.

1 Quia † in summariissimo retinendæ attenditur factum, nõ autem iustitia facti, scilicet quod exegerit salaria Lectoris post Iubilationem, & Breue super Iubilatione concessum, per S.D.N. non autẽ, quod iuste exegerit iustificando causas, & Breuis narratiuam, *Bald. in l. ordinarij iurit. num. 7. C. de rei vend. Innoc. in c. bonæ num. 4. de postul. prælat. Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 4. Ludouic. cons. 95. num. 4.*

Solutiones autem eorumdem stipendiorum post concessionem Breuis, et eiusdem D. Vincentij recessum à Ciuitate Perusij, eoq; absente per bienniũ

2 in Vrbe commorante, † probantur ea fide Syndicorum Studij, *quæ datur in eius summ. num. 5.* per formalem ex eorum libris, et quinternis partitarum extractionem, in quibus legitur, illum fuisse, et esse relatum inter Legentes in eadem Academia, et ei fuisse soluta conuenta, et assignata stipendia, quibus in concernentibus eorum officium plena solet præstari fides, *Caputaq. dec. 266. par. 2. Put. dec. 187. lib. 3. Seraph. dec. 1123. num. 3. & in his terminis,* de Secretarijs attestantibus respectu eorum quæ in eorum libris habentur, fuit dictum coram me in Aquitaniensi Prioratus 19. Aprilis 1624.

Non obstat, quod solutiones non loquantur tanquam de Iubilato, quia cum alia de causa non potuerint obtineri, attenta ipsius D. Vincentij absentia, Breuisq; existentia, ac modo soluendi in dua-

3 bus paghis, et demum vigilantia Presidis, † semper solutiones in eam causam interpretantur, in quam ex titulo præambulo, scilicet exemptionis debebãt fieri, *glos. in l. quadã mulier ff. de rei vind. Crauett. cons. 91. num. 9. Bern. cons. 6. nu. 6. latissime hanc conclusionem comprobandum.*

Et ita, etc.

Reuerendiss. D. Coccino

Turritana Scribaniæ

Veneris 1. Iulii 1633.

SVMMARIA.

1. *Possessor est manutenendus in sua possessione.*
2. *Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus mota litis.*
3. *Antecessor non potest supplantare successorem.*
4. *Exceptio, quæ respicit petitorium, non impedit manutentionem.*
5. *Concessio facta de rebus Ecclesiasticis, quæ non apparet facta pro necessitate, aut vtilitate Ecclesiæ, & cum debitis solemnitatibus est nulla.*
6. *Extrauagans Pauli II. loquitur de bonis, quæ nũquam vacant, vt immobilia pretiosa, non autẽ de prouisione Officiorum quæ vacant quotidie.*
7. *Officijs vacantibus debent per Episcopum dari custodes.*

De-

Decisio DLVI.

FVit resolutum, Leonardo dandum esse mandatum de manutenendo in possessione exercendi Scribaniam, quia cum ex testibus, et ex aliis particularibus constet de tali exercitio, 1 intrat regula, quod † possessor est manutenendus in 2 sua possessione, *vulg. l. 1. §. 1. vbi. daf. de interd.* † quæ quidem possessio præsumitur continuata vsque ad tempus litis motæ, *Bart. in l. si. duo in princ. sub. nu. 4. ff. vti possid. Alex. cons. 88. n. 4. lib. 5. Couar. pract. cap. 16. vers. 12. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 723.*

Neque obstat, quod Leonardus habuit concessionem ab Archiepiscopo Andrea, † qui nõ potuit 3 supplantare successorem, *c. 1. qui success. teneant. §. 1. §. moribus ll. de feud. defunt. 3. Capyc. decis. 162. num. 5.* Prout nec beneplacitum Apostolicum obtentum à Sanctæ memoriæ Paulo V. tempore Archiepiscopi Gauini Successoris Archiepiscopi Andreæ ipsimet Leonardo suffragatur, cum sit ad vitam tantum ipsius Archiepiscopi Gauini. Quia Leonardus non vtitur possessione de tempore antecessoris moderni Reuerendissimi Archiepiscopi neque confirmatione Sanctæ mem. Pauli V. sed vtitur possessione de tempore moderni D. Archiepiscopi, vna cum Breui San. D. N. qui stricto consensu prælibati moderni Archiepiscopi, confirmauit deputationem factam ad vitam Leonardi per Archiepiscopum Andream.

Minus etiam obstat, quod non constat de consensu moderni Archiepiscopi, quia cum ille enun-4 cietur in dicto Breui, † recipient petitorium, vt pr[illegible]deatur, an dictus consensus moderni D. Archiepiscopi interuenerit, vel ne.

Minus etiam obstat, quod quatenus constaret 5 de præfato consensu, adhuc † dicta concessio sit nulla, cum non appareat facta pro necessitate, vt vtilitate Ecclesiæ, et cum debitis solemnitatibus, ideoque obstet extrauagans Pauli II. quæ inducit 6 decretum irritans; quia fuit responsum, quod † dicta extrauagans loquitur de bonis quæ vtiquam vacant, et sunt bona immobilia, aut mobilia pretiosa, non verò de prouisione Officiorum, quæ vacent quotidie, et † Episcopus teneatur ea 7 conferre dare, *Rot. dec. 61. num. 9. lib. 3. part. 3. diuers. & fuit resolutum coram me in causa Castrangelan. Officij Notariatus 27. Nouembris 1620.*

Et ita conclusum vna tantum parte informante, etc.

R.P.D. Merlino

Arboren. Canonicatus

Mercurii 16. Nouembris 1623.

S V M M A R I A.

1 *Possessio manutenibilis transfertur per illius cessionem.*
2 *Instrumentum adeptæ possessionis, alio non possidente, prout præsumitur, probat possessionem manutenibilem.*
3 *Possessio Canonicatus non Capitulariter capta non est manutenibilis, vbi quando dicatur Capitulariter capta.*
4 *Instrumenta quando dicantur in forma probanti.*
5 *Recognitio iurium de stylo nota potest quandocumque fieri.*
6 *Clausula sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, & quod inhibitio non afficiat, saluat possessionem in vim illarum captam ab attentatis.*
7 *Possessio instrumentalis capta de tempore, quo alios existebat in possessione, non est manutenibilis.*
8 *Possessio ex Iudicis auctoritate, & in vim monitorij A. C. si iudex nulliter, & iniuste processerit, non priuat alium sua possessione, nec ingerendi eius acquiritur manutenibilis.*
9 *Iudex dandi immissionem non citato possessore nulliter procedit.*
10 *Possessio tradita contra formam literarum, illisque non insinuatis est iniusta.*

Decisio DLVII.

FVit resolutum Didaco dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Canonicatus de quo agitur, non autē Petro Paulo, & sic recedendum à decisis sub die 8. Martij 1632. coram me.

Constat enim de possessione ipsius Didaci nedum ex eo, quod Commissarius Cameræ sub die 2. Februarij 1631. possessionem illius Canonicatus apprehendat, iuxta formam Constitutionis Pij IV. & deinde cessit Didaco vt in Sum. num. 1. & 2. 1 † per quam cessionem fuit in eumdem Didacum translata possessio manutenibilis, perinde ac si ab initio illam ipsemet apprehendisset, iuxta tradita per *Gonz. ad reg. 8. gl. 34. num. 118. & fuit dictum in Neapo. nana aen. sub 10. May 1621. coram bo. mem. Veruboido, & in eadem quinta Iunij 1624. coram Eminentiss. Card. Virili, & in Squillacent. Archipresbyteratus 1. Decembr. 1630 coram me.*

Verum etiam de possessione eiusdem Didaci capta sub die 6. Maij 1631. apparet ex publico 2 instrumento dato in Sum. num. 3. † quod alio non possidente, prout præsumitur, probat possessionem manutenibilem, iuxta *tradita vbi DD. ff. de acqu. poss. Caputaq. dec. 334. num. 6. par. 1. Put. dec. 661. num. 1. par. 1. & dec. 723. num. 1. par. 2. rec.* et decretum fuit in hac causa sub d. die 8. Martij 1632.

3 Non obstat, quod possessio Didaci non fuerit Capitulariter capta, ideoque non sit manutenenda: Quoniam de contrario docetur, tum ex instrumento dato in Summario num. 2. in quo h[illegible] ferunt præsentibus omnibus Canonicis captam fuisse possessionem, et illis amplectentibus eumdem Didacum, atque in fratrem recipientibus, necnon et coram eisdem præstitum fuisse iuramentum de obseruandis statutis, tum et ex alio instrumento dato in responsionibus num. 1. ex quo probatur, per Didacum emissam fuisse medio iuramento fidei professionem in manibus Canonicorum Capitulariter Congregatorum, ex quibus deprehenditur verè Capitulariter, et de manu Capituli acquisitam fuisse possessionem.

Nec substitit, quod instrumenta prædicta non videantur esse in forma probanti dum non fuerunt recognita. Quoniam in summario, cum responsionibus dato num. 1. docetur, dicta instrumenta legalizata, et sigillo Ciuitatis Callaris esse munita, habentque subscriptionem, et signum Notarii 4 publici, † et sic dicuntur in forma probanti, *Put. dec. 384. lib. 3. Cerall. dec. 104. par. 2.* Cumque originalia Dominorum oculis fuerit exhibitum, habitum fuit pro authentico vltra quod † iurium re-5 cognitio de stylo nostri huius Tribunalis potest fieri quandocumque ex *Cotta dec. 178. Pereg. dec. 309. lib. 2. & apud sanct. mem. Greg. XV. decis. 442. num. 4. & in recent. dec. 522. num. 7. par. 3.*

Minus

Minus obstat, quod possessio Didaci capta fuerit lite pendente, quæ fuerat introducta vsque de anno 1630. per commissionis præsentationẽ. Quia 6 † clausula sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, et quod inhibitio non afficiat, si adsint literæ Apostolicæ, præseruant possessionem Didaci à vitio attentati iuxta notata per *Gonz. ad reg. 8. gl. 9. in annot. num. 224. Card. Seraph. decis. 1003. num. 3. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 144. num. 7. & 8.*

Non est danda autem manutentio Petro Paulo, et sic recedendum est à decisis, quia in facto non subsistit, quod de tempore captæ possessionis per Petrum Paulum, alius non possideret sed immò iustificatur per titulum ante possessionem dicti 7 Canonicatus à Didaco apprehensam fuisse, † et sic possessio instrumentalis Petri Pauli posterior capta de tempore, quo alius possidebat, non debet manuteneri ex *vulg. l. prædia. ff. de acquir. poss. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 63. num. 1. cum alijs.*

Neque Petro Paulo suffragatur, quod d. possessionem nactus fuerit auctoritate Iudicis, et vigore 8 monitorii A. C. Quoniam, † cum iudex nulliter, et iniuste processerit, nec Didacus sua anteriori possessione priuatus fuerit, neque Petro Paulo acquisita fuit possessio manutenibilis, *Anchar. in cap. si. num. 1. de elect. num. 6. Rota coram sanct. me. Greg. XV. dec. 9. num. 4. & 8. & dec. 549. num. 5. & alias passim.*

9 Nulliter † autem iudex processit, quia Didacus in possessione existẽs nõ fuit citatus, prout requirebatur, dum Petro Paulo data fuit immissio *Caputaqu. dec. 337. num. 8. par. 2. Achill. dec. 32. num. 4. de appellat. Menoch. de adipiscen. remed. 6. num. 22. Gonz. ad reg. 8. gl. 9. in annot. num. 254. & seq. Rot. coram s. m. Greg. XV. dec. 457. num. 3.*

Iniustè etiam processit Iudex, cum quia nulla facta inquisitione Francisci Trogu, nec præuia priuatione, vt in literis Apostolicis præscribebatur, immissionem concessit Petro Paulo. Tum etiã quia eamdem immissionem concessit, quamuis Canonicatus vacaret per obitum Francisci Trogu, et tamen in literis habebatur, Canonicatum conferri Petro Paulo, dummodò tamen non vacet 10 per obitum vt in Sum. numer. 5. Vndè † possessio tradita contra formam literarum, et illis non iustificatis fuit iniusta *ex notat. per DD. in cap. 1. de lit. contest. in 6. Cas. de Grass. dec. 2. de prob. Rot. dec. 221. num. 3. par. 2. diuers. & decis. 251. num. 2. par. 2. recent.*

Quæ dicebantur de recursibus habitis per Didacum ad Iudices laicos, et de priuatione iuris, et possessionis eiusdem ob dictos recursus, necnon et de subreptione absolutionis per Didacum obtentæ, visum fuit Dominis non esse præsentis indaginis, sed suffragari Didaco absolutionem de ordine Dominorum illi concessam, iuxta formam Breuis præuia decisione, quæ vtraque parte informante emanauit, ex qua iustificatur dicta absolutio, et iuxta stilum huius Tribunalis decisio prædicta in præsenti disputatione est præsupponenda, neque incidenter dubium reuocari debet.

Et ita vtraque parte informãte resolutum fuit etc.

Reuerendiss. D. Coccino

Cæsaraugustana Distributionum

Veneris 13. Ianuarij 1634.

SVMMARIA.

1. *Executoriales ad effectum declaratoria debent intimari.*
2. *Intimatio contra Capitulum fieri debet illo congregato.*
3. *Vniuersitas citata dicitur personaliter, quando citatur in loco, in quo est congregata.*
4. *Declaratoria vt sit locus debent executoriales reproduci, & seruari quatuor termini ad docendũ de paritione secundum Rotæ stylum.*
5. *Contumacia euitanda causa constare debet de paritione.*
6. *Contumacia est voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit.*
7. *Declaratoria datur propter contumaciam.*
8. *Declaratoria non datur ante liquidationem: item. vt num. 9. 11. & 13.*
10. *Oblatio sola non releuat ad effugiendam declaratoriam.*
12. *Capitula omnia tenent libros residentiæ.*
14. *Cedendo rem quis liberatur, quando tenetur principaliter respectu rei.*
15. *Et quid si cedat administrationi ipsius rei ad tempus. & 16.*
16. *Æquum non est, vt quis in plus grauetur, quam commodum sentiat.*
17. *Administrator tenetur actione solum in factum ad reddendam rationem. Decl. vt num. 19.*
18. *Merita causæ respicientia non veniunt in manutentione discutienda.*
20. *Capitulum habet ex iure communi intentionem fũdatam super administratione bonorum, & redituum Ecclesiæ. & num. seqq.*
21. *Portionarij possunt à Capitulo petere non solum redditionem rationis pro eorum interesse, sed etiam contra idem intentare remedia possessoria.*
22. *Administratio bonorum, & redituum Ecclesiæ est de iure communi perpetua apud Capitulum, nec potest ab eo amoueri, quod secus est in alijs administratoribus.*

Decis. DLVIII.

FVit per Dominos resolutum dandam esse declaratoriam contra Capitulum, quia 1 † cum ipsi fuerint intimatæ executoriales, prout de iure requiritur, *Innoc. in cap. fin. num. 1. versic. alias autem, de eo, qui mitt. in poss. Roman. cons. 482. num. 5. Rot. dec. 15. de sent. excomm. in antiq.* et 2 † quidem legitime, ex eo quod intimatio fuit facta Capitulo congregato, *gl. in cap. si Capitulo in verb. factam de concess. præben. lib. 6. & in cap. bonæ il primo verb. singulares de elect. Calder. cons. 11. de insep. Bald. in l. prima §. quod si verum ff. quod cuiusque vniuers. nomine*, vbi quod † dicitur Vni- 3 uersitas citari personaliter, quando citatur in loco in quo est congregata, *Alex. cons. 119. nu. 2. & 11. vol. 1.*

4 Hinc † reproductis executorialibus, & seruatis quatuor terminis, ad docendum de paritione iuxta stilum Rotæ, de quibus, *Felyn. in cap. Rodulphus num. 41. de rescrip. Vestr. in prax. cap. vlt. lib. 8. num. 19.*

19 *Pereg. dec. 15. nu. 3. lib. 1.* cum de paritione non constet, † vt deberet constare ad euitandam contumaciam, vt fuit resolutũ coram duobus eximijs nostri olim ordinis luminibus Cardinali Seraphino, scilicet in causa *Corduben. decimarum 27. Ianuarij 1595. & Hieronymo Cardinali Pamphilio, in causa Valentina emolumentorum 30. Maij 1597.* satis dicitur constare de dicta contumacia, † quæ quis monitionem Iudicis implere contemnit, *l. cõtumacia in verb. contumaces non videntur, ff de iud.* & † propter quam contumaciam potest dari declaratoria, *Marian. Soc. in cap. nulli. num 7. de sent. excomm. Abb in cap. 1. nu. 10. de Iudic. Cassiad. dec. 5. num 3. de Constit. cap. absit 11. qu. 3. Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de reform. vers. quod si, & sess. 25. cap. 3. de reform. vers. si executio.*

Nec est verum, quod hic cessat contumacia ex eo, quod non præcesserit liquidatio, quia huic fundamento responsum fuit, quod licet regula sit, ante liquidationem non dari declaratoriam, vt fuit resolutum in dicta causa *Corduben. decimarum 27. Ianuarij 1595. coram eodem Cardinali Seraphino & in Neritonen. pensionis 3. Nouembris 1601. coram Litta, & in causa Nouarien. decimarum 16. Ianuarij 1606. coram bon. mem. Card. Horatio Lancellotto,* hæc tamen regula duas habet præcipuas limitationes, quæ bene applicantur.

Prima est, † quando pars non comparet, vel si comparet non petit liquidationem, sed aliud petit, *Milis in repertorio verb. excommunicatus iuste Rota dec. 5. de sc indic. in non. Achill. dec. 1. in princ. de sent. excomm. & fuit resolutum in causa Dertusen. decimarum 11. Maij 1609. coram bon. mem. Card. Marcomontio. Marcus Antonius Genuen. in prax. Curia Archiep. Neapol. cap. 29. num. 24. & 25. in addit.* in hoc autem casu licet Capitulum comparuerit, non tamen petiit liquidationem, sed quatenus Rota stet pro solutione trium regalium offert se cessurum administrationi, cum certis cõditionibus, † quæ oblatio, non releuat, vt statim dicetur.

Secunda limitatio est, † quod potest dari declaratoria, etiam si pars compareat, et petat liquidationem, si eadem pars tenebatur conficere libros, ex quibus poterat fieri liquidatio *Cas. de Grass. dec. 5. num 5. de restit. spoliat. & fuit dictum in causa Barchinonen. confiniam 18. Decembris 1609 coram bo. me. Card Sarrato,* hic autem cum fuerit concessum mandatũ de manutenendo in possessione percipiendi tria regalia qualibet die, vtique, cum † omnia Capitula teneant libros residentiæ, ex illis liquidatio certa fieri potest, vt pro tempore residentiæ soluatur residuum vsque ad quantitatẽ et rationem iuliorum trium qualibet die, et si Capitulum non tenuit dictos libros, quod est inuerisimilẽ, sibi imputet, ex rationibus prædictis nec applicatur limitatio, de qua in eadem decisione bo. me. Sarrati, † quod scilicet ad hũc effectum opus esset, vt in dictis libris essent adnotati redditus, quia in hac causa per plures decisiones firmatum fuit quod fructus superabundant, itaut iam sit facta liquidatio quoad introitus, et sola difficultas restringatur ad quantitatem singulis debitam, quę de facili liquidari potest ex libris ipsius residẽtię, vt modo dictum est.

Non obstat, quod Capitulum fuit protestatũ per hæc verba videlicet, *quod, si Dominis placuerit stare pro manutentione, Capitulum ex nunc prout ex tunc, & è conuerso cedit administrationi bursa distributionum vsque ad conclusionem causa, exhibendo separatam reddere rationem de administratis, cum reseruatione iurium in petitorio, & possessorio consentiendo, quod Domini constituant tertiam administratorem bursa, qui eam administret vsque ad dictam conclusionem causa,* Quia per Dominos fuit responsum, quod si huiusmodi petitio admitteretur, esset de nouo causam cognoscere, cum satis sit, vt partibus auditis, & electis calculatoribus, ac negocio maturè discusso, Rota cognouerit, quod fructus superabũdant, vt patet in decisionibus in hac causa, maxima cum maturitate, factis.

14 Neque refragatur, quod, † quando quis tenetur principaliter respectu rei, cedendo rem liberatur *Bald. in l. creditor num. 1. vers. quia vbicumque ff si cert. pet.* quia hic Capitulum non cedit rei, sed solum vult cedere administrationi ad tempus, & † licet dicatur hoc etiam posse facere, *ex Castr. in l. filius familias 127. § apud Marcellum nu. 2. ff. de leg. 1.* vbi per illum tex. firmat, quod si legatur mihi fundus, & rogatus sim dare Titio decem, si dico, quod fundus non tantum valet, & volo tradere fundum parti, debeo audiri; attamen, vt innuit, Castren. audiri debeo ad effectum, vt si tanti non valeat fundus, tradendo fundum liberer, non obstãte acceptione, cum † non sit æquum, vt possum, in plus grauari, quam commodum sentiam, sed si me audito, fundus plus valet, non dicit Castren. quod possim illum dimittere, imò sentit contrarium, dũ vult solum, quod grauatus audiatur super quantitate oneris, & in his terminis venit intelligẽdus, *Tiraquel in primo retract. num. 20. & 21.* In hoc autem casu, vt dictum est, Capitulum satis fuit auditum.

17 Non obstat quod † contra Administratorem solum competit actio in factum pro ratione reddẽda *Rot dec. 68. apud Statil. de Saluiano,* quia fuit responsum, † id respicere merita causæ, quæ non veniunt discutienda in hoc articulo; ex abundanti tamen fuit dictum, † hoc esse verum in Administratore ordinario, secus vero dicendum esse in Administratione spectante ad Capitulum, † quod attenta omni dispositione iuris communis habet intentionem fundatam super Administratione bonorum, & redituum Ecclesiæ *glos. in cap. penult. in verb. Assiduos de cler. non residen. vbi Butr. num. 8. Abb. num. 9 in fine c. relatum 2. de testam. & ibi Abb. num. 1.* expresse dicens, quod Capitulum administrat bona communia intuitu Ecclesiæ acquisita, & in terminis anniuersariorum est decisio *Caparaq. 84. lib. 1.* & fuit sæpissimè resolutum, & † propterea non solum Portionarii possunt petere redditionem rationis pro suo tantum interesse, non autem vt Capitulum amoueatur ab administratione, in qua de iure fundatã habet intẽtionem, vt dictum est, sed etiam intentare possunt remedia possessoria contra idem Capitulum, ex eo, quod † administratio de iure cõmuni est perpetua apud idem Capitulum, ita vt ab illa non possit amoueri, quod non est in alijs Administratoribus; et ad hunc casum benè ex sua ratione potest applicari textus *in l. 1. § penult. ff. vti possid.* et ea, quæ notat *Gall. obseru. 20. num. 1. de pigr.* qui licet loquatur, quando condominus agit contra tertium turbantem, attamen, cum Capituli administratio sit perpetua, ad hunc effectum respectu perpetuæ administrationis, idem videtur dicendum, quod de tertio turbante.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R.P.D.

R.P.D. Bucabella

Terracinen. Praestimoniorum

Veneris 27. Ianuarij 1632.

S V M M A R I A.

1 *Primitiae sunt oblationes de primis frugibus.*
2 *Primitiae debentur Ecclesiae parochiali, vbi bona sunt sita.*
3 *Testes de publica voce, & fama satis probant locum esse intra fines.*
4 *Testes deponentes, contenta in articulis esse vera bene probant.*
5 *Enunciatiuae duae in antiquis vltra centum annos probant confines.*
6 *Descriptio loci in Cupibrenio Monacorum an probet ad eorum fauorem.*
7 *Possessio turbida ac dubia non releuat.*
8 *Quasi possessio primitiarum contra Parochum habentem pro se fundatam intentionem non suffragatur non constito de particulari priuilegio, aut immemorabili, vel quadragenaria cum titulo.*

Decisio DLIX.

CEnsuerunt DD. Parochum Loci Vimbodini habere fundatam intentionem super Primitijs debitis ex fructibus bonorum positorum in locis pro parte Parochi specificatis, et alijs intra fines ipsius Parochiae existentibus; 1 Primitiae enim, † quae sunt oblationes de primis frugibus, iuxta tradita per *S. Thom. 2. 2. q. 86. art.* 2 *4. & nat. per Doct. in cap. 1. de Decim.* † debentur Ecclesiae Parochiali, vbi Praedia sunt sita vt in puncto extat, *dec. Put. 169. num. 1. & seqq. lib. 3.*

Quod autem bona in dictis locis posita sint intra fines dictae Parochiae bene probatur ex Testibus datis in Summario nu. 3. qui quoad illius finẽ 3 deponũt etiã de publica voce, & † quod sufficit in hac materia *c. cum Causam il 3. & ibi Butr. num. 4. Imol. num. 3. & 5. de prab & fuit dictum in Brachuren. Decimarum 19. Ianuary 1601. carũ Card. Pamphilio, & in Aprutina iurisdictionis 15. Iunij 1626. coram Remboldo*, Et deinde affirmant locu praedicta intra ipsos fines contineri, idque ex certa scientia eo, quod sunt oriundi, et habitatores Vimbodini, vt in d. Summ. num. 5.

Et vlterius etiam deponunt moderni Rectoris antecessores fuisse solitos huiusmodi Primitias in articulatis locis exigere asserentes non solum, se eas soluisse, sed etiam fuisse solutas ab eorum an-4 tecessoribus, idq; de visu, et auditu, et † licet aliquãdo simpliciter dicant contenta in articuls, super quibus interrogabantur esse vera, adhuc tamen bene probant, *Bald. cons. 10. numer. 6. lib. 5. Cassad. dec. 3. sub num. 9. de Probat. Rot. dec. 8. in prin. par. 5. diuers. & in dec. 588. num. 3. coram sanct. mem. Greg. XV.*

Cui confinium probationi accedunt duae enunciatiuae in duobus instrumentis antiquissimis vt in d. Summ. numer. 4. et 24. In quibus ijdem fines enunciantur, qui in articulis cõtinentur, et de qui-5 bus deponunt supradicti Testes, † quae solae sufficerent, cum longè excedant metam 100. annorum, *Glos. in c. cum olim in verb. instrum. de censib. Dec. cons. 146 nu. 14. Rot. coram Card. Seraph. dec. 507. num. 1. & dec. 1061. num. 4.*

Non obstat descriptio in Cupibreuio Monacorum, et Primitiarum exactio ab eis facta. Nam 6 quo ad descriptionẽ † illa tamquam ab ipsis procurata, et ad eorum instantiam, ac voluntatem facta probationem aliquam non facit, nec Rectori praeiudicat.

Quo vero ad exactionem, siue praetensam quasi 7 possessionem exigendi, † illa redditur saltem valde turbida, ac dubia ex dictorum Testium depositionibus de exactione facta ab antecessoribus Moderni Rectoris etiam ex certa scientia, et de facto 8 proprio attestantium, et in omnem casum † illa non releuat, nec ius aliquod tribuit, cum non constet de Particulari Priuilegio, aut immemorabili, vel quadragenaria cum Titulo, prout requiritur quando agitur de iure percipiendi Primitias in locis sitis in aliena Parochia *Rot. coram Card. Seraphino dec. 899. num. 5. & coram Reuerendiss. Dumco Decano dec. 345. num. 6.*

Et ita decisum Rectore tantũ informante, Monacis tamen pluries citatis, et informare non curantibus etc.

Manzanedo

Monopolitana Bonorum

Lunae 30. Nouembris 1617.

S V M M A R I A.

1 *Scripturarum in compulsatione quae requiruntur.*
2 *Recognoscens instrumentum videtur recognoscere omnia in eo contenta.*
3 *Mandatum de citando Notarium ad exhibendum protocollum ad effectum extrahendi instrumentum cum citatione partis ad interessendum extractioni sufficit etiam quod non adsit decretum de extrahendo.*
4 *Recognitio est nulla, si facta sit in die emanata citationis.*
5 *Collatio scripturae facta ante diem citationis ad interessendum non tenet, sed si non contineat diem praesumitur facta sub die citationis.*

Decisio DLX.

FVit resolutum Instrumentum diuisionis esse 1 legitime extractum, † cum constet de iurisdictione Iudicis compulsoris, & de deputatione Notarij, Cursoris, ac loci Audientiae pro faciẽda dicta extractione, item de designatione scripturae extrahendae, & personę apud quam repetiebatur, & de Intimatione illi facta, necnon de collatione, recognitione scripturae extractę facta seruatis seruandis, & de legitima transmissione ad Curiam subsecuta, praedictarum, omnia facta fuisse praecedente citatione partis, & sic interuenerint omnia requisita ad hunc effectum necessaria, *de quibus per Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. numer. 14. & seq.*

Nec obstat, quod non sit recognita extẽsiu clausulę, Ad habendum, in qua stat tota vis causae, quia, 2 † cum testes recognouerint instrumentum diuisionis ipsis exhibitum, consequenter videntur recognouisse omnia in eo contenta, & sic dictam extẽsionem clausulae Ad habendum.

Minus obstat, quod deficiat decretum Iudicis 5 de extrahendo dictum instrumentum, quia † adest mandatum de citando Notarium ad exhibendum protocollum ad effectum illum extrahendi cũ citatione etiam partis ad interessendum extractioni quod sufficit.

Minus

4 Minus obstat, quod testes citati ad recognoscẽdum manum Notarij rogati ad primam diem, recognouerint eadẽ die citationis, quia hoc nõ subsistit in facto, cũ citatio fuerit facta 14. Februarij, recognitio verò die sequenti.

5 Nec facit, quod † collatio fuerit facta antequã euenerit dies citationis, quia cum in dicta collatione non adsit dies, & pars fuerit citata ad interessendum pro certo die, est præsumendum fuisse factã debito tempore, *Rot. dec. 674. nu. 5. p. 5. diuer.*

E O D E M

Eadem

Luna 16. Nouembris 1620.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum extractum in vim compulsorialium parte citata, & alijs seruatis requisitis dicitur in forma probanti.*
2 *Scripturarum alterius Notarij conseruatorem quem esse quomodo probetur.*
3 *Notario asserenti se successorem creditur, & eo magis si sit descendens seu nepos:*
4 *Scriptura Notarij demortui de iure conseruari debent penes illius hæredes.*
5 *Recognitum esse sufficit instrumentum absque eo, quod recognitum fuerit bastardellum, in quo instrumentum aderat.*
6 *Instrumentum desumptum, ex matrice, & originale probat, etiam quod in matrice non reperiatur signum, neque subscriptio Notarij.*
7 *Obseruantia dat robur, & fidem scripturis etiam informibus, & minus authenticis.*

Decisio DLXI.

FVit in hac causa resolutum die 22. Iunij prædicti constare de debito hereditatis quoad portitam scut. 810 solutorum per tutorem in extinctionem cuiusdam mutui contracti per testatorem, de quo apparebat per publicũ Instrumentum de anno 1565. cõfectũ cum præsupposito tamen, quod huiusmodi Instrumentum esset in forma probanti. Vnde super hoc præsupposito hodie causam proposui, & Domini affirma-

1 tiuè responderunt, cum fuerit extractum in vim compulsorialium, parte citata, & seruatis alijs requisitis, *de quibus per Vestr. in praxi. lib. 6. cap. 1. nu. 14. & seqq. Et in alia decisione in hac causa facta 13. Nouembris 1617. coram me.* Non obstat hoc Instrumentum fuisse repertum penes Iacobũ Sergum quem non constat esse cõseruatorem scripturarum Iacobi senioris de dicto instrumento

2 rogati, quia † hoc resultat probatũ, eo ipso quod à Iudice compulsoriali, tanquam istis requisitus ad exhibendum dictum instrumentum, illud exhibuit, *vt fuit dictum in vna Romana fideicommissi de Vecsius 8. Martij 1613. coram D. meo Pirsuano*, cum præsertim dictus Iacobus se asserat conseruatorem dictarum scripturarum, & ità etiam illum

3 enunciat Notarius compulsorialis, † Notario autem asserenti se successorem creditur, *Vernll. dec. 145. par. 2. Rot. dec. 217. nu. 1. pa. 1. recentior. & par. 2. decis. 649. num. 7.* visa quod tanquam descendens, & nepos D. Iacobus præsumitur talis; cum

4 † de iure scripturæ Notarij demortui debent conseruari penes illius hæredes, *Rot. decis. 437. nu. 2. par. 2. recent.*

Minus obstat quod non fuerit recognitum bastardellum, in quo dictum instrumentum repertie-

5 batur, quia † satis est quod fuerit recognitũ ipsũmet instrumentum, quod cum sit in sui facie perfectum cum testibus, & alijs requisitis, non eget recognitione bastardelli, quia non debet robur neque adminiculum sumere ab illo neque ab alijs instrumentis, & rogitibus in eo existentibus.

Non obstat defectus signi, & subscriptionis. No-

6 tarij, quia † cum instrumentum sit matrix, & originale prædicta non requiruntur, quotiea concurrant testes, dies, et annus, *Rota decis. 418. num 4. par. 2. recent.*

Et tollitur difficultas, ex obseruantia subsequuta ipsius instrumenti, ex quo de anno, 1566. Eędem partes faciendo expressam relationem ad mutuũ, de quo in dicto instrumẽto conuenerunt de modo

7 illud soluendi, et postea fuit realiter solutũ, † quæ obseruantia solet dare robur, & fidem scripturis, etiam informibus, & minus authenticis, *Bar. cons. 400. num. 5. inter cons. Bald. lib. 4. Cranet. cons. 101. num. 44. Mant. decis. 82. num. 2. Rot dec. 482. num. 8. par. 1. rec. & par. 2. dec. 703. nu. 8.*

Et ita conclusum, &c.

Orana

Bononien. Bonorum

28. Nouembris 1694.

S V M M A R I A.

1 *Statutũ Bononiæ permittens appellationem in possessorio habet locum in quocunque possessorio adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, & ad vtrumque effectum. Ampl. vt num.*
2 *Ampl. etiam respectu sententiæ latæ Bononiæ.*
3 *Appellatio est de appendicibus primæ instantiæ.*
4 *Appellatio subiacet statutis fori, in quo fuit interposita.*
5 *Aegidiana Constitutio quamuis sit generalis totius Prouinciæ, non habet locum Bononiæ.*
6 *Appellatio non admittitur in summarissimo possessorio.*
7 *Lim. ex statuto Bononiæ.*
8 *Sententiam non esse latam in summarissimo possessorio quomodo cognoscatur.*
9 *Summarissimi possessorij natura non est auocare possessionem ab alio, sed solum iura partium conseruare.*
10 *Executio sententiæ manutentionis dicitur continuatio, non noua apprehensio.*
11 *Manutentio datur etiam in possessorio plenario.*

Decisio DLXII.

IN vna Bononien. Bonorum de Pretis. Cum fuisset dubitatum, Presupposito statuto Ciuitatis Bononiæ in Rub. de appellat. An à sententia lata Bononiæ licuisset appellare, ita ut executio mandati vigore illius detegeretur attentata, Domini conuenerunt, ob ea locum fuisse appellationi, & in consequentia executionem illius causasse attentatum. Nam statutum, de cuius intel-

1 lectu agitur, † habet locum in quocunque possessorio, tam adipiscendæ, quam retinendæ, vel recuperandæ, proceditq; ad vtrumque effectum, videlicet deuolutiuum, & suspensiuũ, *vt per Grat. cons. vlt. lib. 2. Bo r q 91. in rub. de appell. nu. 3. cum seq. & cons. 110. num. 16. lib. 3. & tenet Rota in vna Bononien. bonorum coram de Rubeis de anno 1461,*

Et

2 Est hoc attendendum, † etiam si sententia, vigore cuius fuit capta possessio, lata fuerit Bononiæ, quia
3 cum † appellatio sit de appendicibus primæ instantiæ *l. Imitus, & ibi Ias. sub num. 3. vers. 2. collige. C.*
4 *de procur.* † ideò subiacet statutis fori in quo fuit interposita, *Archid. in c. non ita sub nu. 2. q. 6. Abb. in C. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ nu. 19. & ibi Felin. sub. nu. 55. de constitut.*

Nec prætextu Constitutionis Egidianæ potest
5 excusatio prætendi, quoniam, † licet hæc sit constitutio generalis totius Prouinciæ, tamen non habet locum in Ciuitate Bononiæ, *Bald. cons. 201. nu. 5. lib. 1. Socc. cons. 79. nu. 24. lib. 4. vt etiam in his terminis resoluit Rota in causa Bononien. Bonorũ Emphyteuticorum coram D. Oriolen.*

Neque placebat Dominis, quod pretendebatur
6 fuisse pronũciatum in iudicio summarijssimo, † in quo non admittitur appellatio, *Ias. in l. quod iussit numer. 29. de re iud. Neuiz. cons. 81. nu. 7. Couar.*
7 *pract. quæst. cap. 17. num. 1. nam*, † præter id, quod statutum generaliter loquitur in quocunque posses-
8 sorio, *vt dicit Grat. d. cons. vlt. nu. 18.* † clarum est sententiam non fuisse latam in summarijssimo, sed in summario possessorio, quia per sententiam annullatur, & reuocatur possessio fideicommissariorum reseruandum eis tantũ iura in petitorio, quod
9 repugnat possessorio summarijssimo, † cuius natura non est auocare possessioné ab eo, qui eam habuit, sed solum iura partiũ conseruare, *Castr. cons. 3 nu. 2. vers pronunciatio autẽ Iudicis. lib. 2. Couar. vbi sup. Rebuff. in Const. Gall. tom. tit. de moment. poss. art. 1. glos. 1. nu. 23. Menoch. de retinen. remed. vlt. sub. num 48.*

Non obstat quod executio sententiæ fuerit super
10 manutentione, † quæ dicitur continuatio, & non noua apprehensio, *vt per Paris cons. vlt. num.*
11 *8. & 14. lib. 4.* quoniam † etiam in possessorio plenario datur manutentio *§. retinendæ Instit. de interd.* & cessat hęc ratio continuationis, cum vigore huius sententiæ. D. Gineuera recuperauerit possessionem alias ab ea à Iudice auocata.

Neque repugnat aliud statutum sub rub. quod nullus occupet possessionem rei hereditariæ, quia hoc respicit iustitiam, vel iniustitiam possessionis, non autem impedit appellationem.

Ad reliqua placet responsio per scribentes pro DD. de Pretis quibus stantibus concluserunt, sequestrandam esse possessionem, &c.

Iusto

Nouarien. Canonicatus

Luna prima Decembris 1608.

S V M M A R I A.

1 *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur vnico actu.*
2 *Quasi possessio sola Collatoris sufficit, quando agitur inter prouisos.*
3 *Scientia, Papæ requiritur ad effectum vt Episcopus acquirat quasi possessionem conferendi in mense reseruato.*
4 *Alternatiua prætensio respicit petitorium.*
5 *Collatio alternatiuæ vigore debet esse clara, alias intrat reseruatio.*

Decisio DLXIII.

EX vnica collatione facta de Canonicatu Racanatæ in mense Februarij anni 1599. prętendebatur Episcopo Nouarien. dandum esse mandatũ de manutenendo contra Capi-
1 tulum, quia † ex vnico actu in incorporalibus acquiritur quasi possessio, *c. cum Ecclesia Sutrina vbi omnes notant. de caus. poss. & propr. Caputaq. decis. 337. par. 2.*

Contrariũ fuit decisum, quia nos sumus in casu,
2 vbi nõ agitur inter prouisos, † quo casu sufficit sola quasi possessio Collatoris, *Abb. in c. consultationibus num. 3. de iur. patr. & in his terminis procedit dec. R. P. D. mei Sacrati in causa Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600.* sed in causa adest Episcopus Collator, & consequenter agitur de iure conferendi in mense Februarij, qui est mensis Papæ reseruatus, si non intrat alternatiua, & dum Episcopus dicit, se aquisiuisse possessionem conferendi in illo mense reseruato, tendit in præiudicium Papæ, non Ca-
3 pituli, quod prętendit mẽses ordinarios, & sic † pro acquirẽda hac quasi possessione requirebatur sciẽtia Papę, de cuius præiudicio agitur, non Capituli *Innoc. in c. bonæ il seconda sub. 1. vers. item de illo de postul. præl. Rip post alios in d. c. cum Ecclesia sub num. 64. de caus. poss. & propr.*

Nec etiam prodest Episcopo prętensio alterna-
4 tiuę, quia † illa respicit petitoriũ, sed nunc agitur de mandato de manutenendo, ac etiam ex prętensione Episcopi conferendi in mensibus alternatis, Capituli conferendi in mensibus ordinarijs resultat confusio alternatiuæ, quia non remaneret collatio Papæ in mensibus Martij, & Septembris, quod esse non potest.

5 Vt † autem prosit collatio facta vigore alternatiuę, debet esse clara de iure, alias intrat reseruatio, *Ex de falco de reser. benef. par. 1. tertia part. nu. 29. & fuit dictum in Rota coram bo. me. Orano in causa Lunen. Sarzanen. Canonicatus 8. Martij 1599.*

Ex quibus fuit decisum Episcopo non esse dandum mandatum de manutenendo, &c.

Cardinali Lancellotto

Valentina Beneficii de Ottiniet

Luna 7. Iunij 1610.

S V M M A R I A.

1 *Sequestrum semper apponitur, quando possessio est attentata.*
2 *Collatio fieri non debet lite pendente super validitate præsentationis, & oppositionis.*
3 *Possessio capta pendente termino ad appellandum, vel post appellationem est attentata.*
4 *Possessione beneficij vacua existente deputandus est Economus, & sequestratarius, vt fructu conseruentur ad effectũ illos consignandi cui de iure.*

Decisio DLXIV.

1 FVit dictum, esse locum sequestro, † quod semper apponitur, quando possessio est attentata, *Rot. dec. 10. vt lit. pend. in nou. & 11. eod. tit. in antiq. Cassad. 7. de restit. spol. Caputaq. decis. 857. par. 3. &* sæpè *decisum fuit.*

De

2 De attentatis autem constare, tum quia † lite pendente super validitate præsentationis, & oppositionis non debuit fieri collatio, *c.2. vt lit. pend. cũ* 3 *ibi not. Cald. cons. 1. eod. tit.* tum etiam quia † possessio fuit capta nedum pendente termino ad appellandum, sed etiam post apellationem interpositã, *c. non solum de appell. lib. 6.* vt constat ex confessione Iacobi asserentis fuisse latam sententiã, per quam ei fuit beneficium adiudicatum, & ab eo capta collatio, & possessio.

Quod si ex huiusmodi confessione non probetur 4 possessio, † tunc similiter est deputãdus Economus & sequestratarius, vti possessione vacua existente, vt fructus cõseruentur ad effectum illos consignãdi cui de iure, *iuxta not. in c. cum vos de offic. ordin. & in c. præsenti eod. tit. lib. 6. Abb. in c. 2. nu. 14. de sequestr. poss. & fruct. Io. Manac. in reg. locupletari ad fin. de reg. iur. lib. 6. & fuit resolutum in causa Cremonen. Cappella 24. Ianuarij 1590. coram Reuerendissimo Comitulo, & in causa Calaguritana Beneficij de Cume. 15. Februarij 1610. coram R. P. D. meo Ortembergo, & in alijs, &c.*

Penia

Romana Fideicommissi

Lunæ 6. Aprilis 1609.

S V M M A R I A.

1 *Constituti clausula transfertur in constitutariam possessia.*
2 *Constitutario debetur manutẽtio, & fortius, si etiã fructus, & pensiones exegerit.*
3 *Immissionem etiam petere potest ille, in quem fuit translata possessio vigore constituti, vel alterius iuris, ex alio scilicet titulo.*
4 *Fideicommissarius capere debet possessionem de manu hæredis.*
5 *Possessio iunior stante anteriori alterius dicitur improba, & non manutenibilis.*
6 *Exceptio illegitimitatis vti non pertinens ad iudicium possessorium remittitur ad petitoriam.*

Decisio DLXV.

IMpedito R. P. D. Pamphilio propter infirmã valetudinem in hac causa coram ipso pendẽte quasi propter vrgẽtem necessitatem D. Cesaris Vrsini proposui dubium, An constaret de tali Cesaris possessione, vt in illa veniret manutenendus, vel quatenus manutentioni nõ esset locus, An illi foret danda immissio. Et Rota, Cesare informante, ipsum censuit manutenendum in parte Casalis Virlanij siti in territorio San. Oresti, quam sibi dederat in vita Scipio Vrsinus pater cum clausula constituti, et Cesar eiusdem donationis vigore ante obitum patris donantis tamquam filius, et donatarius pensiones d. Casalis exegerat, et de illis 1 quietantias affictuariis fecerat, nam † per clausulam constituti in donatione appositam fuit in Cesarem constitutarium translata possessio, *l. interdum cum ibi not. ff. de acq. poss. Paris. cons. 172. incip. in causa illorum nu. 2. lib. 4. Tiraq. tract. de iur. constit. par. 2. ampl. 1. num. 2.* et in terminis constituti appositi in simili donatione, *fuit decisum in causa Mediolanen. Bonorum de Porris die 4. Iunij 1602. coram D. Cardinal. Pamphilio tunc Rota Auditore,* 2 et consequenter veniebat manutenendus, et eo præsertim nomine, quia exigendo fructus, et pẽsiones Casalis realem possessionem adeptus censebatur.

Ne refragatur, quod, Cæsar post mortem patris petierit immitti in possessionem eiusdem Casalis 3 vigore testamenti Pantasileæ, quia † ille, in quem fuit translata possessio vigore constituti, vel alterius iuris, potest etiam petere se immitti vigore alterius tituli, iura videlicet iuribus, & titulos titulis cumulando, *Ias. in l. fin. num. 10. vbi Dec. num. 26. vers. & eodem modo C. de edict. Diu. Adr. toll. Tiraq. in tract. de mort. sais. par. 6. decl. 2. num. 1. & seq. Menoch. tract. de adipis. remed. 4. nu. 337.*

Rursus non obstabat anterior Claricis possessio quam prætendebat, se accepisse vigore fideicom4 missi Pantasileę, tum quia † tamquam fideicommissaria debebat capi de manũ hæredis, tum quia, 5 † cum Cęsar possideret, possessio subsecuta Claricis tamquã improba non erat manutenibilis, *leg. improba C. de acq. poss. & fuit decisum in causa Romana Hæreditatis coram bo. me. Card. Seraphino tunc Rota Auditore, & in alia Romana de Capizucchis die 10. Aprilis 1606. coram D. Lancelloto.*

6 Quæ dicebantur de illegitimitate Cęsaris, † tãquam non pertinentia ad iudicium possessorij, merito fuerunt remissa ad petitorium, &c.

E O D E M

Colonien. Canonicatus S. Andreæ

Veneris 14. Decembris 1607.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo dari debet anteriori possessori.*
2 *Conditione non adimpleta possessio non videtur legitima.*
3 *Sequestro locus est, vbi possessio non est legitima.*

Decisio DLXVI.

1 IN hac causa licet non dubitaretur de anteriori possessione Ioannis Deut. † & consequenter videretur ei dandum mandatum de manutenendo, quia tamen resignationem ad eius fauorem factam aliqui ex Dominis censebant esse cõditionalem, videlicet quatenus resignans per 20. dies viueret, cuius decreti vigore fuit Ioanni tra2 dita possessio, † eoque non adimpleto possessio vi3 debatur minus legitima, Ideò † visum fuit apponere sequestrum, &c.

Iusto

Calaguritana Iurisdictionis

Veneris 1. Iulij 1605.

S V M M A R I A.

1 *Episcopo intentionem fundatam habenti de iure cõmuni non est inhibendum sub prætextu exemptionis, donec super exemptione cognitum non fuerit, & num. 2.*
2 *Exemptionem non excludunt gesta ab Episcopo vti Sedis Apostolicæ delegato.*

Decisio DLXVII.

1 DOmini dixerunt Episcopo non esse inhibendum. Ratio est clara, quia, † dum prætenditur exemptio, non inhibetur Episcopo, qui habet fundatam intentionem suam de iure communi, donec super exemptione cognitum fuerit, *cap. cum persona, & ibi DD. de priuil. in 6. & ita sæpe dixit Rota, Verall. dec. 306. part. 1. & 201. par. 2. coram Illustrissimo D. Cardinale Pamphilia in causa Barchinonen. Sun. Anno 18. Maij 1601. vbi allegabatur dec. coram bo. me. Guicciardian.*

Non obstant ea, quæ dicta fuerunt in hac eadẽ causa 10. Decembris 1603. pro concedenda remissoria Capitulo de Victoria, quoniam omnia fuerunt directa ad illum finem, vt Capitulum probare posset suam intentionem super exemptione contra Episcopum ostendendo ex antiquo processu, & sententia non constare de non exemptione, sed omnia videri tributa Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato, † quod non excludit exemptionem, qua intentione Capituli non probata concludenter interim non debet inhiberi ex præmissis, &c. 2

E O D E M

Cæsaraugustana Præceptoriæ de Codos

Lunæ 19. Februarij 1607.

S V M M A R I A.

1. *Coadiutoris factum non nocet Coadiuto.*
2. *Possessor non est sua possessione priuandus, nec in illius præiudicium à sequestro incipiendum.*
3. *Sententia non est exequenda, antequam feratur.*
4. *Possessione iuniori non priuatur anterior possessor, nisi habuerit se pro spoliato.*

Decisio DLXVIII.

1 DOmini censuerunt non esse apponendum sequestrum in præiudicium Coadiuti, quoniam, † quidquid fecerit Coadiutor, non potest nocere Coadiuto, qui per 30. annos, & 2 vltra fuit in possessione præceptoriæ, & † ea non est priuandus, nec à sequestro incipiendo, *cap. 1. de sequestr. poss. & fruct.*

Nec obstat prætensio, quod ista præceptoria sit ad nutum amouibilis, si quidem super hoc pen- 3 det lis, Vnde † non est exequenda sententia, antequam feratur.

Nec obstat dicere, quod iam alteri fuit facta collatio, & data possessio, ac præceptor iste amo- 4 tus, quoniam non ostenditur, quod habuerit se pro spoliato.

Et ita decisum &c.

E O D E M

Interamnen. Hæreditatis de Brunellis

Lunæ 21. Maij 1607.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum de manutenendo datur possessori.*
2. *Petens immissionem, & narrans aduersarium contra iuris debitum detinere fatetur illum saltim de facto possidere.*
3. *Mandatum de manutenendo absque citatione possessoris est nullum.*
4. *Iudex appellationis cum clausula non retardata executione potest executionem reuocare, si sit iniusta, vel nulla.*
5. *Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem non habet locum, quando possessio est per alium occupata ante ipsius hæredis aditionem.*

Decisio DLXIX.

DOmini dixerunt dandum esse mandatum de manutenendo Iulio, et fratribus de 1 Brunellis, † quia sunt possessores, vt probant testes, primus super 8. secũdus super 7. et alij in summario num. 5. fuit namque capta possessio à Brunellis de mense Nouembris quæ pro puellis fuit postea capta de mense Decembris vt ibi per testes; et tanto magis quia Aurelia tutrix, et cura- 2 trix Andreæ, et Claricis, † dum petit puellas immitti in possessionem, dicit quod contra iuris debitum detinentur per aduersarios, et sic fatetur illos saltim de facto possidere, *vt in summario num. 2.*

Non obstat mandatum de manutenendo con- 3 cessum puellis à Iudice, † quia nulliter processit absque citatione Brunellorum, qui erant citandi tamquam possessores *Galeott. dec. 125. Conar. prac. q. 17. nu. 5. & Rota coram Illustris. D. Card. Mellino in causa prænestien. Molendini 16. Februarij 1604. & sæpe alias.*

Non obstat, quod mandatum de manutenendo fuerit datum per cedulam, à quo fuit appellatum, et causa appellationis commissa in Rota sine præ- 4 iudicio legitimæ executionis, quia, † facta executione, non impeditur Iudex appellationis illam reuocare, si non est iusta, vel valida, *vt fuit decisũ in Rota coram fel. recor. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore in vna Romana Casalis, 24. Nouẽbris 1581. quam Rota probaui, & coram R. P. D. meo Decano in Placentina Fideiussionis 22. Iunij 1592. & in hac causa in resolutionibus memoratiuum 22. Decembris 1604. & in terminis mandati de manutenendo coram bo. me. Cyptio in Hispalen. & Caurien. permutationis 11. Maij 1596.*

Non obstat, statutum continuans possessionem in hæredem, quia immò facit pro Brunellis, qui sunt heredes ex testamento, et non potest prodesse 5 Aduersarijs, quia † non procedit, quando possessio est per alium occupata, antequam hæres adeat hæreditatem, *Bald. in rubr. de caus. poss. & propr. & alij alleg. per Gabr. de acq. poss. concl. 9. num. 18. & 12.*

Ex quibus ita decisum fuit etc.

R. P. D.

R.P.D. Bucabella

Anconitana Prædij

Veneris 12. Maii 1634.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur ex instrumento emptionis cum clausula constituti, actuali apprehensione, descriptione, in catastro, solutione collectarum, & onerum Cameralium, cultura, mutatione colonorum, fructuum perceptione, & alijs actibus possessoriis.*
2 *Possessionem probanti de tempore motæ litis danda est manutentio.*
3 *Fructuum perceptio quando non probet possessionẽ percipientis.*
4 *Confessione propria nulla est maior probatio.*
5 *Testes hinc inde contrarij conquassantur.*
6 *Instrumentum emptæ possessionis sufficientem facit probationem ad effectum manutentionis, alio in possessione non existente.*
7 *Petitorium respicientia non attenduntur in iudicio manutentionis.*

Decis. DLXX.

Domini dixerunt, Ianuario dandum esse mandatum de manutenẽdo in possessione prædij Marianæ, et bonorum, de quibus agitur, † Quia constat de illius possessione de tempore motæ litis nedũ ex instrumento emptionis cũ clausula cõstituti, sed etiã ex actuali apphẽsione, ac descriptione in Catastro, et solutione collectarũ, et onerũ Cameralium, cultura, mutatione colonorum, fructuum perceptione, et alijs actibus possessorijs, qui bene probantur ex iuribus, *de quibus in summario Ianuarii à num. 1. vsque ad* 11. et ideo † non potest illi denegari manutentio, *§. retinendæ. Instit. de interd. l. 1. ff vti possid.*

Non obstant testes dati in summario Gasparis num. 2. deponentes fructus d. prædij Marianæ recollectos, et habitos à Petrobello ipsius Gasparis auctore.

Quia alij testes dati in summario Ianuarii nu. 14. † deponunt, fructus fuisse perlatos ad Petrum bellum de ordine Ianuarii, et datos in solutum eidem Petrobello in extinctionem eius, quod idem Ianuarius illi debebat, et testis datus, in eodẽ sum. num. 17. dicit, Ianuarium requisiuisse à Petrobello quietantiam dd. fructuum, et Petrumbellum obtulisse illam facere quandocumque ipse Ianuarius vellet; quorum testium depositiones visæ fuerunt præualere depositioni dd. testium pro Gaspare datorum: quia cum ipsis omnino consonat apocha, siue quietantia effectualiter facta à d. Petrobello, in qua expresse asserit, excomputasse, ac bonũ fecisse, totum frumentum, vinum, & alia habita annis præteritis ex d. Ianuarij prædio, vt in summario eiusdem num. 13. & sic concurrit propria confessio auctoris ipsius Gasparis, † qua nulla maior probatio, *l. cum te, C. de transact. Surd. cons. 143. nu. 29. Rot. coram s. m. Greg. XV. dec. 143. num. 3. & coram Card. Caualer. dec. 105. num. 4.*

Vltra quod in omnem casum testes prædicti hinc inde examinati † ad inuicem conquassantur, ita vt in eorum depositionibus fundamentum fieri non posit, & sic firma remanet probatio possessionis Ianuarij ex iuribus pro eo, vt supra, in summario datis, & præsertim ex instrumento corporalis, & actualis possessionis effectualiter captæ sum mario num. 2. † quod etiam per se ipsum probationem facit sufficientem ad effectum, de quo agitur, cum non doceatur, alium de eo tempore extitisse in possessione, *l. prædia. cum not. ff. de acq. poss. Manoch. de retin. remed. 3. num. 376. Cas. de Grass. dec. 3. in princ. de caus. poss. & propr. & Rot. coram Seraph. dec. 1065. num. 2.*

Neque ad rem faciunt testes inducti ad probandum, Ianuarium pro d. Petrobello de pecunijs ipsius prædium supradictum emisse, Quia † hoc respicit petitorium, non autem possessorium manutentionis, de qua hodie stricte agitur.

Et ita etc. vtraque etc.

Cardinali Lancellotto

Cartaginen. Canonicatus

Luna 25. Maij 1595.

S V M M A R I A.

1 *Possessio non capitulariter tradita sustinetur, si Capitulares viderint, & non contradixerint, vbi quæ non habeantur pro contradictione; & nu. 5.*
2 *Contradictio, quæ non est in ipso actu apprehensionis possessionis, sed post nõ impedit actum prius legitime consumatum. & num. 6.*
3 *Possessio anterior dicitur etiam si per punctum, vel momentum.*
4 *Contradictio vnius de Capitulo non attenditur, sed quod fit ab illius maiori parte.*
7 *Denegatio distributionum, quæ fit Canonico ab aliquibus Capitularibus nõ tollit possessionẽ ab ipso iam adeptam.*
8 *Possessio posterior non attenditur, vbi anterior possessor non habuerit se pro spoliato.*
9 *Confessiones factæ coram Iudice incompetente non præiudicant.*
10 *Nec factæ à procuratore, de cuius mandato non constet.*
11 *Confessiones circa possessionem aduersarii non præiudicant quo ad manutentionem, si ex coniecturis, & circonstantijs facti appareat, esse intelligendas de naturali, & de turbationibus facti.*
12 *Sequestro, & sequestrariorum deputatione an amittatur possessio. & num. 13.*
13 *Taciturnitas an præiudicet quoad possessionem.*

Decisio DLXXI.

QVÆ latè deducta fuerunt contra decisionem in hac causa factam super manutentione D. Caxæ concedẽnda ad quatuor potissimum capita reducebantur. Primo scilicet, quod possessio non fuerit ei tradita sciente, et patiente Capitulo, quinimmo fuerit contradictæ tam ante actum traditionis possessionis, quam in ipso actu, quam post eumdem actum. Secundo quod habuerit se pro spoliato per confessiones factas in recursibus Regijs. Tertio, quod consentiendo sequestro, et nominando sequestratarios sibi circa possessionem præiudicauerit. Quarto ex taciturnitate nouem, aut decem annorum à die appositi sequestri possessionem amisisse visum fuit.

Quibus non obstantibus, mature tamen, et diligenter discussis, Domini steterunt in decisis.

Et quantum ad primum veritas est, vt in alia decisione relatum fuit, quod possessio fuit tradita

speciali procuratori Caxæ de mandato Archidiaconi Carthaginen. illam tradentis nomine Capituli, et vti illius possidentis, et ab eodem procuratore acceptata in Capitulo existentibus, et videntibus, et non reclamantibus Episcopo, Decano, et omnibus alijs Capitularibus de more congregatis, et ideo, quatenus adesse posset aliqua difficultas circa potestatem Archidiaconi Carthaginen. et quod non fuerit tradita ab Episcopo, siue de eius mandato, quod tamen non videtur adesse; 1 † nihilominus cum tam Episcopus, quam alij Capitulares viderint tradi huiusmodi possessionem, legitimam reddidit, illamque iustificat, *vt ex dec. Cassad. 8. de caus. poss. & propr. in hac caus. & sæpe in alijs decisum fuit in Rota.*

Nec allegatæ contradictiones releuant; licet. n. ante huiusmodi traditionem possessionis, quando Archidiaconus de Lorca instabat tradi possessionem Caxæ vti electo à maiori parte contradicendo, quod non daretur Vald. vti à minori parte electo, Viceuersa procurator Vald. etiam instaret, quod possessio suo principali daretur, alias de nullitate; Tamē ex hac petitione procuratoris Vald. non inducebatur contradictio possessionis Caxæ, sed vnusquisq; ius suum prosequebatur, cum nemo possessionem alterius impugnaret, sed quilibet sibi dari prętenderet; et eodem modo procedit decretum Episcopi de tradenda possessione Vald. maxime quia Episcopus non dixit, non esse tradēda Caxę, et nihilominus cum post huiusmodi petionē, et decretum Episcopi, tam ipse Episcopus, quam alij Capitulares viderint, quod illis non obstantibus tradebatur possessio Caxæ, et tacuerint, et id passi fuerint iste consensus Capituli sufficit, etiam si prius adfuisset aliqua controuersia.

Quantum ad contradictionem in ipso actu traditionis possessionis illa non adest, nam licet, Canonicus Alfōsus Rodriguez dixerit, Archidiaconum Carthaginensem attentasse in tradendo possessionem D. Caxæ & petierit exequi decretū Episcopi ad fauorem Vald. tamen, vltra quod iste actus siue protestatio non concludit ad contradictionem possessioni Caxæ, adhuc tamen nihil obstat, quia non fuit in ipso actu appræhensionis possessionis, nam non dicitur in dicto actu, quod fuit tradita possessio contradicente Canonico Alfonso Rodriguez, sed fuit factus post adeptam à procuratore Caxæ possessionem. Imo inter possessionem Caxæ, & hanc petitionem, siue protestationē Alfonsi Rodriguez adest actus, siue protestatio Archidiaconi de Lorea, & decretum Episcopi mandantis id, quod ab eo mandatum extiterat, Vnde 2 † talis contradictio, quæ non est in ipsomet actu appręhensionis, sed post appręhensam possessionē, non impedit actum prius legitime consumatum, *vt in indiuiduo fuit decisum in causa Calagurritana Beneficij de Authol. prima Februarij 1608. coram R.P.D. meo Sacrato,* & merito, quia, 3 † vt possessio dicatur anterior sufficit, quod sit anterior per punctum, vel momentum temporis, *Cassad. dec. 20. ante. num. 2. de præb. & fuit dictum in illa Tiburtina Castrorum coram* R.P.D. *meo Marcomonsio.*

Præterea in omnem euentum hęc fuisset solommodo contradictio vnius d. capitulo, 4 † quę nihil operatur, cum debeat attendi quod fit à maiori parte Capituli, *cap. 1. & tot. tit. cum ibi not. de his quæ fiunt à maiori parte capit.* maxiomè, 5 † quia Episcopus, & omnes Capitulares viderunt possessionē traditam Caxæ, & audierunt contradictionem Alfonsi Rodriguez, & nihilominus passi fuerunt, vnde prædictam possessionem, vt dictum fuit, ratificarunt, & approbarunt.

Quantū ad contradictiones post adeptam à Capitulo possessionem nec etiam releuant, cum satis 6 sit, possessionem fuisse anteriorē, † nec illæ impediunt actum legitime consumatum ex iam dictis: vltra quod tractatus facti in alijs capitulis post illud, in quo fuerat facta electio, & tradita possessio si bene ponderentur, non concludunt ad possessorium, sed fuit actum, quis habendus esset pro Canonico, et quis habuisset maiorem partem votorū et cui esset respondendum de distributionibus, 7 † quarum denegatio facta Caxæ ab aliquibus Capitularibus non tollit possessionem iam ab ipso 8 adeptam. † Ad possessionem Vald. fuit alias responsum, quod non debet attendi tamquam posterior possessioni D. Caxę, cui quidquid ab eodem Vald. et Capitularibus actum fuit, non nocet, cum nunquam habuerit se pro spoliato, et possessionē animo retinuerit; Testes autem deponūt de possessione Vald. prout tradita fuit in Capitulo, et prout probatur ex publico instrumento illius Capituli.

Quo vero ad secundum quod Caxa in prouisionibus Regijs habuerit se pro spoliato fuit in alia 9 decisione responsum, quod † confessiones factæ coram Iudice laico, et pænitus incompetenti non 10 probant, quod † aliquæ fuerunt factæ à procuratore non habente sufficiens mandatum, et quod 11 † coniecturis, et circunstantiis facti apparet, quod omnes verificantur solum respectu naturalis possessionis, scilicet in illis turbationibus facti, quando fuit per vim à Barigello à Sede sui Canonicatus Caxa eiectus, vt patet ex ipsis prouisionibus, et ex ijs, quæ illas præcesserunt, et subsecuta sunt in alia decisione deductis, quæ DD. placuerunt.

12 Circa tertium quod Caxa † amiserit possessionem per sequestrum, et deputationem sequestrariorum, *iuxta dec. Put. & alias allegatas*, cum sequestrum non fuerit à Rota appositum animo priuandi quem possessione, sed solum causa custodię, et per modum prouisionis, sicut hoc non priuat partem sua possessione, ita nec nominatio sequestratorum, et alij actus in executionem huiusmodi sequestri facti, quidquid sit, quando apponitur in vim, *clem. 1. de sequestr. poss. & fruct.* quo casu constat de animo Iudicis volentis priuare possessione *& procedunt allegata dec. Put.* prout iam iste articulus ex professo discussus, *& decisus fuit in causa Calagurritana de Ormilla prima Ianuarij 1608. coram R.P.D. meo Sacrato.*

13 Quantum ad vltimum, quod Caxa † per taciturnitatem à die sequestri amiserit possessionem, nihil etiam releuat, tum quia semper substinuit litē, et fecit suas probationes, quæ nihil ei præiudicarunt respectu possessionis, tum quia non est decursum tempus decem annorum, ne dum vsque ad diem, qua cæptum fuit agi de manutentione, sed neque vsque ad præsens, tum quia, cum possessio non fuerit ab aliquo occupata, sed de ordine Rotę custodita, semper præsumitur continuata in Caxæ legitimum procuratorem de tempore motæ litis ex vulgatis regulis.

Et ita decisum etc.

Litta

Regien. Beneficij

13. Ianuarij 1597.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, Parito Breui, tribuit iurisdictionem conditionaliter, quatenus breui sit paritum: & ideo ante non potest mandatum de manutenendo cōcedi & num. 3.*

2 *Man-*

2 *Mandatum de manutenendo nullum est reuocandum.*

3 *Conditionis pendentia operatur iurisdictionis suspensionem, donec conditio purificetur.*

4 *Eiectus à possessione cum mandato de manutenendo reputatur ac si nunquam possedisset.*

5 *Continuans possidere non dicitur pati possidere alium.*

6 *Duo insolidum eamdem rem, eodemque tempore possidere est impossibile.*

7 *Mandatum de manutenendo dari non potest à Iudice cum clausula, Parito breui, contra eum, qui breue nititur.*

Decisio DLXXII.

Domini tenuerunt mandatum de manutenendo alias datum Laurentio Gabriono esse reuocandum ea potissimum ratione, quia causa erat mihi commissa cum clausula, Parito Breui, † quæ operatur, vt Iurisdictio intelligatur tributa conditionaliter, quatenus sit paritum Breui, et non alias, *Put. dec. 16. vt lit. pend. Capitaq. dec. 16. par. 2.* Vnde, cum adhuc non constet de paritione Breuis, merito defectu Iurisdictionis non sustinetur d. mandatum, et † vti nullũ venit reuocandum, *arg. cap. & si clerici de iudi. & & l. 1. cap. si d non compet. iud.* † pendentia enim d. conditionis operatur suspensionem iurisdictionis, vsquequo purificata sit ipsa conditio, *l. necessario de peric. & com. rei vend. l. Thais ancilla. §. Stichus. ff. de fideic. lib. cum aliis per Cephal. cons. 17. num. 21. & per Ruin. cons. 181. num. 2. lib. 1.*

Nec obstare dixerunt Domini, quod Marianus in executionem dicti Breuis acceperit possessionem, quia, † cum ab ea fuerit eiectus mediante d. mandato de manutenendo, est, ac si possessionẽ nunquam habuisset, stante quod, † qui continuat possidere, non dicatur pati alium possidere, cum † impossibile sit quod duo eodem tempore eiusdẽ rei insolidum possessores sint, *cap. inter dilectos. de fid. instr. & in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. possess.* et quod † stante commissione cum d. clausula non possit dari mandatum de manutenendo contra eũ qui nititur breue, *tenuit Rota in vna Conchen. Prastimonii 12. Decẽbris prædicti coram R. P. D. Decano &c.*

Cardinali Sacrato

Cesaraugustana Distributionis

Luna 25. Iunij 1607:

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo datur anteriori possessori.*

2 *Possessor anterior non amittit possessionem per alterius immissionem nullam.*

3 *Citandus est Rector Parochialis in executione literarum super dismembratione bonorum eiusdem.*

4 *Iudex executor deputatus cum clausula, vocatis vocandis, procedere, debet via iudiciaria.*

5 *Nec potest absq; vitio attentatorum ad effectualem executionem procedere intra decem dies datos ad appellandum.*

6 *Validitas Vnionis concernit petitorium, & non impedit interim manutentionem.*

Decisio DLXXIII.

Censuerunt Domini Ecclesiæ Parochiali † dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius anteriori possessione non dubitatur, sed tantũ ambigitur de priuatione mediantibus immissionibus datis ab Executoribus literarum Vnionis prætensę per Collegiatam de Baroca, quas immissiones Domini existimarunt fuisse minus legitimas, et ideo † per illas parochialẽ minime amisisse suam possessionem, *iuxta not. in cap. conquærente. de restit. spoliat. Boer. dec. 238.*

Quod autem fuerint minus legitimæ deducebatur quantum ad gesta per Officialem Terulen. quia † non fuit citatus Rector parochialis, de cuius bonorum dismembratione agebatur, *cap. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6.*

Quantum ad gesta per Vicarium Cæsaraugustanum, quia ipse fuerat † deputatus cum clausula, vocatis vocandis, quod casu tenebatur procedere in forma iudiciaria, *Felin. in cap. de cetero. nu. 10. de re iudic. Rot. dec. 32. de rescript. in antiq.* et consequenter † absque vitio attentatorum non poterat, vt fecit, intra decem dies datos ad appellandũ procedere ad effectualem executionem, *c. non solũ. de appell. in 6. cum concord.*

Quæ dicebantur † circa validitatem vnionum, visa sunt Dominis concernere petitorium, et ideo non esse interim retardandam manutentionem, et quantum ad prætensam immissionem obstare visum fuit, quod literæ Collegiatæ adhuc non essent iustificatæ etc.

Penia

Abulen. Sepulturæ

Luna 21: Februarii 1611.

S V M M A R I A.

1 *Sepultura quasi possessio, & ius prohibendi, ne alij ibi sepeliantur, acquiritur ex illatione cadauerum.*

2 *Sepulchrum quis habere nõ potest quo ad proprietatem, sed quo ad vsum, & priuatiuè quo ad alios.*

3 *Possessio quoad vnum actum propter generalitatẽ tituli & causa trahitur ad omnes alios sub eodem titulo, & causa comprehensos.*

4 *Ius, seu facultas ponendi tumbam, vel tumulum dicitur consecutiuum, & accessorium ad ius sepeliendi.*

5 *Possessio capta de principali trahitur etiam ad accessoria, & consecutiua.*

6 *Monumentum, vel memoria nomen vix retineri potest absque Epitaphijs seu sepulchralibus inscriptionibus.*

7 *Manuteneri non potest, qui se habuit pro spoliato. Lim. vt num. 8.*

8 *Præiudicare quis alteri nõ potest sine speciali mãdato in his, quæ pendent ab ipsius animo.*

Decisio DLXXIV.

DIE 21. Februarij presentis anni 1611. retuli hãc causam in Rota super dubio, An D. Didaco de Spinosa esset dandum mandatum de manutenendo; Et Domini vtraque parte informante dandum censuerunt, quia, cum in Sepultura, de qua agebatur in Cappella maiori existente in Parochiali Ecclesia Oppidi de Martini annoz Abulen. diœcesis D. Didacus de Spinosa pater huius Didaci iunioris, ossa bo. me. Cardinalis de Spinosa sui patrui, et eius primogenitorũ sepeliri, ibique Sepulchra cum insignibus, et effigie Cardinalis construi fecerit, et vltimo loco

1 D. Didacus pater ibidem sepultus fuerit, † per illationem cadauerum acquisiuit legitimam sepulturæ quasi possessionem, et ius prohibendi aliis, ne ibi Sepeliantur, *Host. in cap. abolendæ. prope fin. num. 18. vers. sed nunquid. de sepult. quem ibi communiter sequuntur Canonistæ. Io. Andr. num. 2. vers. quæris hic. Ant. de Butr. num. 3. Zabarell. num. 2. Panormit. num. 6. & tenuit Rota in vna Pamphilonen. Sepulturæ die 4. Maii 1584. affirmantes*, quod,

2 † licet quis non possit habere sepulchrum quoad proprietatem, potest tamen habere quoad vsum, vt scilicet ipse, et sui ibi sepeliantur, adeo quod eis inuitis alius ibi sepeliri non possit.

Neque ad rem pertinebat, quod pro parte Didaci non doceretur de quasi possessione apponendi tumbam, Quia cum in litteris Greg. XIII. et in concordia inita inter Cardinalem de Spinosa, et incolas prefati Oppidi daretur facultas non solũ construendi sepulturas, sed etiam tumulos, signa,

3 & lapides erigendi, † propter generalitatem tituli, & causæ possessio circa vnum actum trahitur ad omnes alios comprehensos sub causa, & titulo, *Bald. in l. 1. num 24. vers. tu dic. C. de emancip. liber. Felin. in cap. cadtis. num 19. in fin. vers. dicit Bald. de præscrip. Rot. in vna Toletana Annatarum die 16. Februarij 1571. coram bo. mem. Cantuccio tunc Rotæ Auditore.*

4 Supradictis accedebat, quod † ista facultas, seu ius ponendi tumbam, seu tumulum tamquam consequutiuum, & accessorium ad ius sepeliendi cen-

5 sendum erat, Vnde † possessio capta de principali procul dubio trahitur ad accessoria, & consequutiua, *Crauett. cons. 54. in fin. quæritur primo nu 14.*

Et propter eamdem rationem idem iudicium factum fuit de Epithaphijs, seu sepulchralibus inscriptionibus, quæ similiter pertinent ad commu-

6 nem sepulturæ vsum, & † sine quibus vix monumentum, vel memoriæ nomen retineri potest, *vt late docuit Ioannes Chiracanus lubecen. lib. 3. de funerib. Romanor. cap. 19. & multis sequentibus.*

Neque obstabat, quod dicebatur facultatem cõstruendi tumulos, & Epithaphia fuisse concessa cũ conditione, quatenus seruitium Ecclesiæ non impediant, Quia fuit dictum id pro parte Communitatis non probari, neque intelligi cum impedimẽto seruitij Ecclesiæ, vel Cultus Diuini.

7 Denique non obstabat, quod Didacus, † qui se habuerat pro spoliato petendo restitutionem, non posset manuteneri, Quia instantia non fuit facta

8 ab ipso Didaco, sed ab alio eius nomine, † qui non potuit ei præiudicare sine speciali mandato, cum hoc ab ipsius animo dependeret, *l. 3. §. in amittenda. ff. de acq. poss. &c.*

EODEM

Hipporegien. Cappella

Veneris 19. Aprilis 1606.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur anteriori possessori. Ampl. vt num. 2.*
3 *Possessio probatur per instrumentum illius adeptionis.*
4 *Probatio semiplena sufficit pro manutentione.*
5 *Possessio posterior non est manutenibilis.*
6 *Manutentio an competat in bonis ex possessione Ecclesia pendet ab eo, an ad eamdem Ecclesiam pertineant.*

Decis. DLXXV.

CVM Carolus Bernardinus acceperit possessionem bonorum, de quibus agitur die 12. Aprilis anni 1600. *prout in processu paruo fol. 2.* vbi reperiebantur specificata omnia bona, quorum capta fuit possessio, & Turinus Turinetius eorumdem bonorum acceperit possessionem sub die 22. eiusdem mensis, consequenter

1 † Carolo priori dandum fuit mandatum de manutenendo, *l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti pos-*

2 *sid. §. retinendæ. Inst. de interd.* & † maxime quia Carolus auctore Prætore accepit possessionem, quam seruatis seruandis in executionem litterarũ Apostolicarum sibi tradiderat Vicarius Episcopi Hipporegien. earum Executor, *l. iuste possidet. ff. de acq. poss. Dec. cons. 125. num. 3. vers. nam cum D. Antonius.*

3 Possessio autem probatur † tum per instrumentum possessionis, *Rot. in vna Romana Vineæ 23. Iunij anni 1581. coram bo. me. Robusterio*, tum per testes facientes semiplenam probationem, nam

4 probatio semiplena sufficit, *Alex. cons. 103. nu. 3. lib 7. Dec. cons. 56. num. 1.*

5 Possessio autem Turini † postea capta non erat manutenibilis, *cap. licet causam. de probat. Bart. in l. si duo. num. 4. ff. vti possid. Menoch. tract. de retin. remed. 3. num. 726.*

An autem respectu Cappellæ Sancti Martini, quam Turinus possidere pretendebat danda esset

6 sibi manutentio in bonis, † pendebat ab eo, An prædicta bona ad Cappellam pertinerent, de quo particulariter erat viden. &c.

Cardinali Sacrato

Nullius Prioratus, seu Præceptoria

Veneris 10. Iunii 1611.

SVMMARIA.

1 *Parochialitatis signa sunt exactio decimarum, & portionis iuris sepulturæ.*
2 *Manutentio competit stante possessione.*
3 *Cura, quamuis exerceatur per Cappellanos ad nutum amouibiles, dicitur esse penes deputantem illos.*

4 Duo

4 *Duo in Solidum non possunt eamdem rem possidere.*
5 *Possessio instrumentalis altero existente in possessione non suffragatur.*
6 *Cessione dicitur cedens cadere à possessione.*
7 *Remedia possessoria non competunt illi, qui cecidit à possessione facto proprio.*

Decis. DLXXVI.

PRO Monasterio Collis Modii solo informante fuit tentum, nempe illi esse daudú mandatum de manutenendo exercendi Curam in Ecclesia Sancti Petri respectu hominum Sancti Pii, et in Ecclesia Sancti Liberatoris respectu hominum Caporciani, ad quæ loca fuit translatum exercitium Curæ ab Ecclesia Prioratus Sancti Cesidii, quæ per prius erat Ecclesia parochialis, et matrix vtriusque Castri, quæ Ecclesia propter bella, et facinorosos homines fuit directa, et erat membrum, seu grangia Monasterii Collis Modii, prout hæc omnia deponunt testes, quorum summarium fuit datum; qui vlterius deponũt, Monasterium esse in quasi possessione exigendi decimas ab hominibus dd. Castrorum, nec non etiam 1 quamdam portionem iuris sepulturæ, † quæ sunt signa parochialitatis, c. *cum contingat de decim. c. ex parte Canonicorum. de sepult. Card. in clem. 1. n. 10. de offic. Vic. Rom. conf. 356. num. 3. Mohed. decis. 5. de decim. Verall. dec. 356. nu. 2. par. 2. fuit dictum in causa Vlixbonen. Iurisconsultcudi 2. Septembris 1505. & 21. Aprilis 1606. coram bon. mem. Luca.*

2 † Qua possessione stante non est dubium competere manutentionem, §. *retinendæ. Inst. de interd.* Et licet Monasterium non exercuerit curam per se ipsum, sed per Cappellanos ad nutum amouibi- 3 les, vt dicunt præfati testes, † non eo minus dicitur curam esse penes Monasterium deputans similes Cappellanos, *Innoc. in cap. cum non ignores num. 2. de præb. Card. cons. 30 in priu. Gemin. cons. 86. num. 4. Oldr. cons. 67. nu. 2. Rebuff. in prax. tit. de dispens. rat. ætat. vers. vel rarum proprio. Rot. in causa Pamphilonen. Antelationum relat. inter diuers. impress. dec. 326. num. 2. par. 1.*

Ex prædictis resultare visum fuit, quod posses- 4 sio non possit dari Nouitio, quia † duo insolidum non possunt eamdem rem possidere, *l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. l. si vi certo. § si duobus. ff. commod.*

Nec facit, quod Nouitius acceperit possessionẽ 5 instrumentalem, Quia † alio, nempe Monasterio existente in possessione non suffragatur, *l. non idcirco. C. de fid. instr. Rot. dec. 21. de rest. spol. in antiq. Verall dec. 336. par. 2. & 533. par. 3. fuit dictum in causa Pennen. & Adrian. Beneficiorum relat. inter diuers. impress. dec. 802. num. 5. par. 1.*

6 Vltra quod, si quam habuisset cecidisset mediante cessione, quam fecit ad fauorem Monasterii, et 7 † illi, qui cecidit facto proprio non competunt remedia possessoria, *Alex. cons. 6. num. 7. vers. secundo respondeo. vol. 3. Paris. cons. 1. nu. 164. vol. 1. Rip. in cap. sæpe. num. 27. de restit. spol. Cassad. dec. 4. nu. 6. eod. tit. Rot. in causa Romana Palatij de Ioachinis 26. Nouembris 1571. & prima Iulij 1575. coram bon. me. Seraphino relat. inter diuers. impress. decis. 131. num. 1. par. 1. &c.*

Penia

Hipporegien. Cappellæ S. Martini

Veneris 21. Ottobris 1611.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ possessori nõ competit manutentio in illius bonis, quæ alius antea occupauit, sed actio spolij Ecclesiæ nomine, & nu. 3.*
2 *Immissionem in vim gratiæ Rota non solet concedere, antequam gratia sit iustificata, & nu. 9.*
4 *Locationes cũ adminiculis probant primum extremum in spolio.*
5 *Sustentatio litis probat secundum extremum in spolio.*
6 *Spolij in iudicio an sit ostendendus titulus, & iustificanda gratia, & num. 8.*
7 *Præsumitur pro Executore, quod legitime immiserit.*

Decisio DLXXVII.

DIe 12. Maij proxime præteriti fuit dictũ in hac causa, quod cum constaret de bono iure Turini, sibi erat de aliquo opportuno iuris remedio prouidendum ad effectum, vt posset habere possessionem bonorum ad beneficiũ San. Martini spectantium.

Dato ergo particulari dubio, An Turino competeret immissio, vel potius actio spolij, vtraque parte informante, & dubio mature discusso Rota 1 censuit, quod † licet Turino non competeret manutentio respectu DD. bonorum, cu quo ipse nunquam eorum apprehenderat possessionem, quam Carolus Berardinus occupauerat paucis diebus ante, quam Turinus beneficij possessionem accepisset.

2 Neque immissio, quam † Rota non solet concedere, antequam gratia petentis fuerit iustifica- 3 ta, ei tamen † competebat actio spolij nomine Ecclesiæ, siue Cappellæ S. Martini, quam possidebat, ad recuperationem bonorum, quibus Cappella fuerat spoliata, *Innoc. in c. cum super num. 4. & ibi Abb. nu. 21. vers. ad tertiam quæstionem de caus. poss. & propr. idem Innoc. in c. literis de rest. spol. Rot. dec. 18. incip. mortuo quodam Ambrosio de rest. spol. in antiq.*

De possessione autem Ecclesiæ, siue Cappellæ respectu horum bonorum, & sic de primo extremo constabat tum ex locationibus Rectorum antecessorum, et etiam à Faustino factis, tum ex depositionibus testium, et sic cessabat difficultas ex eo 4 deducta, quod † solæ locationes non sufficerent ad probandum primum extremum, quia cum adminiculis probant, *Ang. in l. officium num. 2. ff. de rei vendic. Cæs. de Grass. dec. 38. alias 10. incip. resolutũ fuit nu. 7. de rest. spol. cum adductis per Gabr. tit. de locat. concl. 4. num. 16.*

5 De secundo extremo † constabat ex sustentatione litis, et alijs adminiculis.

Nec refragabatur, quod Turinus teneretur 6 † ostendere titulum Cappellaniæ, et consequenter iustificare suam gratiam, alias sola possessio non suffragaretur, nisi foret diuturna, *Abb. in c. cum super num. 22. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 1. de restit. spol. in nou.* Quoniam fuit responsum Primo Turinum iam ostendisse titulum suæ prouisionis ex literis apostolicis, quarum vigore ab Executore

9 fuerat in possessionem beneficii immissus, † pro qua præsumitur, quod legitime processerit.

8 Secundo fuit responsum, quod † cum Turinus respectu tituli, contra quem nihil fuerat oppositu, esset pacificus possessor, et consequenter poterat intentare actionem spolii pro consequendis bonis ad suum beneficium spectandum, Nec sibi præiudicabat decisio in causa Volaterrana Cappellaniæ torum bo. me. Seraphino die 16. Nouembris 1594 quia ibi ab Executore fuerat appellatum, & possessio fuerat attentata.

9 Tertio fuit responsum, quod † licet ad effectum obtinendæ immissionis oporteat iustificare gratiã, ad effectum tamen intentandi actionem spolii nomine suæ Ecclesiæ non tenebatur iustificare gratiam, cum esset possessor beneficii, et haberet possessionem tituli ab Executore, contra quem non fuerat oppositum, etc.

R.P.D. Pirouano

Leodien. Canonicatus Tongren.

Veneris 22. Aprilis 1611.

SVMMARIA.

1 Possessio probatur per instrumentum.
2 Canonicatus possessio capi debet capitulariter.
3 Possessio semel capta præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis non constito de possessione alterius.
4 Iudex rite, & recte procedens dando immissionem priuat possessione secus si nulliter, & iniuste.
5 Executor cum clausula, Amoto, dicitur mixtus, & assumere tenetur partes Iudicis, & procedere cum citatione, iuris ordine seruato, & appellationi deferre.
6 Manuteneri debet, qui non habuit se pro spoliato.
7 Possessio capta intra decem dies ad appellandum est attentata, & nulla.
8 Exceptio inualiditatis prouisionis respicit altiorem indaginem, & non admittitur in summarissimo possessorio.
9 Decretum irritans inficit titulum, & possessionem Lim. vt num. 10.

Decis. DLXXVIII.

Gherado Vosio dandum esse mandatum de manutenendo fuit resolutum, quia de possessione per eum capta sub die 13. Octobris 1608. apparet ex instrumento, de quo in 1 summario num. 2. † quod bene eam probat, l. prædia vbi Bart. nu. 1. ff. de acq. poss. leg. non idcirco vbi Bald. in princ. C. de fid. instr. Pat decis. 360. num. 8. 2 lib. 2. maximè quia capitulariter tradita fuit † prout de iure requiritur, gl. in c. si capitulariter in verbo factam de consti. præb in 6. Cassad. de caus. poss & 3 propr. decis. 8. et † in ea præsumitur continuasse vsque ad tempus motæ litis, non constito de possessione alterius, Rot. diuers. decis. 61. num. 6. par. 2. Pat. decis. 17. lib. 2.

Non obstat, quod Gheiardus Steuart fuerit im-4 missus in possessionem de mandato Iudicis, † qui enim, et recte procedendo priuat possessione, Ang. in l. tiam possidere. §. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. de acq. poss. Ferretti cons. 5. num. 9. in fin lib. 1. & sensit Rot. in vna Traiecten. Adrien. Beneficiorum inter impress. 803. nu. 7 par. 1. diuers.

Quia pro responsione fuit dictum, secus esse quando nulliter, et iniuste procedit, in casu autem, de quo agitur, nulliter processit, quia ut litteris adcar 5 rat clausula, Amoto quolibet detentore, † per quã tenebatur assumere partes Iudicis tamquam mixtus Executor, et citare, et deferre appellationi Feyn. in c. de cetero num. 9. de re iud. c. Achill. dec. 6. ca. 2. & 5. super reg. de vien. habet enim hunc senium clausula illa, vt teneatur Iudex iuris ordine seruato procedere, Bald. in rubr. de offic. deleg. num. 16. Mohed. dec. 7. nu. 5. de restit. spol.

Vnde cum Executor ille non detulerit appella 6 tioni interpositæ per Vosium, † quia ea propter non habuit se pro spoliato, nedum videtur manutenendus in possessione, Pat decis. 419. in fin. lib. 2. 7 sed † possessio aduersarii attentata, et nulla erit iudicanda tamquam capta intra decem dies datos ad appellandum, Lancell. de attent. pend. lit. inp. ad appell. par. 2. cap. 11. per tot.

Non obstante quæ dicuntur de inualiditate pro-8 uisionis Vosii circa vacationem, quia † respiciunt altiorem indaginem, nec admittuntur in summarissimo possessorio, Rot. in vna Romana Vineæ coram Robusterio inter impress. 644. num. 8. part. 1. diuers.

Non obstat decretum irritans, cui videtur sub-9 iacere prouisio Ordinarii, † quod inficit, et titulũ, et possessionem, Cassad. dec. 1. num. 2. de restit. spol. Rota in Ilerden. Parochialis inter impress. 510. nu. 5. lib. 3. par. 3. diuers.

10 Quia fuit dictum, prædicta † procedere, quando decretũ irritans fuisset iustificatũ, sed ante nõ tolle decernatorem, et insistentiam facti, prout fuit resolutum in causa Parmen. Prioratus torã bo. me. Orano 16. Februarii 1598 & in causa Cusentina Cappellaniæ 28. Octobris 1601. coram Illustrissimo Medino.

Et ita vtraque parte informante Domini resoluerunt, etc.

Iusto

Bracharen. Residentia

Veneris 26. Iunii 1609.

SVMMARIA.

1 Mandatum de manutenendo an detur in quasi possessione non residendi, & num. 2.
2 Mandatum de manutenendo pendens à negocio principali non datur, nisi ipso principali negocio terminato.

Decisio DLXXIX.

Pendente lite super statu Prioratus existentis in Ecclesia Parochiali B. Mariæ de Oliucira Bracharen. diœcesis, scilicet, An esset simplex beneficium, vel haberet Curam animarum annexam, & requireret residentiã, interim prætendebat modernus Prior sibi dandum esse mã datum de manutenendo de non residendo sub colore, quod probatum esset Antecessores suos non 1 resedisse, † quasi probati hac quasi possessione dicta esset manutenendus, ex decisione alias facta coram R. P. D. meo Decano in causa Brixien. San. Nazarii 26. Nouembris 160.. fuit tamen resolutum cõtra 2 ipsum Priorem informantem, † quoniam in hoc casu mandatum de manutenendo pendet à negocio principali, quia si Prioratus est curatus, Prior tenetur de iure, & consuetudine residere, Qua propter

peer allegare non residentiam prædecessorum est allegare absurdum contra ius, et sic non terminato negocio principali non est concedendum mandatum de manutenendo, *vt fuit resolutum coram Reuerendissimo Pacen. in causa Siracusana Abbatissatus prima Decembris 1598. & coram me in Vlixbonen. Declarationis Concordiæ 5. Maij 1599. & sæpè alias.*

Non obstat allegata decisio in causa Brixien. Quia ibi requirebatur Prior, vt resideret in Collegiata Ecclesia San. Nazarij, & pro residentia fuit datum mandatum de manutenendo, sed cum qualitate secundum statum, in quo reperiebatur, vt Prior exercere posset functiones in Ecclesia Cathedrali, vbi erat Canonicus, & sic vel nihil facit, vel facit contra informantem.

Et ita decisum fuit, &c.

Cardinali Lancellotto

Albanen. Beneficiorum

Veneris 27. Maii 1611.

S V M M A R I A.

1. *Acta integra dici non possunt, vbi clare apparet, quòd aliqua non fuerunt transportata.*
2. *Transportare an sufficiat sola acta, immediatæ præcedentis instantiæ, & non aliarum.*
3. *Trasportatus non dicitur extractus, in quo non reperitur transportatio ad notata.*

Decisio DLXXX.

FVit dictum, quod processus nõ sunt integri, nec legales, nam probatur, quod debeunt quatuor testes examinati, siue repetiti citato Tagliaferto, quorum quartus fuit examinatus cũ interrogatorijs pro eius parte datis, nec non plura constituta eiusdem Taglisferri, et alij actus, qui fuerunt transportati de prima instantia A. C. ad secunda Vicarij, nempè copia indiniorum in vna fol. 540. in alia fol. 170. copia quatuor testium repetitorum fol. 18. ac extractus actorum fol. 66. vt patet ex fide Notarij. Ab officio autem Vicarij ad officium Gub. coram quo causa in tertia instantia pendebat, transportata fuerunt regestrum factum coram Vicario fol. 368. item extractus factus coram A. G fol. 170. item alius sub die 9. Maij 1595. fol. 71. item alius sub die 15. Maij 1596. fol. 540. vt similiter patet ex alia fide Notarij. A quo officio Gub. fuerunt transportati ad A. C. coram quo causa fuit in quarta instantia introducta quinque extractus facti in causa inter Fiscum, et Taliaferrum, videlicet vnus coram A. C. fol. 170. alius coram eodem fol. 71. alius coram eodem fol. 539. et alius coram Vicario fol. 368. et alius coram Gub. fol. 235. vt patet etiã ex alia fide Notarij Dum verò causa corã A. C. in quarta instantia pendebat, fuerunt consignati, et accommodati Francisco de Liberatis sex extractus transportati ab officio Gub. ad officium Vgolini Notarij A. C. videlicet vnus fol. 368. factus coram Vicario alius fol. 235. coram Gub. alius fol. 539. coram A. C. alius coram eodem fol. 170. alius coram eodem fol. 71. alius coram eodem fol. 75. vt patet in alia fide Notarij.

Qui extractus ab officio Gub. ad officium A. C. in quarta instantia transportandi, et dicto Francisco ad effectum videan. accommodati non cõstat, quod fuerint amplius reportati, adhuc penes manus d. Francisci remanet accensa.

Neque in secunda instantia coram Vicario, siue Pinzoco ab eo deputato, neque in sexta coram bo. me. Card. Matteo constat, quod fuerint exhibiti, et
1 propterea, cum clare pateat, quod iste extractus, præsertim verò constituta Tagliaferri, et quatuor testes ipso citato examinati, siue repetiti non fuerunt transportati coram Cardinali Maffeo, acta, et processus non possunt dici integri.

2 Neque obstat, quod † coram Cardinale Maffeo satis fuisset transportare acta, quæ reperta fuerunt penes Notarium Vicarij. siue Pinzochi Iudicis suæ instantiæ, Vnde causa ante Cardinalẽ Maffeũ deuoluta fuit, coram quo Pinzoco non constat, quod fuerint transportati, seu repetiti isti extractus Frãcisco Liberato consignati, Quia hoc bene procedere posset, si dictus Cardinalis reuocasset solum sententiam Pinzochi, sed cũ reuocasset etiam alias sententias, et præsertim illa A. C. id facere non poterat, nisi visis actis aliarum instantiarum, et præsertim factis in prima instantia coram A. C. cuius sententia fuit reuocata.

Neque obstat, quod isti actus, et extractus essent facti ante monitorium contra Tagliafertum executum die 16 Maij 1595. ad docendum de legitima collatione beneficiorum intra biduum sub pena amissionis beneficiorum, quasi quod tunc inceperit ista causa collationis beneficii, non ante, ac inde actus facti prius non sint illius causæ, sed præfixio termini peremptorij antequam ad expeditionem causæ procederetur quod patet tũ quia tali casu non erat locus monitorio, sed sufficiebat citatio ad sententiam, tum quia inter hoc monitorium, et sentẽtiam intercesserunt solum tres dies, in quibus nihil fuit productum, aut probatum, vnde sententia iustificari potuisset, tum quia dicta constituta, et testes examinati respiciunt principaliter causam collationis beneficij.

3 Præterea † in istis extractibus non reperitur ad notata aliqua transportatio manu Notarij de vna instantia ad aliam, vt fieri solet cum descriptione anni, mensis et diei, et adsunt aliqui errores, vt decretum de corrigendo, quod non legitur in manuali, et citatio ad videndum corrigi extractum in aliquibus verbis discordat ab ea, quæ reperitur in eodem manuali, et in extractu fol. 68. siue 69. non reperitur Bulla prouisionis, et collationis per Tagliaferrum coram Vicario repetita citato, sed solum fol. 42. adest quædam Bulla prouisionis, quæ non constat, quod sit illa repetita, vltra discordantiam in folijs, siue autem ista euenerint per inaduertentiam illius, qui confecit manuale, siue per errorem Extractistæ, nihilominus cum extractus non iustificatur per originalia, aut alio modo, nec sit adnotata transportatio manu Notarij, et allegatur isti errores, nõ potest Iudex in eo se fundare.

Et ita decisum, etc.

Eminentiss. Domino Cardinali Pamphilio

Sabinen. Pecuniaria

Veneris 19. Martij 1610.

S V M M A R I A.

1. *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum, ex quibus constet de iurisdictione, mandato, citatione, & alijs requisitis.*

2 *Responsionibus positionum dicitur renunciatum, si fuerit postea ad alios actus deuentum absque protestatione, seu repetitione huiusmodi instantiæ, & non fuerit processum ad coactionem.*

3 *Positiones non sufficit esse admissas, nisi pars faciat alias diligentias, et instantias.*

4 *Iudex non tenetur officium suum non petenti impertiri.*

5 *Mandatum speciale requiritur ad exigendum, vel quod quis habeat generalem bonorum administrationem.*

6 *Procuratoris constitutio facit præsumere, quod idē antea non esset procurator.*

7 *Iniustitia vt dicatur notoria debet esse talis, vt nullo colore velari possit.*

Decisio DLXXXI.

PRopositi dubium An sententia Rotalis sit nulla, vel notorie iniusta, quod fuit negatiue resolutum, & quantum attinet ad nul-
1 litatem visum fuit, † illam excludi ex ipsis actis, ex quibus constat de iurisdictione, mandato, & citatione, alijsque requisitis ad validitatem sententiæ, & regulare est ex reuolutione actorum probari validitatem sententiæ, *vt fuit dictum in causa Aaronitanà separationis thori 9. Iunij 1600 coram R.P.D. meo Lancellotto, et alios sæpius.*

Nec releuare, quod pro parte Monialium non fuerit responsum positionibus pro parte Principis in actis datis, prout pro eius parte fuerat instatū,
2 quia dixerunt obiectum, cessare ex facto, † non solum, quia post illarum admissionem fuit deuentū ad plures actus absque aliqua protestatione, itaut videatur ab huiusmodi instantia recessum, *ad dec. Put. 218. lib. 2. cum simil.* sed etiam quia Princeps non procurauit, vt Moniales cogerentur ad respōdendum dictis positionibus intimando illis monitorium, & procedendo contra eas procensuris,
3 cum † non sufficiat, quod pars faciat admittere positiones, nisi alias diligentias, et instantias fa-
4 ciat, † Iudex enim non tenetur officium suum nō petenti impertiri, *l. 4. §. hoc autem iudicium, & ibi not. Bart. & alij communiter. ff. de dam. in fect.*

Quo verò ad notoriam iniustitiam dixerunt, illam cessare ex decisione in hac causa facta coram R.P.D. meo Sacrato, in qua respondetur ad omnia, quæ ad ostendendum huiusmodi notoriam iniustitiā deducūtur, et in specie quod Cęsar Oldus, cui dicuntur factę solutiones, esset procurator Monialium, et solitus se immiscere in negotijs Mo-
5 nasterii, tollitur ex eo, quod † ad exigendum requiritur mandatum speciale, vel quod haberet generalem administrationem omnium bonorum Monasterij *l. vero procuratori: & ibi gla. & Doct. ff. de solut.* quod per testes pro parte Principis adductos non apparet probatum; Vltra quod de anno 1588. & sic post factas huiusmodi solutiones
6 Cęsar fuit constitutus Procurator Monialium, † ex quo arguitur, quod antea non esset procurator, *ad l. cum ex filio §. filia. ff. de vulg. Paris. cons. 43. num. 75. lib. 2.* Adeo quod non potest dici con-
7 stare de notoria iniustitia, † quę debet esse talis, vt nullo colore velari possit, *vt per Franc. in c. dilecta. n. 155. ad fin. de appell. Felin. in c. inter cæteras. n. 7. de re iud. Cor. cons. 10. nu. 3. lib. 4. & fuit dictum in causa Romana Grani de Iustiais 18. Martij 1575 coram Robusterio relata inter impressas diuers. dec. 85. nu. 4. part. 1.*

EODEM

Cesenaten. Bonorum

Veneris 13. Iunii 1608.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum probat possessionem.*

2 *Possessio instrumentalis est manutenibilis, præsertim si capta sit auctoritate Iudicis, per quem anterior possessor sua possessione priuatur.*

3 *Indemnitatis fideiussor non tenetur nisi pro damno passo.*

4 *Decl. procedere in eo, qui indemnitatem promisit principali creditori, secus in eo, qui indemnitatē promisit ad fauorem fideiussoris. & nu. seqq.*

5 *Promissio indemnitatis ad fauorem fideiussoris habet plenum significatum.*

6 *Et comprahendit susceptionem litis, & liberationem a molestijs.*

7 *Et molestiis illatis, ac intimatis locus est obligationi de indemnem conseruando, & à molestiis liberanda.*

8 *Ad effectum tamen deponendi pro fideiussoris securitate, & liberatione à molestiis iuxta stylū A.C. per Rotam approbatum.*

9 *Mandatum non debet relaxari contra bona propria hæredis cum beneficio legis, & inuentarii.*

10 *Nisi citatus ad inuentarium exhibendum illud nō exhibuerit, vel de inuentariatis rationem non reddiderit. & num. 11. & 12.*

11 *Inuentarium allegare non sufficit, nisi etiam exhibeatur.*

13 *Nec lucrum affert, sed à damno præseruat.*

14 *Nec suffragatur, quatenus adsint bona hæreditaria.*

Decisio DLXXXII.

FVit per Dominos resolutum, mandatum de manutenendo in possessione bonorum, de quibus agitur, dandum esse Antonello, &
1 consortibus, † de quorum possessione constat ex instrumento illius adeptionis, *l. prædia. & ibi Bart. ff. de acq. poss. l. nō idcirco, & ibi Bald. C. de fid. instr.*
2 Et † licet sit instrumentalis, est tamen manutenibilis, ex quo fuit capta Iudicis auctoritate, per quam propterea Alexander fuit priuatus sua possessione, *l. iuste possidet vbi Bart. & alii. ff. de acq. poss. Ang. in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor. in fin. & ibi post eum Roman. nu. 3. vers. 2. Alex. nu. 2. in fin. ff. eod. & fuit sæpe decisum.*

Neque obstare, quod pro parte Alexandri dicebatur A.C. iniuste processisse relaxando mandatū contra ipsum pro tota, & integra summa scutorū 557. debita principali creditori, cum verè Antonellus, & consortes non soluerint totam istam sūmam, sed concordauerint soluendo singulis annis
3 scuta 331. & tamen † fideiussor indemnitatis, qualis fuerat Paulus auctor d. Alexandri non tenetur, nisi pro damno passo & in subsidium, *l. 1. & ibi Bart. in princ. C. de conuen. Fisc. debitor. lib. 10. cum aliis alleg.*

4 Quia pro responsione placuit Dominis † distinctio facta per informantes pro Antonello, & consortibus, quod, Aut versamur in eo, qui principali creditori indemnitatem promisit, et hoc casu promissor nō tenetur, nisi quatenus creditor damnū sentiat, *vt per Bald. in l. si pro ea. num. 13. C. mand.* et in istis terminis procedunt allegata pro Alexandro

dro; Aut vero sumus in promissione indemnitatis facta fideiussori, qualis est promissio, de qua agitur

5 & tunc, cum † ista promissio habeat plenum significatum, *vt per Bald. in d. l. si pro ea sub numer. 13.*

6 † comprehendit susceptionem litis, et liberationé à molestiis, *Bart. per illum text. in l. pater. num. 1. ff. de dot. praleg. Ruin. cons. 187. numer. 2. lib. 1. Paris. cons. 109. num. 37. lib. 1. & Soccin. iun. cons.*

7 *42. num. 1. vers. quinimmo etiam lib. 4.* Vnde † eo ipso, quod Antonellus, et consortes fuerunt molestati, et molestiæ intimatæ intrauit eius obligatio de conseruando illos indemnes, et liberando à molestiis, etiam absq; alio damno per prædicta, *& fuit decisum in vna Romana Census 18. Iunii 1601. coram Illustrissimo Cardinali Mellino*, adeo quod mandatum pro tota summa fuerit rite, et recte relaxatum, maxime quod non fuit relaxatum, neque executioni demandatum ad effectum consignandi Antonello, et consortibus totam summam,

8 sed † ad effectum illam deponendi pro illorum securitate, et liberatione à molestiis, *iuxta stylum A. C. quem in simili probauit Rota in d. Romana Census 26. Nouembris 1604. coram eodē Illustriss. Mellino.*

Minus etiam obstare, quod mādatum fuerit relaxatum etiam contra bona propria ipsius Alexādri hæredis Pauli, fideiussoris indemnitatis, cum beneficio legis, et inuentarii, et in illis fuerit fa-

9 cta executio † contra dispositionem, *tex. in l. fin. §. & si præfatam. cum ibi not. C. de iur. delib.* quia, cū

10 Alexander † citatus ad exhibendum inuentariū illud non exhibuerit, recte fuit contra eius bona

11 ppria mandatum relaxatū, ex quo † non sufficit inuentarium allegare, nisi etiam apud acta exhibeatur, *Bald. cons. 119. num. 4. lib. 3.* et ita quotidie de stylo A. C. practicatur.

Nec releuare, quod post mandati prædicti relaxationem huiusmodi inuentarium fuerit in actis productum, et tunc A. C. in executione supersederi

12 mandauerit, quia, † cum in inuentario adsint descripta multa bona mobilia, et certa quantitas pecuniarum, de quibus Alexander nullam reddebat rationem, bene fuit reuocata supersessoria, et

13 facta executio in bonis proprijs ipsius, † Inuentarium enim hæredi lucrum non affert, sed illum dūtaxat à damno præseruat, *l. fin. §. licētia. & ibi not.*

14 *C. de iur. delib.* et, † quatenus adsunt bona hæreditaria, ei non suffragatur, *Dec. post alios in l. debitori. num. 10. C. de pact. Roman. cons. 18. in fin. cū aliis per Pinell. qui de communi testatur, in l. 1. par. 3. num. 81. in 7. ampl. C. de bon. mater. & tenuit Rot. in Tiburtina Castri Vinarii 19. Februar. 1596. & 27. Iunii 1597. coram Illustriss. Cardinali Pamphilio.*

Cetera bene tolluntur per informantes pro Antonello, et consortibus, cum quibus Domini transierunt etc.

E O D E M

Vicen. Prioratus

Veneris 5. Iunij 1609.

S V M M A R I A.

1 *Possessio alteri acquiritur per procuratorem specialem.*

2 *Possessio quamuis instrumentalis est manutenibilis, si tūc tempus nullus alius in possessione erat. Ampl. vt num. 3.*

4 *Possessio capta post inhibitionem Rotalem vti attentata non est manutenibilis.*

5 *Possessionem præcessisse, & subsecutam fuisse inhibitionem in dubio præsumitur, si omnia eadem die facta sint, vt ipsa possessio substineatur, & excludantur attentata.*

Decisio DLXXXIII.

DOmini resoluerunt, mandatum de manutenendo dandum esse fratribus Monasterii Sancti Iacobi de Zomp. Ordinis Sancti Dominici, de quorum anteriori possessione cōstat ex instrumento illius adeptionis mediāte persona Fratris Alexandri procuratoris per eos ad capiendam huiusmodi possessionem specialiter

1 constituti, † per quem propterea dicitur illis acquisita possessio huius Prioratus, *l. 1. §. per procuratorem. ff. de acq. poss. l. 1. C. eod. tit. & vtrobique Doctores. & in cap. accedens. vbi Abb. sub numer. 5. de præb. & fuit dictum in causa Placentina Cappellaniæ 21. Maii 1601. coram Illu-*

2 *strissimo Cardinali Pamphilio.* Et † licet fuerit mere instrumentalis, nihilominus est manutenibilis ex quo tunc temporis nullus in ea existebat *Rot. de rest. spol. decis. 21. in antiq. & decis. 8. in anti-*

3 *quior.* † maxime quod fuit capta auctoritate Executoris litterarum Apostolicarū Vnionis d. Prioratus ad fauorem dicti Monasterij factæ, *l. iuste possidet. & ibi not. ff. de acq. poss. Ang. in l. qui vniuers. §. item cum Prætor. in fin. & in l. clam possidere. § qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. eod.*

Nō obstare, quod dicebatur, possessionem fuisse

4 captam in spretum inhibitionis Rotalis, et † per consequens vti attentatam non esse manutenibilē, Quia fuit responsum ex deductis pro Vniuersitate et Canonicis non apparere, quod inhibitio fuerit præsentata, et intimata præfato Fratri Alexādro, antequam possessio caperetur.

Nec releuare, quod inhibitio fuerit præsentata, et intimata eadem die, qua fuit capta possessio, Quia, vltra quod possessionem præcessisse probatur ex attestatione eiusdem Notarii, qui de ipsa possessione, ac etiam de executione inhibitionis fuit rogatus, quod etiam deponit vnus testis, fuit

5 dictum † pro validitate possessionis, et ad excludendum attentata præsumendum esse, possessionē fuisse antea captam, et inhibitionem postea intimatam, *Achill. decis. 37. de appell. Cresc. dec. 1. de caus. poss. & propr. & fuit dictum in vna Romana Domus 13. Februarii 1595. coram bo. me. Cardinali Seraphino. &c.*

E O D E M

Alerien. Beneficij

Mercurij 17. Iunij 1609.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria datur ob non paritionem mandato de manutenendo facta illius intimatione, ac reproducta, atque seruatis quatuor terminis ad docēdum de ipsa paritione.*

2 *Mandatum de manutenēdo relaxatum citato procuratore prædecessoris suffragatur etiam contra successorem.*

3 *Et illo successori intimato, & non constito de paritione, & eo fortius constito de contrauentione potest contra eum ferri declaratoria.*

Decisio DLXXXIV.

1 FVit dictum,† dandam esse declaratoriam ob non paritionem mandato de manutenendo stante illius intimatione, et reproductione eum obseruati one quatuor terminorum ad docendum de paritione, *Mohed.decis.1.de sent.excomm. Achill.dec.5.num.2.& 3.eod.tit.& fuit sæpissime decisum, & signanter in causa Salamantina Stipendiorum 30.Maii 1607.coram R.P.D. meo Lancellotto.*

Neque obstare, quod in relaxatione prædicti mandati de manutenendo Andreas non fuerit citatus, quia, cum ipse tunc non possideret beneficiũ nec esset in causa, non erat citandus, sed † sufficit quod fuerit relaxatum citato procuratore sui prędecessoris ad hoc, vt suffragetur etiam contra ipsum in beneficio successorem, *Guid.Pap.dec.629. Put.dec.151.lib.3.& fuit dictum coram me in causa Ariminen.Pensionis 24.Maii 1606.*† cum fuerit postea huiusmodi mandatum ipsimet Andreæ personaliter intimatum, et de paritione non solũ non constet, sed potius ex testibus pro parte Vincentij examinatis appareat de manifesta contrauentione, potest contra eum ferri declaratoria, *Rot.dec.15.de sent.excomm.in antiq.& fuit dictum in causa Hebrien. Beneficii 28. Maij 1608. coram R.P.D.meo Lancellotto &c.*

E O D E M

Toletana Parochialis

Veneris 26. Junij 1609.

S V M M A R I A.

1. *Arbitrium regulatur à iure.*
2. *Attentata, quæ sunt clara, de iure veniunt reuocanda.*
3. *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta est timenda.*
4. *Arbitrio Rotæ non est dignus, qui illius iurisdictionem, & inhibitionem contempsit.*
5. *Possessio capta post inhibitionem est attentata etiã si sit in vim gratiosæ subrogationis.*
6. *Litigiosa non dicitur Parochialis, si lis nõ sit super ea, nec illius titulo, sed super iure optandi, & prouidendi, nisi sit in lite præsentatus, qui institerit p institutione, & à denegatione appellauerit quia tũc dicitur lis super titulo, & eo magis si adsit commissio cum clausula, Quam, & quas.*
7. *Parochialis possessio facto concursu suspendi non debet. Lim. vt num. 8.*

Decisio DLXXXV.

1 DOmini tenuerunt nõ esse locum arbitrio pro reiectione attentatorũ, quia † arbitriũ regulatur a iure, *Bart.in extrauag. ad reprimend.in verb.videbitur.nu.8.Cas.de Gras. dec.7.num.6.in fin.& seq.& dec. 8.numer.2.de re iudic.*de iure autem,† quando attentata sunt clara veniunt reuocanda, *cap. non solum.& ibi Doct.de appell.in 6.Rot.dec.8.vt lit. pend.in nou.Lancell.de attent.par.3.cap.30.num.153.cum.seqq.*

In casu autem, de quo agitur, attẽtata sunt clara, nam Ferdinandus cepit possessionẽ Parochialis post sibi intimatam inhibitionem Rotalem, 3 † quæ siue iusta, siue iniusta erat timenda, *Put.dec. 395.lib.2.Verall.dec.93. par.2.Achill.decis.29.de appell.*† 4 nec ille est dignus arbitrio Rotę, postquã illius iurisdictionem, et inhibitionem contempsit.

Non obstat, quod possessio fuerit capta in vim 5 gratiosæ subrogationis, Quia,† cum præcesserit inhibitio legitime intimata, non potuit capi absque vitio attentatorum, *Lancell.de attent.lit.pend. in præfat.num.373.& seqq.& fuit dictum in causa Regica.Prioratus 14. Iunii 1604.coram R.P.D. meo Coccino.*

Nec subsistit, quod pro parte Ferdinandi dicebatur, litem nõ esse super Parochiali, neque super eius titulo, sed solum super iure optandi, et prouidendi inter Archiepiscopum, et Cõgregationem 6 Mozarabum, et † per consequens non esse litigiosam, *Put.dec.496.lib.2.cum aliis allegatis.* Quia, cũ etiam esset in lite Hieronymus à Congregatione prædicta ad istam Parochialem præsentatus, quia pro sua institutione apud Ordinarium institit, et à denegata sibi institutione appellauit, lis dicitur quoque introducta super titulo Parochialis, quæ propterea fuit effecta litigiosa, *Put.d.decis. 496.numer.3.& 4.lib.2.* maxime stante clausula, Quam, et quas, quæ est apta efficere beneficium litigiosum, *vt fuit dictum in causa Elnen.Præceptoria 28.Nouembris 1608.corã R.P.D. meo Marcomontio, & alias sæpius.*

Neque etiam releuat, quod agitur Parochiali, 7 † in qua facto concursu, *ex dispositione Sacri Concilii Tridentini cap.18. vers.in omnibus. sess.24.de reformat.& ex Bulla Pii V.de cõferẽdis Parochialibus* possessio, non debet aliquo modo suspendi, 8 nec impediri,† Quia Concilium, et Bulla procędunt, quando lis est super idoneitate prouisi, non autem quando agitur de qualitate beneficii, prout in casu isto, in quo prętẽditur, non esse locum cõcursui, et lis est cum Ordinario super iure conferendi, quo casu non intrat dispositio Concilii, et Bullæ Pij V. et possessio remanet attẽtata, *vt fuit resolutum in causa Lucana Plebis 18. Iunii 1571. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & in causa Compostellana Parochialis 16.Ianuarii 1580.corã eodem &c.*

E O D E M

Forolimien. Fideicommissi

Veneris 27.Nouembris 1609.

S V M M A R I A.

1. *Spolium intrat constito de vtroque extremo.*
2. *Extremum primum in spolio quomodo probetur.*
3. *Extremumq; secundum in spolio quomodo probetur.*
4. *Possessio etiam capta auctoritate Iudicis dicitur spoliatiua, & in primis restituenda, si Iudex nulliter processerit.*
5. *Sententia non publicata eadem die, qua lata fuit, est nulla.*
6. *Sententia si lata sit prout in cedula, non debet in ea dies aperitionis adnotari, sed simpliciter cedula aperiri, & retrotrahi ad diem prolationis.*

Decis.

Decisio DLXXXVI.

1 FVit per Dominos resolutum,† intrare spolium, quia constat de vtroq; extremo, *Abb. in cap. cum ad sedem. numer. 28. de rest. spol. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 32. de caus. poss. & prop. Couar. in reg. possessor. par. 2. §. 1. nu... de reg. iu. in 6. Caputaq. decis. 69. iur. lib. 2. in manuscrips.*

Nam de primo extremo, nempe de possessione Armellinæ, & Elisabettæ visum fuit sufficienter 2 † constare tum ex confessione Iacobi Mariæ, & Marci Antonij facta in libello, dum contra præfatas mulieres coram Gubernatore Foroliuij iudicialiter in vim saluiani egerunt, *l. cum precum. C. de liber. caus. Abb. in cap. fin. num. 15. ibi*, secus si in libello aliquid confitetur *de confes. cum alijs per Gabr. eod. tit. concl. 1. num. 12.* tum ex subsistentatione litis pro parte earumdem mulierum iuncta sententia contra eas in d. iudicio lata, & executione illius reali subsecuta, ex istis enim omnibus simul iunctis plene iustificatur primum extremum, cum per se ferant possessionem ex parte illius, qui tali iudicio conuentus fuit, & in eo succubuit, *Card. in cap. cum venissent. in 5. q. de rest. in integr. & in istis terminis fuit resolutum in causa Romana Spolij prima Martij 1602. coram bonæ memoriæ Litta.*

3 De secundo extremo † non fuit dubitatum stante appræhensione possessionis vigore mandati de immittendo in vim d. sententiæ relaxati per Iacobum Mariam, & Marcum Antonium captæ, necnon subsistentatione litis, *iuxta dec. Caputaq. 369. par. 2. in quam pluribus causis per à Rota approbatam.*

Nec releuat, quod Ioannes Maria, & Marcus Antonius possessionem bonorũ, de quibus agitur, auctoritate Prætoris appræhenderint, *ad tex. in l. iuste possides. ff. de acq. poss. cum simil.* Quia,† cum Iudex nulliter processerit, Armellinam, & Elisabettam spoliauit, quæ propterea in primis, & ante omnia sunt restituendæ, *l. fin. C. si per vim, vel alio modo. & l. meminerint. C. vnd. vi. Abb. in cap. conquerente. num. 8. de restit. spol. Felin in cap. dilectus. nu. 1. vers. fallit. 2. de rescript. Oldr. cons. 217. num. 1. vers. secunda regula Aym. cons. 302. num. 1. & seq. & fuit dictum in supra citata Romana Spolii, & alias sæpissime.*

5 Quod autem Iudex in hoc casu nulliter processerit, patet ex eo, quia † sententia per eum nõ fuit publicata eodem die, quo fuit lata, *contra tex. in l. 2. & 3. C. de sent. ex breuil. recit. Vant. de nullit. ex defect. proc. num. 69. Paleott. dec. 253. quæ est relata inter impress. diuers. 705. lib. 3. & fuit resolutum in Fauentina successionis 17. Nouembris 1601. corã Reuerendissimo Pacen.*

Neque obstat, quod fuerit pronunciatum prout in cedulis iuxta stylum illarum partiũ; Quia, præter id, quod talis stylus non probatur, fuit respon-6 sum, quod nihilominus † nõ erat apponenda dies publicationis in d. sententia, sed simpliciter aperienda cedula, quæ tunc retrotraheretur ad diem probationis sententiæ, *vt fuit dictum in d. dec. Paleotti, & in d. Fauentina successionis.*

Et ita decisum, &c.

EODEM

Leodien. Beneficiorum

Veneris 4. Decembris 1609.

SVMMARIA.

1 *Possessio beneficii capta nomine Cameræ, & per illius Commissarium cessa prouiso sufficit eidem pro manutentione.*
2 *Possessio instrumentalis satis est ad manutentionẽ, vbi non docetur, alium tunc temporis in possessione.*
3 *Copia instrumenti mandati procura non probat.*
4 *Beneficii possessio absque speciali mandato non acquiritur.*
5 *Iudex rite, & recte procedendo ad immissionem pro aliquo priuat alium anteriorem possessorẽ.*
6 *Breuis iustificatio quando dicatur concludenter facta.*
7 *Confessio partis probat ad fauorem aduersarii.*

Decisio DLXXXVII.

VNA tantum parte informante fuit decisum, mandatum de manutenendo in possessione beneficiorum de quibus agitur, esse dandum Guglielmo, de cuius possessione cõstat ex instrumento illius adeptionis per procuratorem Cameræ Apostolicæ vigore Breuis de ca-1 pienda possessione nomine Cameræ emanati, † quæ cum postea per eius Commissarium fuerit cessa ipsi Guglielmo, illi pro obtinenda manutentione suffragatur, *vt fuit pluries decisum, & signanter in causa Corbunen. Cappellaniæ 21. Aprilis 1605. corã R. P. D. Ortembergo*, & † licet illa possessio fuerit 2 mere instrumentalis, attamen, cum non appareat quod tunc temporis alij essent in possessione istorum beneficiorum, est manutenibilis, *Rota decis. 21. de rest. spol. in antiq. Cistgnet. decis. 7. eodem. tit. Cassad. dec. 2n. in fin. de praben.*

Nam quoad beneficium Sanctarum Mariæ, & Agathe nullus se opponit, nec attenditur quod post mortem Iacobi vltimi eius possessoris aliquis adeptus fuerit illius possessionem. Quo verò ad beneficium Beatarum Annæ, et Barbaræ licet adducatur anterior possessio Nicolai, illa tamen dicitur capta mediante persona procuratoris, de cuius mã-dato non constat, nisi ex quadam copia Instrumen-3 ti, † quæ non probat *l. 2. ff. de fid. instr. l. sancimus C.* 4 *de diuers. rescr.* et † possessio beneficij non acquiritur absque speciali mandato, *gl. in cap. si tibi absenti in verbo habuerit, & ibi Gemin. num. 14. ad fi. de preb. in 6. Rot. dec. 21. de procur. in nouis. Felyn. in cap. non nulli §. sunt & alii. num. 11. vers. an ante. de rescript. & tenuit Rota in causa Leoden. Parochialis 23. Iunii 1603. coram Illustrissimo Cardin. Pamphilio.*

Sed visum fuit cessare difficultatem ex eo, quod possessio Guglielmi fuit capta in vim Breuis de capienda possessione nomine Cameræ de manda-5 to A. C. † qui iustificato Breui rite, et recte procedendo anteriorem possessorem, quatenus adesset sua possessione priuauit, *l. iuste possid. & ibi Bart. & alii ff. de acq. poss. Ang. in l. qui vniuers. §. item cum prætor. in fin. & in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas num. 2. in fin. Ias. num. 2. ff. eod.*

Quod autem Breue fuerit iustificatum satis cõstat ex deductis pro Guglielmo, nam, quod Iacobus

bus obierit in possessione beneficii, Sanctarū Mariæ, et Agathæ de mense Martii 1604. probatur ex attestationibus Rectoris parochialis Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ, in qua est situm huiusmodi beneficium, nec non patris, & fratris eiusdem Iacobi de visu, & certa scientia affirmantium ipsum in quieta, & pacifica possessione dicti beneficij obijsse de mense Martij 1604. quod etiam deponunt duo testes de publica voce, et fama, et de diuersis litteris tám ad ipsos, quam ad alios scriptis, quorum dicta vlterius coadiuuantur ex impetratione facta per vnum ex ipsis testibus de alio beneficio vti vacante per obitum eiusdem Iacobi in 6 dicto mense, quæ impetratio habuit effectum, † ex quibus omnibus simul iunctis resultat sufficiens probatio, *iuxta tradita per Gabr. concl. prima de probat.*

Quo vero ad obitum Gottifredi in possessione beneficij SS. Annæ, et Barbaræ de mense Iulij eiusdem anni adest quoque sufficiens probatio, nam vltra fidem curatum testium, qui illius morti interfuerunt, et testes de publica voce, et fama corā A.C. examinatis adest explicita confessio Nicolai, qui de illo vti vacante per obitum dicti Gottifredi de mense Iulij obtinuit sibi prouideri per Decanum, et Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Sā-7 cti Ioannis Euangelistæ Leodien. † ex qua Nicolai confessione plene, et concludenter remanet probatus obitus Gottifredi in possessione d. mense, *Egid. dec. 268. 320. & 596. Verall. dec. 186. lib. 1. in manuscr. & fuit resolutum in Placentina Canonicatus paenitentiariæ 12. Nouembris 1607. coram bo. me. Iusto, & alias sæpius &c.*

E O D E M.

Alerien. Beneficij

Veneris 11. Decembris 1609.

S V M M A R I A.

1 *Possessorium summarijssimum sublatum non censetur regulariter per rescriptum continens cumulationem possessorii, & petitorii, quin si de eo prius liqueat, prius possit terminari. Lim. vt num. 2.*

Decis. DLXXXVIII.

VIncentius Adiutellus obtinuerat mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur, cui pro parte Andreæ nunquam fuit paritum, ideo disputato particulari dubio seruatis seruandis contra ipsum fuit lata sententia declaratoria incursus censurarum, verum quia pro parte Vincentij instabatur pro instrumento declaratoriæ, et pro parte Andreæ fuit obtenta commissio cum clausula, quod causa terminaretur in possessorio, et petitorio simul, et semel vnica sententia, et cum facultate absoluendi ad cautelam, proposui dubium An esset relaxandum instrumentum declaratoriæ, quod fuit nega-1 tiue resolutum. Nam, † licet regulariter propter cumulationem possessorij, et petitorij non censeatur sublatum possessorium summarijssimum, ita vt si de eo prius liquet, prius possit terminari, vt fuit decisum in Bononien. de Caualibus 11. Ianuarij 1602. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, tamen in 2 casu isto dixerunt Domini † satis constare de mente Summi Pontificis volentis, quod causa termi-

narettur simul, et semel vnica sententia, etiam circumscripto summarijssimo possessorio, vt colligitur tum ex eo, quod in commissione fuit narratū mandatum de manutenendo concessum Vincentio Vnde sequitur, cumulationem esse intelligendam respectu illius possessorij, de quo reperitur facta mētio, tum quia in eadem commissione Summus Pontifex dedit facultatem absoluendi Andream à censuris contra ipsum promulgatis ob non paritionem mandato de manutenendo, quod repugnat illius vlteriori executioni.

Et ita fuit decisum etc.

E O D E M

Mediolanen. Canonicatus

Mercurij 6. Iunij 1607.

S V M M A R I A.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis vbi non constet ab alio fuisse tunc occupatum, suffragatur ad quoscunque effectus præsertim si sit auctoritate Iudicis, & cum recognitione colonorum, & num. 6.*

2 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & turbatiua, & non impedit manutentionem anteriori possessori.*

3 *Nulliter proceditur, si pars non citetur.*

4 *Et post interpositam appellationem.*

5 *Possessor anterior non dicitur priuatus sua possessione per immissionem alteri nulliter à Iudice datam.*

7 *Exceptio de titulo excipientis, vel non titulo possessoris non impedit manutentionem, sed respicit petitorium.*

8 *Titulus non requiritur in iudicio manutentionis, sed sola sufficit possessio, quæ datur sine titulo etiam in beneficialibus.*

Decisio DLXXXIX.

FVit resolutum, mandatū de demanutenendo in possessione Prebendæ, de qua agitur, dan-1 dum esse Ioanni Iacobo, † qui de sua possessione docet per Instrumentum illius adeptionis *l. prædia, & ibi Bar. ff. de acq. poss. & l. non idcirco. vbi Bal. C. de fide instr. Put. decis. 360. num. 8. lib. 1.* 2 non obstante possessione Aurelij, † quæ tamquam iunior præsumitur clandestina, & turbatiua, & nō impedit, quominus detur manutētio Ioanni Iacobo, habenti anteriorem possessionem, *Doct. in leg. licet causam. de proba. Bart. in leg. 1. §. interdictum autem num. 2. & in l. si duo nu. 2. ff. vti poss. Couar. pra. qq. cap. 17. in fine & fuit sæpissime decisum.*

Nec illa possessio Aurelij potest recipere aliquod fomentum ex eo, quod fuerit capta Iudicis auctoritate, *ad l. cum possidee & ibi Doct. ff. de acq.* 3 *poss. cum similibus,* quia, † cum Iudex nulliter processerit, parte scilicet non citata, *c. licet Episcopus* 4 *preben. in 6. l. fin. C. si per vim.* & † post interpositā appellationem ab eius decreto, *c. non solum de ap-* 5 *pell. in 6. l. 1. ff. nil. nou. appell. interpos.* † per eam Io. Iacobus nō fuit priuatus sua possessione, *Abb. in c. conquerente nu. 8. de rest. spol. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 60. & seq. ff. de acq. poss. Bald. cons. 135. num. 2. lib. 2. & fuit pluries resolutum.*

Non obstat, quod possessio Ioannis Iacobi fue-6 rit mere instrumentalis, Quia † cum tunc vacaret

, per

per obitũ Prosperi, & non constet ab aliquo fuisse occupatam, est manutenibilis, & suffragatur ad quemcumque effectum, *Rot. dec. 21. de restit. spol. in antiq. Bisign. dec. 8. eod. tit. Cassad. decis. 20. in fin. de praeb.* praesertim cum fuerit capta de mandato Iudicis, *Ang. in l. qui vniuersas. §. item cum Praetor in fin. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas col. 1. num. 2. in fin. & ibi Rom. num. 3. vers. secundo Alex. nu. 2. in fin. Seysell. nu. 3. Ias. nu. 20. ff. de acq. poss.* & vlterius adsit recognitio colonorum, *Alex. in l. quod meo nu. 25. ff. eod. tit. Bero. cons. 45. nu. 9. & 10. lib. 3. Affl. dec. 325. & fuit dictum in causa Bononien. Bonorum de Mulettis 26. Martij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.*

7 Quae dicuntur † de titulo Aurelij, & non titulo Ioannis Iacobi non sunt praesentis indaginis, cum respiciãt petitoriũ, quod nihil cõmune habet cum possessorio, *l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acq.*

8 *poss.* maximè quia † in iudicio manutentionis non requiritur titulus sed sufficit sola possessio, quae datur sine titulo etiam in beneficialibus, *Abb. in cap. cum nostris num. 6. de concess. praeb. Put. decis. 229. lib. 2. & fuit dictũ in causa Placentina Cappellaniae 21. Maij. 1601. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.*

EODEM

Vicen. Prioratus.

Lunae 18. Iunii 1607.

SVMMARIA.

1. *Possessio quamuis instrumentalis, nullo tamen tunc existente in possessione, est manutenibilis.*
2. *Praesertim si sit tradita ab Executore litterarum Apostolicarum.*
3. *Possessio quando valeat capta per visum, & aspectum, & tactum ianuae Ecclesiae.*
4. *Possessio posterior praesumitur clandestina, & turbatiua, & non impedit manutentionem anteriori possessori.*
5. *Maximè si anterior possessor non habuerit se pro spoliato.*

Decisio DLXXXX.

PRO Fratribus Sancti Iacobi fuit resolutum eis dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eorum possessione constat ex

1 instrumento illius adeptionis, † quae, licet sit merè instrumentalis, tamen, nullo tunc existente in possessione, est manutenibilis, *Rot. decis. 21. de restit.*

2 *spol. in antiq. & 8. eod. tit. in antiquior.* † Praesertim cum possessio fuerit eis tradita ab Executore litterarum Apostolicarum Vriconis d. Prioratus ad fauorem Monasterij factae, *leg. iuste possidet. & ibi not. ff. de acq. poss. Ang. in leg. qui vniuersas. §. item cum Praetor. in fin. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. col. 1. num. 2. in fin. ff. eod. & fuit sapissimè in Rota decisum.*

3 Neque obstare, † quod possessio fuerit capta dũtaxat per visum, & aspectum, & tactum ianuae Ecclesiae, ac deambulatione subtus porticum, quia ex quo ianuae Ecclesiae erant clausae, & claues penes Vicarium perpetuum, ad quem pertinebat custodia Ecclesiae, ipseque tunc temporis erat praesens & dixit, quod tunc non habebat claues, nec impediebat, quo minus possessio apprehenderetur, nullusque erat intus Ecclesiam, qui esset in possessione visum fuit Dominis fuisse sufficienter apprehensam, iuxta *dec. Rotae 5. de caus. poss. & propr. in antiq. & 8. de restit. spol. in antiquior. Felyn. in c. cum aliquibus sub nu. 4. & 5. de re iudic. Achill. decis. 1. & 3. de caus. poss. & propr.*

4 Neque etiam obstare possessionem Petri Iacobi; quia † cum sit posterior praesumitur clandestina, & turbatiua, & non impedit, quo minus Fratribus debeat dari manutentio in sua anteriori possessione, *Doct. in c. licet causam de prob. Bar. in l. 1. §. interdictum autem nu. 2. & in l. si duo nu. 2. ff. vti poss.*

5 *sid.* † Maximè cum Fratres nunquam habuerint se pro spoliatis, *Put. dec. 198. nu. 4. lib. 1. & 429. lib. 2. & fuit sapè decisum, &c.*

EODEM

Lucana Bonorum

Lunae 5. Nouembris 1607.

SVMMARIA.

1. *Attentata purgata non dicuntur per depositum factum coram Iudice remissoriali ad fructuum liquidationem, ex defectu iurisdictionis.*
2. *Delegationes pro fructuum liquidatione fiunt solũ ad effectum recipiendi probationes, & illas ad dellegantem remittendi.*
3. *Attentata respectu captae possessionis purgantur ex renunciatione.*

Decisio DLXXXXI.

1 FVit resolutum, † attentata non esse sufficienter purgata, licet enim pro parte Caroli fuerit in partibus, coram Iudice subdelegato depositata quantitas pecuniarum, ad quam, secundum testium depositionem, ascendebat valor fructuum per ipsum praeceptorum, tamen huiusmodi depositum non suffragatur, quia Iudex ille subdelegatus ad faciendam liquidationem non habebat aliquam iurisdictionem circa purgationem

2 attentatorum, † cum delegationes istae hanc solum ad effectum recipiendi probationes, easque ad delegantem remittendi, *vt dicit Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. fin. nu. 11. vers. addo.*

3 Quo † verò ad possessionem attentata fuerunt purgata ex cessione facta per Carolum, qui in specie renunciauit possessioni, quã pacifice Andreas retinet vigore mandati de manutenendo, *vt fuit dictum in causa Panormitana Archidiaconatus 22. Maij 1592. coram R. P. D. meo Decano, &c.*

EODEM

Calaguritana Beneficii

Lunae 11. Februarij 1608.

SVMMARIA.

1. *Impedimentum praestitum culpa, & facto etiam praesumptiuo partis aduersae excusat à non integra transportatione actorum, & nu. 3.*
2. *Actorum ablatio facta praesumitur ad instatiam interesse habentis.*

De-

Decis. DLXXXXII.

PRO Informante, nempè constare de sufficienti actorum trasportatione, quia ex iuribus per Petrum productis constat acta originalia fuisse per Ministros Regios a Notario Actuario ablata, ita vt non potuerint compulsari 1 ad effectum illa ad Curiam transportandi, † quo casu debet in causa procedi cum iuribus per Petrum compulsatis, cum propter d. impedimentum non potuerint solemniter compolsari, *Bald. in leg. publicati num. 8. C. de testam. Ias. in auth. si quis in aliquo nume. 5. circa fin. in 7. Fallen. C. de eden. Dec. cons. 36. sub nu. 2. vers. sed ratio Addent. ad Rot. dec. 1. num. 5. de constit. in nou. & fuit resolutum in vna Ciuitaten. Scholastica 24. Martij 1597. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in vna Chartaginen. Portionis 14. Nouembris 1594. coram Illustrissimo Seraphino.*

Et licet non probetur d. impedimentum fuisse præstitum, facto, & culpa ipsius Dominici, tamen, 2 † cum ista actorum ablatio fuerit facta in causa, in qua Dominicus habet interesse, præsumitur facta ad eius instantiam, *iuxta doctr. Bart. in l. fin. nu. 5. vers. item quod illa res ff. de quæst. quam in hac materia semper sequuta fuit Rota, vt fuit dictū in vna Placentina Cappellaniæ 19. Februarij 1601. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in d. Ciuitaten. 3 Scholastica, & alias sæpissimè* Vnde † stante d. impedimento culpa, & facto ipsius Dominici præstito acta in eius præiudiciū debent haberi pro integre transportatis, *ad trad. per gl. in c. si capitulariter verb. factum de concess. præb. in 6. Surn. de annal. q. 14. nu. 2. vers. sed vt dicam, & fuit tentum in vna Boianen. Attentatorum 3. Iulij 1595. coram R. P. D. meo Decano.*

Et ita decisum, &c.

EODEM

Plancentina, seu Caurien. Beneficiorum

Lunæ 6. Iunij 1605.

SVMMARIA.

1 *Possessio instrumentalis, alio tunc in ea non existente, est manutenibilis.*

2 *Resignatione beneficij ad fauorem, & per superiorē admissa amittitur possessio, tam ciuilis, quam naturalis. Ampl. vt nu. 3. & 4.*

5 *Resignatarius non est sua possessione priuandus lite pendente super resignationis nullitate.*

6 *Resignatio nulla non facit, quod possessio non amittatur per resignantem.*

7 *Nec impedit, quin resignatario illam apprehendenti acquiratur.*

8 *Possessio acquiritur etiam ex actu nullo, quando est deuentum ad executionem facti.*

Decisio DLXXXXIII.

PRo informante, videlicet mādatum de manutenendo concedendum esse Roderico, de cuius possessione constat ex instrumento 1 ademptionis illius, & † licet sit mere instrumentalis, alio tamen tunc in ea non existente, est manutenibilis, *Rot. dec. 21. de rest. spol. in antiq. Bisigneri. dec. 8. eod. tit. Caputaq. 334. nu. 5. par. 2.*

Nec potest dici, quod Ioannes Baptista esset in 2 possessione, quia † per resignationem per ipsum factam ad fauorem Roderici, & per superiorem admissam amisit omnem possessionem tam ciuilē, quam naturalem, *gl. in c. inter cetera in verb. assignari de præb. Rebuff. cons. 38. num. 1. Surnen. in reg. de public. q. 18. nu. 2. Rot. dec. 1. sub num. 2. & dec. 2. de rer. permut. in nou. Cassad. dec. 4. de rest. spol. Put. dec. 175. nu. 2. lib. 3.*

Præsertim cum post d. resignationem Rodericus 3 † fuerit auctoritate Iudicis Executoris actualiter immissus in possessionem, *ad tex. in l. iuste possidet.* 4 *ff. de acq. poss.* & † non constat, quod Ioannes Baptista de facto postea incubuerit saltem detentationi, *iuxta dec. Cassad. 4. nu. 4. de rest. spol. vt fuit decisum in causa Hipporegien. Præpositura 11. Decembris 1587. & 1. Februarij 1588. coram bo. me. Bubalo.*

Non obstat, quod resignans hodie det de nulli5 tate resignationis, quia † interim, dum de nullitate legitimè appareat, per eiam actionis non est resignatarius possessor sua possessione priuandus, *iuxta trad. per Ferret. cons. 7. nu. 3. & seq. & cons. 1. nu. 11. cum seq.*

6 Vltra quod † resignatio nulla non facit, quod possessio non amittatur per resignantem, *vt fuit decisum in causa Albiganen. Canonicatus 9. Ianua7 rij 1579. coram bo. me. Cardinali Lancellotto,* † nec impedit, quin resignatario illam apprehendenti 8 acquiratur, cum † etiam ex actu nullo acquiratur possessio, quando est deuentum ad executionem facti, *l. 1. § si vxori. vbi Doct. ff. de acq. poss. Put. dec. 511. lib. 2. &c.*

R. P. D. Ghislerio

Cæsaraugustana Præcedentiarū

Veneris 28. Aprilis 1634.

SVMMARIA.

1 *Factum probare sufficit in summariissimo possessorio absque eo, quod probetur iustitia facti & num. 12.*

2 *Capitula Cathedralium habent iuris assistentiam quoad præcedentiam eo ipso, quod eorum Ecclesia sunt in statu Cathedralium.*

3 *Præcedentia in materia attendenda est consuetudo, & minus dignus digniori præfertur, etiam si contraria sit iuris communis dispositio.*

4 *Quasi possessio acquisita, & probata dicitur ex actu prohibitionis cum acquiescentia, etiam vnico, & num. 6.*

5 *Possessori, & de tempore mota litis dari debet manutentio.*

7 *Quasi possessio semel acquisita continuata præsumitur vsque ad tempus motæ litis, cum animo retineatur.*

8 *Testes de publica voce, & fama coadiuuant probationem possessoris.*

9 *Quasi possessio præcedendi probatur ex descriptionibus publica auctoritate per Notarium confectis in antiquis libris, & Regestris.*

10 *Nominatio, & descriptio primo loco facta de aliquo infert ad illius præeminentiam, & præcedentiam in sessionibus, in votando, & alijs similibus.*

11 *Libri historiarum in factis antiquis plene probāt.*

De-

Decis. DLXXXXIV.

Capitulum Insignis Ecclesiæ B. Virginis del Pilar in Comitijs generalibus, et Cõgregationibus lictas nũcupatis, quę fiunt in Regno Aragonum, ex quibus conuocatus status Ecclesiasticus; qui repræsentat vnum ex quatuor Brachijs d. Regni, in quibus interueniunt Syndici Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, qui sedent, & votant iuxta illorum antiquitatem, et pręrogatiuam, prætendit, quod proprius Syndicus debeat sedere, & votare ante Syndicos Ecclesiarum Cathedralium immediate post Syndicum Metropolitanæ, Et non obstante, quod *Rota coram S. M. Greg. XV dec. 284.* resoluerit in petitorio, Cathedrales Regni Aragonum habere de iure communi fundatam intentionem in eo, quod præcedere debeant Capitulum Ecclesiæ de Pilar, quod in statu Collegiatę reperitur, Hodie proposita causa in possessorio, ad fauorem Capituli informantis, in contumaciam dd. Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium fuit resolutum.

Si quidem ex infrascriptis probat ad effectum 1 suæ possessionis factum præcedendi, † quod in summarijssimo sufficit absque eo, quod probetur iustitia facti, *Innoc. in ca. bonæ II. 2 num. 4. de postulan. Prælat. Bald. in l. ordinary iuris nu. 7. C. de rei vendic. Couar. pract. quæst. cap. 7. per tot.*

2 Et licet † Capitula Ecclesiarum Cathedralium habeant assistentiam iuris eo ipso, quod prædictæ Ecclesiæ sunt in statu Cathedralium, *vt ex allegatis in d. decis. 284. coram S. M. Greg. XV.* Tamen, 3 cum † in materia pręcadentiæ attẽdatur possessio, & consuetudo, *Bald. in c. cum olim de consuetud. & in l. obseruare §. antequã vero ff de offic. Proconsul. Nat. cons. 62. in fin. Menoch. cons. 51. nu. 49.* etiam si dispositio iuris communis sit contraris, minus dignus preferetur digniori, *Panormit. in c. auditis 2. not. de elect. Rip. in cap. sum te. de rescript. Menoch. cons. 51. nu. 51. Seraph. dec. 964. in princ. Adden. ad S. M. Greg. XV. dec. 124. & firmauit Rota ad fauorẽ Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Lucanæ contra Priores Collegiatarum eiusdem Ciuitatis in Lucana Præcedentiæ 24. Ianuarij 1628. coram me.*

Hæc autem quasi possessio pręcedendi Ecclesiæ del Pilar vsque de anno 1585. iustificatur ex depositionibus testium de visu formiter examinatorum, *summ. nu. 4.* quorum primus, & tertius deponunt, quod de anno 1585. in sedendo, & in votãdo Syndicus Ecclesię B. Virginis del Pilar pręcedebat Syndicos Ecclesiarum Cathedralium, nõ autem Syndicum Ecclesiæ Metropolitanæ; Et secundus testis deponendo de pręcedentiæ in sedendo deponit etiam de prohibitione facta Syndico 4 Cathedralis Oscen. cum acquiescentia, et † sic probata dicitur possessio, *Rip. in c. cum Ecclesia nu. 50. de caus. poss. & propr. Menoch. cons. 126. n. 6. Farin. de testib. q. 70. nu. 152.* Vnde intrat conclusio, quod 5 † possessori de tempore litis motę debet dari ma- 6 nutentio ex vulgatis; et † solus ille actus prohibitionis cum acquiescentia in Comitijs celebratis de anno 1585. sufficeret ad acquirendã quasi possessionem, *ita Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq. priu. Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 23. vbi Rip. n. 52. de caus. poss. & propr. Ruin. cons. 106. nu. 9. lib. 5. Cran. cons. 124. nu. 7. Rol cons. 47. num. 27. lib. 1. Port. Imol. cons. 164. nu. 48. Menoch. cons. 51.* 7 *nu. 40. & cons. 126. num. 6.* † Quæ quidem quasi possessio de anno 1585. præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis, quæ mota fuit de anno 8 1592. cum animo retineatur. Eoque magis † remanet probata possessio ex alijs testibus de publica 9 voce, et fama. Nec non † ex descriptionibus enarratis in antiquissimis Comitiarum libris, ac Regestris, quæ satis probant antiquissimam quasi possessionem præheminentiarum Capituli de Pilar supra Capitula Cathedralium, et dũ tales descriptiones publica auctoritate fuerunt confectę per Notarium ad hoc deputatum plene probant, *vt post Aym. de antiq. tempor. Seraph. decis. 431. nu. 7. & 1084. num. 4. & 1390. numer. 2. Cassan. in Catbal. glor. mund. par. 5. considerat. 46. vers. in Congregatione.*

Concurrunt etiam conuocationes ad Comitia, in quibus, vt cõstat ex libris, vsque ab anno 1367. primo nominantur post Syndicum Metropolis, ante ante Syndicos aliarum Cathedraliũ Syndici del 10 Pilar, † ex quibus etiam infertur præheminentia, *ad l. 1. & 2. ff. de alb. scrib. l. decernimus vbi glos. in verb. residendi. C. de Sacros. Eccles. glos. in cap. bene quidem vers. cumque verb. Mediolanen. 96. distinct. Dec. cons. 160. num. 2.* quia primo loco nominatus, et descriptus debet præcedere in sessionibus, in votãdo, et alijs similibus, *Archid. in c. fin. de sepult. in 6. Alex. in l. gloriosissimo ad fin. C. Sacros. Eccles. Angel. in l. sequendum. C. de fideicom. liber. Cassan. vbi supra par. 4. considerat. 21.*

Demum accedunt descriptiones, et modi sedẽdi in DD. Comitijs, et Congregationibus desumpti ex libro Cronistæ Hieronymi Martelli, ex libro peculiari Hieronymi de Blancas Regni Ara- 11 gonum Chronographo, † quibus, tamquam hystoriographis grauissimis, cum infactis antiquis libri Hystoriarum plene probent. *Gemin. in c. quamuis ante fin. 21. dist. Felyn. in c. 2. in fin. vers. & decet. de rescript. fides est adhibenda, l. 1. vbi. Bart. nu. 22. Alex. nu. 34. Purpurat. num. 152. Rip. num. 73. ff. si cert. pet.*

Ex quibus omnibus patet probari factum interessendi, sedendi, et votandi in Comitijs generalibus, et Congregationibus particularibus ad fauorem Syndici Capituli Insignis Ecclesiæ B. Virginis del Pilar primę Vrbis Cęsaraugustanę, *vt probat insignis decisio Reuerendissimi D. mei Decani super Cathedralitate 11. Martij 1630.* supra Syndicos Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium 12 Regni Aragonum, † quod solum, vt fuit dictum supra attenditur in huiusmodi summarijssimo possessorio.

Et ita, etc.

Eminentis. D. Card. Pamphilio iuniore

Hispalen. Præheminentiarum

Veneris 16. Iunii 1606.

S V M M A R I A.

1. *Manutentio non datur illi, qui habuit se pro non possessore petendo, & obtinendo reintegrationẽ, ac exprimendo fuisse spoliatum. Decl. vt nu. 6. & seqq.*
2. *Animo solo amittitur possessio.*
3. *Manutentio non datur sine possessione.*
4. *Manutentio ad instar interdicti vti possidentis requirit possessionem de tempore motæ litis.*
5. *Manutentio non datur illi, qui habuit se pro spoliato.*
7. *Animo solo ciuilis possessio retinetur, & eius vigore datur manutentio contra detinentem naturalem pro illius recuperatione.*

8 *Mandatum de manutenendo non datur illi, qui vtramque possessionem amisit.*

Decisio DLXXXXV.

FVit resolutum non esse dandum mandatum de manutenendo Portionarijs, quia † ipsi habuerunt se pro non possessoribus, dum petierunt, & obtinuerunt ab Executore breuis reintegrari ad eorum possessionem, cum expressione quod à Canonicis fuerunt spoliati, nec est dubium † solo animo amitti possessionem, *l. 3. §. in amittenda. l. si quis, cui §. differentia. ff. de acq. poss.* † sine qua non datur manutentio, quæ ad instar interdicti vti possidetis † requirit possessionē de tempore motæ litis, *leg. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti possid. l. 1. & ibi Bart. num. 3. C. eod. §. retinendæ vbi Fab. nu. 16. Inst. de interd. Bart. in l. 1. in princ. nu. 1. & in §. quod ait Prætor. nu. 14. ff. vti possid.* & † in terminis illius, qui habuit se pro spoliato, *tradit Couar. pract. quæst. cap. 17. nu. 3. & adest decis. Caputaq. 43. lib. 2. in manuscript. & fuit resolutum in causa Senogalien. Beneficij 5. Aprilis 1593. coram Illustrissimo Arrigonio, & in causa Illerden. Canonicatus 7. May eiusdem anni coram Illustrissimo Pamphilio.*

Non obstāt decisiones coram Illustrissimo Plato allegatæ per Informātes pro Portionarijs, quia *vt bene respondetur in dec. R. P. D. mei Iusti in vna Vlixbonen. Præheminentiarum 18. Aprilis 1603.* † in casibus illarum decisionum petitio reintegrationis erat turbida, et ex circumstantijs facti constabat, illum, qui dixerat se spoliatum, intellexisse de turbationibus, et molestationibus de facto, non autem quod voluerit amittere possessionem saltē ciuilem, † quæ solo animo retinetur, cuius vigore datur manutentio contra detinentem naturalem pro illius recuperatione, *Bart. in l. 1. §. interdictum autem. nu. 2. & in l. si duo num. 2. ff. vti possid Castr. cons. 234. col. 2. vers. sed substinendo. lib. 2. Put. dec. 198. nu. 4. lib. 1.* Quod secus est in casu isto in quo, vt dictum fuit, Portionarij fassi fuerunt, se fuisse spoliatos, et petierunt restitui ad antiquam possessionem, et Executor mandauit Canonicis, quod relinquāt Portionarios gaudere possessione, in qua erant, præheminentiarum, quibus fuerant spoliati, et sic patet vtramque possessionem fuisse amissam, et † propterea non posse dari mandatum de manutenendo, *iuxta dec. Verall. 43. lib. 2. cum allis supra alleg.*

Et ita Domini concluserunt, etc.

E O D E M

Aprutina Iurisdictionis

Lunæ 19. Iunij 1606.

S V M M A R I A.

1 *Capitulo debetur manutentio in quasi possessione iurisdictionis, & iuris visitandi, ac conferendi ex quasi possessione probata ex actibus gestis cum scientia, & patientia Episcopi.*
2 *Episcopus habet iuris communis assistentia quoad iurisdictionem, ius visitandi, & conferendi intra suam diœcesim, & ex ea competit illi manutentio.*
3 *Licet vero sola iuris assistentia Episcopo non suffragetur respectu locorum, in quibus constat de quasi possessione Capituli, nec quo ad illa danda tunc est manutentio Episcopo, sed Capitulo.*
4 *Extende etiā quod doceatur de aliquibus actibus de recenti factis ab Episcopo non constito de scientia, & patientia Capituli cum ij dicantur clandestini, turbatiui, & nullius momenti.*
5 *Vel sint Visitationes factæ non auctoritate ordinaria, sed delegata in vim Concilij.*

Decisio DXCVI.

1 SOlo Capitulo informante fuit dictum, † ei dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione iurisdictionis, ac iuris visitandi, et conferendi beneficia in Castris Nereti, & Turani, de quibus agitur, quia de illius possessione constat ex testibus, qui dicunt, Capitulum Ecclesiæ Aprutinæ à quinquaginta annis, et amplius, et à toto tempore sui recordatus, ac etiam de auditu à maioribus, fuisse, et esse in quasi possessione istorum iurium specificando plures actus per ipsum Capitulum, et eius Vicarium gestos scientibus, et patientibus Episcopis, ex quibus remanet probata quasi possessio Capituli cum scientia, et patientia Episcopi, *vt fuit dictum in causa Valentina Decimarum die 2. Maij 1603. coram Illustriss. Cardinali Pamphilio, & alias sæpè.*

2 Nec aliquid facit, quod † Episcopus habet fundatam intentionem de iure communi, ob cuius assistentiam si danda sit manutentio, *c. cum persona, & ibi Doct. de priuil. in 6.* Quia † cum respectu istorum locorum constet de possessione Capituli, illa assistentia iuris communis Episcopo suffragari non potest, neque illius vigore ei danda est manutentio, sed debet dari Capitulo, quod docet de sua quasi possessione, *Put. dec. 310 lib. 2. & fuit dictū in causa Fanen. Iurisdictionis 28. Iunij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.*

4 Prout etiam nihil facit, quod Episcopus aliquādo visitauerit hæc Castra, Quia † vltra quæ non constat, id factum fuisse sciente, et patiente Capitulo, de cuius anteriori possessione deponūt testes etiam circa ius visitandi, adeo quod gesta per Episcopum de recenti tamquam clandestina, et turbatiua nullius sint momenti, nec possint impedire manutentionem Capituli, *cap. licet causam cum ibi not. de probat. Bar. in l. 1. in fin. & in l. si duo nu. 4. ff. vti possid.* fuit responsum ex testibus probari visitationes non fuisse factas auctoritate ordinaria, sed delegata, nempè Episcopos visitasse, et ad visitandum fuisse admissos tamquam Sedis Apostolicæ delegatos iuxta decreta Sacri Concilij Tridētini

5 Et † per consequens ex huiusmodi visitationibus possessionem Capituli non fuisse interruptam, neque ei quoad illam in aliquo præiudicatum, *ad hoc Put. 115. lib. 2.*

Et ita conclusum, etc.

E O D E M

Firmana Bonorum

Veneris 1. Decembris 1606.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum adeptæ possessionis possessionē probat ad quoscumque effectus, & sic etiam ad effectum manutentionis.*
2 *Testis vnicus sufficit ad effectum manutentionis.*
3 *Amplio fortius si concurrant adminicula.*
4 *Immissione Iudicis auctoritate acquiritur possessio.*

5 Man-

5 *Mandati relaxatione Iudex dicitur functus officio suo, ita vt non possit postea relaxare aliud ab illo diuersum, sed solum illius duplicatum.*
6 *Impugnare quis non potest, quod iam approbauit.*
7 *Litis motæ tempus attenditur ad manutentionis effectum.*
8 *Probationes meliores in concursu præualerit.*

Decis. DXCVII.

FVerat relaxatum quoddam mandatum de manutenendo per Illustrissimum Cardinalem Mellinum ad fauorem hæredum Pij in possessione cuiusdam portionis domus paternæ eiusdem Pij sitæ in territorio d. Castri.

Vnde disputato dubio, An hoc mandatum esset reuocandum, fuit per Dominos negatiue resolutũ, quia illud apparet satis iustificatum, ex quo de possessione dd. hæredum constat, ex instrumento illius adeptionis, 1 † quod probat possessionem ad quoscumque effectus, et sic etiam ad effectum manutẽtionis, cum non apparet, alium tunc temporis in possessione extitisse, *Rot. dec. 21. de restit. spol. in antiq. Bisignett. dec. 8. eod. tit. Cassad. dec. 20. in fin. de prab. Verall. dec. 334. nu. 6. par. 2. & fuit sæpissimè decisum.* Maximè quod fuit capta statim post mortem Pij, per cuius obitum possessio remãsit vacua, et de possessione pro diuiso, et separatim ab alijs fratribus tam quoad domum, quam quoad prædiũ dium deponit secundus testis iuxta 8. et 9. Interrog. 2 † quod sufficit ad effectum manutentionis, *Puteott. dec. 22. Verall. dec. 3. lib. 3. in manuscript. & fuit resolutum in causa Lucana Pensionis 4. Iulij 1574. coram Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore, quæ est relata inter impress. diuers. decis. 196. in fin. par. 1. & in causa Vrgellen. Iurisdictionis 14. Maij 1601. corã Illustrissimo Pamphilio,* 3 † Quod tanto magis est dicendum, quia respectu domus eius dictum adminiculatur ex dicto primi testis iuxta 19. et super primo articulo, et ex instrumẽto diuisionis domus paternæ inter Pium, et fratres cuius vigore ei obuenit portio, de qua agitur, de qua diuisione etiam deponunt testes, et respectu prædii ex instrumento illius venditionis factæ ipsi Pio per Sebastianum Picinum, cui pro quodam suo credito fuerat auctoritate Iudicis adiudicatum, et tradita possessio.

Prædictis accedit, quod Pius fuit per D. de Grandis restitutus ad possessionem dictæ portionis domus, et prædii, et vigore mandati de reintegrãdo in eam immissus pro diuiso ab alijs fratribus, 4 † per quam immissionem Iudicis auctoritate factam fuit ei acquisita possessio, *l. iustè possidet. ff. de acq. poss. Ang. in l. qui vniuersas. §. item cum Prætor in fin. & in l. clam possidere §. qui ad nundinas nu. 2. in fin. & ibi Rom. nu. 3. vers. 2. Alex. nu. 2. in fin. Seisell. nu. 3. Ias. nu. 20. ff. eod.*

Non obstat, quod D. de Grandis iam antea relaxauerat aliud mandatum, 5 † per cuius relaxationem videtur functus officio suo, Quia fuit responsum, istud secundum mandatum non fuisse diuersum à primo sed duplicatum illius prioris mãdati, & in eo nihil aliud contineri, quam expressionem portionis Pij, quæ in primo confuse fuerat expressa; quod vlterius fuit relaxatum de consensu Bartholomæi, cuius respectu cessat omnis dubitatio, 6 quia † stante illius consensu non potest illud impugnari, *ex reg. quod semel. de reg. iur. in 6.*

Neque obstant testes pro parte Angeli, & Bartholomei examinati, Quia, vltra responsiones eis in dec. Illust. Card. Mellini datas, fuit dictum, nõ 7 percutere tempus motæ litis, † quod debet attendi ad effectum manutentionis, *§. retinendæ, & ibi Fab. nu. 16. Inst. de interd. l. 1. §. huius autem interdicti, vbi Bart. in princ. & in § quod ait. ff. vti possid. Caputaq. decis. 198. par. 2.* & posse verificari de tempore, quo durauit spolium, vel ante d. diuisionem.

Addito etiam, quod probationes hæredum visæ fuerunt Dominis meliores, ex quo vna cum dictis testium concurrit instrumentum diuisionis domus & acquisitionis prædij factæ per Pium, ac mandatum de reintegrando executioni de mandato, 8 quo fit, vt † in concursu sint præferendæ probationibus Angeli, & Bartholomei, *Bart. in l. si duo patroni. nu. 3. vbi Addent. & Ang. nu. 3. ff. de ius. iur. Doct. in c. In nostra. de testib. & ibi Felyn. num. 3. & in c. licet causam num. 8. in princ. de prob.*

Et ita decisum, &c.

EODEM

Aprutina Iurisdictionis

Lunæ 19. Martij 1607.

SVMMARIA.

1 *Quasi possessio non potest acquiri sine scientia, & patientia, primi possessoris, & nu. 7. vbi & minus si statim habita scientia fuit reclamatum.*
2 *Visitatio vnica, & de recenti non probat quasi possessionem visitandi.*
3 *Scientia, & patientia vnius Canonici non infert ad scientiam, & patientiam Capituli.*
4 *Singulorum ratio non habetur in re ad vniuersitatem spectante.*
5 *Probatio dubia non releuat.*
6 *Visitationes, quæ apparent factæ ab Episcopo de aliquo loco post Concilium, non constito de alijs ante Concilium præsumuntur factæ non iure ordinario, sed delegatu in vim Concilij.*
8 *Vicarijs non potest Episcopis demandari visitatio ijs competens ex delegatione.*
9 *Visitationes ab Episcopo, seu illius Vicario factæ iure delegato, & non ordinario non præiudicant.*
10 *Visitationes factæ sub expressione in vim potestatis delegatæ non competentis non possunt sustineri ex potestate ordinaria.*
11 *Petitorium respicientia non admittuntur in iudicio manutentionis.*
12 *Possessio antiquior vnius deperditur, & interrũpitur per posteriorem alterius de illius scientia & patientia.*
13 *Quasi possessio posterior in manutentione præferenda est.*

Decis. DXCVIII.

PLacuit Dominis decisio alias in hac causa facta, quod scilicet mandatum de manutenendo in quasi possessione Iurisdictionis, ac iuris visitandi, & conferendi beneficia in Castris Nereti, & Turani sit dandum Capitulo, & nõ Episcopo ex rationibus in ea deductis.

Quibus non obstare dixerunt visitationes factas per Episcopum mediante persona Vicarij, quia nõ constat fuisse factas sciente, et patiente Capitulo, 1 † sine cuius scientia, et patientia non potuit acquiri quasi possessio iuris visitandi, *l. 2. & ibi Bal. nu. 12. C. de seruit. & aqu. Doct. in c. cum Ecclesia Sutrina, & ibi Rip. nu. 64. de caus. poss. & propr. Cald. cons. 12. in fin. de iur. patr.*

Neque huiusmodi scientiam, et patientiã posse colligi ex eo, quod vnus ex dictis Vicarijs fuerit

Canonicus Aprutin. quia, preter quam, quod de hoc non constat, nisi ex enunciatiua visitationis, 2 † quæ cum sit vnica, et de recenti nihil probat, 3 † ea scientia, et patientia vnius Canonici non posset inferri ad scientiam, et patientiam Capituli, quando, prout hic, versamur in re spectante ad Capitulum, et 4 Canonicos vti vniuersos, † quo casu nō habetur ratio singulorum, *Doct. in c. eam te, & ibi Abb. sub nu. 18. & Felyn. num. 13. ad fin. vers. aliud singuli, et num. 14. de rescr. Abb. in c. cum non liceat. sub nu. 2. in tertio not. de præscrip. Aach. cons. 204. num. 7.*

Præterea fuit dictum, ex eis non apparere, an fuerint factæ vel ab ordinario, vel potius vti à delegato Sedis Apostolicæ iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini, Vnde 5 † ratione huius incertitudinis non releuat, *ad tex. in c. in patientia de probat. cum similibus.*

Vltra quod ex depositionibus testium constat illas fuisse factas vti à delegato in vim Concilij, quod etiam redditur admodum verisimile ex quo ante concilium nulla affertur visitatio, et ex illis, quæ dantur, prima fuit gesta anno 1565. statim post publicationem Concilii, et aliæ postea succes6 sius annis † quo casu in vim illius, et non iure ordinario censendum est Episcopos visitasse, *ad tex. in l. quadam mulier. ff. de rei vendic. leg. 2. C. de acq. possess.*

Attento presertim, quod pro parte Episcopi vltra dictas visitationes nulli alij actus iurisdictionales ostendūtur, nisi quædam præcepta, et monit. contra Rectores Ecclesiarum illorum locorum, 7 † quæ non suffragantur, quia nedum fuerunt gesta inscio Capitulo, quod immò statim ac de illis notitiam habuit, reclamauit, et Episcopus abstinuit, vt depōnūt testes pro Capitulo examinati, *Calder. cons. 18. de iur. patr. & cons. 6. de caus. pos. & propr. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 93. vers. req. eod. tit.*

Neque obstare, quod visitationes non fuerint 8 factæ per Episcopum, sed per eius Vicarios, † quibus non potest demādari visitatio ex delegatione competens, *glo. in c. si Episcopus. verb per alium de offic. ord. in sexto cum alijs allegatis*, quia quidquid sit de hac questione in casu isto cessat difficultas ex declaratione ipsorum Vicariorum qui in visitationibus se visitare vti Sedis Apostolicæ delegatos declararunt, et sic sumus in claris, quod visitationes factæ fuerint iure delegato, et non ordinario, vnde 9 † Capitulo præiudicare nō potuerunt, *ad dec. Put.* 10 *115. lib. 1.* † nec ex auctoritate, seu potestate ordinaria possunt sustineri, stante expressione potestatis delegatæ, *l. multum interest, cum ibi not. C. si quis alt. vel sibi. Adden. ad dec. 10. in verb. teneat. in quarta ratione de iur. patr. in antiq. Put. decis. 383. nu. 4. & 5. lib. 2. Achil. decis. 7. de procur.* Ad Bullā 11 Anastasij fuit responsum † respicere petitorium, et ex illa non probari aliquam possessionem Epi12 scopi: vltra quod etiam si probaretur, † non posse Episcopo suffragari stante posteriori quasi possessione Capituli scientibus, et patientibus Episcopis legitime acquisita, per quam antiquior quasi possessio Episcopi, si quam habuisset, interrupta, et 13 de perdita diceretur, ita quod † ista posterior quasi possessio capta si esset præferenda, *l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acq. poss. Alex. ad Bart. in l. si duo sub. num. 4. verb. sunt equale vers. & hæc limita ff. vti possid. Felyn. in c. licet causam num. 9. vers limita tamen, & ibi Beto. nu. 55. vers. 2. limita de probat. Menoch. de retinen. rem. 3. sub. num. 226. vers. declaratur, &c.*

Bubalo

Anconitana Bonorum

27. Ianuarij 1580.

SVMMARIA.

1. *Lis extraiudicialis quomodo probetur.*
2. *Testis, qui patitur multas exceptiones, deseruit pro adminiculo.*
3. *Simulatio, & fictio in dubio non præsumitur, & allleganti incumbit onus probandi.*
4. *Testes deponentes de possessione quieta, & pacifica respectu possessionis facti, & molestiarum de facto non excludunt litem extraiudicialem.*

Decis. DXCIX.

FVIT per Dominos resolutum, sufficienter probatam esse litem extraiudicialem in casu, de quo agitur, & placuerunt ea, quæ in alia positione illius causæ die 4. Februarij anni 1 præteriti considerata fuerunt, † nempe mādatum Dominorum de Trimontijs ad litigādum cum D. Hippolito Torolo, d. vnius testis de auditu istius litis, & verisimilitudinem, cum non sit præsumendum, quod Trimontij voluerint relinquere bona eorum nomine recuperata, sed potius, quod institerint pro illorum restitutione contra Hippolitū. Accedit fides Notarij Silentij Gentiloni super visione scripturarum, & litterarū, in quibus Hippolitus conquerebatur de huiusmodi lite, & dictum al2 terius testis vltimo loco examinati, † qui, licet patiatur contra se multas exceptiones, tamen satis deseruit pro adminiculo. Neque requiritur probatio litis diuturnæ, puta decem annorum, vel alterius longi temporis, quia bene verificantur verba translactionis in lite non momentanea, sed successiua, & non multi temporis, quæ satis dicitur probata ex supra deductis. Et, quod dicitur de lite ficta, non obstat, quia nec Notarius in sua fide, nec testes pro parte hæredum Hippoliti examina3 ti aliquid dicunt de ista, fictione, & † in dubio fictio, & simulatio non præsumitur, & alleganti simulationē incumbit onus probandi iuribus vulg.

Vltimo non obstant testes, qui dicunt Hippolitum vsque ad eius obitum possedisse pacifice, & 4 quiete bona, de quibus agitur, quia † loquuntur de possessione quieta, & pacifica respectu molestiarum de facto, quę vnquam fuerunt sibi illatę, non autem excludunt litem extraiudicialem; vltra quod ex eorum dictis non probatur negatiua non existentiæ litis, quia potuit verti lis in alio loco, quam in eo, vbi testes tunc degebant, & istam litē potuerunt testes ignorare, &c.

Cardinali Platto

Januen. Fideicommissi

Veneris 4. Maij 1590.

SVMMARIA.

1. *Statutum continuans possessionem defuncti in suos hæredes infert ad possessionem hæredis, ita vt hærede mortuo secundis hæredibus cōpetat immissio,*

missio, & num.5. Ampl. vt nu.1.

3 *Mater incumbens pignori, donec sibi de suis dotibus satisfiat, dicitur possidere filio.*

4 *Possessio, quæ continuatur ex statuto de defuncto in suum hæredem, dicitur ciuilissima, & se cõpatitur cum possessione creditoris.*

6 *Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem procedit etiam in forense respectu bonorum in loco statuti sitorum.*

7 *Ciuilitatis priuilegium transit etiam ad filios.*

Decisio DC.

1 CVM †statutum Vrbis 147. continuet possessionem bonorum defuncti in suos hæredes, dixerunt Domini satis ex hoc cõstare, Vincentium iuniorem possedisse palatium, de quo agitur, ad effectum, vt eiusdem Vincentij sorores, & hæredes in possessione palatij possint immitti, *iuxta tradita per Menoc. remed.4. adipisc. poss. num.365. Zuccard. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. num. 357.* 2 † quod multo magis procedit, ex quo, vt in facto deducitur ille, qui palatium conductum habuit à Patre Vincentij, ipsum Vincentium aliquo modo recognouit, *Afflict. dec. 167. num. 6. Bero. cons. 75. num. 73. lib. 3.*

Non obstat possessio capta de huiusmodi pala-3 tio per D. Annam matrem Vincentij, quia † illa ingressa fuit possessionem tamquam creditrix, & sic filio suo possedisse dicitur, quasi incumbens pignori, donec sibi de suis dotibus satisfiat, *Paul. in l. 1. §. per seruum corporaliter. num. 2. ff. de acq. poss.* 4 *vbi etiam Alex. Soccin. & Ias.* maximè † cum ista possessio, quæ ex Statuto in suum hæredem fuit continuata, ciuilissima dicatur, *iuxta communem sententiam in l. ..... vbi Rip. num. 36. ff. de acq. poss. Tiraq. in tract. le mort saisit. in præfat. declarat. prima*, & propterea se compatiatur cum possessione 5 dictæ Annæ, † atque ideo non impeditur eius effectus, scilicet immissio in possessionem eius vigore mulieribus competens, vt dictum est.

Non obstat, quod Vincentius esset forensis, ita vt Statutum Vrbis illi non debeat suffragari, quia 6 † hoc casu attendendum est Statutum loci, vbi bona sunt sita, *Natt. cons. 149. col. 6. Cephal. cons. 309. num. 26. lib. 3. Abb. cons. 50. num. 5.* Præterea Pater 7 Vincentij ex priuilegio erat ciuis Romanus, † quod priuilegium ad filios etiam transit, *l. assumptio. §. filius. ff. ad municip. &c.*

Iusto

Mediolanen. Cappellania

..... 20. Iunij 1594.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur ex instrumento, & partis confessione.*

2 *Possessori de tempore motæ litis datur manutentio.*

3 *Immissio à Iudice, vti, à priuato, sine citatione possessoris data non impedit manutentionem ad fauorem primi possessoris. Ampl. vt num 4.*

5 *Pro spoliato ex quibus verbis quis se habere dicatur.*

6 *Possessori anteriori contra posteriorem duplex cõpetit remedium, restituendæ scilicet, si vult habere se pro spoliato, & retinendæ, si se pro spoliato habere nolit.*

7 *Commissionis verba quando importent, vel non, vt Orator habuerit se pro spoliato.*

Decisio DCI.

1 DIxerunt Domini, Vincentium Albanum esse manutenendum in possessionem tempore motæ litis † ex instrumento publico, de quo in actis, & ex confessione partis ad-2 uersæ, & † sic intrat manutentio, *§. retinendæ. Inst. de interd. Verall. dec. 98. par. 2. Rot. dec. 423. num. 1. par. 1. & in pluribus aliis.*

3 Non obstat, † quod Arroldus aduersarius fuerit immissus in possessionem auctoritate Iudicis, quia fuit factum à Iudice tamquam à priuato, cum nõ præcesserit citatio, quo casu non procedit doctrina, *Ang. in l. vniuersas. §. item cũ Prætor. ff. de acq.* 4 *poss. & per Socc. cons. 18. num. 29. lib. 1.* & † præsertim quia Arroldus gratiam suam non iustificauerat, *vt fuit dictum coram R. P. D. meo Litta in vna Lucana Cappellæ 17. præsentis mensis.*

Non obstant illa verba apposita in commissione appellationis à die habitæ notitiæ per Albanũ, Nec non ad dictæ Cappellaniæ possessionem, ad-5 uersario ab ea amoto, restituen. † ex quibus videtur constare, Albanum habuisse se pro spoliato, 6 quia, † cum haberet duplex remedium, verum petendi restitutionem, si volebat habere se pro spo-7 liato, alterum retinendæ, † voluit Orator, quod expresse daretur iurisdictio super vtroque, & ideo est apposita clausula, in facultatiuis, quæ operatur, quando pars vtitur, sicut clausula, Augendi, posita in supplicatione, quæ est facultatiua, si non apponatur in litteris ab habente illam clausulam in sua gratia, nihil operatur, *vt fuit dictum coram R. P. D. meo Blanchetto in vna Triden. Beneficij de Tiburon. 15. Aprilis 1578.*

Et ita fuit resolutum etc.

Iusto

Messanen. Studij

Veneris 2. Decembris 1594.

S V M M A R I A.

1 *Potestas, & voluntas requiruntur ad actus perfectionem.*

2 *Studij generalis erectio in loco quomodo cognoscatur.*

3 *Quasi possessio vnius facultatis in priuilegio contessa sufficit, vt dicatur acquisita etiam quoad alias.*

Decisio DCII.

1 COnstat de voluntate Papæ, quia de potestate non ambigitur, † quæ duo requiruntur ad alicuius actus perfectionem, *cap. cum super Abbatia. de offic. deleg. gl. 1. in l. si filia. C. de donat. ante nupt.* Nam in priuilegijs fel. record. Pauli III. datur amplissima facultas Ciuitati Messanen. erigendi Studium generale ad instar aliorũ Studiorum generalium Parisien. Salamantin. & Bononien. cum expressa derogatione priuilegio-2 rum etiam Ciuitatis Catanæ, Vnde † satis videtur clarum Studium generale erectum esse in Ciuitate Messanen. *ad clem. 1. de magistr. & ibi Card. & Doct.* non obstante narratiua, & administratio-

ne concessa Collegio Iesuitarum, quę non restringit amplissimas clausulas concessionis, vt ex lectura apparet, & hoc facilius admiserunt Domini stante quasi possessione Messanen. respectu legendi, † quæ facultas cum oriatur ex eodē priuilegio insimul cū alijs facultatibus, quasi possessio istius facultatis sufficit, vt dicatur acquisita quoad alia, *Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. de itin. actuq. priu. cū alijs per Gabr. allegatis in tit. de præscript. concl. 2. num. 18.*

Quare, cum omnibus alijs sit satisfactum, ex *dec. R. P. D. mei Decani 5. Iulij 1593.* concluserunt sententias esse confirmandas etc.

Manzanedo

Bergomen. Præeminentiarum

Veneris 9. Martij 1607.

S V M M A R I A.

1. *Sententia lata contra Rectorem Ecclesiæ non præiudicat Prælato prætendenti Ecclesiam sibi subiectam. Decl. vt num. 2. & 3.*
4. *Tertius habens etiam scientiam litis, & non possidens potest intra decē à die habitæ notitiæ appellare, & executionem impedire, etiam quoad sententia quoad alios transiuerit in iudicatum. num. 5.*

Decisio DCIII.

SEntentia Ordinarij Cremen. manutenet Archipresbyterum Clusoni in possessione quo ad processiones, Vocationes ad Synodum, et quoad alia contra Præpositum Sueri, et Rectores vtriusque Cereti. Vnde constat fuisse latam huiusmodi sententiam in possessorio, quod eadem sententia magis declarat, dum præ dictis Præposito Sueri, et Parochianis vtriusque Cereti super petitorio Ius illis saluum præseruat, Item constat ex eadem sententia, quod excipit actus comprahensos in sententia Rotali ad fauorem dicti Præpositi, nempe quoad non accedendo ad Ecclesiam Archipræsbyteri Sabbato Sancto pro Oleo Sancto, nec ad assistendum in benedictione Fontis Baptismalis, quam prædicto die possit facere in sua Ecclesia Sueri cum assistentia dictorum Parochorum vtriusque Cereti. Sed quia à prædicta sententia Cremen. Parochus Cereti Bassi non appellauit, et ille Cereti Alti illi assēsit, Præpositus vero appellationē interposuit, Dubitaui 16. Iunij 1606. An executoriales relaxatæ pro prædictæ sententiæ executione essent attentatæ; et Domini quoad Pręposițum affirmatiuè responderunt, sed quoad Parochos vtriusque Cereti negatiue ex adductis in illa decisione, in qua reseruaui videre, An transitus illius sententiæ in rem iudicatam quoad Parochos vtriusque Cereti pręiudicauerit Pręposito quoad subiectionem, quā à dictis Parochis vtriusque Cereti sibi, non vero Archipræsbytero prætendit deberi. Et Domini negatiue responderunt, ex
1 eo quod † sententia lata contra Rectorem Ecclesiæ non præiudicat Prælato prætendenti Ecclesiā sibi subiectam, *iuxta doctrinam Innoc. in cap. auditis. num. 1. & 2. de præscript. & trad. à Verall. dec.*
2 *255. num. 2. par. 3.* † quæ doctrinæ videntur procedere in petitorio, et secus esset in possessorio data scientia Prælati, quod causa agebatur inter partes, *vt trad. Alex. qui de communi testatur in l. sæpe num. 102. in fin. ff. de re iudic. Imol. in l. à sententia. ff. de appell. Bald. in cap. cum super. numer. 6. & ibi Felyn. num. 12. qui testatur de communi. de sent. &*
3 *re iudic.* præcipue † cum Præpositus tēpore prædictā causam agitari non possideret, vt cōstat ex supradictis, *Pm. dec. 155. num. 3. lib. 2. Achill. dec. 6. de*
4 *re iudic.* Sed nihilominus, † licet sententia sit lata in possessorio, et licet detur in præposito scientia litis, et concedamus, ipsum non possidere, cum tamen intra decendium à die notitiæ dictę sententiæ ab illa appellauerit, videtur dicendum illam, nec illius transitum in iudicatum quoad Parochos vtriusque Cereti Præposito non præiudicasse, neq; quoad proprietates, nec quoad possessiones, quin stante dicta appellatione impediri sententię executionem, *vt not. Butr. in d. cap. cum super. num. 6. & ibi Abb. num. 17. vers. hoc præmisso. iuncto vers. sed contrarium tenuit &c.* pro quibus faciunt adducta in *d. prima dec.* circa appellationem Præpositi à dicta sententia, quæ causauit illius executoriales attentatas quoad Præpositum, qui appellauit,
5 † quod autem sufficiat huiusmodi appellationem intra decendium à die notitię interpositam fuisse à Præposito tamquā tertio, *tradunt Bart. & Doct. in l. à sententia. ff. de appell. & Abb. in d. cap. cum super. num. 26. Cephal. cons. 106. num. 4. Peregr. de fideicommiss. art. vlt. num. 54.*

Manzanedo

Fauentina Computorum

Lunæ 24. Maij 1610.

S V M M A R I A.

1. *Sententia fundata in non productis non potest substineri.*
2. *Sententia lata in secunda instantia actis primæ nō transportatis est euidenter nulla.*
3. *Læsio probari debet, vt dicatur constare de causis restitutionis in integrum.*
4. *Læsio resultat ex nullitatibus.*
5. *Restitutio in integrum facilius conceditur aduersus sententiam contumacialem.*
6. *Restitutionis causa oritur sufficiens ex nouis iuribus.*
7. *Rota non solet exequi sententias aliorum tribunalium non gustato de illarum bono iure.*

Decisio DCIV.

VIsum fuit Dominis constare de causis restitutionis ex eo quod vltima sententia, quæ prætenditur, transitum fecisse in iu-
1 dicatum, † cum sit fundata in cædulis non productis in actis, nullō modo potest substineri, *Roman. cons. 156. nu. 3. post Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. de plano. vers. secus si habuit terminum ad probandum. & post Bald. in l. si quando. ad fin. C. de testib. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 1. numer. 5. Rot. diuers. dec. 445. num. 1. par. 1.*
2 Tum etiam quia † dicta sentētia fuit lata actis primæ instantiæ non transportatis; Vnde resultat illius manifesta nullitas, *vt pluries dixit Rota & signanter apud Cæsar. de Grass. dec. 9. nu. 5. 6. & 7.*
3 *de caus. poss. & propr.* et quamuis ad hoc † vt dicatur constare de causis restitutionis in integrum, opus sit docere de læsione, *Paul. de Castr. in l. fin. nu. 5. vers. in Curia autem Romana. C. in quib. caus. in integr. restit. non est nec. Innoc. in cap. ex litteris. num. 5.*

num. 5. de restit. in integr. Alex. cons. 21. num. 6. lib. 1. Rot. dec. 1. de in integr. restit. in nou. prædicta
4 † læsio satis resultare videtur ex præfatis nullitatibus, cum nimis læderetur condemnatus in sententia nulla, si executioni demandaretur.

Accedat præmissis dictam sententiam esse cō-
5 tumacialem, † ex quo facilius restitutio veoit cōcedenda, cum alias esset valde durum exequi sententiam contra condemnatum in auditum, et indefensum, qui poterit iura sua noua deducere, et
6 ex illis victoriam reportare, † ex iuribus enim nouis oritur sufficiens causa restitutionis, *iuxta glos. in cap. vltimo in verb. nou. de in integr. restit. cum adductis à Stort. Odd. eod. tract. quæst. 26. art. 5. &*
7 *6.* facit etiam quod † Rota non assueuit, sententias aliorum Tribunalium exequi non gustato de bono iure illarum, *Caputaq. dec. 27. lib. 3. in manuscript.*

Ex quibus sic fuit resolutum etc.

Vbaldo Seniore

Ianuen. Beneficij

Veneris 5. Iunii 1612.

S V M M A R I A.

1. *Instrumentum captæ possessionis ipsam possessionē probat, alio tunc in ea non existente.*
2. *Ecclesiæ capta possessione eorumdem etiam bonorū capta censetur.*
3. *Iudicis aditione pro remouendis molestijs non dicitur amissa possessio saltem ciuilis.*
4. *Possessio ciuilis sola sufficit pro manutentione.*
5. *Clausula, Sine præjudicio literarum Apostolicarū præseruat Executori iurisdictionem illas exequendi, litis pendentia in Rota non obstante.*
6. *Testes sine citatione ad perpetuam rei memoriam examinati faciunt saltim adminiculum.*

Decis. DCV.

DOmini dixerunt, mandatum de manutenendo dandum esse Iacobo Mariæ, qui accepit possessionem Ecclesiæ, de qua agitur, per instrumentum in ipsamet Ecclesia ce-
1 lebratum; † per quod bene probatur possessio, alio non existente in possessione, *vt fuit decisum sæpe, & signanter in vna Hypporeggien. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Cantuccio, quæ est dec. 62. num. 1. par. 1. in impress. & in Mediolanen. Beneficij 27. Maij 1611. coram me, & in Gerunden. Parochialis 30. Ianuarij 1610. coram R. P. D. meo Coccino.*

Non obstat, quod fuerit capta solummodo pos-
2 sessio Ecclesiæ, quia † per adeptionem possessionis Ecclesiæ censetur etiam capta possessio omnium bonorum Ecclesiæ, *Bald. in l. 1. ff. de offic. præfect. august. Rot. diuers. dec. 19. num. 7. par. 2. & fuit resolutum in vna Sabinen. 31. Ianuarij 1605. coram R. P. D. meo Decano, & fuit dictum in d. Mediolanen. Beneficij, & alias sæpe.*

Non obstat, quod d. Iacobus adiuerit Iudicem
3 pro remouendis molestijs, † quia non per hoc di-
4 citur amisisse possessionem saltem ciuilem, † quæ sola sufficeret pro manutentione, *glos. in l. 1. §. vlt. vers. possidet. ff. vti possid. Menoch. de retin. remed. 5. num. 22 Put. dec. 419. num. 3. & 4. lib. 2. & fuit dictum in Oxomen. Cappellaniæ 10. Martij 1589. coram Illustriss. Card. Platto, & in Romana Diminutionis annuæ præstationis 13. Ianuarii 1607. coram Reuerendiss. Attrebaten.*

Non obstat, quod fuit commissa causa sine præiudicio litterarum Apostolicarum, quia facultas exequendi istas litteras non erit impedita per hu-
5 iusmodi mandatum, † cum hæc clausula præseruet Executori iurisdictionem pro executione litterarum nō obstante, quod pendeat iudicium in Rota, *Put. dec. 79. lib. 6. & in terminis fuit dictum in Onetana Parochialis 12. Decembris 1597. coram Peregrino.*

Ideo ex prædictis Domini concluserunt vt supra, accedente præsertim depositione plurium testium de possessione Iacobi Mariæ, qui, licet sint examinati ad perpetuam rei memoriam sine cita-
6 tione partis, † faciunt tamen saltem adminiculū, *Soccin. cons. 262. colum. 5. vers. confirmatur etiam lib. 2.*

Et ita decisum Iacobo Maria tantum informante.

Vbaldo Seniore

Mindionen. Archidiaconatus

Luna 14. Aprilis 1641.

S V M M A R I A.

1. *Processus publicatus à Notario rogato dicitur in forma probanti, etiam quod non fuerit compulsatus. Ampl. vt num. 3.*
2. *Extractio, quæ fit per Notarium rogatum non requirit obseruationem eorum, quæ requirūtur in extractione, quæ fit ab alio Notario.*
4. *Aliud est, processum esse nullum, aliud non esse in forma probanti.*
5. *Processus de partibus vt dicatur in forma probāti, debet recognosci.*

Decis. DCVI.

1 DOmini dixerunt, † processum, de quo agitur, esse in forma probanti, cum fuerit subscriptus, et publicatus per Notarium de eo rogatum, etiam si non fuerit compulsatus, *vt fuit resolutum in causa Colonien. Sancti Bartholomei 23. Ianuarii 1599. coram Orano, & in Carthaginen. Iurisdictionis de mense Aprilis 1612.*
2 *coram R. P. D. meo Pamphilio,* † cum nec sit necessaria hoc casu obseruatio eorum, quæ alias seruarentur, si processus extraheretur per alium Notarium non rogatum, *vt in dec. 2. in nou. & dec. 4. de*
3 *fid. instrum. in antiq. & alibi passim.* Quibus † accedit adminiculum trium Notariorum attestantium cum subscriptione, et proprio signo de legalitate d. Notarij rogati, ad quod facit cautela, *Ang. in auth. de tabellion. in prin. 3. col. vers. nota instrumentum. Boer. dec. 154. num. 5. Veronen. cautel. 54.*

Non obstat allegatus defectus iurisdictionis in Officiali Mindonien. coram quo fuit fabricatus processus, quia ex hoc arguitur nullitas processus sed non defectus in forma, de qua hodie quæritur
4 et. † inter hæc est differentia, *ex not. per Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iur. Natt. cons. 609. num. 22.*

Ex quibus fuit conclusum d. processum in for-
5 ma probanti, † facta tamen recognitione, *iuxta not. per Innoc. & alios in cap. 2. de fid. instrum.*

Vbaldo Seniore

Hispalen. Decimarum de Tablada

Luna 18. Iunij 1612.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur anteriori possessori.*
2 *Quasi possessio exigendi decimas animalium pascentium in aliqua tenuta suffragatur etiã quoad frumenta, & bladas eiusdem tenuta ad culturam redacta, tamquam in priorum fructuum loco subrogata.*
3 *Ecclesia Parochialis habet iuris assistentiam quoad decimas intra illius fines.*
4 *Quasi possessio exigendi decimas sufficit pro manutentione, non obstante iuris assistentia in contrarium.*
5 *Ecclesia Parochialis Prædialis non habet veram iuris assistentiam.*
6 *Consuetudo plurimum operatur circa extractionẽ decimarum.*
7 *Consuetudo specialis est præferenda in concursu generali.*
8 *Assistentiam iuris habere dicitur, qui habet pro se Constitutiones Apostolicas.*
9 *Possessio ciuilis sola sufficit ad effectum manutentionis.*

Decisio DCVII.

BEneficiati Ecclesiarum Ciuitatis Hispalen. accipiebant Decimas fructuum animalium pascentium in quadam Tenuta, de Tablada nuncupata, quæ cum ad Communitatem d. Ciuitatis spectaret, fuit per eamdem ad culturam redacta, & abinde citra illius decimæ fuerunt exactæ per Decanum, & Capitulum Cathedralis, & Parochialis Ecclesiæ d. Ciuitatis, tãquã esset d. Tenuta intra ipsius fines posita. Hinc orta lite inter dd. Beneficiatos, & Capitulum super hac exactione decimarum, & causa commissa in Rota fuit dubitatum coram me, Cui num esset dandum mandatum de manutenendo, & fuit 1 resolutum, esse dandum Beneficiatis † tamquam existentibus in anteriori possessione exigendi decimas dd. animalium in d. fundo, §. *retinendæ. Inst. de interd. cum vulg.* 2 † & licet tantum constet, illos exegisse, vt dixi decimas animalium, tamen dixerunt, illis hodie dandam esse manutentionem etiã quoad frumenta, & bladas in d. Tenuta recollecta cum censeantur ista subrogata loco priorum fructuum, qui ab initio percipiebantur *cap. cum in tua vbi Butr. Abb. & aly. & in c. commissum. de decim. Didac. pract. qu. cap. 57. num. 1. Rebuff. de decim. q. 14. num. 18. & seq. & fuit dictum in Sabinen. decimarum 9. & 18. May 1598. coram Orpio, & in nostris terminis in Conchen. decimarum 21. May 1601. coram Reuerendissimo Attrebaten.*

3 Non obstat, quod † Capitulum habeat pro se assistentiam iuris, cum tenuta, de qua agitur, sit intra fines d. Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis. Quia fuit responsum primo quod † Beneficia- 4 tis pro manutentione sufficere debet, quod sint in quasi possessione exigendi decimas, non obstante assistentia iuris, *Abb. cons. 71. numer. 3. par. 2. Rom. cons. 368. numer. 15. & fuit dictum in Mediolanen. Decimarum 9. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Pironato.* 5 Secundo quod † Ecclesia Parochialis non habet veram assistentiam iuris, cum non reperiatur textus, qui hoc dicat, *secundum Acchill. dec. 6. de decim.* 6 Vnde † hoc plurimum defertur consuetudini *Acchill. dec. 3. num. 3. & 4. de decim. Rot. dec. 163. num. 3. par. 2. diuers.* 7 & † in concursu præferenda est consuetudo specialis consuetudini generali, *vt in Calagurritana Decimarũ 19. Martij 1610 coram R. P. D. Caualerio.* Vltra quod 8 † Beneficiati videntur potius habere assistentiam iuris, qui habent pro se Constitutiones Archiepiscopatus Hispalen. disponentes, vt solutio decimarum ex prædiis existentibus in territorio Ciuitatis tam respectu animalium, quam frumenti fiat Parochialibus, sub quibus degunt domini animalium, & satorum, quas quidem Constitutiones bene deponunt plures testes esse in viridi obseruantia.

Nec obstat, quod Beneficiati fuerint illorum possessione priuati, cum post culturam d. tenutæ fuerint decimæ per Capitulũ semper exactæ, Quia 9 † per hoc non fuerunt priuati possessione ciuili, quæ sola sufficit ad effectum manutentionis, *Put. dec. 419. lib. 2. Rot. dec. 19. num. 12. par. 2. diuers. & fuit pluries dictum, vt nouissime in vna Ianuen. Beneficij 5. Iunij 1512. coram me.*

Et ita decisum &c.

Vbaldo Seniore

Burgi Sancti Dominici Iurispatronatus.

S V M M A R I A.

1 *Positionibus est respondendum, vt actor releuetur ab onere probandi, dummodo non sint omnino impertinentes, & directe, vel indirecte ad causam faciant, vel adminiculum præstent.*
2 *Positiones in dubio sunt admittenda.*
3 *Reiecta disputatione pertinentia, vel impertinentia, vt lites abreuientur.*
4 *Iuspatronatus transit cum hareditate.*
5 *Articuli respicientes bona non sunt impertinentes ad iuspatronatus iis annexum.*
6 *Positionum vnam, vel alteram sufficit esse releuantem vt cetera etiam admittantur.*

Decisio DCVIII.

FVit tentum, D. Marchionem Manfredum, et consortes teneri respondere positionibus a D. Alexandro Marchione productis, quia pro Marchione Alexandro stat regula, quod 1 † positionibus est respondendum, vt actor releuetur ab onere probandi, et sufficit non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo directe, vel indirecte facere ad causam, vel præstare adminiculum, *Rot. dec. 24. de test. in antiq. Bart. in l. si duo. §. idem Iulianus. numer. 10. & ibi Bald. in fin. ff. de iur. iur. Bald. in l. ad probationem. prima in 3. not. num. 4. C. de probat. Dec. in l. 1. num. 5. ff. si cert. pet. & late cons. 161. in causa num. 2. & ibi Apostill. & cons. 517. num. 2. Peregr. cons. 8. num. 2. lib. 1. & fuit dictum in vna Perusina fideicommissi de Bigazzinis 3. Iulii 1603. coram bo. me. Penia.* 2 prout † in dubio sunt admittendæ, *Io. Andr. in cap. cum contingat. num. 24. vbi etiam alii. de offic. deleg. Specul. in tit. de posit. §. 7. num. 7. in fin. & num. 8. Rot. dec. 25. de test.*

3 test, in antiq. reiecta ista disputatione pertinentiæ, vel impertinentiæ, ut abreuientur lites, ut de mere iudiciarum testatur Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 6. & ibi Addeat. num. 27 post Dec. in cap. In nomine Domini. nu. 34. de test. sed in hoc casu pertinentia videbatur manifesta, quia DD. Marchio Manfredus, et consortes ne excludantur à successione Iuspatronatus, de quo agitur, à Rolando seniore instituti, in quo non admittuntur nisi descendentes legitimi, et naturales, et de legitimo matrimonio nati vere, et non ficte, ut fuit in hac causa resolutum, ipsi autem descendunt ab Adalberto illegitimo, vtuntur legitimatione eiusdem Adalberti in amplissima forma concepta, cui dicunt consensisse Marchionem Sfortiam, et Hieronymũ auctores D. Marchionis Alexandri, sed pro Marchione Alexandro replicabatur d. consensum fuisse correspectiuum ad promissionẽ Adalberti pro se, et filijs, et descendentibus, qui nullo vnquam tempore, nec vlla de causa venturi, vel se iniuabũt d. legitimatione in præiudicium DD. Sfortiæ, et Hieronymi, et cuiuslibet ipsorum filiorum, et descendentium, et de non inferendo ijs aliquam molestiam, litem, vel controuersiam, nec inferemi consentire, cui promissioni prætenditur fuisse cõtrauentum, et ideo fuerunt datę plures positiones super lite mota, et prosecuta contra Sfortiam, et Marchionem Alexandrum, quæ ideo non possunt dici vllo modo impertioentes; sicut nec etiã impertinentes videntur alię continentes, quod bona petita per hanc litem fuerunt in hereditate Rolã

4 di senioris fundatoris iurispatronatus, † quod transit cum hæreditate, cap. ex literis. de iure patr. Et

5 ideo † articuli respicientes bona non sunt impertinentes ad iuspatronatus ijs annexum, Innoc. in rubr. de iurepatr. num. 4. Abb in cap. nam facalam. num. 5. eod. tit. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. nu. 7.

6 et tamen, † quatenus essent, sufficit vnam, aut alteram positionem esse releuantem adhoc, ut ceteræ admittantur, ut fuit dictum in d. Perusina Fideicõmissi de Bignazzinis coram Penia.

Et ita fuit decisum etc.

Vbaldo Seniore

Romana Melioramentorum

Veneris 24. Nouembris 1617.

SVMMARIA.

1 Possessio attentata non est manutenibilis.
2 Sententiæ tenor est attendendus ad dignoscendam mixturam.
3 Verba ex quibus cognoscitur, sententiam latam esse in possessorio summarij. & nam. 4.
5 Appellatio à sententia in possessoria non causat attentata.
6 Verba, Donec de summa &c. fuerit satisfactũ, nõ important mixturam, sed momentaneum possessionem.
7 Verba apposita in narratiua sententia non inducunt mixturam.
8 Verba in sententia incidenter prolata pro iustificando possessorio, non principaliter pro canonizando credito, non reddant sententiam appellabilem, nec inducunt mixturam.
9 Iniustitia notoria, & eaideas requiritur ad effectũ manutentionis contra immissum.
10 Iustificatio sententia attendi debet de tempore illius prolationis.
11 Saluianum cessat hypotheca cessante.
12 Iudex depntatus ab habente facultatem sperneudi appellationem potest suam sententiam exequi appellatione non obstante, et si adessent tres cõformes.
13 Facultates Iudici concessæ afficiunt omnes, qui illis consenserunt.
14 Vicarius Episcopi an possit subdelegare. & n. 15. & 16
15 Vicarius Episcopi videtur potius Ordinarius, quã delegatus.
16 Vicarij de communi stylo quotidie deputant Iudices cum eisdem facultatibus.
17 Iniustitia notoria, & eaideas sententia requiritur ad effectum nullitatis, secus ad effectum impediendi executionem, nisi agatur de sententia, quæ non recipiat appellationem, ut in possessorio.
18 Appellatio regulariter est prohibita in possessorio.
19 Lim. seras si iniustitia sit notoria, & patens.
20 Sententia recipit interpretationem à iure circa ea, de quibus nullam facit mentionem.

Decisio DCIX.

Postquam Rota resoluit in hac causa 9. Decembris præteriti DD. Scarlattis esse dandum mandatum de manutenendo, nisi obstaret mixtura sententiæ, cuius vigore fuerunt immissi in possessionem, sequebatur, ut de mixtura videretur iuxta relationem factam à Rota, sed quia pro parte DD. de Cibis prætendebatur, immissionem fuisse attentatam non solum ratione mixturæ, sed ex alijs etiam capitibus, ideo, ut vnica disputatione hæc materia absolueretur, dedi dubium de ordine Rotæ, An obstet mixtura sententiæ, ita ut ex hoc, vel ex alijs capitibus immissio fuerit attentata in casu, & ad effectum, &c. effe-

1 ctus autem est, quia, † si fuisset attentata, possessio non esset manutenibilis, & sic esset recedendum à decisione, de qua supra.

Domini autem responderũt, exceptionem mixturæ, & alias deducta non obstare manutentioni Dominorum de Scarlattis. Et quoad mixturam

2 fundamentum fuit, quia † tenor sententiæ est attendendus, iuxta conf. Corn. 10. aa n. 3. lib. 4. Dec. consf. 28. num. 2. vers. sic ergo Rot dec. 34 nam 12. & seq. par. 2. diuers. & apud Seraph decis 452. nu m. 1. & 2. par. 1. & fan dictam in Brixiea. Parochialis in Rota præterita 20. Nouembris coram me, Tõ alias

3 sæpe, † ex tenore autem sententiæ apparet eã fuisse latam in mero possessorio, cum fuerit pronunciatum, D. Aloysium immittendum fore, & esse in realem, actualem, & corporalem possessionem ludi pilæ, & hospitij per ipsum retinen. donec ipsi fuerit integraliter satisfactum, iuxta tradita per Socc. in l. rem, quæ nob. s. nam. 14 ff de acq poss. & consf. 261. nam. 1. lib. 2. Seraph. d. decis. 452. num. 2.

4 † Ita enim verba denotant formam sententiæ latæ in saluiano, iuxta Bart. in l. 1. ff de sala. interd. Menoch. de adipisc. remed. 3. numer. 185. & sic

5 † appellatio à sententia in possessorio non causauit attent ita, iux. trad. per Lacell. de attent. cap. 12. limit. 25 nu. 10. & seq. vbi in specie loquitur in saluiano, & dicit, ita fuisse tentum in vna Romana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1568. coram Sarmiento.

Nec videbantur obstare alia verba sententię ad inducendam mixturam, quia Aut considerantur illa verba, per Aloysium retinen. donec de summa

6 scutorum 150. fuerit satisfactus, & † huiusmodi verba non importare mixturam, sed momentaneã possessionem, fuit firmatum in decisionibus allegatis per Cas. de Graff. dec. sea discurs. 2. aamer. 10. de poss. & propr. & traditur in d. dec. 34. num. 10. & fin.

sis. & *dec.57.num.1.par.2.diuers.* & *late per Modern.Rauennat.in tract.de vil.saln.lib.3.q.4.nn.3.* & *sub num.5.vers.nec ea verba.* Aut sit vis in verbis illis, Ex peculijs D. Aloysij melioramentorū 7 & respectiue factorum, & † cum hæc sint posita in parte narratiua sententiæ, non possunt inducere aliquam mixturam, cum pars narratiua sententiæ non attendatur, sed dispositiua, *Corn.in l.ex stipulatione.num.5.C.de sent.Rot.d dec.34.num.11.* & *12.par.2.* & *apud Seraph.dec.616.num.7.* Aut deniq; deducitur mixtura ex verbis dispositiuis ipsius sententiæ ibi, Per d.Aloysium retinen. donec sibi de summa scutorum 1150. in dd. melioramentis de eius proprijs expositis fuerit integraliter satisfactum, & sic videtur canonizari versio propriarum pecuniarum Aloysij in dd.melioramentis, nec nō earum liquidatio summa expressa, & adhuc videbatur Dominis non constare de asserta mixtura, 8 quia † hæc omnia fuerunt prolata incidenter pro iustificando possessorio, non autem principaliter ad canonizandum creditum Aloysij, vnde non reddunt sententiam appellabilem, nec inducunt mixturam, *iuxta allegatum cons.Dec.28.num.3. Rot.d.dec.34.num.12.* & *sub num.16.par.2.* & *dec.263.num.1.par.1.diuers. vbi etiam resp ad cons.Corn.190.lib.2.* & *Bald. cons.331.lib.1.qui in contrariū etiam nunc allegantur.*

Quo vero ad alia capta, licet multa deducerentur per informantes pro iniustitia sententiæ, tamē Domini existimarunt, ea non obstare manutentioni Dominorum de Scarlattis, qui fuerunt iudicia- 9 liter immissi, cùm † ad istum effectum requireretur iniustitia notoria, & euidens ad hoc, vt sententia redderetur appellabilis, & consequenter immissio fuisset attentata, vt fuit firmatum in vltima decisione in hac causa facta, & *fuit dictum in vna firmana Beneficiorum 13.Ianuarij præteriti coram R.P.D.meo Remboldo, bene facit Corn.d.cons.10.nu.2.* & *3.lib.4.* & *in terminis nostris Contard.ad l.vnic.C.si de mament.poss.limit.9.nu.2.* & *seq.* & *num 9.* & *seq.* Et quamuis prætenderetur, sententiam non iustificari ex actis, ex quo asserta versio pecuniarum non probaretur, nedum de tem- 10 pore sententiæ, † quod est attendendum; sed nec ex testibus postea inductis, vt bis resoluit Rota in 11 hac causa, et sic cessaret hypotheca, † et consequēter saluianum; Tamen huic motiuo fuit responsū in d. vltima decisione cum qua Domini transiuerunt. Et eo magis, quia sententia fuit lata vigore commissionis, seu deputationis Illustrissimi Archipresbyteri, inter quas est, vt possit spernere quamcunque appellationem, et habent clausulam, 12 Appellatione postposita. Vnde † Iudex deputatus, non obstante appellatione interposita, videtur posse deuenire ad executionem absque vitio nullitatis, et attētatorum, perinde ac si adessent tres conformes, *iuxta not.in cap. pastoralis.vbi Abb.num.11.de appellat.Lancell.de attent.cap.12.lim.8.in princ.Rot.dec.71.lib.1.par.3.diuers.* & *in Romana Societatis 29.Ianuarij 1616.coram Reuerendissimo* 13 *Damasceno*, et † cum omnes litigantes tam Clerici, quam laici consenserint eiusdem deputationi cum dictis facultatibus illæ afficiūt omnes, *iuxta not.in d.cap.pastoralis de appellat.*

Nec obstat, quod deputatio fuerit facta à Vica- 14 rio Illustrissimi Archipræsbyteri, † qui non videtur potuisse tamquam delegatus subdelegare cū eiusmodi facultatibus ex allegatis. Quia, præter quā 15 eiusmodi Vicarij videntur potius Ordinarij, quā Delegati, *iuxta text.in cap.2.de consuet.in 6.* & *in cap Romana.de appellat.eod.lib.Didac.lib. 3.var.resol.cap.vlt.num 4.vbi de communi.* & *pract.qu.cap.4.num.4.Alex.* & *alij in rubr. ff de offic.eius. Marant.in specul.in 4 par.distinct.princ, sub nu.12.* 16 & *seq.* † Cessat difficultas tum ex consensu partium tum ex communi stylo secundum quē nisi Vicarij quotidie deputant Iudices cū eisdē facultatibus.

17 Non obstat distinctio allegata, † vtrum agatur ad effectum nullitatis, an verò ad effectum impediendi executionem, vt primo casu requiratur notoria, et euidens iniustitia sententiæ; secundo vero casu nequaquam, qui est casus noster., *Gabr. cons.26 num.3.* & *seq.lib.2. Sard cons.324.nu.8. lib.3.* Quia placuit responsio, quod illi non loquūtur in casibus, in quibus propter iniustitiam admittitur appellatio alias prohibita, vt quādo pronunciatur 18 in possessorio; prout in casu nostro, † in quo regulariter est prohibita appellatio; ideo enim vt ratione 19 iniustitiæ detur appellatio, † iniustitia debet esse notoria, et patens, *vt per Lancell.de attent.cap.12.Lim.25.num.15.* & *supra dictum est.*

Demum nec visum fuit obstare, quod non fuerit data immissio Scarlattis cū moderatione, de qua in vltima decisione videlicet cum onere soluendi pensiones Cibis, et sic sententia videatur notorie 20 iniusta, quia † cum nihil de hoc fuerit dictum in sententia, nō potest argui de notoria iniustitia, sed debet recipere intepretationem à iure, *iuxta l.Herennius cum ibi not.ff.*de *vsur.* et sic est intelligenda cum illo grauamine, prout eam Rota intellexit in d. decisione.

Ex quibus fuit conclusum, exceptionem mixturæ, et alia deducta non obstare manutentioni Dominorum de Scarlattis.

Cardinali Sacrato

Theatina Prapositura.

Luna 1. Iulij 1619.

S V M M A R I A.

1 *Iudicis sententia priuat possessione.*
2 *Lim. secus si Iudex processerit iuris ordine non seruato.*
3 *Beneficio quis ob non residentiam priuari non potest, nisi fuerit ter citatus in loco beneficij,* & *deinde per sex menses exprctatus.*
4 *Impeditus comparere propter carcerationem excusatur.*

Decisio DCX.

PRo informante fuit tentum, hoc est Abbati Iosepho dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat ex testibus datis, *in summ. num.2.* Et non obstat, 1 † quod fuerit illa priuatus per sententiam Ordinarij, *iuxta not.in l. clam possidere. §. ad nundinas* 2 *ff de acq.poss.* quia † hoc non habet locum, quando Iudex non procedit iuris ordine seruato, *Abb.in c.conquerente nu.5.* & *6.*de *rest.spoliat.Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poss.num.60.* & *61.* & *fuit dictum in Romana Viridarij die 8. Martij præsentis anni coram me.* In proposito autem casu visum fuit Dominis, quod Ordinarius non processerit ad priuationem ob non residentiam iuris or- 3 dine seruato, † ex quo non præcessit trina citatio in loco beneficij, & etiam non fuit expectatus per sex menses à die vltimi peremptorij, *iuxta not. in cap.ex tua de cleric.non resid. Seraph. decis.1346.1366.* & *fuit dictum in causa Theatinen.Parochialis coram R.P.D. meo Piranato* in Rota proximè præterita, & licet dicantur factæ quædam citatio-

nes

4 nes personales, tamen † cum post illas Ioseph fuerit carceratus in Vrbe nempè 18. Decēbris 1602 vt patet ex fide Commentariensis, visum fuit, quod illę citationes nō sint habendæ in consideratione, ex quo Ioseph per dictam carcerationem fuit impeditus comparere, *iuxta not. in l. 2. §. si quis iudicio ff. si quis caut. & per glos. in c. fin. in verb. excusatione de cleric. non residen.*

Vbaldo Seniore

Cremonen. Beneficij

Lunæ 26. Aprilis 1621.

S V M M A R I A.

1 *Possessorium prius de iure terminandum est, quam petitorium.*
2 *Ampl. etiam si adsit commissio pro cumulatione.*
3 *Et eo magis si cum clausula, Arbitrio, quæ iuris rigorem moderatur.*
4 *Lim. vbi possessorium est turbidum, quia tunc admittitur arbitrium pro cumulatione, & in fin.*
5 *Possessio instrumentalis, si tunc erat vacans, est manutenibilis.*
6 *Beneficij possessione capta censetur capta etiam illius bonarum.*
7 *Antecessoris possessio suffragatur, etiam successori.*
8 *Locationes non probant possessionem, cum etiam res aliena locari possit.*
9 *Lim. secus perceptione fructuum concurrente. Lim. etiam vt nu. 11.*
10 *Confessiones de recepta Antecessoris non iuuant successorem, nisi Notarius attestetur etiam de perceptione in sui, & testium præsentia Declar. vt num. 12.*

Decisio DCXI.

1 FVit dictum, intrare arbitrium pro cumulatione petitorij, & possessorij, quia licet † regulariter de iure prius sit terminādum possessorium, quam petitorium, *leg. ordinarij. C. de rei vendic. l. incerti. C. de interd. cum alijs in decis. 365. nu. 9. par. 1. in recentior, & decis. 652. num. 2. par. 2.*
2 ita vt † etiam si adsit commissio cumulationis, nihilominus prius terminari debeat possessorium, *Cas. de Grass. dec. 9. num. 9. de caus. poss. & propriet.*
3 *Rot. dec. 34. nu. 7. par. 2. diuers.* † quod tanto magis videtur admittendum in clausula, Arbitrio, quæ rigorem iuris moderatur, *Crescent. dec. 4. num. 3. de*
4 *rest.* nihilominus † stylus Rotæ est, vt quando possessorium est turbidum, admittatur arbitrium pro cumulatione, *vt in causa Vicen. Parochialis 10. Decembris 1608. coram R. P. D. Manzanedo in Romana Hæreditatis de Alexijs 24. Ianuarij 1624. coram R. P. D. Caualerio, quæ est dec. 557. nu. 4. par. 1. in recentior. & in Sabinen. Iuris pascendi 5. Nouembris 1618. & in Auximana fideicommissi 7. Februarij 1620. coram D. Caualerio, & d. dec. 365. nu. 11. par. 1. & prius in Romana Cottimi 6. Martij 1600. coram Illustrissimo Sacrato.*

Turbiditas autem possessorii pro vtraque parte non videbatur posse controuerti. Nam Horatius docet de sua possessione beneficii per publicum
5 instrumentū, quæ † possessio, licet instrumentalis si alius nō existebat in possessione, est manutenibilis *ad l. prædia, vbi Doct. ff. de acq. poss. Rot. dec. 62. nu. 1. par. 2. diuers. cum aliis in dec. 293. nu. 4. par. 1. in*
6 *recentior.* & † capta possessione beneficii censetur capta etiam prædij, de quo agitur, si spectabat ad illud beneficium, *ex late adductis per Rot. dec. 19. nu. 7. & seq. par. 2. diuers.* & cessat difficultas, quia Horatius cepit in specie etiam possessionem prædii.

7 Rursus Horatius † confirmat suam possessionē illius petiæ terræ ex possessione Bonnini, qui resignauit ad eius fauorem, et cepit possessionem nō solum beneficij, sed etiam istius prædii de anno 1605. quam possessionem continuauit, vt deponūt tres testes, primus & secundus de auditu, tertius vero de certa scientia.

Ex aduerso vero Narrarius Rector prætendit, dictum prædium spectare ad suam Ecclesiam, & probat suam possessionem ex diuersis locationibus de d.
8 prædio factis, † quæ licet per se non probent possessionem, cum res etiam aliena locari possit, *leg. nemo C. de locat. l. si ibi 2 ff. eod. tit. late Gabr. concl.*
9 *4. in princ. eod. tit.* tamen † secus est, quando accedit perceptio fructuum, *vt ibi Gabr. nu. 2.* de qua docet Rector per diuersa instrumenta solutionum illi factarum per affictuarios.

10 Ceterum, quia † ista instrumenta continent confessiones de recepto ante ipsorum confessionem, non videbantur inducere probationem solutionis, & sic possessionem Rectoris, cum ad hunc effectū fuisset necessarium, quod Notarius etiam attestaretur Rectorem percepisse in suis, & testium præsentia, *Bart. in l. si ex causa nu. 1. & 8. & ibi Bald. nu. 14. C. de non numer. pecun. & idem Bart. in l. singularia. nu. 22. vbi Alex. & Dec. nu. 33. Ias. num. 48. si cert. pet. Alex. cons. 125. num. 6. lib. 2. fuit dictum in causa Bononien. Census 24. Aprilis 1600. coram bo. me. Card. Pamphilio, in causa Romana Depositi 10. Decembris 1601. coram R. P. D. Decano, in causa Romana Dotis 9. Decembris 1613. & in Terdonen. Pensionis 17. Iunii 1616. & 16. Iunii 1617 corā me.*

11 Licet adhuc replicaretur, quod † cum locationes factæ fuerint à Rectore tempore non suspecto, ne-
12 pe ante litem motam, & † licet solutiones affictuū sint confessiones, illę tamen tamquam verisimiles sustinerentur etiam in præiudicium tertii, *ex alleg. per Surd. post alios dec. 325. nu. 5 & 6.*

Ex quibus negari non potest, quin sit turbida vtriusque partis possessio, vnde concluserunt Domini intrare arbitrium pro cumulatione ex allegatis in principio, apposito tamen sequestro.

Et ita, &c.

Vbaldo Seniore

Iadien. Canonicatus

Lunæ 5. Iunii 1621.

S V M M A R I A.

1 *Possessio horam habens anterior iudicatur inter plures captas eadem die.*
2 *Mandatum speciale requiritur ad possessionem acquirendam.*
3 *Nec sufficit, quod quis sit frater, vel coniuncta persona.*
4 *Ratificatio non operatur, nec retrotrahitur in præiudicium tertii.*
5 *Canonicatus possessio capi debet Capitulariter.*
6 *Canonicus admissus ad faciendos actus Canonicales de consensu, & patientia Capituli habetur, ac si possessionem Capitulariter nactus esset.*
7 *Testis vnicus sufficit ad probandam possessionem in iudicio manutentionis.*
8 *Ampl. etiam ad probandam possessionis qualitatē.*

9 Qua-

9 *Qualitas facilius probatur, quam substantia.*

Decisio DCXII.

FVit tentum pro manutentione Iacobi, quia licet ipse, et Mattheus aduersarius ceperint possessinem Canonicatus eadem die 27. Iulij., et † possessio Matthei iudicari possit anterior tamquam habens horam, *vt per gloss. in cap. cum à sede. in verb. nec appareat. de preb. in 6. Cassad. dec. 20. nu. 1. eod. tit. cum alijs per Rot. dec. 514. num. 1. part. 2. in recent.* et comprobatur ex depositione vnius testis de anterioritate pro Mattheo deponentis, tamen d. Matthei possessio non videbatur manutenibilis. Primo quia capta ab eius fratre absque speciali mandato, † quod requiritur, *ad not. per Abb. & Doct. in c. accedes de preb. Aym. cons. 104. num. 15.* † nec sufficit ad hunc effectum, quod sit frater, vel coniuncta persona, *Felyn. in c. nonnulli §. sunt, & alij. nu. 11. de rescript. Seraph. decis. 1165. nu. 5.* nec ratificatio ex post facto subsecuta eiusdem Matthei, cum ante illam Iacobus apprehendisset possessionem, † in cuius præiudicium ratificatio subsecuta non operatur, cum non retrotrahatur in præiudicium tertij, *Alex. in l. quod meo. num. 5. ff. de acq. poss. Rot. dec. 9. de restit. spol. in nou. Seraph. vbi sup. num. 6. Surd. cons. 160. num. 26. lib. 2.* Præterea quia non apparet fuisse captam Capitulariter, † prout etiam requiritur, *Cassad. dec. 8. num. 1. de caus. poss. & propriet. Put. dec. 20. lib. 1. Rot. dec. 523. sub. num. 1. & dec. 701. nu. 5. part. 2. in recent.* sublata igitur possessione Matthei remanet possessio Iacobi, quæ licet patiatur eamdem difficultatem quod non est capta Capitulariter, tamen cum † sufficiat, quod Canonicus faciat actus Canonicales de consensu, et cum patientia Capituli, *vt Cassad. d. dec. 8. nu. 3. de caus. poss. & propr.* de huiusmodi consensu, et patientia satis videtur deponere vnius testis à Mattheo inductus, qui deponit vidisse Iacobum sedentem in choro vna cum Canonicis recitantem Officium in habitu Canonicali, videlicet cum pelle, quam deferunt super manu, quæ in illis partibus vocatur Zanfarda, et licet sit vnicus, tamen sicut sufficeret vnicus ad probandam possessionem in hoc summarijssimo possessorio, *Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 34. Seraph. dec. 624. in fin. & dec. 1326. sub nu. 0. Rot. dec. 501. sub nu. 8. par. 1. in recent. & dec. 147. num. 1. par. 2.* † ita videtur sufficere ad probandam istam qualitatem possessionis fuerit Capitularis ex tollerantia ipsius Capituli, cum † facilius probetur qualitas, quam substantia, *gl. in l. talis scriptura in verb. vniuersu. ff. de leg. 1. Surd. post. alias cons. 268. num. 7. Rot. dec. 292. nu. 3. in fin. par. 2. in recent.*

Et ita decisum, etc.

Vbaldo Seniore

Egitanien. Commenda

Luna 18. Aprilis 1622.

S V M M A R I A.

1 *Remissoria non datur ad probandum id, quod potest probari per scripturam, & nu 8.*
2 *Ampl. eo minus, vbi scriptura ipsa articulatur.*
3 *Ampl. nec ad probandum id, de cuius contrario constat per scripturam.*
4 *Remissoria petitio contra contenta in instrumento, & ad euitandum rationes, & fundamenta decisionis iam factæ dicitur sapere calumniam.*
5 *Remissoria denegatur, vbi apparet de vehementi calumnia.*
6 *Decretum Iudicis non est modus transferendæ possessionis.*

Decisio DCXIII.

POst relaxatum sequestrum in hac Commenda præuiis duabus decisionibus pars Blasii petiit remissoriam, pro qua dedit in actis articulum ad probandum se cepisse possessionem Commendæ die 25. Iulii 1611. tradente eam sibi Iudice, qui accessit ad Ecclesiam, et tradidit possessionem Blasio deambulando, stando, et alios actus possessorios faciendo, tam in d. Ecclesia præfatæ Commendæ, quam in illis locis, et annexis, et quod de ista possessione fuit rogatus Emanuel Antrada Seriba Regius, cum tamen antea dedisset instrumentum d. possessionis de d. die 25. Iulii 1611. absque eo quod contineat actum aliquem appræhensionis possessionis, sed in eo dicitur, quod Iudex in ædibus suis ostensis sibi à Blasio litteris antianitatis, seu expectatiuæ in iis apposuit suum Exequatur, virtute quarum litterarum ei tradita fuit possessio d. Commendæ, et ipse fuit habitus pro immisso, quibus attentis Domini censuerunt, denegandam esse remissoriam, quia † illa non datur ad probandum id, quod potest probari per scripturas, *Egid. decis. 9. nu. 1. vers. facit. Rota dec. 10. num. 6. de offic. deleg. in nou. in Toletana Canonicatus 15. Nouẽbris 1609. coram bo. me. Card. Lancellotto dec. 314 nu. 1. part. 1. recentior, & dec. 45. nu. 2. in fin. & 589. sub nu. 1. vers. & quod non datur remissoria par. 2.* et † tanto minus hoc casu, in quo articulatur, quod de traditione possessionis fuit rogatus Notarius, *Rot. dec. 414. nu. 5. ead. par. 2. recentior.*

Accedat, quod ex instrumento producto potius elicitur possessionem fuisse traditam in domo Iudicis, quam alibi, vt patet ex supradictis; et ex secunda decisione in causa facta, vnde sequitur, vt remissoria non sit danda ad probandum id, de cuius contrario constat per scripturam, *Seraph. dec. 1460. nu. 3. Rot. d. dec. 589. sub nu. 1. vers. vnde cum per dictas scripturas par. 2. in recentior. & dictum in Vlixbonen. Iurisconferendi 7. Februarij 1907. coram Card. Lancellotto.* Ex quibus etiam videbatur non carere calumnia hæc remissoriæ petitio tamquam contra contenta in instrumento, et ad euitandum rationes, et fundamenta decisionis, quod sapere calumniam *fuit dictum in Mediolanen. Bonorum 11. Maij 1597. coram bo. m. Card. Pamphilio, & in d. Vlixbonen coram Card. Lancelloto*, et ratione calumniæ, quando est vehemens, denegari remissoriam *sæpius censuit Rot. Cassad. dec. 3. de dilat. Caputaq. dec. 59. par. 3.*

Neque dicatur peti remissoriam ad euitandum æquiuocum instrumenti producti, in quo solum dicitur fuisse traditam possessionem, quia respondebatur, quod aut pars nititur d. instrumento producto, et non potest tollere æquiuocum, quia scriptura producta non continet actum aliquem appræhensæ possessionis, sed solum decretum Iudicis, † qui non est modus transferendæ possessionis, vt in secunda decisione. Vnde, † si testes deponerent de actuali possessione capta, magis standum esset instrumento, quam testibus, *l. census. ff. de prob. et in c. tertio loco eod. tit.* Aut nititur alio instrumento quod prætendit fuisse rogatum de actibus possessoriis factis in Ecclesia, et tunc intrat conclusio supra firmata, quod † remissoria non datur ad probandum per testes id, quod per scripturas probari potest

Et ita fuit decisum, etc.

Vbaldo

Vbaldo Seniore

Astorien. Præstimoniorum

Lunæ 13. Iunij 1622.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria ad effectum requiritur contumacia.*
2 *Contumacia committitur, vbi quis monitionibus Iudicis parere recusat.*
3 *Contumacia quomodo committatur post intimationem mandati de manutenendo, & num. 5. & 8. & seq.*
4 *Declaratoria relaxatur reproductis intimationibus, seruatisque quatuor terminis ad docendum de paritione, & de ea non docto.*
6 *Patientiam præstare sufficit pro paritione mandati de manutenendo.*
7 *Paritionis ad effectum non tenetur quis dimittere possessionem, vel alias cedere iuri suo.*
8 *Parere tenetur possessor mandato de manutenendo non faciendo actus patientiæ contrarios.*
9 *Recursus ad Iudices laicos habiti præsumuntur ad instantiam habentis interesse.*
10 *Probatio præsumptiua non sufficit ad effectum declaratoriæ.*
11 *Recursus ad Iudices Laicos probant animum non parendi mandato Rotali.*
12 *Declaratoria datur ob non paritionem.*
13 *Recognitio iurium fieri potest ante relaxationem declaratoriæ.*
14 *Remissoriæ pendentia non impedit manutentionē.*
15 *Manutentia potest ex noniter deductis quandocunque reuocari.*
16 *Feriæ non obstant in mandato de manutenendo, & iudicijs possessorijs.*

Decisio DCXIV.

1 FVit resolutum pro declaratoria, † ad cuius effectū requiritur contumacia, *Cassad. dec. 5. nu. 7. de const.* † quæ quidem contumacia
2 tunc committitur, cum quis monitionibus Iudicis parere recusat, *l. contumacia vers. contumaces non videntur. ff. de re iudic. Socin. in cap. nulli. num. 7. de sent. excommunic. cum alijs per Rot. decis. 591. nu. 5.*
3 *in fin. par. 2. in recentior.* In casu autem isto † videtur in D. Michaeli adesse contumacia, ex quo intimato sibi mandato de manutenendo Rotali à Notario, non est passus totum sibi legi, nec voluit acceptare transumptum quod petebat, sed dixit vt Notarius post prandiū reuerteretur, et interim idem Notarius fuit carceratus à Ministris eiusdē Michaelis, et ei oblatum transumptum, *vt in summarijs. Ferdinandi nu. 1. & 2. &* adsunt etiam recursus habiti ad Iudices laicos, à quibus habuit præceptum contra Ferdinandum executum de exhibendo in Consilio Regio litteris Apostolicis super hoc beneficio obtentis, et nouissimè fuit exhibitum mandatum eiusdem Michaelis ad recurrendum in hac causa contra Ferdinandum, et petitio Procuratoris, vt retinerētur in Consilio litteras executoriales Rotales, nec Ferdinando resti-
4 tuerentur, vt S. summ. num. 4. vnde, † cum fuerint reproductæ intimationes, et alia prædicta in Rota et fuerint seruati quatuor termini ad hoc necessarij, intra quos non fuit doctum de paritione, nihil aliud superest, nisi deuenire ad declaratoriam iuxta stylum Rotæ *Mohed. dec. 1. de sent. excommunic. Cresc. dec. 1. de sequest. poss. & fuit. Cassad. decis. 6. nu. 10. de caus. poss. & propr. Felya. in c. ad probandum nu. 6. de re iudic. fuit dictum in Cremonen. Pēsionis 28. Maij 1612. in Mantuana Bonorum prima Iulij 1615. in Vlixbonen. Beneficij 10. Aprilis 1617*
5 *coram me*, † in qua fuit etiam ponderata sola protestatio recurrendi ad Iudices laicos.

6 Non obstat quod † sufficiat pro paritione præstare patientiam *iuxta dec. Mohed. 9. de sent. & re indic. Seraph. dec. 756. num. 1. fuit dictum in Maioricen. Beneficij 24. Nouembris 1616. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Sorana Beneficiarum 27. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Toleta-*
7 *na Admissionis 2. Decembris 1619. coram me*; † nec teneretur Michael dimittere possessionem, vel alias cedere iuri suo, vt in dd. decisionibus, *& fuit resolutum in causa Burgen. Iurisdictionis de Birbiesca 10. Decembris 1597. coram bo. me. Peregrina, & alias sæpè*, Quia, licet hæc vera sint, tamen
8 † possessor tenetur parere mādato de manutenendo non faciendo actus contrarios patientiæ, prout hic facti sunt, vt apparet ex recusatione intimationis, et transumpti, quod Michael ad aliud tempus remisit, et interim successit carceratio Nuntij cum ademptione transumpti, vt supra dictum est. Et coadiuuatur in obedientia ex recursibus habi-
9 tis, † qui præsumitur habiti ad instantiam interesse habentis, vt sæpissimè censuit Rota, *vt in Burgen. Abbatia coram me, quæ est dec. 529. num. 4. par. 1.*
10 *in recentior.* et licet † ad effectum declaratoriæ nō sufficiat præsumptiua probatio, *vt in Tuden. Beneficij 5. Aprilis & 25. Iunij 1604. coram bo. me. Penia, & in Placentina Beneficij 27. Nouēbris 1613.*
11 *confirmata 20. Maij 1614. coram me.* tamen † hic est, quod ex istis recursibus probatur animus Mi-
12 chaelis non parendi mandato Rotali, † ob quam non paritionem datur declaratoria, vltra quod stante d. mandato procuræ ad recurendum specialiter in ista causa cum instātia, vt retineantur executoriales, ponderatis, vt supra, esset vera probatio recursuum, et non præsumptiua.

Quæ dicebantur contra iustitiam mandati Rotalis, et contra decisiones, non sunt præsentis inda-
13 ginis; et † quoad recognitionem iurium, quibus nititur Ferdinandus, et poterit fieri ante relaxationem declaratoriæ.

Non obstat, quod mandatum fuerit relaxatum tempore feriarum, et quod pendeat commissio a Iu-
14 per probatione iurispatronatus. Quia † hoc postremum non impedit manutentionem, quæ ex no-
15 uiter deductis † poterit quandocumque reuocari,
16 et primum non arguit nullitatem, cum † feriæ non obstent quo minus in causis possessorijs procedi possit, *iuxta dec. vnic. Archil. de fer.*

Ex quibus fuit conclusum, dandam esse declaratoriam, nisi intra mensem fuerit paritum.

Vbado Seniore

Crotonen. Archipræsbyteratus

Veneris 22. Ianuarii 1623.

S V M M A R I A.

1 *Actus, ex quibus probatur possessio Parochialis.*

Decisio

Decisio DCXV.

PRoposita causa super reseruatis die 9. Decembris præteriti Domini responderunt pro D. Petro Ioanne Ormazza informante, videlicet, illi dandum esse mandatum de manutenendo, quia post sententiam Ordinarij constat, Petrū Ioannem rediisse ad suum Archipræsbyteratum, 1 † & ibi exercuisse actus ad Rectorem pertinentes de quibus, vltra attestationem Capituli Crotonen. & quietantias super solutione decimarum pro d. Ecclesia Archipræsbyteratus, quæ fuerunt consideratæ in alia decisione d. die 9. Decembris præteriti accedebant etiam attestationes hominum loci, de quo agitur, deputatio Cappellani, & instrumentum celebratum a Petro Ioanne tamquam Archipræsbytero, quæ fuerunt data, *in summ. præterita positionis pro Ormazza num. 67. & 8.* Et cessat difficultas ex duobus testibus in Curia examinati, qui iuxta 15. Interrogatorium, & super 20. articulo optime deponunt de regressu Petri Ioannis ad suam Ecclesiam, & de administratione sacramentorum per eum ibidem facta, ex quibus probatur effectuatio sententiæ reintegratoriæ Ordinarij, & possessio Petri Ioannis suæ Ecclesiæ Archipræsbyteratus, ad quem fuit restitutus, *Abb. in cap. in genesi num. 5. de elect. Rot. dec. 560. num. 5. de elect. Rot. decis. 560. num. 4. par. 2. in recentior. & fuit dictum in alia decisione.*

Et ita fuit decisum.

Vbaldo Seniore

Firmana Prebenda

Mercurij 28. Iunij 1623.

S V M M A R I A.

1 *Iudicium manutentionis est summarij ssimum.*
2 *Manutentionis in iudicio nō attenditur, nisi simplex possessio, & nuda facti detentatio.*
3 *Prædo etiam, & spoliator est in sua detentatione manutenendus.*
4 *Instrumentum adeptæ possessionis, alio in ea non existente, suffragatur ad quoscumque effectus.*
5 *Possessio posterior non est manutenibilis, cum præsumatur clandestina.*

Decisio DCXVI.

DOmini dixerunt, mandatum de manutenendo esse dandum Polidoro, non attentis ijs, quę hinc inde dicuntur de validitate tituli vtriusque partis, quia † in hoc iudicio 1 manutentionis, quod est summarijssimum, *Menoc. de retin. remed. 4. num. 58. Rot. dec. 99. num. 2. par. 2 1. diuers.* † non attenditur nisi simplex possessio, & nuda facti detentatio, *Conar. pract. qu. cap. 17. sub num. 4. vers. In specie, Rot. dec. 641. nu. 8. par. 1. fuit dictum in Auersana Beneficij 4. Iunij 1614. coram 3 me.* Et hoc adeo verum est, vt † etiam prædo, & spoliator sint in sua detentatione manutenendi, *Paleott. dec. 87. incip. Spoletana parochialis. Rot. d. dec. 641. num. 8. par. 1.*

De possessione autem d. Polidori constat ex publico instrumento adeptę possessionis die 24. Iunij 4 1622. † quod, alio non existente in possessione, suffragatur ad quoscumque effectus, *l. prædia. & ib Bart. ff. de acq. poss. Caputaq. dec. 334. par. 2. Rot. in Augusten. Hospitalis 21. Februarij 1611. coram me quæ est dec. 293. num. 4. par. 1. recent. & sæpissime in alijs.*

Non obstat possessio capta per Dominicum, quia fuit capta die 10. Iulij sequen. non citato Po5 lidoro, & sic † tamquam posterior non est manutenibilis, cum præsumatur clandestina, *Bald. in c. si diligenti num. 21. de præscript. Rot. d. dec. 293. nu. 8. par. 1. in recent. & dec. 514. par. 2. & coram Sanctissimo dec. 40.*

Et ita fuit decisum &c.

Vbaldo Seniore

Toletana Admissionis

Luna prima Iulij 1624.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria vt paritum dicatur respectu exactionis, sufficit, vt quis se abstineat ab ea in futurū, & exigi patiatur per aduersarium. & num. 6.*
2 *Contumacia circa non paritionem committitur, si petatur, & obtineatur mandatum de manutenēdo, ab alio Iudice. & num. 5.*
3 *Declaratoria conceditur constito de contumacia, & seruatis solitis quatuor terminis.*
4 *Patientiam præstare satis est ad effectum paritionis.*
5 *Paritionis ad effectum necessarium est non facere actus contrarios. & num. 5.*

Decis. DCXVII.

SEntentia lata declaratoria contra nonnullos ex Cappellanis amouibilibus Collegij Cōplutén. in Oppido Madriti, eo quia nō fuerunt obedientes executorialibus Rotalibus, quoad præcedentiam erga Cappellanos perpetuos, & solutionem expensarum præuia tamen decisione sub die 16. Nouembris 1620. quoad emolumenta 1 nihil fuit dictum in d. sententia, quia † satis erat Cappellanos amouibiles abstinere ab eorum perceptione in futurum, vt dicerentur paruisse executorialibus, quæ etiam d. emolumenta complectebantur ad Rectores perpetuos pertinentia, sed, cū omnes paruissent quoad præcedentiam, & expensas, vnus tamen Ludouicus Paral non paruit quoad emolumenta, Ideo iterum dubitaui, An esset danda declaratoria, & Domini quoad ipsum Ludouicum affirmatiue responderunt; ipse enim compa2 ruit coram Vicario Madriti, & † petiit, et obtinuit mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi d. emolumenta non obstante oppositione in actis facta de executorialibus Rotæ 3 antea sibi intimatis, et ideo, † cum constet de contumacia in non parēdo, et seruati fuerint quatuor termini ad hoc requisiti, nihil remanet agendum, nisi deuenire ad hoc requisiti, nihil remanet agēdum, nisi deuenire ad declaratoriam iuxta stylum, *Cresc. dec. 1. de sequestr. poss. & fruct. Mohed. dec. 2. de sent. excommun. Cassad. dec. 6. nu. 1. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 478. num. 1. & dec. 591. num. 5. par. 2. recent.*

4 Non obstat, quod † sufficiat præstare patientiā *vt in dec. Mohed. 9. de sent. & re iudic. & sæpe cen5 suit Rota,* quia † necessarium etiam est non facere actus contrarios patientię, prout est petitio mandati de manutenendo coram alio Iudice post relaxatas,

lanatas, et intimatas executoriales Rotales, *vt fuit dictum in Asloricen. Praestimoniorũ 13. Iunij 1621. coram me.*

Neque subsistit, quod requireretur noua intimatio executorialium, quia continebant etiam emo-6 lumenta, vt dixi, licet † donec non fuit exaduerso contrauentum per actus positiuos contrarios, sufficeret patientia in perceptione per Rectores facienda. Nec quod petitio manutẽtionis possit intelligi quoad emolumenta in communi spectantia ad omnes Cappellanos; quia immo Ludouicus petit manuteneri in possessione emolumentorum quæ pertinere dixit ad beneficium, cui ipse inseruiebat, et ad se tamquam beneficiatum, in qua possessione dixit, se molestari à Petro Cappellano perpetuo, et sic petitio proprie respicit emolumẽta controuersa, super quibus emanauerant litteræ executoriales.

Ex quibus fuit decisum, dandam esse declaratoriam contra Ludouicum nisi infra mensem paruerit etc.

Manzanedo

Camerinen. Parochialis

Luna 8. Martij 1627.

S V M M A R I A.

1. *Possessio instrumentalis alio tunc non existente in possessione est manutenibilis.*
2. *Possessio iunior, & posterior præsumitur clandestina, & non est manutenibilis.*
3. *Iudex nulliter, & iniuste procedens ad immissionẽ non priuat aliam sua possessione.*
4. *Possessio capta pendente termino ad appellandum seu ipsa appellatione est attentata, & non manutenibilis.*
5. *Ordinarie, non executiue agendum est contra eũ, qui est in possessione cum pari titulo.*
6. *Clausula, Cedente, intelligitur de cessione simplici. non de facta ad fauorem certæ personæ.*

Decisio DCXVIII.

Nicolao dixerunt Domini daodum esse mandatum de manutenendo, quia constat de illius possessione instrumentali, 1 † quæ alio tunc temporis non existente in possessione est manutenibis, *Bart. in l. fradia. ff. de acq. poss Pat. dec. 360. num. 4. lib. 1.*

Nec visum fuit Dominis suffragari Patribus Camaldulensibus eorum possessio capta de Parochiali, de qua agitur in vim sententiæ Vicarij Ca-2 merinen. Tum quia † dicta possessio tamquam iunior, & posterior præsumitur clandestina, & sic nõ 3 manutenibilis, Tum etiam quia, † cum dictus Vicarius nulliter, et iniuste processerit, Nicolaus nõ fuit sua possessione priuatus, vt Rota sæpe dixit. De nullitate satis constat, ex quo dictis Patribus fuit datæ immissio non obstante pendentia termini ad appellandum, ac etiam appellatione pendẽte, & postquam signatura habuit causam pro ap-4 pellabili, † quæ propterea tamquam attentata nõ est manutenibilis, *vt fuit dictum in Romana de Zacconis 17. Maij 1621. & in vna Vrbeuetana Bonorum 27. Ianuarij 1624. coram R. P. D. Vbaldo,* 5 præsertim quia † d. Vicarius, cum Nicolaus esset in possessione, & cum pari titulo, qui propterea erat legitimus contradictor, debuis procedere ordinarie, non autem executiue, *Mohed decis. 13. in lit. pend. Caputaq. dec. 329. num. 2. par. 1.*

Quod vero Iudex notorie iniuste processerit, deducitur, quia prouisio Nicolai de dicta Parochiali fuit facta cum suspensione quarumcumque 6 Vnionum, & † cum fuerit facta de Beneficio pleno cum clausula, Cedente, vel decedente, seu alias quomodolibet Ecclesiam dimittente, intelligitur de cessione simplici, non autem de facta in fauorem certæ personæ *vt fuit dictum in Eugubina Sãcti Stephani 15. Martij 1599. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, quæ est dec. 38. par. 1. recent. & fuit sequuta Rota coram sanct. m. Greg. XV. dec. 159. vbi Additionator alia iura, & decisiones adducit.*

Et licet prædicta non transeant sine difficultate simpliciter loquendo, cum prædicta Vnio fuerit facta de quibusdam Ecclesijs, cum primum illas, vel singulas per cessum, vel ex causa permutationis, vel decessionis, seu quamuis aliã dimissionẽ, aut admissionem à prædictis obtinentium, seu alio quouis modo &c. Attamen dicebant Domini cessare omnem difficultatem in hac facti specie, cũ in prouisione Nicolai habeatur mentio de resignatione facta per Hieronymum ad fauorem dicti Nicolai de Ecclesia, quam tunc obtinebat, & subditur, & per Nos quascumque speciales, vel generales etiam mentales reseruationes, ac perpetuas, & temporales vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes &c. & Indulta quæcumque &c. & cum prouisionibus, vel alijs dispositionibus etiam ex nunc prout ex die vocationis illius per cessum, vel decessum eiusdem Hieronymi quauis etiam Apostolica auctoritate sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus, ac quibusuis clausulis, & decretis concessis, & concessa hactenus, eorumque omnium vim, & effectum ad effectum validitatis præsentis resignationis suspenden. quæ verba cum sint adeo ampla, sunt apta comprehendere etiam clausulas amplissimas Vnionis supra relatas.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. Durano

Pampilonen. Parochialis

Veneris 5. Decembris 1627.

S V M M A R I A.

1. *Acta sine quibus pronunciauit Iudex à quo, non sunt transportanda coram Iudice ad quem.*
2. *Transportationis defectus inutilis, & irrelevans non est attendendus.*
3. *Peritorum, seu verificatorum à partibus electorũ relationi standum est.*
4. *Constitutiones Synodales attendi debent.*
5. *Ampl. præsertim quæ spectant ad cultum Diuinum.*

Decisio DCXIX.

Domini persistẽdo in decisis die 21. Iunij 1627. resoluerunt ad fauorem Martini Aldunzini, non constare de causis restitutionis in integrum prætensis per Martinum de Valcarlis ex rationibus, et motiuis decisionis.

Neque obstat prætensus defectus transportationis actorum, nempe quatuor filiorum continentiũ cum voto Regio 26. quibus computatis prætendebat Varcarios eius vota superare vota Aldunzini,

Quia

Quia placuit responsio decisionis, quod d. folia fuerunt sublata per Iudices laicos, et Ordinarius Pampilonen. à quo fuit appellatum pronunciauit
1 sine illis, † quæ propterea nón debuerunt transportari, sed solum acta sententiæ, quæ petitur reuocari, *Rot. dec. 341. nu. 1. inter impress. post 2. vol. cons. Farinac.*

Et cessat omnia difficultas, quia prætensus defectus transportationis nullo modo releuat, quandoquidem releuantia solum prætenditur, ea quo folia illa, vt dicitur, continebant prædicta vota 26. et tamen illis etiam admissis ad fauorẽ Valcarchi, et vtcumque vota computentur, sempre Alduzin iuxta relationem verificatorum, seu præsentatorum de partium consensu electorum, quibus iuxta Constitutiones Synodales standum est, habet maiorem partem votorum, quia, si illa considerentur materialiter, et in confuso, hoc est excussa simul cum non excussis, Alduzin habet vota 71. Valcarlos vero vota 24. si vero attendantur vota excussa tantum, Alduzin habet vota 31. Valcarlos vero 21. Et clarum est, quod in hac verificatorum computatione, seu relatione fuit habita
2 ratio omnium votorum. Vnde † prætensus defectus transportationis vti inutilis, et irreleuans nõ est attendendus, *Rot. dec. 164. num. 5. par. 2. recent. & Greg. XV. dec. 508. num. 10.*

Neque obstat prætensio, quod septem vota fuerunt translata ad fauorem Valcarlos, quia iuxta Constitutiones Synodales standum est relationi ve-
3 rificatorum, † maxime cum illi fuerint à partibus electi, *Greg. XV. dec. 561. num. 7. & dec. 536. nu. 1.* nam si dictis verificationibus non esset standum, nec Constitutionibus Synodalibus, dum disponunt
4 illis standum esse, † quæ tamen attendi debent, *Rot. in Pampilonen. de Grammor. 16. Nouembris 1615. coram Reuerendissimo D. meo Decano,* et sequitur inconueniens, quod si singulorum votorum approbationes, et reprobationes, ac translationes præter verificatores eligendos iuxta Constitutiones Synodales essent singulariter in Rota examinandæ, processus fieret infinitus, et inexplicabilis maximè attenta qualitate votorum, cum non ad omnes incolas spectet Iuspatronatus, sed ad eos tantum, qui habent certas qualitates, quod per dictos verificatores medio iuramẽto facilius discernuntur, de quibus propterea iuste prouidit Constitutio Synodalis ad euitãdum d. infinitum progressum in Animarum, et diuini cultus detrimentum,
5 † propterea est seruanda, *Rot. dec. 757. num. 1. par. 2. recent.*

Cętera autem non egent responsione, aut fuit eis satisfactum in d. decisione.

Et ita vtraque etc.

R. P. D. Durano

Ariminen. Bonorum

Lunæ 21. Februarij 1628.

SVMMARIA.

1 *Constitutum non inducitur ex verbis, Dans, cedẽs, constituens &c.*
2 *Verba ablatiui casus important conditionem.*
3 *Constitutum appositum in instrumento conditionali est, & illud, vti accessoriam, conditionale.*
4 *Constitutum appositum in instrumento continente conditiones adimplendas post mortem constituẽtis, & sic post eius extinctam possessionem nihil operatur.*
5 *Verba, ex quibus in donatione ex reseruatione vsusfructus, & sit naturalis possessionis, intelligatur reseruata etiam ciuilis possessio & n. 6.*
6 *Vsusfructus retentione per donantem facta ex facto potest retineri etiam possessio ciuilis, vel impediri, ne illa transferatur in donatarium eius vita durante.*

Decisio DCXX.

CVM sententia A. C. confirmatoria alterius sententiæ Gubernatoris Ariminen. qua declaratum fuit, Ginebriam esse manutenendam in possessione bonorum, de quibus agitur, non autem Pompeum, transierit in rem iudicatam, et ad instantiam dicti Pompei fuerit cõmissa mihi causa restitutionis in integrum, illam proposui die 26. Maij 1627. et fuit resolutum, nõ constare de causis restitutionis, et reproposita hodie super eisdem Domini persisterunt in decisis ex rationibus decisionis desuper factæ, de quibus à decisionis principio, vsque ad vers. verum in extẽsione etc. Neque obstat prætensa possessio Pompei ea clausula constituti, quæ præsupponebatur adfuisse in donatione facta Margheritæ eius matri,
1 quia, vt dicebant Domini, † aut constitutum deducitur ex verbis donationis, ibi, dans, cedens, constituens etc. et clarum est, quod illa clausula, Constituens etc. non importat constitutum possessorium, sed solum sic extenditur, Constituẽs donatariam procuratricem vt in rem propriam, vt patet ex receptis, et solitis instrumentorũ formalis *& declarat Bertazz. clauſ. 28. gl. 1. & 2. & clauſ. 29. gl. 1.* aut vero desumitur ex verbis in fine dictę donationis post obligationem bonorum pro obseruantia donationis, ibi, sua bona in ampliori forma Cameræ Apostolicę obligauit cum pacto tenutæ,
2 et constituti, et † cum dicta donatio, et consequenter obligatio cameralis sint conditionales ex verbis ablatiui, ibi, saluis tamen semper, et reseruatis ipsis principio, medio, et fine pręsentis instrumenti vsufructu, ac etiam seruatis, et adimpletis omnibus alijs pactis, et conditionibus infrascriptis dedit etc. *l. à testatore. vbi Bart. ff. de cond. & demonstrat. late Sard. dec. 268. num. 11. & Rot. apud*
3 *Greg. XV. dec. 492. num. 7.* † similiter etiam constitutum fuit conditionale, quia est accessorium contractus, et regulatur iuxta eius naturam, *Bald. in l. ex testamento. in fin. C. de fideicom. Tiraq. de constit. par. 3. limit. 7. num. 16. Barz. de Bonon. 49. num. 31.*
4 *& Sard. dec. 157. num. 5.* Vnde, † cum conditiones non essent adimplendæ nisi post mortem donatricis, et sic eo tempore, quo possessio non erat penes constituentem, constitutum nihil operatur, *Bald. in cap. 1. num. 17. de confirmat. vtil. vel inutil. Tiraquell. d. tract. de constit. par. 2. ampl. 15. numer. 3. & par. 3. lim. 2. Alex. cons. 32. nu. 10. lib. 2. Hond. cons. 18. num. 57. lib. 2. Gomez. ad leg. Taur. 45. num. 89. Barz. vbi sup. d. num. 31. & Rot. post Pacific. de sal. dec. 169. num. 8. cum alijs alleg. in prima dec. in hac causa facta,* Et accedit, quod nec adhuc dictæ conditiones probantur adimpletę, et præsertim illa quod donataria post mortem donatricis teneatur deponere apud depositarium S. Hieronymi scuta 100. auri ad effectum restituendi in quodam censu perpetuo, cuius fructus multiplicari, et inuestiri deberent in aliis censibus, donec Laura vna ex filiabus donatariæ perueniret ad ętatem 25. annorum.

Et quod mens, et voluntas donatricis fuerit, quod possessio nullo modo transferretur in ipsius vita colligebat vnus ex dominis ex verbis dictæ donationis, ibi, in continenti secuta morte petitio, eta.

X 2

ctio, recuperatio, et possessio rerum donatarum illico donatariæ competat, et non antea, nec alio 5 modo. † quæ verba non solum sunt intelligenda de possessione naturali, sed etiam de ciuili, non obstante quod donatrix retinuerit sibi vsumfructum, et quod vsufructuarius solum naturaliter possideat, 6 quia † nihil impedit, quin ex pacto, vt hic, vsufructuarius possit etiam retinere ciuilem possessionem, aut prohibere, ne illa in eius vita in donatarium transferatur, prout retinere voluit, seu transferri noluit ex illis verbis, Et non antea, nec alio modo; quæ si solum ad naturalem referrētur essent superflua.

Et ita decisum vtraque &c.

R.P.D. Durano.

Lauretana Iurisdictionis

Luna 2. Iunij 1631.

S V M M A R I A.

1. *Articulus manutentionis si habeat admixtam causam proprietatis, & iuris assistentia, actusque iurisdictionales vaius sint turbidi ob clausulam, sublata, & decretum irritans, & possessio alicius sit fundata in vnico teste, qui non cōcludat, & in alijs, ex quibus vtraque possessio remaneat turbida, solet Rota omisso possessorio videre de bono iure in petitorio.*
2. *Ecclesia alteri vnita habetur vti illius prædium, seu membrum.*
3. *S. Domus Lauretanæ priuilegia.*
4. *Beneficium vnitum Ecclesiæ alterius diœcesis an eximatur à iurisdictione primi Episcopi, & efficiatur de iurisdictione, & diœcesi illius, cuius est Ecclesia, ad quam fuit vnitum.*
5. *Obseruantia quomodo probatur.*
6. *Vnio an in dubio dicatur facta Dignitati à principio amouibili, vel Ecclesiæ principali.*

Decisio DCXXI.

ORta lite coram A.C. inter S. Domū Lauretanam ex vna, et Episcopum Senogallien. ex altera super omnimoda iurisdictione Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis de Scapezzano, et petito de consensu partium voto Rotæ dubitaui die 12. Maii præteriti; Anet cum esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercitii d. Iurisdictionis, sed, quia † visum 1 fuit articulum manutentionis habere ad mixtam causam proprietatis, et iuris assistentiam, actusque Iurisdictionales, quibus Episcopus innititur, esse multum turbidos ob clausulam, sublata, & decretum irritans Priuilegii Pauli V. de quo infra prout etiam quasi possessionem d. S. Domus, seu illius Protectoris, vti fundatam in vno dumtaxat teste, qui non cōcludit, & in quibusdam literis missiuis Gubernatoris, & Protectoris, & alijs huiusmodi, propterea Domini ordinarunt, vt omisso possessorio videretur de bono iure in petitorio, vt sæpius data turbiditate possessorij obseruauit Rota, & præsertim in vna Pacen. *seu Nullius Iurisdictionis 4. Maij 1598. coram Card. Seraph. & in alia Montisregalis 4. Nouembris eiusdem anni coram Penia, quas refert, & sequitur Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 11 num. 11.* Vnde proposui hodie causam super dicto bono iure in petitorio, et fuit resolutum ad fauorem S. Domus, & Eminentissimi illius Protectoris. Resolutionis ratio fuit, quod, cum dicta Parochialis fuerit, & sit vnita S. Domui, & Cap- 2 pellæ Lauretanæ, † atque ideò habeatur vti illius prædium, seu membrum, *Caccialup. de vni. art. 8. num. 8. Sarn. in reg. de infirmis q. 15. Gonzal. super regul. 8. glos. 5. §. 7. num. 26. cum seq. & Rota decis. 710. num 2. par. 2. recent.* intrat propterea Bullæ Paul V. de anno 1610. ad fauorem d. S. Domus 3 emanata, † per quam motu proprio, et ex certa scientia, ac de potestatis plenitudine, necnon cum clausulis sublata, et decreti irritantis, alijsque derogatorijs cuiusuis contrariæ cōsuetudinis, etiam immemorabilis, et quorumcumque priuilegiorū in contrarium etiam motu proprio, et cum alijs quibuscumque clausulis concessorum ademit ab Episcopo Lauretano, et ab alijs Episcopis Archiepiscopis, et Prælatis quibuscumque, etiam quod essent Cardinales, et ad se priuatiuè auocauit omnē superioritatem, authoritatem, dominium, et iurisdictionem, tam temporalem, quam spiritualem, quam illi habebant, seu quomodocumque, et qualitercunque prætendere, et exercere poterant, etiā per viam visitationis, appellationis, querelæ, recursus, restitutionis in integrum, et canonicæ denunciationis, cuiusque alterius deuolutionis in et super S. Domo, et Cubiculo Lauretano, eiusdemq; Cappella magna, et parua beneficijs Ecclesijs, etiā Curatis eidem S. Domui, seu Cappellæ tunc, et pro tempore vnitis, seu annexis, vel ab ea dependentibus, nec non Officialibus Ministris, Præsbyteria, et Clericis, ac alijs Inseruientibus tam intus quam foris eiusdem Laboratoribus, Bubalarijs, prædictorumq; Officialium, et Inseruientium familijs, et seruitoribus, ac Peregrinis ad dictam S. Domum vndique confluentibus, necnon prædijs possessionibus, et reliquis bonis mobilibus, stabilibus, et semouentibus tam in Diœcesi Lauretana, quam in alijs quibuscumque Diœcesibus consistentibus prædictamque Domum, eiusque Ministros, omniaque alia superius relata à prædictorum Prælatorum iurisdictione, potestate, et dominio omnino exemit, absoluit, et liberauit, itaut in posterum quoad dictam S. Domum, et alia omnia supradicta tam Episcopus Lauretanus, quam alii Episcopi, Archiepiscopi, et alii Prælati habeantur pro personis extraneis, et insuper dictam omnimodam iurisdictionem tam temporalem, quam spiritualem, vt supra ad se auocatam Eminentissimo Cardinali tunc Protectori, et aliis Protectoribus pro tempore concessit, ipsisq; tamquam Prælatis proprijs, et distinctum territorium nullius Diœcesis, Sedique Apostolicæ immediatè subiectum habentibus, omnimodamque in prædictis iurisdictionem, etiā quasi Episcopalem exercentibus perpetuo adiudicauit.

Quod autem præfata Parochialis S. Ioannis sit et esset tunc vnita dictæ Cappellæ patet, quia de anno 1514 Leo Papa X. erexit in Ecclesia Lauretana dignitatem Archidiaconatus ad nutum amouibilem, cui pro Dote dictam Parochialem cum omnibus iuribus, et pertinentiis suis perpetuo vniuit, deinde autem Clemens VIII. de anno 1592. prædia, et alia omnia quomodolibet Dignitatibus, et Canonicatibus Lauretanis pro illorū Dote assignata ab eis ademit, et cum eisdem qualitatibus detulit, et applicauit S. Domui, seu Cappellæ cum onere præstandi tam Dignitatibus, quam Canonicatibus respectiuè quasdam portiones in pecunia numerata. Vnde cum hæc Parochialis fuerit vnita dicto Archidiaconatui, et per litteras Clementis cum eisdem qualitatibus translata in 4 dictam S. Domum, † consequenter à primo ad vltimum, siue consideretur, tamquam prædium, seu vti beneficium S. Domui vnitum, seu annexum vi-

gore dictæ Bullæ Pauli V. fuit exempta à iurisdictione Episcopi Senogallien. in cuius Diœcesi sita erat, et effecta de iurisdictione Protectoris, itaut non dicatur amplius esse de Diœcesi Senogallien. sed in Diœcesi Almæ Domus, et Protectoris, *gloss. in Clem. 1. §. volumus verbo, Diœcesanis, de far. cōp. vbi Card. q. 4. num. 2. Imol num. 38. Vitalin. nu. 17. Rota dec. 324. num. 1. in fin. par. 1. recent. & decis. 105. num. 2. post 2. vol. cons. Farinac.* quo fit vt ad fauorem Episcopi Senogallien. non intret disputatio *text. in cap. cum persona, de priuil. in 6.* sed potius in verbis pro S. Domo contra illum retorqueatur.

Neque obstat si prætendatur quod vnio Papæ Leonis non habuit effectum, quia constat penitùs ex pluribus, et successiuis deputationibus Vicariorum, et alijs actibus in ea factis per S. Domum, et illius Gubernatores, ac protectores pro tempore, summario S. Domus à num. 2. vsque ad 9. 5 † ex quibus bene probatur obseruantia iux. vulg. *cons. Oldrad. 129. num. 5. Rot. dec. 274. num. 10. par. 2. recent.* et alibi passim.

Minus releuat si dicatur, quod vnio Leonis fuit facta Archidiaconatui, non autem S. Domui, quia vltra quod in omnem casum per Bullam Clemētis, et Pauli V. haberi debet vti S. Domui facta cū earum vigore, vt supra dictum est, omne ius competens Archidiaconatui fuerit translatum in S. 6 Domum, tollitur difficultas, quia, † cum Archidiaconatus à principio fuerit manualis, et ad nutū S. Domus, seu illius Protectoris amouibilis, potius vnio facta fuit S. Domui, quam Archidiaconatui, ex iis, quæ latè tradit *Gonzal. super reg. 8. & gloss. 5. §. 6. num 3. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 93. Gambar. de off. leg. lib. 4. num. 12. in fin. Lar. de anniuers. lib. 2. cap. 6. nu. 20. Mandos. super reg. de annal. qu. 11. num. 5. Rot. dec. 2. in fin. de excess. Prælat. in nou. & decis. 459. par. 1. diuers. & in Salamantina Vicariæ 15. Martij 1594. coram bon. me. Cardinali Blanchetta, relata per Garz. vbi supra num. 94.*

Tandem nihil facit quod Sixtus V. quando erexit in Cathedralem Ecclesiam Lauretanam, erexerit etiam de nouo in titulum perpetuum dictum Archidiaconatum, itaut cessāte manualitate vnio dictæ Parochialis Leonis X. nō intelligatur exinde facta S. Domui, sed Archidiaconatui, quia quidquid sit de hoc, emanarunt postea Bullæ Clementis, et Pauli V. per quas omnia prædia, omnisque dos Archidiaconatus fuerunt translata in S. Domum cum eisdem qualitatibus, et effecta de omnimoda iurisdictione Protectoris etc.

Et ita decisum etc.

R. P. D. Pirouano

Corduben. Decimarum

Mercurij 24. Ianuarij 1629

S V M M A R I A.

1 *Sententia absque citatione, quæ cadat pro illa die, est nulla.*
2 *Sententia nulla debet à Iudice reuocari.*
3 *Nullitates implicitæ, & dubiæ ex facti circunstātijs possunt non attendi, secus indubitatæ, & claræ ex facti euidentia.*
4 *Scripturis inter se contradicentibus, pro habenda veritate recurritur ad matricem, & primam scripturam.*
5 *Actibus inter se pugnantibus neutrī standum est.*
6 *Citatio ad effectum sententiæ debet explicite, & precise ad sententiam esse, alias de ea Rota nullam habet rationem.*
7 *Citatio ad sententiam circumducitur per subsequētem.*
8 *Citationes nouæ nō sunt necessariæ, vbi proceditur per contradictas, sed fieri solent de vrbanitate, & honestate. Decl. vt num. 9. & 10.*
11 *Sententia remanet inualida ex defectu citationis eorum, de quorum interesse agitur quæ naturalē concernit defensionem.*
12 *Inhibitionis moderatio solet haberi loco sententiæ diffinitiuæ.*
13. *Cognitum si iam sit super nullitatibus, de eis, amplius opponi non potest. Lim. vt num. 14.*
15 *Iudex nullitatibus amissis non potest sententiam nullam confirmare fingendo esse validam, nec confirmata nocet.*
16 *Nullitatis exceptio opponi non potest vltra 30. annos. Lim. vt num. 17.*
18 *Sententia ipso iure, & apparenter ex actis nulla nomen sententiæ non meretur; & executioni mittenda non est parte opponente.*
19 *Temporalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum.*
20 *Excipere non est in facultate Rei, donec ab actore non conueniatur.*

Decis. DCXXII.

CVM in hac causa quæreretur de validitate, et iustitia sententię bo. me. Rubei qui vsque de anno 1563. illam promulgauerat visum fuit 12. Ianuarii 1626. esse validā non obstantibus oppositis nullitatibus citationis, mandati, et iurisdictionis, reseruando discussionē super iustitiam ad aliam diem, causa postmodum super eisdem reproposita sub die 9. Decembris sequentis quoad iurisdictionem Domini steterunt in decisis reseruādo videre de defectu citationis, et mandati in separata positione, quibus hodie accurate examinatis dictum fuit, sententiam prędictam esse inualidam, recedendo in hac parte à primo loco decisis.

1 Patent, † enim est defectus citationis ad sentētiam audiēdam; nam vere decreta fuit die 9. Iulii 1563. quatenus citandi prima die iuridica comparere deberent, et tamen eadem die lata fuit sententia; vnde consequitur sententiam carere citatione ad videndum pronūciari, ex quo eadem die ferri non poterat: quia ad primam diem quæ erat prima iuridica post Kal. Octobris sequentis terminus cadebat, et post illam diem non datur aliqua sententia, ad quam se referri possit dies prima iuridica, factum concludentissime probatur ex copia integra citationis in iudicio contradictarum decreta cum data die 9 Iulii 1563. et con termino quatenus ad primam diem; similiter datur sententia lata per bo. mem. Rubeum, et publicata sub eadem die 9. Iulii 1563. et de prædicta Rota coram bo. me. Card. Blanchetto, ad quem causa in gradu appellationis deuenerat, agnouit veritatē; dum sub die 27. Iunii anni 1576. respondit inhibitionem non esse moderandam, quia sententia prędicta laborabat duplici defectu, nempe citationis legitimorum procuratorum, de quorum mandato in actis constabat, et citationis ad sententiam, ex quo fuit lata die, qua lecta fuerat citatio sub termino ad primam, et subditur in eadem decisione, nec in hoc discordāt cedulæ originales à manuali et registro; nam cedula continet mandatum de citando, et à tergo ipsius, et in manuali legitur citatio, et executio, ipsius facta sub die 9. Iulii

1563.

1563. qua fuit facta pro prima die, qua tamen lata fuit sententia; hucusque sunt verba decisionis, quibus additur, quod eadem citatio desumpta fuit ex registro, & registrũ verificatur ex manuali nouiter reperto; ita vt factum concludenter probari non possit quo ad tacentiam citationis ad sententiam & defectu huiusmodi supposito omnes consentiunt sententiam fuisse, & esse inualidam *cap. cum olim de testib. Clem. pastoralis de re iud. gl. in clem. sæpè in verbo ad id, de verb. signif. Innoc. in cap. consuluit circa finem, & Felin. num 3. de offic. deleg. Gabr. latissime comprobans de citat. concl. 1. ampl. 23. vant. de nullit. ex defectu citat. num. 10. Rot. dec. 252. nu. 1. & 540. nu. 1. par. 1. recent. & coram Pap. Greg.*

2 *XV. dec. 546. num. 6. & † Iudicis partes esse in conuocando nullitates Bart. in l. cum querebatur num. 4 ff. de re ind. Rot. dec. 2. de litis contest. in antiq. & dec. 8. de test. spol. in nou. Cas. de Grass. decis. 9. in fin. de caus. possess. & propr. Put. dec. 72. lib. 3. in nouis.*

Non obstat, quod hæc nullitas ex defectu citationis in iudicio contradictarum probetur sublata ex altera decisione bon. mem. Card. Blanchetti veneris 10. Iunij 1580. in qua formalia verba habentur. Dixerunt Domini, quod videretur de iustitia sententiæ in hac causa latæ, nullitates enim oppositæ non obstant, cum defectus citationis fuerit iam sublatus de anno 1575. & cum prædicta decisione dicebatur concurrere annotationem super dorso positionis Card. Seraphini eadem die veneris 10. Iunij 1580. nempe restringatur ad iustitiam reiectis nullitatibus, ac demum, quod partes visæ tam capituli, quam mensæ habuerint nullitates pro reiectis, ex quibus circunstantijs inferebatur ad probationem erroris anterioris decisiones.

3 Quia responsum fuit † circunstantias facti operari quidem, si cõtingat nullitates esse implicitas, & dubias; sed vbi sunt indubitatæ & claræ, vt in præsenti ex actis registro, & manuali desumptæ ab euidentiã facti, per præsumptiones contrarias nõ est recedendum, *Castr. cons. 81. numer. 3. vers. & si dicatur lib. 2. Hondcd. cons. 80. num. 25. lib. 2. Surd. cons. 28. num. 98.* Maxime quia præsumptio decisionis anni 1580. non est roborata ratione, nec legitur simplex; sed cum relatione ad annum 1575. De quo tempore talis iustificatio non reperitur; vnde, si etiam ageretur de errore præsumendo in altera ex decisionibus relatis, magis de errore assertorum in decisione 1580. erit credendum, quã de allegatis in decisione 1576. quorum subsisten-

4 tia fundatur in actis causæ indubitatis, † ad quæ tamquam ad matricem, & primam scripturam, quando scripturæ inter sè contradicunt semper recurritur pro habenda veritate, *gl. in Auth. de tabell. vers. protocollum, quam meliorem in iure tenẽt Angel. & Imol. in l. si duobus in fine. ff. quemadmodum testam. aper. Bertr. consil. 261. num. 1. vol. 3. Paris. cons. 28. num. 26. par. 2. cum alijs relatis per Surd. consil. 141. num. 8. & sequen. & 432. num. 5.*

Nec defectus iste saluari potest ex eo, quod eadem citatio lecta fuerit die 8. Iulij 1563. de qua in registro fol. 404. vt ex actu reproductionis asseritur constare, & qui datur sum. capituli, nu. 5. ita

5 vt vel † tamquam actus inter sè pugnantes neutri sit standum, et tunc defectus non probetur, vel quod mensa teneatur docere de contradicto originali pro fundamento nullitatis oppositæ.

Quia talis citatio in registro causæ fol. 404. nõ legitur, & quatenus etiam reperiretur eo modo, quo datur in summario num. 5. nõ releuaret: quia in tenore illius non legitur, quod sit citatio ad sẽ-

6 tentiam. † prout necessarium est, *gl. in clem. sæpè in verbo ad id de verb. signif.* et dum non est præcisa ad sententiam, Rota nullam de ea habet rationem vt in Cesenaten. bonorum 4. Martij 1602. coram bo. me. Iulio, et in alijs, quę referuntur in Gerunden. præeminentiarum 27. Ianuar. 1626. coram Card. Cantalee. nunc inter eius impressas 376. nu. 3. et vlterius superueniente sub die 9. Iulij 1563. quæ datur cum causa expressa ad videndum pronũciari, et de qua originaliter constat ex manuali

7 nouiter reperto: † prior sub die anteriori nempe 8. inutilis, et circumscripta remansit, *l. & post edictum. ff. de iudic. glos. in c. consuluit. de offic. deleg. Castr cons. 254 nu. 3. par. 2. Rot. de dolo & contum. dec. 9. & 14. in nouis.*

Et eo minus sententia potest sustineri, quasi potuerit ea lis citatio omitti in iudicio contradicta-

8 rum, † in quo non sunt necessariæ nouæ citationes; sed de vrbanitate potius, et honestate fieri soleant, *cap. statuimus. §. sed si pars alia non venerit. de elect. in 6. Rot. dec. 8. in fine de testib. & dec. 10. de re iudic. in nou. Put. in correct. dec. 371. in fine lib. 2. & coram Pap. Greg XV. dec. 430. cum ibi adden. num. 6. & in Abulen. & Carthaginen. beneficiorum 4 Iunij 1607. coram bo. me. Card Sacrato, Vant. de nullit. ex defectu citatn. 110.*

9 Quia, † quidquid sit de ea opinione, quando citatio fuit omissa, et apparet, quod Iudex voluit absque ea pronũciare, vt non sit par ratio, quando, vt hic, manifestum est, Iudicem voluisse sequi honestum et laudabilem stylum Curię, vt pars etiam absens ad omnes actus citetur, de quo testantur *Put. & Rot. supra allegati*, et tunc non sustineatur eo modo, quo potest, si non valet, vt agitur, *Abb. in cap cum super in fine de offic. deleg. Cresc. dec. 10. num. 6. de dolo & contum. Tiraq. de Retract. lignag. §. 36. gl. 2. num. 49 & seq.*

10 Attamen verum est etiam, quod † sententia nõ sustinetur, quando pars non fuit personaliter citata in partibus, vt admittunt prædictæ decisiones, vel habeat procuratorem in actis constitutum, *Rot. dec. 179. n. 1. par. 1. & dec. 486. n. 2. p. 2. recent. & in Zamoren. pecun. 4. Decembris 1608. coram Card. Caual. inter nunc impressas decis. 35. num. 3.* prout Thesaurarij mensæ verè habuerant procuratorem in actis Alphonsum Rodericum, qui pro legitimo procuratore semper fuerit agnitus, et citatus ad dicendum contrà commissionem, ad videndum prorogari fatalia, et ad alia quæ dantur in summario mensæ num 5. et 6. qui cùm non

11 fuerit citatus, inde vrbanitas non excusat, † et altera insanabilis nullitas insurgit defectu citationis eorum, de quorum interesse agebatur, quæ semper sententiam inualidam reddit, cum concernat naturalem defensionem, *Clem. pastoralis de re iud. Cæs. de Grass dec. 11. eod. tit. Gabr. de citat. concl. 1. in prin. Vant. tit. de Nullit. defect. citat num. 10.*

Similiter neq; obstat, quod prædictæ nullitates fuerint sublatæ per rem iudicatam subsecutam; dũ nullitates coram bo. me. Cardin. Blanchetto fuerunt oppositæ, et ipse nihilominus moderatus est

12 inhibitionem, † quæ loco sententiæ diffinitiuæ haberi solet, *Rot dec. 13. num 1. par. 2. recent.* ita vt

13 † nullitates, super quibus fuerat cognitum, de eis amplius non possit opponi *Bar. in l. si expressim n. 3. ff. de Appell. Rot. dec. 512. numer. 1. par. 2. recent.* quod etiam fuit dictum *in decis. 12. Ianuar. 1626.* huius causæ.

14 Quia † *Bart. in l. expressim, & alij allegati in dec. 512. par. 2. recent.* loquuntur quando sententia confirmans transitum fecit in iudicatum, nec oppositę fuerunt nullitates; sed in præsenti fuerũt oppositæ, et cognitę, et admissæ, vt in dec. anni 1576.

15 vnde, † sicuti Iudex illis admissis non poterat sẽtentiam nullam confirmare fingendo esse validã, *Bald. in l. 1. nu. 20. C. si à non comp. Iud. Fesiol. caus.*

4.dub.14.Cassard.de Manut.posseß.tit.7.nu 14. ita nec cõfirmata potest nocere Πactuariis, aut mente Innoc.in cap.1 num.2. de confir.vtili vel inutili Achill.dec.4.de sent. & re iud. & latissime fuit firmatum in dec.572.num.2. par.2.recẽt.

26 Demum non obstat, quod † exceptio nullitatis opponi non possit vltra 30.annos, cum tanto tempore omnis actio præscribatur, et de lapsu tanti temporis dubitari non possit ab anno 1563.citra.

27 Quia † de nullitate excipiendo semper potest dari contra sententiam donec pro illius executio-
28 ne instari potest, post quam † sententia ipso iure, et apparenter ex actis nulla, nomen sententiæ non meretur, et executioni mittenda non est parte opponente, ita distinguendo latissime probant Vat. de nullit.tit. quoties et infra quod tempus, num.8.
29 per regulam, † temporalia ad agendum perpetua
30 sunt ad excipiendum dum † non est in facultate rei excipere, donec ab actore conueniatur, Deciã. cons.13.num.48.lib.2.Surd.dec.277.num.17.

Et ita etc.

R.P.D. Durano

Burgen.Beneficij

Luna 20.Decembris 1632.

S V M M A R I A.

1 Instrumentalis possessio, alio non possidente, capta est manutenibilis.

2 Beneficij possessio capta per actus genericos, an, & quando suffragetur.

Decisio DCXXIII.

FVit resolutum, Petro de Salazar dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione beneficii, de quo agitur, quia de eius quasi possessione constat ex instrumento ade-
1 ptæ possessionis, † quæ instrumentalis possessio capta alio non possidente est manutenibilis, ad leg. prædia ff.de acq.poss. Greg.XV.decis.40.num.2.& Rot.sæpius decidit.

2 Non obstat, † quod possessio fuerit capta ad Altare maius, in quo non est beneficium fundatum, et per actus genericos, et non inferentia magis ad vnum beneficium, quam ad aliud eiusdem Ecclesiæ, quia, cum agatur de beneficio non habente certam Cappellam materialem, nec vni loco Ecclesiæ magis, quam alii designato, nec deinde habeat inuocationem certi Sancti, per cuius nomen ab aliis beneficiis distinguatur, sufficit alias adesse certitudinem, quod possessio tradita fuerit huius, et non alterius beneficii, etiam quod actus traditionis possessionis sint de se indifferentes ad alia beneficia, vt fuit in puncto resolutum in causa Neapolitana Beneficii 5.Iunii 1628.coram Eminentissimo D.Cardinali Virili; et facit ratio, quia alioquin similium beneficiorum non posset capi possessio, quæ esset manutenibilis, vt ad oculum patet. hic autem adest huiusmodi certitudo, quod Petrus prædictus accepit possessionem dicti beneficii vigore litterarum Apostolicarum, et mandati de manutenendo earum vigore ab Executore emanati, et dictæ Ecclesiæ Parochiali Oppidi de Villanoua vacantis per obitum q. Ludouici Diaz del Campo vltimi illius possessoris, quæ particularis demonstratio vltimi possessoris vna cum illa alia generali Ecclesiæ Parochialis loci de Villa noua, in qua extat fundatum, satis ostendunt, possessionem fuisse captam huius beneficii, et non alterius dum non apparet, Ludouicum in d. Ecclesia alia beneficia habuisse, argumento optimi tex. in l.2.ff. de lib & posthum.

Et ita resolutum etc.

Reuerendissimo Domino Durano Electo Episcopo Vrgellen.

Cusentina Beneficij, seu Iurispatronatus

Luna 14.Nouembris 1633.

S V M M A R I A.

1 Instrumentum adeptæ possessionis per procuratorem de cuius mandato constet, ipsam probat possessionem.

2 Instrumentalis possessio, alia in possessione non existente, est manutenibilis.

3 Possessio posterior in concursu anterioris vti turbatiua non est attendenda.

4 Immissio data in contumaciam, & aduersario absente detecta iniusta etiam ex nouiter deductis non priuat primum possessorem sua possessione, nec immisso suffragatur. & num.12.

5 Rota manutentionem concedit etiam sine tituli iustificatione.

6 Manutentionis in iudicio merum solum factum attenditur.

7 Donatio est iustus titulus acquirendi iuspatronatus.

8 Vicarius non potest absque speciale Episcopi mandato donationi iurispatronatus consentire.

9 Episcopi consensus in donatione iurispatronatus sufficit postea quandocunque interuenisse.

10 Et interuenisse præsumitur ex cursu 30. annorũ cum obseruantia.

11 Et ex institutione per ipsum facta, quæ sufficit pro consensu.

Decis. DCXXIV.

DVbitaui an mandatum de manutenendo in quasi possessione beneficii S.Catherinæ Terræ Mõtisalti, de quo agitur, alias concessum Felici de Iuso sit confirmandum, vel potius concedendum Marco Antonio Perrono. Et fuit ad fauorem Felicis pro confirmatione reso-
1 lutum; † quia de eius anteriori possessione constat per instrumentum adeptæ possessionis mediante procuratore, de cuius mandato satis constare dictũ fuit in dec. in hac causa facta 17 Maij 1627.
2 coram D.meo Dunozet, † quæ instrumentalis possessio, alio non existente in possessione, manutenibilis, est, ad l.prædia, ff de acq.poss.Rot.dec.618.num. 1.par.1.recent.& in d.dec.in hac causa facta, &
3 fuit millies decisum, † Stante autem anteriori possessione Felicis, posterior possessio Perroni vti turbatiua non est attendenda. Caputaq.dec.186.par.3. Cas.de Grass.dec.1.num 4.de constit.Greg.XV.dec. 105.num.12.& Rot.in recent.dec.319 sub num.1. par.2.etiam quod dicta posterior possessio fuerit
4 capta vigore mandati de immittendo, quia, † cum illud fuerit relaxatum in contumaciam, et d.Felice absente ad instantiam Perroni, qui deduxit solum sibi fauorabilia, et ex nunc deductis pro Felice

lite appareat iniustum, non fuit Felix priuatus sua possessione, *Corn.cons.193.num.4. lib.3. Rot.decis. 807.num.7.par.1.diuers.& in recent.dec.85.num. 9.par.2.& coram Greg.XV. decis.11.num.5.& 8. & dec.43.num.2.*

Neque obstat, quod Felix habuit præsentationē, & desuper obtinuit litteras Apostolicas cum clausula, verificato Iurepatronatus, & tamen illud nō fuit verificatum, quia huic obiecto fuit iam respōsum in alia dec. *in hac causa facta super declaratoria 29.Maij.1628.coram eodem D.meo Dunozet,*
5 nimirum quod † Rota nihilominus sine iustifica-
6 tione tituli concedit manutentionem, cum † solū in hoc iudicio summarijssimo attendatur merum factum possessionis, & in omnē casum visum fuit DD. satis de Iurepatronatus constare, saltim ad hunc effectum ex instrumento fundationis huius beneficij, de quo in actis, prout etiam constat idē iuspatronatus fuisse donatum per Buccerios Patronos familiæ de Sperantijs, & deinde, dictam familiam de Sperantijs illud donasse Excell.D.Duci Montisalti, a quo Felix præsentatus fuit; quibus sic stantibus, cum de iurepatronatus constet ex instrumento fundationis, non est opus illud probari enim requisitis in familia potenti, de quibus Sacr. Concilium Tridentinum, quia esto, quod D.Dux Montisalti sit de familia potenti, & beneficium fuerit fundatum in territorio suæ iurisdictionis, tamen, quia illud habuit vigore dictæ donationis à
7 Patronis ordinarijs, qui fundarunt, & † dubium nō sit quin donatio sit iustus titulus acquirendi Iuspatronatus, *cap.3.extra de iurepatr.cap.1.eodem tit. in 6.Lambert.de iurepatr.lib.1.par.2.qu.1.art.2.* propterea non intrat Concilium ad fauorem Peroni, sed potius intrat ad fauorem Felicis.

Nec pariter obstat, quod in d.donatione, quam Buccerij fecerunt Sperantijs interuenit consensus
8 Vicarij dumtaxat, † qui absque speciali mandato Episcopi non potest talem consensum præstare, *Cald.cons.1.de offic.Vicar.& cons.2.de constit.cap. vnico.de iurepatr.in 6.Mantic.dec.86.* & propterea dictam donationem non suffragari, multoque minus donationem factam D.Duci per dictam familiam de Sperantijs cū in ea nec Episcopi, nec Vicarij consensus interuenerit: Quia fuit respon-
9 sum, † satis esse, quod consensus Episcopi interuenerit post donationem quandocumque. *Cald.cons. 6.de iurepatr.Roech.in verb pro eo,nu.9.quæst.4.*
10 † Quod autem consensus Episcopi ex post facto interuenerit, præsumitur ex lapsu temporis 30.annorum iuncta obseruantia subsecuta, *Alex.cons. 135.num.17.lib.4.Rot.dec.407.par.1.& dec.193. par.2.diuers.& in pluribus decisionibus, quas cumulam Modern.Pisani in praxi iurispatr.par.1.lib 4. cap 4.sub num.5.vers.& ex lapsu temporis.* Et cessat difficultas eo ipso, quod Episcopus post dictā donationem sæpius cum effectu instituit ad præsē-
11 tationem Donatariorum, quia † instituendo videtur consentire, & consensus hoc modo præstitus sufficit, *Lubert.de Iurepatr.lib.1.pat.2.qu.1.art.7. in fin.& art.8.& fuit dictum in Bononien.Iurisdict. 27.Nouemb.1587.coram Gyptio. Additio ad dec. 420.num.7.Greg.XV.vbi alia decisiones cumulantur.* Stante autem Iurepatronatus d. Excellentiss. Ducis Montisalti, qui præsentauit Felicem non potuit dari immissio Perrono vigore subrogationis gratiosæ, quia non constat de reseruatione, immò de contrario, cum Iuspatronatus laicale nō cadat
12 sub reseruatione, & sic † mandatum de immittendo concessum Perrono, & possessio inde secuta vti iniusta non debet ei suffragari ex vulgatis; Et accedit quod in gratia, cui hodie nititur Perronus adest clausula (dummodo non sit intrusus) qui tamen intrusus erat, vt probatur ex decisionibus, & sententia declaratoria desuper emanatis contra dictum Perronum coram D.meo Dunozet.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

Reuerendiss. D. Durano Electo Episcopo Vrgellen.

Barchinonen. Beneficij

Veneris 17. Februarii 1634.

S V M M A R I A.

1. *Declaratoria locus est constito de intimatione mādati de manutenendo personaliter, & de seruatione terminorum quatuor ad docendum de paritione, & de ea non docto.*
2. *Declaratoria sine contumacia non conceditur.*
3. *Pluralitas beneficiorum non præsumitur.*
4. *Probatio nulla maior est, quam proprij oris confessio.*
5. *Producens scripturas videtur approbare, & confiteri omnia in eis contenta.*
6. *Procuratoris confessiones cum adminiculis probant.*
7. *Exceptio respiciens petitorium terminandum per tres sententias in manutentione non admittitur.*
8. *Beneficia in dubio præsumuntur simplicia, non curata, & contrarium asserenti incumbit onus probandi.*
9. *Status vltimus plurimum attenditur in beneficij qualitate discernenda.*
10. *Cura animarum Presbyteratus qualitatem requirit.*
11. *Curam in substantia non tribuit onus coadiuuandi Rectorem, nec Beneficiatum facit Rectorem.*
12. *Parochialitatis, & Curæ requisita.*
13. *Testium depositiones informes, & simplices attestationes non attenduntur.*
14. *Simul stare possunt, vt Cura principalis spectet ad Rectorem, onus autem coadiuuandi Parochum incumbat Beneficiato.*

Decisio DCXXV.

POst binas decisiones in hac causa factas sub die 20. Maij et 20. Iunii 1633. coram me, in quibus fuit resolutum, Saluatori Prats, prouiso Apostolico dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficii, siti in Ecclesia S.Petri Oppidi de Tarrasa; idem Saluator obtinuit expediri dictum mandatum. Quod cùm intimari fecerit Iacinto Serrę aduersario, dicti beneficii possessori, et ille parere recusauerit: dubitaui hodie: An contra eum sit danda declaratoria? Et fuit affirmatiuè resolutū. Ratio resolutionis fuit,
1 quia † constat de intimatione dicti mandati, Iacinto personaliter facta: et de seruatione quatuor terminorum ad docendum de paritione. De qua
2 cum non doceatur, declaratoria non potest denegari, *Felyn.in cap.Roduiphus nume.41. de rescript. Vestr.in prax.lib.9.cap.vlt.nu.19.Rot.decis.478.& dec.591.num.5.par.2.recent.*

Neque obstat, si dicatur, quod mandatum de manutenendo concessum Saluatori cantat de beneficio simplici, sito in dicta Ecclesia S.Petri; beneficium vèro possessum per Iacintum existat in Ecclesia S.Marię de Tarrasa, sicque non constare de beneficij identitate; et ideo Iacintum non debuisse,

imò nec potuisse parere dicto mandato, dimittendo possessionem dicti beneficij simplicis, de quo agitur: quia illud non possidebat, nec erat in mandato expressum: et consequenter non constare de 2 eius contumacia in non parendo, † sine qua declaratoria non conceditur, *c. Episcopi, & c. nemo Episcoporum. 11. q. 3.*

Quia hoc obiectum visum fuit Dominis manifesta fuga: cum ex pluribus euidenter constet, beneficium possessum per Iacintum esse idem, de quo Saluator fuit prouisus à Papa, et in cuius possessione obtinuit manuteneri. Primo, quia tam Saluator, quàm Iacintus dictum beneficium obtinuit vti vacans per obitum Francisci Viues, et vterque de eo, vti vacante per eius obitum adeptus fuit possessionem, cum eisdem fere omnibus demonstrationibus. Vnde dum non constat, Franciscum obtinuisse plura beneficia, vtique præsumitur esse 3 idem beneficium, non autem diuersum, cum † pluralitas non præsumatur, *vt latè Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. nu. 20. ff. de Iure iur. & in l. non hoc C. vnde legit. & in his terminis dixit Rot. in Vicen. Cappellania 15. Ianij 1633.* coram me. Secundò idem comprobatur ex confessione eiusdem Iacinti facta in actu intimationis Monitorij A. C. in qua fatetur, beneficium per eum possessum existere 4 in Ecclesia S. Petri, † quia nulla maior probatio, *l. cum precum. C. de lib. caus. cum vulg.* Tertio ex pluribus collationibus antiquis, de dicto beneficio factis, per eumdem Iacintum productis: in quibus pariter asseritur, hoc beneficium esse fun- 5 datum in dicta Ecclesia S. Petri. † Producens autē scripturas, videtur approbare, et confiteri omnia in eis contenta, *gl. in l. 1. §. editiones in ver. dic. & consul. ff. de eden. Lap. alleg. 119. num. 1. vers. in eo exim, Rot. coram Greg. dec. 331. num. 12. & in Romanica. Fideicommissi de Mazolis 15. Martij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Quarto, et vltimo ex pluribus confessionibus, emanatis à 6 procuratoribus dicti Iacinti, † quæ stantibus adminiculis supradictis, bene probant, *Gregor. dec. 506. num. 7.*

Non etiam releuat, si dicatur, quod dictum beneficium sit curatum, non autem simplex. Quia, vl- 7 tra quod † hæc exceptio respicit petitorium, terminandum per tres sententias conformes, quæ ideò non est admittenda in hoc summarijssimo manutentionis iudicio, *Rot. dec. 685. num. 5 par. 1. recent. & coram Greg. XV. dec. 540. num. 6. cum similibus.* Respondetur etiam ex abundanti. Primo, 8 † beneficia in dubio præsumi simplicia, nō autem curata, adeò vt onus probandi, hoc beneficium non esse simplex, incumbat Iacinto, contrarium asserenti, *Staphil de lit. grat. & inst. de qualit. & stat benef. in princ. Garz. de benef. par. 1. cap. 6. num. 8. Egid. dec. 676. & Greg. XV. dec. 387. num 4.*

Secundo, quia vltimus status est de beneficio simplici Diaconali, cum Franciscus Viues, per cuius obitum vacauit, illud obtinuerit per resignationem vti simplex Diaconale, vt in litteris suæ 9 prouisionis. † In discernenda autem qualitate beneficii vltimus status plurimum attenditur, *cap. cū Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propriet. addes. ad Greg. dec. 77. num. 12. & dec. 112. num. 6.*

Tertio id ipsum valde persuadetur, ex quo in omnibus collationibus, de eo factis nuncupatur Diaconale, cum tamē esset incongruum, esse Dia- 10 conale, et curam animarum habere, † in qua requiritur qualitas Præsbyteratus, *c. licet canon. & c. commissa. de elect. in 6.*

Quartò, et tandem cessat difficultas ex confessione eiusdem Iacinti, qui dictum beneficium obtinuit vti simplex Diaconale, cū narratiua, quod illud pro tempore obtinenti incumbit onus coad- 11 iuuandi Rectorem d. Parochialis. † Quod onus non tribuit curam in substantia, nec facit, beneficiatum esse Rectorem, sed simplex nihilominus reputatur, *Staphil. vbi sup. Gonz. gl. 6. nu. 68. 69. 70. Caput. dec. 34. num. 4. par. 3. Mantic. dec. 48. nu. 5. & Rot. dec. 52. num. 16. & seqq. & præsertim nu.* 12 *14. & 15. par. 2. diuers.* † vbi latè de requisitis ad parochialitatem, et vt beneficium dicatur curatū, prout etiam de eisdem requisitis *Greg. d. dec. 387. per tot.* Quæ requisita nedum hic non probantur, quinimò iuxta seriem facti, et qualitatem beneficii, de quo agitur, videntur non posse probari.

Denique non refragantur testes, et prouisiones de hoc beneficio factæ, ex aduerso datę ad probandū, illud esse curatum. Quia, vltra quod depositiones dictorum testium sunt informes, et simplices 13 attestationes, † quæ ideo non sunt attendendæ, respōdetur, quod tam dicti testes, quam prouisiones supradictæ, dum ex eis colligi prætenditur hoc beneficium habere annexa multa onera, personalem residentiam requirentia, non excludunt, quin 14 illud sit simplex: cum † stare simul possint, vt cura principalis spectet ad Rectorem dictæ Ecclesiæ, onus autem coadiuuandi Parochum incumbat Beneficiato, ita vt nihilominus beneficium sit simplex, et non curatum ex latè deductis per *Staphil. Gonz. Mant. Greg. & Rot. diuers. vbi proximè.*

Et ità decisum vtraque parte sæpius informante etc.

R. P. D. Pirouano

Perusina exemptionis

Veneris 24. Martij 1634.

S V M M A R I A.

1 *Liber, & scriptura Syndici, seu Depositarij Legentium in Studio circa illius officium concernentia probat contra easdem Legentes.*

2 *Probationes leuiores admittuntur ad effectum manutentionis.*

3 *Qualitas etiam probanda est, vbi agitur de possessione cum qualitate. Lim. vt num. 4.*

5 *Solutiones præsumuntur factæ ex titulo præambulo Ampl. vt nu. 6.*

7 *Syndici legentium in Studio Perusino officium.*

Decisio DCXXVI.

IN præterita resolutione prima Iulij præteriti 1633. dictum fuit D. Manutio dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi salaria Medicinæ, ac Mathematicæ vti iubilato secundum prærogatiuam legentibus per triginta annos, in Academia Perusina per S. D. N. concessam. Causa super eisdem repropositā Domini persisterunt in decisis quoad salarium Medicinæ tantum.

Possessio autem exigendi salaria Medicinę visa fuit concludenter probata ex quietantiis per eūdem D. Manutium factis, et extractis ex libris Syndicorum, seu Depositariorum, per quos legentibus in eodem Studio solent stipendia, seu sala- 1 ria solui, † quæ contra eos plene probant in concernentibus eorum officium, *Caputaq. dec. 66. par. 2. Seraph. dec. 792. num. 3. & 1123. num. 3. Rot. dec. 525. num. 5. par. 2. recent.* et cum sint iteratæ, et 2 pro pluribus annis, plenior redditur probatio, † cū tamen ad hunc effectum manutentionis leuiores

soleant

soleant admitti, *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Co nnr. pract. q. c. 17. Seraph. dec. 1451.*

Non obstat, quod, & si probetur factum circa exactionem, non tamen probatur cum sua qualitate tanquam de iubilato, † prout necessarium dice3 batur ad distinguendum lectorem actu legentem ab ipso priuilegiato, & remouendum equiuocum pluribus conueniens, *Rot. dec. 717. num. 5. par. 2. recent. cum alijs alleg.*

Quia, & si in quietantijs huiusmodi qualitas nō 4 legatur, † ex consequenti tamen necessario hoc probatur, quia secundum tenorem Breuis Reformationis S. D. N. huius Studij emanati de anno 1625. prohibentur immunitates, nisi ijs, qui probauerint, se legisse spatio 30. annorum, & pro eadē obtinenda D. Mannutius comparuit coram Vicario Generali Episcopi Perusiæ, tempus præscriptū probauit, sententiam reportauit, & Breue super gratia immunitatis obtinuit. Cuius Vigore exinde recessit à Ciuitate Perusiæ, & absens, & Romæ degens per biennium consequutus fuit sua stipendia, cui ex alia causa, quam iubilari solui non potuerunt, resistente eadem S. D. N. Constitutione. & eo magis conuincitur hæc qualitas iubilati ex modo describendi solutiones, quę fiunt ab ijsdem Syndicis, seu Depositarijs actu legentibus, aut iubilatis, nam ijs, qui legunt, soluuntur stipendia, in tres terziarias, & in fine cuiuslibet illarum, vt possit retineri quantitas secundum id, quod punctantur, dum in legendo deficiunt, Iubilatis vero soluuntur stipendia in duobus terminis, nempe in Natiuitate, & Pascate, nulla habita ratione ad actum retinendi, dum fiunt ante finem anni, & secundum húc modum solutiones D. Mannurio factæ fuerūt, 5 ter vt † semper interet pręsumptiò solutionis factę ex titulo præambulo, *secundum gl. in l. quædam, mu her. ff. de rei vendic. Becc. cons. 6. Corn. cons. 22. num. 20. lib. 1. Cruuett. cons. 91. num. 3.* maxime ad euitandum solutionem indebiti contra Officiales diligentes, & inuigilātes in rebus ad Cameram Apostolicam spectantibus. Nec saluari possunt huiusmodi solutiones tamquam à Præside cōdonatæ ex facultate in eodem Breui reformatorio indulta, ibi, (liceat tamen Præsidi condonare punctaturas, si aliquam rationabilem causam subesse arbitrabitur, onerata super hoc eius conscientia) quia aliud est remittere puncturas respicientes dies, & aliud biennium integrum, in quo rationabilis causa cōsiderari non possit.

Et eo minus possunt dici irreleuantes, dum nō probatur, officium Syndici, aut Depositarij versari circa huiusmodi solutiones faciendas, sed ad Thesaurarium Cameræ Apostolicæ.

Quia veritas est, quod Thesaurarius tenetur soluere Syndico, seu Depositario pro tempore deputando ab Vniuersitate pecunias pro salario Lectorum destinctas iuxta pręscriptum in Breue Sixti 6 V. anno 1587.† Syndicus vero secundum partitas in Rotulo descriptas, & nōmina Lectorum per Computistam Studij adnotata soluunt vnicuique Lectorum, & de solutis reddunt rationem, vnde semper ad illorum officium pertinet conseruare quietantias de solutis receptas, & consequenter de illis possunt dare exempla tamquam de originalibus desumpta.

Quo vero ad manutentionem Mathematicę iterum poterit disputari &c.

R. P. D. Pirouano

Brixinen. Iurisdictionis

Veneris 9. Iunii 1634.

SVMMARIA.

1 *Ordinarij fundatam habent de iure intentionem in iurisdictionem omnium Monasteriorum Regularium intra suam diœcesim.*

2 *Ordinarijs in iurisdictionibus datur manutentio ex sola iuris assistentia. Decl. vt num 3. 7. & 8.*

4 *Protectio specialis priuilegiatos eximit à iurisdictione Ordinariorum.*

5 *Possessione legitima quis priuari non debet, dum cognoscitur, an sit in priuilegio, seu constitutione comprehensus.*

6 *Inferioris quasi possessio iurisdictionis quomodo probetur.*

8 *Quasi possessio valida non dicitur acquisita ex actibus contradictis, & qui liti causam dederant.*

9 *Commissariorum relationi de actibus visita non creditur plene absque Notarij testimonio.*

Decisio DCXXVII.

DOmino Episcopo Brixinen. petente manutentionem in quasi possessione exercendi Iurisdictionem Episcopalem super Domo Regulari eiusque RR. Mulieribus, de quibus agitur, Responsum fuit non esse dandam, quia Patres seruitę exhibent titulum, & docent de possessione eorum Iurisdictionis super prædicta Domo Regulari.

1 Nam, & si vera sit conclusio, quod † Ordinarij habent fundatum intentionem de iure communi iurisdictionem omnium Monasteriorum Regularium intra suam Diœcesim existentium, *cap. pen. de relig. dom. Glos in cap. conquerente in verb. iurisdictionem de off. ord. Dec. in cap. fin. num. 6. in 4. no-*
2 *tab. de confir. vtil. vel inutil.* & † etiam ex sola iuris assistentia in iurisdictionalibus non soleat denegari manutentio Ordinarijs, *cap. cum personæ, in fine de priuil. in 6 Capic. dec. 189 nu. 5. Seraph. dec. 1449. num. 1. & in recent. par. 2. dec. 382. & 493. cum alijs allegatis,*

3 Attamē † vera etiam est declaratio, quandu allegatur titulus exemptionis, vel priuilegium, & exhibetur, ac de possessione docetur, tunc Regulares, dum cognoscitur de releuantia titulorum in eorum libertatis, vel exemptionis legitima possessione turbari non possunt, vt admittitur in secūda parte eiusdem *cap. cum personæ. de priuil. in 6. & comprobant Anchar. ibidem num. 2. Gemin. in §. fin. num. 3. & 4. Franc. num. 2. & Rota hanc declarationem semper est sequuta,* vtroque concurrente, nēpe titulo, & possessione, *dec. 491. numer. 4. & 5. & 685. num. 2. par. 1. & 682. numer. 5. par. 2. recent. Seraph. dec. 1278. in fin. & 595 num. 3. & 4. idem fuit dictū. in Aprutina Iurisdictionis 9. Iunij 1606. coram D. Card. Pamphilio in Constantien Iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Episcopo Attrebaten. & in Lauretana Iurisdictionis 2. Maij 1631. coram D. Durano Episcopo Vrgellen.*

Titulus autem ad hunc effectum per Religionem exhibitus visus fuit sufficiens, cum deducatur ex Constitutionibus Summorum Pontificum Vrbani VI. Innocentij VIII. et aliorum, in quibus, ne dum Fratres Seruitæ eximuntur à Iurisdi-

quod aut in ferior excipiendo contra exemptionē, à iurisdictione Ordinarij exhibet titulum, & talē, qui egeat probatione præscriptionis, & sic possessione quadraginta annorum, & tunc si destituatur possibili probatione, quia remanet cum solo titulo colorato, & minus apto ad obtinendum in petitorio, difficultas est releuās aut inferior exhibet titulum ex se aptum, & sufficientem, & tunc possessio destituta possibili probatione quadragenariæ non impedit manutentionem inferioris, vt bene se declarat text. cap cum personæ in vltimis verbis, nam si sufficit titulus, multo magis, si concurrat possessio Religionis, *in quibus terminis non differt decisio supra allegata Sutrina Iurispatronatus*.

Titulum autem per Religionem exhibitum esse sufficientem Domini existimarunt, quandoquidem illum deducunt ex constitutionibus, & priuilegijs summorum Pontificium, vt in prima decisione fuit firmatum, nempe Vrbani Sexti, & Innocentij VIII. in quibus, & Fratres seruitæ, & omnes sorores mantellatæ, Pizochoræ, oblatæ, & tertiariæ nuncupatæ, eximuntur à Iurisdictione Ordinarij, & subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis, & immediate sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur; Vnde cum istæ mulieres sint de genere tertij ordinis, siue ex vna specie, quia Pizochoræ, siue ea alia, quia mantellatæ, semper sub suo genere tertij Ordinis comprehenduntur, & 5 sic † priuilegijs exemptionum gaudent, tamquam receptæ sub protectione sedis Apostolicæ, *cap. ex parte il primo de priuil. cap. si Papa eod. tit. in 6. c. cum tempore de arbitr. cum alijs in ead. decisione allegatis*.

Non obstat, quod mulieres huius Domus, non sint de gremio ordinis seruitarū, ex quo non sunt mantellatæ, neque Pizochoræ, aut oblatæ, nec tertiariæ, sed constituant tertiam speciem, cum vtantur diuerso habitu, & viuant iuxtà proprias constitutiones à Paulo V. aprobatas habeant diuersum 6 nomen, atque diuersum modum profitendi † ex quibus omnibus distinguitur diuersitas Religionis, *Gemin. cons. 4. num. 1. Anchar. cons. 321. num. 1. Nauar. cons. 6. num. 12. vers. 4. de stat. Monach.*

Quia Geminianus, & Anchaianus allegati bene se explicant distinguendo species Regularium, 7 † Quidam enim sunt verè Religiosi, & habent de necessitate, et dispositione eorum Regulæ certum habitum specialem in colore, et forma totam tangentem personam à capite vsque ad talos, et in his non licet alicui professo talem habitum transformare, quia videtur quasi de substantia suæ Religionis, *secundum glos. in verb. vel habitus, in clemen. 1. de elect.* Quidam autem vocantur fratres de Pænitentia tertij ordinis, qui potius quemdam modum viuendi à Papa approbatum dicuntur habere, quam regulam, et isti propter aliqua signa habitus non recipiunt diuersum modum, aut diuersam regulam à tertiarijs, sed tantummodo tenentur parere suo superiori, et obseruare contenta in eorum modo viuendi, et de istis proprie agitur, quæ obtinuerunt à Paulo V. approbari habitum, et modū viuendi, vt ad effectum, quod intrent priuilegia 8 videndum est † an sint subiecta superiori Generali fratrum seruitarum quod visum fuit non posse dubitari ex tenore constitutionum, quæ ab eodem Paulo V. fuerunt approbatæ, quia vestiuntur in facello, aut oratorio domus, Patri Generali offeruntur, professio emittitur in manibus Superiorum Fratrum seruitarum punitio incorrigibilium mandatur fieri assentientibus Generali, seu Vicario, et subpriorissa, et dispēs. [illegible] circa ieiunia, et abstinentias remittitur Generali, seu Vicario, et Subpriorissæ, vnde cum prædicta inferat ad subiectionem, et iurisdictionem seruitarum semper intrant priuilegia exemptionum.

9 Non obstant, quod † obedientia superiori præstita, vbi non agitur de religione expresse approbata nec in manibus habentes facultatem incorporandi in Religionem, non importet exemptionem ab ordinario, *Nauar. cons. 6. num. 12. de stat. Monach. Sanchez super decalogo lib. 5. cap. 1. n. 19.*

10 Quia, si approbatio Papæ non concurrat † quæ sola potest eximere à iurisdictione ordinarii, *Cassad. dec. de priuil. Gabr. de iudic. conclus. 4 num. 31. Gonzal. ad reg. de mens. Glos. 56. num. 18* vel ūtatia promissio obedientiæ superiori seruitæ non eximeret à iurisdictione, cæterū quia superuenit, et modus earum viuendi subiectiuè ad superiores seruitas fuit approbatus, inde priuilegia exemptionis intrant, quibus si iuuantur Pizocoræ, et oblatæ, quæ non emittunt professionem solemnem, multo magis mulieres huius Domus gaudere debent, quæ se obligant vouendo obedientiam, & castitatem, & in perfectiori statu positæ sunt.

Non obstant, quæ replicantur contra actus possessorios in prima decisione ponderatos.

Quia quoad veritatē facti, impugnari non possunt, nam ex actibus datis bene iustificantur Visitationes ordinationes Votorū emissiones in manibus Superiorū, & confirmationes Officialium.

11 Non obstat quod † etiam si fratres seruitæ aliquos actus in ista domo exercuerint, ob tamē qua si possessionē exemptionis acquisierunt, non docto de scientia, & acquiescentia Episcopi, *l. 2. C. de seruit. Rota decis. 109. num. 11. par. 2. diuers. & 382. num 3. par 2. recent.*

12 Quia † attenta approbatione Apostolica quoad modum viuendi, & vouendi, & subiectionis, cum qua intrant alia priuilegia Religionis, ex quibus delumitur titulus, non requiritur neque scientia, neque acquiescentia Episcopi, *Castren. in l. seruitutes. la grande num. 9. ff. de seruit. Couarun. in cap. possessor § initium num. 8. vers. secundus textus.* & 13 *Capol. de seruit. Vrb. præd. cap. 20 nu 5.* & † eo minus, prout in præsenti, vbi tractatur de summarissimo retinendæ, & agitur de nudo facto, *Rota decis. 17. num. 7. par 2. diu. & 685 num. 4 par. 1. recent. & coram fa. mem. Gregorio XV. decis. 249. num. 10. & 583. num. 8. per adden.*

Demum non vrgent, quæ dicuntur de admissione ad habitum ex receptione Votorum quasi isti actus non releuent ad acquirendam exeptionem, dum Episcopus non prætendat habere iurisdictio-14 nem, † ex quo, non dum ex constitutionibus particularibus huius domus, sed etiam de iure communi receptio Monachorum, et monialium spectat ad ipsos Regulares, & in eorū manibus vota emittuntur, quia possunt aggregare Religioni *cap. fin. de regula 6. Lapus alleg. 31. Sāchez. super Decalogo lib. 5. cap. 4. num. 78. Nauar. cons. 6. num. 10 de stat. Monach. distinguens actus Superioritatis ab actibus iurisdictionis.*

Quia, etsi prædicti actus possent considerari indiferētes, quando emanassent sine auctoritate Apostolica, & non apti ad acquirendum exemptionem, attamen, vbi præcedit approbatio sanct. mem. Pauli V. circa habitum, & modum viuendi cum subiectione Patri Generali seruitarum exinde intrāt Constitutiones Vrbani, et Innocentij super exemptione mulierum, sororum quocūque nomine nū-15 cupētur, et † alij actus subiectionis per Papā certæ Religioni induiti eximunt sorores à iurisdictione aliorum *cap. si Dominus. 11. 9. 3. cap. quid culpatur. 23. qu. 1. cap. quisquis præceptis. § qui præcipitur. 14. 9. 1.*

Et ita fuit resolutum vtraque, etc.

R.P.D.

R. P. D. Carrillo

Recanaten. Pradij

Luna 14. Maj 1635.

SVMMARIA

1 *Manuteneri debet, qui ante, & de tempore mota litis vere possidebat.*
2 *Amplia, eo magis, si possessionem assecutus fuisset Iudicis auctoritate.*
3 *Defuncti possessio non transmittitur ad heredes absque apprehensione, nisi adsit statutum possessionem continuans. & num. 4.*
4 *Defunctus transmittere non potest possessionem, quam non habet.*
5 *Manutentio, & instantia capta per defunctum transit ad haredes. Limit. vt num. 6. & seqq.*
7 *Lis introducta non dicitur per monitorium non reproductum.*
8 *Nec si sit obtentum à procuratore, de cuius mandato non constet, neque de iure, neque de facto.*
9 *Manutentio non datur, ex possessione, qua quis priuatus fuit per immissionem alteri datam per Iudicem iuste, & valide procedentem.*
10 *Iudex nulliter procedendo non priuat possessione.*
11 *Depositum quando suffragetur pro assecuratione, seu restitutione dotis.*
12 *Depositum quando probetur reale, & non fictum, seu simulatum.*
13 *Officiali creditur de pertinentibus ad eius officium.*
14 *Attestationibus extraiudicialibus priuatis non datur fides.*
15 *Probationes plena requiruntur aduersus publicum instrumentum.*
16 *Iudex qui fecit primum decretum simpliciter non potest facere secundum conditionale tamquam per primum functus fuerit officio suo. Ampl. vt num. 17.*
18 *Rescriptum recipit facere interpretationem à iure communi.*
19 *Iudex potest facere ea, qua secundum ius commune virtualiter, & ex verisimili mente Papa in rescripta continentur.*
20 *Dos non est soluenda marito decocto, sed inuestiẽda.*
21 *Dotis securitati cautius prospicitur, si inuestiatur.*

Decisio DCXXIX.

D. Piera Ioanna Massutia creditrix Petri Moroni primi viri, Angelæ ferabo obtinuit ab A. C. mandatum contra bona dicti Petri, quorum retentionem prætendebat dicta Angela, et Dominicus eius secundus maritus pro credito dotali eiusdem Angelæ, et pro faciliori mandato executionis dicta Piera Ioanna adiuit signaturam Sanctissimi, qui rescripsit A. C. vt ad executionem bonorum Petri procederet, et ex illorum pretio solui mandaret prædictum creditũ dotale, et quod de residuo satisfieret dictæ Pieræ Ioannæ Massutie, ita tamen quod Angela, et Dominicus Coniuges ab eorum possessione non amouerentur, nisi prius fuerit eis de credito dotali in pecunia numerata satisfactum. Vnde A. C. mandauit exequi dictum mandatum ad effectum pretium deponendi penes Montem Pietatis Ciuitatis Recanetensis, et satisfaciendi de dote prædictæ Angelæ.

Executo postea mandato super prædio Petri, de quo agitur, illoq. subhastato D. Tullius Robertus obtulit scuta 1600. † quibus depositatis penes dictum Mõtem Pietatis iuxta formam mãdati A. C. Prætor Recanatẽsis dictum Tulium tamquã maiorem oblatorem in possessionem supradicti prædij immitti mãdauit, prout realiter immissus fuit.

Defuncta vero Angela, Alexander, & Catherina eius filij asserentes se reperiri in pacifica possessione dicti Prædij obtinuerunt ab A. C. mandatum de manutenendo, à quo interposita appellatione pro parte Tullij, & causa mihi commissa dubitaui hodie, An mandatum A. C. super manutentione concessum sit confirmandum, vel infirmãdum, & fuit pro infirmatione resolutum. Quia D. 1 Tullius † manutenendus erat de iure, cum ante, & de tempore motæ litis existeret verus possessor, *vulgat. §. retinenda. Instit. de interdict. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 566. Seraph. dec. 1106. num. 1.* 2 & † tanto magis cum prædictam possessionem assecutus fuerit auctoritate Iudicis, *l. iuste possidet. l. qui vniuersas. §. item tam Prætor. ff. de acq. poss. Greg. dec. 582. num. 2. Rot. decis. 173. num. 1. par. 1. recent.*

Neq; obstat prætensa possessio opposita ex parte Alexandri, & Catherinę filiorum Petri, et Angelæ, quia vel illam prætendunt tamquam heredes Patris, vel ex persona Angelæ matris si tanquam hæredes Patris, dicta possessio eis nõ suffragatur, 3 quia † defuncti possessio ad hæredes non trãsmittitur deficiente Statuto continuante possessionem in hæredes, nisi de nouo ab ipsis heredibus capiatur, *l. cum heredes. ff. de acq. poss. Rot. dec. 633. num. 2. par. 1. recent. Greg. dec. 222. nu. 6. vbi addeñ. nu. 12.* Minus iuuari possunt possessione ex persona Angelę matris. Tum quia nullibi constat, dictam Angelã possedisse de tempore eius obitus, ideoq; 4 † non potuit transmittere possessionem, quam nõ habebat, *ad not. in l. venire. ff. de acq. heredit. & in l. cum in antiquioribus. C. de Iur. deliber. & post alios per Surd. dec. 138. num. 19. ad fin. cum sequentibus. & per Rotam dec. 163. num. 2. par. 1. recent.* Tum etiam quia casu, quo possedisset, non poterãt ex eius persona manuteneri in possessione, cum possessio sine actuali apprehensione nunquã transferatur, ex iuribus supra allegatis.

Nec etiam releuat, ab eadem Angela introductum fuisse Iudicium super manutentione, et ideo 5 quod † instantia per eam cœpta transierit ad hæredes, et illa mediante potuerint manuteneri, *Rota post Pacific. de salu. interd. dec. 141. num. 5.*

6 Quia † nullum adest Monitoriũ super tali manutentione, quod necessarium est in tribunali A. C. etiam in Iudicio retinendæ, *Tiber. in prax. lib. 2. cap. [illegible] num. 1. & seqq.* et Monitorium, quod dicitur obtentum, nullam mentionem facit de ipsa Angela, sed emanauit ad instantiam aliarum per- 7 sonarum, et † ideo in vim illius nulla lis dicitur introducta præsertim cum non reproductum fuisset, *Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. in præfat. n. 17. & 45. Rot. decis. 44. num. 2. lib. 3. par. 3. diuers.* nec appareat de aliquo legitimo mandato obtinẽ- 8 tia, † quo deficiente non habetur lis pro introducta siue de iure, siue de facto, *Lancell. de attent. par. 2. d. cap. 4. in præfat. num. 63. Caputaq. dec. 164. nu. 1. par. 2. & dec. 14. num. 2. par. 3. Canaler. dec. 483. num. 4.* Et casu, quo constaret de aliqua possessione Angelę, et eius filiorum, non poterat ex ea cõ- 9 cedi manutentio, quia † cum Iudex iustè, et validè processerit immittendo Tullium priuauit eos d. possessione, *Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. vbi Rom. num. 3. ff. de acq. possess. Rota decis. 802. num. 7. par. 1. diuers. & decis. 173. num. 1. par. 1. recent.*

Nec dicatur, quod non fuit seruata forma Rescripti,

scripti, ex quo Angela non fuit integrè satisfacta de suo credito dotali in pecunia numerata, prout 10 in dicto rescripto cauetur, ideo hoc † Iudex nulliter procedendo non priuauerit Angelam sua possessione, *Greg. dec. 46. num. 5. cum vulg.* Quia cum dictum rescriptum emanauerit ad effectum vt dicta mulier ex concursu aliorum creditorum redderetur cauta de sua dote ac de precio bonorum ab ea possessorum, vt si de suo credito prius satisfieri posset, 11 † satis videtur adimpletum rescripto eo ipso, quod Tullius licitator realiter deposuit pecunias per eum oblatas, ad effectum soluendi creditum dotale iuxta formam mandati, et Iudex mandauit pecunias tradi dictæ mulieri, *Rom. cons. cons. 433. nu. 1. vers. 7. considero. Ruin. cons. 137. nu. 9. lib. 1. Castr. cons. 99. num. 2. lib. 1. plena Rot. decis. 577. nu. 9. par. 1. recent.* et tanto magis cum dicto deposito coniuges consenserint, et subscripserint pro immissione Tullij, *vt in eius summaria numer. 4. Surd. cons. 60. num. 13. lib. 1. ex l. si fundum ff. de leg. 1.* nec est verum, quod depositum non fuit reali, 12 sed fictum, et simulatum, quia † cum illud fuerit factum penes montem pietatis, et in pecunia numerata coram Notario, et testibus, vt apparet ex instrumento publico ipsius depositi, in quo etiam narratur, quod dictum prædium fuit adiudicatum Tullio tamquam plus offerenti, inde probatur realitas vera, et numeratio, pecuniarum, *Bart. in l. ex cautione num. 1. C. de non numer. pec. Surd. dec. 283. num. 1. cons. 2. par. cap. 1. q. 1. art. 8. num. 1. Rot. apud ipsum dec. 102. num. 1. & 3.*

Concurrente etiam alio instrumento, ex quo constat de hodierna existentia pecuniarum depositarum penes publicum depositarium, quia facta fuit numeratio coram publicis officialibus loci, 13 Notario, et Cancellario † quibus plena fides adhibenda est, cum attestentur de materia pertinenti ad eorum officium, *l. apparitores. C. de extr. tribut. lib. 12. cap. post cessionem. de propr. Ruin. cons. 56. num. 5. par. 2. recent.*

Nec prædicta probatis euacuatur ex attestationibus priuatis extraiudicialiter obtentis, quibus 14 contrarium probari prætenditur, quia † ille non releuent, *Auth. si quis C. de eden. cum vulg.* præci15 pue aduersus prædicta instrumenta publica, † contraque requiruntur plene, et concludentes probationes, *Bero. cons. 147. num. 34. lib. 2. & in puncto. Greg. dec. 365. num. 2. & 3.*

Tandem non obstat quod Iudex mandauerit pecunias non simpliciter, sed conditionaliter nempe vt pecuniæ inuestirentur pro securitate dotis, 16 quia † confecerit duplex decretum, et in primo nullam apposuerit conditionem, non potuit deinde fecere secundum conditionalem, cum iam functus fuisset officio suo, *l. Iudex. ff. de re iud. cap. in litteris. c. significantibus de offic. de leg* et in puncto iudicijs executoris, *Rot. dec. 631. nu. 8. par 2. recent.* 17 † præsertim in præiudicium ipsius Tullij qui iã fuit huius quæsitum ex primo decreto libero, *Tiraq. de retract. §. 1. gl. 7. num. 21. Rot. coram Greg. dec. 365. num. 4. vbi addent. nu. 10.* et casu, quo nõ 18 fuisset functus, cum † rescriptum Pontificij recipiat interpretationem à iure communi, *l. rescripta* 19 *C. de precib. Imper. offer.* † potuit facere ea, quæ secundum ius commune virtualiter, et ex verisimili mente Papæ in rescripto continebantur, *iuxta tradita per Bald. in l. ad probat. 21. ad fin. C. de probat. Suar. in repet. l. post rem indicatam ex sentent. num. 2. & 3. Gom. in l. 45. taur. num. 139. vers. item etiam Parlad. lib. 2. rer. quot. cap. fin. 1. par. §. 11. ampl. 4. num. 19. Rot. dec. 450. par. 1. diuers.*

20 Et ita † potuit mandare dotem inuestiri, et nõ 21 solui marito, qui desierat esse soluẽdo, cum † mediante dicto inuestimento cautius prospiceretur de iure securitati dictæ dotis, *vt notant DD. in l. 3. §. 1. vers. quid ergo ff. de con. tut. act. Gratian discept. for. cap. 943. numer. 15. & 18. vbi plures adducit lib. 5.*

Et ita decisum vtraque parte ipsius informante etc.

R. P. D. Merlino

Romana Census

Luna 14. Ianuarii 1632.

S V M M A R I A.

1. *Manutentia non competit ei, qui ex sententia Iudicis priuatus fuit sua possessione.*
2. *Lim secus si sententia sit nulla, puta defectu legitima citationis, cum tunc Iudex dicatur processisse tumquam priuatus, & spoliasse.*
3. *Citatio ad effectum adiudicationis.*
4. *Decretum factum sub die, sub qua non cadebat citatio, dicitur nullum.*
5. *Citationis ordo præposterari non debet.*
6. *Dictio, seu, quid importet.*
7. *Interpretatio orationis dubia facienda est iuxta tionem recti sermonis, & vt æquitas patitur.*
8. *Mandatũ proficiscitur ex antecedenti decreto, nõ autem decretum ex antecedenti mandato.*
9. *Citatio debet esse clara, & certa tum respectu rei, & loci, quam respectu personarum, & temporis.*
10. *Citatio incerta, & alternatiua est nulla, & ac si facta non fuisset.*
11. *Termino duplici dato in citatione vltimus est attendendus, & expectãdus citatus vsq; ad lapsũ illius vltimi momenti.*
12. *Citatio per totam intelligitur vsque ad horam audientiæ.*
13. *Citatio nominis arctans citatum dicitur nulla.*
14. *Decretum factum in ipsa die emanata citationis, etiam pro illa die, redargui potest de nullitate.*
15. *Circunducitur prima citatio, & primum decretum per eorum reiterationem.*
16. *Procuratoris in personam an possit concipi mandatum de manutenendo stante obitu principalis. & num. seqq.*
17. *Mandatum irreuocabile non expirat per mortem mandantis. Ampl. vt num. 18.*
18. *Clausula, vt rem proprium, in mandato apposita facit illud durare etiam post obitum mandantis.*
19. *Procuratore domino litis effecto potest mandatum de manutenendo in illius personam incipi.*

Decisio DCXXX.

IN hac disputatione corã me, & in antecedẽtibus coram R. P. D. meo Vbaldo super dubio manutentionis scribentes hinc inde admittebant, possessionem olim D. Ioannis Francisci Vr1 sini, sed pro D. Astio prætendebatur, † priuatum fuisse D. Vrsinum sua possessione ex sententia Iudicia, et proinde non esse manutenendum. Verũ 2 obijciebatur, † sententiam vitio nullitatis ex defectu citationis laborare, & consequenter adhuc manutenendum esse primum possessorem, cum stãte illa nullitate Iudex habeatur pro priuato, et spoliasse dicatur, *Abb. in cap. conquerente. num. 8.*

de

dc restit.spoliat.Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.60.& seq.ff.de acq. poss.Hond.conf.26.nu. 29.30.lib.1.Rot.dec.111.n.2.par.1.recentior.& coram bo.me.Card.Caualer.dec.432.nu.2.et propterea tota difficultas in eo polita est.

An vere adsit hęc nullitas ex defectu citationis. Et pro maiori parte hodie etiam Domini cēsuerunt constare de hàc nullitate, et persistendo in decis.coram eodem D.mēo Vbaldo, manutenēdum esse D.Pauonium.

3 Nam Citatio his verbis concepta est † Mandato A.C.siue eius in ciuilibus R.P.D Locumtenentis per audientiam litterarum contradictarū S.D.N.Papæ, vt moris est citatur D Ioannes Frāciscus Vrsinus exaduerso principalis, quatenus hodie per totaam compateat Romæ coram eorū altero ad videndum mandari adiudicari d.instanti censum etc.et mandatum quodcumque desuper necessarium, et opportunum decerni, et relaxari, seu decretum necessarium, et opportunum fieri, et interponi ad primam diem instate etc.) quæ citatio executa fuit die 26.et eadem die Iudex decreuit adiudicationem, et tamen illa citatio tamquā terminans in primam cadebat die 27. ex quo sequitur, quod die 26.non ad erat citatio, sub qua Iudex posset pronunciare super adiudicatione, et sic

4 quod † decretum fuerit euidenter nullum, Bart.in l.fin.num.1.ff.quod vi, aut clam. Abb. in cap. consuluit.de offic.deleg. Rol.cons.22.nu.35.lib.1. Olasc. cons.64.num.23. Rot in recent. dec.228.num.2.& dec.240.nu.1.& 2.par.1.& coram s.m. Greg.XV. dec.546.num.16.

Ex totoque citationis contextu deprahenditur quod tempus illud in principio appositū, ad hodie per totam, respicit factum litigantium, quod scilicet per totam hodie, quæ erat dies 26.partes debeant comparere coram Iudice, illum instruere et iura deducere, et hic totius dies erat destinatus facto partium dies vero sequens ibi, ad primam diem, erat destinatus ad factum Iudicis, quia in illum reiecerat litigantes ad audiendam eius vo-

5 luntatem, et decretum, Vnde † non potuit hic ordo præposterari, et ante primam diem decretum promulgari.

Nec intellectus datus ab informātibus pro D. Astio admitti potest, quod scilicet tota dies 26. fuerit assignata, et ad comparendum, et ad videndum adiudicari, et mandatum quodcumque de super necessarium, et opportunum decerni, et relaxari, in alium vero diem fuerit dilatam decretū necessarium, et opportonum fieri, et interponi, at-

6 tenta † illa dictione, seu, quæ diuidit, et seiungit primam presentem à secunda, ita vt terminus, per totam hodie, claudatur ibi mandatum necessariū et opportonum decerni, et relaxari, quod vero sequitur, se decretum necessarium, et opportunum solum respicere alium terminum, nempe ad primam diem.

Quoniam primo dictio illa, seu, non ponitur intra terminum, hodie per totam, et terminum, ad primam, sed ponitur inter mādati relaxationem, et decreti interposittionem, vnde assequitur, quod vtrumque, scilicet mandati relaxatio, et decreti interpositio cadunt sub eodem termino, ad primā, et dictio illa, seu, hoc in loco distinguit quidem actus, sed sub eadem determinatione comprahendit, in x. glos.in l.1.§.si sunt annexa.ff.de muner.& honor. Bart.in l. si is, qui ducenta.§. vtrum.num.2. ff.de reb.dub.Curt.Iun.in l.precib.num.4.C. de impub.& aliis substit.Corn.cons.198. nu.4.lib.3.Ruin. cons.57.num.3.lib.1.Hæc enim particula, seu, non est simplex alternatiua, sed habet quamdam mixturam copulatiuę, vt inquit Bart.in l.si quis ita. nu.1.ff.de aur.et arg.leg.Corn.d.cons.198.sub nu.4. atque vt plurimum stat expositiue, non autem disiunctiue, vt in cap. licet in princ. de elect.& cap. bone.il primo. vbi gl.de postul.Prælat.Gemin.cōs. 111.num.7.Corn.cons 261.num.16.lib.4.Card.Seraph.dec.393.num.9.

7 Secundo quia † ratio recti sermonis, et æquitas Iudicis mandantis citari non patitur, vt pro mandato relaxando coarctauerit tempus parti citandæ intra totam hodie, et tamen pro decreto interponendo, quod erat minus præiudiciale, parti indulxerit longiorem dilationem, nempe, et aliam sequentem diem, quod certe esset absurdū, et propterea dicendum est, quod tota, et integra dies hodierna erat data Vrsino, vt compareret, diem vero sequentem Iudex sibi reseruauerit pro decernendo mandatum, seu decretum, et istud decretū nō potest intelligi, nisi pro adiudicatione, quia de illa tantum agebatur.

Tertio quia, si admitteremus intellectum, quod prima pars citationis, hodie per totam, cōprahendat, et facultatem adiudicandi, et mandatū quodcumque decernendi, daretur contrarietas, quia indubitanter sub termino, ad primam diem, cadit citatio ad videndum decretum necessarium, et opportunum fieri. Vnde D. Vrsinus esset citatus per totam hodie ad videndum mandari adiudicari, et ad diem sequenentem esset citatus ad videndum fieri, & interponi decretum; esseque intollerabilis hę præposteratio, quod prius Iudex mandaret adiudicationem, et postea in die sequenti face-

8 ret decretum, † mandatum enim proficiscitur ex antecedenti decreto, & non econuerso, & propterea non videtur, quod hęc nullitas citationis

9 possit euitari, cum, & in omnem euentū † citatio debeat esse clara, & certa tam respectu rei, & loci, quam respectu personarum, & temporis, l.aut qui aliter.§.si quis.ff.quod vi aut clam.& ibi Bart. nu. 1.Ang.in l.vt perfectias.C.de annal.except.Roman. cons.369.num.8.Tiraq. de retract.lignag.§.8.gl.2. num.5.Nunt.de nullit.ex defect.citat.nu.30.& 65. Crest.dec.10.de dol.& contumac. Rot.dec.17.de re indic.in noa.& dec.535.sub num.2.par.1.recent.&

10 dec 141.num.3.par.2. & † hæc citatio tanquam incerta, & alternatiua nulla est perinde, ac si facta non fuisset, vt per DD.prædictos.

Quarto admisso, sine veri præiudicio, illo intellectu, quod citatio alternatiue concepta substineretur, sequitur tamen, quod Vrsinus fuit citatus ad primam diem ad videndum decerni, fieri, & inter

11 poni. Vnde, † quatenus duplex terminus ad idem decretum adiudicationis datus fuisset, posterior erat attendendus in fauorem citati, quia non potest dici in mora, seu contumacia ipse citatus, nisi elapso vltimo momento temporis termini sibi præfixi in citatione, gl.in cap.consuluit verb.qui hoc anno.& ibid.Felyn.sub nu.4.in fin.vers.& nota, quod illa die.de offic deleg.Franc.in cap.cum parati.num.21.in fin.de appellat.Soccin.de dilat. & cit. art.19.n.19.per tot.Marār.de ord.iudic.p.6.mē br. 1.tit.de citat.num.117.vers. quod autem si aliquis citetur. Et idem importare videtur terminus ille, per totum hodie compareat, quia extremum etiā momentum illius dici videbatur debitum Vrsino citato, vt posset compatere, & deducere iura sua nec in illa die Iudex poterat aliquid facere, quia hoc modo tota dies non fuisset assignata citato, & propterea Iudex non poterat decretum, seu aliquod mandatum decernere, nisi integre vsque ad vltimum momentum elapsa illa die, attentata vi illorum verborum, per totam hodie, ad l.Iulianus ff.de leg.3.l.in toto.ff.de reg.iur.Menoch. cons.202. num.23.& cons 628.num.11.

12 Vel si diceremus, citationem, † hodie per totā, nequaquam tribuisse citato integrum diem vsque

ad

24 extremum momentum, sed intelligi vsque ad horam audientiæ, *vt per Card. Seraph. dec. 1115. num 2. & 3.* tunc adhuc alia insurgeret nullitas, quia breuissimus fuisset terminus, & omnino incongruus pro defensione citati, si die 26. per citationem Vrsinus absens pulsatus fuit, eadem die vix elapsis paucis horis Iudex decretum promul-
13 gasset, & sic † ratione breuitatis, termini præfixi citatio redderetur nulla, tamquam nimis arctans citatum, *Cassad. dec. 6. num. 3. de dol. & contumac. Crescent. dec. 6. cod. tit. Put. dec. 150. lib. 3. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 67. & seq. Card. Mantic.*
14 *dec. 8. num. 2.* & quod † decretum emanatum eodem die, quo quis fuit citatus, redargui possit de nullitate, *voluit Innoc. In cap. consuluit. numer. 5. in verb. gratia. vers. sed videtur de offic deleg. & Rot. apud Card. Mantic. dec. 8. num. 3. & dec. 155. num. 3. & dec. 159. In princ. & in Toletana Beneficij 31. Ianuarij 1605. coram bon. memor. Cardinali Lancellotto.*

Non obstat, quod mãdatum substineatur in vim alterius citationis, quæ iam præcesserat, sub qua recte, & validè potuit relaxari dictum mãdatum, & proinde non esset insistendum super alia citatione, in qua nullitas fundatur, cum non esset necessaria.

15 Quoniam respõsum fuit, quod, † cum appareat, D. A. noluisse vti mandato de deliberando prius sub alia citatione decreto, sed citauerit pro obtinendo alio mandato adiudicationis, vtique nec vti potest prima citatione emanata ad effectum habẽdi decretum adiudicationis, quia per nouam citationem, & nouum decretum illa fuit circumducta, *Card. Seraph. dec. 765. num. 2. Rot. in recent. dec. 227. num. 2. par. 1. & coram Greg. XV. dec. 339. num. 2. & dec. 457. num. 4.*

16 Minus obstat, quod † mandatum de manutenẽdo non posset concipi in personam D. Pauonij, stante obitu D. Francisci Vrsini principalis.

Quoniam obiectum cessare visum fuit, tũ quia D. Pauonius habebat mandatum irreuocabile,
17 † quod propterea per mortem mandantis non expirauerat, *Ruya. cons. 115. num. 7. lib. 7. art. 23. nu. 40. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 783. nu. 17.*
18 † præsertim iuncta clausula, vt in rem propriam, quæ operatur, vt mandatum duret etiam post obitum mandantis, *secundum Bart. in l. illam in prin. C. de donat & in l. 2. § si quis donatarius. num. 1. ff. eod. Gabr. de procurat. concl. 2. nu. 36. Card. Mantic. de tacit. d. tit. 23. num. 52. Card. Seraph. decis. 541.*
19 *num. 3.* Tum etiam quia, † cum d. Pauonius dominus litis esset effectus, mandatum recte concipi potuit in eius personam, *Ias. in l. nulla. numer. 4. de procurat. Granat. de Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. nu. 4. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 106. circa finem. Surd. cons. 99. num. 23. & seqq. & dec. 89. num. 6. Magon. dec. Florent. 48. nu. 15. & seqq. cum alijs.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. Verospio

Florentina Decimarum

Lunæ 29. Iunij 1635.

S V M M A R I A.

1 *Ecclesiæ possessione probata in perceptione Decimarum datur Rectori mandatum de manutenendo, Ecclesiæ nomine.*
2 *Probationes factæ contra Rectores antecessores afficiunt etiam Rectores successores, prout etiam sẽtentia, & alia acta iudicialia. & num. 5.*
3 *Liber Ecclesiæ continens solutiones decimarũ probat quasi possessionem exigendi ad effectum manutentionis. Ampl. vt nu. 4.*
6 *Possessio, quæ non apparet interrupta, continuata præsumitur vsque ad tempus motæ litis.*
7 *Decl. vt tamen cessat præsumptio continuationis post decem annos.*
8 *Confessio facta in actis Notarij causa an habeat vim iudicialis factæ coram Iudice.*
9 *Confessiones plures extraiudiciales coniũgi possunt ad faciendam plenam probationem.*
10 *Præsertim de æquitate Canonica.*
11 *Ecclesia matrix habet iuris assistentiam super portione decimarum prædialium quæ quartesimũ nuncupatur, aduersus Ecclesias filiales.*

Decisio DCXXXI.

CVM in dubio quod hodie proposui, Carolus Peronius Rector Ecclesiæ Sancti Petri in Bossolo peteret mandatũ de manutenendo in iure exigendi certam portionem decimarum, quæ quartesimum nuncupatur, & dicebatur solita fuisse solui à Rectoribus aliarum Ecclesiarum eidem Ecclesiæ Sãcti Petri tanquã matrici visum fuit Dominus probari eam possessio-
1 nem Ecclesiæ, † propterea responderunt ad fauorem Rectoris eiusdem Ecclesiæ, quod concedendum erat illi mandatum, quod petebat pro confirmatione, & defensione suæ possessionis, vt erat natura huius interdicti retinendæ possessionis, quod idem intentauerat, & quod nominatim competeret turbato in hac possessione, & iure percipiendi decimas, *tradit Rebuff. de decim. quæst. numer. 3. Monett. cod. tract. cap. 8. q. 2. num. 30. & not. Doct. in cap. dudum de decim. Hostien. numer. 4. & 7. in fin. Anchar. num. 10. Abb. num. 13. post gl. in verb. decim. & in verb prohibemus.*

Et ex plurimus vita fuit probari ea possessio cũ Rector non se restrinxerit ad vnum solum genus probationis, & probationes ad hunc effectum omnes concluderent hanc possessionem Ecclesiæ cuius nomine bene poterat ipse Rector petere, vt eadem Ecclesia in antiqua sua possessione conseruaretur, *vt voluit Innoc. in d. cap. dudum de decim. Abb. in cap. olim 12. num. 1. de restit. spoliat. & cap. cum super num. 21. caus. poss. & propr & fuit resolutum in Colibrien. præstimoniorum 10. Decẽbris 1631. coram D. R. P. meo Dunozetto, & 17. Iunij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et primo eita fuit eadem possessio probari ex depositione septem testium, quiusq; ab anno 1503. ad instantiam Rectoris, qui tunc viuebat examinati citatis Parochis aliarum Ecclesiarum deponebant de hoc solito soluendi Ecclesiæ nomine dictas decimas ex omnibus prædijs, in quibus essent duo Boum capita ad eorum prædiorum culturã, certam portionem decimarum, nempe medietatẽ vnius stadi frumenti, & manus decem lini pro quolibet prędio, quam portionem afferebant ijdẽ testes solitam fuisse Ecclesiam recipere de manu
2 Rectorum Ecclesiarum filialium, † hę autem probationes licet factę contra Rectores, qui tunc aderant, visæ sunt afficere etiam Rectores, qui nunc sunt propter præiudicium, quod ea eisdem probationibus principaliter illatum fuit Ecclesiæ, cuius præiudicij causa, & iuris Ecclesiæ sententia lata contra Rectorem afficere solet etiam successorẽ, & ad ipsius sententiæ exemplum hoc idem receptum est in probationibus, & alijs actis iudicij *vt de primo est tex. in c. cum inter de sent. & re iudic. notant. Abb. in cons. 62. num. 2. in fin. lib. Oldrad. cons. 94. num. 17. & 18. Aym. in cons. 10. num. 8. &*

fuit

fuit dictum in Mirandulen. valonis 27. Iunij 1629. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & super probationibus, & alijs actis iudicierijs regulam firmat Innoc. in cap. causam. 11. de testib. Abb. in c. quamuis num. 40. de sent. & re iudic. Bart. in l. sæpe num. 12. ff. eod. tit. & in l. si unmer. §. vlt. ff. de except. rei iud. Alex. cons. 61. num. 9. & 135. num. 7. lib. 2.

Probabatur secundo ea possessio ex antiquo libro, & Codice Ecclesiæ, in quo adnotatæ erant solutiones harum decimarum, 3 † qui liber non solū poterat hanc fidem facere, eo quod ageretur in iudicio manutentionis, in quo solent adhiberi leuiores probationes, ex not. per Bart. in l. admonendi num. 54. ff. de iur. iur. & in l. 1. num. 10. C. quor. bon. & in terminis libri Ecclesiæ Dec. in cap. cum causam. num. 16. de prob. Aym. cons. 158. num. 11. Menoch. cons. 402. num. 44. Bursatt. cons. 350. num. 106. Aym. de antiq. temp. par. 1. §. quid in libro Officialis. num. 9. 4 † sed etiam, quia fides eiusdem libri approbata fuerat ex decreto Vicarij, qui citatis Rectoribus Ecclesiarum subiectarum declarauit, dandam esse plenam fidem eidem libro. Cum enim ab eodem decreto nō fuisset appellatum a parte Rectorum, firmata fuit res iudicata respectu 5 probationis, & fidei eiusdem libri, † quæ non solū nocet Rectoribus, contra quos datum fuit idem decretum, sed etiam eorum successoribus ex eadē ratione, quia scilicet eorum ius non sit diuersum à iure Rectorum, quorum sunt successores, cum sæpe agatur de præiudicando Ecclesiæ, vt bene declarat. Aym. in adduct. cons. 10. num. 8. Et quamuis tam hic liber, quam testes adducti non viderentur concludere, vt Ecclesia fuerit in hac possessione de tempore litis, cum testes examinati fuissent iā inde ab anno 1503. quod tempus etiam respiciebat liber, cum ad firmandam illius fidem eam suā possessionem probauerit Rector, qui tunc tempo-6 ris præerat Curæ huius Ecclesiæ, quia tamen † apparebat eadem possessio nunquam interrupta, præsumi debebat continuata vsque ad tempus, quo dicitur fuisse mota hæc lis, iuxta præsumptionem gl. in l. sine possidetis. & quæ notant. ibi Scribentes. C. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. n. 3. & 15. Alciat. reg. 2. præsumptionum. præsumpt. 22. num. 1. Neque poterat ad hoc replicari, quod præsumptio eius legis non posset habere locū hoc casu, quo ea possessio Ecclesiæ erat supra centum 7 annos. Quia, † licet verum sit, quod in hac materia continuationis possessionis non valeat illatio à præterito tempore ad præsens vltra terminum decem annorum, cum post id tempus non detur continuatio ciuilis possessionis, sed requiratur possessio actualis, vt aduertit addit. ad gl. in d. l. sine possidetis. C. de probat. sequendo Salyc. super eadem l. n. 7. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 38. de caus. poss. & propr. & respondendo contrarijs argumentis Alciati, & Didaci de Couarr. tenet Menoch. de præsumpt. præsumpt. 66. n. 7. lib. 6. Tamen neque deerant signa, & probationes huius possessionis etiam respectu temporis præsentis, cum data fuerit confessio vnius Rectoris, qui agnoscendo iura Ecclesiæ Matricis renunciauit liti contra eā motæ, & reuocauit mandatum, quod ipse dederat ad 8 eamdem litem, † quæ confessio licet non posset habere eamdem vim, sicut confessio iudicialis, dū non fuit facta coram Iudice, sed solum in actis Notarij causæ, quod non satis erat ad hunc effectum, quod Rector, qui eam confessionem fecit, haberi deberet pro iudicato, prout constitutum est in l. 1. C. de confess. & declarat Bald. post glos. in l. interrogatam. & l. iubemus. C. de liber. caus. Bald. in l. cum scimus. sub num. 6. C. de Agricol. & censit. lib. 11. Marant. de ord. iudic. par. 9. tit. de confess. num. 30. quia tamen aderant confessiones extraiudiciales aliorum Rectorum, qui peculiari apoca declararunt, se nomine Ecclesiæ Sancti Petri, & loco portionis decimæ eidem Ecclesiæ debitæ exegisse dimidiam partem vnius stadij frumenti ab omnibus Parochianis, qui in prædijs intra fines suæ Parochiæ retinebant vnum par Bobum, & quartā partem eiusdem stadij ab ijs, qui vnum tantum Bouē 9 habebant, † poterant eædem confessiones coniungi ad constituendam plenam probationem iux. regul. tex. in l. cum scimus. C. de Agricol. & censit. lib. 11. ex qua hoc idē not. Bart. ibi in prin. Ias. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. sub numer. 6. ff. de pact. Felyn. in cap. si cautio numer. 39. de fid. instrument. 10 † præsertim de æquitate Canonica, quia cum ea non inspiciatur, nisi mens proferentis, non attenditur, vtrum confessio sit iudicialis, aut extra iudicium prolata, vt notant Canonistæ communiter in d. cap. si cautio. de fid. instrum. & ibi Felyn. num. 27. Butr. num. 7. Card. in fin. in vlt. oppositione. Gabr. de confess. concl. 1. nu. 46. & fuit opinio semper recepta in hoc tribunali, vt testatur Put. dec. 1. e. nu. e. lib. 2. & dec. 57. nu. 11. eod. lib. & fuit dictum in Romana Redditionis rationis tutelæ 30. Maij 1633. & 16. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Pirouano.

Et cum his omnibus videbatur concurrere assistentia iuris, 11 † quam habebat Ecclesia Sancti Petri ratione sui tituli, & tanquam Matrix, quia, cum ageretur de decimis prædialibus censebantur reseruatæ eidem Ecclesiæ vsque ab initio suæ fundationis in signum d. tituli, ad not. per glos. in cap. statuimus in verb. Baptismale. 16. q. 1. & in cap. cū contingat. de decim. Rebuff. de decim. q. 6. num. 12. & fuit resolutum in Mediolanen. Decimarum de Varisio 12. Ianuarij 1618. coram R. P. D. meo Pirouano. & in Nouarien. Decimarum prima Decembris anni proxime præteriti coram me.

Et ita vna tantum &c.

R. P. D. Verospio

Romana Locationis

Lunæ 25. Iunij 1635.

SVMMARIA.

1 Conductori secundo existenti in detentatione debetur manutentia contra primum, & num. seq.

2 Conductor, qui non habet ius reale, non dicitur possidere, sed esse in possessione.

3 Actio personalis non solet transire in singularem successorem.

4 Locator nunquam dicitur amisisse possessionem ciuilem.

5 Conductor non dicitur sibi possidere, sed domino.

6 Conductoris detentatio reddit possessionem plenā, aut saltem semiplenam.

7 Conductor ex sua possessione, seu detentatione habet sua remedia possessoria, ne turbetur.

8 Conductor primus ex sua hypotheca anteriori præferri debet posteriori secundum aliquos.

9 Hypotheca conductoris extendi non potest vltra naturam locationis.

10 Locator non tenetur nisi ad præstandam patientiam in vsu rei, & sic ad merum factum. & num. 17.

11 Obligatus ad factum tenetur ad interesse. & num. 17.

12 Conductor etiam quod habeat hypothecam, non dicitur habere aliquod ius reale. & num. 20.

13 Hypotheca accessoria obligationi personali non potest

test ipsius obligationis vires, & naturam augere.

14 *Conductor habens hypothecam generalem, & possidens rem locatam potest in ea persistere pro suo iure, & interesse.*

15 *Conductor, & quicumque alius detentor potest per viam retentionis resistere singulari successori.*

16 *Clausula ad fauorem conductoris apponenda in strumento locationis, & illius effectus, & num. 18.*

19 *Manutentionis in iudicio solum queritur de veritate facti reseruata, cognitione iuriū alterius partis tam in petitorio, quam in possessorio plenario.*

21 *Oblatio circa interesse conductoris non spectat ad aliorum anteriorem conductorem, sed ad ipsum dominum, vel alium singularem successorem, in quem rei dominium translatum sit.*

Decis. DCXXXII.

Contendebant super possessione domus ad usum Officinæ Salgamariæ Lucas, & Frācifcus occasione locationis, quam eorum vterque obtinuerat super eadem domo, & dubitatum fuit, vtrum esset dandum mandatum de manutenendo Lucæ, qui licet esset posterior in cōductione, tamen actu retinebat possessione eius Officinæ, siue potius mandatum de euacuando Francisco, qui primo apparebat factum fuisse instrumē-1 tum locationis, & Domini † pro Luca responderunt, cum plurimum visū fuerit illi suffragari ea detentatio, ex qua dicebatur esse in possessione domus conductæ, vt posset se tueri à molestijs primi conductoris ex ratione, *tex. in l. quoties. C. de rei vendic. determinantis. Rot. in dec. 2. num. 3. de locat. in antiq. & voluerunt. Alex. in cons. 122. nu. 3. lib. 5. Soccin Sen. cons. 25 num. 3. & 7. lib. 4 Gomez. var. resol. lib. 2. cap. 2. nu. 10. in 2. extens. & reiect. sententia contrariæ. Ias. d. l. quoties de veriori opinione attestatur. Purpur. in addit. ad eund. limit. 13. sub num. 22.*

Et quidem visum fuit potiorē esse debere causam secundi huius cōductoris, quia licet ille æque primus nullum sortiretur ius reale in re locata, 2 † Vnde neque dicebatur proprie possidere, sed solum esse in possessione eiusdem rei, quorum terminorum differentiam, *bene declarat paulus. in l. possideri §. vlt. ff. de acq. poss.*

Tamen poterat se defendere aduersus eundem primum conductorem in vim retentionis, quia cū primus conductor solum haberet actionem personalem contra Dominum rei locatæ, non poterat ea vti contra secundum conductorem ex natura 3 eiusdem actionis, † quæ nunquam solet transire in singularem successorem, *l. vlt. vbi etiam notant. DD. ff. de contrah. empt. §. in personam inst. de act. & considerauit Rot. dec. 2. de locat. cuius rationes amplexus fuit Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 19. num. 8. Gomez. var. resol. cap. 2. lib. 2. num. 20. in loco superius adducto*, Et quamuis hæc etiam detentatio, ob quam secundus conductor videbatur referendus primo, diceretur non posse producere hūc ef-4 fectum, neque respectu possessionis ciuilis, † quæ nunquam fuit amissa à locatore, vnde etiam erat 5 quod † ille non dicebatur sibi possidere, sed Do-mino, *vt in l. & id quod §. per colonos, & l. vniuersi. §. quod per colonum. ff. de acq. possess. & notant. vtrobique DD & in l. 1. C. comm. de vsucap.* tamen, 6 † ea detentatio potuit reddere possessionem plenam, aut saltem semiplenam, *vt voluit gl. in §. quod autem ad eas res. inst. de vsucap.* quam tam

quam singularem commendat, *Ang. in l. si me in vacuam num. 2. ff. de acq. poss. Ias. in l. traditionibus* 7 *num. 23. C. de pact.* & † ex causa eius possessionis habebat secundus hic conductor sua remedia possessoria, ne turbaretur in ea detentatione, vt declaratione in proposito, *Couarr. d. lib. 2. cap. 19. nu. 8. & tradiderunt Menoch. de retin. poss. remed. vlt. n. 18. & de recup. poss. remed. 17. nu 41. idem Couarr. pract. q. cap. 17. num. 5. Bald. cons. licet causam nu. 35. de probat.*

Nec visa fuerunt obstare, quæ dicebantur adhūc effectum de anteriori hypotheca, quam Franci-8 scus videbatur habere super domo conducta, † cuius causa voluerunt aliqui anteriorem conductorē præferri, *vt præ ceteris tenuit Ias. in d. l. quoties num. 28 quem refert Gamb. dec. lusit. 130. num. 2. & voluit Natt. in cons. 261. num. 11. Cephal. cons.* 9 *718. num. 35.* † & enim hypotheca non poterat extendi vltra terminos, & naturam ipsius locatio-10 nis, † quæ non admittit in locatore aliam obligationem, quam ad præstandam patientiam in vsu rei locatæ, *vt in l. adem. C. locat.* & ideo ad merum 11 factum † pro quo succedit actio ad interesse, *vt probat tex. in l. qui fundum. cū l. seq. ff. locat. & tradunt DD. in l. stipulationis non diuiduntur. ff. de verb. oblig. vbi Bart. num. 40. glos. in l. 2. §. vlt. ff. de verb.* 12 *oblig.* Vnde occasione eius hypothecæ non poterat considerari in Francisco ius aliquod reale tum propter rationem prædictam, tum quia eadem 13 † hypotheca tāquam accessoria obligationi personali non poterat augere vires, & naturam eiusdem obligationis, *vt bene in proposito considerauit Sard. cons. 331. num. 23. Negus. de pignor. 1. memb. 2. par. num. 7.* Non autem poterat hoc idem dici de Luca, ad cuius fauorem se etiam obligauerat Dominus pro obseruatione contractus, & manutē-14 tione rei locatæ, quia † cum præter hypothecā, sub qua habebat generaliter obligata omnia bona locatoris, reperiretur etiam in possessione domus locatæ, poterat in ea persistere pro suo iure, & interesse, tanquam comprehensa sub eadem obligatione, *vt declarat, Bart. in d. l. qui fundum ff. locat.* 15 *& in l. emptorem num. 2. C. eod. tit.* † quasi tunc demum, & non aliter, quam per viam retētionis possit conductor, siue quicumque alius detentor resistere singulari successori, *Alex. cons. 118. num. 20. lib. 5. Bart. cons. 36. num 25. lib. 2.* vbi ad hunc effe-16 ctum approbat, † cautelam, quam tradit ibi Bart. vt in instrumento locationis apponatur clausula, quod conductor ex nunc incipiat iure pignoris, & pro suo interesse possidere, *sequitur Couar. var. resol. cap. 15. num. 3.* qui conclusionem firmat etiā in terminis hypothecæ generalis, *quod etiam voluit Sard. d. cons. 331. num. 23. Rot. coram Greg. dec.* 17 *68. num. 3.* & licet † etiam respectu Lucæ posset considerari præstatio huius interesse loco ipsius facti, & patientiæ respectu vius, siue habitationis domus locatæ, *vt voluit Salic. in d. l. emptorem nu. 7. quem refert, & sequitur Barbat. d. cons. 36. num. 25.* vbi explicando ex illius mente doctrinam 18 Bartol. dicit † cautelam ab eo traditam intelligi debere appositam solum pro faciliori exactione ipsius interesse, *& voluerunt Couar. & Sard. in locis superius adductis, Roland. cons. 6. num. 8. lib. 1. Soccin. Sen. cons. 29. nu. 11. lib. 4* tamen non poterant hæc pertinere ad naturam huius iudicij summarijssimi manutentionis, quod Lucas hodie prosequeba-19 tur † cum in eo solum quæratur de veritate facti, reseruata omni cognitione iurium, quæ possent alteri parti competere, tam in petitorio, quam in possessorio plenario, *vt declarat Menoch. in tract. de retin. poss. remed. vlt. nu. 36. Neniz. cons. 81. nu. 17. & sensuit Rot. in decis. 41. num 8. par. 1. diuers. & coram Greg. dec. 75. num. 14.* Prout nec perti-

nere

nere hæc visa sunt ad Franciscum qui solum erat 20 in causa, quia † cum ratione locationis sibi factæ 21 nullum haberet ius reale in re locata, † non poterat offerre Lucæ id interesse, sed hæc oblatio solum spectare potuisset ad dominum ipsius domus, aut etiam ad alium singularem successorem, in quem traslatum fuisset dominium eiusdem domus in quibus terminis quæstionem proponit Bart. & alij DD. superius relati, qui eum sequuntur.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. Dunozetto

Pistorien. seu Nullius Beneficij

Luna 19. Junij 1634.

S V M M A R I A.

1. *Possessio instrumentalis, alio non possidente sufficit ad effectum manutentionis etiam in beneficialibus.*
2. *Possessio capta lite pendente, & intra terminum ad appellandum est attentata.*
3. *Attentata possessio non est manutenibilis.*
4. *Subrogationis titulus superueniens omne vitium purgat possessionis.*
5. *Causa possidendi mutata dicitur ex superuenienti titulo absque animi declaratione.*
6. *Qualitas attentatæ possessionis narrata dicitur ex narratione, quod fuerit adepta lite pendente, & infra terminum ad appellandam.*
7. *Clausula, Statum litis & inducit expressam notitiam litis, & eius qualitatis cum omnibus in ea contentis, ac si indiuidualiter de eis mentio facta esset.*
8. *Clausula, Dummodo in d. Beneficio intrusus non sis, intelligitur de alia intrusione, quam de narrata, cum causæ intrusionis sint multiplicabiles.*
9. *Clausula, Dummodo non sit alteri ius quæsitum, intelligitur de alio quam de narrato.*
10. *Clausula, Sine præiudicio, intelligitur de alio, quã de expressa.*
11. *Subrogationis ad effectum dispositio loquens de intruso intelligitur de vero, & per consequens nõ de eo, qui sit intrusus auctore Prætore.*
12. *Subrogationis gratiosæ requisita sunt Clericatus, lis super titulo beneficij, & obitus defuncti in possessione.*
13. *Lis de tempore subrogationis quomodo probetur.*
14. *Mors probatur ex partita libri Parochi formiter extracta.*
15. *Possessio instrumentalis continuata præsumitur vsque ad obitum nisi dicatur de contrario.*
16. *Obitus alicuius in possessione beneficij probatur ex quo ambæ partes veniant ex vacatione per illius obitum.*
17. *Subrogationis ad effectum sufficit desumere ius ex persona vnius, & possessio ex persona alterius.*
18. *Vicario consumpta dicitur ex prouisione subsecuta.*
19. *Subrogatio non datur, vbi deficit vacatio.*
20. *Gratia in forma Dignum non inducit vacationem, nisi fuerit executioni demandata.*
21. *Exceptio petitorium respiciens non impedit effectum gratiosæ subrogationis tribus requisitis probatis.*

Decisio DCXXXIII.

VAcante hoc beneficio per obitum q. Euerardi de Medices fuerunt ad illud præsentati D. Archiepiscopus Pisanus à DD. de Medicis patronis, & Bartholomeus Veronus ab alijs ass. patronis, atq. lite inter hos præsentatos coram Ordinario Praten. D. Archiepiscopus obtinuit illud sibi à Sede Apostolica commendari, & in vim sententiæ latę ab executore suarum litterarum possessione d. Beneficij adeptus fuit appellauit Veronus a sententia, & causa in Rota introducta decessit, vnde cum D. Archiepiscopus obtinuisset à Sanctissimo subrogationem gratiosã in ius, & possessionem dicti Euerardi, & Veroni, dubitaui, an ei esset dandum mandatum de manutenẽdo, vel potius mandatũ de immittendo vigore subrogationis gratiosæ, & DD. dixerunt ei dandũ esse mandatum de manutenendo, & quatenus opus sit mandatum de immittendo.

Et quoad manutentionem attinet, illa visa fuit non posse denegari cum de possessione D. Archiepiscopi clare constet ex publico instrumento † quæ 1 alio non possidente etiam in beneficialibus sufficit ad effectum manutentionis, *Rot. diuers. decis. 595. num. 8. par. 1. & dec. 191. num. 4 par. 4. Greg. XV. dec. 323. num. 1. & alias sæpe.*

2 Non obstat, quod d. † possessio vti capta pendẽte lite, & infra terminum ad appellationem fuerit 3 attentata, † ideoque non manutenibilis, *Lancell. de attent. par. 3. cap. 31. num 200. Caual. dec. 135.* 4 *num. 1. cum alijs allegat.* Quia † ex superueniẽti titulo subrogationis in qua facta fuit expressa mẽtio d. possessionis infectæ fuit purgatum omne vi-5 tium, & † censetur mutata causa possidendi etiã absque animi declaratoriæ, *vt in terminis dixit Rota coram Mantic. dec. 71. & Reuerendissimo D. meo Decano dec. 72. num. 3. & 4 & Agregentina. beneficij 21. Iunij 1610. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio.*

Non obstat, quod non fuerit specifice narrata 6 qualitas possessionis attentatæ, quia, † illa visa fuit satis expressa, ex eo quod fuerit narratum d. possessionem fuisse captam lite pendente, & infra terminum ad appellandum, stante præsertim clausula, statum litis, & merita causę haben. pro ex-7 pressis, † quæ inducit expressam notitiam in Papam, nedum ex lite, sed etiam de eius qualitate cum omnibus in ea contentis, ac si indiuidualiter de eis mentio facta fuisset, *Mart. de claus. claus. 153. Gomez. super reg. de trien. q. 14. num. 7. vers. postremo facit.*

Non obstat, quod in litteris subrogationis fuerit adiecta clausula dummodo in d. beneficio intrusus non sis videtur afficere D. Archiepiscopi adeptam possessionem pendente lite, & termino ad appellandum, quia, cum fuerit Papę narratum, dictam possessionem fuisse captam cum dicto vi-8 tio, † dicta clausula intelligitur de alia instrusione quam de narrata, cum causæ intrusionis sint multiplicabiles, *vt considerauit Rota coram Mant. d. dec. 71. num. 4. & coram Reuerendissimo D. Deca-*9 *no dec. 413. num. 3.* prout in simili † clausula (dummodo non sit alteri ius quęsitũ) intelligitur de alio quam de narrato, *Crescent. dec. 7. in fin. de iur. patr.* 10 *Rot. diuers. dec. 653. num. 4. par. 4.* & † clausula sine præiudicio apposita in gratia Apostolica intelligitur de alio præiudicio, quam de expressione Papa videatur incontinenti se corrigere, *Gram. dec. 66. num. 4. Honded. cons. 86. num. 46. lib. 2. Rot. dec. 792. num. 2. par. 3. recent.*

Vltra quod D. Archiepiscopus non accepit pos-

possessionem auctoritate propria sed auctore Pretore, & ideo ad effectum subrogationis non dicitur intrusus, cum † ad hunc effectum dispositio loquens de intruso, de vere intruso intelligatur prout *in terminis huius clausulæ tenuerunt, Cass. ad.dec.6.in princ.& num.2.& seqq.de caus.poss.& propr.Sarnen.ad reg.de subrogan.q.4.in prin.& in fin.& ad reg.de trien.qu.47.in princ. Gig.tract.de intrus.nam.77.in fin.Mantic.d.dec.71.nu.4.& fuit dictum in Ianuen.parochialis.12.Decembris 1632. coram R.P.D.meo Verospio.*

21

Sed quatenus etiam aliquis inesset scrupulus in prædictis,& possessorio D. Archiepiscopi aliquā pateretur difficultatem,prout nullam prorsus pati DD.credebant ex supra deductis,adhuc tamen videbatur DD.non posse D.Archiepiscopo denegari immissionem vigore subrogationis gratiosæ, cum † omnia necessaria ad illam obtinendam iustificentur,nempe clericatus,lis super titulo beneficij,& obitus defuncti in possessione,*Seraph.dec. 990.Gregor.decis.307.num.1. Caualer. decis.608. num.1.*

22

Clericatus enim D.Archiepiscopi est Notarius & non controuertitur † lis de tempore datæ subrogationis,et antea probatur ex commissione Rotali decreto citationis,& mādatis procuræ,*Clem. 2.vt lit.pend.Seraph. dec.316.nu.4. Greg.XV.dec. 27.num.1.*

23

Obitus Verzoni †probatur ex partita formiter extracta à libro Parochi, *Gregor.XV.decis.359. num.5.Rot.dec.321.nu.3.& dec.700 nu.4. par.2. recent.*

24

Obitus Euerardi in possessione dicti beneficij probatur tam ex Instrumento possessionis † quæ præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi de contrario doceatur, *Menoch.de præsumpt.præsūp. 64.numer.17.& 19.lib.6. Caual.dec.608.num.1.* † quàm ex eo, quod tam D. Archiepiscopus,quā Verzonus veniunt ex eadem vacatione per obitū d.Euerardi,*Put.dec.171. in princ.lib.3.Caual.dec. 55 numer.3. Rot.decis.715.numer.3.in fin. par.2. recent.*

25 26

Nec obstat,quod Verzonus nō possederit,quia, † cum D.Archiepiscopus fuit subrogatus ad ius, & possessionem Euerardi,& Verzoni,sat est,quod fuerit prolata possessio Euerardi,cum adhunc effectum sufficiat desumere ius ex persona vnius,& possessionem ex persona alterius,*ex late deductis per Garz.de benef.par.6.cap 4 per tot.Rot.coram Caual. dec. 477.num.1. & per tot & in Pistien. Cappella.21. Iunij 1628.coram R.P.D. Merlino,& in Piscien.beneficij 25.Maij 1633.coram Reuerendissimo D.meo Vrgellen. & in alia Pistien. beneficij prima Iulij 1630.coram R.P.D.meo Verosp'o.*

27

Non obstat,quod † vacatio per obitum Eueeardi fuerit consumpta de tempore subrogationis ex prouisione Apostolica facta ad fauorem dictū Verzonium derogatione iuris patronatus pro medietate,*Simon. de reseru. qu. 55.. Cassad. dec.4 de caus.poss.& propr.nam.4. Gonzal. sup.reg.8.Glos. 15.§.2. num. 31.* † vbi autem non adest vocatio non detur subrogatio *Rot.dec.498.nu.1. prope fin. par.2.recent.*

28 29

Quia,cum dicta prouisio fuerit in forma dignū & sic gratia erat conditionalis, & ipse Verzonus prouisus decesserit lite pendente super eius iustificatione d. vacatio nequit dici consumpta ob solā prouisionem cum † gratia in forma dignum non inducat vacationem nisi fuerit executioni demandata,*Bellam.dec.563.Gomez. in regulat.de iur.qu. non toll.q.1.num.33.in fin. Rot.d.dec.498.nu.2.& dec.523.num.2.par.2.recent.*

20

Vltra quod hæc exceptio visa fuit concernere validitatē tituli ipsius Verzoni,& sic † vti respiciens petitoriū effectū subrogationis gratiosæ impedire non debet probatis tribus requisitis,de quibus supra *Mantic.d. dec.71.num.9. Greg.XV.decis. 426.num.1.Rot.dec.700.num.1.& dec. 715.num. 3.par.1.recent.*

21

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

EODEM

Eadem

Lunæ 18. Decembris 1634.

SVMMARIA.

1. *Attentata,& vitiosa possessio non est manutenibilis.*
2. *Subrogatio superueniens cum narratiua acquisitionis possessionis lite pendente, & infra terminū ad appellandum purgat omne vitium attentatorum.*
3. *Causa possessionis mutari potest titulo superueniente etiam absque alia animi declaratione.*
4. *Clausula dummodo aliás intrusus Nuarīit,intelligitur de alia intrusione quam de narrata.*
5. *Dictio,alia,significat aliam modum,quam expressum.*
6. *Sequestrum appositum a Iudice super beneficio priuat possidentem sua possessione. Declar. vt num 10.in fin.& 11.*
7. *Subrogatio mutare non potest causam possessionis, vbi euanuit possessio defuncti.*
8. *Sequestrum per solum decretum effectum non habuisse non dicitur.*
9. *Sequestrum non appositum non priuat possessionē, nec decreta,vel sententia nō effectuata officiunt.*
10. *Sequestrum non voluntarium,sed appositum à Iudice ex officio, & sic necessarium non priuat possessione.*
11. *Rota passim dat mandatum de manutenendo ex possessione ciuili animo retenta.*
12. *Possessio ciuilis satis est ad effectum interdicti recuperandæ possessionis.*
13. *Qualitas attentatæ possessionis narrata dicitur ex assertione illius acquisitionis facta lite pendente,& intra terminum ad appellandum.*
14. *Attentata possessio debet sequestrari.*
15. *Taciturnitas eius, quod in iure consistit,non inducit subreptionem.*
16. *Subreptionem non causat omnis taciturnitas,sed eorum tantum,quibus expressis Papa gratiam nō concessisset.*
17. *Gratia sustinenda causa non præsumitur, quod Papa difficilius concessisset, si fuisset expressum id,quod est amissum.*
18. *Appellationis terminus non datur, vbi sententia non est appellabilis.*
19. *Vacatio beneficij consumpta dicitur per subsecutā prouisionem.*
20. *Subrogatio non datur vbi cessat vacatio.*
21. *Gratia in forma dignum executioni non demandata non potest consumere vacationem.*
22. *Gratia in forma dignum ad fauorem certæ personæ super certo corpore beneficij dicitur pura, & dat ius ad rem.*
23. *Et in ea prouisio executoris requiritur solum pro executione tempore,quo impetrans idoneus repertus fuerit,non pro acquisitione iuris,& gratiæ substantia.*
24. *Sed gratia non verificata,nec executa non inducit vacatio per obitum.*
25. *Nec suffragatur ad effectum impediendi,vel excludendi*

imò nec potuisse parere dicto mandato, dimittendo possessionem dicti beneficij simplicis, de quo agitur; quia illud non possidebat, nec erat in mandato expressum: et consequenter non constare de eius contumacia in non parendo, † sine qua declaratoria non conceditur, *c. Episcopi, & c. nemo Episcoporum. 11. q. 3.*

Quia hoc obiectum visum fuit Dominis manifesta fuga: cum ex pluribus euidenter constet, beneficium possessum per Iacintum esse idem, de quo Saluator fuit prouisus à Papa, et in cuius possessione obtinuit manuteneri. Primo, quia tam Saluator, quàm Iacintus dictum beneficium obtinuit vti vacans per obitum Francisci Viues, et vterque de eo, vti vacante per eius obitum adeptus fuit possessionem, cum eisdem fere omnibus demonstrationibus. Vnde dum non constat, Franciscum obtinuisse plura beneficia, vtique præsumitur esse idem beneficium, non autem diuersum, cum † pluralitas non præsumatur, *vt latè Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. nu. 20. ff. de Iure iur. & in l. non hoc C. vnde legit. & in his terminis dixit Rot. in Vicen. Cappellania 15. Iunij* 1633. coram me. Secundò idem comprobatur ex confessione eiusdem Iacinti facta in actu intimationis Monitorii A. C. in qua fatetur, beneficium per eum possessum existere in Ecclesia S. Petri, † quia nulla maior probatio, *l. cum precum. C. de lib. caus. cum vulg.* Tertio ex pluribus collationibus antiquis, de dicto beneficio factis, per eumdem Iacintum productis: in quibus pariter asseritur, hoc beneficium esse fundatum in dicta Ecclesia S. Petri. † Producens autē scripturas, videtur approbare, et confiteri omnia in eis contenta, *gl. in l. 1. §. editiones in ver. dic. & consul. ff. de eden. Lap. alleg. 119. num. 1. vers. in eo casu, Rot. coram Greg. dec. 531. num. 12. & in Bononien. Fideicommissi de Mazolis 15. Martij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Quarto, et vltimo ex pluribus confessionibus, emanatis à procuratoribus dicti Iacinti, † quæ stantibus adminiculis supradictis, bene probant, *Gregor. dec. 506. num. 7.*

Non etiam releuat, si dicatur, quod dictum beneficium sit curatum, non autem simplex. Quia, vltra quod † hæc exceptio respicit petitorium, terminandum per tres sententias conformes, quæ ideò non est admittenda in hoc summarijssimo manutentionis iudicio, *Rot. dec. 685. num. 5 par. 1. recent. & coram Greg. XV. dec. 540. num. 6. cum similibus.* Respondetur etiam ex abundanti. Primo, † beneficia in dubio præsumi simplicia, nō autem curata, adeo vt onus probandi, hoc beneficium nō esse simplex, incumbat Iacinto, contrarium asserēti, *Staphil. de lit. grat. & inst. de qualit. & stat. benef. in princ. Garz. de benef. par. 1. cap. 6. num. 8. Bzid. dec. 676. & Greg. XV. dec. 387. num 4.*

Secundo, quia vltimus status est de beneficio simplici Diaconali, cum Franciscus Viues, per cuius obitum vacauit, illud obtinuerit per resignationem vti simplex Diaconale, vt in litteris suæ prouisionis. † In discernenda autem qualitate beneficii vltimus status plurimum attenditur, *cap. cū Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & proprier. adden. ad Greg. dec. 77. num. 11. & dec. 112. num. 6.*

Tertio id ipsum valde persuadetur, ex quo in omnibus collationibus, de eo factis nuncupatur Diaconale, cum tamē esset incongruum, esse Diaconale, et curam animarum habere, † in qua requiritur qualitas Præsbyteratus, *c. licet canon. & c. commissa, de elect. in 6.*

Quartò, et tandem cessat difficultas ex confessione eiusdem Iacinti, qui dictum beneficium obtinuit vti simplex Diaconale, cū narratiua, quod illud pro tempore obtinenti incumbit onus coadiuuandi Rectorem d. Parochialis. † Quod onus non tribuit curam in substantia, nec facit, beneficiatum esse Rectorem, sed simplex nihilominus reputatur, *Staphil. vbi sup. Gonz. gl. 6. nu. 68. 69. 70. Caput. dec. 34. num. 4. par. 3. Mantic. dec. 48. nu. 5. & Rot. dec. 52. num. 16. & seqq. & præsertim nu. 24. & 25. par. 2. diuers.* † vbi latè de requisitis ad parochialitatem, et vt beneficium dicatur curatū, prout etiam de eisdem requisitis *Greg. d. dec. 387. per tot.* Quæ requisita nedum hic non probantur, quinimò iuxta seriem facti, et qualitatem beneficii, de quo agitur, videntur non posse probari.

Denique non refragantur testes, et prouisiones de hoc beneficio factæ, ex aduerso datę ad probandū, illud esse curatum. Quia, vltra quod depositiones dictorum testium sunt informes, et simplices attestationes, † quæ ideo non sunt attendendæ, respōdetur, quod tam dicti testes, quam prouisiones supradictæ, dum ex eis colligi prætenditur hoc beneficium habere annexa multa onera, personalem residentiam requirentia, non excludunt, quin illud sit simplex: cum † stare simul possint, vt cura principalis spectet ad Rectorem dictæ Ecclesiæ, onus autem coadiuuandi Parochum incumbat Beneficiato, itaut nihilominus beneficium sit simplex, et non curatum ex latè deductis per *Staphil. Gonz. Mant. Greg. & Rot. diuers. vbi proximè.*

Et ità decisum vtraque parte sæpius informante etc.

R. P. D. Pirouano

Perusina exemptionis

Veneris 24. Martij 1634.

SVMMARIA.

1. *Liber, & scriptura Syndici, seu Depositarij Legentium in Studio circa illius officium concernentia probat contra eosdem Legentes.*
2. *Probationes leuiores admittūtur ad effectum manutentionis.*
3. *Qualitas etiam probanda est, vbi agitur de possessione cum qualitate. Lim vt num. 4.*
5. *Solutiones præsumuntur factæ ex titulo præambulo Ampl. vt nu. 6.*
7. *Syndici legentium in Studio Perusino officium.*

Decisio DCXXVI.

IN præterita resolutione prima Iulij præteriti 1633. dictum fuit D. Mannutio dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi salaria Medicinæ, ac Mathematicæ vti iubilato secundum prerogatiuam legentibus per triginta annos, in Academia Perusina per S. D. N. concessam. Causa super eisdem repropositā Domini persliterunt in decisis quoad salariū Medicinæ tantum.

Possessio autem exigendi salaria Medicinę visa fuit concludenter probata ex quietantiis per eūdem D. Mannutium factis, et extractis ex libris Syndicorum, seu Depositariorum, per quos legentibus in eodem Studio solent stipendia, seu salaria solui, † quæ contra eos plene probant in concernentibus eorum officium, *Caputaq. dec. 66. par. 2. Seraph. dec. 792. num. 3. & 1123. num. 3. Rot. dec. 919. num. 5. par. 2. recent.* et cum sint iteratæ, et pro pluribus annis, plenior redditur probatio, † cū tamen ad hunc effectum manutentionis leuiores

solcant

soleant admitti, *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Cunar. pract. q. c. 17. Seraph. dec. 1411.*

Non obstat, quod, & si probetur factum circa exactionem, non tamen probatur cum sua qualitate tanquam de iubilato, † prout necessarium dicebatur ad distinguendum lectorem actu legentem ab ipso priuilegiato, & remouendum equiuocum pluribus conueniens, *Rot. dec. 717. num. 5. par. 2. recent. cum alijs alleg.*

Quia, & si in quietantijs huiusmodi qualitas nō legatur, † ex consequenti tamen necessario hoc probatur, quia secundum tenorem Breuis Reformationis S. D. N. huius Studij emanati de anno 1625. prohibentur immunitates, nisi ijs, qui probauerint, se legisse spatio 30. annorum, & pro eadē obtinenda D. Mannutius comparuit coram Vicario Generali Episcopi Perusiæ, tempus præscriptū probauit, sententiam reportauit, & Breue super gratia immunitatis obtinuit. Cuius Vigore ea iode recessit à Ciuitate Perusiæ, & absens, & Romæ degens per biennium consequutus fuit sua stipendia, cui ea alia causa, quam iubilati solui non potuerunt, resistente eadem S. D. N. Constitutione. & eo magis conuincitur hæc qualitas iubilati ea modo describendi solutiones, quę fiunt ab ijsdem Syndicis, seu Depositarijs actu legentibus, aut iubilatis, nam ijs, qui legunt, soluuntur stipendia, in tres tertiarias, & in fine cuiuslibet illarum, vt possit retineri quantitas secundum id, quod punctantur, dum in legendo deficiunt, Iubilatis vero soluuntur stipendia in duobus terminis, nempe in Natiuitate, & Pascate, nulla habita ratione ad actum legendi, dum fiunt ante finem anni, & secundum hūc modum solutiones D. Mannutio factæ fuerint; 5 vt † semper intret pręsumptiō solutionis factę ex titulo præambulo, *secundum gl. in l. quædam, nu her. ff. de rei vendic. Becc. cons. 6. Corn. cons. 22. num. 20. lib. 1. Crauett. cons. 91. num. 3.* maxime ad euitan dus solutionem indebiti contra Officiales diligentes, & inuigilātes in rebus ad Cameram Apostolicam spectantibus. Nec saluari possunt huiusmodi solutiones tamquam à Præside cōdonatæ ex facultate in eodem Breui reformatorio indulta, ibi, (liceat tamen Præsidi condonare punctaturas, si aliquam rationabilem causam subesse arbitrabitur, onerata super hoc eius conscientia) quia aliud est remittere puncturas respicientes dies, & aliud biennium integrum, in quo rationabilis causa cōsiderari non potest.

Et eo minus possunt dici irrelevantes, dum nō probatur, officium Syndici, aut Depositarij versari circa huiusmodi solutiones faciendas, sed ad Thesaurarium Cameiæ Apostolicæ.

Quia veritas est, quod Thesaurarius tenetur soluere Syndico, seu Depositario pro tempore deputando ab Vniuersitate pecunias pro salario Lectorum destinatas iuxta pręscriptum in Breue Sixti 6 V. anno 1587. † Syndicus vero secundum partitas in Rotulo descriptas, & nomina Lectorum per Computistam Studij adnotata soluunt vnicuique Lectorum, & de solutis reddunt rationem, vnde semper ad illorum officium pertinet conseruare quietantias de solutis receptas, & consequenter de illis possunt dare exempla tamquam de originalibus desumpta.

Quo vero ad manutentionem Mathematicę iterum poterit disputari &c.

R. P. D. Pirouano

Brixinen. Iurisdictionis

Veneris 9. Iunii 1634.

S V M M A R I A.

1. Ordinarij fundatam habent de iure intentionem in iurisdictionem omnium Monasteriorum Regularium intra suam diœcesim.
2. Ordinarijs in iurisdictionibus datur manutentio ex sola iuris assistentia. Decl. vt num. 3. 7. & 8.
4. Protectio specialis priuilegiatos eximit à iurisdictione Ordinariorum.
5. Possessione legitima quis priuari non debet, dum cognoscitur, an sit in priuilegio, seu constitutione comprahensus.
6. Inferioris quasi possessio iurisdictionis quomodo probetur.
8. Quasi possessio valida non dicitur acquisita ex actibus contradictis, & qui liti causam dederunt.
9. Commissariorum relationi de actibus visitæ non creditur plene absque Notarij testimonio.

Decisio DCXXVII.

Domino Episcopo Brixinen. petente manutentionem in quasi possessione exercendi Iurisdictionem Episcopalem super Domo Regulari eiusque RR. Mulieribus, de quibus agitur, Responsum fuit non esse dandam, quia Patres Seruitę exhibent titulum, & docent de possessione eorum Iurisdictionis super prædicta Domo Regulari.

1 Nam, & si vera sit conclusio, quod † Ordinarij habent fundatam intentionem de iure communi iurisdictionem omnium Monasteriorum Regularium intra suam Diœcesim existentium, *cap. pen. de relig. dom. Glos. in cap. conquerente in verb. iurisdictionem de off. ord. Dec. in cap. fin. num. 6. in 4. notab. de confir. vtil. vel inutil.* & † etiam ex sola iuris 2 assistentia in iurisdictionalibus non soleat denegari manutentio Ordinarijs, *cap. cum personæ, in fine de priuil. in 6. Cap. c. dec. 189 nu. 5. Seraph. dec. 1449. num. 1. & in recent. par. 2. dec. 382. & 493. cum alijs allegatis,*

3 Attamē † vera etiam est declaratio, quando allegatur titulus exemptionis, vel priuilegium, & exhibetur, se de possessione docetur, tunc Regulares, dum cognoscitur de releuantia titulorum in eorum libertatis, vel exemptionis legitima possessione turbari non possunt, vt admittitur in secūda parte eiusdem *cap. cum personæ de priuil. in 6. & comprobant Anchar. ibidem num. 2. Gemin. in §. fin. num. 3. & 4. Franc. num. 2. & Rota hanc declarationem semper est sequuta,* vtroque concurrente, nēpe titulo, & possessione, *dec. 491. numer. 4. & 5. & 685. num. 2. par. 1. & 682. numer. 5. par. 2. recent. Seraph. dec. 1278. in fin. & 595. num. 3. & 4. idem fuit dictū in Aprutina Iurisdictionis 9. Iunij 1606. coram D. Card. Pamphilio in Constantien. Iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Episcopo Atrebaten. & in Lauretana Iurisdictionis 2. Maij 1631. coram D. Durano Episcopo Vrgellen.*

Titulus autem ad hunc effectum per Religionem exhibitus visus fuit sufficiens, cum deducatur ex Constitutionibus Summorum Pontificum Vrbani VI. Innocentii VIII. et aliorum, in quibus, ne dum Fratres Seruitæ eximuntur à Iurisdi-

ctione Ordinariorum, et immediate sub protectione Sedis Apostolicę recipiuntur, sed et omnes sorores Mantellatæ Pizcohoræ, ac Tertiariæ nuncupatæ subijciuntur Generali, et superiori Ordinis cum derogatione Concilij generalis, † quę specialis protectio semper eximit priuilegiatos à Iurisdictione Ordinariorum, *cap. ex parte illi. ibi priuilegium Nobis Apostol. cum ostenderunt. de priuil. cap. si Papa eod. tit. in 6. cap. 2. de in integr. restit. cap. cum tempore de arbitr. Dec. cons. 152. num. 2. Put. dec. 115. in fin. lib. 3. Seraph. decis. 1025. num. 5. & seq.* Præterea desumitur idem titulus ex Constitutionibus huius Domus Regularis à Sede Apostolica confirmatis, in quibus præsupponitur exemptio, et obedientia, et Iurisdictio debita Generali Ordinis, et eius Vicario, et alijs Superioribus assignata.

Non obstat quod sorores huius domus Regularis non comprehendantur in dictis priuilegijs 5 aut constitutionibus, quia † dum cognoscitur de compræhensione non debent seruitę priuari eorũ legitima possessione secundum terminos eiusdem *c. cum personæ. de priuil. in 6.*

Quo vero ad possessionem bene probatur ex actibus positiuis qui dantur, nempe ex visitatione facta per Vicarium Generalem Ordinis sub die 20. Iunij 1627. summ. Religionis num. 16. in quo quam plures Ordinationes factæ fuerunt, concernentes vtrumque statum temporalem, et spiritua- 6 lem, † quæ proculdubio inferunt iurisdictionis exercitium, *cap. cocquerente, de offic. ordin. Soccin. de visit. num. 4. vers. 10. quæro. Rot. dec. 196. num. 2. par. 2. diuers.* dantur præterea admissiones ad habitum, et votorum emissiones in manibus superiorum Religionis, quæ propter obedientiam promissa, et subiectionem Patri Generali probant Iurisdictionem, Isernia, Aluarottus, et alij in cap. 1. qualiter Vassallus præstare debeat Domino fidelitatem. *Natt. cons. 636. num. 65. lib. 4.* ac demũ dantur confirmationes factæ per Vicarios Generales Ordinis quoad Sorores, quæ in eadem domo solent officia exercere, quia actus confirmandi Officiales electos semper pendent à Iurisdictione ordinaria Superiorum, vel delegata à Sede Apostolica per priuilegia, ac constitutiones Sũmorum Pontificum.

7 Nec obstat, quod † ordinariis denegetur manutentio contra allegantem titulum, et possessionem solũmodo, quãdo nituntur sola iuris assistentia, sed quando ex parte eorumdem concurrunt etiam actus possessori, vt in præsenti præsupponitur, tunc non esse denegandam manutẽtionem in quasi possessione iurisdictionis, *Bald. in cap. querelam nu. 24. in fin. de elect.* dicens per actum minimum cõseruari totum, *& idem videtur firmatum in Theatina iurisdictionis, quæ est 382. par. 2. recent.*

8 Quia, † cum actus dati pro domino Episcopo fuerint expresse contradicti, vel pro parte sororũ, vel pro parte Religionis, et causam liti dederint nulla potuit ex eis acquiri valida possessio, *Rot. dec. 165. num. 5. par. 4. diuers. & 30. num. 1. par. 2. recent. Afflict. dec. 395. num. 7.*

Nam visitationi anni 1628. 13. Ianuarii fuit contradictum, et seu potius dissẽtientibus priorissa, et aliis sororibus fuit amissa, et de ea non con- 9 stat, nisi ex relatione commissariorum † quibus absque testimonio Notarii de actibus visitæ rogati non solet plena fides adhiberi, *Anibal Rocchus de visit. in verb. creare possit fol. 304. Lucas Antonius Resta indirect. visit. cap. 5.*

Litteræ pariter Archiducis Leopoldi non conferunt ad probationem actus possessorii, quia vigore illarum Ordinarius iurisdictionem in Domo prædicta non exercuit, nec exercere poterat, ex quo eisdem reseruatus fuit articulus iurisdictionis inter eumdem ordinarium, et seruitas per Sedem Apostolicam decidendus, cũ qua reseruatione cessabat facultas ex litteris prætensa.

Et ita vtraque etc.

EODEM

Eadem

Lunæ 11. Decembris 1634.

SVMMARIA.

1 *Exemptionis titulus, & possessio operantur, vt, pendente lite super ipsa exemptione, sit danda manutentio.*

2 *Inferiori competit manutentio aduersus Ordinarij iurisdictionem, si exhibeatur titulus, & probetur possessio. Decl. vt num. 3. subdecl. vt nu. 4.*

5 *Exemptione gaudere debent recepti sub protectione Sedis Apostolicæ.*

6 *Religionis diuersitas quomodo distinguatur.*

7 *Regularibus an, & quando liceat habitum transformare.*

8 *Subiectio Generali alicuius Religionis quomodo cognoscatur.*

9 *Obedientia Superiori alicuius Religionis quando non importet exemptionem ab Ordinario, & num. 10.*

10 *Papæ sola approbatio potest eximere ab ordinarij iurisdictione.*

11 *Exemptionis quasi possessio acquisita non dicitur ex actibus, quos non constat factos fuisse de Episcopi scientia, & acquiescentia. Lim. vt num. 12. & 13.*

14 *Monachorum, & Monialium receptio spectat ad regulares.*

15 *Subiectionis actus per Papam indulti certæ iurisdictioni ab aliorum iurisdictione eximunt.*

Decisio DCXXVIII.

CONclusum fuit standum esse in decisis sub die 9. Iunii præteriti. Quia Religio Seruorum docet de titulo exemptionis ab Ordinario ex Constitutionibus Summorum Pontificum et possessionem probat ex actibus in sum- 1 mario datis, † cum quibus pendente iudicio super exemptione non debet priuari, aut turbari in eius possessione, secundum dispositionem secundæ partis, *cap. cum personæ de priuil. in 6.*

Non obstat, quod inhærendo etiam declaratio- 2 ni regulæ dicti cap. cum personæ, † si inferior sit manutenendus aduersus Ordinarii iurisdictionẽ, quando exhibetur titulus, & probatur possessio, *Seraph. dec. 1278. in fin. Rot. dec. 491. nu. 4. 685. nu. 2. par. 1. & 382. num. 5. par. 2. recent. cum alijs alle- 3 gatis in prima decisione,* attamen † quia pro parte Fratrum docetur de possessione, quæ tempus quadraginta annorum absque controuersia attingere non potest, ex quo erectio domus, de qua agitur contingit de anno 1612. dicebatur semper deficere possessionem ex dispositione eiusdem cap. cum personæ, et fundatam remanere intentionem Ordinarii in sola iuris assistentia, data impossibilitate probationis quadragenariæ præscriptionis, *prout in consimil. casu dicitur consideratum in Sutrina Iurispatronatus coram D. meo Decano in eius Impress. 100.*

4 Quia † cum distinctione responderunt Domini quod

quod aut in fersor excipiendo contra exemptionē, à iurisdictione Ordinarij exhibet titulum, & talē, qui egeat probatione prescriptionis, & sic possessione quadraginta annorum, & tunc si destituatur possibili probatione, quia remanet cum solo titulo colorato, & minus apto ad obtinendum in petitorio, difficultas est releuās aut inferior exhibet titulum ex se aptum, & sufficientem, & tunc possessio destituta possibili probatione quadragenariæ non impedit manutentionem inferioris, vt bene se declarat text. cap. cum personæ in vltimis verbis, nam si sufficit titulus, multo magis, si concurrat possessio Religionis, *in quibus terminis non differt decisio supra allegata Sutrina Iurispatronatus*.

Titulum autem per Religionem exhibitum esse sufficientem Domini existimarunt, quandoquidem illum deduxerunt ex constitutionibus, & priuilegijs summorum Pontificium, vt in prima decisione fuit firmatum, nempe Vrbani Sexti, & Innocentij VIII. in quibus, & Fratres seruitæ, & omnes sorores mantellatæ, Pizochoræ, oblatæ, & tertiariæ noncupatæ, eximuntur à Iurisdictione Ordinarij, & subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis, & immediate sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur, Vnde cum istæ mulieres sint de genere tertij ordinis, siue ex vna specie, quia Pizochoræ, siue ex alia, quia mantellatæ, semper sub suo genere tertij Ordinis comprehenduntur, &

5 sic † priuilegijs exemptionum gaudent, tamquam receptæ sub protectione sedis Apostolicæ, *cap. ex parte il primo de priuil. cap. si Papa eod. tit. in 6. c. cum tempore de arbitr. cum alijs in ead. decisione allegatis*.

Non obstat, quod mulieres huius Domus, non sint de gremio ordinis seruitarū, ex quo non sunt mantellatæ, neque Pizochoræ, aut oblatæ, nec tertiariæ, sed constituant tertiam speciem, cum vtantur diuerso habitu, & viuant iuxtà proprias constitutiones à Paulo V. approbatas habeant diuersum

6 nomen, atque diuersum modum profitendi † ex quibus omnibus distinguitur diuersitas Religionis, *Gemin. cons. 4. num. 1. Anchar. cons. 321. num. 1. Nauar. cons. 6. num. 12. vers. 4. de stat. Monach*.

Quia Geminianus, & Ancharanus allegati bene se explicant distinguendo species Regularium,

7 † Quidam enim sunt verè Religiosi, & habent de necessitate, et dispositione eorum Regulæ certum habitum specialem in colore, et forma totam tangentem personam à capite vsque ad talos, et in his non licet alicui professo talem habitum transformare, quia videtur quasi de substantia suæ Religionis, *secundum glos. in verb. vel habitus, in clemen. 1. de elect.* Quidam autem vocantur fratres de Pænitentis tertij ordinis, qui potius quemdam modum viuendi à Papa approbatum dicuntur habere, quam regulam, et isti propter aliqua signa habitus non recipiunt diuersum modum, aut diuersam regulam à tertiarijs, sed tantummodo tenentur parere suo superiori, et obseruare contenta in eorum modo viuendi, et de istis proprie agitur, quæ obtinuerunt à Paulo V. approbari habitum, et modū viuendi, et ad effectum, quod intrent priuilegia

8 videndum est † an sint subiecta superiori Generali fratrum seruitarum quod visum fuit non posse dubitari ex tenore constitutionum, quæ ab eodem Paulo V. fuerunt approbatæ, quia vestiuntur in facello, aut oratorio domus, Patri Generali offeruntur, professio emittitur in manibus Superiorum Fratrum seruitarum punitio incorrigibilium mandatur fieri assentientibus Generali, seù Vicario, et subpriorissa, et dispēsatio circa ieiunia, et abstinentias remittitur Generali, seù Vicario, et Subpriorissæ, vnde cum prædicta inferāt ad subiectionem, et iurisdictionem seruitarum semper intrant priuilegia exemptionum.

9 Non obstant, quod † obedientia superiori præstita, vbi non agitur de religione expresse approbata nec in manibus habentes facultatem incorporandi in Religionem, non importet exemptionem ab ordinario, *Nauar. cons. 6. num. 12. de stat. Monach. Sanchez super decalogo lib. 5. cap. 1. n. 19.*

10 Quia, si approbatio Papæ non concurrat † quæ sola potest eximere à iurisdictione ordinarii, *Cassad. dec. de priuil. Gabr. de iudic. conclus. 4 num. 31. Gonzal. ad reg. de mens. Glos. 56. num. 18.* vel iterum promissio obedientiæ superiori seruitæ non eximeret à iurisdictione, cæterū quia superuenit, et modus eorum viuendi subiectiuè ad superiores seruitas fuit approbatus, inde priuilegia exemptionis intrant, quibus si iuuantur Pizocoræ, et oblatæ, quæ non emittunt professionem solemnem, multo magis mulieres huius Domus gaudere debent, quæ se obligant vouendo obedientiam, & castitatem, & in perfectiori statu positæ sunt.

Non obstant, quæ replicantur contra actus possessorios in prima decisione ponderatos.

Quia quoad veritatē facti, impugnari non possunt, nam ex actibus datis bene iustificantur Visitationes ordinationes Votorū emissiones in manibus Superiorū, & confirmationes Officialium.

11 Non obstat quod † etiam si fratres seruitæ aliquos actus in ista domo exercuerint, nō tamē quasi possessionē exemptionis acquisierunt, non docto de scientia, & acquiescentia Episcopi, *l. 2. C. de seruit. Rota decis. 109. num. 11. par. 2. diuers. & 382. num 3. par 2. recent.*

12 Quia † attenta approbatione Apostolica quoad modum viuendi, & vouendi, & subiectionis, cum qua intrant alia priuilegia Religionis, ex quibus desumitur titulus, non requiritur neque scientia, neque acquiescentia Episcopi, *Castren. in l. seruitutes. la grande num. 9 ff. de seruit. Couarruu. in cap. possessor § initium num 8. vers. secundus textus.*

13 *Capol. de seruit. Vrb. præd. cap. 20 nu 5.* & † eo minus, prout in præsenti, vbi tractatur de summarissimo retinendæ, & agitur de nudo facto, *Rota decis. 17. num. 7. par 2. diu. & 685 num. 4 par 1. recent. & coram fa. mem. Gregorii XV decis. 249. num. 10. & 283. num. 8. per adden.*

Demum non vrgent, quæ dicuntur de admissione ad habitum ex receptione Votorum quasi isti actus non releuent ad acquirendam exeptionem, dum Episcopus non prætendat habere iurisdictio-

14 nem, † ex quo, nedum ex constitutionibus particularibus huius domus, sed etiam de iure communi receptio Monachorum, et monialium spectat ad ipsos Regulares, & in eorū manibus vota emittuntur, quia possunt aggregare Religioni *cap. fin. de reg. in 6. Lapus alleg. 31. Sāchez. super Decalogo lib. 5. cap. 4. num. 78. Nauar. cons. 6. num. 10. de stat. Monach. distinguunt actus Superioritatis ab actibus iurisdictionis.*

Quia, etsi prædicti actus possent considerari indiferētes, quando emanassent sine auctoritate Apostolica, & non apti ad acquirendam exemptionem, attamen, vbi præcedit approbatio sanct. mem. Pauli V. circa habitum, & modum viuendi cum subiectione Patri Generali seruitarum exinde intrāt Constitutiones Vrbanī, et Innocentij super exemptione mulierum, sororum quocūque nomine nū-

15 cupētur, et † illi actus subiectionis per Papā certæ Religioni indulti eximunt sorores à Iurisdictione aliorum *cap. si Dominus. 11. 9. 3. cap. quid culpatur. 23. qu. 1. cap. quisquis præceptis. § qui præcipitur. 14. 9. 1.*

Et ita fuit resolutum vtraque, etc.

R.P.D.

scripti,ex quo Angela non fuit integrè satisfacta de suo credito dotali in pecunia numerata, prout 10 in dicto rescripto cauetur,ideo hoc.† Iudex nulliter procedendo non priuauerit Angelam sua possessione, *Greg.dec.46.num.5.cum vulg.* Quia cum dictum rescriptum emanauerit ad effectum vt dicta mulier ex concursu aliorum creditorum redderetur cauta de sua dote ac de precio bonorum ab ea possessorum, vt si de suo credito prius satis-11 fieri posset, † satis videtur adimpletum rescriptu eo ipso, quod Tullius licitator realiter deposuit pecunias per eum oblatas, ad effectum soluendi creditum dotale iuxta formam mandati, et Iudex mandauit pecunias tradi dictæ mulieri, *Rom.cons. 433.nu.1.vers.7.considero.Ruin.cons. 137.nu. 9.lib.1.Castr.cons.99.num.2.lib.1. plena Rot.decis. 577. nu.9.par.1.recent.* et tanto magis cum dicto deposito coniuges consenserint, et institerint pro immissione Tullij, *vt in eius summaria numer.4. Surd.cons.60.num.13.lib.1.ex l.si fundum ff.de leg.1.* nec est verum, quod depositum non fuit reali, 12 sed fictum, et simulatum,quia † cum illud fuerit factum penes montem pietatis, et in pecunia numerata coram Notario, et testibus,vt apparet ex instrumento publico ipsius depositi, in quo etiam narratur,quod dictum prædium fuit adiudicatum Tullio tamquam plus offerenti,inde probatur realitas vera,et numeratio, pecuniarum, *Bart.in l.ex cautione num.1.C.de non numer.pec.Surd.dec.283. num.1.cons.2.par.cap.1.q.1.art.8.num.1.Rot.apud ipsum dec.102.num.1. & 3.*

Concurrente etiam alio instrumento, ex quo constat de hodierna existentia pecuniarum depositarum penes publicum depositarium, quia facta fuit numeratio coram publicis officialibus loci, 13 Notario,et Cancellario † quibus plena fides adhibenda est,cum attestentur de materia pertinenti ad eorum officium, *l.apparitores.C.de extr. tribut.lib.12.cap.post cessionem.de propr.Ruin.cons. 56.num.5.par.2.recent.*

Nec prædicta probatis euacuatur ex attestationibus priuatis extraiudicialiter obtentis, quibus 14 contrarium probari prætenditur, quia † ille non releuent, *Auth. si quis C.de eden.cum vulg.* præci-15 pue aduersus prædicta instrumenta publica,† côtraque requiruntur plenæ,et concludentes probationes, *Bero. cons.147.num.34.lib.2. & in puncto. Greg.dec.365.num.2.& 3.*

Tandem non obstat quod Iudex mandauerit pecunias non simpliciter, sed conditionaliter nempe vt pecuniæ inuestirentur pro securitate dotis, 16 quia † confecerit duplex decretum, et in primo nullam apposuerit conditionem, non potuit deinde fecare secundum conditionalem,cum iam functus fuisset officio suo, *l.Iudex. ff.de re iud.cap in litteris.c.significantibus de offic. de leg* et in puncto iudicijs executoris, *Rot.dec.631.nu.8. par 2.recent.* 17 † præsertim in præiudicium ipsius Tullij,qui iã fuit huius quæsitum ex primo decreto libero, *Tiraq.de tract.§.1.gl.7.num.21. Rot. coram Greg. dec.365.num.4.vbi addent.nu.10.at casu,* quo nõ 18 fuisset functus,cum † rescriptum Pontificij recipiat interpretationem à iure communi, *l.rescripta* 19 *C.de precib.Imper.offer.*† potuit facere ea,quæ secundum ius commune virtualiter,et ex verisimili mente Papæ in rescripto continebantur, *iuxta tradita per Bald.in l.ad probat.21.ad fin.C.de probat. Iaar.in repet. l. post rem iudicatam ex sentent. num.2.& 3.Gom.in l.45.taur. num.139.vers.item etiam Parlad.lib.1.rer. quot.cap. fin.1. par. §.11. ampl.4.num.19.Rot.dec.450.par.1.diuers.*

20 Et ita † potuit mandare dotem inuestiri,et nõ 21 solut marito,qui desierat esse soluẽdo,cum † mediante dicto inuestimento cautius prospiceretur de iure securitati dictæ dotis, *vt notant DD.in l.3. §.1.vers.quid ergo.ff.de constit.act.Gratian discept. for.cap.943.numer.15. & 18.vbi plures addunt lib.5.*

Et ita decisum vtraque parte ipsius informante etc.

R.P.D. Merlino

Romana Census

Luna 14.Ianuarii 1632.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio non competit ei,qui ex sententia Iudicis priuatus fuit sua possessione.*
2 *Lim secus si sententia sit nulla,puta defectu legitima citationis,cum tunc Iudex dicatur processisse tamquam priuatus,& spoliasse.*
3 *Citatio ad effectum adiudicationis.*
4 *Decretum factum sub die, sub qua non cadebat citatio,dicitur nullum.*
5 *Citationis ordo præposterari non debet.*
6 *Dictio,sea,quid importet.*
7 *Interpretatio orationis dubia facienda est iuxta tionem recti sermonis,& vt æquitas patitur.*
8 *Madatũ proficiscitur ex antecedenti decreto,nõ autem decretum ex antecedenti mandato.*
9 *Citatio debet esse clara,& certa tam respectu rei, & loci, quam respectu personarum, & temporis.*
10 *Citatio incerta, & alternatiua est nulla, & ac si facta non fuisset.*
11 *Termino duplici data in citatione vltimus est attendendus,& expectãdus citatus vsq; ad lapsũ illius vltimi momenti.*
12 *Citatio per totam intelligitur vsque ad horam audientiæ.*
13 *Citatio nominals arctans citatum dicitur nulla.*
14 *Decretum factum in ipsa die emanata citationis, etiam pro illa die,redargui potest de nullitate.*
15 *Circunducitur prima citatio,& primum decretum per eorum reiterationem.*
16 *Procuratoris in personam an possit concipi mandatum de manutenendo stante obitu principalis. & num.seqq.*
17 *Mandatum irreuocabile non expirat per mortem mandantis.Ampl.vt num. 18.*
18 *Clausula, vt rem propriam, in mandato apposita facit illud durare etiam post obitum mandantis.*
19 *Procuratore domino litis effecto potest mandatum de manutenendo in illius personam incipi.*

Decisio DCXXX.

IN hac disputatione corã me,& in antecedẽtibus coram R.P.D.meo Vbaldo super dubio manutentionis scribentes hinc inde admittebant,possessionem olim D.Ioannis Francisci Vr-1 sini,sed pro D. Astio prætendebatur, † priuatum fuisse D. Vrsinum sua possessione ex sententia Iudicis, et proinde non esse manutenendum. Verũ 2 obiiciebatur, † sententiam vitio nullitatis ex defectu citationis laborare, & consequenter adhuc manutenendum esse primum possessorem,cum stãte illa nullitate Iudex habeatur pro priuato, et spoliasse dicatur, *Abb.in cap. conquerente, num.8.* de

de restit. spoliat. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 60. & seq. ff. de acq. poss. Hond. cons. 26. nu. 29. 30. lib. 1. Rot. dec. 111. n. 2. par. 1. recentior. & coram bo. me. Card. Canaler. dec. 432. nu. 2. et propterea tota difficultas in eo posita est.

An vere adsit hęc nullitas ex defectu citationis. Et pro maiori parte hodie etiam Domini cēsuerunt constare de hac nullitate, et persistendo in decis. coram eodem D. meo Vbaldo, manutenēdum esse D. Patonium.

3 Nam Citatio his verbis concepta est † Mandato A. C. siue eius in ciuilibus R. P. D Locumtenentis per audientiam litterarum contradictarū S. D. N. Papæ, et moria est citatur D Ioannes Frāciscus Vrsinus exaduerso principalis, quatenus hodie per totam compareat Romæ coram eorū altero ad videndum mandari adiudicari d. instanti censum etc. et mandatum quodcumque desuper necessarium, et opportunum decerni, et relaxari, seu decretum necessarium, et opportunum fieri, et interponi ad primam diem instante etc.) quæ citatio executa fuit die 26. et eadem die Iudex decreuit adiudicationem, et tamen illa citatio tamquā terminans in primam cadebat die 27. ex quo sequitur, quod die 26. non aderat citatio, sub qua Iudex posset pronunciare super adiudicatione, et sic

4 quod † decretum fuerit euidenter nullum, *Bart. in l. fin. num. 1. ff. quod vi, aut clam. Abb. in cap. consuluit. de offic. deleg. Rol. cons. 12. nu. 35. lib. 1. Ofasc. cons. 64. num. 23. Rot in recent. dec. 228. num. 2. & dec. 240. nu. 1. & 2. pār. 1. & coram s. m. Greg. XV. dec. 546. num. 16.*

Ex totoque citationis contextu deprehenditur quod tempus illud in principio appositū, ad hodie per totam, respicit factum litigantium, quod scilicet per totam hodie, quæ erat dies 26. partes debeant comparere coram Iudice, illum instruere et iura deducere, et hic totius dies erat destinatus facto partium dies vero sequens ibi, ad primam diem, erat destinatus ad factum Iudicis, quia in illum reiecerat litigantes ad audiendam eius vo-

5 luntatem, et decretum, Vnde † non potuit hic ordo præposterari, et ante primam diem decretum promulgari.

Nec intellectus datus ab informātibus pro D. Astio admitti potest, quod scilicet tota dies 26. fuerit assignata, et ad comparendum, et ad videndum adiudicari, et mandatum quodcumque de super necessarium, et opportunum decerni, et relaxari, in alium vero diem fuerit dilatam decretū necessarium, et opportunum fieri, et interponi, at-

6 tenta † illa dictione, seu, quæ diuidit, et seiungit primam presentem à secunda, ita vt terminus, per totam hodie, claudatur ibi mandatum necessariū et opportunum decerni, et relaxari, quod vero sequitur, se decretum necessarium, et opportunum solum respicere alium terminum, nempe ad primam diem.

Quoniam primo dictio illa, seu, non ponitur intra terminum, hodie per totam, et terminum, ad primam, sed ponitur inter mādati relaxationem, et decreti interpositionem, vnde assequitur, quod vtramque, scilicet mandati relaxatio, et decreti interpositio cadunt sub eodem termino, ad primā, et dictio illa, seu, hoc in loco distinguit quidem actus, sed sub eadem determinatione comprehendit, *iux. glos. in l. 1. §. si sint annexa. ff. de muner. & honor. Bart. in l. si is, qui ducenta. §. verum. num. 2. ff. de reb. dub. Curt. iun. in l. pracib. num. 4. C. de impub. & aliis substit. Corn. cons. 198. nu. 4. lib. 3. Ruin. cons. 57. num. 3. lib. 1.* Hæc enim particula, seu, non est simplex alternatiua, sed habet quamdam mixturam copulatiuę, *vt inquit Bart. in l. si quis ita. nu. 1. ff. de aur. et arg. leg. Corn. d. cons. 198. sub nu. 4.* atque vt plurimum stat expositiue, non autem distinctiue, *vt in cap. licet in princ. de elect. & cap. bonę. il primo. vbi gl. de postul. Prælat. Gemin. cōs. 111. num. 7. Corn. cons. 261. num. 16. lib. 4. Card. Seraph. dec. 393. num. 9.*

7 Secundo quia † ratio recti sermonis, et æquitas Iudicis mandantis citari non patitur, vt pro mandato relaxando coarctauerit tempus parti citandæ intra totam hodie, et tamen pro decreto interponendo, quod erat minus præiudiciale, parti indulserit longiorem dilationem, nempe, et aliam sequentem diem, quod certe esset absurdū, et propterea dicendum est, quod tota, et integra dies hodierna erat data Vrsino, vt compareret, diem vero sequentem Iudex sibi reseruauerit pro decernendo mandatum, seu decretum, et illud decretū nō potest intelligi, nisi pro adiudicatione, quia de illa tantum agebatur.

Tertio quia, si admitteremus intellectum, quod prima pars citationis, hodie per totam, cōpræhendat, et facultatem adiudicandi, et mandatū quodcumque decernendi, daretur contrarietas, quia indubitanter sub termino, ad primam diem, cadit citatio ad videndum decretum necessarium, et opportunum fieri. Vnde D. Vrsinus esset citatus per totam hodie ad videndum mandari adiudicari, et ad diem sequenentem esset citatus ad videndum fieri, & interponi decretum, essetque intollerabilis hę præposteratio, quod prius Iudex mandaret adiudicationem, et postea in die sequenti face-

8 ret decretum, † mandatum enim proficiscitur ex antecedenti decreto, & non econuerso, & propterea non videtur, quod hęc nullitas citationis

9 possit euitari, cum, & in omnem euentū † citatio debeat esse clara, & certa tam respectu rei, & loci, quam respectu personarum, & temporis, *l. aut qui aliter. § si quis ff. quod vi aut clam. & ibi Bart. nu. 1. Ang. in l. vt perfectius. C. de annal. except. Roman. cons. 369. num. 8. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gl. 2. num. 5. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 30. & 65. Cresc. dec. 10. de dol. & contumac. Rot. dec. 17. de re iudic. in non. & dec. 535. sub num. 2. par. 1. recent. &*

10 *dec. 141. num. 3. par. 2.* & † hæc citatio tamquam incerta, & alternatiua nulla est perinde, ac si facta non fuisset, vt per DD. prædictos.

Quarto admisso, sine veri præiudicio, illo intellectu, quod citatio alternatiue concepta substineretur, sequitur tamen, quod Vrsinus fuit citatus ad primam diem ad videndum decerni, fieri, & inter-

11 poni. Vnde, † quatenus duplex terminus ad idem decretum adiudicationis datus fuisset, posterior erat attendendus in fauorem citati, quia non potest dici in mora, seu contumacia ipse citatus, nisi elapso vltimo momento temporis termini sibi præfini in citatione, *gl. in cap. consuluit verb. qui hoc anno. & ibid. Felyn. sub nu. 4. in fin. vers. & nota, quod illa die. de offic. deleg. Franc. in cap. cum parati. num. 21. in fin. de appellat. Soccin. de dilat. & cit. art. 19. n. 19. per tot. Marāt. de ord. iudic. p. 6. mē br. 1. tit. de citat. num. 117. vers. quod autem si aliquis citetur.* Et idem importare videtur terminus ille, per totum hodie compareat, quia extremum etiā momentum illius diei videbatur debitum Vrsino citato, vt posset comparere, & deducere iura sua nec in illa die Iudex poterat aliquid facere, quia hoc modo tota dies non fuisset assignata citato, & propterea Iudex non poterat decretum, seu aliquod mandatum decernere, nisi integre vsque ad vltimum momentum elapsa illa die, attenta vi illorum verborum, per totam hodie, *ad l. Iulianus ff. de leg. 3. l. in toto. ff. de reg. iur. Menoch. cons. 202. num. 23. & cons 628. num. 11.*

12 Vel si diceremus, citationem, † hodie per totā, nequaquam tribuisse citato integrum diem vsque ad

ad extremum momentum, sed intelligi vsque ad horam audientiæ, vt per Card. Seraph. dec. 1115. num. 2. & 3. tunc adhuc alia insergeret nullitas, quia breuissimus fuisset terminus, & omnino incongruus pro defensione citati, si die 26. per citationem Vrsinus absens pulsatus fuitum eadem die vix elapsis paucis horis Iudex decretum promul-

13 gasset, & sic † ratione breuitatis, termini præfixi citatio redderetur nulla, tamquam nimis arctans citatum, *Cassad. dec. 6. num. 3. de dol. & contumac. Crescent. dec. 6. cod. tit. Put. dec. 150. lib. 3. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 67. & seq. Card. Mantic.*

14 *dec. 8. num. 2.* & quod † decretum emanatum eodem die, quo quis fuit citatus, redargui possit de nullitate, *voluit Innoc. in cap. consuluit. numer. 5. in verb gratia. vers. sed videtur de offic deleg. & Rot. apud Card. Mantic. dec. 8. num. 3. & dec. 155. num. 3. & dec. 159. in princ. & in Toletana Beneficij 31. Ianuarij 1605. coram bon. memor. Cardinali Lancellotto.*

Non obstat, quod mãdatum substinetur in vim alterius citationis, quæ iam præcesserat, sub qua rectè, & validè potuit relaxari dictum mãdatum, & proinde non esset insistendum super alia citatione, in qua nullitas fundatur, cum non esset necessaria.

15 Quoniam respõsum fuit, quod, † cum appareat, D. A. noluisse vti mandato de deliberando prius sub alia citatione decreto, sed citauerit pro obtinendo alio mandato adiudicationis, vtique nec vti potest prima citatione emanata ad effectum habẽdi decretum adiudicationis, quia per nouam citationem, & nouum decretum illa fuit circunducta, *Card. Seraph. dec. 765. num. 2. Rot. in recent. dec. 327. num. 2. par. 1. & coram Greg. XV. dec. 339. num. 2. & dec. 457. num. 4.*

16 Minus obstat, quod † mandatum de manutenẽdo non posset concipi in personam D. Pauonij, stante obitu D. Francisci Vrsini principalis.

Quoniam obiectum cessare visum fuit, tũ quia D. Pauonius habebat mandatum irreuocabile,

17 † quod propterea per mortem mandantis non expirauerat, *Ruyn. cons. 115. num. 7. lib. 7. art. 23. nu. 40. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 783. nu. 17.*

18 † præsertim iuncta clausula, vt in rem propriam, quæ operatur, vt mandatum duret etiam post obitum mandantis, *secundum Bart. in l. Illam in prin. C. de donat & in l. 2. §. si quis donatarias. num. 2. ff. cod. Gabr. de procurat. concl. 2. nu. 36. Card. Mantic. de tacit. d. tit. 23. num. 52. Card. Seraph. decis. 541.*

19 *num. 3.* Tum etiam quia, † cum d. Pauonius dominus litis esset effectus, mandatum recte concipi potuit in eius personam, *Ias. in l. nulla. numer. 4. de procurat. Granat. de Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. nu. 4. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 106. circa finem. Surd. cons. 99. num. 23. & seqq. & dec. 89. num. 6. Magon. dec. Florent. 48. nu. 15. & seqq. cum alijs.* Et ita vtraque parte informante &c.

R.P.D. Verospio

Florentina Decimarum

Luna 29. Iunij 1635.

S V M M A R I A.

1 *Ecclesia possessione probata in perceptione Decimarum datur Rectori mandatum de manutenendo. Ecclesiæ nomine.*

2 *Probationes factæ contra Rectores antecessores afficiunt etiam Rectores successores, prout etiam sententia, & alia acta iudicialia. & num. 5.*

3 *Liber Ecclesiæ continens solutiones decimarũ probat quasi possessionem exigendi ad effectum manutentionis. Ampl. vt nu. 4.*

6 *Possessio, quæ non apparet interrupta, continuata præsumitur vsque ad tempus motæ litis.*

7 *Decl. vt tamen cesset præsumptio continuationis post decem annos.*

8 *Confessio facta in actis Notarij causa an habeat vim iudicialis factæ coram Iudice.*

9 *Confessiones plures extraiudiciales coniũgi possunt ad faciendam plenam probationem.*

10 *Præsertim de æquitate Canonica.*

11 *Ecclesia matrix habet iuris assistentiam super portione decimarum prædialium quæ quartesimũ nuncupatur, aduersus Ecclesias filiales.*

Decisio DCXXXI.

CVM in dubio quod hodie proposui, Carolus Peronius Rector Ecclesiæ Sancti Petri in Bosolo peteret mandatũ de manutenendo in iure exigendi certam portionem decimarum, quæ quartesimum nuncupatur, & dicebatur solita fuisse solui à Rectoribus aliarum Ecclesiarum eidem Ecclesiæ Sãcti Petri tanquã matrici visum fuit Dominus probari eam possessio-

1 nem Ecclesiæ, † propterea responderunt ad fauorem Rectoris eiusdem Ecclesiæ, quod concedendum erat illi mandatum, quod petebat pro confirmatione, & defensione suę possessionis, vt erat natura huius interdicti retinendæ possessionis, quod idem intentauerat, & quod nominatim competeret turbato in hac possessione, & iure percipiendi decimas, *tradit Rebuff. de decim. quæst. numer. 3. Monett. cod. tract. cap. 8. q. 2. num. 30. & not. Doct. in cap. dudum de decim. Hostien. numer. 4. & 7 in fin. Anchar. num. 10. Abb. num. 13. post gl. in verb. decim. & in verb prohibemur.*

Et ex plurimus visa fuit probari ea possessio cũ Rector non se restrinxerit ad vnum solum genus probationis, & probationes ad hunc effectum omnes concluderent hanc possessionem Ecclesiæ cuius nomine bene poterat ipse Rector petere, vt eadem Ecclesia in antiqua sua possessione conseruaretur, *vt voluit Innoc. in d. cap. dudum de decim. Abb. in cap. olim 12. num. 1. de restit spoliat. & cap. cum super. num. 21. caus. poss. ff. & propr & fuit resolutum in Colibrien. præstimoniorum 19. Decẽbris 1631. coram D. R. P. meo Dunozetto, & 17. Iunij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et primo visa fuit eadem possessio probari ex depositione septem testium, quiuisq; ab anno 1503. ad instantiam Rectoris, qui tunc viuebat examinati citatis Parochis aliarum Ecclesiarum deponebant de hoc solito soluendi Ecclesiæ nomine dictas decimas ex omnibus prædijs, in quibus essent duo Boborum capita ad eorum prædiorum culturã, certam portionem decimarum, nempe medietatẽ vnius stadi frumenti, & manas decem lini pro quolibet prędio, quam portionem asserebant ijdẽ testes solitam fuisse Ecclesiam recipere de manu

2 Rectorum Ecclesiarum filialium, † hę autem probationes licet factę contra Rectores, qui tunc aderant, visę sunt afficere etiam Rectores, qui nunc sunt propter præiudicium, quod ex eisdem probationibus principaliter illatum fuit Ecclesiæ, cuius præiudicij causa, & iuris Ecclesiæ sententia lata contra Rectorem afficere solet etiam successorẽ, & ad ipsius sententiæ exemplum hoc idem receptum est in probationibus, & alijs actis iudicij *vt de primo est tex. in c. cum inter de sent. & re iudic. notant. Abb. in cons. 62. num. 2. in fin. lib. Oldrad. cons. 94. num. 17. & 18. Aym. in cons. 10. num. 8. &.*

fuit

fuit dictum in Mirandeu. valoris 27. Iunij 1629. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & super probationibus, & alijs actis iudiciarijs regulam firmat *Innoc. in cap. causam. 11. de testib. Abb. in c. quamuis num. 40. de sent. & re iudic. Bart. in l. sæpe num. 12. ff. eod. tit. & in l. si mater. §. vlt. ff. de except. rei iud. Alex. cons. 61. num. 9. & 135. num. 7. lib. 2.*

Probabatur secundo ea possessio ex antiquo libro, & Codice Ecclesiæ, in quo adnotatæ erant solutiones harum decimarum, † qui liber non solù poterat hanc fidem facere, eo quod ageretur in iudicio manutentionis, in quo solent adhiberi leuiores probationes, *ex not. per Bart. in l. admonendi num. 54. ff. de iur. iur. & in l. 1. num. 10. C. quor. bon. & in terminis libri Ecclesiæ Dec. in cap. 1. cum causam. num. 16. de prob. Aym. cons. 158. num. 11. Menoch. cons. 402. num. 44. Bursatt. cons. 350. num. 106. Aym. de antiq. temp. par. 1. § quid in libro Officialis. num. 9.* † sed etiam, quia fides eiusdem libri approbata fuerat ex decreto Vicarij, qui citatis Rectoribus Ecclesiarum subiectarum declarauit, dandam esse plenam fidem eidem libro. Cum enim ab eodem decreto nõ fuisset appellatum ex parte Rectorum, firmata fuit res iudicata respectu probationis, & fidei eiusdem libri, † quæ non solù nocet Rectoribus, contra quos datum fuit idem decretum, sed etiam eorum successoribus ex eadẽ ratione, quia scilicet eorum ius non sit diuersum à iure Rectorum, quorum sunt successores, cu.a sẽper agatur de præiudicando Ecclesiæ, *vt bene declarat. Aym. in addult. cons. 10. num. 8.* Et quamuis tam hic liber, quam testes adducti non viderentur concludere, vt Ecclesia fuerit in hac possessione de tempore litis, cum testes examinati fuissent iã inde ab anno 1503. quod tempus etiam respiciebat liber, cum ad firmandam illius fidem eam suã possessionem probauerit Rector, qui tunc temporis præerat Curæ huius Ecclesiæ, quia tamen † apparebat eadem possessio nunquam interrupta, præsumi debebat continuata vsque ad tempus, quo dicitur fuisse mota hæc lis, *iuxta præsumptionem gl. in l. siue possidetis. & quæ notant. ibi Scribentes. C. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. n. 1. & 15. Alciat. reg. 2. præsumptionum. præsumpt. 22. num. 1.* Neque poterat ad hoc replicari, quod præsumptio eius legis non posset habere locũ hoc casu, quo ea possessio Ecclesiæ erat supra centum annos; Quia, † licet verum sit, quod in hac materia continuationis possessionis non valeat illatio è præterito tempore ad præsens vltra terminum decem annorum, cum post id tempus non detur continuatio ciuilis possessionis, sed requiratur possessio actualis, *vt aduertit addit. ad gl. in d. l. siue possidetis. C. de probat. sequendo Salyc. super eadem l. n. 7. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 38. de caus. poss. & propr. & respondendo contrarys argumentis Alciati, & Didaci de Couarr. tenet Menoch. de præsumpt. præsumpt. 66. nu. 7. lib. 6.* Tamen neque deerant signa, & probationes huius possessionis etiam respectu temporis præsentis, cum data fuerit confessio vnius Rectoris, qui agnoscendo ius Ecclesiæ Matricis renunciauit liti contra eã motæ, & reuocauit mandatum, quod ipse dederat ad eamdem litem, † quæ confessio licet non posset habere eamdem vim, sicut confessio iudicialis, dũ non fuit facta coram Iudice, sed solum in actis Notarij causæ, quod non satis erat ad hunc effectum, quod Rector, qui eam confessionem fecit, haberi deberet pro iudicato, *prout constitutum est in l. 1. C. de confess. & declarat Bald. post glos. in l. interrogatam. & l. iubemus. C. de liber. caus. Bald. in l. cum scimus. sub num. 6. C. de Agricol. & censit. lib. 11. Marant. de ord. iudic. par. 9. tit. de confess. nu. 30.* quia tamen aderant confessiones extraiudiciales aliorum Rectorum, qui peculiari apoca declararunt, se nomine Ecclesiæ Sancti Petri, & loco portionis decimæ eidem Ecclesiæ debitæ exegisse dimidiam partem vnius stadij frumenti ab omnibus Parochianis, qui in prædijs intra fines suæ Parochiæ retinebant vnum par Bobum, & quartã partem eiusdem stadij ab ijs, qui vnum tantum Bouẽ habebant, † poterant eædem confessiones coniungi ad constituendam plenam probationem *iux. regul. tex. in l. cum scimus. C. de Agricol. & censit. lib. 11. ex qua hoc idẽ not. Bart. ibi in prin. Ias. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. sub numer. 6. ff. de pact. Felyn. in cap. si cautio numer. 39. de fid. instrument.* † præsertim de æquitate Canonica, quia cum ex ea non inspiciatur, nisi mens proferentis, non attenditur, vtrum confessio sit iudicialis, aut extra iudicium prolata, *vt notant Canonistæ communiter in d. cap. si cautio. de fid. instrum. & ibi Felyn. num. 27. Butr. num. 7. Card. in fin. in vlt. oppositione. Gabr. de confess. concl. 1. nu. 46.* & fuit opinio semper recepta in hoc tribunali, *vt testatur Put. dec. 12. nu. 2. lib. 2. & dec. 57. nu. 11. eod. lib. & fuit dictum in Romana Redditionis rationis tutelæ 30. May 1633. & 16. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et cum his omnibus videbatur concurrere assistentia iuris, † quam habebat Ecclesia Sancti Petri ratione sui tituli, & tanquam Matrix, quia, cum ageretur de decimis prædialibus censebantur reseruatæ eidem Ecclesiæ vsque ab initio suæ fundationis in signum d. tituli, *ad not. per glos. in cap. statuimus in verb. Baptismale. 16. q. 1. & in cap. cũ contingat. de decim. Rebuff. de decim. q. 6. num. 12. & fuit resolutum in Mediolanen. Decimarum de Varisio 12. Ianuarij 1628. coram R. P. D. meo Pirouano & in Nouarien. Decimarum prima Decembris anni proxime præteriti coram me.*

Et ita vna tantum &c.

R. P. D. Verospio

Romana Locationis

Luna 25. Iunij 1635.

SVMMARIA.

1. *Conductori secundo existenti in detentatione debetur manutentio contra primum, & num. seq.*
2. *Conductor, qui non habet ius reale, non dicitur possidere, sed esse in possessione.*
3. *Actio personalis non solet transire in singularem successorem.*
4. *Locator nunquam dicitur amisisse possessionem ciuilem.*
5. *Conductor non dicitur sibi possidere, sed domino.*
6. *Conductoris detentatio reddit possessionem plenã, aut saltem semiplenam.*
7. *Conductor ex sua possessione, seu detentatione habet sua remedia possessoria, ne turbetur.*
8. *Conductor primus ex sua hypotheca anteriori præferri debet posteriori secundum aliquos.*
9. *Hypotheca conductoris extendi non potest vltra naturam locationis.*
10. *Locator non tenetur nisi ad præstandam patientiam in vsu rei, & sic ad merum factum. & num. 17.*
11. *Obligatus ad factum tenetur ad interesse. & num. 17.*
12. *Conductor etiam quod habeat hypothecam, non dicitur habere aliquod ius reale. & num. 20.*
13. *Hypotheca accessoria obligationi personali non po-*

test

test ipsius obligationis vires, & naturam augere.

14 *Conductor habens hypothecam generalem, & possidens rem locatam potest in ea persistere pro suo iure, & interesse.*

15 *Conductor, & quicumque alius detentor potest per viam retentionis resistere singulari successori.*

16 *Clausula ad fauorem conductoris apponenda in strumento locationis, & illius effectus, & num. 18.*

19 *Manutentionis in iudicio solum queritur de veritate facti reseruata, cognitione iuriũ alterius partis tam in petitorio, quam in possessorio plenario.*

21 *Oblatio circa interesse conductoris non spectat ad aliorum anteriorem conductorem, sed ad ipsum dominum, vel alium singularem successorem, in quem rei dominium translatum sit.*

Decis. DCXXXII.

Contendebant super possessione domus ad vsum Officinæ Salgamariç Lucas, & Frãciscus occasione locationis, quam eorum Vterque obtinuerat super eadem domo, & quæsitum fuit, vtrum esset danodum mandatum de manutenendo Lucæ, qui licet esset posterior in côductione, tamen acta retinebat possessione eius Officinæ, siue potius mandatum de euacuando Francisco, qui primo apparebat factum fuisse instrumẽ-
1 tum locationis, & Domini † pro Luca responderunt, cum plurimum iusti fuerit illi suffragari ea detentatio, ex qua dicebatur esse in possessione domus conductę, vt posset se tueri à molestijs primi conductoris ex ratione, *tex. in l. quoties. C. de rei vendic. determinauit. Rot. in dec. n. num. 3. de locat. in antiq. & voluerum. Alex. in cons. 122. nu. 3. lib. 5. Soccin. Sen. cons. 25 num. 3. & 7. lib. 4 Gomez. variresol lib. 2. cap. 2. nu. 10. in n. extens. & reiect. sequent. contrariu. Ias. d. l. quoties de veriori opinione attestatur. Purpur. in addit. ad eandem limit. 13. sub num. 22.*

Et quidem visum fuit potiorẽ esse debere causam secundi huius côductoris, quia licet ille ęque primus nullum sortiretur ius reale in re locata,
2 † Vnde neque dicebatur proprie possidere, sed solum esse in possessione eiusdem rei, quorum terminorum differentiam, *bene declarat paulus. in l. possideri §. vlt. ff. de acq. poss.*

Tamen poterat se defendere aduersus eundem primum conductorem in vim retentionis, quia cũ primus conductor solum haberet actionem personalem contra Dominum rei locatę, non poterat ea vti contra secundum conductorem ex natura
3 eiusdem actionis, † quæ nunquam solet transire in singularem successorem, *l. vlt. vbi etiam notant. DD. ff. de contrab. empt. §. in personam inst. de act. & cosiderauit Rot. dec. 2. de locat. cuius rationes amplexus fuit Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 19. num. 8. Gomez. var. resol. cap. 2. lib. 2. num. 10. in loco superius adducto*, Et quamuis hæc etiam detentatio, ob quam secundus conductor videbatur referendus primo, diceretur non posse producere hũc ef-
4 fectum, neque respectu possessionis ciuilis, † quæ nunquam fuit amissa à locatore, vnde etiam erat
5 quod † ille non dicebatur sibi possidere, sed Domino, *vt in l. sed id quod §. per colonos, & l. vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acq. possess. & notant. vtrobique DD. & in l. 1. C. comm. de vsucap.* tamen,
6 † ea detentatio potuit reddere possessionem plenam, aut saltem semiplenam, *vt voluit gl. in §. quod autem ad eas res. instit. de vsucap.* quam tam quam singularem commendat, *Ang. in l. si me in vacuam num. 2. ff. de acq. poss. Ias. in l. traditionibus*
7 *num. 23. C. de pact.* & † ex causa eius possessionis habebat secundus hic conductor sua remedia possessoria, ne turbaretur in ea detentatione, vt declaratione in proposito, *Couarr. d. lib. 2. cap. 19. nu. 8. & tradiderunt Menoch. de ret in. poss. remed. vlt. n. 18. & de recup. poss. remed. 17. nu 41. idem Couarr. pract. q. cap. 17. num. 5. Bald. cons. licet causam nu. 35. de probat.*

Nec vila fuerunt obstare, quę dicebantur adhuc effectum de anteriori hypotheca, quam Franci-
8 scus videbatur habere super domo conducta, † cuius causa voluerunt aliqui anteriorem conductorẽ præferri, *vt præ ceteris tenuit Ias. in d. l. quoties num. 28 quem refert Gamb. dec. lusit. 130. num. 2. & voluit Natt. in cons. 661. num. 11. Cephal. cons.*
9 *718. num. 35.* † & enim hypotheca non poterat extendi vltra terminos, & naturam ipsius locatio-
10 nis, † quæ non admittit in locatore aliam obligationem, quam ad præstandam patientiam in vsu rei locatę, *vt in l. eadem. C. locat.* & ideo ad merum
11 factum † pro quo succedit actio ad interesse, *vt probat tex. in l. qui fundum. cũ § 9 ff locat. & tradunt. DD. in l. stipulationis non diuiduntur. ff. de ver. oblig. vbi Bart. num. 40. glos. in l. n. §. vlt. ff. de verb.*
12 *oblig.* Vnde occasione eius hypothecæ non poterat considerari in Francisco ius aliquod reale tum propter rationem prædictam, tum quia eadem
13 † hypotheca tãquam accessoria obligationi personali non poterat augere vires, & naturam eiusdem obligationis, *vt bene in proposito considerauit Sard. cons. 331. num. 23. Negus. de pignor. 1. memb. 2. par. num. 7.* Non autem poterat hoc idem dicẽ de Luca, ad cuius fauorem se etiam obligauerat Dominus pro obseruatione contractus, & manutẽ-
14 tione rei locatę quia † cum præter hypothecã, sub qua habebat generaliter obligata omnia bona locatoris, reperiretur etiam in possessione domus locatæ, poterat in ea persistere pro suo iure, & interesse, tanquam comprehensa sub eadem obligatione, *vt declarat, Bart. in d. l. qui fundum ff. locat.*
15 *& in l. emptorem num. 2. C. eod. tit.* † quasi tunc demum, & non aliter, quam per viam retẽtionis possit conductor, siue quicumque alius detentor resistere singulari successori, *Alex. cons. 118. num. 10. lib. 5. Bart. cons. 36. num. 25. lib. n.* vbi ad hunc effe-
16 ctum approbat, † cautelam, quam tradit ibi Bart. vt in instrumento locationis apponatur clausula, quod conductor ex nunc incipiat iure pignoris, & pro suo interesse possidere, *sequitur Couar. var. resol. cap. 15. num. 3.* qui conclusionem firmat etiã in terminis hypothecę generalis, *quod etiam voluit Sard. d. cons. 331. num. 23. Rot. coram Greg. dec.*
17 *68. num. 3.* & licet † etiam respectu Lucę posset considerari præstatio huius interesse loco ipsius facti, & patientiæ respectu vius, siue habitationis domus locatæ, *vt voluit Salic. in d. l. emptorem nu. 7. quem refert, & sequitur Barbat. d. cons. 36. num. 25.* vbi explicando ex illius mente doctrinam
18 Bartol. dicit † cautelam ab eo traditam intelligi debere appositam solum pro faciliori exactione ipsius interesse, *& voluerunt Couar. & Sard. in locis superius aductis, Roland. cons. 6 num. 8 lib 1. Soccin. Sen. cons. 29. nu. 11. lib 4* tamen non poterant hæc pertinere ad naturam huius iudicij summarijssimi manutentionis, quod Lucas hodie prosequeba-
19 tur † cum in eo solum quæratur de veritate facti, reseruata omni cognitione iurium, quæ possent alteri parti competere, tam in petitorio, quam in possessorio plenario, *vt declarat Menoch. in tract. de ret in. poss. remed. vlt. nu. 36. Neuiz. cons. 81. nu. 17. & censuit Rot. in decis. 41. num. 8. par. 1. diuers. & coram Greg. dec. 75. num. 14.* Prout nec pertinere

possessionem auctoritate propria sed auctore Pretore, & ideo ad effectum subrogationis non di-
11 citur intrusus, cum † ad hunc effectum dispositio loquens de intruso, de vere intruso intelligatur prout *in terminis huius clausulæ tenuerunt, Cus-ad. dec. 6. in princ. & num. 2. & seqq. de caus. poss. & propr. Sarnen. ad reg. de subrogan. q. 4. in prin. & in fin. & ad reg. de trien. qu. 47. in princ. Gig. tract. de intrus. num. 77. in fin. Mantic. d. dec. 71. nu. 4. & fuit dictum in Ianuen. parochialis. 12. Decembris 1632. coram R. P. D. meo Verospio.*

Sed quatenus etiam aliquis inesset scrupulus in prædictis, & possessorio D. Archiepiscopi aliquam pateretur difficultatem, prout nullam prorsus pati DD. credebant ex supra deductis, adhuc tamen videbatur DD. non posse D. Archiepiscopo denegari immissionem vigore subrogationis gratiose,
12 cum † omnia necessaria ad illam obtinendam iustificentur, nempe clericatus, lis super titulo beneficij, & obitus defuncti in possessione, *Seraph. dec. 990. Gregor. decis. 307. num. 1. Caualer. decis. 608. num. 1.*

Clericatus enim D. Archiepiscopi est Notarius
13 & non controuertitur † lis de tempore datæ subrogationis, et antea probatur ex commissione Rotali decreto citationis, & mãdatis procuræ, *Clem. 2. vt lit. pend. Seraph. dec. 316. nu. 4. Greg. XV. dec. 27. num. 1.*

14 Obitus Verzoni †probatur ex partita formiter extracta à libro Parochi, *Gregor. XV. decis. 359. num. 5. Rot. dec. 321. nu. 3. & dec. 700. nu. 4. par. 2. recent.*

Obitus Euerardi in possessione dicti beneficij
15 probatur tam ex Instrumento possessionis † quæ præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi de contrario doceatur, *Menoch. de præsumpt. præsump. 64. numer. 17. & 19. lib. 6. Caual. dec. 608. num. 1.*
16 † quam ex eo, quod tam D. Archiepiscopus, quã Verzonus veniunt ex eadem vacatione per obitũ d. Euerardi, *Put. dec. 171. in princ. lib. 3. Caual. dec. 55 numer. 3. Rot. decis. 715. numer. 3. in fin. par. 2. recent.*

Nec obstat, quod Verzonus nõ possederit, quia,
17 † cum D. Archiepiscopus fuit subrogatus ad ius, & possessionem Euerardi, & Verzoni, sat est, quod fuerit probata possessio Euerardi, cum adhunc effectum sufficiat desumere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius, *ex late deductis per Garz. de benef. par. 6. cap. 4. per tot. Rot. coram Caual. dec. 477. num. 1. & per tot & in Piscien. Cappellæ. 21. Iunij 1628. coram R. P. D. Merlino, & in Piscien. beneficij 25. Maij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Vrgellen. & in alia Piscien. beneficij prima Iulij 1630. coram R. P. D. meo Verospio.*

18 Non obstat, quod † vacatio per obitum Euerardi fuerit consumpta de tempore subrogationis ex prouisione Apostolica facta ad fauorem dictũ Verzonium derogatione iuris patronatus pro medietate, *Simon. de reseru. qu. 55. Cussud. dec. 4. de caus. poss. & propr. num. 4. Gonzal. sup. reg. 8. Glos.*
19 *15. §. 2. num. 31.* † vbi autem non adest vacatio non detur subrogatio *Rot. dec. 498. nu. 1. prope fin. par. 2. recent.*

Quia, cum dicta prouisio fuerit in forma dignũ & sic gratia erat conditionalis, & ipse Verzonus prouisus decesserit lite pendente super eius iustificatione d. vacatio nequit dici consumpta ob solã
20 prouisionem cum † gratia in forma dignum non inducat vacationem nisi fuerit executioni demandata, *Bellam. dec. 563. Gomez. in reg. de infir. qu. non toll. q. 1. num. 33. in fin. Rot. d. dec. 498. nu. 2. & dec. 523. num. 2. par. 2. recent.*

Vltra quod hæc exceptio visa fuit concernere
21 validitatẽ tituli ipsius Verzoni, & sic † vti respiciens petitoriũ effectũ subrogationis gratiosæ impedire non debet probatis tribus requisitis, de quibus supra *Mantic. d. dec. 71. num. 9. Greg. XV. decis. 426. num. 1. Rot. dec. 700. num. 1. & dec. 715. num. 3. par. 1. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

E O D E M

Eadem

Lunæ 18. Decembris 1634.

S V M M A R I A.

1. *Attentata, & vitiosa possessio non est manutenibilis.*
2. *Subrogatio superueniens cum narratiua acquisitionis possessionis lite pendente, & infra terminum ad appellandum purgat omne vitium attentatorum.*
3. *Causa possessionis mutari potest titulo superueniente etiam absque alia animi declaratione.*
4. *Clausula dummodo aliàs intrusus non sit, intelligitur de alia intrusione quam de narrata.*
5. *Dictio, alia, significat alium modum, quam expressum.*
6. *Sequestrum appositum à Iudice super beneficio priuat possidentem sua possessione. Declar. vt num. 10. in fin. & 11.*
7. *Subrogatio mutare non potest causam possessionis, vbi euanuit possessio defuncti.*
8. *Sequestrum per solum decretum effectum non habuisse non dicitur.*
9. *Sequestrum non appositum non priuat possessione, nec decreta, vel sententia nõ effectuata officiunt.*
10. *Sequestrum non voluntarium, sed appositum à Iudice ex officio, & sic necessarium non priuat possessione.*
12. *Rota passim dat mandatum de manutenendo ex possessione ciuili animo retenta.*
13. *Possessio ciuilis satis est ad effectum interdicti recuperandæ possessionis.*
14. *Qualitas attentata possessionis narrata dicitur ex assertione illius acquisitionis facta lite pendente, & intra terminum ad appellandum.*
15. *Attentata possessio debet sequestrari.*
16. *Taciturnitas eius, quod in iure consistit, non inducit subreptionem.*
17. *Subreptionem non causat omnis taciturnitas, sed eorum tantum, quibus expressis Papa gratiam nõ concessisset.*
18. *Gratia subsistendæ causa non præsumitur, quod Papa difficilius concessisset, si fuisset expressum id, quod est omissum.*
19. *Appellationis terminus non datur, vbi sententia non est appellabilis.*
20. *Vacatio beneficij consumpta dicitur per subsecutã prouisionem.*
21. *Subrogatio non datur vbi cessat vacatio.*
22. *Gratia in forma dignum executioni non demandata non potest consumere vacationem.*
23. *Gratia in forma dignum ad fauorem certæ personæ super certo corpore beneficij dicitur pura, & dat ius ad rem.*
24. *Et in ea prouisio executoris requiritur solum pro executione tempore, quo impetrans idoneus repertus fuerit, non pro acquisitione iuris, & gratiæ substantia.*
25. *Sed gratia non verificata, nec executa non inducitur vacatio per obitum.*
26. *Nec suffragatur ad effectum impediendi, vel ex-*

cludendi prouisum ab ordinario.

27 Nec abdicatur ius à resignante, donec litteræ sint executæ, & beneficium resignatario acquisitum.

28 Clausula, verificato prius iure patronatus ex fundatione, vel dotatione facit gratiam conditionalem, vt scilicet probari debeat ius patronatus verum, & validum, & quod spectet ad præsentantem, & per veras, & concludentes probationes. & num. 29. & 30.

31 Gratiam per impetrantem viuentem non iustificata non potest consumere vacationem.

32 Gratia non iustificata nomen gratiæ non meretur.

33 Sententia, super executione litterarum habentiam clausulas, In forma dignum, & verificato prius iure patronatus est appellabilis.

34 Appellatio suspendit sententiã, eiusque effectum, & per ea omnia remanent in statu in quo erãt de tempore latæ sententiæ.

35 Titulorum multiplicatio in beneficialibus datur.

36 Prouisio per viam Commendæ an prabeat titulũ vel fructuum tantam administrationem. & nu. 39. & 40.

37 Lis quæ non est super titulo beneficij, non facit beneficium litigiosum.

38 Clausula, quam, & quat, iuncta cum clausula vnà cum incidentibus, & dependentibus, ac toto negocio principali facit beneficium litigiosum.

41 Vacatio beneficij saltim de facto datur per obitum illius Commendatarij.

Decisio DCXXXIV.

PRoposito à me dubio sub die 19. Iunij præsẽtis anni, An D. Archiepiscopo Pisano dandum esset mandatum de manutenendo, vel potius mandatum de immittendo vigore subrogationis gratiosę in possessione beneficij, de quo agitur, fuit per DD. quoad vtrumque affirmatiue responsum ex rationibus in decisione deductis, quæ cum hodie reuideretur DD. ab ea recedere noluerunt, quia eius fundamenta visa fuerunt bene subsistere.

Si quidem quoad manutentionem attinet, quãuis possessio D. Archiepiscopi fuerit capta pendente lite, & infra terminum ad appellandum, 1 Ideoque † tamquam vitiosa, & attentata non esset manutenibilis, *Lancell. de attentat. par. 3. cap. 31.* 2 *num. 220.* Attamen † ex superuenienti titulo subrogationis in qua fuit expresse narratum d. possessionẽ fuisse captam pendente lite, & infra terminum ad appellãdum fuit purgatum omne vitium 3 attentatorum, & † potuit D. Archiepiscopus mutare sibi causam possidendi, etiam absque animi declaratione, *vt in his terminis dixit Rota coram Mantic. dec. 71. num. 1. & 3. & per tot. & coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 72. numer. 1. & seqq. cum alijs in dec. allegatis.*

Nec obstat clausula, dummodo alias intrusus nõ 4 sit, in literis subrogationis adiecta, quia † illa intelligitur de alia intrusione, quam de narrata, *vt fuit in d. dec. firmatum, & alijs exemplis com-* 5 *probatum*, stante præsertim dictione, alias, † quæ in proposito significat alium modum, quã expressum, *Bart. in l. 1. num. 12. vers. quandoq; est aduerbium qualitatis. ff. de cond. & demonstrat. Ronded. cons. 70. num. 32. lib. 2. Rot. par. 1. diuers. decis. 254. num 2.*

Nec hodie obstare visum fuit, quod a Rota fuerit decretum sequestrum super d. beneficio, ac 6 † propterea D. Archiepiscopus fuerit priuatus sua possessione con sequestrum apposito à Iudice priuet possidentem sua possessione, *Seraph. dec. 314. num. 3. Add. ad Greg. XV. dec. 9. num. 14.*

7 Ideoque † subrogatio superueniens non potuerit mutare causam possessionis cum hęc iam propter d. sequestrum euanuerit, *Greg. dec. 307. num. 2.*

Nam fuit responsum, quod licet d. sequestrum fuerit decretum non tamen constat fuisse execu- 8 tioni demandatum; † sequestrum enim per solum decretum non dicitur habuisse effectum, *Reuerendissimus D. meus Decanus dec. 39. num. 1.* 9 † Nec illud non appositum priuat possessione quia decreta, vel sententiæ non effectuatæ, non afficiunt, *Aym. cons. 10. num. 5. lib. 1. Seraph. d. 381. nu. 4. & Tuden. Paroch. 21. Maij 1610. coram Sacrato impress. penes. Marches. par. 1. in § 2. sub num. 2. vers. Non obstant sententiæ.*

10 Præterea cum † dictum sequestrum fuerit decretum à Rota ex officio, & sic non sit voluntariũ, sed necessarium, non priuauit D. Archiepiscopum sua possessione, *Bart. in l. interesse numer. 4. de acq. poss. cum Bald. & Socin. in l. 1. cap. de prohib. seq. pec. Bertrand. cons. 198. num. 5. lib. 5. Grammat. dec. 51. num. 1. & 2. Cassad. dec. 14. num. 12. super reg. Sarnen. in reg. de annal. quæst. 46. num. 4. vers. adde Rebuff. super constit. tom. 3. de sequestr. glos. 1. art. 1. num. 19. Mantic. dec. 252. num. 6. Seraph. d. 998. n. 15. Caual. dec. 86. num. 6. & d. 305. numer. 2. Rot. in recẽt. dec. 518. n. 2. par. 1. & corã Reuerendissimo D. meo Decano d. 158. num. 2. d. 243. nu. 1. & d. 428. num. 9. in fin.*

Hic non obstant decisio. Seraph, & Greg. in cõtrarium allegatæ, quia, vltra quod loquuntur de 11 sequestro iam apposito, † debent intelligi de possessione naturali, nõ autẽ de ciuili, quæ solo animo 12 retinetur, † propter quam Rota passim solet cõcedere manutentionem, *vt fuit dictum in causa Senen. Pontis Arighi 12. Iunij 1573. coram Rubeo,* 13 *quæ est dec. 390. par. 1. diuers.* quæ subdit † istam possessionem sufficere ad effectum interdicti recuperandæ possessionis, *Add. ad decis. 1. num. 4. de restit. spoliat. in nou. & fuit dictum coram Caual. d. dec. 86. num. 3. & in Calimbriea. Præstimon. 10. Decembris 1631. coram me.*

Nec releuat quod in literis d. subrogationis nõ fuerit expressè narratum decretum dicti sequestri 14 quia † sufficit quod fuit narratum dictã possessionem fuisse captam pendente lite, & infra terminum ad appellandũ, nam Papa ea huiusmodi narratiua satis intellexit d. possessionem esse vitiosã, 15 & attentatam, † quę propterea debebat sequestrari, *Cassad. dec. 3. num. 7. de restit. spoliat. Rot. dec. 79. in prin. & d. 185. in fin. par. 2. recent. Greg. XV. d.* 16 *10. & dec. 91. num. 1.* † Taciturnitas enim eius, quod in iure consistit non inducit subreptionem, *Rot. d. 75. de rescript. In antiq. Felyn. in cap. super lit.* 17 *num. 8. vers. v. reg. eod. tit.* † Nec omnis taciturnitas causat subreptionem sed taciturnitas dumtaxat eorum quibus expressis Papa nullatenus concessisset, *Rot. coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 328. num. 1. & 2. & in recent. d. 65. sub num. 1.* 18 *par. 3.* vbi † quod pro sustinenda gratia non præsumitur, quod Papa difficilius cõcessisset, si fuisset expressum id, quod est ommissum.

Hinc pariter non obstat, quod non fuerit specifice narratum, quod sententia lata ad fauorem D. Episcopi super executione suarum literarum esset appellabilis, quia ex prædicta narratiua, quod eius possessio fuit capta infra terminum ad appellandum, satis elicitur d. sententiam, cuius vigore d. 19 possessio capta fuit, fuisse appellabilem, cum † nõ detur terminus appellationis, vbi sententia nõ est appellabilis, vt patet ad sensum.

Quo vero ad immissionem attinet, fundamenta decisionis visa fuerunt adhuc subsistere, cum omnia requisita ad subrogationem obtinendam fuerint iustificata.

Nec

Nec obstat, quod vacatio per obitum Euerardi, in cuius ius, & possessionem D. Archiepiscopus 20 obtinuit subrogari, † esset iam consumpta de tempore subrogationis ex prouisione Apostolica facta ad fauorem Verzoni, *Gomez. super reg. de triē. q. 30. num. 1. vers. tamen contrarium Simonet. de re ser. nat. q. 55. num. 2. Put. decis. 142. num. 2. lib. 2. in correct. Gonzal. ad reg. 8. Glos. 11. §. 2. nu. 31. & 32. Cassad. d. 4. de caus. possess. & propriet.* Ideoq; subrogatio superueniens ad fauorem D. Archiepisco 21 pi non suffragetur, cum † subrogatio non detur, vbi non adest vacatio, *Gonz. super reg. 8. glos. 51. n. 43. Canal. dec. 458. num. 3.*

Nam placuit responsio data in alia decis. nempe d. gratiam Verzoni fuisse in forma dignum, 22 quę † cum non fuerit executioni demandata non potuit consumere vacationem per solam prouisionem, *Gonzal. ad reg. 8. glos. 15. §. 2. sub num. 3. & num. 55. & 56. Rot. dec. 498. num. 2. & d. 523. num. 2. & 3. par. 2. recent. & coram Canal. d. 477. nu. 5.*

23 Quamuis enim † gratia in forma dignum ad fauorem certę personę super certo corpore beneficij dicatur gratia pura, & per eam acquiratur ius ad 24 rem, *cap. si postquam de prabend. in 6;* & † prouisio executoris requiratur solum pro executione facienda, quę differtur in tempus, quo impetrans idoneus repertus fuerit non autem pro acquisitione iuris, & substantiæ gratię, *vt dixit Rot. in Burgē. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram bo. me. Card. Pamphilio sen. impress. per Marches. de commis. tom. 1. par. 1. cap. 2. fol. 142.*

25 Attamen † per hanc gratiam non verificatam, & non executam non inducitur vacatio per obitū *Pat. dec. 158. num. 3. in antiq. Rot. in d. Burgen. Canonicatus coram Pamphilio, & in Braccharen. cantoria 26 Maij 1601. corā Iusto, & in Pampilonen. Fansi. 28. Iunij 1605. coram Seraph.* Hic videmus 26 quod † huiusmodi gratia antequam executioni demandetur, non suffragatur ad effectum excluden. vel impedien. prouisum ab ordinario, *vt fuit dictum in Calagurit ana beneficij 30. Ianuarij 1606.* 27 *coram Marcomontio.* Prout etiam † per d. gratiā non abdicatur ius à resignante donec litteræ sint executę, & beneficium resignatario acquisitum, *San. Mem. Greg XV. dec. 159. n. 6. & fuit dictum in Abrelea. sea Zamoren. beneficiarum 12. Ianij 1594. coram Penia apud Garz. par. 2. cap. 2. num. 126. & seqq. & in d. Bargen Canonicatus coram Pamphilio. & in d. Braccharen. Cantoriæ coram Iusto, & in Amporien beneficij 12. Februarij 1625. coram R. D. meo Merlino, & in Meten. Canonicatus 18. Iunij 1625. coram bo. me. Buratto.*

Vlterius aduertebant DD. d. gratiam Verzoni fuisse cum clausula verificato prius iure patrona 28 tus ea fundatione, vel dotatione, † quæ clausula facit gratiam conditionalem, *ad tex. in l. d testatore. ff. de condit. & demonstr. & fuit dictum in Lucana Mainscalatus 7. Iunij, & 1. Iulij 1585. corā Orano, & in Tirasonen. Capellaniæ 4. Maij 1600. coram bo. me. Cardinali Pamphilio sen. & in Spoletana Cappellania 14. May 1619. coram Andrea, &* 29 *coram Caualer. dec. 560. post prin.* & † ideo ad illius iustificationem debet ab impetrante probare ius patronatus verū, & validum, & quod spectet ad illum, qui præsentauit, *ad not. in cap. de cāsang. & d. fin. Alex cons. 59. num. 8. lib. 2. & fuit dictum in Lucana Mainsculatus coram Orano, & in d. Salernitana Rectoria coram bo. me. Pamphilio sen.* & 30 † requirit veras, & concludentes probationes, *prout firmauit Rot. in Aretina Cappell. corā bo. me. Buratt. impress. per viuian. post tract. de iure patr. dec. 25. nu. 1. & in Lunen. Sarzanen. beneficij coram Reuerendissimo D. Vrgeren. impress. ibid. dec. 110.* 31 *num. 18.* † cumque prædicta non fuerit per d. Verzonium eo viuente iustificata, non potuit eius gratia cōsumere vacationem, *Rot. in Firmana beneficij* 32 *29. Ianuarij 1600. coram Penia,* † gratia enim nō iustificata nomen gratiæ non meretur, *Rot. recent. dec. 173. num. 5. ad fin. par. 3.*

Nec dicatur dicta gratia iam fuisse iustificata per sententiam latam ad fauorem ipsius Verzoni 33 super executione suarum litterarum, quia † stantibus præsētibus clausulis (in forma dignum, & verificato prius iure patronatus) d. sententia effecta fuit appellabilis, vt de clausula in forma dignum, *Seraph. dec. 817. num. 1. Rot. dec. 52. nu. 2. & 519. nu. 3. in fin. par. 2. recent.* Et de clausula verificato prius iure patronatus, *fuit dictum in d. Lucana mainsculana 7. Iunij, & in prima Iulij 1585. coram Orano, & in d. Spoletana Cappellaniæ coram Andrea vbi aliæ dec. recensentur,* cumque à d. sententia iam fuerit appellatum, dici non potest quod 34 gratia per eam fuerit iustificata, † appellatio suspendit sententiam, & eius effectum, & omnia remanent in eodem statu quo de tempore latæ sententiæ existebant, *L. appellatione C. de appellat. Rot. coram Canal. decis. 242. numer. 2. & dec. 643. num. 6.*

Nec releuat quod D. Archiepiscopus obtinuerit subrogari, & ad ius ipsius Verzoni ideoq; censeatur magnifecisse ius ipsius, ac per consequens approbasse consumptionem vacationis per obitū d. Euerardi nam huiusmodi illatio non visa fuit subsistere, quia licet, D. Archiepiscopus obtinuerit subrogari etiam ad ius ipsius Verzoni, non tñ fassus fuit bonum ius illius, sed ob maiorem cautelam per d. impetrationem voluit capere quemcumque modum vacationis sibi magis proficuum 35 cum † in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, *Calder. cons. 7. de elect. Rot. dec. 117. num. 2. par. 1. recent.*

Denique non obstat, quod lis inter D. Archiepiscopum, & Verzonum prædefunctum non esset super titulo beneficij, ex quo D. Archiepiscopus 36 fuit prouisus de illo per viam Commendæ, † quę non præbet titulum super beneficio sed fructuum dū taxat administratione, *Oldrad. cōs. 179. Cassad. dec. 5. num. 2. & 12. de priuileg. Simonet. de reseru. q. 59. nu. 6. Mohed. d. 4. & 9. de preb. Caputaq. dec.* 37 *344. per tot.* † lis vero quæ non est super titulo beneficij non facit beneficium litigiosum, *Vital. in clem. 2. num. 72. vt lit. pend. Cassad. dec. 4. num. 1. eodem tit. Greg. XV. dec. 335. num. 5. & ibi Add. n. 19.* tum quia causa appellationis à sententia executoria lata ad fauorem Verzoni fuit in Rota com 38 missa, cum clausula [quam, & quas] † quæ licet per se non sufficeret, iuncta cum alia clausula [vna cum incidentibus, & dependentibus ac toto negocio principali] facit beneficium litigiosum, *vt in terminis subrogationis, dixit Rot coram Caualer. dec. 483. num. 3. & dec. 342. numer. 2. par. 1. recent. & in Rom. Cappellania 5. Maij 1626. corā bo. me. Buratto,* Tum, & quia nos hodie non versa 39 mur in commenda temporali, † in qua procederent in contrarium allegata, sed versamur in com 40 menda perpetua, quæ tribuit verum titulum, & commendatarius facit fructus suos, *vt inquit Paris. de resig. lib. 2. q. 17. num. 11. Mandos. ad Roma n cōs. 310. add. 1. & 3. Prob. ad Monach. in cap. acmn. numer. 14. de elect. in 6. Rebuff. tract. de Pacif. poss.* 41 *num. 36. & seqq.* & † per obitum commendatarij datur vacatio saltem de facto, *late Sernen. super reg. de trien. qu. 5. nu. 9. vers. d. agitur omnia Cassad. dec. 2. nu. 13. de vnion. Garz. de benef. par. 4. cap. 4. num. 43. & 48. Rot. decis. 141. num. 6. par. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Dunozetto

Toletana Conseruatoria

Mercurij 6. Iunij 1635.

S V M M A R I A.

1 *Possessori datur manutentio. & num. 11.*
2 *Testes bene probant possessionem deponendo de visu, & certa scientia.*
3 *Possessio in vna specie non suffragatur pro manutentione in specie diuersa.*
4 *Officij, illiusque iurisdictionis exercitium probatur ex mandatis sub nomine eiusdem Officii relaxatis, & partis aduersæ iudiciali confessione. & num seqq.*
5 *Probatio nulla maior, quam sit confessio partis aduersæ. Amp. vt num. 6.*
7 *Possessio probatur ex sententia illam supponente; & ex mandatis de manutenendo alias obtentis.*
8 *Mandata de manutenendo alias obtenta faciunt saltim adminiculum ad possessionem probandam.*
9 *Probationes plures imperfectæ possunt coniungi ad effectum manutentionis.*
10 *Probationes etiam leuiores admittuntur in summariissimo retinendæ.*
12 *Antecessoris possessio suffragatur etiam successori in Dignitate ad effectum manutentionis.*
13 *Possessio antiquissima est manutenenda, etiã quod habeat aliquam iuris resistentiam contra se.*
14 *Conseruatorem solus Papa deputat, non autem Legatus, Archiepiscopus, nec alius Inferior.*
15 *Vniuersitates Parisien. & Salamantinen. habent priuilegium eligendi Conseruatorem.*
16 *Exceptio, quæ sit altioris indaginis, reiicitur ad petitoriam, nec admittitur in manutentione. & num. 19.*
17 *Officium si quis exercuerit nõ iure proprio, sed vti subdelegatus, subdelegatione reuocata euanescit omnis eius possessio, & manutentionis causa.*
18 *Conseruator differt ab Executore.*

Decisio DCXXXV.

PRætendente Cõmendatore Monasterij Ordinis B. Mariæ de Mercede Oppidi Compluti, mandatum de manutenendo in quasi possessione Iuris exercendi Officium Conseruatoriæ in Collegio maiori Sãcti Ildephonsi, seu vniuersitate Compluten. Oppidi de Alcala, de Henares Toletanæ Diœcesis. Proposui dubium sub die 6. Nouembris proximè præteriti; An ei dictum mandatum esset dandum in cuius disputatione, quia Rector, & Collegiales d. Vniuersitatis inter alia excipiebant de Censuris per Commendatores antecessores incursis, tam ob non paritionem literarum executorialium alias à Rota coram bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto, & Eminentissimo D. Cardinali Verospio ad instantiam eiusdẽ vniuersitatis relaxatarum, quam etiam ob varios recursus ad consilium Regium habitos; Viceque versa idem Commendator alias censuras ob similes recursus per dictum Rectorem incursas obijceret. DD. tunc mandarunt, quod vtraque pars peteret absolutionem; Cumque nouus Commendator infra mensem dictis executorialibus sufficiẽter paruerit, & respectu omnium recursuum suorum antecessorum eis plene renunciauerit, reassumpta fuit disputatio super articulo manutẽtionis, † quam hodie DD. vnanimiter dixerit, d. Cõmendatori esse concedendam, quia de possessione exercendi dictum officium Conseruatoriæ ex pluribus constare visum fuit.

Et primo ex pluribus testibus de d. possessione 2 de visu, & certa scientia deponen. † qui propterea benè probant, *Fe. yn. in cap. cum causam col. 2. de testibus Bald. in l. Præsbyter. num. 17. C. de Episc. & Cleric. Ruin. cons. 245. nu. 6. volum. 5. Gabr. de testib. concl. 4. num. 58.*

Nec subsistit, quod prædicti testes concludant solum quoad possessionem exercendi Iurisdictionem contentiosam in cognitione causarum dictæ vniuersitatis, quam competere dicto Commendatori, sed Rectori eiusdem Vniuersitatis per sententiam Rotalem declaratum extitit, non autem quoad possessionem exercendi officium Conseruatoriæ, ac propterea tamquam † possessio diuersæ 3 speciei non suffragetur, *Rot. dec. 17. num. 3. 4. par. 2. diuers.* Nam ex lectura dd. testium satis apparet, eos distinguere iurisdictionem iudicialem a Iurisdictione exercendi officium Conseruatoriæ, nã secundus expresse deponit, Commendatores pro tempore dicti Monasterij B. Mariæ de Mercede visos fuisse iurisdictione Iudicum Conseruatorum contra Laicos ad instantiam Scolarium dictæ Vniuersitatis, & cognouisse de eorum litibus; idemque comprobat secundus super secundo, asserens, se vidisse Commendatores pro tempore semper fuisse Conseruatoris Vniuersitatis Compluten. & in hac possessione similium Conseruatorum, & vtendi iurisdictione ipsis concessa; & cum eadem distinctione deponit sextus super secundo, dum inquit, Cõmendatores pro tempore pacificè, & quiete extitisse in possessione fungendi officio Conseruatoris, & exercendi Iurisdictionem iudicialem, & septimus super secundo, ait, se vidisse Commendatores B. Mariæ de Mercede fuisse Conseruatores Vniuersitatis Compluten. & vti tales exercuisse officium Conseruatoriæ, & iudicaturæ Idemque melius deponunt Octauus, nonus, & vndecimus, qui omnes cum effectu concludunt, Commendatores pro tempore vltra Iurisdictionem Iudicialem (super qua hodie non petitur manutẽtio) exercuisse etiam officium Conseruatoriæ, Iura, & priuilegia dictæ Vniuersitatis conseruando, & defendendo.

4 Secundo † ex pluribus mandatis per Commendatores antecessores, tamquam Conseruatores ad instantiam Rectoris eiusdem Vniuersitatis, vsque de anno 1571. relaxatis.

Tertio ex confessione emanata tàm in libello de partibus quam in commissione Rotali, in quibus Rector vniuersitatis d. Commendatorem appellat Conseruatorem, eumque ratione dicti offi- 5 cij iurisdictionem exercere, † qua confessione nulla maior probatio; *l. 1. C. de confess. l. cum te C. de* 6 *transact. Greg. XV. dec. 458. nu. 3. 5. & 6* † maximè cum sit emanata in Iudicio, *l. cum precum. C. de liberal. caus. Greg. XV. dec. 585. num. 9.*

Quarto ex alia simili confessione coram Episcopo Abulen. de anno 1617. in qua Syndicus vniuersitatis dictum Commendatorem pariter appellat Iudicem Conseruatorem vniuersitatis, eius Iura, & priuilegia conseruando, & defendendo.

7 His accedit † sententia Rotalis lata ad fauorẽ Rectoris d. vniuersitatis de anno 1604. coram bo. me. Cardinali Horatio Lancell. quæ d. possessionem præsupponit, nam licet in ea fuerit declaratum, d. Commendatori non competere iurisdictionem iudicialem sed Rectori, attamen iniungitur eidem Commendatori, vt tamquam Conseruator

semper

semper teneatur ratione sui officij d. Iurisdictionē Rectoris defendere, & conseruare.

Eamdemque possessionem præsupponunt duo mandata de manutenēdo in quasi possessione exercendi d. officium Conseruatoriæ ad fauorem eiusdem Cōmendatoris in partibus relaxata ab Eminentiss. Cardin. Cennino, & Montio tunc Hispaniarum Nuncijs, 8 † quæ mandata faciunt saltem adminiculum, *l. Herennius. §. sicut. ff. de euict. Gabr. comm. conclus. tit. de sent. num. 1. & fuit dictum in Romana pecuniaria sub diebus 10. Maij, & 3. Iulij 1634. coram me.*

9 Ex quibus omnibus † saltem simul iunctis d. pos10 sessio satis, superque probata remanet, cum † in hoc iudicio summarijssimo retinendæ leuiores probationes sufficiant, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Castr. cons. 3. nu. 8. vers. 4. Seraph. dec.* 11 *624. num. 5. cum vulg.* Et † propterea moderno Commendatori manutentio denegari non debet, *ad vulg. §. retinen. Instit. de interdict. Bart. in l. 1. vel* 12 *possid. cum concord.* cum † possessio antecessoris suffragatur successori in dignitate ad effectum manutentionis, *Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 75. cum seqq. Rot. dec. 326. num. 1. & 623. num. 2. par. 2. recent. Greg. XV. dec. 246. nu. 1. R. D. meus Decanus dec. 26. num. 3.*

Præsertim, quia d. possessio est antiquissima, & 13 spatio 80. annorum, & vltra continuata, † quæ propterea venit manutenenda, etiam si contra se aliquam haberet Iuris resistentiam, *Franch in cap. ad decimas. num. 8. de restit. spol. in 6. Rot. dec. 534. num. 7. par. 2. & dec. 595. numer. 7. diuers. & decis. 585. num. 3. par. 1. recent.*

Non obstat, quod non constet de legitima de14 putatione dicti Conseruatoris, & † solus, Papa in istis terminis potuerit deputare Conseruatorē, immò secūdum veriorem, nec etiam Legatus, nec Archiepiscopus, aut alius inferior potuerit deputare, *ex adductis per Monet. de iudic. Conseruator. cap. 4 per tot.* Quia vltra quod ex litteris erectionis huius vniuersitatis Iulij 21. appeat huic vniuersitati Compluten. fuisse communicata omnia priuilegia aliarum vniuersitatum, & signanter 15 Parisien. & Salamanticen. † quæ (vt supponit) habent huiusmodi priuilegium eligendi sibi Conseruatorem, *vt de vniuersitate Salamantina supponit Rota coram Seraph. dec. 185. & 595. Monet. d. trac. cap. 6. num. 14.* cuius priuilegij vigore Rector, & Collegiales d. Vniuersitatis d. Commendatorem in Conseruatorem etiam perpetuum eligere potuerunt, prout de facto elegerunt, DD. dixerunt 16 † huiusmodi exceptionem, eamquam respicientē altiorem indaginem, esse reijciendam ad petitorium, nec admitten. in hoc summarijssimo iudicio retinendæ.

Nec obstare visum fuit, quod Episcopus Abulēnsis ex tribus executoribus deputatis in litteris Iulij 21. de anno 1537. subdelegauerit in omnibus Commendatorem, donec eum duxisset reuocandū, & hanc subdelegationem sub ista qualitate d. Cōmendator acceptauerit, quódque successor d. Episcopi de anno 1617. dictam subdelegationem reuocauerit, & de anno 1618. Abbatem S. Bernardi in locum dicti Commendatoris subrogauerit, Vnde inferebatur, Commendatores exercuisse officiū Conseruatoris non iure proprio, sed in vim d. sub17 delegationis, † qua postmodum reuocata, omnem possessionem, & sic causam manutentionis vna cū ea euanuisse, *iuxta tradita per Garz. de Benef. part. 1. cap. 2. num. 87.*

Nam fuit responsum, d. Episcopum Abulen. aliosque in dd. litteris nominatos non fuisse deputatos Conseruatores dictæ Vniuersitatis, sed dumtaxat meros executores dd. litterarum quæ aliud non continent, nisi exemptionem à Iurisdictione Ordinar. dictæ Vniuersitati, eiusque officialibus concessam, & Sedi Apostolicæ immediatam subiectionem, vt constat ex eius lectura, quod 18 nil commune habet cum cōseruatoria, † cum hęc valde differat ab executoria, *iuxta terminum cap. fin. de offic. de leg. in 6.*

Quod satis ex eadem obseruantia comprobatur nam in eisdem actibus, ex quibus dicta possessio deducitur, d. Commendator vocatur, & intitulatur simpliciter Conseruator, non autem subdelegatus, aut subconseruator, vt ex aduerso prætenditur.

Pariter non releuat Constitutio *s. m. Greg. XV. in nou. Bullar. tom. 4 in ord. 9.* in qua reuocantur omnes Conseruatoriæ tàm perpetuæ, quàm temporales in vim quorumcumque priuilegiorum concessę etiam ex titulo oneroso.

Quia, vltra quod d. Constitutio non loquitur de Conseruatorijs Vniuersitatum, & studiorum generalium, An dicta constitutio comprehendat Con19 seruatoriam, de qua agitur, nec ne † hoc non visū fuit DD. discutiendum in præsenti disputatione, sed reijcien. ad petitoriū, pro vt etiam alias obiectiones deductas pro parte Rectoris, quæ pariter nōn visa fuerunt præsentis indaginis.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit &c.

R. P. D. Dunozetto

Brixien. Parochialium

Lunæ 12. Iunii 1634.

SVMMARIA.

1. *Manutentio non datur sine possessione.*
2. *Petitorium respicientia non discutiuntur in manutentione.*
3. *Abbati subiecti sunt Regulares, non sæculares.*
4. *Actus facti per modum prouisionis non tribuunt statum manutenibilem.*

Decis. DCXXXVI.

PRætendente Abbate Monasterij Montis S. Georgij Brixien Diœcesis mandatum de manutenendo in quasi possessione deputandi Rectores tam sęculares, quā Regulares in Ecclesijs Parochialibus, de quibus agitur, Proposui dubium, An ei d. mandatum esset dandum.

Et Domini quoad deputationem Regularium negatiue responderunt.

Quidquid enim sit de possessione deputādi Rectores sęculares, quam Informantes pro Illustrissimo Principe, & Ordinario Brixien. non impugnabant, de possessione tamen quoad deputationē 1 Regularium nullibi cōstare visum fuit, † sine qua possessio non datur, *§. retinend. Instit. de interd. Rot. dec. 4. num. 11. par. 2. diuers. & dec. 63. & 605. num. 1. par. 1. recent. cum vulgar.*

Non obstant quędā concessiones dd. Parochialium factę Abbati d. Monasterij ab Ordinario Brixien. pro tempore, & à Sede Apostolica confirmatæ, de quibus *in summ. Abbatis à num. 1. ad. 6.*

2 Quia † illæ visæ sunt respicere petitorium, nec discutiendę in hoc summarijssimo iudicio.

Non obstat præterea confessio d. Illustriss. Ordinarij desumpta ex eius litteris datis *in summ. num. 3.*

Nam prima sub datum 18. Iunij 1632. cōtinet,

quod habita notitia per Ministros Concistoriales quod Abbas d. Monasterij erga Presbyteros à se præsentatos varia mandata, & præcepta sine aliqua iurisdictione attentabat, eosdemque omnimode sibi subijcere præsumebat, iniungitur eidem Abbati, vt in posterum a similibus se abstineat, ex qua narratiua Ordinarius non fatetur possessionẽ Abbatis quoad deputationem Regularium, quinimmo apparet, non fuisse locutum de Regularibus, 3 † qui Abbati sunt omnino subiecti, sed potius de Secularibus, in quos iurisdictionem non habet, & tamen illam in eosdem exercere præsumebat Altera vero sub datum 3. Decembris eiusdem anni 1632. continet, quod habita notitia per eosdem Ministros Concistoriales, quod quidam Frater Iacobus Conuentualis ad vnam ex dd. Parochijs destinatus Dominicis dũtaxat diebus, Diuina Officia peragebat, & quod Incolæ nimis de hoc conquerebantur, mandatur d. Abbati, vt d. Conuentualis debeat in ea residere vsque ad vlteriorem ordinationem d. Concistorij, de cuius licentia ipse in d. Parochia permanebat per modum prouisionis, & donec reperiretur Secularis ad curam idoneus qui actus non meretur attendi ad effectum obti4 nendi manutentionem petitam † cum huiusmodi actus per modum prouisionis facti non tribuant statum manutenibilem, *Abb. in cap. cum vor. nu. t. de offic. ordinar. Rebuff. de sent. prouis. in præfat. nu. 37. & fuit dictum in tanuea. Parochialis. 19. Aprilis 1627. coram Reuerendissimo D. Vrgellen.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D. Ghislerio

Placentina Nullitatis Subhastationis

Veneris 27. Aprilis 1635.

S V M M A R I A.

1 *Iura, postquam sunt producta, dicuntur de actis causa, in qua est facta productio.*

2 *Dans de nullitate, seu iniustitia sententiarum non auditur nisi transportatis integris actis. Ampl. vt num. 10.*

3 *Trãsportatio non integra apparet, si processus producti in antecedenti instantia non sint exhibiti.*

4 *Iura in vna causa producta non sunt in diuersa transportanda.*

5 *Repetitio iurium operatur, vt repetita dicantur de actis causæ, in qua sunt repetita. & nu. 7.*

6 *Intellectus, cui verba non conueniunt, sed repugnãt, non est admittendus.*

8 *Repetitia censetur facta de illis iuribus, in quibus tantum verificari potest.*

9 *Producentis Intentio, & animus probatur ex antecedentibus.*

10 *Productio interpretanda est, prout est vtilius producenti.*

11 *Iudicium vnum, & idem dicitur, vbi vnica est commissio, etiam quod sit contra plures, sed super eodem iure.*

12 *Iudicium diuersum dicitur ex diuersitate iuris, & facti.*

13 *Terminus seruandus est, & decretum faciendum in die, qua cadit citatio.*

14 *Error Notarij in extensione termini seruati, & decreti non debet partibus nocere, si citatio bene facta sit.*

15 *Citationis ad dicendum contra defectus sanatur per seruationem, & reiterationem terminorum substantialium cum iurium antea productorum repetitione.*

16 *Repetitio dicitur realis, & non verbalis, quæ facta est de processibus existentibus penes ipsum causæ Notarium. Ampl. vt num. 17.*

18 *Manuale est matrix, & originale attendendum est, non autem Regestrum.*

19 *Notarij in respectionibus apponũt verba, verbo, ra exhibit, & quare.*

21 *Fidei factæ de tempore non suspecto standum est.*

22 *Præsumitur pro legalitate Notariorum, præsertim Rotalium, quod bene, & fideliter exerceant eorũ officium, & asserenti contrarium incumbit onus probandi.*

23 *Manutentio veritatis non præsumitur. & nu. 25.*

24 *Fides eo magis vera præsumitur, dum non fuit illi post productionem oppositum.*

Decisio DCXXXVII.

DOmini de Puteobonellis, quibus per Cardinalem Albanum euicta fuerat tenuta Sancti Martiani eis in emphyteusim cõcessa, per Paulum Palauicinum, obtinuerũt in vim trium sententiarum Rotalium, latarum per bonæ me. Platum, Seraphinum, & Blanchettum mandatum ex causa damnorum passorum ob dictam euictionem pro libris centum sexaginta quinque millibus, quatuor centum quinquaginta duobus cõtra Alphonsum filium, & hæredem d. Pauli, & Horatium Palauicinum Donatarium omnium bonorũ dicti Alphonsi, cuius vigore fuerunt delibetata multa bona nunc possessa per Moniales S. Pauli Mediolani.

Comes Antonius Bilius vti hæres dicti Horatij ac cessionarius fabricæ S. Petri, quæ prætendit successisse in dictis bonis post dictam executionem per Horatium relictis Collegio Societatis Iesu Ciuitatis Comen. ob repudiat. d. Collegij in congregatione fabricæ Impugnauit d. sententiat, & deliberationem, & cum congregatio ordinasset causam in Rota proponi per Eminentissimum Cardinalem Vbaldum, fuit resolutum pro infirmatione d. deliberationis, nisi obstaret præscriptio, eo quod esset nulla, & adesset excessus in d. sententijs, quæ resolutio fuit confirmata ex capite tantum excessus, & deinde pluries tãm per d. Eminentiss. Vbaldum, quàm per me proposita causa, an esset standum in decisis, non potuit haberi resolutio, quamuis Comes Bilius nouas nullitates, pͤsertim ob nõ liquidationẽ fructuũ, & nouos excessus deduxisset, ob multas difficultas pro parte monialium excitatas contra dictas decisiones, & excessus, & nullitates per dictum Comitem Bilium nouiter allatas, & potissimum ob defectum Integræ transportationis actorum. Vnde Domini ordinarunt, vt darem dubium, An cõstet de integra actorum trãsportatione quod proposui 23. Martij præteriti, & hodie Domini responderunt, acta non esse integra.

Et moti fuerunt, quia in causa inter Cardinalẽ Albanum, & Puteobonellos super dicta euictione, dum pendebat coram Blanchetto peracta Ottonis Vespermani inter alios Processus transportatos, & productos fuerunt transportari duodecim processus de partibus, & in eadem Instantia coram Blanchetto fuit factum regestrum, vt in summario Monialium N. P. & in causa postea per Puteobonellos commissa eidem Blanchetto per acta eiusdem Ottonis contra dictum Alphonsum, & Pretiosam de Puteobonellis super cõsecutione d. damnorum, sub die 20. Octobris 1586. per Puteobonel-

teobonellos fuerūt repetita omnia,& singula acta processus,depositiones testium, & alia quæcumq; documenta in actis causæ,& causarum huiusmodi in quacumque instātia,tam in curia,quam in partibus facta,& producta, *vt in dictis summaris num. 2. & in regestro coram Blanchetto fol.* 62. Nec nō sub die 9. Decembris 1585. ijdem Puteobonelli repetierunt ad probandum dictam euictionē,omnia,& singula acta,acticata,literas,scripturas processus,& monumenta aliaque iura,& monumenta quæcumque in huiusmodi causa facta,&producta,ac sententias,acta,&processus in causa Placētina bonorum,& fructuum inter dictum Cardinalem,& ipsos Puteobonellos,vt in fide successoris in officio d. Ottonis datæcum replicatione Monialium,&in dicto regestro fol. 268.ac insuper in secunda instātia coram Seraphino fuit productus alius processus liquidationis fructuum, vt in fide Lamberti de Archis Notarij Rotæ , penes quem erat regestrum factum coram Seraphino in actis producta in secundo summ.Monialium num.3.ob quas repetitiones dicuntur repetiti dicti duodecim processus, ac dictum regestrum factum corā Blanchetto cum essent transportata , & producta in d.causa inter Cardinalem , & Puteobonellos, & extarent in officio d. Ottonis,& etiam effecti fuerint de actis causæ consecutionis dictorum dānorum motæ contra dd Alphōsum,& Pretiosam,

1 quia † iura post quam sunt producta, dicuntur de actis causæ,in qua est facta productio , *Rot. decis. 123 num.3.par.1. & dec.50.num.2.par.2.recent. & dec.9.nu.3.par.2.in nouissime impress.*qui propterea sint transportandi in hac causa,in qua Comes Bilius opponit de nullitatibus,iniustitia , & excessibus d.Iudicij , & dictarum sententiarum,

2 quia † dans de nullitate,& iniustitia sententiarum non auditur nisi integris actis transportatis, *Rot. comm.i.m Greg XV.dec.*520 *num.*1. *& dec.*636. *num.*6.*par.*1.*diuers.& dec.*293.*num.*6.*&* 7. *por.* 1.*dec.*547.*num.*3.*par.*2.*recent.* & *coram Seraph.*

3 *dec.*1307.*num.*3. Vnde,† cum d.duodecim processus cum regestro coram Blanchetto facto,& dict. processus liquidationis fructuum non sint exhibiti, constat de non integra transportatione actorū, *Mantic.dec.*2. *num.*3.

Neque vitium fuit obstare,quod,cum d.duodecim processus,& regestrum sint producta,& facta in causa inter Cardinalem,& Puteobonellos,non

4 sint in ista causa transportandi,cum † iura in vna causa producta non sint in diuersa transportanda. Quoniam fuit responsum , quod non firmatur esse transportandos in h c causa, eo quod fuerint transportata,& producta in dicta causa inter Cardinalem,& Alhonsum, sed quia fuerunt repetiti in

5 hac causa, quæ † repetitio operatur; vt dicantur acta causæ,in qua sunt reposita, *Rot.d.dec.*121.*nu.* 3.*cum alus supra allegatis.*

Minus visum fuit,obstare,quod verba dictæ repetitionis factæ sub dicta die 20. Octobris illam restringant ad acta facta in hac causa,& ideo non comprehendant dd.processus, quia d.repetitio est de omnibus,& singulis actis, processibus,depositionibus tellium , & aliorum quorumcumque documentorum in actis causæ,& causarum huiusmo. di in quacumque instantia tam in Curia, quam in partibus factis , & productis Vnde cum in hac causa, in qua fuerat facta hæc repetitio, alia non præcessisset instantia,acta,& processus in partib. non essent facti,nec examinati testes, minusq; alij processus in Curia fuerint facti,dicta repetitio nō potest intelligi de actis,& processibus in hac cau

6 sa factis, cum † non solum verb: huic intellectui non conueniant,sed repugnent, *l.*4.*§.toties. ff de damn.infect.Surd.dec.*56.*num.*1.*Roc.dec.*776.*nu.* 3.*lib.*2. *recent. & in Bononien.de Rubeis* 14.*Maij* 1621.*coram bo.me. Vbaldo*, & consequenter cum in actis huius causæ extarent acta,&processus etiā de partibus facta in alijs instantijs, testesque examinati in causa inter Cardinalem,& Puteobonel

7 los, † & repetitio sit de productis, & existentibus

8 in actis,† de illis censetur facta,cum in illis tantū verificari possit, *l.*2. *ff.de lib.& posthum.vbi not. Alex.& cateri, & fuit dictum in Romana bonorū de Cenlis* 10. *Decembris* 1593.*coram Orano* præsertim causa fuisset commissa ad instantiam Puteobonellorum Blanchetto,& quod coram eo processus ad causam facientes erāt transportati,cum

9 † ex antecedentibus probetur animus, & intentio producentis, *gl.in l.Fulcinius.verbo animus.ff.ex quibus caus.in possess. Surd.cons.*32.*num.*13.*Natt. cons.*250.*num.*4.*Mant.dec.*313.*num.*2.*Rot.dec.*64. *num* 5.*par.*2.*recent.* Et etiam quia erat in hac causa probanda iusta euictio,quæ non poterat probari nisi ex actis factis inter Cardinalem, & Puteobonellos,& sic necessarium,& vtile erat Puteobo

10 nellis repetere dicta acta , & † productio semper est interpretanda, prout est vtilius producenti,vt fuit dictum in Romana , seu Tiburtina Castri S. Angeli fideicommissi de Vrsinis 10. Februarij 1620.corā bo.me. Vbaldo,& circa hoc Dominis visum fuit omnino cessare difficultatem,quia in 2. repetitione facta sub die 9. Decembris 1587.fuerunt expresse repetiti processus,& acta facta inter Cardinalem, & Puteobonellos ad docendum de euictione secuta.

Similiter,nec visum fuit obstare, quod duo iudicia diuersa per Puteobonellos mota fuerint.Primum cum particulari commissione contra pretiosam de Puteobonellis, & isto finito secundum cum alia particulari commissione contra Alphōsum , & dictas duas repetitiones non fuisse factas in iudicio contra Alphonsum, sed in primo Iudicio contra Pretiosam . Quia causa super consecutione damnorum ob euictionem sequutam instantiam . Puteobonellorum vnica commissione fuit commissa Blanchetto contra Alphonsum,& Pretiosam,quos Puteobonelli prætendebant,teneri de euictione,& contra vtrumque vnico contextu fuit cæptum Iudicium,& in secunda commissione impetrata ad cautelam , ne ex eo , quod cum causa prius fuisset expedita cōtra Pretiosam,posset dubitari iurisdictionem cessare , dicitur quod prima commissio comprehendebat etiam Alphonsum, ex quibus visum fuit Dominis hanc diuersitatem Iudiciorum non subsistere , sed fuisse vnum, & idem iudicium, in eoque factas fuisse dictas repetitio-

11 nes,† stante vnica commissione,super eodem iure contra vtrumque , *extraditis per Afflict.decis.*

12 623.*in fin* cum, † vt Iudicium dicatur diuersum, requiratur ius, & factum diuersum, *l.*1. *vbi DD.C. si vnus ex pluribus apel. Roman. cons.*300.*in fine Rota coram Domino meo Decano dec.*304 *num.* 1.

Præsertim quia prima repetitio,& illius admissio per iudicem fuit facta citato Alphonso per contradictas,& secunda repetitio,& illius admissio per Iudicem fuit facta citatis Pretiosa omnibusque alijs interesse habentibus, & sic etiam Alphonso,& expresse contra Alphonsum in reiteratione terminorum substantialium fuit facta repetitio omnium iurium prius in actis productorum, & repetitorum,& sic dictarum duarum repetitionum.

Alia vero oppositio Comitis Bilij, quod prima repetitio sub die 20. Octobris 1586. non fuerit iura repetita de actis,eo quod non præcesserit citatio ad dicendum contra , nec Dominis visa fuit releuans,tum quia in regestro adest citatio contra Alphonsum per contradictas ad dicendum contra

 iura

iura producta, & repetita cum feruatione fuorum terminorum, & præfertim decreti Iudicis fuper admißione iuriumque feruatio, & decretum licet fuerit facta fub dicta die 20. quo die lecta fuerat in audientia contradictarum, d.citatio ad dicendū 13 contra pro prima audientia, & † debuerit fieri fub die, qua cadebat d.prima audientia, hoc tamē vitiare non poteft d.productionem, quia cum feruatio terminorum, de quibus in d.citatione, & decreto fuerint facta in vim dictæ citationis, hæc 14 facienda Notarius fub d. die errauit, qui † error partibus nocere non debet, ftante citatione bene facta. *Seraph. dec. 1115. in fin. Acchil. dec. 1. de fid. instr.* Tum quia contra Pretiofam, & deinde contra Alobonium fuerunt feruati, & reiterati termini fubftantiales, & in reiteratione contra Alphonfum exprefse fuerunt repetita iura prius pro 15 ducta, & repetita, † in quibus terminis cum citetur ad dicendum contra producta, ipsi tollunt omnem defectum citationis, quæ non interueniffet, vel illegitime facta fuiffet, *Caffad. dec. 8. numer. 10. de rescript. Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 319. num. 8. Seraph. dec. 858. num. 1. Vestr. in praxi lib. 5. cap. 13. circa princ. tit. de reiteratione termin. & fuit d. in Ripana Parochialis 10. Decēbr. 1608. coram Iusto.*

Sicuti non crediderunt Domini obftare aliam exceptionem Comitis Bilij, quod fcilicet proceffus repetiti, non effent trafportandi, eo quod repeti- 16 tiones effent verbales, quia † cū proceffus effent penes Notarium caufa, & fuerunt reperti verbales; fed realis, ex quo realiter, & effectualiter permanfere penes Notarium. *Fulgof. conf. 195. per tot. Addentes ad dec. 59. 1. in. Greg. XV. num. 11. Mant.* 17 *dec. 32. num. 6. verf. neque obstat.* † Etiam quod in fecunda repetitione, de qua in regeftro, dicatur, verbo re exhibuit, cum in manuali actorū in quo originaliter eft fcripta repetitio, nō dicatur quod verbo repetijt, vt in fide data cum replicatione 18 Monialium, quod † manuale tamquam matrix, & originale eft attenden. *DD. in l. Sempronius ff. de legat. 2. Mantic. dec. 160. num. 1. & fuit dictum in Legionen. Iurisdictionis 19. Decembris 1588. coram* 19 *Blanchetto*, & † Notarij, qui in regeftris in omnibus repetitionibus apponunt, verbo re exhibuit, iuxta formularium terminorum Rotæ tit. de productione iurium per compulfum fol. 87. apponunt talia verba ne iura in actis exiftentia denuo fint regiftranda, non ad effectum, quod pars, quæ repetit, velit facere repetitionem verbalem.

Nec etiam vifum fuit obftare quod proceffus prædicti non fint tranfportandi, eo quod omnes Bilius non agit per viam appellationis, fed prout 20 in prima, quia, † cum dat de iniuftitia, & nullitate d.fententiarum, & executionis, acta tranfportare tenetur, quamuis iniuftitiam, & nullitates non deducat per viam appellationis, fed principaliter facien. de actorum, *Rot. coram Greg. dec. 320. nu. 2. & dec. 293. num. 6. & 7. par. 1. recent. & dec. 347. par. 2. recent.*

Quod proceffum liquidationis fructuum non vifa fuit releuans exceptio Comitis Bilij, quod fcilicet fides Lamberti de Archis non fit vera, eo quod in regeftro Seraphini non legatur productio proceffus liquidationis fructuū Domini, qui in Rota bene viderunt, & confiderarunt regeftrum coram Seraphino, obferuarunt, quod in productione, de qua agitur inter hæc verba fubdelegationis & poffeffionis adeft fpatium, in quo fpatio prius fuerat fcriptum, & poftea id, quod ibi erat fcriptū leuatum, vnde, cum fides prædicta fuerit facta prima Aprilis 1633. & producta die 10. Maij 1633. eiufdem anni, & poffit effe, quod in d.fpatio, tempore quo Notarius fecit fidem, effe fcriptum verbum fructuum, & poft ea leuatum, dicebāt Domini hac poffibilitate ftante exceptionem Com. Bi- 21 lij non probari, & ideo † effe ftandum dictæ fidei factæ de tempore non fufpecto, & productæ ad effectum probandi æftimationem contra, *Rot. dec. 7.* 22 *198. num. 2. par. 1. in nouiffime impreff.* quia † pro legalitate notariorum, & præfertim Rotalium, præfumitur, & quod bene, & fideliter exerceant eorum officium, *c. 1. de audientiā de præscript. Surd. conf. 6. num. 11. lib. 1.* adeoq; qui dicit veritatem fuiffe immutatam, præfertim à Notorio, hoc con- 23 cludenter probare teneatur, cum † veritatis immutatio non præfumatur, *Surd. d. conf. 6. num. 13. Farinac. q. 153. num. 192. coram Card. Canal. decif. 205. num. 10. & fuit dictum in Romana Vinea 28.* 24 *Iunij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.* † Maximè cum poft productionē d.fidei pro parte Com. Bilij nunquam hæc exceptio fuerit oppofita, licet pluries actum fuerit de tranfportatione d.proceffus, ftante hac fide, nam, cum hæc oppofitio non fuerit facta, magis fides præfumitur vera, *Iuxta Doctrinam Soccin. in l. si quis in aliquo nu. 18 verf. confirmantur. & 2. C. de eden. quam fecuta fuit Rot. in dec. 193. num. 10 par. 1. in nouiff. impreff.*

Deniq; nec vifum fuit obftare, Notarium dixiffe in fide, proceffum effe fol. 113. nec hoc in dicta productione legi, quia Notarius non dixit in fide, quod diceretur in regeftro Seraphini, proceffum effe fol. 113. nec reportauit verba precifa regeftri, fed tantum fecit fidem fubftantiæ contentorū, in regeftro, & in libro accommodatorum, in quo cum fuiffet annotatum quod effet Domino Cofmo fideli accommodatus proceffus liquidationis fol. 113. quem Comes Bilius dicebat effe proceffum in d.regeftro productum, & etiam in regeftro fequentis inftantiæ coram Blanchetto fol. 22. effet trāfportatus proceffus liquidationis fol. 113. potuit fundare Notarius fuam affertionem, circa numerum filiorum in d.libro receptorum, & in d. regeftro penes eum tunc exiftente, & ita eft præ- 25 fumen. † cum omnis interpretatio fit capienda pro exclufione immutationis veritatis, *Farinac. d. q. 153. nu. 193. Card. Canaler. d. dec. 205. nu. 10. & fuit dictum in d. Romana Vineæ coram R. P. D. Pirouano.*

Nec etiam obftare vifum fuit Dominis, quod Seraphinus non fubdelegauerit ad liquidandū fructus, quia vltra quod viget vehemens præfumptio quod etiam hic proceffus fuerit fabricatus cum alias bo. me. Seraphinus vir tantæ experientiæ, ac doctrinæ abfque liquidatione fructuum non condemnaffet ad illos Palauirinos, non inde fequitur, quod non fuerit productus proceffus liquidationis, qui potuit fieri coram alio Iudice, vel etiam coram fubdelegato, licet non habuiffet iurifdictionem.

Confiderarunt etiam, Domini, quod aut proceffus liquidationis, de quo in d.libro Accommodatorum, & in d.regeftro coram Blanchetto, eft idemmet proceffus liquidationis productus coram Seraphino, qui cum fit fol. 113. ille vero, qui fuit trafportatus per Com. Bilium fit fol. 48. inde fequitur iftum tranfportatum non effe integrum, aut ille fol. 113. eft diuerfus, &, cum ille fol. 113. non fit tranfportatus, clare conftat de non integra tranfportatione.

Et ita vtraq; parte informante fuit refolutum articulum per omnes Dominos mature difcuffo.

R. P. D.

R. P. D. Buccabella

Maceraten. Hereditatis

Lunæ 10. Decembris 1635.

S V M M A R I A.

1 *Taciturnitas per decennium, & vltra operatur amissionem possessionis etiam ciuilis, & quod ex ea non competat manutentio & num. 21.*
2 *Iudex rite, & rectè procedens ad immissionem priuat primũ possessorem anteriori possessione, eamq; transfert in immissum.*
3 *Iustè possidet, qui auctore Prætore possidet.*
4 *Proximioribus ab intestato debetur immissio ex interdicto, Quorum bonorum.*
5 *Interdictum, Quorum bonorum, competit contra possidentem pro hæredibus, vel possessoribus & num. 17.*
6 *Auditor Cameræ nulliter procedit absque monitorio. Lim. vt num. seqq.*
7 *Monitorij defectus suppletur per notitiam.*
8 *Articuli in summarijs deseruiunt loco monitorij, & petitionis.*
9 *Mandatum procuræ præsumitur ex productione iurium, substentatione litis, & notabilibus expensis.*
10 *Expensæ sine mandato illius, cuius interest, ab alio fieri non solent.*
11 *Mandati procuræ defectus opponi nõ potest ab eo, qui idem vti procuratorem citauit.*
12 *Minoris mandatum validum est, si sit factum cũ interuentu consanguineorum, Curatoris, & decreti Iudicis.*
13 *Ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
14 *Termini quatuor ad docendum de appellatione seruandi sunt, antequam sententia exequatur.*
16 *Lim. secus in sententia lata in possessorio, in qua locus sit Ægidianæ.*
17 *Sentẽtiæ in mero possessorio executio retardari nõ debet stante Ægidiana.*
18 *Sententiæ tenor attenditur respectu appellationis in possessorio.*
19 *Sententia in possessorio dicitur continère mixturã, si aliquid de proximioritate, vel aliud exprimat, quod habeat cum petitorio complicationem.*
20 *Identitas bonorum probatur per duas demonstrationes.*

Decisio DCXXXVIII.

IAcobo de Leonardis Anno 1616. in vrbe defuncto, DD. de Bidullis in vim sententiæ Aud. Cam. super bonis, de quibus agitur, immissionem obtinuerunt contra DD. de Arcangelis, & litis consortes, eorumdemque bonorum detentores, qui, licet ab initio appellassent, causam tamen appellationis, tunc prosequi non curarunt, & non priusquam Anno 1631. eam committi petierunt, cuius commissionis vigore Iudex præfatã sententiam A. C. cum omnibus inde secutis confirmauit. Et cum Archangeli, & litis consortes causam appellationis in tertia instantia, cum facultate manutenendi quem de iure committi obtinuissent, & Iudex eisdem appellantibus mandatum de manutenendo concessisset, ac sententias reuocasset, Bidulli vltimo loco causam in Rota similiter cum facultate manutenendi, quem de iure commiserunt.

Ideo proposito pluries per me dubio. Cui sit dãdum mandatum de manutenendo Hanc DD. Bedullis dandum esset responderunt, nedum, quia
1 † Archangeli, & litis consortes per taciturnitatẽ subsequutam à d. Anno 1616. vsque ad annum 1631. sicque per decennium, & vltra, eiusdem possessionem, quam alias animo retinere potuissent ammisisse, & pro derelicta habuisse censentur, ita vt in ea manuteneri non possint, *l. si de eo §. si forte ff. de acq. possess. Rip in cap. cum Ecclesia Sutrina. sub numer. 23. de caus. possess. & propriet. Put. dec. 276 lib. 1. Rot. dec. 427. numer. 2. par. 3. recent.* Sed etiam quia ipsi Bidulli adepti sunt possessionẽ
2 dictorum bonorum auctoritate Iudicis, † qui rite, & rectè procedens potuit Archangelos, & lites consortes eorum anteriori possessione priuare. *Angel. in l. clam possidere. §. qui ad Nundinas. num. 2. in fin. ff. de acq. possess. Rot. dec. 322. num. 7. par. 1. diuers. & dec. 34. num. 2. par. 3. recent.* illamque in
3 Bidullos transferre, † *ex reg. l. Iustè possidet ff. de acq. poss. de qua per Gabr. de restit. spoliat. conclus. 1. nu. 108. & per Rot. in causa Eugubina beneficij 13. Iunij 1594. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio.*

Præsertim quia ex arbore, & testibus pro Bidullis examinatis apparet, quod Archangeli, & litis consortes sunt in tertio gradu Iacobo coniũcti, Bidulli vero in secundo, sicque proximiores in
4 vno gradu; Quibus propterea de iure debetur immissio in bonis dicti Iacobi ab intestato defuncti
5 ex interdicto quorum bonorum, † quod competit contra possidentes pro hæredibus, vel pro possessoribus, *iuxta l. primam, & ibi Bartol. & alij ff. quorum bonorum l. 1. C. eod. tit. Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 33. & 49. Peregrin. de fideicommiss. art. 46. num. 11. & 15. Rot. coram Cardinali Cauallerio decis. 386. num. 1. dec. 401. num. 3. & 4.*
6 Non obstat, quod † A. C. nulliter processerit ex defectu monitorij, quia, vltra quod illud fuit factũ Archangeli asseruerũt se de eo habuisse certam
7 notitiam, † quæ supplet illius defectum, *cap. cum qui. de reg. iur. in 6. Rot. dec. 11. de dol. & contum. in nou. & coram Reuerendissimo D. meo Decano dec. 30. num. 3. & in causa Bononien. Iurispatronatus coram Gypsio, quæ est apud Marchesi. de coram. s. par. 2. fol. 293. num. 3.*

Pro responsione ponderatum fuit, quod fuerunt
8 ante sententiam dati hinc inde articuli, † qui in isto iudicio summario possunt deseruire loco monitorij, & petitionis, *Odrad. cons. 244. in princip. Neuiz. cons. 39. num. 12. Rota in causa Romana, seu Interamnen hæreditatis 1. Iulij 1605. coram Eminentissimo Card. Pamphilio.*

Minus obstat defectus mandati procuratorum,
9 Nam quoad Bidulios illud deducitur, † ex quo Procurator ne dũ Iura produxit, & litem diu substinuit, sed etiam, quia fecit in ea plures, & nota-
10 biles expensas, † quæ sine mandato illius, cuius interest fieri non solent, *Bart. in l. cum seruus ff. de verb. oblig. Put. dec. 27. nu. 1. lib. 2. Caput. dec. 190. num 4. par. 1. Greg. XV. dec. 44. num. 5.* Sed etiam quia idem Procurator vti talis citatus fuit pro
11 Archangelis, † qui propterea de defectu mandati amplius opponere non possunt, *Surd. decis. 104. num. 12. Rota coram Card. Seraph decis. 1193. nu. 1. Greg. XV. decis. 180.* Quo vero ad Archangelos, & litis consortes, quorum aliqui erant minores,
12 mandatum bene subsistere visum fuit: Tum † quia fuit factum cum interuentu consanguineorum, curatoris, et Decreti Iudicis *iuxta l. quod Pupillus, l. non eo minus. C. de Procurat. Rot. coram Car-*

dinali

dinali Seraphino dec. 1259.*nu.*2. Tum etiam quia ipsi constituentes effecti maiores omnia antea ge-
13 sta per Marcellum expresse ratificarunt, † quæ ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, *C. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. Couar. var. resol. lib. 3. c. 16. num. 5.*

14 Neque subsistit, quod † ante executionem sententiæ essent seruandi quatuor termini substantiales ad docendum de appellatione; Quia placuit respõ-
15 sio, quod, cum à sententia A.C. vti in mero posses-sorio lata *per Ægidianam lib. 16. cap. 2.* denegatur
16 appellatio, † executio illius vigore retardanda non erat, vt post *Paris. cons. 208. nu. 23. lib. 1. cum alijs allegat. tenuit Rota decis. 173. par. 1. recent.* Quod facilius procedit, cum dicta sententia fuerit lata non contra aliquem titulo particulari possidentem, sed contra Archangelos possidentes pro
17 hæredibus, seu pro possessoribus, † contra quos interdictum possessorium quorum bonorũ cumpetit ex supradictis; Et quia licet emanauerit pro Bidullis vtr proximioribus: Iudex tamen cognita incidenter proximitate ad effectum solius possessorij nihil de ea expressit in sententia, quæ propterea dicitur lata in mero possessorio ex ipsius tenore,
18 † qui ad istum effectum attenditur, *Carn. cons. 10.*
19 *numer. 3. lib. 4. Seraph. dec. 452. num. 2.* † Nec dicitur continere mixturã, sicut si aliquid de proximioritate, vel aliud expressisset, quod cum petitorio complicationem haberet in quibus terminis loquitur *Bald. cons. 141. & cons. 331. lib. 1.* & fuit sepissimè decisum.

Quod autem bona, de quibus agitur, & quorum possessio per Bidullos fuit, vt supra, capta sint illa eadem, quæ in hæreditate Iacobi permanserunt satis constare visum fuit ex Testamento Aui, qui Iacobum hæredem instituit, & bona, quæ in eo specificauit conueniunt cum istis in pluribus confini-
20 bus, † quarum duę, stante maximè Inuentario per Bidullos de Anno 1616 facto, ac etiam quod Archangeli, & litis consortes eadem bona vti proximiores prætendunt, sine difficultate sufficiunt, *iuxt. l. forma in princ. & ibi glos. verb. Vicinas ff. de censib, cum alijs adduct. per Rot. dec. 277. num. 4. & dec. 313. nu. 2. in ha. par. 1. recent.*

Præterea fuit etiam per DD. põderatum, quod quidquid sit in casu isto. An A.C. rite, & rectè pro-
21 cesserit, † ad effectum denegandi manutentionem Archangelis, & litis consortibus, sufficit quod ipsi post lapsum decennium, & vltra eiusdem possessionem amiserint, & pro derelicta habuerint ex supradictis &c.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. Royas

Bononien. Fideicommissi de Blanchis

Lunæ 14. Ianuarij 1636.

S V M M A R I A

1 *Appellatio suspensiua denegatur, in summarijssimo manutentionis tam de iure ciuili, quam de iure canonico.*
2 *Attentata dici non possunt gesta in executionem sententiæ, à qua non datur appellatio.*
3 *Statutũ Bononiæ semel appellare permittit in quacunque possessorio.*
4 *Limit. in remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*
5 *Lim. in summarijssimo manutentionis.*
6 *Manutentio est quasi quædam retentio.*
7 *Retentio facilius datur, quam immissio.*
8 *Statutum Bononiæ permittens in possessorio semel appellare est laicale, & non comprehendit personas Ecclesiasticas, nec causas illius fori.*
9 *Statuti Bononiæ confirmatio est in forma communi.*
10 *Statuti laicalis confirmatio in forma communi patrum, aut nihil operatur respectu personarum Ecclesiarum, & Ecclesiastici fori.*
11 *Inferior non potest contra ius disponere.*
12 *Confirmatio Sedis Apostolicæ in forma communi non validat, quod in se nullum est.*
13 *Statutum iuri communi contrarium à Papa confirmatum potest per Legatum declarari, & reuocari, quando ad ipsum ius commune reducitur.*
14 *Appellatio non admittitur in summarijssimo possessorio ex Statuto Curiæ Archiepiscopalis Bononiæ.*
15 *Ordo iudiciarius seruandus est iuxta stylum, consuetudinem, & Statutum Fori, vbi causa fuit expedita.*
16 *Statutum deferens appellationi est ordinatorium.*
17 *Nec trahitur de Foro ad Forum.*
18 *Appellationi fit locus ex sententia per cedulam lata. Contrarium num. 21. & seqq.*
19 *Lim. procedere quoad effectum deuolutiuum, secus quoad suspensiuum.*
21 *Pronuncia per cedulam non alterat iudicium, nec efficit sententiam appellabilem.*
22 *Appellationis ad effectum substantia, & natura iudicij inspici debet, non autem contextura verborum sententiæ.*
23 *Sententia non dicitur diffinitiua ex verbis, Per hãc nostram diffinitiuam sententiam, si de sui natura sit interlocutoria.*
24 *Sententia in possessorio, vt appellationem non recipiat, satis est, vt ex ipsius verbis non colligatur fuisse diffinitiuè pronunciatum, & in petitorio seruando requisita iudicij ordinarij.*

Decisio DCXXXIX.

SVper successione, & possessione bonorum Comitis Pirri de Blanchia orta lite, & cõtrouersia inter Moniales S. Mariæ Nouæ d. Pirri hæredes, & Comites de Blanchia prędicta bona tamquam subiecta fideicommisso Alexandri senioris ad se spectare prætẽdẽtes, fuit per Auditorem generalem Legati Bononien. Dominis de Blanchia concessa immissio in prefatis bonis, & per Vicarium Archiepiscopalem pronunciatum, Comites in possessione anteriori dictorum bonorum fore manutenendos, & ad illorum fauorem sequestra reuocanda, & alias, prout in sententia: A qua interposita appellatione per Moniales causa in Rota introducta mihi commissa, dubitaui, an gesta per Vicarium Archiepiscopalẽ essent attentata, & DD. negatiue responderunt ex eo
1 præcipue, quod † in iudicio summarijssimo manutentionis neque de iure ciuili datur appellatio suspensiua, *l. vnica. C. si de moment. poss.* vbi communiter *Doctores*, neque de iure Canonico, *cap. fin. §. de possessione 2. q. 6. late Menoch. de retin. rem. vlt. num. 48. & seqq. Scacc. de appellat. qu. 17. lim. 6. membr. 2. num. 1. Seraph. dec. 1245. num. 1. Casal. dec. 88. num. 2. Rot. dec. 287. num. 7. par. 2. recent.* &
4 *confirmatur ex Constitutione bo. me Cardinalis Iustiniani olim Bononiæ Legati*, quæ expressè prohibet appellationem à sententijs in summarijssimo
2 possessorio latis; Vnde † gesta in executionem sententię

tentiæ Vicarij prohibita appellatione deci attentata non valent, *Paris.cons.108.nu.21.lib.1.Rolan.cons.77.num.20.lib.2.Lancell.de attent.cap.12.limit.25.à num.1.vsque 10.Cardin.Caualer.dec.42.num.4.*

Non obstat Statutum Bononien. sub rubrica de 3 appellat. §.preterea.disponens, quod † in quocumque possessorio semel liceat appellare. Etenim fuit responsum, quod, cum Comites fuerint immissi in possessionem bonorum, de quibus agitur, per Auditorem generalem Legati Bononien.ex reme-4 dio *l.fin.C.de edict.Diu.Adrian.toll.* † quo casu prædicti Statuti dispositio non suffragatur, *ex traditis per Menoch.de Adipisc.remed.4.num.833.& seq. Scacc.de appellat q.17.lim.6.memb.4.num. 23.& fuit resolutum in Bononien fideicommissi de Manzolis 16.Aprilis 1627.coram Reu D.meo Decano, & in Bononien Bonorum de Barzellinis 20. Nouēbris* 5 *1634.coram D.R.P.meo Buccabella.* † Minus possit habere locum illius dispositio in summarissi-6 mo manutentionis,† cum sit quasi quædam retentio, *l. 1. ff.vti possid.§. retinenda. Instit.de interd.* 7 † quæ facilius datur, quam immissio, *ex Surd.cōs.253.nu.22.Guidop.dec.60.num.4.Rot.dec.295.nu.1.& 2.par.2.diuers.*

8 Vlterius fuit responsum,† dictum Statutum tanquam laicale nullo modo posse extendi, vt comprehendat personas Ecclesiasticas, nec causas illius fori ea defectu potestatis statuentium, *cap.cū Ecclesia B. Maria vbi notant omnes de constitut.* Et licet opponatur, quod sit confirmatum à Sede 9 Apostolica, † cum tamen talis confirmatio sit in forma communi, *vt fuit resolutum in Bononien successionis 9 Decembris 1632.coram bon me.Vbalda,* 10 † parum, aut nil operatur, *e quia diuersitatem.vbi Abb.num.9.de concess preab Cassad decis.vnic.de confirmat.vt.l.vel inutil.Rot in Ferrarien de Tassonis 14.maij 1621.coram Vbaldo S aiore,* ideoque cum d. Statutum tamquam a Populo conditum Sedi Apostolicæ immediate subiecto non potest 11 subsistere, † cum Inferior non possit contra ius disponere, *l.ille, a quo.§.tempestiuum.ff.ad trebell. l.nam Magistratus.ff.de arbitr.* Hinc est, quod de illo non curandum, etiam quod sit cōfirmatum in 12 forma communi,† quia confirmatio non validat, quod in se nullum est, *Molin. & ab eo citati lib.2. de Hispan.primog cap 7 num.7.*

Tandem fuit responsum, prædictum Statutum per posteriorem constitutionem Cardinalis Iusti-13 niani fuisse sublatum, cum † statutum iuri communi contrarium, licet à Papa confirmatum, nedum per Cardinalem Legatum declarari (quando tamen reducitur ad ius commune) sed etiam reuocari valeat, *Felyn.in c. quæ in Ecclesiarum nu.5.vers.ad declarationem.de constit.Ias.in l.omnino num.10.C.de testament. Marescott.var cap.38.nu.4.lib.2.Villadiega de Legat q.10.num 13* in omnē casum difficultatem tolli ea Statuto particulari Curiæ Archiepiscopalis, *quod datur in Summario* 14 *Comitum num.8.*† disponente, quod a decretis, seu sententijs in summarissimo possessorio non 15 admittatur appellatio, † quod attendi debet, cum sententia fuerit lata à Vicario Archiepiscopi, semper enim ordo iudiciarius seruandus est iuxta stylum, & consuetudinem fori, vbi causa fuit expedita, *iuxta doctrinam Bart.in l.consuetudinis. nu.39. C.quæ sit long. consuet. Vant. de nullit ex defect. process.num.57.Caualer.dec.553. num.5. Seraph. dec.1493.nu.2.Rot.post 2.vol.cons.Fauia.dec.300. sub num. 12.* non autem Statutum laicorum defe-16 rens appellationi, † quod, cum sit ordinatorium, *Rot.dec.452.num.6.par.1.& dec.330. sub num.4. par.2.diuers cum alijs in præallegata Bononien. de* 17 *Manzolis,* † nō trahitur de foro ad forum, *vt fuit dictum in d. Bononien.de Barzellinis coram D.meo Buccabella, & sæpe alias.*

Nec facit, quod sententia Vicarij lata sit per 18 † cedulā, & sic appellationi locus sit, *Rot.dec.183. num.4 & dec.187.num.17 par.2 recent.* quoniam 19 † vltra quod in hoc iudicio nil refert, *per tex.in d.l.vnic.ibi, sententia sortiatur effectum.C. si de momen.poss.cap fin.§ & de possessione.2.q.6.ibi,* lata 20 sententia sortiatur effectum; quoniam † id intelligendum est ad effectum deuolutiuum dumtaxat, non autem suspensiuum, *vt declarat Lancell.de attent.par.2.cap.12.lim.25.num 1. & firmauit Rota apud Caualer.decis.42.& in Assisien.Bonorum 27. Iunij 1617. coram Cardinali Virili* respondetur, 21 quod † per solam cedulam non alteratur iudiciū, nec sententia sit appellabis, *ex late deductis corā R.P D.meo Episcopo Vrsellen.in Firmana Pensionis 23.Ianuary 1627. registrata apud Modera. de* 22 *Iur.patron.dec.94.vbi sub num.51.* quod † substātia, & natura iudicij, nō autem contextura verborum inspici debet, *& in proposito bene Felyn.in c. significante num.6 vers.similiter.de rescript.* dicet, 23 licet Iudex dicat, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, non ea eo dicitur sentētia diffinitiua, si sui natura est interlocutoria, *quem sequuntur Craueti cons.186 num 5.Magon.dec. Luc.n.18.nu.* 24 *28.& seq.*† satis enim est, quod ex verbis sententiæ non colligatur fuisse diffinitiue pronunctatū & in petitorio seruando requisita iudicij ordinarij *vt materiā distinguenda respondit Rota apud Benins dec. 79. per tot.& apud Seraph dec.1259.num 5.*

Ex quibus non constare de attentatis vtraque parte informante censuerunt Domini.

R.P.D.Verospio

Cesenaten. Bonorum

Veneris 10.Decembris 1632.

SVMMARIA.

1. *Manutentio datur anteriori possessori.*
2. *Possessio de tempore motæ litis probatur ex concessa immissione, partis confessione.*
3. *Possessor est manutenendus.*
4. *Iudex rite, & recte procedens priuat possessione.*
5. *Mandatum habens de manutenendo reputandus est verus possessor.*
6. *Defuncti possessionis probatio de tempore mortis requiritur ad effectum vt sit locus interdicta, Quorum bonorum, vel cuicumque alteri remedia adipiscenda.*
8. *Diuisionis instrumentum an probet possessionem, & num.seqq.*
9. *Venditio seu quicumque alias contractus aptus ad transferendum dominium non infert ad possessionem.*
10. *Possessio est quid facti.*
11. *Possessio semel acquisita probari debet, vt sit locus continuationis præsumptioni.*
12. *Præsumptio continuationis possessionis admittitur, vbi allegatur a possidente, vel successore.*
13. *Descriptio facta in Catastro an probet possessionem.*
14. *Scriptura priuata negata, & non recognita non probat.*
15. *Verba, quæ præsupponunt, non disponunt.*
16. *Confessio Curatoris iudicialis præiudicat.*
17. *Decl.vt in facta alieno sola non probet, nisi concurrant adminicula.*

18 Ex.

18 *Extende declarationem, præsertim si contra confessionem deatur obiecta, vt quia fuerit spontanea, absque necessitate & iussu Iudicis, quæ æquiparatur extraiudiciali.*

Decisio DCXL.

ACtum fuit in hoc dubio super confirmatione mandati de manutenendo, quod cõcessum fuit fratribus de Innocentijs cõtra Hieronymum Sanctacrucium post immissionem, quam ijdem obtinuerant auctoritate Iudicis in possessione quartę partis hæreditatis, & bonorum Franciscæ. Quia, concessione eiusdem mandati appellatum fuisset ex parte Hieronymi Sancta Crucij, causa huius appellationis commissa mihi fuerat ex rescripto Signaturæ cum facultate manutenendi quem de iure. Quod dubium cum hodie per me proponeretur, Domini † propter anteriorem eiusdem Hieronymi possessionem, & † quæ visa fuit probari de tempore litis motæ tã ex ipso decreto immissionis, quam ex confessione eorumdem fratruum de Innocentiis, illi responderunt debitam esse hanc manutentionem, † cum in eadem sua possessione conseruari deberet propter rationem, quæ ponitur, *in l. 1. §. huius interdicti. ff. vti possid. & in §. retinendæ. Instit. de interd. Bart. in l. ait Prætor. §. quod ait num. 2. & 14. ff. eod. tit. vti possid.*

Etenim quamuis † eadem possessione potuisset Hyeronimus priuari à Iudice, qui rite, & recte processisset, & † post mandatum de manutenendo, quod ab eodem Iudice obtinuerunt fratres de Innocentijs, ipsi reputari deberent veri possessores iuxta aliã iuris regulam, † de qua, *in l. iuste possidet. ff. de acq. poss.* Immo, quamuis contra iustitiam d. decreti, quo eadem immissio concessa fuit, nihil visum fuerit DD. quod opponi posset, cum pluribus decisionibus firmatum fuisset, quod eam portionem, & ratam quartæ partis ex quoq; habere debebant ijdem fratres, & hæredes Franciscæ ex persona quatuor illius filiarum, quarum ipsi successores erant, non tamen poterat sustineri executio d. decreti immissionis, & factum Executoris, quæ fuerunt confirmata in mandato de manutenendo, quod postea dd. fratribus concessum fuit, cum neque probatum fuisset tunc, cum d. immissio concessa fuit, neque ex probationibus, quæ hodie datæ fuerunt, constaret, quod eadem bona, super quibus fuit facta executio, possedisset Francisca mortis suæ tempore, † vt saltem hanc illius possessionem probare tenebantur, vt posset esse locus interdicto Quorum bonorum, siue cuicũque alteri remedio adipiscendæ, *vt notatur in l. 1. C. quor. bon. & in §. adipiscendæ. Instit. de interd. Gub. cons. 31. num. 5. lib. 1. & cons. 44. nu. 3. lib. 2. Pereg. de fideicom. art. 44. nu. 6. & art. 48. nu. 55. Rot. dec. 237. num. 1. par. 1. recent.*

Ex examinatis omnibus probationibus, quæ super eadem possessione datæ fuerunt, † nihil visũ fuit concludi ex instrumento diuisionis, quod primo loco proponebatur. Quia, quando etiam ex eo instrumento probata dici posset possessio Camillę matris Franciscę, cum qua facta fuit eadem diuisio, & instrumentum, quod negat, *idem Peregr. d. art. 44. num. 36.* cum † ex venditione, aut quocumque alio contractu, qui rei dominium transfert ex apertus per se sit, non bene inferatur ad acquisitionem possessionis, † quæ est quid facti, *vt habetur in l. si pater tuus. C. de act. empt. & not. in his terminis Mandel. adduct. ab eodem Peregr. cons. cons. 6. num. 10.* non tamen poterat inde inferri ad possessionem Franciscæ: dum eidem tamquam exclusæ per statutum non satis erat, quod suæ matris se hæredem diceret ab intestato, vt propterea probare debuisset, & testamentum eiusdem matris, & quod in vim eiusdem testamenti ea bona saltem † semel possedisset, † vt intrare posset præsumptio continuationis eiusdem possessionis, † cum & illa quoque admittatur, vbicumque allegetur vel ab ipso possidente, vel eius successore, *vt notatur in l. siue possiderit C. de probat. & per gl. in l. non ignorabis. C. ad exhib. Alciat. reg. præsumpt. 21. num. 5. Peregr. d. art. 44. nu. 16. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 64. num. 117. lib. 6 Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 23. de caus. poss. & propr.*

Eiusdem qualitatis erat probatio, quæ desumebatur ex Catastro Terræ Fabriani, in quo dicebãtur descripta ea bona tamquam possessa per Hieronymum, qui fuit vir eiusdem Camillæ, † cũ ex ea Hieronymi possessione non posset inferri ad possessionem siue eiusdem Camillæ, siue Franciscæ illius filiæ, quando etiam ea probatio, quæ oriebatur ex dicta descriptione facta in Catastro dici posset concludens in preiudicium Hieronymi filij Ludouici, à quo vendicantur eadem bona, & qui in eadem descriptione neque interuenit, neq; illi consensit, vt illam talem esse negat, *Bald. in l. quidam. num. 8. ff de cond. instit. Alex. cons. 10. nu. 5. lib. 4. Paris. qui de communi attestatur, cons. 104. numer. 169. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 273 num. 2.*

Afferebantur tertio loco ad probationem eiusdem possessionis plures Epistolæ, in quibus hanc possessionem Franciscæ visus fuerat confessus fuisse ipsemet Hieronymus. Sed neque poterat in dd. litteris aliquod fundamentum fieri, non solum † quia negabat idem Hieronymus illas vnquam fuisse à se scriptas, & quod tales essent non poterat dici probatum, dum nunquam fuerunt recognitæ, *l. publicæ. ff. de poss. §. si quis igitur. auth. de instr. caut. & fid. & not. Bart. in l. admonendi. numer. 26. Rip. num. 107. ff. de iur. iur. Oldrad. cons. 227. nu. 6.* Sed quia neque aliqua probatio ex dd. litteris resultare videbatur, tum, licet fuisset in illis premissum, quod hæc eadem bona, super quibus facta fuit executio, ipse Hieronymus daturus esset fratribus de Innocentijs ex causa iuris, quod ijdem prætendebant super hæreditate Franciscæ, quod tamen ad eamdẽ hæreditatem pertinerent ea bona, non apparebat, quod scriptum fuisset in dd. litteris, immo in earum vna legebatur adiecta ea etiam conditio, quatenus scilicet id probaretur, vt d. bona fuissent ipsius Franciscæ, † quibus verbis non poterat dici inducta aliqua dispositio, cum solum supponerent hoc idem, de quo hodie dubitatur, *ex not. per Felin. in c. Sedis. post num. 5. col. 2. de rescript. Rot. dec. 23. de procurat. in antiq. & decis. 108. numer. 3. parte. 1. diuersor. Surd. decis. 155. num. 8.*

Demum neque visum fuit Dominis dici posse probatam eamdem possessionem ex confessione Curatoris, qui datus fuit hæreditati Ludouici viri Franciscæ, cum eiusdem Ludouici, cuius filius erat, se hæredem negasset ipse Hieronymus † licet enim eadem confessio potuerit ipsi Hieronymo præiudicare tamquam ea, quæ emanauerat in vim contentiosæ iurisdictionis, *l. quoties. §. sicut. in fin. ff. de administrat. tut. gl. in l. certũ. §. §. sed un & ipsor. & ibi Bart. numer. 2. & DD. communiter ff. de confess. Abb. in cap. vlt. num. 10. extra eod. tit.* tamen † quia erat eadem confessio circa factum alienũ de quo aliter non constabat, non visum fuit Dominis, quod eidem soli confessioni stari posset, cum saltem dari debuissent alia adminicula, quibus eadem possessio probaretur, vt etiam in confessione iudiciali, tenuit Rota coram Greg. dec. 506. num. 8.

18 † præ-

18 † præsertim cum contra eamdem confessionem plura obijcerentur, & in specie, quod sine aliqua necessitate, & nulla præcedente monitione, aut iussu Iudicis, sed sponte eadem confessio processerit, quo casu idem iudicari debet de ea confessione, quod de confessione extraiudiciali, *vt docet Bald. in l. vnic. num. 3. Cyn. num. 18. in fin. C. de confess. Bart. in d. l. si certum. eod. nu. 2. ff. eod. tit. Paris. cons. 115. num. 21. lib. 1.*

Et ita &c.

Cardinali Sacrato

Parmen. Parochialis

Luna 22. Iunij 1620.

S V M M A R I A.

1. *Possessio probatur ex confessione partis in precibus.*
2. *Iudex nulliter procedens non priuat possessione.*
3. *Manutentio debetur ei, qui non habuit se pro spoliato, sed ciuilem possessionē animo retinuit pro recuperatione naturalis.*
4. *Executor mixtus quando datus dicatur.*
5. *Executor mixtus assumere tenetur partes Iudicis, & ab eius sententia datur appellatio. & nu. 8.*
6. *Executioni non est locus, vbi datur appellatio.*
7. *Clausula, Contradictores &c. appellatione postposita &c. intelligitur de cōtradictoribus de facto, non de contradictoribus de iure.*
8. *Contradictor de iure, non de facto dicitur, vbi sententia suspensa fuit per appellationem.*
9. *Excommunicatus non auditur super manutentione, nisi obtenta absolutione. & num. 11.*
10. *Excommunicatio non operatur possessionis amissionem.*
12. *Excommunicatus ob non solutionem pensionis non absoluitur nisi præuia satisfactione.*
13. *Decl. procedere si censuræ latæ fuerint in Curia, secus si extra Curiam, quia tunc indifferenter Rota dat absolutionem absque causæ cognitione ad effectum agendi.*
14. *Excommunicationis exceptio non impedit petitionem reuocationis attentatorum.*
15. *Iudex in attētatorum reuocatione procedit potius ad vindictam læsæ maiestatis iudicij, quam ad commodum partis petentis reuocationem.*
16. *Attentatorum remediū est magis fauorabile quocunque alio remedio.*
17. *Et in illis plerunque attenditur æquitas potius Iudicantis, quam odium excommunicati.*
18. *Irregularem amittere possessionem non reperitur iure cautum.*

Decisio DCXLI.

1 DIxerunt Domini, Ioanni Mariæ dandum esse manutentionē in Parochiali de qua agitur, quia † de eius possessione constat ex cōfessione Angeli in suis litteris, *ad l. cum precum. C. de lib. caus.*

Et non obstat immissio data per Iudicem An-
2 gelo, quia, † cum nulliter processerit, non potuit priuare Ioannem Mariam sua anteriori possessione, *Abb. in cap. conquærente. num. 7. & 8. de restit. spoliat. Rip. in l. naturali § nihil commune. num. 61. ff. de acq. poss. Rot. dec. 802. sub num. 7. vers. quia pro*
3 *responsione. par. 1. diuers.* ideoque, † cum ipse Ioannes Maria nō habuerint se pro spoliato, potest ratione ciuiles, quam retinuit animo, intentare manutentionem respectu naturalis, *vt sæpissime fuit decisum in Rota*, quod autem Iudex nulliter pro-
4 cesserit, patet, quia † fuit datus Executor literarū Apostolicarum mixtus, tum quia cum clausula, Vocatis vocandis, quæ importat mixturam, *Felyn in cap. dudum. num. 23. vers. fallit primo. de præsump. Rot. dec. 12 de offic. deleg. in non. Seraph. dec. 1056. num. 2.* tum quia erat datus in forma Dignum &c. nempe per clausulam, si per diligentem examinationem &c. Exequutor autem taliter datus dicitur
5 mixtus, *iuxta dec. 202. par. 1. diuers. in princ.* † ex hoc, quod esset mixtus, dixerunt sequi, quod teneretur assumere partes Iudicis, quod ab illius exequutione daretur appellatio, *vt in causa Panormitana Archidiaconatus die 15. Iunij 1590. coram*
6 *bo. me. Penia.* † quod si dabatur appellatio, non potuit post interpositam appellationem à Ioanne Maria deuenire ad executionem, prout deuenit, *cap. non solum. de appellat. in 6. cum vulg.* Et non obstat clausula, *Contradictores &c. appellatione post*
7 *posita &c.* quia † illa clausula intelligitur de contradictoribus de facto, non autem de contradictoribus de iure, *vt in d. Panormitana Archidiaconatus die 15. Iunij 1590. coram bo. me. Penia.*
8 In proposito autem casu † stante quod causa ex prædictis erat appellabilis, Ioannes Maria non fuit contradictor de facto, sed de iure, quia sententia erat suspensa per appellationem, & sic non morabatur executionem.

9 Non obstat, † quod Ioannes Maria fuerit excommunicatus, ideoque non possit intentare remediū
10 manutentionis, quia, † si hoc deducitur ad effectū vt ex hoc amiserit suam possessionem, hoc nullo
11 iure cauetur, † si vero ad effectum, vt sibi denegetur audientia, ipse iam obtinuit absolutionem ad effectum agendi.

Nec facit, quod ipse fuerit excommunicatus
12 ob non solutionem pensionis, † quo casu quis non absoluatur nisi præuia satisfactione, *ex dec. cis. 263.*
13 *num. 3. lib. 5. par. 3. diuers.* quia † illa conclusio procedit, quando censuræ fuerunt latæ in Curia; *vt explicat Tholomæus decis. 788. lib. 5. eadem par. 3 diuers.* & ratio differentiæ est, quia à Censuris latis extra Curiam Rota indifferenter, & absque causæ cognitione dat absolutionem ad effectum audientiæ, iuxta notorium stylum Tribunalis.

14 Addebatur, quod † exceptio excommunicationis non impedit petitionem reuocationis attentatorum, *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 68. & 87. vers. septimo intellige. ff. de acq. poss. Dec. in cap. ex parte. il 2. numer. 24 de rescript. & cons. 200. num. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 13. & par. 3. cap. 24. q. 3. num. 10. Menoch. de recuper. remed. 17. numer. 31. vers. quæro tertio. Add. ad dec. 2. num. 3. vers. tertia differentia est. de restitut. spoliat. in non. & fuit decisum in causa Abulen. Cappellaniæ 5. Iunij 1598. coram bon. me. Gyptio.* Forte
15 quia † Iudex videtur potius procedere ad vindictam læsæ maiestatis iudicij, quam ad commodum
16 partis petentis reuocationem. † remedium enim attentatorum est magis fauorabile quocumque alio remedio, *Dec. in d. c. ex par. il 2. nu. 22. in fin.*
17 *de rescript.* Et † in illis plerumque attenditur potius æquitas Iudicantis, quam odium excommunicati, *c. cum inter. de except.*

Quæ dicebantur de prætensa irregularitate ob celebrationem in excommunicatione, visa fuerūt
18 non facere ad rem quia † non reperitur iure cautum, quod irregularis amittat possessionem sui beneficii &c.

Eminentiss. Domino Cardinali Verospio

Romana Annuæ Præstationis

Mercurij 4. Iulii 1618.

S V M M A R I A.

1 *Fructibus Hæreditatis diminutis datur mandatum de manutenendo pro rata diminutionis, ita vt omnes pro rata damnum sentiant.*
2 *Exceptio incontinenti probata in manutentione nõ reijcitur.*
3 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij vltra vires hæreditarias non tenetur.*
4 *Manuteneri quis non potest in quasi possessione à se ipsa exigendi.*
5 *Nemo existit sui ipsius creditor, & debitor.*
6 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non confundit proprium creditum sibique soluere valet.*
7 *Liber Congregationis fideliter tentus ab illius Camerario probat quasi possessionem exigendi ad ipsius fauorem iunctis adminiculis, & pro adminiculo in manutentione deseruit titulus.*

Decis. DCXLII.

DOmina Fuluia Sfortia, dum viueret, donauit inter viuos annuum censum scutorum mille septingentorum vigintiocto Congregationi Sanctæ Mariæ in Vallicella cum onere quolibet anno pluribus locis Piis, & aliis personis diuersas pecuniarum summas erogandi, pro qua tamen cura, & onere ipsi concessit, & in præmia, vt annua scuta ducenta perciperet: Cuius donationis, & hereditatis occasione dicta Congregatio varias coacta fuit lites subire, & præsertim cum D. Duce Sfortia, cui mediante sententia, & mandato Rotali scuta 4456. persoluit. Vnde fructibus hereditariis, & donationis hac de causa diminutis Congregatio pretendebat nõ integre donatariis satisfacere; Qui exaduerso pro totius summæ exactione mandatum petebant de manutenẽdo. Quare dubio per me hodie proposito Rota cẽ-
1 suit † omnibus pro rata diminutitionis dandum esse mandatum de manutenendo. Quia, cum huius hæreditatis fructus diminuti reperiantur, omnes debent pro sua rata damnum pati, *l. & si contra. in fin. ff. de vulg. & pupill. & l. fin. ad fin. ff. de leg. 3. & vtrobique gl. & DD.*

Nec valet dicere talia diminutionis exceptionem altiorem indaginem requirere, & sic ad petitorium esse reiiciẽdum, satis enim ex iuribus pro parte Congregationis exhibitis de huiusmodi cõ-
2 stat diminutione, † quæ cum in continenti fuerit probata, in hoc iudicio venit admittẽda, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 730. & 732.*

Non obstat, Congregationem esse D. Fuluiç he-
3 redem. Nam † stante beneficio legis, & inuentarii quo d. hereditatem adiuit, vltra vires hereditarias ipsa non tenetur, *l. fin. §. & si præfatum. C. de iur. delib. gl. in §. si vero non fuerit. in auth. de hæred. & falcid. Crot. cons. 107. Grat. cons. 9. num. 68. Soc. iun. cons. 134. numer. 3. lib. 1. Bero. cons. 129. numer. 5. lib. 2.*

4 Non obstat, † manuteneri non posse Congregationem in quasi possessione à se ipsa exigendi, cũ
5 † nemo sui creditor, & debitor existat; Quia stante
6 d. legis, & inuentarii beneficio † personæ non cõfunduntur, & quisque sibi soluere valet, *Bald. in l. fin. §. in computatione. num. 3. Ias. num. 7. C. de iur. delib. Surd. dec. 310. nu. 12. Paris. cons. 69. nu. 161. lib. 1. Rol. de inuent. par. 4. vers. decima vtilitas.*

Quo verò ad quasi possessionem omnium de tẽpore motæ litis exigẽdi satis apparet ex pluribus solutionibus factis à Congregatione donatarii, cuius donationis vigore sibi pariter eadem Congregatio soluit, vt ex pluribus libris constat à dictæ
7 Congregationis Camerario fideliter tentis, † qui pro ipsa bene probant iunctis adminiculis, *Aym. cons. 136. numer. 6. & 11. & de antiq. temp. par. 1. vers. quod in libro. num. 12. & fuit dictum in Romana Canonis S. Eustachii 1. Iulii 1609. coram R. P. D. meo Caualerio.*

Adminicula vero patent ex ipsa donatione Cõgregationi facta de percipiendis quolibet anno scutis ducentis, quod tñ isto iudicio sufficit, *Rot. dec. 196. num. 4. par. 1. diuers. & fuit d. in Valentina Pensionis 23. Iunii 1617. coram R. P. D. meo Pãphilio.*

Ex quibus decisum fuit omnibus donatariis esse dandam modo prædicto manutentionem &c.

R. P. D. Ghislerio

Anximana Census.

Lunæ 10. Martij 1636.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum probat possessionem.*
2 *Possidens authore Prætore dicitur iusta possidere, nisi de nullitate, & iniustitia sententiæ ita clare doceatur, vt nulla tergiuersatione defendi possit.*
3 *Manutentio non datur ei, qui passus fuit immissionẽ ex sententia iusta, & valida.*
4 *Iudex rite procedens priuat possessione per immissionem etiam sine expulsione.*
5 *Lauretani sunt subiecti Gubernatori Laureti, non Gubernatori Marchiæ. Lim. vt num. 7.*
6 *Actio realis dirigenda est contra bona.*
7 *Iudex loci situationis bonorum competens est in actione reali priuilegiis personalibus non obstãtibus.*
8 *Comparens simpliciter non potest postea excipere de defectu iurisdictionis, ad quam sufficit consẽsus etiam tacitus.*
9 *Declaratoria opponens non dicitur in iurisdictionẽ consentire.*
10 *Decl. si tamen repetatur in subsequẽtibus actibus præiudicialibus, secus econtra.*
11 *Iurisdictionis prorogari non potest in præiudicium Iudicis competentis, sed in præiudicium solius consentientibus.*
12 *Iurisdictione prorogata non potest prorogans maxima post sententiam, dare de illius defectu*
13 *Exempti prorogare possunt iurisdictionem Iudicis cui alias circumscripta exemptione, subiecti erant.*
14 *Possessor præsumitur etiam fructus percepisse non docto de aliquo legitimo impedimento.*
15 *Immissio in vim saluiani excessiua dicitur nulla in totum.*
16 *Instrumentalis possessio non facit præsumere fructuum perceptionem, nisi probetur realis, & actualis.*
17 *Immissione effectum non habente remanent salua primæua iura.*

18 Te-

18 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati lite pendente absque iurisdictione, & partis citatione probant, nec probant, nec faciunt adminiculum.*
19 *Depositio prima praeualet ic teste, & eo magis si sit adminiculata.*
20 *Excessus est iustificandus ad effectum impediendi manutentionem possidentis Iudicis auctoritate.*
21 *Et ab allegante concludenter probandus.*
22 *Nec regulariter praesumitur.*
23 *Saluianum non competit contra habentem anteriorem hypothecam.*
24 *Dos materna matrimonio soluto redit ad filios.*
25 *Retentio non datur nisi creditori, & talis non est qui effectus est debitor.*
26 *Creditum posterius non impedit immissionem creditori hipothecarij anterioris.*
27 *Retentio competens opponi potest, quando est exclusiua iuris agentis. vbi limit.*
28 *Iudex iuste dicitur processisse, & non spoliatiue, vbi sententia non est iniusta ex eisdem.*
29 *Iudex dicitur spoliasse, quando notorie constat de nullitate, & iniustitia sententia.*
39 *Notorietas ex eisdem est disentienda, non ex nouiter deductis.*
31 *Executiuum iudicium non impeditur per possibilitatem iuris deducendi, sed ex deductis, & probatis.*
32 *Hypotheca tacita pro dote an oriatur à die promissionis, vel à die matrimonij, est dubium.*
33 *Mulieri competit actio ad loca montium in dote promissa, & vira non consignata.*
34 *Maritus, illiusque heredes restituere nō tenentur dotem, quam non habuerunt.*
35 *Credita in dotem aestimata promissa debent expresse in solutum tradi, vt consignata censeantur.*
36 *Confessio de recepto non probat dotis solutionem etiam quod praecedat promissio, praesertim in aere alieno grauato, in praeiudicium creditorum & num. 37. & 38.*
38 *Referenti non creditur nisi constito de relato.*
39 *Instrumentum in forma non probanti non probat.*
40 *Fructus ex re viri percepti minuunt sortem dotis, & creditum efficitur illiquidum, nisi denuo liquidetur. & num. 41.*
42 *Creditum liquidum redditur ex confessione partis, vel ex re iudicata.*
43 *Mandatum relaxatum per contradictus nemine contradicente nō praeiudicat creditoribus de eo tempore hypothecam habentibus.*
44 *Solemnitates Constitutionis Marchia requiruntur etiam in contractibus minorum forensiū. Decl. vt num. 49.*
45 *Minor solum, seu illius heres dat de nullitate ipsius contractus, non alius.*
46 *Minoritas non probatur ex fide Cancellarij, sed ex libro Baptismatis, & partita extracta à Parocho, vel alio de eius mandato.*
37 *Ratificatio inducitur ex lapsu quinquennij post maiorem aetatem, vel solutione.*
48 *Ignorantia non admittitur post maiorem aetatem circa contractum, quo illam allegans interuenit.*

Decis. DCXLIII.

DOminus Camillus Rinuccinus creditor Simonis Gentiloni ratione fructuū census ad sui fauorem impositi in sorte scutorum 4200. super tenuta di Monte Poleseo, probatis extremis necessarijs in Saluiano, obtinuit à Locumtenente Gubernatoris Marchiae contra Capitaneum Philippum, & Hieronymum eius filium de Riccardis detentores supradictae tenutę immitti in possessionem donec fuerit satisfactus de fructibus eiusdem census decursis, & in futurum decurrendis, & deuoluta causa per appellationem in Curia coram A. C. dictia de Riccardis fuit concessum Mandatum de manutenendo à quo interposita appellatione, & commissa causa in Rota, propositoq; dubio, Cui esset dandum mandatum de manutenendo, ad fauorem D. Rinuccini fuit resolutum.

1 Ratio resolutionis fuit, quia † ex Instrumento publico constat de illius possessione adepta vigo-
2 re dictae sententiae in Saluiano latae, & † cùm ipse Authore Praetore ceperit possessionem, iuste possidere censetur, nisi de nullitate, & iniustitia sententiae ità clarè doceatur, vt nulla tergiuersatione defendi possit. *Abb. in cap. cum causam. nu. 4. vers. secùs si de offic. deleg. Aymon. cons. 3. nu. 8. & cons. 302. num. 2. in principio Rota coram Cardinali Seraphino dec. 616. num. 8. & 9. in Romana de Bombellis 31. Maii 1613. coram bo. me. Cardinali Sacrato. in Romana meliorumentorū 9. Decembris 1616. coram bo. me. Vbaldo. in Romana vinea 7. Februarij 1620. coram bo. mem. Archiepiscopo Dunozetto, & in Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634. coram me.*
3 Vnde † Riccardi, contra quos fuit lata sententia iusta, & valida, non possunt praetendere manutentionem, licet constaret de illorū possessione, quia
4 † Iudex, ritè procedens, priuat possessione per immissionem siue expulsione possessoris. *Angel. in l. qui vniuersas. §. item cum praetor. de acquir. poss. vbi Imol. num. 1. & caeteri Doctores Alex. nu. 3. & Ias. num. 20. Abb. in cap. cum quib. nu. 10. de senten. & re indic.*

Obiecta autem, quae per Riccardos adducebantur contra validitatem, & Iustitiam sententiae Dominis non sunt visa releuare.

Non primum ex defectu Iurisdictionis sub prae-
5 textu, quod Riccardi Rei conuenti † Ciues Lauretti tamquam exempti à iurisdictione Gubernatoris Marchię, vigore Motus proprij fel. rec. Pauli V. sub dat. Tusculi 4. Idus Septēbris anni 1620. de quo *in Lauretana Iurisdictionis 2. Iunij 1631. coram Illustrissimo Vrgellen.* quia tollitur ex natura
6 actionis, † quae cum sit merè realis postulat, vt dirigatur contra bona, vnde intrat conclusio, quod
7 † Iudex loci, in quo sita sunt bona, sit Iudex competens, non obstantibus quibuscumque priuilegijs personae Rei concessis, *ad tex. in cap. 1. de priuil. in 6. & in puncto Castren. in l. fin. C. vbi in rem actio. Barbos. in l. heres absens. §. proindè. num. 3. ff. de iudic.* in articulo fori ratione rei, *Socci. in cap. sanè num. 14. de foro competen.* & sic cum bona super quibus fuit facta executio sint in Territorio Montis Pilattani subiecto Iurisdictioni Gubernatoris Marchiae, non autem Gubernatoris Lauretti, certum est, quod Riccardi quantumuis priuilegiati tenebantur respondere coram Iudice rei sitae.
8 Vlterius Riccardi † simpliciter comparendo coram Gubernatore Marchiae consenserunt in illius Iurisdictionem, itaut amplius non possint excipere de defectu Iurisdictionis, *vt per Feder. de Sen. in cons. 14. Felin. in cap. cum omnes. num. 8. de const. Ias. in l. si vnus §. pactus ne peteret. nu. 9. de pactis,*
9 quia sufficit consensus tacitus † Nec facit oppositio declinatoriae *s. m. Greg. XV. dec. 43. nu. 3. Afflic.*
10 *super Constit. Neapol. lib. 1. rubr. 37. nu. 38.* † quia ab ea fuit recessum per sequentes comparitiones sine protestatione factas, sed vt operaretur debebat repeti in singulis actibus praeiudiciarijs, *vt fuit dictum in Romana nullitatis subhastationis 15. Nouembris 1577. coram Brauo, & coram Sanctae mem. Greg. XV. dec. 44. num. 7. & 8. Mohed. dec. 2.*

de

11 *de iudic.* Et licet † iurisdictio prorogari non possit in praeiudicium eius, cui concessa est ad effectũ impediendi, vt is quandocumque Causam ante latam sententiam auocare non posit, Attamen secus est in praeiudicium ipsius partis consentientis, quia potest per eam Iurisdictio in proprium prae-
12 iudicium prorogari, † Neque post prorogationẽ, maxime vero post sententiam, potest is, qui consensit dare defectu iurisdictionis, vt in terminis declarat *Natt.cons.636.nu.62. & bene distinguit Surd.cons.47.numer.36.post med.vers.& ita dicit*
13 *se intelligere.* Et quod † exempti possint prorogare Iurisdictionẽ eorum quibus circumscripta exẽptione erant subiecti, *tradunt Doctores in cap si diligenti.de foro compet.Gemin.cons.83.num.9.Corn.cons.214.num.8.lib.2.Ferret.cons.102.nu.18. Rota coram s.m.Greg.XV.decis.325.num.23.& coram Seraph.dec.595.num.7.*

Nec secundum ratione excessus, quia fuerunt in senteotia compraehensa scuta 326. pro quibus idẽ D.Rinuccinus de mẽse Ianuarij 1626. assoiciatus
14 fuerat ad possessionem fundi censuati, † ex qua possessione non docto de aliquo legitimo impedimento, fructus praesumuntur percepti, & consequẽs
15 praedicta † immissio vigore Saluiani tamquam excessiua redditur nulla in totum, *Rota in recent. dec.90.num.3.in fin.& 282.num.1.par.3.* quia debiti quantitas fuit diminuta mediante dictorum fructuum perceptione. Nam huic obiecto fuit responsum, non probari effectuationem dictae assotiationis, sed solam possessionem instrumentalem,
16 † quae ad effectum, vt fructus praesumantur percepti, non suffragatur, sed probanda est realis, & actualis possessio, *bo.me.Cardinalis Caualerius dec. 138.per totam,* quia licet constet de instrumentali possessione, non tamen sequitur, quod possessor fructus perceperit, sed pro parte D. Rinuccini abunde iustificatur mandatum de assotiando non habuisse effectum, ex quo bona ab alijs possidebãt. Siquidem respectu medietatis praedij illa possidebatur per Franciscam relictam Simonis Gentiloni debitoris ratione suae dotis, & ex eo quod eadẽ Francisca statim sequuta morte Simonis, de anno 1624. fuit adepta possessionem fundi censuati, in eaque continuauit vsque ad obitũ de anno 1630. de hac medietate non fuit capta possessio in vim dicti mandati de assotiando, vt ex confessione Franciscae, de qua in litteris datis summario nu.6. ibi *Hora essendo comparsi detti sbirri, di lassio sono andati in detta Palombara del Rasicanti, & hanno preso tenuta di quella, e terre annesse, e nell'altra parte, che sempre hò goduto pacificamente di detta possessione, che si dice la Palombara nuoua cõ some 30. di terre in circa, detti sbirri non si sono appressati, anzi hauendo io mandato l'Inhibitione mia ne i cõfini delle Terre sudette, che godeua detta Sig. Simone, che al presente godo io a conto della mia dote &c.* Et infcrius, *& hauemo preso relatione del balio non solo della presentata di detta Inhibitione, ma anco fede authentica di detto balio, che alla parte della possessione, che possedeua detta Sig. Simone, e che io possedo come sopra, la detta Corte non s'è appressata, nè ha fatta essecutione alcuna &c.* Respectu vero alterius medietatis dicti praedii, illa possidebatur ante assotiationem ab Aurelio Rascante titulo emptionis, & quia in assotiatione per D.Rinuccinum obtenta non fuerat citatus Rascantes, ipse obtinuit ab A.C. de eodẽ anno 1626.
17 manuteneri in sua possessione, † quibus stantibus D. Rinuccino creditori remanent salua primaeua Iura, *l.Hypothecam, § si creditor debitoris. vbi Bart.ff. de salut.Rot.dec.634.num.9.par.1.recent.& in Romana Censuum 7.Maij 1629.coram me.*

Nec facit, quod ad probandam perceptionem fructuum fuerint examinati Testes per Riccar-
18 dos, tum quia † examinati ad perpetuam rei memoriam, & Petrus Thomae Mancini fuit examinatus 5.Martii 1635.& Io:Franciscus Ioannis Antonii Stacciori 7. Martii eiusdem anni, & sic lite pendente absque Iurisdictione, & partis citatione non solum non probant, sed nec etiam faciunt adminiculum, tum etiam quia primus Testis in alio praecedenti examine sub die 7. Nouembris 1634. contrarium expresse deposuit dicens *Qual mentia prima di Luglio dell'anno 1633.l'Illustriss.Sig.Camilla Rinuccino di Firenze, nè altri per lui hanno mai hauuti, nè presi frutti di sorte alcuna dalla pos-*
19 *sessione di some 33.in circa &c.* Et propterea † standum est primae depositioni, maximè cum sit adminiculata ex Inhibitione dotali ad fauorem Franciscae, quae possidebat fundum censuatum ratione suae dotis, & impediuit exequutionem mandati de assotiando, & pariter adminiculatur ex instrumẽto possessionis per eam de nouo adeptae 2.Nouembris 1628 & ex instrumento dotali celebrato 18. 18.Iulii 1629 cum Philippo Riccardo, cui in specie assignauit in dotem fundum censuatum Respectu alterius medietatis fundi censuati, nec habuit effectum mandatum de assotiando, quia Rascantes nunquam dimisit suam possessionem, & vt fuit dictum supra obtinuit manuteneri contra D. Rinuccinum de mense Iunii, & sic antẽ tempus recollectionis fructuum, deniq; 10. Octobris 1627. suam medietatem vendidit Reuerendiss Archiepiscopo Firmano, vt ex instrumento venditionis. Vltra quod obiectum penitus tollitur ex eo, quod possessio fuit capta per Florellum qui non habebat mandatum procurae ad capien. possessionem, vt benè iustificatur ex mandato dato in summario illorum de Riccardis num. 11. ex cuius lectura apparet dictum Florellum 30.Martii 1628.& sic per duos annos post fuisse constitutum Procuratorem ab Archiepiscopo Firmano ad exigendum proprium creditum ex causa census ab haeredibus Simonis Gentiloni, & propterea patet, non fuisse captam possessionem per Florellum nomine D. Rinuccini, sed nomine Archiepiscopi Firmani,
20 quibus omnibus simul iunctis satis patet, † praetensum excessum non iustificari ad effectum impediẽdi manutentionem D. Rinuccini possidentis auctoritate Iudicis, *vt etiamnis Rota in allegata Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634. coram me,* &
21 tamen † excessus ab allegante est concludenter probandus, *l.2.de probation.Aym.cons.111.nu.29.*
22 *Capitaq.decis.301.par.2.* quia † regulariter excessus non praesumitur, *Rot.dec.45.de appellat.in nou. Seraph.dec.1189.nu.1.& 2.Rota in Narnien.dotiũ 28.Maij.1631 coram me.*

Tertium obiectum anterioritatis crediti dotalis Franciscae, & Septimiae, pro quo Riccardi prae-
23 tendebant retentionem, ex quo † Saluianum Interdictum non competit contra creditorem habentem hypothecam anteriorem, pariter non subsistit, quia si Riccardi deducunt eorum creditum ex dote Franciscae, non dicitur anterius, ex quo
24 Francisca iam decesserat, & sic † illius dos soluto matrimonio iam redierat ad Filios primi matrimonii, qui fuerant haeredes Simonis debitoris sine beneficio legis, & Inuentarii, sicque deficiebat huiusmodi creditum in Philippo, vt in marito dictae Franciscae, qui propterea non poterat prae-
25 tendere retentionẽ, † quae non datur nisi creditori, qualis non erat Philippus iam effectus debitor dotis, quam restituere tenebatur haeredibus dictae Franciscae, si vero deducant anterioritatem crediti ex dote Septimiae, illud est posterius, quia census fuit impositus à Simone anno 1614. quo tempore Septimia non solum non habeat creditũ

dota-

dotale, sed nec etiam erat nata, & Septimia, nupta 26 Hieronymo de anno 1629. & sic eius † creditum dotale longè posterius non potest impedire immissionem petitam per creditorem hypothecarium anteriorem, *Mantic. dec. 42. nu. 3. & 69. nu. 1.* & alias pluries.

27 Neque dicatur † posse in hoc casu Riccardos dare de iure tertii nempe filiorum, & hæredum Franciscæ, quibus competebat retentio dictorum bonorum ratione crediti materni anterioris impositioni census ad fauorem D. Rinuccini, cum hæc exceptio sit exclusiua iuris agentis, Nàm Dominis placuit responsio, quod cum filii, & hæredes Franciscæ sint etiam hæredes Simonis debitoris census, & adiuerint hæreditatem ipsius Simonis simpliciter, nullo confecto Inuentario, in illos transierunt omnes actiones actiuæ, & passiuæ, itaut tāquam debitores D. Rinuccini non potuerint impedire illius immissionem.

Secundo, Respondebant Domini, quod in actis Iudicis de partibus, qui tullit sententiam, de tempore latæ sententiæ non constabat de anterioritate ex Instrumento dotali, & quod in illis non fue28 rat probatum matrimonium. Vnde † cum dicta sententia non possit dici iniusta ex eisdem actis, sequitur, quod Iudex iuste processerit, & quod possessio tradita D. Rinuccino non sit spoliatiua, 29 quia † tunc Iudex dicitur spoliasse, quando notoriè constat de nullitate, & iniustitia sententiæ, *Felin. in cap. dilectus. de rescript. Cranet. cons. 202.* 30 & † notorietas discutienda sit ex eisdem actis, nō autem ex nouiter deductis, *Io. Monach in cap. venerabilibus num. 2 ibi sed ex quibus ex nouis non. de sent. excomm in 6 Corn. cons. 10. num. 3. lib. 4. Rota* 31 *decis. 479. num. 2. par. 4. diuers.* quia † in executiuis nō attēditur possibilitas Iuris deducēdi, sed quod est deductum, & probatum, *vt tenuit Rota in terminis*, quod Iura post sententiam producta non suffragentur, *in Romana aditionis hæreditatis 23. Februarij 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Demum non obstat, quod tàm inspecto tempore promissionis dotis Franciscæ, de mense Maij 1614 quam inspecto tempore contracti matrimonii sub die 22. Iulii eiusdem anni per Franciscam per verb. de præsenti cum Simone Gentilono in Ecclesia Lauretana constet de anterioritate crediti dotalis ante Impositionem census ad fauorem D. Rinuccini 29 Octobris eiusdem anni 1614. & 32 quidquid sit de quæstione inter Doctores. † An tacita hypotheca pro dote oriatur à die promissionis in chirographo sponsalium; An vero à die contracti matrimonii, remouetur quæuis difficultas per Riccardos stante matrimonio contracto per verba de præsenti inter Simonem, & Franciscam per trimestre ante impositionem Census D. Rinuccini, Quia cum non constet de actuali solutione dotis, quoad loca Montium promissa, Imo plura eorum alienata reperiantur per Lucā Phcū dotis promissorem, Ideò Franciscæ nulla competit actio pro repetitione dotis in pecunia, nisi dictorum locorum consignationem probet, vel ca33 non reperiri culpa mariti; † Alias illi competit solummodo actio ad loca Montium promissa, *l. ita cōstante, l. sequenti, & l. res quæ. ff. de iur. dot. l. etiam, vbi Bald. ff. de fund. dot.* Nec pro residuo dotis probatur exactio creditorum assignatorum, 34 † & propterea nec maritus, nec illius hæredes tenentur restituere pecuniam, *l. Maula, ff. solut. matrim. Rot. in Romana dotis 15. Iunij 1612. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, Et difficultas non potest tolli ex eo, quod dicta credita fuerint 35 data æstimata, quia † necessario requiritur expressa traditio in solutum post promissionem quanti-

tatis præcedentis, vt declarat *Vinc. de Franch. dec. 108. num. 7. & sequentibus.* Nullamque posse fieri vim in iuribus producta per Riccardos ad probandam exactionem. Indubitatum est, quia 36 † non creditur confessioni de recepto scutorum 900. factæ à Simone etiā si præcesserit dotis promissio, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 13. num. 24. Surd. decis. 116. num. 9. ad fin. & sequentib.* cum ipse Si37 mon † ære alieno grauatus confessus fuerit in præiudicium creditorum, & dictum Instrumentum confessionis sit relatiuum ad aliud Instrumentum, 38 de quo nō constat, quare † in præiudicium creditorum non probat nisi exposito in actis Instrumēto relato, *Authen. si quis in aliquo, vbi Doctores, C. de eden.* Aliud Instrumentum concordiæ cū hæ39 redibus primi viri † non releuat, cum non sit in formà probanti, ex quo caret die, anno, testibus, & subscriptione Notarij, *Authen. vt præpon. nomen. Imper. vers. vnde sancimus. Couarr. practicab. quæst. cap. 20. num. 2. & 5. Felin. post alios in cap. 1. col. 4. de fid. Instrum. Rota dec. 16. num. 1. par. 1. & decis. 195. nu. 1. par. 4 diuers.* Sed cessat difficultas, quoniam constat, Franciscam possedisse plura corpora 40 bonorum defuncti mariti, † quorum fructus de41 bent minuere sortem crediti dotalis, & † ex illorū perceptione idem creditum effectum fuit illiquidum, & nisi iterùm liquidetur non potest dici de credito liquido, & claro constare ad effectum impediendi manutentionem D. Rinuccini *bon. mem. Cardinalis Canal. dec. 539. num. 5. & 6. vbi dicitur* 42 † non posse dici constare de credito liquido, nisi interuenit vel confessio partis, vel res iudicata, *Rota in recent. dec. 537. par. 1. & 741. par. 2. & coram Seraph. dec. 73. num. 1. & 983. num. 7. in Bononien. census 23. Nouembris 1627. corā Reuerendiss. Episcopo Vrgellen.*

Adducebatur etiam per Riccardos, Franciscam obtinuisse ab A. C. mandatum executiuum contra bona hæreditaria primi viri pro scutis 3127. sine præiudicio residui, quod nihil concludit, Quia 43 † cum fuerit relaxatum per contradictas nemine contradicente, non potuit præiudicare creditoribus habentibus hypothecam de tempore mandati, *ad tex. in l. si superatus. ff. de pignor. & in l. si mater. §. fin. ff. de except. rei Iudic. Bald. cons. 122. numer. 5. lib. 3. Surd. decis. 256. numer. 5. in fin. & num. 6.*

Neque obstat quartum obiectum deductum ex nullitate contractus Impositionis Census impositi à Procuratore ad illum imponendum constito à Simone minore 25. annis, non seruatis solemnitatibus requisitis à Cōstitutione Marchiæ, 44 † quas etiam requiri in contractibus Forensium resoluit *Rota in Romana, seu Tudertina nullitatis obligationis 4. Iunij 1614. coram bo. me. Buratto, & in Vrbeuetana Census 24. Ianuarij, & 23. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Motmano*, Quia obiectū 45 tollitur pluribus responsionibus. Primo, quia † cōtractus celebratus cum minore absque solemnitatibus statutarijs est nullus minore volente, at ipso nolente est validus, & tenet, cum solemnitates sint inductæ ad fauorem minorum. Nec ista exceptio potest opponi per Riccardos non hæredes Simonis Impositoris, quibus tantum hoc est specialiter reseruatum, *Surd. dec. 108. num. 3. Seraphin. decis. 256. num. 7. & 339. num. 6. Rota dec. 206. num. 7. penes Cenc. de censib. & in Bononien. de Olanarinis 23. Ianuarij 1636. coram me.* Secundo, non constat de dicta minoritate de tempore latæ sententiæ, 46 quia † fides baptismatis non fuit extracta à Parocho, nec ab alio de mandato Parochi, nec ex libro existente in Ecclesia Parochiali, sed est fides Cancellarij, ad cuius officium non spectat baptisare. Ideoque non probat, *Seraph. dec. 1182. num. 8.*

47 Tertiò, respondetur, † ex lapsu quinquennii cum solutione fructuum per Simonem factum maiorē indueì ratificationem contractus, *l. fin. C. si maior. fact. Menoch. de recuper. remed. 15. nomer. 178. & cons. 242. num. 32. lib. 3. Gabr. cons. 20. nu. 35. vol. 2.*
48 & † cum versemur in contractu facto ab ipso minore, non potest allegari illius ignorantia, quæ post maiorem ætatem non præsumitur, neq; attenditur, *l. 2. §. cum quis, & l. penult. C. de iur. & fact.*
49 *ignor.* Quartò fuit dictum † supradictas resolutiones in *Vrbeuetana Census coram R. P. D. meo Motmano, & in Romana, seu Tudertina nullitatis obligationis coram bo. me. Buratto*, non applicari, quia in isto casu concurrunt diuersæ qualitates, quæ nō interuenerant in casibus dictarum decisionum, vt colligitur ex illarum lectura.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutū ad fauorem D. Rinuccini.

R. P. D. Carillo

Recanaten. Prædij

Lunæ 21. Aprilis 1636.

S V M M A R I A

1. *Possidenti de tempore motæ litis, & ante debetur manutentio.*
2. *Ampl. maxime si fuerit adepta Iudicis auctoritate.*
3. *Possessio defuncti ad hæredes non transit, nisi adsit Statutum continuans possessionem in hæredem, vel possessio apprahendatur.*
4. *Possessio, quam defunctus non habuit transmitti nō potest.*
5. *Instantia manutentionis per defunctum capta trāsit ad hæredes. Decl. vt nom. seqq.*
6. *Monitorio de iure, & stylo A. C. opus est pro introductione iudicij manutentionis.*
7. *Monitorium est loco libelli.*
8. *Libellus omitti non potest, vbi requiritur ex stylo.*
9. *Lis capta requiritur, vt instantia transmittatur.*
10. *Monitorium non sufficit intimatum, sed debet etiā reproduci ad substantiam iudicij, seu litis pendētiæ, debetque constare de mandato, & seruatā esse formam decreti.*
11. *Libellus, vel monitorium non requiritur in Curia in manutentione incidenter petito. Declara vt num. 12.*
13. *Instantia manutentionis cessante lite, seu continuatione possessionis in hæredes non possidentes non transmittitur.*
14. *Iudex iuste, & valide procedens priuat possessione.*

Decisio DCXLIV.

SVB die 14. Maij 1635. fuit resolutum, mādatum de manutenendo ab A. C. concessum Alexandro, & Catherinæ de Moronis in possessione prædij, de quo agitur, esse infirmandū & manutentionem concedendam D. Tullio Roberto.

Hodie, causa super eisdem sæpius reproposita, DD. steterunt in decisis.

1 Constat enim † de eius possessione ante, & de tempore motæ litis, *Marescott. lib. 2. var. cap. 64.*
2 *num. 1. Couar. pract. 17.* & † quod prædictam possessionem adeptus fuerit auctore Prætore, *l. iuste possidet. cum vulg. ff. de acq. poss. Greg. dec. 582. n. 2.*

Nec obstat, quod Alexander, & Catherina vti hæredes Petri patris, & Angelæ matris manuteneri debeant.

3 Quia vti hæredes patris non possunt manuteneri, cum † possessio defuncti non transmittatur ad hæredes deficiente Statuto continuante possessionem, vel nisi de nouo apprehendatur, *l. cum hæredes. ff. de acq. possess. Boccat. de interd. cap. 2. nu. 25. Greg. dec. 222. nu. 6. vbi Add. num. 12.*

4 Nec tamquam hæredes matris, quia non constat, quod ipsa possederit de tempore obitus, † ideoque non potuit transmittere possessionem, qua non habebat, *Surd. dec. 138. num. 19.*

5 Nec etiam illis debetur manutētio sub prætextu, quod prædicta Angela ante obitum introduxerit iudicium super manutentione, & ita quod † instantia per eam cæpta transiuerit ad heredes, quis mediante poterat dari manutentio, *Rot. post Pacif. de salo. interd. dec. 141. num. 3.*

6 Quia, † cum nō doceatur de aliquo monitorio, quo iudicium introducitur de iure, & de stylo tri-
7 bunalis A. C. in hac materia; † quod in effectu ha-
8 bet vim libelli, *Greg. dec. 333. num. 16.* † qui requiritur stante stylo Curiæ, *Asin. in prax. iud. cap. 16. §. 22. lim. 3. n. 3.* nō est verū, huiusmodi litē cæptā
9 fuisse, † quod necessarium est, vt instantia transmittatur, *Menoch. de retin. remed. 3. num. 62. Boccat. de*
10 *interd. d. cap. 2. num. 23. & 24.* Maximè cum † ad substantiam iudicij, seu litis pendentiæ non sufficiat intimatio Monitorij, sed requiratur etiam reproductio in actis, quæ non extat, vt Iudex certus sit de sua iurisdictione, *Grat. discept. 637. num. 1.* & quod constet de legitimo mandato Procuratoris, & quod forma decreti interpositi, nisi infra tres cum intimatione, fuerit seruata, quę cum deficiat, excludunt litis pendentiam, *Lancell. de attent. par. 2. in præfat. cap. 4. num. 63. Caualer. dec. 484. nu. 4. Grat. discept. 531. nu. 76.*

11 Denique non obstat, quod † in hoc iudicio manutentionis incidenter petitę non requiratur libellus; vel monitorium ex fide Curialium data.

12 Quia respondetur, † hoc procedere, vel quando lis fuit prius introducta per monitori, aut libellum, & postea incidenter petitur manutentio, vel quando Iudex ex officio illā concedit, secus vero ad instantiam partis, prout contingit in casu præsenti, *Menoch. de retin. d. remed. 3. num. 453. Bald.*
13 *cons. 438. num. 1. lib. 1.* Et ideo † cessante lite, seu continuatione possessionis non transmittitur instantia in hæredes, qui non habent possessionem
14 ex prædictis, & casu, quo illam haberent, † Iudex iuste, & valide procedens eos dicta possessione priuauit, *Rot. dec. 802. par. 1. diuers.* Vltra quod adest defectus ex non reproductione in actis, vt supra.

Nec releuant cæteræ obiectiones, de quibus in decisione. Quia, vltra quod ex deductis in ea tolluntur, placuit Dominis sufficere superius dicta pro manutentione Tullij.

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. Pirouano

Perusina Exemptionis

Veneris 22. Iunii 1635.

S V M M A R I A.

1. *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
2. *Possessorium pendens a discussione petitorij expeditur cum ipso petitorio.*

Decis.

Decisio DCXLV.

CEnsuerunt Domini D. Vincentio Manuce in esse dandum mandatum de manutenẽdo in possessione exigendi salariũ vriusque Lecturæ, Medicinæ scilicet, & Mathematices tamquam de Iubilato 1. Iulij 1633.

Causa exinde reproposita sub die 24. Martij 1634. præstiterunt in dictis quoad Salarium Medicinæ tantum reseruando particulariter videre de salario Matematices, si opus fuisset.

Hodie eodem Vincentio instante stricte quoad partem reseruata de nouo proposui, & non esse dãdum mandatum de manutenendo fuit per DD. responsum.

Quia aut D. Vincentius prætendit manutentionem tanquam actu legens, & de hoc non est agẽdum, quoniam iam firmatum fuit in præcedentibus decisionibus abesse à Ciuitate Perusię iam per biennium, & in Vrbe degere, aut contendit manuteneri, quia exegerit tamquam iubilatus, & compræhensus in breue reformatorio Sanctissimi D. N. & tunc, cum fassus fuerit in possessionibus per decem tantum annos legisse scientiam Mattematices, & iste casus non sit expressus in breue, semper pendet à determinatione petitorii super cõpræhensione duplicati muneris, & seruitii diuerso tempore, & minori respectiue præstitit, itaut interim non possit ex actu exigendi acquirit aliqua possessio propter decretum irritans in ipsa 1 bulla reformatoria appositum, † inficiens titulũ, & positionem aliter quam in tenore expressum, *Caputaque dec. 15. num. 1. par. 3. Cassad. dec. 11. nu. 5. super regul. Cresten. dec. 1. de caus. poss. & propr. Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 241.* & similiter 2 † quando possessorium pendet à determinatione petitorii, non separatur discussio eiusdem possessorii à petitorio, *Garz. d. cap. 1. nu. 230. Seraph. dec. 147. num 5. cum aliis per Adden. ad dec. 283. nu. 5. & 8. eorum S. M. Greg. XV.*

Et ita &c.

Cardinali Camerario

Bononien. Exemptionis

Resolutio R. P. D. Vaccarij Auditoris

Die 22. Septembris 1617.

SVMMARIA.

1 *Exactia gabellarum, & oneram facta ab aliquibus constituit in quasi possessione exigendi quoad omnes stante iuris assicutia, & causa vniuersali.*

2 *Et aperatur, vt quoad omnes sit danda manutentio, donec causa cognoscatur.*

3 *Testis vnicus, & vnica solutia solet sufficere ad effectum manutentiouis. & num. 25.*

4 *Mandatam de manutenendo datur etiam ei, qui ex falsa causa capit possessionem. & num. 40.*

5 *Clausula sublata, & decretam irritans inficiunt titulum, & possessionem.*

6 *Status vltimus possessionis attenditur, si sit pacificus, & secutus cum parte, alias præsumitur clandestinus, & turbatiuus.*

7 *Scientia, & patientia aduersarii requiritur, & est de substantia in acquisitione quasi possessionis in incorporalibus. Lim. vt num. 63. 64. & 65.*

8 *Mandatum de manutenendo nõ datur contra Principem. & num. 69.*

9 *Gabellarum in materia vbi pro cis stat præsumptio & ex aduersò præsumptio vehemens iuris communis resistit, debet per habentem resistentiam exiberi titulus.*

10 *Titulus non est quærendus in manutentione.*

11 *Lim. nisi ius resistat.*

12 *Gabellarii non habent facultatem præiudicandi Cameræ, & constituendi aliquem in quasi possessione non soluendi, Contrarium num. 73.*

13 *Arrendatarii non possunt Domino præiudicare, nec præstatione constituere aliquem in statu, vel quasi possessione manutenibilis.*

14 *Qualitas vbi mutatur, vel noua superuenit non datur mandatum de manutenendo. Limit. vt num. 77.*

15 *Possessio altera est ante superuenientem qualitatem, altera post illum.*

16 *Exemptionis extẽsio personalis non extenditur ad alios.*

17 *Exemptionum priuilegia sunt strictissime, & rigorosè interpretanda*

18 *Petens mandatum vti hæret excludit omne aliud remedium sibi alias competens.*

19 *Præceptum, seu decretum de non molestando sine citatione partis, per modum, prouisionis, & sine præiudicio alterius non nocet constito postea de ulterius meliori possessione, vel quasi.*

20 *Existenti in statu, vel quasi possessione non soluendi competit manutentio.*

21 *Aliud est possidere, aliud esse in possessione, vel quasi.*

22 *Mandatum de manutenendo in summariissimo possessorio dicitur modici præiudicii.*

23 *Et potest quandocumque reuocari, etiam lite pendente.*

24 *Et appellatione non suspenditur, & nu. 49.*

26 *Exemptionis extensio quãdo dicitur realis, & non personalis.*

27 *Exemptio in dubio censenda est potius realis, quam personalis.*

28 *Amplia maxime si sit ex priuilegio summi Pontificis.*

29 *Exemptionis concessio pro se, & hæredibus intelligitur regulariter pro primis heredibus tantum.*

30 *Et facta nepotibus, hæredibus, & successoribus videtur facta hæredibus principaliter.*

31 *Gratia quando intelligatur ingẽs, & non restricta.*

32 *Clausula, Tibi, tuisque hæredibus, & successoribus ex titulo vera exbursationis &c. cõpetare, in dubio interpratari debet fauorabiliter.*

33 *Hæredes proprii primi exempti magis dilecti præsumuntur, quam hæredes nepotum præsertim si penes eos stent bona priuilegiata.*

34 *Hæredes in dubio intelliguntur potius de primis, & immediatis, quam de hæredibus nepotum.*

35 *Status, & quasi possessio colorata ex titulo est manutenibilis.*

36 *Titulum etiam non habenti datur regulariter mandatam de manutenendo.*

37 *Titulus, vbi requiritur, sufficit coloratus.*

38 *Titulus coloratus dicitur, qui processit ab habente potestatem.*

39 *Manutentionis remediũ non admittit exceptiones.*

40 *Actus possessorii posteriores dicuntur turbatiui, & spoliatiui.*

41 *Litis motæ tempore existẽti in possessione dandum est mandatum de manutenenda.*

43 *Status vltimus attenditur ad effectum manutentionis.*

44 *Status vltimus non dicitur spoliatiuus, si etiā anterior, seu primus status, & quasi possessio sit illi conformis.*
45 *Possessori anteriori semper dari solet mandatum de manutenendo.*
46 *Remedium manutentionis introductum fuit ad tollendas turbationes.*
47 *Decretum manutentionis factum sine citatione partis dicitur potius ex officio, quam ex interdicto.*
48 *Et est prouisionale, & interlocutorium.*
49 *Ac trahit secum executionem.*
50 *Et potest quādocunque reuocari, quoties postea constet de meliori alterius possessione.*
51 *Gabellas non soluendi libertati assistit ius commune potius, quam illarum impositioni, & solutioni, & num. 59.*
52 *Assistentia iuris communis operatur prælationem, quando actus ex vtraque parte sunt paris potētiæ, secus si actus alterius partis sint potentiores, & habeant pro se etiam decretum, & num. 54.*
53 *Manutentio durat, donec non fuerit reuocata.*
55 *Assistentia iuris non suffragatur ad effectum manutentionis in exactione, quando alias est in statu, & quasi possessione non soluendi.*
56 *Assistentia iuris nihil facit, quando alius est in contraria possessione.*
57 *Manutentionis ad effectum satis est, quod probabiliter eam petens possit habere bonum ius.*
58 *Mandatum de manutenendo datur etiam contra iuris assistentiam, cōtra Cameram, Fiscum, Concilium Tridentinum, & Bullam in Cœna Domini, etiam quod adsit clausula sublata, & decretum irritans, & nu. 62. & 71. Ampl. vt nu. 72.*
60 *Manutentio danda est existenti in quasi possessione non soluendi, dum disputatur, an ad ipsius fauorem iuret breue illius exemptionis.*
61 *Resistentia iuris est correlatiua, seu correspectiua cum assistentia.*
62 *Mandatum de manutenendo dum datur contra habentem iuris assistentiam, dari in consequens dicitur habenti iuris resistentiam.*
66 *Possessio naturalis feudatarii, & emphiteutæ mortui incorporatur cum ciuili Domini.*
67 *Gabellarum solutioni non accommodatur terminus dominii directi, & vtilis, & possessionis ciuilis, & naturalis.*
68 *Heredibus feudatarii, & emphiteutæ aduersus patronum mandatum datur de manutenendo, donec cognoscatur de causa deuolutionis.*
69 *Mandatum de manutenendo non datur aduersus summum Principem, seu saltem ad illud requiritur exhibitio tituli colorati.*
70 *Mandatum dare contra Cameram Bononiæ, non est dare contra Papam.*
76 *Priuatio præsupponit habitum.*

Decisio DCXLVI.

Reuerendissimus bon. mem. D. Innocentius Maluasia Cameræ Apostolicæ Clericus, dū vixit extitit in quasi possessione exemptionum, libertatum, & immunitatum ab omnibus solutionibus, oneribus, datiis, & gabellis, præsertim in Ciuitate Bonon. & signanter pro ingressu curruum, & rerum ad Portas Ciuitatis; de quo nunc agitur, & constat ex libro compulsoriato ad instantiam Illustriss. Regiminis, in quo legitur, ipsum D. Innocentium esse descriptum vti nihil soluentem, & ex testibus hinc inde examinatis; Cumq; reperiretur creditor Sanctæ Sedis Apostolicæ pro diuersis expensis, & damnis factis, & passis S. D. N. Paulus Papa V. inhærendo intentioni Sanctæ mem. Clementis Octaui, qui (vt asseritur) decreuerat, exemptiones ipsi sic competentes ad successores suos extendere in recompensationem dd. expensarum, & damnorum illas vti Clerico prædicto ei competentes, quo ad bona in Ciuitate, & Territorio, seu districtu Bononien. tantum possessa, & possidenda, extensit ex titulo veræ, & non fictæ onerosæ exbursationis pecuniarum ad tertiam generationem suorum ex fratribus nepotum, & hæredum, & successorum, itaut prima generatio à suis nepotibus fratrum filiis incipiat, vt ex litteris Apostolicis sub Dat. Romæ die 6. Septembris 1605. registratis in Camera, & in actis productis pro Illustriss. Regimine sub die 16. Nouembris 1616. cum amplissimis clausulis, quod non possint impugnari ex defectu subreptionis, obreptionis, nullitatis, intentionis, nec suspendi, limitari, &c. aut contra eos remedium aliquod gratiæ vel iustitiæ impetrari, & derogatoriarum derogatoriis, etiam statutis Cameræ Apostolicæ, & aliarum Ciuitatum, etiam habentibus decretum irritans, &c. & regulæ de iure quæsito non tollendo, cum clausula sublata, & decreto irritanti.

Mortuo d. Reuerendiss. D. Innocentio Perillustres D. Hercules Senator, & Iulius eius fratres hęredes ab intestato declarati in Ciuitate Bononiæ etiam per confectionem Inuentarij se posuerunt statim in statu seu quasi possessione nihil soluendi, seu quasi possessionem ipsius Reuerendiss. Innocētij continuarunt nihil soluendo in effectu pro introductione curruum in Ciuitate Bon. in pluribus occasionibus, non solum quinque, sed vsque ad decē, vt constat ex partitis dicti libri cōpulsoriatis.

Post hæc apparet in eodem libro, quod iidem Domini hæredes descripti sunt tanquam soluentes, & quod soluerunt aliquid more Senatorum, cum non soluentium tres constituantur gradus; Primus nihil penitus soluentium, vt Illustrissimi Legatus, Archiepiscopus. Secundus aliquid soluentium, vt Senatores. Tertius minus soluentium sunt Religiosi, & de hac descriptione solutionis constat per partitas ad num. 40. vel circa.

Sed post modum iterum reperiuntur plures partitæ descriptæ pro Dominis heredibus tanquam nihil penitus soluentibus ad num. 30. vel circa, & ante decretum, & post decretum, seu præceptum Illustriss. D. Cardinalis Barberini tunc Bononiæ Legati sub die 2. Septembris 1613. productum in actis pro DD hæredibus 2. Iunii 1615. quo mandat, Dominos hæredes d. D. Innocentii non grauari, nec molestari inter cætera pro introductione quarumcunque rerum in Ciuitatem Bononiæ, nec extractione, & hoc in executione Breuis supradicti emanati à S. D. N. & quusque aliud in contrarium fuerit ordinatum subiungens verba præcisa. *Non intendiamo che s'innoui cosa alcuna, ma s'osserui l'essentione conforme al Breue, & à che godeua Monsignor Maluasia, & questo per modo di prouisione, e senza pregiuditio della Camera, sin che sia terminato per giustitia*, & vt latiùs in d. decreto impresso, de quo in actis.

In his terminis pro Illustriss. Regimine fuit obtentū monitorium ab hoc Tribunali cōtra dd. DD hæredes, & datiarios, & gabellarios Portarū dictę Ciuitatis super iactationibus molestationibus, & insuper pacifica, & quieta exactiōe, & perceptione dd. Gabellarū, & Datiorum, ratione quorumcunque bonorum, & rerum ingredientiū per portas eiusdem Ciuitatis, & non super alio: quod monitorium, licet obtentum sub die 27. Septembris 1613. nō tamē fuit executum nisi 22. Augusti 1616. cuius vigore introducta lite, assignatoq; termino probatorio, datisq; litteris cōpulsorialibus, cōpulsoriatisq; libris portarū in ipsa Ciu. Bon. examinatis duobus testibus pro Illustriss. Regimine, &

decem

dcem pro DD. hæredibus, suspenso petitorio petitum est pro vtraque parte mandatum de manutenendo in summarissimo possessorio, causaq; discussa pluribus Procuratoribus, & Aduocatis hinc inde voce, & scriptis Informantibus; Tandem post plura dubia particularia excitata, & ante infirmitatem meam plurium mensium, quo tempore rogaui ambas partes, vt contentarentur deputari alium Prælatum loco mei, noluerunt, & deinde restricta est ad hoc dubium solum, cuinam dandū sit mandatum de manutenendo?

Pro Camera Bononiæ seu Illustriss. Regimine dicebatur ipsi dandum, quia habet assistentiam Iuris quoad vniuersam Ciuitatem, vt omnes teneātur soluere, qui non ostendat se exemptos, sufficiat que hæc possessio vniuersalis, vt non sit necesse il-
1 lam probare quoad singulos de Ciuitate, cū † per exactionem ab aliquibus acquiratur possessio quoad omnes, *Rota decis. 2. sub num. 3. de præscript. in nou. Abb. in c. 1. num. 3. de relig. dom Gabr. de præscript. conclus. 2. num. 22. Card. Seraph. dec. 561. num. 2.* & cum hanc assistentiam habeat ex permissione Principis, licet non haberet quoad Iuri-
2 sdictionalia, † ex quo exigit ab aliquibus, est manutenen. donec causa cognoscatur, *Rota in Tudertina Assigna coram R.P.D. Coccino 18. Iunij 1607. in Veronen. iurisdictionis coram D. Penia 28. Octobris* 1596. Præter quod constat de possessione speciali ex partitis librorum compulsoriatorum, & ex testibus examinatis pro hac parte, vt supra in facto diximus, per plures vices vsque ad 40. qua-
3 muis, † vnicus testis, & vnica solutio sufficere soleat ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo, *Card. Seraph. decis. 339. num. 4. Rota in Romana Præcedentiæ 25. Iunii 1590. coram Orano, Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina num 22. vbi Ripa num. 49. & seq. de caus. possess. & propriet. Rot.*
4 *decis 222. num. 7. part. 1.* † *& datur etiam ei, qui ex falsa causa possessionem cæpit, in dicta Romana Præcedentiæ 15. Iunii 1590. coram Orano, & in Maceraten. Hæreditatis 4. Iunii 1590. coram Card. Pamphilio.*

Dominis autē hæredibus resistit ius proueniens ex Capitulis Datiorum, in quibus apertè cauetur, quod non possit acquiri aliqua possessio non soluendi, etiam quod pluries quis non soluerit, quodque huiusmodi non solutio non sit alicuius considerationis, nec in possessorio, nec in petitorio, quę capitula sunt Apostolica auctoritate confirmata
5 cum clausula sublata, & decreto irritanti, † vt sic inficiatur titulus, & possessio contraria, *Rota diuers decis 24. num. 5. part. 2. & 189. num. 4. & coram Litta in Casalē. Canonicatus 19. Ianuarij 1604.*
6 † Quorum hæredum status vltimus prætensus tūc attendi posset, si esset pacificus, & cum parte subsecutus, aliàs enim præsumitur clandestinus, & turbatiuus, *Card. Seraph. decis. 1106. num. 2.*

7 Et quia sumus, † in incorporalibus Domini hęredes non potuerunt acquirere quasi possessionem, nisi concurrente scientia, & patientia Illustriss. Regiminis, quæ est de substantia huius quasi possessionis, *l. 2. C. de seruit. & acq. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 64. de caus. posses. & propriet. Calder. cons. 12. in fine de Iurepatronat. Felin. in cap. de quarta num. 41. de præscript. Rota diuers. decis. 184. nu. 1. par. 1. & 297. nu. 6. par. 2. Seraph. decis. 1463. num.* 8. & tantum dicitur abesse quod constet de huiusmodi scientia, & patientia, quin potius appareat de expressa, & sæpius reiterata contradictione, etiam mediantibus ordinationibus factis Gabellinis Portarum, quod deberent exigere à Colonis partiariis DD. hæredum solitam Gabellam pro introductione curruum in Ciuitatem, vt ex testibus.

Præterea, cum Gabella exigatur auctoritate Apostolica, non potest dari mādatum Dominis he-
8 redibus, quia esset dare contra Principem, † quod fieri non potest, *Rota diuers. decis. 45. num. 3. par.*
9 *2.* & in hac materia Gabellarum, † si præsumptio stet pro Ciuitate, & vehemens præsumptio Iuris communis resistat hæredibus, necessario requiritur pro hæredibus exhibitio tituli, *iuxta cap. cum personæ. de priuileg. in 6. trad. Couarr. pract. qq. c. 17. sub num. 6. vers. primam vbi.*

10 Neque dici debet, quod † in iudicio manutentionis non sit quærendum de titulo, siquidem
11 † id fallit quoties ius resistat petenti manutentionem, quemadmodum demonstratum est hæredibus resistere, & debet tunc, & in isto Iudicio saltem colorari possessio ex aliquo titulo, *Gemin. in d. c. cum persona §. si verò per illum text. num. 1. de priuil. in 6. vbi Franch. in §. quod si tales num. 12. in. 2. notab. Anchar. num. 5. in 11. notab. 10. Andr. num. 6. Fabr. in §. retinenda num. 9. vers. Item nota Instit. de interdict. Verall. decis. 296. num. 4. par. 1. Couar. d. cap. 17. pract. num 6. vers. quare non sic. Rota in Romana Officij 3. Octobris 1607. coram Scotto.*

12 Item † fallit, quando actus fuerunt, vt hic, cum Gabellarijs, qui non habant facultatem præiudican. Illustriss. Regimini, nec consequenter constituendi aliquem in possessione non soluendi, tum ex dicto statuto Gabellæ Bonon. tum de Iure communi, *Ripa in dicto cap. cum Ecclesia Sutrina n. 65.*
13 *Rota decis. 184. num. 2. par. 1.* & † de quasi possessione quæsita præstatione arrendatorum, quod non præiudicet Domino, nec sit manutenibilis status, vel quasi possessio hæredum, *Gonzal. glos. 18. num. 23. & glos. 67. num. 47. & 48.* Præter quod qualitas Clericatus Cameræ Apostolicæ, cuius vigore D. Innocentius erat in quasi possessione exemptionum non concurrit in DD hæredibus, vt pos-
14 sint obtinere mandatum, † quoties enim mutatur qualitas, vel noua superuenit, non datur manda-
15 tum de manutenendo, quia † altera est possessio ante superuenientem qualitatem, altera post illā, *vt fuit dictum in Placentina Donationis, seu Prouisionis 20. Iunij 1588. coram Gipsio,* & debent intelligi rebus sic stantibus, *vt ibi.*

Non obstat Breue S.D.N. extensionis exemptionum D. Innocentij quoad bona possessa, & possidenda in Ciuitate, & Comitatu Bononiæ, quia extensio dicitur facta ad fauorem nepotum ex fratribus dicti D. Innocētij vsque in tertiam genera-
16 tionem incipiendo ab ipsis nepotibus, † sicq; personalis est, & nō extenditur ad alios, *c. petisti. 7. q. 1. Alex. cons. 36. in princ. lib. 1.* & cum Domini hęredes sint fratres, & non nepotes, dicuntur sic exclusi, vt in illo se iuuare non possint, præsertim cū
17 † similia priuilegia sint strictissimè, & rigorosè interpretanda, *Bald. cons. 112. in fin. vers. queritur. num. 9. lib. 1. Gemin. in cap. si de aliqui. num. 2. in 4.*
18 *notab. de priuil. in 6.* & † petendo mandatum vti hæredes excludunt omne aliud remedium, quod sibi aliàs competere posset, & contra illos à principio motiuaueram.

Minus obstat supradictum præceptum, seu decretum Illustriss. D. Cardinalis Legati, quia
19 † emanauit absque citatione partis, & est prouisionale, & sine præiudicio Camerę, & sic nō nocet Illustriss. Regimini, cum hodie ex processu cōstare dicatur de meliori possessione, vel quasi Cameræ Bononiæ, de qua sic non constabat, nec constitit Illustriss. Legato, *Rota in Conchen. Iurisdictionis 4. Octobris 1592. coram Card. Mantica.*

Quibus non obstan. censui DD. hæredibus dandum esse mandatum, non tamquam possessoribus,
20 vel quasi possessoribus, † sed tamquam existentibus in statu, vel quasi possessione non soluendi,

21 † Longè enim est aliud possidere, aliud esse in possessione, vel quasi *ad l. si quis ante. ff. de acqui-* 22 *ren. possess. Capic. decis. 55. num 6.* † & cum detur in summariissimo, dicitur modici præiudicii, quia 23 † potest quandocunque reuocari, etiam lite pen- 24 dente, & propterea † appellatione non suspenditur, *Rota diuers. decis. 641. num. 9. par. 1. Card. Seraph. decis. 1295. num. 5. Ios. Lud. Perus. decis. 20. n. 9.* Motus sum, quia admisso Reuerendissimum Innocentium fuisse in quasi possessione huius exemptionis vsque ad mortem, & secuta morte hæredes quoque admissos extitisse, ad eamdemmet exemptionem nihil penitus soluendi pro introductione rerum in Ciuitatem, apparet, quod sic se posuerunt statim in statu, seu quasi possessione eadē non soluendi, illamque saltem de facto statim acquisiuerunt in diuersis Introductionibus vsque ad 25 decem, † & si vnice tantum sufficeret, vt dictum est pro alia parte, *ex decis. 339. Card. Seraph. nu. 4. & aliis*, vel eam continuarunt eo modo, quo erat penes dictum D. Innocentium.

Sed nec est vise hęc hęredū quasi possessio simplex, & ita de facto, vt dicebatur, sed colorata ex Breui Apostolico extendente exemptionem competentem D. Innocentio non nepotibus positiuè, vt ex aduerso prætenditur, sed potiùs indefinitè vsque ad tertiam generationem nepotum incipiendo, primam ab ipsis nepotibus nulla expressa persona, cui concedatur quoad bona tantum possessa, & pos- 26 sidēda in Ciuitate, & Comitatū Bononię, † vt non videatur extensio personalis ad nepotes tantum, sed potiùs realis respectu bonorum, *ex cap. 1. 2. 3. ex. q. 2. Specul. de Iustit. edit. §. 11. nūc autem. sub. n. 5. in fin. vers. reale vero*, cum verba sint directa in ipsa bona, *l. sordidorum & ibi glos. C. de excusat. mun. l. decima Ruin. cons. 217. num. 16. lib. 1. Cravett. cons. 590. num. 1. lib. 4. Natta cons. 627. n. 12.* 27 Immo † in dubio semper potius realis censenda est, *Specul. in dictos. 11. nunc autem. sub nu. 6. vers. quod si non poterit. Bart. in l. Pater n. 4. vers. quaro vt cum. ff. de seruit. legat. Menoch. de præsūpt. lib. 3.* 28 *præsumpt.* 103. num. 29. † præsertim vero cum sit ex priuilegio Summi Pontificis, *Menoch. ibidem num. 31.* non enim dicit ad tertiam generationem nepotum, & eorum hæredum, & successorum, quasi vocentur heredes nepotum, sed potius quod nō dicantur vocati nepotes, nisi sint hæredes, & tales, penes sint bona possessa, & possidēda in Ciuitate, et Comitatu Bononiæ, et tertia generatio videatur apposita ad firmandum tempus, quod non sit 29 perpetuus, vt videretur propter causam onerosam, nec censeatur pro primis hæredibus, tantum, † vt regulariter esset, *ex l. antiquitat. C. de vsufruct. Tiraq. in l. Boues. §. hoc sermone. 1. reg num. 32. ad fin. vers. sicut nomen haredis. & nu. 75. ff. de verbor. significat. vt de retract. conuent. §. 1. glos. 6. num. 22.* 30 et † cum sit facta nepotibus hęredibus, et successoribus, videtur cōcesse hęredibus principaliter, licet super hoc nō insistatur, *Gabr. cōclus. 3. n. 8. vbi de cōmuni. de verbor. significat. Cephal. cons. 468. nu. 41. lib. 4.* præter quod, cum sit facta ex titulo oneroso verè, et non fictè exbursationis pecuniarum, et S. D. N. testetur extensionem huiusmodi concedere in recōpensationē ingentiū expensarū factarū per 31 D. Innocentium, † satis constat intellexisse gratiam quoque ingentem et non restrictā, *Alexand. cons. 222. sub. num. 4 ibi inspecta qualitate, & quantitate pretii. in 6. Crauett. cons. 105. sub num. 9. & 234. sub num. 3. vers. 4. an aliquid.*

Quibus non nocet vers. sequens ibi, tibique, ac tuis nepotibus prædictis, in quo nulla fit mentio de hæredibus, & successoribus, quia cōtinet particularam, & separatam concessionem, particulare, ac separatum priuilegium nihil commune habēt, cum supredicta extensione, videlicet, quod ipse D. Innocentius, & sui nepotes vsque ad tertiam generationem possint affrancare bona emphyteuticaria, quæ recognoscunt ab Augusta abbatia Nonantulæ, iuxta priuilegiū concessum per sanctæ mem. Clementem Octauum Mutinēsibus, et Nonantulanis, ac si essent Ciues Mutinēsses, et Nonantulani, et clausulę decernentre, quę ibi sequitur in eodem Breui videtur tollere hanc difficultatem in hæc verba, decernentes exemptiones, immunitates, et libertates, de quibus scilicet in prima parte extensionis, cęterasque concessiones, gratias, et indulta, de quibus in secunda parte affrancationis, Tibi Innocentio scilicet, tuisque hæredibus, et successoribus prædictis ex titulo veræ exbursationis, etc. cōpetere, vt sic constet clarius supra de hæredibus D. Innocentii, non autem de hæredibus nepotum 32 intellexisse maximè † cum clausula, huiusmodi in dubio interpretanda sit fauorabiliter, vt fuit dictū in Romana Fructuum 9. Decemb. 1602. coram R. 33 P. D. Pena, prout † in dubio quoque etiā decernerentur magis dilecti hæredes proprii D. Innocentii, quam hæredes nepotum, præsertim cum pe- 34 nes eos stent bona priuilegiata, † et in dubio potiùs quoque sit intelligen. de primis, et immediatis hæredibus, quàm de hæredibus nepotum, *ad Bald. in l. qui liberis. §. hac verba num. 2. ff. de vulg. & pupill.*

Nec dicatur, quod D. Innocentius condiderit testamentum, et reliquerit hæredes nepotes vt voce quandoq; dictum est, quia de hoc nullum verbum in processu, quin potiùs constat Ill. DD. Herculem, et Iulium eius fratres in Ciuitate Bononię declaratos fuisse hæredes, hæreditatem adiuisse, etiam cum confectione Inuentarii, et pro talibus se gessisse, et gerere actiuè, et passiuè, et contra ipsos vti tales executum fuisse monitorium ad instantiam Illustrissimi Regiminis.

Quæ dicta sint non vt decidemus, quod DD. hæredes dicantur sine difficultate in Breui comprehensi, cum sit suspensum petitorium, et tantum agatur de mandato in summariissimo, sed vt ostendatur saltem esse probabile dubium, an sint compre- 35 hensi, † quo casu negari non potest, quin eorum status, et quasi possessio dicatur colorata, vt est dū 36 dum sit mandatum de manutenendo, † quod detur regulariter etiam non habenti titulum, *Rota in Bononien. Iurisdictionis coram Card. Lancellotto seniore 1. Februarii 1574. in Vmbriaticen. Parochialis 1. Iulii 1613. coram Reuerendiss. Sacrato. Cōtard. de moment. poss. limit. 2. §. 8. num. 49. & seq. Rota diuersor. decis. 99. sub num. 2. par. 1. Plot. in l. si quādo. num. 99. ibi etiam sine titulo. 107. & seq. C. vnde* 37 *vi.*, et † vbi requiritur, sufficit coloratus, *Cassad. de restit. spoliat. decis. 1. sub num. 10. vers. item suf-* 38 *ficit titulus*, et † dicitur titulus coloratus, qui processit ab habente potestatem, vt in casu nostro, *Guidop. decis. 85 num. 2. vers. in qua, & Capic. decis. 77. in fi. num. 14. Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 43. & de recuper. remed. 15 nu. 463. vers. de-* 39 *claratur 3.* et † non admittit exceptiones, *Rota dicta decis. 99. sub num. 2. Osasc. decis. 116. num. 7.*

40 Quin immò † datur etiam ei, qui ex falsa causa cepit possessionem, *vt in dicta Romana Praecedentia 15. Iunii 1590. coram Orano*, et aliis pro alia parte deductis.

Et quia à principio considerauimus tres status actum circa istam quasi possessionem, Primum de quo nos egimus pro DD. hæredibus, Secundum pro Illustrissimo Regimine actuum 40. & tertiū pro hæredibus actuum 30. vsque ad diem introductionie litie, firmato primo pro hæredibus, qui facilius admittitur, quia tempore acquisitionis Illustriss. Regimin. nec possidebat, nec erat in aliqua

possess.

possessione istius prætensę exactionis, si D. Innocẽtius mortous est in statu exemptionis, & cum Breue extẽsionis io maoibus, secũdus status non potuit
41 haberi in consideratione, † isti actus dicuntur turbatiui, & spoliatiui, *ad Card. Seraph. in contrariũ allegat. dec. 1106. nu. 2.* & intrat tertius status hæredum, qui, si dici potuissent spoliati, quod negant,
42 recuperassent, † ipsique existentibus io quasi possessione tempore litis motæ dandum est mandatũ,
43 † cum attẽdatur vltimus status, *cap. cum Ecclesia. de cauf. poss. & propriet. vbi Doct. Oldrad. cons. 312. sub. nu. 2. vers. & dato sine præiudicio. Card. Seraph.*
44 *decis. 1213. nu. 5.* † qui vltimus status nec est vitus spoliatiuus, quidquid exaduerso dictum sit, quia, & pro hæredibus stat anterior, seu primus status, seu quasi possessio, vt mox, & prius deductum est, &
45 † regulariter solet semper dari mandatum ei, qui sit ãterior possessor, *c. licet cau. cũ, ibi aar. de probat. Card. Seraph. dec. 1038. nu. 1. & 1041. Rot. diuers. decis. 802. num. 1. par. 1.* confert decretum illustrissimi D. Cardinalis Barberini Legati, qui sapienter
46 omnia considerans, ad tollẽdas turbationes, † pro quibus tollendis fuit hoc remedium introductum, *Couar. pract. qq. 4. 17. sub. num. 1. Card. Seraph. decis. 299. num. 2.* mandauit hæredes manuteneri vsque ad eius cognitum eo modo, quo tractabatur D. Innocentius, & hoc in executione Breuis.

47 Quamuis enim † decretum istud fuerit factum sine citatione partis, sicque dicatur potiùs ex offi-
48 cio, quam ex interdicto, & † sit prouisionale atque
49 interloquutorium, tamen † traxit secum executionem, & appellatione non potuisset suspendi, & si appellatum exstitisset, vt io primis iosormationi-
50 bus supponebatur, quod non apparet, & licet † potuisset quandocunque reuocari, id intelligeo. est, quoties deinde de meliori possessione Cameræ Bononiæ coostitisset, *Rota diuers. decis. 641. num. 8. p. 1. Card. Seraph. decis. 1295. per tot. & præsertim à principio vsque ad num. 5.* de qua meliori possessione censui ex relatis hodie oon constare.

Non obstant, quæ dicebantur de assistentia Iuris pro Illustrissimo Regimine quoad vniuersam Ciuitatem, vt pro exactione ab vno dicatur acquisita quasi possessio quo ad omnes.

51 Primo, quia † Ius commuoe potius assistit libertati non soluendi, *Bald. in l. si plures num. 14. C. de cond. inter. Bertach. de Gabellis 1. par. num. 26. vers. & omnis locus est liber à gabellis de Iure.*

52 Secundo, quia † assistentia tunc operaretur, quãdo ex vtraque parte essent actus paris potentiæ, vt possit sic obtinere, qui assistentiam haberet, sed in casu isto primus, & vltimus status potentiores sũt pro hæredibus, & sic habent etiam assistentiam
53 dicti decreti Illustrissimi Legati, † quod adhuc
54 durat, cum non fuerit reuocatum. Ideò † sunt præferendi, *Rota diuers. dec. 595. num. 2. par. 1.*

55 Tertiò † procederet, quoties essemus sic io Iure vniuersali; & hæredes non ostenderent, se esse in statu, vel quasi possessione non soluẽdi, *ex decis. Card. Seraph. 18. per tot. & præsertim sub num. 3. & 561. in contrarium allegata in fin. num. 1. ibi & alius non est ex decis. 1295. sub num. 6. vers. atque*
56 *huic.* † quando enim alius est in contraria possessione, nihil facit dicta assistentia, *vt per Rot. dec. 416. alias 2. de præscript. sub. num. 3. vers. hæc vera si nullus alius. in nou.*

Quartò, quia siue hæc assistentia soluendi Gabellas dicatur Iuris, seu Priuilegij Iulij II. & aliorũ Pontificum, qui confirmarunt Statuta, & Capitula Datiorum, & Gabellarum, dicitur conquassata à priuilegio S. D. N. ex causa onerosa concesso, quod omni Iuris Statutorum, et Priuilegiorum auxilio derogat, et Dominis hæredibus assistentiam præstat, et licèt canonizatum adhuc non sit, tamen
57 † id præstant io summarijssimo possessorio, vt ad obtinendum mandatum satis sit probabiliter dubitari posse, an comprehendat hæredes illos, vt superiùs demonstratum est.

58 Quinto, quia † etiam datur mandatum de manutenendo contra assistentiam Iuris, contra Cameram, et Fiscum, contra Concilium Tridentinum, et contra Bullam io Cœna Domini, etiam quod adsit clausula sublata, & decretum irritans, *Rota diuers. decis. 99. per tot. signanter num. 5. vers. etiam si proprietarius esset fiscus. parte prima in Vmbriaticen. Parochialis prim. Iulij 1613. coram Reuerendiss. Archiepisc. Damasceno ibi ex eo, quod non fuerit seruata forma Conc. Trid. & inferius ibi, siquidem decretum irritans. & in Tudertina Assignationis 15. Iunij 1607. corã Domino Coccino circa principium, ibi, & neque facit quod constitutio, quæ legitur in die Cœnæ Domini. prout reperitur, Rotam sensisse dandam esse mandatũ de manutenendo contra ipsammet Cameram Bononiæ ad fauorem Dominorum de S. Petro non obstante statuto Bononiæ à Sede Apostolica cõfirmato vt in decis. 41. per tot. par. 2. diuers.*

Quod dicebatur Dominis hæredibus resistere ius ex l. vniuersali super sublocatione gabellarum, signanter autẽ ex dispositione Capitulorũ datiorũ Ciuitatis confirmat. à Sede Apostolica cũ decreto
59 irritanti, minus obstat, quia † quoad ius commune illud potius dicitur resistere impositioni, & solutioni gabellarũ, quam libertati non soluendi, vt superius diximus, quod vero ad statuta, seu capitula datiorum respondetur, quod posset considerari hæc resistentia, nisi in processu haberemus Breue SS. D. N. extensionis exemptionum competentium D. Innocentio indefinite ad Tertiam generationẽ suorum ex fratribus nepotum, & hæredum, & successorum, vt supra, cum amplissimis derogationi-
60 bus, † dum etenim tractatur, an breue, quod est in processu, intret pro hæredibus, ipsi sunt manutenendi, *decis. 1477. num. 3. & in d. Vmbriaten parochialis 1. Iulij 1613. coram Reuerẽdiss. Damasceno.*

61 Item † resistentia huiusmodi est correlatiua, seu correspectiua cum assistentia, de qua mox asserui-
62 mus, † si enim admittitur, dari mandatum contra eum, qui habet assistentiam iuris, *Conc. Trid. & Bulla in Cœna Domini, vt diximus*, consequenter datur ad fauorem illius, cui resistit ius, Cõcilium, & Bulla in Cœna Domini, vt in allegatis decisionibus, & ad intellectum constat.

Quo autem ad scientiam & patientiam Illustrissimi Regiminis est aduerten. primo quod viuente D. Innocentio Illustrissimum Regimen non erat in quasi possessione exigendi, sed ipse D. Innocentius io quasi possessione non soluendi, vt ostensum est. Vnde etsi de facto, & propria auctoritate hæredes se potuissent in eademmet quasi possessione absque colore priuilegij extensionis, non posset impugnari eorum quasi possessio ex eo, quod non
63 cõuenerit dicta scientia, & patientia, quia † requiritur scientia, & patientia illius, qui possidebat tempore, quo quis de facto se intruserit, vel in quasi possessione se posuerit, non autem eius, qui tunc non possidebat, *Ripa ex Innocentio, & alijs in cap. cum Ecclesia Sutrina. sub num. 64. vers. 3. declara esse. de caus. poss. & propriet. Rota diuers. decis. 229. num. 2. par. 1.*

Secundò, quod agitur hic de statu libertatis à
64 non solutione Gabellarum, † pro quo acquirendo de iure non requiritur scientia, & patientia, *Alex. de veriori, & magis communi. cons. 6. num. 4. lib. 1. tex in l. si parte. § si profundum. ff. quẽ ad seru. amittat. Ripa in d. cap. cum Ecclesia Sutrina. sub num. 64. vers. Fallit.*

Tertiò, quia res est extra omnem difficultatem,

cum constet de titulo, saltem colorato ex Breui 65 Apostolico, siquidem † non est necessaria scientia, & patientia habenti titulum, *Cepoll. de seruit. rust. præd. cap. 2. num. 5. Card. Seraphin. decis. 1213. numer. 7.*

Nec potest dici, quod secuta morte D. Innocētij statim, antequam hæredes se posuerint in quasi possessione non soluēdi, ius exigendi gabellas fuerit deuolutum ad Illustrissimum Regimen, atque 66 incorporatum, vt † solet incorporari possessio naturalis existens penes feudatarium, & emphyteutam cum ciuili existente penes D. directum, secundum quod voce, & non scriptis propositum 67 est. Quia † iste terminus dominij directi, & vtilis, & possessionis Ciuilis, et naturalis non accomodatur materiæ solutionis Gabellarum penes Doctores, quos viderim, et quatenus accomodaretur resolutio videretur facien. contra Illustrissimum 68 Regimen quia † datur mandatum de manutenendo ad fauorē hæredum feudatarij, et emphyteutæ aduersus patronum donec cognoscatur de causa deuolutionis, *cap. 1. §. inter filiam. & ibi glos. in ver. Interim, 51. si de feudo defuncti cont. sit. inter Dominum, & agnatos. Bero. cons. 73. sub. num. 39. vers. vlt. si fieret lib. 1.*

Nō obstat quod datia huiusmodi, seu gabellę exi 69 gātur auctoritate Apostolica, et † non d tur mandatum aduersus summum Principem, seu saltem requiratur exhibitio tituli colorati.

70 Quia † dare mandatum contra Cameram Bononien. non est dare contra Papam vt in puncto dixit Rota diuers. decis. 594. sub num. 8. vers. propterea hic non agitur. par. 1. et iam demonstratum est 71 † dari mandatum etiam aduersus dispositionem Concilii, et Bullæ in Cœna Domini, et in omni casu pro hæredibus concurrere legem supremi Principis, Breue scilicet prædictum Apostolicum derogans omnibus cum clausula sublata, et decre-72 to irritanti † sufficiens in hoc iuditio summariissimo.

73 Et licet † actus possessorii hæredum fuerint ex admissione, seu tolerantia gabellariorū, nihil est.

Primò, quia etiam de iure communi sufficerent, *Crauett. cons. 825. nu. 4. & seq. Gabr. cons. 149. num. 31. & 32. in secundo.*

Secundò, quia hæredes reperiuntur descripti in libro exemptorum ad portas, secundum quod videntur disponere capitula datiorum.

74 Tertiò, quia † auctoritas Breuis extendentis exemptionem ad hæredes, quantum sufficit in hoc iudicio, tollit omnem scrupulum etiam quoad id, quod dicebatur de mutatione qualitatis, et superuenientia alterius, ex *Rota in Placentina donationis, seu prouisionis 20. Iunij 1588. coram Giptio,* cū tenor, et auctoritas supremi Principis ex dicto Breui respondeat extendēs exemptionem de Clerico Cameræ Apostolicæ ad non Clericū positiuè cum decreto irritante, et clausula sublata, et derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo.

Nec tanta amaritudo consideranda est in hac resolutione, quasi quod nunquam fuerit auditum alios ciues nobiles, nec patricios viros prætendisse similem exemptionem, cum motiuante me de hoc fuerint ostensa priuilegia exemptionum amplissima a Sede Apostolica cōcessa Senatori Cornelio patri Illustrissimi Innocentii, et horum eius fratrum hæredum à fel. rec. Pauli III. ampliata à Carolo Card. Caraffa Legato vniuersali omnium locorum, et Præsertim Bononiæ sub Paulo IV. sub datum Bononiæ 1556. kal. Martii anno II. et à Pio IV. 1560. 20 Aprilis, anno I. et à Pio V. 1567. 8. Martii anno II. relata, et confirmata.

75 Præter quod † ex tenore Litterarum Apostolicarum reuocantium, seu moderantium exemptiones dioecesis nobilibus Bon. cōcessas, constat, quod alii plurea aderāt exēpti, etiā expressi in litteris S. me. C. VIII. in forma Breuis, sub datū die 3. Aprilis 1603. Pontif. sui anno XII. et prius sub die 19. Iunii 1596. Pro Dominis, scilicet de Guastauillanis, de Grassis, et de Torfaninis, etc. in quibus reuocātur omnes exētiones, exēptis datiis portarum, molendinarum, et sgarmigliati, vtsic ex tenore etiam harum litterarum impressarum, et registratarum in actis Amadei notarii A. C. die 5. eiusdem præsentis Aprilis 1605. exemptio ad portas Ciuitatis, de qua agitur in hoc processu, non fuerit reuocata, sed expresse omnibus exemptis reseruata.

R.P.D. Ghislerio

Auximana Census

Lunæ 23. Iulii 1636.

S V M M A R I A.

1 *Exemptionis priuilegia quantumcumque lata non includunt exemptionem ratione rei alibi sitæ, vel contractus, seu delicti alibi facti, sed efficitur quis de iurisdictione Iudicis loci rei, cōtractus, vel delicti exemptione non obstante, quamuis non dicatur, nec efficiatur subditus, & nume. 2. Ampl. vt. num. 3. 7. & 10.*

4 *Actio realis principaliter respicit rem ipsam, & quodammodo ipsi rei cohærere videtur, & num. 16.*

5 *Rem reus defendere tenetur in loco eius situationis Ampl. vt num. 6.*

8 *Clausula derogatoria semper intelligitur, quatenus ea quibus derogatur, contrarientur dispositis.*

9 *Clausula reuocatoria alicuius legis, vel statuti eatenus legem, vel constitutionem reuocare videtur, quatenus cum ipsa lege reuocante repugnantiam continet, & non in plus.*

11 *Concessione facta de eo, quod erat concessum de iure communi, nunquam intelligitur ex ea concessum aliquod nouum. Ampl. vt num. 12.*

13 *Exemptio non generalis, sed ad certam speciem iurisdictionis restricta, excludit dispositionem c. 1. de priuil. in 6. Decl. vt num. 14.*

15 *Bonorum appellatione veniunt bona vbicumque existentia, nisi in dispositione restringantur.*

17 *Actio in rē scripta quodammodo inhæret ipsi rei.*

18 *Actio realis, & in rem scripta quoad forum æquiparantur.*

19 *Dispositio c. 1. de priuil. in 6. non procedit, quando exemptus non fuit repertus in loco rei sitæ, nec ibi diffinitiua contra ipsum, quamuis citatum, ferri potest. Decl. vt. num. 20. 22. & 23.*

21 *Procurator personam domini repræsentat.*

24 *Lauretani, Superiore, & Protectore non contradicente, qui potest causam auocare, & reassumere, si velit, non obstante prorogatione, possunt in proprium præiudicium prorogare iurisdictionē eorum, quibus circumscripta exemptione erant subiecti, & multo minus possunt post sententiam dare de defectu iurisdictionis.*

25 *Fructus non præsumantur percepti ab eo, qui ad possessionem fuit associatus, & nu. seqq.*

26 *Litterę à tertio scriptæ, qui obierit, & esset affinis & agens, suspectæ non dicuntur, & deseruiunt pro adminiculo.*

27 *Confessio, quæ sit adminiculata, est attendenda.*

28 *Adminicula tollunt omnem occasionem falsitatis.*

29 *Possessio non infert perueccisse ad fructuum perceptio*

ptionem, non ad realem insistentiam.

30 Possessio instrumentalis non probat fructuum perceptionem, præsertim in concursu aliorum contradicentium, & possidentium, & num 45.

32 Possessor anterior, qui capit manutentionem petere sequuta immissione posterioris, eamque obtinuit, præsumitur etiam fructus percepisse, quãuis non doceatur de executione mandati de manutenendo, & num. 35.

33 Continuasse quis præsumitur in anteriori possessione, dum non acquieuit posteriori, sed agere cœpit ad manutentionem, & obtinuit, & num. 39.

34 Manutentio non tradit possessionem, sed traditam, vel habitam declarat, seu confirmat absque alia executione.

35 Fructus percepti præsumuntur à vero, & corporali possessore.

36 Possessori in associatione nõ citato possessione probata competit manutentio.

37 Mandatum de manutenendo resoluit associationẽ partis aduersæ, & facit omnia redire ad primum principium.

38 Fructus in mandata de manutenendo veniunt à die motæ desuper litis.

40 Manutentio non debetur illi, qui desijt possidere, sed reintegratio.

41 Iura, quæ tendunt ad excludendum excessum sententiæ de partibus, nihil refert, si in ipsis partibus, vbi de tali excessu non fuit appositum, producta non fuerint.

42 Sententia si infirmetur ex nouiter deductis, potest etiam ex nouiter deductis defendi.

43 Præsumptio perceptionis fructuum non procedit coniecturis concurrentibus in contrarium.

44 Probationes sufficiunt leuiores ad effectum associationem obscurandi.

46 Testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis non est fides adhibenda.

47 Hæres seruare tenetur factum defuncti.

48 Viro, qui substinet onera matrimonij, debentur fructus dotis.

49 Mulier cedens viri creditum dicitur illud in solutum recepisse pro dote.

50 Solutio vera dicitur in solutum receptio.

51 Solutio crediti dotalis recipi potest à muliere sine solemnitatibus.

52 Relato non exhibito referenti non creditur in præiudicium tertij, quamuis quantitas sit expressa.

53 Confessio relatiua non nocet absenti, nec ei, cui est ius quæsitum.

54 Creditum illiquidum possessoris non impedit immissionem alterius.

55 Cedere, ac in alium transferre quis non potest ius, quod non habet.

56 Hypotheca ad tempus solutionis dotis limitata nõ retrotrahitur ad tempus promissionis, sed incipit à die traditionis.

57 Retentio non competit mulieri nisi in his bonis viri præmortui, quæ constat illo viuente possedisse iure familiaritatis, puta in domo, & mobilibus, secus in alijs.

58 Possessio non extenditur de re ad rem.

59 Creditum effectum illiquidum per aliquorum fructuum perceptionem non potest alteri manutentionem impedire, nisi iterum liquidetur.

60 Retentio, quæ matri non competebat, multo minus competit filiæ.

61 Filia maiora iura habere non potest, quam mater haberet.

62 Hæres sine beneficio legis, & inuentarij tenetur ad defuncti debita.

63 Statutum seruari debet inter personas de eodem loco.

64 Statutum Montis Filatrani excludit fœminas ab hæreditate dotantis.

65 Filius, vel filia siue agendo, siue excipiendo tenetur aditionem hæreditatis matris probare.

66 Suitas non datur in matre, sicut patre.

67 Lucrum dotis regulatur ex statuto domicilij viri, non vxoris.

68 Statuto iuuari qui vult, debet illius qualitatem probare.

69 Nullitas contractus minoris mortui ex defectu solemnitatum non potest opponi per eum, qui non sit illius hæres.

70 Contractus minoris sine solemnitatibus est nullus illo volente, sed illo nolente est validus.

71 Solemnitates in contractu minorum sunt ad eorũdem fauorem inductæ.

72 Contractus minoris nullus validatur ex lapsu quinquennij post maiorem ætatem vna cum solutione.

73 Manutentio debetur ei, qui habet immissionem validam, & iustam.

Decisio DCXLVII.

INhærendo decisioni in hac causa factæ coram me x. Martij præteriti, censuerunt DD. sustineri resolutionem ad fauorem Dom. Camilli Rinuccini pro illius manutentione in possessione bonorum, de quibus agitur, quam vigore sententiæ immissionis in Saluiano obtinuit à Locumtenente Gubernatoris Marchiæ, quia dictæ sententiæ validitas, & Iustitia subsistit ex deductis in eadem decisione, & quæ hodiè replicantur pro Riccardis, non tollunt fundamenta decisionis.

Siquidem primum motiuum ratione Iurisdictionis, ex quo fel. record. Paulus Quintus non solum Ciues Lauretanos exemit à Iurisdictione cuiuscumque alterius, sed etiam illorum bona, vt in Motu proprio sub Datum Tusculi quarto Idus Septembris anno 1620. nihil facit, quominus ex natura actionis Riccardi quantumuis Ciues Lauretani non possent conueniri coram Iudice, in cuius Iurisdictione erant bona, quia ponderatis verbis exemptionis, de qua in Motu proprio, ibi, eãdemque Ciuitatem Lauretanam, eiusque districtum, Comitatum, & territorium eiusque homines, res, & bona iura, causas, & actiones quascũque à prædicta legatione, seu gubernio Prouinciæ Marchiæ fuisse, & esse penitus, & omnino separatos, separatas, & separata, &c. patet designatam esse exemptionẽ Ciuitatis, Districtus, & Territorij, eiusque hominum, rerum, & bonorum: Ideoque non comprehendere personas, res, & bona extra Ciuitatem, Territorium, & Districtum Lauretanum existentia, ita quod intret dispositio Textus in cap. 1. de priuil. in 6. vbi ne exempti limites libertatis ex-

1 cedant, declaratur, quod, † quantumcumque sint exempti, si tamen conueniantur ratione rei sitæ extra locum exemptum, possint coram Ordinario ratione rei sitæ conueniri, ponderando præcipuè illud verbum, quantumcumque sint exempti, quod denotat exẽptionẽ quantũuis amplã recipere prædictã interpretationem datam ab Innocẽtio Quarto in Concilio Generali Lugdunensi, vbi compilatum fuit dictum Capitum Primum de priuileg. in 6. & Gemin. ibidem num 3. inquit, nota quod priuilegia exemptionis quantumcumque sint lata, nõ includunt exemptionem ratione rei, contractus, vel delicti concernentia loca non exempta, & Franc. num. 2. ait secundo teocmenti, quod priuilegium plenæ exemptionis quantumcomque latũ non includit exemptionem ratione delicti, contractus, vel rei, de qua agitur, dummodo locum non exemptum concernat, & Paul. de Castr. in l. fin.

fin.in princip.vers.item ratione possessionis, C.vbi in rem actio exerceri debeat, dicit in loco, vbi est res, potest quis conueniri actione reali, non obstante quocumque priuilegio generaliter concesso, quod non possit conueniri, nisi sub certo Iudice, patet ergo, quod ratione delicti, contractus, vel rei, efficitur quis de Iurisdictione Iudicis illius loci, quãtumcumque contrahens, vel delinquens sit exem-
2 ptus, † licet non dicatur, nec efficiatur subditus, *secundum gloss.singularem, in verb. subditos, in Clement.1.de for.compet.& d.Text.in d.cap.1.de pri-*
3 *uil.in 6.* † habere locum in quacumque exemptione, & esse intelligendum de priuilegio plenæ exemptionis quantumcumque lato, pluries firmauit Sacra Congregatio Concilij, & tenuit *Rota in Baren.Iurisdictionis 20.Maij 1603.coram Eminentis-*
4 *simo Card. Verospio*, ea ratione, quia † actio, qua agitur ad rem, principaliter respicit rem ipsam, & quodammodo ipsi rei videtur cohærere, *§.omnium instit.de actio.l.fin.C.de præscript long temp.*
5 *l.non alias.§.fin.ff.de Iudic.* & ideo † reus eam defendere tenetur in loco, in quo sita est, ex qua ratione infert *Barbos.in l.hæres absens, §. proinde, in*
6 *art.de foro ratione rei sitæ, ff.de Iudic.nu.3.* † hanc conclusionem procedere, etiamsi reus habeat priuilegium, ne teneatur respondere, nisi coram certo Iudice: Nam non obstante Priuilegio tenetur rem defendere, vbi sita est, propter rationem, de qua supra.

Non obstat amplitudo verborum priuilegij deducta ex illis dictionibus, *penitus, & omnino*, & infra, *perpetuo separamus, & plenissime eximimus, &c.* quia ex supra allegatis probatum fuit,
7 † *text. in dicto c.1.* procedere in priuilegio plenæ exemptionis quantumcumque lato, nec decisio *Rotæ in Cæsaraugustana Cameraria 16. Nouembris 1632. corã R.P.D. meo Pirouano*, applicatur huic casui, ex quo procedit in diuersis terminis, vt ex lectura patet.

Pariter nihil facit derogatio Concilijs vniuersalibus, de qua in Motu proprio cum clausula, *quorum tenores*, quia priuilegium integrum plura alia continet, quibus applicari potest dicta dero-
8 gatio, non autem solam Iurisdictionem, & † clausula derogatoria intelligitur semper, quatenus ea quibus derogatur, contrarientur dispositis, *Alex. cons.7.nu.17.lib.7.* Ad quod facit Theorica, *Bart. in Extrauag.ad reprimendam.in verb.non obstanti-*
9 *bus.num.12.* vbi quod † clausula reuocatoria alicuius legis, vel statuti, eatenus legem, vel Constitutionem reuocare videtur, quatenus cum ipsa lege reuocante repugnantiam continet, & non in plus. Hoc dictum refert *Alex.cons.22.num.2.lib.1. Ludou.Gomez.in cap.1.num.135.de Const.lib.6.Rom.cons.57.num.1.& 2.Rota coram Mans. decis.104. num.5.* Et in terminis etiam fortioribus specialis derogationis extat doctrina *Gemin.in d.cap.1.§.in cor autem de Priuileg.in 6.vbi num.9.* dicit, Ordinem Cisterciensem habuisse priuilegia plenæ exemptionis, & post istud Capitulum impetrasse ab Innocentio IV. auctore istius, vt fuit dictũ supra, ne istud Capitulum derogaret priuilegijs suæ exemptionis, sed, cum dubitaretur, numquid coram Ordinario possent conueniri super decimis prouenientibus ex fundis positis in loco non exempto, quia Papa concesserat eis, quod istud Capitulum nihil præiudicaret, & refert, se affirmatiue consuluisse, & suo Consilio subscripsisse quasi omnes Doctores Bononienses, quia inquit de Iure communi ante prædictum Capitulum, casus prædictos non fuisse comprehensos in priuilegijs, licet igitur Papa concesserit gratiam Cisterciensibus, ne per prædictum text. præiudicaretur suis priuilegijs, attamen non per hoc sequebatur, vt virtus comprehẽsiua priuilegiorum extenderetur ad casus, de quibus in dicto textu. Et *Franc.in dicta text.* sequitur
10 hanc opinionem ea ratione, quia † quantumcumque sit plena exemptio, numquam includit dictos tres casus, *& nu.1.vers.est tamen ex hoc*, infert, esse necessarium, quod in priuilegio declaretur, quod in his tribus casibus coram Ordinarijs conueniri non possint, alias per simplicem derogationem prædicti Capituli non censetur concessa iurisdictio in dictis casibus, & propterea in dicto casu Cisterciensium, Papa concedendo, quod ista decretalis in nullo deroget illorũ priuilegijs, bene dixit, quia illa priuilegia non includebãt istos tres casus, ergo eis non derogauit; nec potest fieri vis in illo verbo cõcedimus, per quod videtur aliquod
11 de nouo concessum, quia † quoties conceditur illud idem, quod erat concessum de iure communi, numquam intelligitur aliquod nouum concedi, vt patet *in c.& si Christus in fin.de iur.iur.gloss.in c.1.*
12 *de rescript.* † Quæ doctrinæ facilius procedunt in isto casu, in quo neque in dispositiuis, neque in exequutiuis adest specialis derogatio dicti *Capituli primi*.

13 Nec releuat, quod † cum exemptio, de qua agitur, nõ sit generalis, sed restricta ad certam speciẽ Iurisdictionis, nempè legationis, seu gubernij Prouinciæ Marchiæ, inferatur, non intrare dispositionem dicti Capituli, ex traditis *per Couar. pract. quæst.cap.11. num.5.* quia distinctio data à *Couar.* reprobatur in terminis à *Rota in dicta Baren.iurisdictionis coram Eminentissimo D.Cardinali Verospio, vbi supra num.4.* & idem *Couar.dicto nu.5.in vers.*
14 *igitur in summa, &c.* explicat, † vt non procedat dictus textus, quando conceditur certa species iurisdictionis, vel eximuntur personæ absque circũscriptione loci, secus autem, quando priuilegium est certo loco circumscriptum, quia eo casu delinquens, aut contrahens extra illum locum, etiamsi iure communi fuerit exemptus, ac iuris cõmunis priuilegio munitus, poterit puniri per Iudicem illius loci, vbi deliquerit, & apud eum Iudicem tenebitur ex contractu respondere, qui Iudex est illius loci, vbi contraxit. Nos autem versamur in hoc secundo casu, vt patet ex verbis Breuis.

Quod motus proprius fel. record. Pauli V. ex-
15 pressè separet bona, & causas quascumque, & † appellatione bonorum veniant bona vbicumque existentia, tollitur ex lectura eiusdem priuilegij, in quo nõ eximuntur bona Lauretanorum, sed bona Ciuitatis, districtus, & Territorij, ibi *camdemque Ciuitatem Lauretanam, eiusque districtum, Comitatum, & Territorium, eiusque homines, res & bona, iura, causas, & actiones quascumque, &c.* Vnde non veniunt bona quæ sunt extra Ciuitatem, districtum, & Territorium, vt fuit dictum supra. Quod
16 autem † causæ, & actiones super rebus agitatæ dicantur quodammodo Inhærere ipsi rei, probatur *ex l.fin. C.de præscript.long.temp.l.non alias §.fin.*
17 *de Iudic.& bene per Barbos.vbi supra* † idemque
18 procedit in actione in rem scripta, quia † quoad forum æquiparatur actio realis, & in rẽ scripta, vt dicit *Innoc. in c.Dilectus il secũdo de rescrip.c.ex parte de for.comp. Tiraq.in tract. lignag.§.8.glos. 5. in princ.vsque ad numer.15.* Altera difficultas,
19 quod † dispositio dicti textus non procedat, quãdo exemptus non fuit repertus in loco rei sitæ, itaut non possit ferri diffinitiua contra ipsum, quã-
20 uis fueris citatus, cessat ex eo, quod † sufficit Iudicium fuisse agitatum cum eius Procuratore, quia perinde est, ac si Lauretanus ipse fuisset citatus,
21 cum † Procuratores personas Dominorum repræsentent, vt ex allegatis per *Vinc.de Franch. decis.*
22 *177.num. 5, & seqq.* & † allegati in contrarium procedunt, quando ageretur actione personali ex

por-

promissione facta vbique soluendi, sed quando actione reali secus, quia hoc casu de iuris disposi-
23 tione, post sibi conueniri poterit actione reali, † & maximè quando Procurator est in specie constitutus pro defensione rei, vt in isto casu.

Subsistit etiam aliud fundamentum decisionis,
24 quod † Lauretani superiore, & Protectore non contradicente, qui potest causam auocare, & reassumere, si velit, non obstante prorogatione, possunt in proprium præiudicium prorogare iurisdictioné eorum, quibus circumscripta exemptione erant subiecti, declarât *Nart. Surd. & alii allegati in decisione.* et ita tenuit Rota in *Casalen. de Carettis 2. Maij 1582. coram Comitulo.* et sic multo minus possunt post sententiam dare de defectu iurisdictionis.

Non obstat secundum motiuum contra decisionem deductum ratione excessus, ex eo, quod ante dictam sententiam D. Rinuccinus fuit associa-
25 tus, † vnde præsumitur percepisse fructus, & sic summam scutorum 326. pro quibus tunc egit, & quæ postea fuerunt comprehensa in dicta sententia immissionis, de cuius validitate agitur, quia subsistit responsio decisionis, quod non constat de effectuatione dicti mandati de associando, quia non fuerunt eiecti Francisca, & Rascantes, vt ea cófessione Franciscæ, quæ fuit vxor Simonis Gentiloni debitoris census quoad vnam medietatem tenutæ, de qua cófessione in instrumentis de anno 1628. & de anno 1629. & in litteris datis in summario,
26 & ponderatis in alia decisione, † quæ licet sint scriptæ à Tertio, attamen cum obierit de anno 1628. & esset affinis, & agens Franciscæ, cessat suspicio, & deseruiunt pro diminiculo. Et ex detentione Aurelij Rascantis, quoad aliam medietaté,
27 † dicta autem confessio est attendenda, tamquam adminiculata, nempè possessione Franciscæ capta: continuata, & renouata, ac inhibitione alteri par-
28 ti præsentata, † quæ adminicula tollunt omnem occasionem falsitatis. *l. Instrumenta. C. de probat. Rota in Ferrarien. pecuniaria 24. Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Motmanno.* Quibus stantibus parú refert, quod D. Rinuccinus in monitorio super manutentione in possessione exequuto contra eá-
29 dem Fräciscam asseruerit, se possidere, quia † inde nó sequitur pernecessè perceptio fructuum, neque realis insistentia. *Rot. decis. 528. nu. 2. pars. 3. recent.* & in fortioribus terminis de possessione instru-
30 mentali, quod † non probet perceptionem *bo. me. Card. Caualer. decis. 138. per tot.* præsertim in concursu aliorum contradicentium, & possidentium.

31 Non obstat, quod † saltem præsumatur percepisse fructus ea illa medietate, in qua Rascantes obtinuerat mandatú de manutenédo de anno 1627. & sic post annum à die mandati de associando,
32 quia † obiectum procederet si Rascantes acquieuisset executioni per annum, sed constat, ipsum cæpisse agere ad manutentionem de eodem anno 1626. quo D. Rinuccinus obtinuerat mandatum
33 de associando, † quod sufficit, & si non doceatur
34 de executione mandati de manutenendo, quia † id probat, eum continuasse in anteriori possessione, eo quod manutentio non tradit possessionem, sed traditam, vel habitam declarat, seu cófirmat absq; alia executione, vt bené animaduertit *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 57. Rota coram Seraphino de-*
35 *cis. 1295. nu. 4.* Ideò † fructus anno 1626. præsumuntur ab ipso percepti, cum esset verus, & cor-
36 poralis possessor, qui † cum non fuisset citatus in associatione concessa D. Rinuccino, probata illius
37 possessione, obtinuit manutentionem, † per quam fuit saltem resoluta associatio D. Rinuccini, &
38 omnia redierunt ad, primum principium, † ea
39 quo fructus veniunt à die motæ litis. Vnde † exclu-

ditur præsumptio perceptionis fructuum, & probatur respectu medietatis tenutæ, quæ possidebatur à Francisca, eam impediuisse executionem mandati, vigore inhibitionis ratione suæ dotis. Respectu verò medietatis, quæ de tempore associationis possidebatur per Rascantem, iustificatur etiá paulò post associationem obtinuisse mandatum, & sic indubitatum est, intrare supra deducta, cum num-
40 quam desierit possidere, † alias illi non competijsset manutentio, sed reintegratio.

Non obstat, quod iura probantia dictam associationem non habuisse effectum, non fuerint producta per D. Rinuccinum coram Iudice de parti-
41 bus; quia † non fuit opus, ex quo tunc non fuit op-
42 positum de prætenso excessu, & † dum hodie para vult infirmare sententiam ex nouiter deductis, ita licet etiam ex nouiter deductis illam defendere. *Rot. decis. 68. nu. 10. & 11. post Pacif. de Salu. cum alijs per adden. ad decis. Greg. 272. sub numer. 9.*
43 Quare † cum prætensa perceptio fructuum non probetur, nisi præsumptiuè, & concurrant tot coniecturæ in contrarium, talis præsumptio non habet
44 locum maximè, quia † ad effectum obscurandi dictam associationem sufficiant leuiores probatio-
45 nes, & quod † non sufficiat ad istum effectum possessio instrumentalis, dixit *Rota coram bo. me. Ca-*
46 *ualerio d. decis. 138.* † Nec est adhibenda fidea testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis ex deductis in alia decisione *in §. Nec facit.*

Minus subsistit obiectú anterioritatis dotis Fräciscæ, & Septimiæ quia cú nó probetur solutio dotis Fräciscæ, vt laté fuit deductú in alia decisione; Nam loca Montium fuerunt alienata à Luca Feo
47 dotis promissore, cuius fuit hæres Fräcisca, † quæ propterea tenetur seruare factum defuncti. *l. cum*
48 *à matre. C. de rei vend.* Imò † vti talis tenebatur soluere fructus dictorum locorum Montium, quæ à viro exigi non potuerunt, cum onera matrimonij sustinuerit, *glos. in l. de diuisione vbi Bart. & Alex. num. 12. & Soccin. num. 9. ff. de solut. matrim. Ias. in l si Donatarijs. §. 1. numer. 16. ff. de condit. ob caus. Castr. cons. 11. num. 4. vers. quatenus autem. lib. 1. Surd. cons. 190. numer. 31. vol. 2.* Creditum verò Cataneorum minus fuit à Simone exactum, sed té pore illius obitus extabat, & à Francisca fuit ces-
49 sum Riccardis, † per quam cessionem dicitur recepisse idem insolutú, *Aym. cons. 200. nu. 2. Ruin. cons. 107. num. 2. vol. 1.* et consequenter intrat sa-
50 tisfactio, cum † receptio insolutum sit vera solutio
51 *Dec. cons. 99. nu. 4. Surd. cons. 145. num. 29.* † quam solutionem potuit mulier recipere sine solemnitatibus, *Mantic. decis. 344. nu. 7.* et fuit dictum, *in Romana Saluiani 9. Decembris 1613. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Quo verò ad prætensam solutionem alterius crediti scutorum 900. in alia decisione fuit dictum, illam non probari, nisi per confessionem habentem relationem ad aliud in-
52 strumentum, † quo non exhibito, non creditur referenti in præiudicium tertij, licet quantitas sit expressa, vt distinguit *Gratian. decis. Marchia 103.*
53 *num. 16. & 17.* et † eo magis, quo dicta confessio emanauit Cattaneis absentibus, et tempore, quo céssus venditus erat D. Rinuccino, cui propterea nó obest, vt de communi *Negusan. de pignor. in 4. membr. 2. part. sub nu. 76. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. nu. 25.* sed quatenus re vera Simon recepisset dicta scuta 900. nihilominus Francisca, transeúdo ad secundas nuptias, secum asportauit vestes, & alia ornamenta pretiosa habita à primo viro, necnon supellectilia, & tradidit Riccardis creditum Accorrectorum debitorum Simonis, nonnulla animalia, & præter bona in dotem data, quæ erant Simonis, alia pro se retinuit, vt in Capitulis matrimonialibus, ac per plures annos percepit fru-

ctus omnium bonorum, quo fit, nisi sit inducta solu
54 tio, saltem † creditum sit adeò illiquidum, vt nō
poterit impedire immissionem D. Rinuccini, vt
55 fuit firmatum in alia decisione. Vnde, † si Franci-
sca non habebat ius contra bona Simonis primi
mariti, non poterat illud cedere, nec aliter trans-
ferre in Septimiam filiam, neque in Philippum
secundum Virum: Sed dato etiam quod Francisca
habuisset ius, & actionem in bonis Simonis primi,
Viri, adhuc tñ non releuarec, cū Procurator dicti
Simonis, qui cōtraxit sponsalia, nō haberet mādatū
nisi ad obligādū bona illius, postquā dos soluta fuis
ser, ideoque licet probaretur solutio, non suffraga-
retur, nisi etiam facta esset ante instrumentum cē-
56 sus D. Rinuccini, quia † tunc hypotheca limita-
ta ad tempus solutionis non retrotrahitur ad tem
pus promissionis, sed incipit à die traditionis, vt
in terminis tenuerunt *Thesau. quæst. 16. nu. 8. lib. 4. Criuell. decis. 133. nu. 26.* imò quatenus etiam fuis-
set creditrix anterior, attamen non competijsset
ei retentio, quam potuerit alijs communicare. Nā
respectu bonorum, de quibus agitur, in actis non
cōstat, Franciscam illa possedisse simul cum Simo-
57 ne viro iure familiaritatis †, ita q̄ non cōpetebat
in eis retentio, quæ tñ cōpetit in domo vel mobi-
libus, vel alijs iure familiaritatis ab Vxore posses-
sis, nō autē in prędijs rusticis, & alijs, quę nō probā
58 tur ab ipsa possessa, viuente Viro, † cum talis pos-
sessio nō extendatur de re ad rem, vt in specie te-
nuerunt *Aretin. cons. 77. num. 25. & Gabr. cons. 34. lib. 1.* vbi concludit, Vincentiam, quæ cum Viro
Caietæ vixit, possessionem domus positæ in Vrbe,
quam viuo Viro, iure familiaritatis non detinuit,
occupare non potuisse, nec detinere posse, sed sem-
per firmum remanet motiuum decisionis, quod, cū
constet, Franciscā ex pluribus corporibus bonorū
q. Simonis primi Viri percepisse fructus, prætē-
59 sum creditum effectum fuit illiquidum, & † nisi
iterum liquidetur, non potest dici constare de cre-
dito liquido ad effectum impediendi manutentio-
nem D. Rinuccini, vt præter decisiones in alia al-
legatas, firmauit *Rota in recent. decis. 609. num. 4. part. 4. & decis. 411. num. 24. & 26. part. 5. vltimo*
60 *loco impress.* Si igitur † Franciscæ non compete-
bat retentio in istis bonis, multo minus compete-
re potest Septimiæ quatenus etiam subsisterent ti-
61 tuli ab ea prætensi, † cum non possit maiora iura
habere, quàm haberet eius Mater, sed neque dicti
tituli subsistunt.

Nam respectu tituli dotalis bona, de quibus agi
tur, data fuerunt pro medietate dotis Septimiæ, &
in hac ipsa est creditrix posterior ipsi D. Rinucci-
no, quia cēsus fuit impositus à Simone anno 1614
& Septimia nupsit Hieronymo de anno 1629.
Quo verò ad aliam medietatem pro dote Franci-
62 scæ, illi successerunt filij primi matrimonij, † qui
fuerant hæredes Simonis debitoris sine beneficio
legis, & Inuentarij, vt fuit consideratū in *decisione in §. tertium obiectum*.

Nec subsistit, quod per mortem Franciscæ, Sep-
timia eius filia nupta Hieronymo successerit in
tertia parte, cuius ratione Informantes pro Ric-
cardis prætendunt sustineri anterioritatem, quia,
omisso, quod Francisca reliquit quinque filios, &
sic pars Septimię nō fuisset tertia, sed quinta DD.
censuerunt obstare Statutum Montis Filatrani ex-
clusiuum fœminarum propter existentiam mascu-
63 lorum, † illudque seruandum inter hæredes Fran-
ciscæ filios primi matrimonij, cum & filij, & parē-
tes sint de dicto loco M. Filatrani.

64 Nec facit, quod † statutum non excludat fœmi-
nas, nisi ab hæreditate dotantis, quia dū Septimia
dotata fuit etiam in bonis maternis, & signāter in
parte hæreditatis Lucæ Fei Franciscæ obuenta,
quam Romæ possidebat, Septimia proculdubio re
maneret exclusa ab hæreditate matris, & sic cessat
titulus hæreditarius, vltra quod in actis non cōstat
65 Septimiam adiuisse hæreditatē maternā, † prout
de Iure requiritur, quoniā filius, vel filia, siue agē-
do, siue excipiendo, tenetur probare aditionem hę
66 reditatis matris, eo quia † in ea non datur suitas,
vt in Patre, *Alex. cons. 172. num. 2. lib. 6. Magon. decis. Lucen. 62. nu. 14. Rot. coram Mantic. decis. 198 nu. 7. & in Romana Domus 27. Nouembris 1619. coram bo. me. Card. Sacrato*.

Minus subsistit, quod Philippus Secundus mari-
tus Franciscæ lucratus fuerit tertiam partem do-
tis eiusdem Franciscæ prædefunctæ secundum su-
pradictum Statutum M. Filatrani, quia fuit dictū,
67 † standum esse Statuto domicilij viri, non autem
vxoris, & sic attendendum esse Statutum
Lauretanum, quod non defert lucrum dota-
le, vt tenuit *Rota in Perusina lucri dotis 29. Nouē-bris 1599. coram Iusto, inter impress. par. 4. diuers. decis. 741. sub nu. 2. & in Bononien. dotis 7. Februa. 1620. confirmata. 14. Iunij eiusdem anni coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*, & in puncto, quod
Statutum originis Vxoris non sit attendendum ad
istum effectum lucri dotalis, sed Statutum domici
lij viri, vel dispositio Iuris communis decidit,
Alex. cons. 100. nu. 12. vol. 3. quem refert, & sequi-
tur *Surd. cons. 549.* ferè per tot, & præsertim *nu. 5. & 6.* prout non applicatur *decisio Bononien. dotis de Carandinis 22. Maij 1619. coram bon. mem. Buratto*, quia in illo casu maritus, & vxor erāt ambo
de Terra Centi, in qua erat Statutum de lucro do-
tis, & sic benè firmauit Rota deberi lucrum, in illo
autem casu in Ciuitate Laureti non adest tale Sta-
tutum.

68 Sed nec etiam pars aduersa † potest iuuari Sta-
tuto M. Filatrani, quia non probauit qualitatem re-
stitutionis dotis intrà annum absque litigio, prout
requirit dictum Statutum.

Illa verò, quæ vltimo loco opponebantur cōtra
decisionē sub prætextu, quod sententia ad fauorem
D. Rinuccini lata sit iniusta, ex quo fuit fundata
in Instrumento Census facti per Simonem mino-
rem 25 annis sine solemnitatibus requisitis à Cō-
stitutione Marchiæ, quæ ipso Iure annullat con-
tractus sine dictis solemnitatibus factos DD. visa
fuerunt sufficienter sublata ex deductis in decisio-
ne, & illa potius adduci ad impediēdam resolutio
nem, & inuoluendum factum, quàm ad alium fi-
69 nem quia † certum est, quod de hac nullitate non
potest opponi per Riccardos, qui non sunt hære-
des Simonis impositoris; vndè intrat conclusio,
70 quod † contractus celebratus cum minore absque
solemnitatibus statutarijs est nullus, minore volē-
71 te, at ipso nolente est validus, & tenet, cum † solē-
nitates sint inductæ ad fauorem minorum ex alle-
72 gatis in fine decisionis, quæ reuideatur, & † ratifi-
catio eiusdem Simonis inducta ex lapsu quinquē-
nij post maiorem ætatem vna cum solutione fru-
ctuum Census excludit ea omnia, quæ possent op-
poni ad destruendum contractum.

73 Ex quibus † cum validitas, & Iustitia Immis-
sionis concessæ D. Rinuccino remaneat abundè
iustificata, merito fuit illi concessa manutentio,
prout in alia decisione, quæ vtraque parte Infor-
mante fuit confirmata.

Cardi-

Cardinali Pamphilio

Pamphilonen. Decimarum.

Veneris 6. Nouembris 1592.

S V M M A R I A.

1 *Citatio ad videndum iurare testes nimis vaga respectu loci, & temporis reddit examen nullum.*
2 *Lim. nisi constet citatum fuisse aliunde instructum.*

Decisio DCXLVIII.

FVit resolutum pro inualiditate examinis, & omissis alijs placuit Dominis nullitas deducta ex eo, quod † citatio ad videndum iurare testes fuit nimis vaga ratione loci, & temporis, *Rot. decis. 17. de re iudic. in nou. Acoromb. dec. 19. lib. 2. Caputaq. dec. 274. par. 3.*

Neque huiusmodi defectum quantum ad locū suppleri ex eo, quod alias resolutum fuit † sufficere taliter citatos aliunde fuisse instructos de loco examinis, quia in casu, de quo agitur, non probatur scientia Beneficiatorum.

Cardinali Pamphilio

Burginen. Iurispatronatus

Lunæ 10. Decembris 1595.

S V M M A R I A.

1 *Examen testium est inualidum, si in citatione non fuerit ratificatus locus.*

Decisio DCXLIX.

DVbitaui, An testes Abbatis de Cordua essent valide examinati, ita vt ei dandū esset, vel non mandatum de manutenendo. Domini vtraque parte informante resoluerūt, examen dd. testium esse nullum; moti præcipuè fuerunt † ex alia nullitate incertitudinis loci examinis, quæ pro parte Archiepiscopi deducitur, nam receptoria ad examinandum testes per totā Diœcesim Archiepiscopatus Burgen. fuit data cuidam Ioanni de Arze mandatario, vt ibi conueniret, in toto Archiepiscopatu faceret hanc probationem, & ipse in nonnullis oppidis, & locis d. Archiepiscopatus examinauit dd. testes absque eo, quod intimauerit Procuratori Archiepiscopi, in quibus locis præcise examen deberet fieri ad effectum, vt ipse posset interesse iuramento testium, & dare Interrogatoria, quo fit, vt examen sit nullum, *Caputaq. decis. 276. par. 3. Cas. de Grass. dec. 45. nu. 10. de confess. &c.*

Ortembergo

Vigilien. Beneficii

14. Februarii 1605.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum publicum probat possessionem, si alius in ea non existebat.*
2 *Actus possessorij posteriores censentur clandestini, & non impediunt anterioris possessoris manutentionem.*
3 *Iudex potest, quem priuare possessione naturali, & ciuili. Decl. vt nu. 4.*
5 *Titulus regulariter non est necessarius pro mandatu de manutenendo.*
6 *Subexecutor non habet iurisdictionem, nisi in casu negligentiæ primi Executoris.*
7 *Negligentia non dicitur per primum Executorem commissa ante litterarum iustificationem.*
8 *Negligentiæ primi Executoris probatio in quibus actibus consistat.*
9 *Iurisdictio primi Executoris dicitur cessasse elapso termino, & litteris restitutis.*
10 *Attestatio negatiua Notarij, se non vidisse litteras in actis à se diligenter perquisitas non excludit exhibitionem.*
11 *Possessio ab habente canonicum titulum potest de beneficio capi etiam propria auctoritate, si vacet.*
12 *Iudicem adiens pro immissione declarat, se velle eius auctoritate possidere. Decl. vt nu. 13.*
13 *Possessio vt acquiratur, sufficit, vt interueniat factum perfecte vt ingressus, & apprehensio, & concurrat animus aliqualiter etiam imperfecte, & non eo modo, quo debet.*
14 *Manutentio nec Prædoni, & Spoliatori solet denegari.*

Decisio DCL.

ANtonio, & Ascanio prouisis Apostolicis de beneficio simplici Sancti Nicolai de Marco appellato cum derogatione Iurispatronatus pro mediate Instantibus pro mandato de manutenendo visum fuit, Antonium esse præferendum, † de cuius priori possessione constabat per instrumentum publicum, alio non existente in possessione, *l. prædia. ff. de acquir. poss. vbi Bart. Abb. in c. cum nostris. nu. 7. de concess. præben. Cassad. decis. 20. de præb. Puteo dec. 460. nu. 8. lib. 1.*

Vice versa non suffragatur Ascanio posterior possessio capta Antonio possidente, quia † actus possessorij posteriores, sunt clandestini, & non impediunt prioris possessionis manutentionem. Nec facit, quod Antonius postea fuit immissus auctoritate Iudicis, † quæ potest priuare possessione tam ciuili, quam naturali, *c. quoniam frequenter, vt lit. non contest. l. iuste possidet. ff. de acq. poss. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas nu. 2. eod. tit.* hoc enim accipiendum est, † dummodo procedat iuridice, & hic Ascanio data fuit immissio parte non citata.

Similiter non fuit habita ratio prioritatis datæ Bullæ Ascanij, quia † regulariter non est necessarius titulus pro obtinendo mandato de manutenendo, *§. retinendæ. Inst. de interd. l. 1. §. sicut interdict. ff. vti possid.*

Non obstat, quod Antonio fuit concessa posses-

sio à

6 sio à subexecutore, † qui non habet iurisdictionem, nisi primus Executor commiserit negligentiam, 7 quæ non videbatur commissa, prius quam Antonius iustificasset gratiam Apostolicam, *vt fuit resolutam coram Robusterio in vna Bergomen. Parrochialis 2. Nouembris 1584. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio in Tirasonen. Cappellaniæ 3. Maij 1601.*

8 Respondebatur enim, † negligentiam argui ex requisitione., & præsentatione litterarum Apostolicarum, & lapsu termini in illis præfixi, post quẽ Antonius iterum comparuit, & repetijt Bullas declarando, quod vellet adire subexecutorem, ex quibus actibus resultat probatio negligentiæ, & succcsionis, *l. Clericus de præb. in 6. c. si Capitulo de concess. præb. eod. lib. gl. in c. significauit in verbo, Reuocari, de offic. ordin. Rebuff. in concord. de form. litter. exequutor. mand. Apostol. in verb. recusauit*.

Et quamuis Exequutor elapso termino, & restitutis litteris fecerit decretum, se nõ posse exequi, propterea quod non fuerunt probata incumbentia per Antonium, hoc accidit elapso termino, & re-9 stitutis litteris, † quo tempore cessabat eius iurisdictio.

Non obstat, quod asseritur, subexecutorum dedisse possessionem litteris nõ visis, nec exhibitis, hæc enim negatiua deducitur ex attestatione Notarij dicentis, se non vidisse litteras Apostolicas à 10 se diligenter perquisitas in actis, † quibus verbis non excluditur exhibitio, potuit enim illas ostendisse subexecutori, ac etiam produxisse in actis, & postea secum reportasse.

Postremo his omnibus cessantibus Rota alias tenuit in Romana Cappellaniæ die lunæ 14. Maij 11 1576. coram Cantutio, † possessionem Beneficij apprehensam propria auctoritate ab habente Canonicum titulum, nemine possidente, operari effectum iustæ, & veræ possessionis, *Salic. de benefic. par. 2. quæst. 15. nu. 8. Couer. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 6. Rocch. de iure patron. in verb. ius quæst. 5. num. 10.*

12 Non obstat, quod dicitur, † Antonium adiuisse Iudicem, & habuisse animum possidendi ex illius 13 immissione, quia † sufficit ad acquirendam possessionem, quod factum perfectæ interueniat, vt ingressus, & appræhensio, ac animus concurrat aliqualiter etiam imperfecte, & non eo modo, quo debet, *Aret. in l. 15. quis putat. nu. 5. vers. exponen. tamen ff. de acquir. hæredit. Card. cons. 93. nu. 12.*

Ex quibus Domini cõcluserunt, Antonium esse 14 manutenendum, † quod etiam Prædoni, & Spoliatori non solet denegari, &c.

Cardinali Pamphilio

Romana Domus

Veneris prima Iunij 1605.

SVMMARIA.

1 *Locationum plura instrumenta probant possessionem Ampl. vt num. 2. & 3.*

4 *Possessio probatur per confessionem partis.*

5 *Locans domum vna cum altero censetur illius possessioni consentire.*

Decis. DCLI.

PRo informante, nempe mandatum de manutenendo dandum esse D. Alphonso, de cuius possessione respectu medietatis domus, de qua agitur, pro indiuiso cum D. Antonio Francisco satis constare censuerunt ex instrumen-1 tis locationum, † quæ, cum sint plura, probant possessionem, *Soccin. cons. 187. sub num. 16. vers. confirmantur præmissa. lib. 2. Menoch. de retin. possess. re-2 med. 3. num. 573.* † præsertim concurrente solutione pensionis conuentæ in locatione facta sub die 3 3. Iulij 1597. † quæ sola cum solutione pensionis est sufficiens ad probandam possessionem, *c. cum venissent. de rest. spoliat. gl. in l. cum vniuersas. §§. quod per colonum. ff. de acquir. possess. Soccin. cons. 205. n. 5. lib. 2. cum alijs per Gabr. concl. 4. de locat. in l. in primis limis.* Accedit etiam, quod in instrumentis locationum factis pro annis 1592. & 93. ipse D. Antonius Frãciscus pro vtroq. interuenerit locando nomine suo, & nomine D. Alphonsi, pro quo etiam promisit de rato cum expressa assertione, quod domus erat communis, & pro indiuiso 4 ab vtroque possidebatur, & † non est dubium, possessionẽ, probari per cõfessionẽ, *glossa l. 1. ab emptione. in verb. constitutum, & ibi Ang. nu. 4. ff. de pact. & in lib. 2. verb. tradit. & ibi Bald. C. de acq. poss.* & huiusmodi probatio eo magis est admittẽda in casu isto cõtra D. Antonium Franciscum, qui 5 cũ pluries hanc domũ simul cum D. Alphonso locauerit, cẽsetur illius possessioni cõsentire, vt in simili de duobus vendentibus, quod vnus alteri dicatur consentire, *tradit Bald. in l. quoties. nu. 5. C. de fideicomm. Curt. cons. 51. num. 4. lib. 2.*

R. D. Coccino

Conchen. Decimarum de Torrelmonse

Veneris 12. Nouembris 1610.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad videndum iurare testes est necessaria pro examinis validitate, nisi pars sit præsens.*

2 *Testis depositionis substantia consistit in iuramẽto.*

3 *Restitutionis in integrum natura est reponere omnia in pristinum.*

4 *Testes sufficit iurasse in termino præfixo, seu prorogato per viam restitutionis, dum in primo termino fuit facta citatio ad videndum testes iurare, nec dicitur citatio vaga, sed si huiusmodi citatio facta non fuit & num. 5.*

6 *Citatio prò testium examine debet continere locũ. lim. vt num. 7.*

Decis. DCLII.

DOmini dixerunt, testes examinatos sub die 21. Ianuarij, & sequestrũ anni 1592. fuisse valide examinatos, quia licet, 1 † quando pars non est præsens, citatio ad videndũ iurare testes sit omnino necessaria, aliàs depositio nihil valet, *cap. 2. & ibi Abb. sub num. 6. & seq. de testib. l. si quando vbi Bald. num. 5. C. eod. Lanfranc. in tract. de testib. num. 6. vers. quarto sexto. Capaiaq. 2 dec. 274. num. 3. par. 3.* † substantia enim depositionis

nis testis consistit in iuramento, *l. Iusiurandi. C. de testib.* Tamen hic adest talis citatio, nam die 8. Octobris 1587. Prouisor habuit causam pro conclusa, recepitque partes ad probandum sibi incumbentia in termino nouem dierum, & citauit partes in forma ad videndum præsentare, iurare, & cognoscere testes, qui terminus fuit prorogatus ad 80. dies, & demio 24. Ianuarij 1591. idem Prouisor per viam restitutionis in integrum, † cuius natura est reponere omnia in pristinũ statum, *l. quod si minor. §. restitutio. vbi Bart. num. 1. ff. de minor.* (3) concessit vtrique parti medietatem termini probatorii, & sic 40. dies. Vnde cum die 18. Februarij sequentis idem Prouisor deputauerit Notariũ cum decreto, quod terminus non curreret, quousque idẽ Notarius progrederetur ad examinandum, quod decretum fuit repetitum ad instantiam vtriusque partis in deputatione aliorum Notariorum, prosequitur examen fuisse validum, quia testes iurarũt in d. termino 4. dierum à die, quo Notarius iuit ad examinãdum, & † sic in termino præfixo, quod sufficit, nec propterea citatio dicitur vaga, (4) *Felyn. in c. licet causam. num. 19. de probat. Gonzad. Suarez in prax. Vules. tom. 1. par. 1. c. 8. num. 47. & seq. & dixit Rot. in causa Cordubarum Redirimarum 14. Ianuarij 1594. coram bo. me. D. Card. Seraphino, & in causa Calagurritana Oblationũ 28. Maij 1590. corã Reuerendissimo Perusino, & in alia Toletana Decimarum 25. Februarij 1590. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Decisiones autem, quæ in contrariũ allegantur procedunt in casu, quo non aderat citatio ad videndum iurare testes, et ideo † terminus (5) probatorius absque tali citatione non suffragatur, *& ita loquitur decisio in causa Conchen. Decimarum 2. Iunij 1599. coram bo. me. D. Card. Pamphilio, & in causa Gienen. Portionis 28. Iunij 1559. coram Oradino.*

Neque releuat, quod citatio non haberet expressum locum, in quo testes essent examinandi, † prout de iure requiritur, Verall. dec. 293. in princ. par. (6) 3. quia, † cum pars in eodem loco, et ipsa testes (7) examinauerit, et in commissione fuerit specificatus locus examinis, d. examen fuit validũ, *Verall. vbi sup. num. 2. & seq. Felyn. in c. 1. num. 18. de iudic. & sæpe dixit Rot. & signanter in causa Calagurritana Oblationum 28. Martij 1590. coram Reuerendissimo Perusino, &c.*

Remboldo

Viterbien. Terræ Vetralla

Luna 14. Decembris 1615.

SVMMARIA.

1 *Insinuationis defectus reddit renunciationem, seu donationem nullam.*
2 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem non dicitur, qui titulum habet nullum.*
3 *Titulum non habere, vel inualidum paria sunt.*
4 *Insinuationis nullitas non est in instrumento visibilis, cum possit, & soleat adhiberi ex interuallo.*
5 *Insinuationis defectus appositio non impedit quo minus titulus sit sufficiens ad effectum vt ordinarie, & non executiue procedatur.*
6 *Ægidianæ non est locus, vbi adest particulare statutum.*
7 *Insinuatio in renuntiatione hæreditatis nondum quæsitæ non requiritur, cum non contineat donationem, sed principio solũ acquisitionis resistat.*

Decisio DCLIII.

Fvit dictum, mandatũ de manutenendo alias ad fauorem Nardi decretum esse confirmandum.

(1) Nec obstare videbatur, quod † titulus renuntiationis, siue donationis à Nardo possessore allegatus sit nullus ex eo, quod caret insinuatione vigore eiusdẽ Constitutionis Ægidianæ requisita † ideoque dici non potuerit legitimus contradictor ad (2) impediendam immissionem, cum † paria sint non (3) habere titulum, vel habere, et esse nullum, *ad not. per Bart. & alios in d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Gozzad. cons. 93. num. 5. Rol. cons. 2. in fin. lib. 3. cum aliis per Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 561. & 582.* quia, præterquam quod † nullitas ex defectu (4) insinuatio, vt prætenditur resultans non est visibilis in ipso donationis instrumento, cum insinuationis possit, et soleat ex interuallo adhiberi, † et consequenter non impedit quo minus titulus (5) donationis sit sufficiens ad effectum, vt ordinarie, et non executiue procedatur, iuxta deducta in vltima R. P. D. mei Pirouani decisione, dictum etiam fuit, quod vel hæc nullitatis exceptio in totum tollitur ex eo, quod † prædictæ (6) constitutioni Ægidianæ locus esse non potest, non solum, quia datur particulare statutum loci Terræ Vetrallæ certam formam contractibus præscribẽs, quo Stãte Constitutio generalis non attenditur, *l. fin. C. de testam. Bald. cons. 101. num. 2. vers. in contrarium lib. 1.* verum etiam, quia versamur in renunciatione hæreditatis nondum quæsitæ per filiam patri facta, † in qua insinuatio non requiritur, (7) cum donationem non contineat sed principio solum acquisitionis resistat, *vt tradit Bald. in l. illud. nu. 11. C. de Sacros. Eccles. Castr. cons. 171. lib. 2. cum alijs per Tiraq. de legib. connub. glos. 5. num. 31. & 33.*

R. P. D. Pirouano

Anconitana Bonorum

Veneris 6. Iunii 1614.

SVMMARIA.

1 *Possessio, qua quis de facto ab executoribus iurisdictione carentibus fuit priuatus, debet restitui.*
2 *Retentione denegata spoliatori denegatur, & arbitrium pro sequestro.*
3 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
4 *Ampletiam stante rescripto arbitrium tribuente,*
5 *Rescriptum arbitrium tribuens interpretari debet prout de iure.*
6 *Sed in habente alias iurisdictionem recipit latiorẽ interpretationẽ, vt aliquid plus côcessũ dicatur.*
7 *Deci. subsistente tamen iusta, & rationabili causa.*
8 *Paupertas an sit sufficiẽs causa ad effectum arbitrãdi sequestrum. & num. 9.*
10 *Circuitus inutiles sunt euitandi. Ibm. vt num. 12.*
11 *Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, præseruas facultatem exequendi Iudici à quo.*
13 *Retentio si datur in spolio iudiciali multo magis datur sequestrum.*
14 *Reintegratio non conceditur contra non possidentẽ, nec contra eum, cum quo non est lis, nec residet vitium spolij.*
15 *Executio facta lite pendente coram alio Iudice est attentata.*

16 Causa

16 *Causa dependens non potest separari ex nouo iudicio absque vitio attentatorum.*

17 *Qui venit ex iuribus alterius, debet illis vti cum suis qualitatibus, & vitio attentatorum.*

Decis. DCLIV.

VIsum est DD. non intrare arbitrium pro sequestranda possessione bonorum de quibus agitur, 1 † sed eam Leonibus esse restituendam tamquam de facto priuatis per Executores iurisdictione carentes, *vt fuit ponderatum* 2 *in decis. 16. Iunii præteriti.* † qui cum non potuerint grauari in retentione moderno Rectori concedenda, eadem ratione placuit DD. non intrare 3 arbitrium pro sequestro, ne regula, quod † spoliatus ante omnia sit restituendus in effectu destruatur, 4 † à quo etiam ex rescripto arbitrium tribuente recedi non potest, *Cas. de Grass. dec. 8. n. 4. de re iu-* 5 *dic.* quoniam † illud videtur interpretandum pro- 6 ut de iure, et quamuis † in habente alias iurisdictionem rescriptum videatur latiorem recipere interpretationem, vt alij, quod plus sit concessum, *vt declarat Felyn. in c. 1. num. 51. vers. & si dicatur committimus arbitrio tuo. de constit. quod etiam fuit dictum in pluribus causis, vt in Romana Cattigii 6. Martii 1606. coram Reuer. Archiepisc. Damasceno, & in Leodica. fideicommissi coram me 21. Maii præ-* 7 *teriti,* † eo tamen DD. non solent vti, nisi subsistente iusta, et rationabili causa, de qua in præsenti constare non videtur.

8 Nam causa, quæ deducitur, quod † vti Leonij sint pauperes, et non possint cultiuare vineã, quæ propterea efficietur infructifera, et aperit viam Iudici ad sequestrandum, *vt tradunt gl. & Doct. in l. vnic. C. de probib. sequestr.* exactis non iusti- 9 ficatur, et vbi etiam de paupertate constaret, † illa quidem debuisset probari non simpliciter, sed ad effectum, de quo agitur, *vt pluries fuit decisum,* et eo minus obiectum paupertatis posset deseruire, quatenus respicit inhabilitatem restituendi fructus, quia ipsa bona remanent hypotecata pro fructibus, ita vt Ecclesiæ semper sit consultum.

10 Secunda causa † de inutile circuitu euitando, *l. dominus testamento, ff. de cond. in deb. cum aliis per Surd. alleg. cons. 248. lib. 2.* non placuit Dominis, nam etsi Rector habeat mandatum ab A. C. à quo fuit appellatum, et causa in Rota commissa cum clausula, sine præiuditio legitimæ executionis, 11 † quæ videtur preseruare facultatem exequendi Iudici à quo, *Lancell. de attent. post inhib. limit. 13. num. 2.* et ea ratione licere videatur moderno Rectori, illud de nouo exequi facere contra Leonios ex causa Canonum non solutorum Iachello antiquo Rectori debitorum, cuius ipse modernus est donatarius.

Tamen cum multa possint opponi ad impediendam legitimam executionem tam respectu validitatis cessionis Iacelli, quã liquidationis crediti, vt in decisione in hac causa die prima Martij 1613. fuit consideratum, visum est, regulam præ- 12 dictam non procedere, quia † vtilitas ex allegatis non potest dici desperata, *Card. in clem. Auditor. quest. 14. num. 16. de rescript. Dec. in l. cum fundus. 6. strium tuum num. 5. ff. si cert. pet.*

Tertia causa ponderata ex eo, quod adhuc ver- 13 setur in spolio iudiciali, † in quo si datur retentio, multo magis sit concedandum sequestrum, iam remanet sublata ex decisionibus diei primo Martij, & 26. Iunii 1613. in hac causa factis.

Quarta causa, quæ formatur ab inutili reintegratione, facili responsione euitari potest, nam quod Iacchellus Rector spolians distraxerit possessionẽ vigore subhastationis, et deliberationis factæ die 9. Maij 1612. in Antonium Cæsareum, qui nunquam fuit in lite, et cuius personam hodie repræsentat 14 modernus Rector, ita vt † aduersus Rectorem nõ possidentem non sit danda reintegratio, et contra Cæsareum, cũ quo non est lis, nec penes quem residet vitium spolij, non sit procedendum, *Rot. dec. 7. num. 1. par. 1. diuers.*

15 Hæc inquam videntur tolli eo quod † executio facta ad fauorem Cæsarei fuit attentata, vti facta lite pẽdẽte in Rota, in qua licet dicatur, quod Iacchellus, qui executionem obtinuit, de illo tẽpore non esset in lite, ex quo iam dimisserit Rectoriam, tamen constat, quod ab initio de anno scilicet 1592. dum erat Rector, fuit in ista lite, quam introduxit pro consequutione Canonum, et per consequens etiam dimmissa Rectoria, licet non esset in lite tamquam Rector pro recuperatione bonorum, tamẽ erat in lite pro Canonibus decursis, et maturatis pro eo tempore, quo fuit Rector, 16 † quæ causa tamquam dependens non potuit separari ex nouo iudicio de anno 1612. citra præiudicium attentatorum, *Lancell. de attent. lit. pend.* 17 *limit. 2. num. 87.* et modernus Rector, † qui venit ex iuribus Cæsarei, debet illis vti cum suis qualitatibus, et vitio attentatorum, quæ ad effectum sequestri visa sunt Dominis non sufficere, etc.

Cardinali Caualerio

Fulginaten. Montium

Veneris 22. Aprilis 1619.

S V M M A R I A.

1 *Possessio probatur per testes deponentes de actibus possessoriis, vt de incisione lignorum, cultura, recollectione fructuum, & locatione.*

2 *Possessio titulata præfertur non titulatæ ad effectum manutentionis.*

3 *Testes numero plures, & qui habent assistentiam tituli præferri debent in depositione circa possessionem.*

4 *Possessio antiquior est præferenda.*

5 *Possessio antiquior non dicitur probata per testes, qui deponãt sine copula, & quare.*

6 *Clausula constituti probat possessionem, præsertim ad effectum manutentionis.*

Decis. DCLV.

DVbitabatur, quibus, & pro qua parte dandum esset mandatum de manutenendo super Montibus controuersis, & Domini quoad primam partem dubij resoluerũt Vitelleschis, & socijs dandam esse manutentionem, 1 † satis enim clare ipsorum possessio videbatur probata per testes deponentes de actibus possessorijs, nempe incisione lignorum, cultura, recollectione fructuum, locatione, & alijs &c. Quibus accedebant tituli emptionum eorundem Montium ad fauorem illorum de Viiseis, & Vitelleschis. Vnde 2 intrare visa fuit clara iuris cõclusio, quod † in concursu duarum possessionũ præfertur titulata, *Bart. in l. si duo. nu. 4. ff. vti possid. felyn. in c. licet causam. num. 9. de prob.*

Quibus nõ obstare videtur testes examinati pro 3 parte illorum de Tignosinis. Nam iis † præualere videbantur testes Vitelescorum; Tum quia plures numero, Tum quia habent assistentiam tituli,

tali, vt dictum est.

Demum quia testes Tignosinorum deponunt, dd 6. 8. & 20. anni in qua absque copula. Vnde, quamuis deponàt de possessione antiquior, † quæ alioquin esset præferenda, *Alex. conf. 8. num. 12. lib. 5. Rot. diuers. dec. 27. num. 9. par. 1.* Tamen † deficiente copula non potest dici talis possessio antiquior, cum etiam ille, qui possedit heri, & nudius tertius dicatur possidere, *dd 20. anni in quà, Bart. in l. Celsus num. 23. ff. de vsucap. quem sequuta est Rota pluries, & in puncto in Romana seruitutis 15. Maii præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Quibus accedebat, quod Vitelleschi habêt clausulam constituti à suis auctoribus, † quæ probat possessionem, præsertim ad effectum manutentionis, *vt in Clusina Posta 27. Ianuarii 1605. coram bo. me. Litta, & in Romana de incoronatis 29. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Ex quibus conclusum fuit pro Vitelleschis.

Quo vero ad secundam partem dubij, Pro qua parte, Domini reseruatum, vt particulariter videatur.

Remboldo

Romana Emolumentorum

Lunæ 16. Junij 1625.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur possessionem probanti de tempore motæ litis.*
2 *Possessio côtra antecessorem nocet etiam successori.*
3 *Cessio omnium iurium, non tamen venditorum aliis personis, iam aliis vendita eiusdem præseruat.*
4 *Manutentio datur ad statum, In quo quis reperitur.*
5 *Possessio præsumitur ex titulo præcedenti,*

Decisio DCLVI.

Domini dixerunt, mandatum de manutenendo esse dandum D. Dariæ tamquam vxori q. Ioannis Mileti, & cessionariæ illius filiorum, Quia † constat de eiusdem possessione exigendi emolumenta spectantia ad officiũ Notariatus Aquæ Virginis, de quibus agitur, vsque ad finem Anni 1622. & sic de tempore motæ litis ex instrumento cessionis cum clausula constituti per Buccamatium possessorem d. officij sa. ctæ de dictis emolumentis ad ipsum spectantibus, † quæ possessio, licet fuerit acquisita contra Buccamatium antecessorem, nocet etiam Palmerino successori, *Guidop. dec. 629. n. 1. & seqq Gig. de pẽs. q. 41. num. 10. Rot. dec. 562. num. 1. par. 1.*

Non obstat, quod Palmerinus habet principale officium Notariatus Magistrorum viarũm titulo emptionis à Pascua, ad quod spectant etiam emolumenta d. Aquæ Virginis, & propterea fuerit descriptus in libris Populi Romani de mandato Camerarii, & obtinuerit diuersa mandata de soluendis sibi emolumentis d. officii, illaque exigerit, quia non propterea constat exegisse emolumenta spectantia ad Notarium Aquæ Virginis, sed immo constat ex resignatione d. officii facta à Buccamatio ad fauorem Pascuæ nullam fuisse factam mentionem dictorum emulomentorum, sed in instrumento cum Pasqua celebrato adesse clausulam cessionis omnium iurium, † non tamen venditorum

aliis personis, prout erat istud, ex quo manifeste constat in d. venditione d. emolumenta fuisse d. Ioanni emptori, & illius successoribus præseruata, *l. Quintus §. argento ff. de aur. & arg. legat. Bart. in l. codicillus. §. instit. num. 4. ff. de legat. 2. Rol. cons. 72. num. 28. lib. 2.*

Non obstat, quod d. possessio exigendi appareat nomine ipsius Buccamatii, & pro eo ipsis Miletis, quia etiam † ad huiusmodi statum debet dari manutentio, dum apparet d. titulo emolumentorum, stante venditione pro se, & hæredibus facta à d. Buccamatio d. Ioanni Mileto, † ex titulo enim præcedenti præsumitur possessio, *Bart. in l. cum solut. in fin. ff. de vsucap. Roman. cons. 91. nu. 8. Alciat. præsumpt. 43. in princ. reg. 2.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

Remboldo

Neocastren. Parochialis.

Veneris 8. Nouembris 1624.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Quasi possessio conferendi probatur ex colationibus effectum sortitis & num. 3.*
3 *Collatio vnica satis est ad effectum manutentionis.*
4 *Collationum effectuatio quomodo probetur.*
5 *Prouisiones, quæ dederũt causã liti, seu post litẽ motam factæ fuerũt, nõ præiudicat existẽte in quasi possessione conferendi de tempore litis motæ. Ampl. vt num. 6*
7. *Manutentio inter duos prouisos datur illi, qui in possessione præuenit. num. 8.*
8 *Possessio sola in manutentione inspicienda est.*
9 *Manutentio inter duos colationem prætendentes dari debet illi, qui est in quasi possessione conferendi.*
10 *Sententia respiciens petitorium, & sine actis in manutentione non attenditur.*
11 *Assistentia iuris non releuat, quando alius est in possessione.*

Decis. DCLVII.

Domini dixerunt, Baiulino Sanctæ Eufemiæ dandum esse mandatum de manutenendo, quia † d. mandatũ datur possidẽti tempore motæ litis, *vulg. § retinendæ. Instit. de interd.* & quod d. Baiulinus possederit de tempore motæ litis, quæ incepit de anno 1599. † probatur tam ex collatione per Baiulinum facta anno 1531. cuidam Aloysio Barbaro tamquam de vacante per resignationem eiusdem Barbari, de qua in summ. num. 10. quam etiam ex alia collatione facta anno 1560. ad fauorem Iacobi Barbari, & denique ex collatione facta anno 1597. cuidam Virgilio Forlano, † cum tamen ad effectum manutentionis sufficiat vnica collatio, *cum Ecclesia Sutrina vbi Rip. n. 9. & 13. seqq. de caus. poss. & propr. Ferrett. cons. 132. num. 11. Dot. dec. 17. num. 1. & 2. par. 2. diuers. et dec. 435. num. 1. par. 2. in recent.*

Non obstat, quod non constat de effectuatione dd. Collationum, quia quod Collationem factam Aloysio Barbaro † constat de illius effectuatione ex sollutionibus cêsus factus à d. Aloysio pro Ecclesia sibi collata Ministris Baiulinatus, et ex da-

tione petiit terræ d. Ecclesiæ in emphiteusim, et ex visitatione eiusdem Ecclesiæ facta à d. Baiuliuo vocato, et interrogato d. Aloysio circa reditus Ecclesiæ, et titulum *d. summ. num. 11. 12. et* 13. et denique ex resignatione facta per eundem Aloysium anno 1560. et sic post annos 29. à die factæ sibi collationis, quod propterea probat d. effectuationem, præsertim concurrentibus aliis supradictis, *vt fuit dictum in Pientina Iurispatronatus 28. Ianuarii 1608. coram Reuerendissimo D. meo Decano, et in Firmana Altaris 15. Ianuarii 1616. coram Reuerendissimo Lugdunen. quæ erat decis. 224. part. 1. in recent.*

Quoad Collationem factam ad fauorem Iacobi Barbari pariter probatur effectuatio ex solutionibus census, et ex visitatione vocato, et interogato d. Iacobo tamquam Rectore, et quia d. Ecclesia tamquam vacans per dimissionem habitus à d. Iacobo fuit collata anno 1597. alteri videlicet Virgilio Forlano per collationem etiam factam per obitum, vel resignationem alterius, vel alium similem modū vacante probatur effectuatio, *iuxta sæpius canonizatum cons. Oldrad. 229. Card. Seraph. decis. 337. nu. 1. Rot. dec. 198. num. 1 par. 1. diuers. & dec. 423. num. 2. par. 2. in recent.*

Et denique quoad collationem factam Virgilio Forlano constat de illius effectuatione ex sententia lata pro immissione Forlani etiam subsecuta possessionis appræhensione mediante persona sui procuratoris.

Nec obstat, quod de anno 1599. fuit de hac Ecclesia à Sede Apostolica prouisus Ioannes Petrus Rocca, qui eamdem Ecclesiam permutauit cum Cesare Nicotera, per cuius obitum, cum d. Ecclesia vacasset, fuit autoritate Apostolica de ea prouisus Lælius, quem Rota coram R.P.D. Nauarro dixit, esse manutenendum in possessione d. Ecclesiæ, quia prouisio d. Roccæ fuit contradicta, & super ea causa in Rota commissa per Baiuliuum, & Forlanū prouisum à Baiuliuo, & alia eiusdē Roccæ permutatio fuit facta pendente d. lite, prout & Lælij prouisio † ideòque non potuerunt d. prouisiones præiudicare Baiuliuo quoad eius possessionem, in qua tēpore motæ litis existebat, *Dec. cons. 162. nu. 4. Bald cons. 437. n. 1. lib. 2. Achill. dec. 13. de iure patr. Rot. decis. 580. num. 7. par. 2. in recent.* † præsertim cum nec d. Baiuliuus habuerit se pro spoliato, sed immò continuauerit semper eamdē suam possessionem, quia scilicet vacante Ecclesia per resignationem Forlani eamdem contulit Marco Aurelio Fabro, & eo mortuo Marco Cortæ.

5

6

Nec obstat, quod Rota, vt dictū est censuit coram R.P.D. Nauarro, mandatum de manutenendo dandum esse Lelio, quia † tunc agebatur inter duos prouisos, & cum Lelius præuenerit Marcum in appræhensione possessionis, † quæ solum in iudicio summarijssimo manutentionis inspicitur, merito fuit ipsi concessum dictum mandatū, † in hoc autem iudicio agitur, inter Baiuliuum, & Ordinarium, & hic inspici debet, quis nam ea ipsis sit in possessione conferendi d. Ecclesiam, & cum Baiuliuus doceat de sua possessione pro parte autem D. Episcopi non adducatur nisi d. prouisio, quæ fuit facta pendente hac lite, vt dictum est, merito mandatum concedi debet Baiuliuo ex supra deductis.

7

8

9

Non obstat asserta quædam sententia lata ad fauorem D. Episcopi contra Baiuliuum, quia † illa respicit petitorium, & est sine actis, *Rot. dec. 665. nu. 2. par. 1. & dec. 391. nu. 1. par. 2. recent.*

10

Minus facit prætensa per D. Episcopum Iuris assistentia, quia † illa non attenditur, quando alius est in possessione, *Mohed. dec. 22. de præben. & etiā fuit dictum in Fanen. Beneficij 11. Decembris 1620. & 21. Aprilis 1621. coram R.P.D. Pironano &c.*

11

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Cæsaraugustana Synodi

Lunæ 22. Iunii 1626.

S V M M A R I A.

1. *Capitulum Cathedralis, & illius Clerici dicuntur Clerici primi gradus.*
2. *Et vti tales debeat præcedere.*
3. *Capitulum, & illius Clerici faciunt vnum corpus cum Episcopo qui est caput, & illi membra.*
4. *Membra à capite disiungi est inconueniens, & contra ordinem naturalem.*
5. *Capitulo existenti in statu Cathedralitatis non sunt lite pendente illius præeminentiæ denegandæ.*
6. *Præcedentia in Choro, & Processionibus, & mandatum de manutenendo desuper datum non suffragatur, quoad alios actus.*
7. *Episcopus nec in Synodo potest constitutionem facere contra ius Lim. vt nu. 10.*
8. *Assensus Apostolicus præsumi non potest nisi adsit obseruantia.*
9. *Procurator in Synodo non debet habere eundem locum, quem principalis habiturus esset.*

Decisio DCLVIII.

AGitur de ordine Sacræ Congregationis Concilij, qui locus debeat assignari in Synodo Capitulo Ecclesiæ del Pilar, & die 13 Februarij præteriti fuit resolutum, locum digniorem, esse assignandum Capitulo S. Saluatoris, quia verū sit, † quod Capitulum Cathedralis, & illius Clerici dicuntur Clerici primi gradus *Innoc in c. fraternitatem vers. & maior. de sepult. Boucr. de Author. mag. cons. in addit. ad Io. Motaign. in d. tract. par. 1. nu. 24.* † & ideo debent præcedere *c. statuimus de maior. & obed. l. honores, vbi glos. & Bart. C. de Decurion. l. vnicuique C. de prox. Sacr. Scrin. lib. 12.* & † cum faciant vnum corpus simul cum Episcopo qui est verum caput, & ipsi propria membra, *c. nouis de his, quæ fiunt à Prælat. Monach. in c. a collatione de appell. in 6.* † inconueniens est imo contra ordinem naturalem, quod membra disiungantur à capite prout dicit *tex. in c. 1. 12. distinct.* & late fuit comprobatum in alia diuisione quæ coadiuuantur ex laudo dato de anno 1533. & ex obseruantia subsecuta, vt fuit probatum in alia decisione &c.

1

2

3

4

Neque obstat quod antiquitus Ecclesia del Pilar erat Cathedralis: quia quidquid sit de hoc adhuc lis est sub Iudice, & pendet remissoria, cum Capitulum Ecclesiæ Sancti Saluatoris absque controuersia hodie sit Capitulū Cathedralis, & † sub ista prætensione Capituli de Pilar ei non sunt denegandæ suæ præeminentiæ, sed si Capitulum del Pilar probabit antiquius fuisse Capitulum Cathedralis, hoc probato coram suo Iudice videbitur quid hoc importet, sed interim non debet retardare, quin Capitulum Sancti Saluatoris habeat suas præeminentias, *iuxta not. post Bald. in cons. 152. in fin. lib. 3. & per Soc. Sen. in cons. 14. nu. 36. lib. 1.*

5

Minus obstat, quod Capitulum del Pilar habuit mandatum generale quoad præeminentias: quia vt dicitur in alia decisione, fuit moderatum, &

quamuta

quamuis hodie replicetur, quod non fuit moderatio, sed ampliatio, est aduertendum quod omnia contenta in declaratione concernunt præcedentiã in Choro, & in Processionibus, prout in mandato 6 de manutenẽdo, de quibus hodie nõ quæritur; † quę præcedentia non suffragatur quoad alios actus, vt late deducitur in alia decisione, et ita est intelligendum, huiusmodi mandatum, quando res habuerit, aliquam dubietatem, cum fuerit moderatum, et declaratum præuia decisione Rotali relata ad verbum in alia decisione.

Non obest constitutio Synodalis de anno 1540. quia vt fuit responsum in alia decisione, est contra 7 ius & † ideò non potuit per Episcopum fieri, 8 † nec assensus Apostolicus potest præsumi cum nõ adsit obseruantia, quę ex eo non potest allegari, ex quo in Concilio Prouinciali de anno 1565. Prior del Pilar habuit præeminentiam, quia de hoc non liquet cũ sederit in septimo loco in manu sinistra. Procurator verò Capituli. S. Saluatoris in septimo loco in manu dextera, sed quicquid sit de hoc 9 non potest allegari pro obseruantia cum † Procurator in Synodo non debeat habere eundem locũ, quem principalis si interueniret esset habiturus, *Bald. in l. sed si hac lege § fin. n. 2. ff. de in ius vocan. vbi Alex. an 7. Ias. nu. 6. Dec. in c. sana nu. 2. vers. & resoluendum. Barbat. nu. 7 de offic. deleg.* Et quamuis 10 etiam inuehatur quod † Episcopus potuit statuere secundum consuetudinem, quæ est cõtra Ius, *ex Felyn. in cap. quod super his nũ. 10. de maior. & obed. Butia. c. cum dilectus num. 4 vers. ex quibus de consuetud.* tamen iste non est casus noster, quia non probatur ista cõsuetudo imò ex testibus potius cõstat de contrario, & gratis dicitur, quod ista constitutio fuit facta de consensu Capituli, cum nullibi probetur, vltra quod posset dubitari, an potuisset successoribus præiudicare.

Ex quibus, et alijs deductis in priori decisione DD. Censuerunt ab illa non esse recedendum, &c.

Remboldo

Romana Societatis

Veneris 19. Junij 1626.

S V M M A R I A.

1 *Validitas sententiæ apparere dicitur ex actorum reuolutione.*

2 *Iustitia sententiæ probatur ex depositione duorum testium.*

3 *Liber computorum societatis, & calculus inter ipsos socios probant, & in fin.*

4 *Terminus ex generali consuetudine, & stylo curia dari debet ad dandum Interrogatoria.*

5 *Decl. vt tamen illius quantitas pendeat à Iudicis arbitrio attenta qualitate causa, & testium examinandorum.*

6 *Intimatio termini assignati ad dandum Interrogatoria potest quandocumque ante examen reproduci, vt Iudex certioretur de executione, & de eius iurisdictione.*

Decisio DCLIX.

DOmini dixerunt, primam sententiam extra Rotam latam, in qua declaratur, fuisse contractam societatem picturæ, & mauratę inter Iacobum, & Nicolaum, creditaque d. societatis pro æquali portione interdictos socios diuidenda, fore confirmandam, secundam verò, quæ d. primam sententiam reuocat infirmandam.

1 Prima enim sententia est valida, & iusta, & † de validitate quidem constat ex reuolutione actorũ, *Rot. dec. 589. nu. 1. & 2 par. 1. recent. Caputaq; dec. 262. par. 1.* Iustitia verò deprehenditur ex probationibus coram primo Iudice factis, & præsertim 2 ex depositione duorum testium, † qui bene probant d. societatem, *c. in omni negocio. extra de te-* 3 *stib. l. iurisiurandi. C. eod.* † iuncto maxime libro computorum societatis, & calculo per Nicolaum conscripto, *Rip. in l. admonẽdi. n. 129. ff. si cert. pet. Soccin. cons. 240. nu. 6. lib. 2. Rot. dec. 641. nu. 5. par. 1. recent. Seraph. dec. 600. num. 1.* ex quibus plene remanet iustificata intentio Iacobi, & iustitia d. sententiæ.

Non obstat, quod dicti testes sunt nulliter examinati, & quod non fuit datus sufficiens terminus 4 ad dandum interrogatoria, quia, † licet ex generali consuetudine, & stylo Curiæ deducto, *ex glos. in c. 1. in verb. interrogatoria de testib. in 6.* parti 5 debeat dari dilatio ad dãdum interrogatoria, † tamen terminus d. dilationis pendet a mero arbitrio Iudicis, qui attenta qualitate causæ, & testiũ examinandorum modo breuiorem, modo longiorem concedit.

Et in isto casu apparet ex reuolutione processus, quod Cursor retulit citasse Nicolaum die 3. Maij ad dicendum contra articulos, & dandum interrogatoria, quodque Iudex commisit eadem die examen, & in contumaciam non dantis interrogatoria mandauit examinari testes sine interrogatorijs nisi ad primam diem cum intimatione, quæ intimatio fuit facta cum expressione, quod testes examinabuntur die Sabbati, quæ erat tertia Iunij, & eadem die fuit cæptum examen. Vnde pars sibi imputet, quod nõ dedit interrogatoria cum enim duo tantum testes examinandi essent, & ageretur de causa modici momẽti, habuit sufficiens tempus ad dandum interrogatoria à die prima, siue secunda, quo ipsi fuit facta intimatio vsque ad diem tertiam, qua fuit cæptum examen.

Nec obstat, quod intimatio nõ fuit reproducta, 6 nisi eadem die tertia, quia † satis est, quod fuerit reproducta ante examen, potest enim quandocumque reproduci, & sufficit, quod reproducatur ante examen, quia reproducitur ad effectum tantum, vt Iudex certioretur de illius executione, & per consequens de sua iurisdictione, *Rot. dec. 725. n. 5. part. 2. in recent.*

Vnde bene saluatur d. examen à d. nullitate, & in hanc partem potissimum inclinarũt Domini, quia de veritate depositionis dictorum testium cõstat etiam ex d. libro, & calculo, vt dictum est. Et sic cessat præiudicium Nicolai, &c.

Cardinali Virili

Tullen. seu Nullius Iurisdictionis.

Veneris 28. Maii 1627.

S V M M A R I A.

1 *Citatio facta contra particulares Moniales, seu earum Procuratorem non afficit Capitulũ. Ample num. 5.*

2 *Capitulum congregandum est ad Campana sonum de Superioris mandato.*

3 *Enunciatio Notarij an, & quando probet, actum Capitulariter gestum. & nu. 4.*

4 *Capitulariter mandatum factum dicitur, si sit factum à duabus partibus totius Capituli.*

6 *Testes examinari debent super omnibus Interrogatoriis, & eorũ quolibet disiunctim, & separatim.*

7 *Limita si plura Interrogatoria idem contineant, ea possint vnica interrogatione, & responsione euacuari ad euitandam multiplicitatem.*

8 *Extende limitationem præsertim ad manutentionis effectum.*

9 *Manutentionis ad effectum sufficiunt leuiores probationes, & non admittantur exceptiones contra testes.*

Decisio DCLX.

DOmini steterunt in decisis sub die 11. Decembris 1626. nam quoad validitatẽ examinis testis in Curia examinati Informantes pro Decanissa acquieuerant.

Non obstat, quod in mãdato dato à Canonissis enuncietur, quod repræsentabant Capitulum, Vnde, 1 † cum mandatum esset nomine Capituli, examen factum in partibus est nullum non facta citatione contra Capitulum, nec sufficit, fuisse citatas Canonissa particulares, vel procuratorẽ singularium Monialium, *glos. in cap. si Capitulo de concess. præb. in 6. Federic. de sen. cons. 61. nu. 1. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 144.*

Quia fuit responsum, quod causa per Abbatissã non fuit commissa contra Capitulum, nec in Commissione fit aliqua mentio Capituli, sed singularium Monialium, vnde quamuis mandatum enunciet Capitulum, tamen dantur plures protestationes Monialium, inter quas est ista, quod Capitulum nunquam fuit conuocatum pro constituendo tali Procuratore, & quod nolunt consentire, Vnde 2 † cum requiratur, Capitulum fuisse congregatum ad sonum Campanæ de mandato Superioris, *glos. in d. c. si Capitulo in verb. factam de concess. præb. lib. 6. & in c. bona il primo in verb. singulari de elect. Bald. in l. 1. §. si nemo in princ. ff. quod cuiusq. vniuersit. nom. Alex. cons. 219. nu. 2. & 11. lib. 6.* 3 & † hoc non legitur in d. mandato fuisse factum, immò ex supradictis protestationibus Monialium constat, illas non fuisse vocatas, nec fuisse præsentes, nec etiam in mandato nominentur, sequitur, ꝙ nõ sufficiat ista enũciatio Capituli, nisi cõstet, quod fuerit ad sonum Campanæ de mandto Abbatisse, 4 † & quod illæ Moniales, quæ dederunt mãdatum, constituant duas partes totius Capituli, *Franc. Marc. dec. 832. nu. 1. & 2. par. 1.* immò talis enunciatiua Capituli in mandato procuræ nõ probat, nec est verisimilis, non solum, quia ex magno numero septem tantum Moniales interuenerunt, sed etiam quia tot Canonicissæ reclamarunt, & protestate fuerunt.

5 Nec subsistit, quod † processus sit fabricatus tũquam contra Capitulum, Quia fuit contra Procuratorem, qui ex supradictis remanebat Procurator particularium Monialium.

6 Non obstat alia nullitas, quod † testes non fuerint examinati super omnibus, et singulis interrogatorijs, nec disiunctim, & separatim. Nam fuit responsum, quod testes fuerunt examinati super omnibus interrogatorijs, 7 sed † quia aliqua continebant idem super illis duobus, vel tribus fuit facta vnica interrogatio insimul ad euitandam multiplicationem, quæ omnia interrogatoria fuerunt 8 plene euacuata, † quod visum fuit Dominis sufficere, maximè cum agatur ad effectum manutentionis, 9 † quo casu sufficiunt leuiores probationes, & non admittuntur exceptiones contra testes.

Et ita vtraque parte informante fuit conclusum, &c.

R.P.D. Merlino

Burgen. Iuris Præsidendi

Veneris 18. Junij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Manutentio datur cumulatiue ex probatione cumulatiua quasi possessionis.*

2 *Manutentio facilius datur ex quasi possessione, quæ iuris habeat assistentiam.*

3 *Decanus, vbi non adest Archipræsbiter, dicitur prima Dignitas, & Caput post Episcopum.*

4 *Dignitas prima, & Caput alijs præeminet in Choro, & Capitulo.*

5 *Iurisdictio concessa præsumitur cumulatiue potius, quam priuatiue.*

6 *Testium dicta generalia debent benigne interpretari, & generaliter intelligi.*

7 *Actus, qui dederunt causam liti nõ deseruiunt pro manutentione.*

8 *Testes deponentes simpliciter de quasi possessione, & nõ priuatiue, debent intelligi de cumulatiua.*

9 *Testes 11. præferri debent, qui sunt viri insignes, & dignitate alijs præcellunt.*

10 *Et qui deponunt super affirmatiua præferri debẽt alijs, qui deponunt super negatiua.*

11 *Et quorum depositiones magis conueniunt cum iure communi.*

Decisio DCLXI.

ABsoluto coram Reu. D. meo Patriarcha Antiocheno manutẽtionis iudicio super iure, de quo agitur, præsidendi in Choro per relaxationem mandati de manutenendo ad fauorem Iudicum quatuor temporum cumulatiue cum Decano, & instante Capitulo desuper audiri atque admisso ex benignitate Dominorum, Proposui dubium, An d. mandatum sit reuocandum.

Et Domini negatiue responderunt. Nam quasi possessio Decani in iure præsidendi in Choro, ibique silentium indicendi vna cum Iudicibus quatuor temporum deputatis à Capitulo visa est remanere sufficienter probata ex testibus in summario pro illius parte datis, qui & alias fuerunt comprobati in decisionibus huius causæ sub die 10. Decembris 1613. & 21. Aprilis 1614. coram Reu. 1 D. meo Patriarcha Antiocheno, † in qua propterea quasi possessione recte eidem Decano fuit cõcessa d. manutentio cumulatiue, *iuxta leg. si duo in princ. & ibi Bart. nu. 5. ff. vti possid. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 756. vers. procedere etiam posset.* cum alijs allegatis in prædictis decisionibus.

2 Et hæc quasi possessio † eo magis visa est manutenibilis, quia fulcitur dispositione iuris communis, *in c. ministerium de offic. Archipræsbit.* vbi quod in Cathedralibus esse debet, qui post Episcopum alijs præsit, & diligenti cura prouideat, vt Diuina officia digne, & sancte perficiantur, qui textus licet loquatur de Archipresbitero, nihilominus in præsenti extenditur ad Decanum; quia in Ecclesia Burgen. non adest Archipresbiter, 3 indeque Decanus reputatur talis, & in illius locũ dicitur succedere, *Rot. dec. 4. de elect. in nou. Franc. Marc. decis. 1367. num. 5. par. 1. Card. cons. 62. num. 1. Azor. Inst. moral. part. 2. cap. 15. in princ. lib. 3.* 4 Atque † vti prima Dignitas, & Caput in d. Ecclesia præeminent alijs Præsbiteris in Choro, iuxta

decis.

decis. Put. 250. nu. 2. lib. 3. Cassan. in Catalog. glor. mund. consider. 37. circa med. Azor. vbi sup. cap. 17. in 1. par. qui in specie loquitur de præheminentia in Choro, et Capitulo, & sequitur *Garz. de benefic. par. 3. cap. 4. num. 26.* cum alijs in decisionibus causæ allegatis.

Nam ex eo, quod Decanus vna cum Capitulo iuxta dispositionem Statuti Cardinalis Pacechi eligat Iudices quatuor temporum, per quos eodẽ Statuto cauetur indici silentium in Choro inferri potest, quod hoc ius in Choro præsidendi, & silentium indicendi ab ipso Decano fuerit abdicatum, quia nullum in d. Statuto fit verbum de totali abdicatione auctoritatis, & præheminentiæ ipsius

5 Decani, atque † in dubio censeri debet, iurisdictionem huiusmodi fuisse concessam dd. Iudicibus potius cumulatiuè, non autem priuatiuè quoad illum *ex traditis per Conar. in c. Alma Mater. § fin. nu. 3. de sent. excommun. par. 1. & alias allegatas in hac eadem causa 28. Nouembris 1625. coram me.*

Nec etiam subsistit obiectum, quod testes pro Decano examinati non deponant, eum indixisse silentium præsentibus Iudicibus quatuor tempo-

6 rum, etenim † loquuntur generaliter, & eorum dicta debent benigna interpretatione iuuari, & sic etiam generaliter intelligi, *Bart. in l. de quibus nu. 135. ff. de leg. Alex. cons. 5. nu. 12, lib. 1. Cassad. decis. 3. nu. 5. de probat.*

Neque horum testium fides in aliquo diminuitur ex depositionibus aliorum testium examinato-

7 rum pro Capitulo, nam præter illos actus, † qui dederunt causam liti, non videntur discrepare à

8 testibus Decani, † cum deponant de quasi possessione Iudicum quatuor temporum simpliciter, nõ autem priuatiuè ad Decanum, se proinde intelligẽdi sint de cumulatiua ex allegatis in decisione huius causæ sub die 11 Aprilis 1614. coram R. D. meo Patriarcha Antiocheno.

Et in omnem casum Domini censuerunt, testibus Capituli esse præferendos testes Decani, Tũ

9 quia † omnes sunt viri insignes, & dignitate præcellunt alijs allatis pro Capitulo, *Mysing. singul. obseruat. cent. 4. obser. 38. nu. 1. vers. primo ergo personarum auctoritas Gabr. de testib. lib. 1. concl. n. 34. & 36. Farinac. in tract. de testib. quæst. 64. n. 114.*

10 Tum etiam quia † deponunt super affirmatiua, testes vero Capituli super negatiua, *l. diem profer re. § si plures vbi glos. in verb. consenserunt, & communiter D D. ff. de recept. arbitr. Bart. in l. 1. num. 6. vers. vlterius nota. ff. de ventr. inspi. Bald. in l. actor. nu. 21. C. de probat. & alij allegati in Parmen. Pensionis 4. Martij 1624. coram me.* Tum et demum

11 quia † eorum depositiones magis consonant, & conueniunt cum iure communi, *Abb. in c. auditis. nu. 15. de praescript. Bald. in l. ob carmen. § fin. ante nu. 1. ff. de testib. & plures cumulat Farin. in tract. de testib. q. 65. nu. 150.*

Et ita vtraque parte informante, etc.

R.P.D. Dunozetto

Tollen. Reformationis

Mercurij 21. Ianuarij 1628

S V M M A R I A.

1. *Assistentiam iuris habens cum possessione est manutenendus, donec littera examinentur, & exequantur.*
2. *Spoliatus non est manutenendus.*
3. *Iudex Executor non rite, & recte procedens non priuat possessione.*
4. *Executor litterarum non habentium clausulam quæ importet iudicialem cognitionem potest se, extraiudicialiter informando vti merus Executor ad earum executionem procedere.*
5. *Litterarum iustificatio non est necessaria, quando executioni demandantur ad instantiam illius, qui contentis in eisdem consensit.*
6. *Executio nõ afficit, nec possessione priuat nõcitatũ.*
7. *Citari non potest, nec debet, qui non est contradictor, sed orator, & actor.*
8. *Executor etiam nulliter procedens priuat possessione illum, qui habet se pro spoliato.*

Decis. DCLXII.

FVit decisum coram me sub die 10. Aprilis præteriti Capitulo, & Abbati Generali Præmonstraten. esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione Superioritatis, & in omnibus ijs, quæ non contradicunt litteris Apostolicis per Communitatem antiqui rigoris obtentis. Hodie vero reproposita causa super ijsdẽ Domini steterunt in decisis ex rationibus in decisione deductis.

Quibus non obstare visum fuit, quod Capitulũ, & Abbas prędicti in ijs, quę continentur in dictis litteris, habeant assistentiam iuris cum possessio-

1 ne, † & sic donec prædictæ litterę examinentur, & exequantur, veniat eis concedenda manutentio, quia obiectũ tollitur ex quo prædictæ litteræ mediante Executore fuerunt effectuatę, & executioni

2 demandatæ, † Vnde ijs, quæ in ipsis continentur, Capitulum, & Abbas præfati cum fuerint spoliati, non sunt manutenendi, *Rot. coram Greg. XV. decis. 546. num. 12. & alias sæpissime.*

3 Nec obstat, quod † Executor deueniendo ad executionem dd. litterarum, eis prius non iustificatis, non rite, & recte processit, & sic non potuerit eos priuare possessione in ijs, quæ in dd. litteris

4 continentur, quia † cum in dd. litteris nulla adesset clausula, quæ importaret iuditialem cognitionem, Episcopus Tullen. tanquam merus executor potuit se extraiudicialiter informando ad earum executionem procedere, *Innoc. in cap. si. num. 2. de præscript. Lap. allegat. 6. num. 5. & fuit dictum in Pacen. Puritatis Sanguinis 11. Decẽbris 1609. coram Lancellotto, & in Leodien. Abbatia 4. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo.* & vlterius

5 † cum prædictæ litteræ fuerint executioni demandatæ ad instantiam ipsiusmet Abbatis, vt in summario Communitatis num. 2. iustificatio prædicta non erat necessaria, *Rot. dec. 23. nu. 1. & dec. 519. nu. 2. par. 2. recent. & fuit dictum in Eugubina Pensionis 7. Aprilis 1618. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Denique non obstat, quod in executione dd. litterarum fuerit nulliter processum, ex quo Capitu-

6 lum, & Abbas Generalis non fuerunt citati, † prout citari debebant ad hoc vt executio eos afficeret, & potuerint priuari eorum possessione, nam quoad Abbatem cessat difficultas, qui, vt supra dictum est, prædictæ litteræ ad eius instantiam non solum obtentæ, sed etiam executioni demandatæ

7 fuerunt, vnde † cũ non esset contradictor, sed orator, & actor non poterat, nec debebat citari, vt fuit dictum in Vlixbonen. Quartanariæ 15. Ianuarij 1624. coram Reuerendissimo D. Coccino.

Quo vero ad Capitulum pariter cessat obiectũ quia per plures actus positiuos, qui dantur in summario Communitatis num. 5. & 6. constat, ipsum approbasse reformationem, & litteras Apostolicas

8 acceptasse. Vnde sequitur, quod † licet in d. executione respectu Capituli fuerit nulliter processum,

attamen per supradictos actus Capitulum se habuit pro spoliato, & ita à d. Executore etiam nulliter procedente potuerit sua possessione priuari, ita vt in ea non posset manuteneri, *Greg. dec. 307. num. 6. & dec. 446. num. 12. dec. 458. nu. 9. & dec. 535. num. 6.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Pirouano

Spoletana Prædij

Veneris 9. Februarij 1629.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum de manutenendo aliquando datur etiã absque specificatione bonorum. & num. 4.*
2. *Mandatum de manutenendo, seu illius executio nõ datur primo possessori in bonis deliberatis, tamquam amplius non possideat. & num. 12.*
3. *Iuste dicitur possidere, qui possidet auctore Prætore, qui potens est possessorem priuare naturali, & ciuili possessione. & num. 10. & 12.*
4. *Mandatum de manutenendo in quo bona specificata non fuerint, intelligitur respectu bonorũ, quæ illud obtinens possidet.*
5. *Manutentio non datur sine possessione, & data reuocatur. & num. 6.*
7. *Mandatum de manutenendo nullum, & iniustum non est exequendum.*
8. *Iudex nulliter, & iniuste procedens non priuat possessorem naturali, & ciuili possessione.*
9. *Iudex appellationis vnius causæ, puta possessorij adipiscendæ attentate, & nulliter defectu iurisdictionis procedit in alia causa, puta appellationis à subhastatione alteri commissa. & nu. 12.*
10. *Manutentio concessa possessionem non habenti dicitur iniusta, & spoliatiua. & num. 12.*
11. *Executori creditur referenti, se executionem fecisse super prædijs ad debitorem spectantibus.*

Decisio DCLXIII.

Corinda vxor Decij Ancaiani patris Petri, & aliorum filiorum nunc agentium mouit duo iudicia contra Vincentium, Martium possessorem bonorum, & hæreditatis Clementiæ Martanæ.

Primum coram A. C. in possessorio adipiscẽdæ medietatem hæreditatis d. Clementiæ, in quo Vincentius reportauit absolutoriam, & Corinda appellante fuit causa cõmissa in Rota vsq; de anno 1619. sed quia nihil fuit actum in illa instantia, opponente Vincentio de re iudicata, & solo informante, fuit resolutum 11. Decembris 1626. de ea constare, & successiue de molestijs dubitante petijt mandatum de manutenendo, & † absque alia disputatione obtinuit nulla tamen facta specificatione bonorum, pro quibus mandatum erat concedendum.

Secundum in partibus de anno 1621. petendo legatum sibi in eodem testamento Clementiæ relictum, in quo Corinda obtinuit mandatum executiuum contra bona hæreditaria, cuius vigore secuta est executio super duobus pecijs terræ in Villa Beroiti vocabulo lo Staffano, vt ex actis executionis, quod datum fuit, & exinde, moderata prius inhibitione intimata per Vincentium vigore appellationis primæ causæ in Rota pendentis, processum fuit ad subhastationem istius prædij, seu prædiorum, Stephano de Fabritijs maiori oblatori fuit data commissio, qui postmodum cessit, etiã cum clausula constituti, dicta bona Decio Ancaiano patri istorum filiorum, & ab hac subhastatione Vincentius appellauit, & causa fuit commissa A. C. His sic stantibus dubitatum fuit, An mandatum de manutenendo quoad bona del Campetto sit exequendum, & nõ esse exequendum fuit resolutum quoad prædium Campetti deliberatum.

Quia si non differunt bona del Campetto à bonis in vocabulo lo Staffano iam deliberatis, prout non differre colligitur ex rescripto commissionis appellationis interpositæ per eumdem Vincẽtium à subhastatione prædij, quæ postea fuit commissa A. C. & in qua dicitur, Quamuis pro solutione precij asserti Campetti, Beroiti nuncupati stadiorum 15. non posse, neque debeat procedi ad subhastationem alterius Campetti, de quo agitur 2 &c. clare patet, † mandatum de manutenendo, nõ esse exequendum in bonis prædictis iam deliberatis.

Primo quia Petrus, & Fratres mediante persona Decij eorũ patris habentis iura cessa per Ste-3 phanũ de Fabritiis † iuste possident auctore Prætore, qui potens est priuare possessorem, & naturali, & ciuili possessione, *Mohed. dec. 4. de restit. spol. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. ff. de acq. poss. Rot. dec. 582. num 5. coram Pap. Greg.* 4 *XV.* vt propterea, † cum in mandato de manutenẽdo iam relaxato non sint specificata bona, de illis sit intelligendum, in quibus Vincentius potest do-5 cere de sua possessione, † sine qua nõ datur manu-tentio, *vulg. §. retinendæ. Inst. de interd. & l. 1. §. in-*6 *terdictum autem. ff. vti possid.* † vel data reuocatur *Card. Seraph. dec. 1295. num. 5. Rot. recent. dec 404. num. 4. par. 2. recent. & coram Pap. Greg. XV. dec. 275. num. 15.*

7 Secundo, † si etiam fuissent specificata, non esset exequendum defectu nullitatis, & iniustitiæ, 8 † quibus concurrentibus Iudex non potest priuare possessorem sua naturali, aut ciuili possessione, *cap. conquærente. de restit. spol. Felyn in cap. dilectus. sub num. 1. de rescript. Rot. coram Pap. Greg. decis.* 9 *9. num 4. & 43 num. 2.* † nullitas autem est euidens defectu iurisdictionis, quia causa appellationis à subhastatione reperitur commissa A. C. Vnde Iudex Rotalis alterius causæ possessorii adipiscendæ nõ potest sine vitio attentate iurisdictionis A. C. manum apponere in messes illius, *c. non solum. de appell. Lancell. de attent. pend. app. limit. 2. p. 31.*

10 † Iniustitia esset etiam manifesta, quia concederet manutentionem non habenti possessionẽ spoliando istos fratres sua iusta possessione per Prætorem auctorizata, *contra tex. §. retinendæ. Inst. de interd. & l. iuste possidet. ff. de acq poss.*

Non obstat, quod prædium nuncupatum, il Cãpetto, sit diuisum in duobus petiis terrarum, nempe vnius stadiorum 15. & alterius modiolorum quinque, & pro primo emanasse reformatoriam commissionis Rotalis, vt patet ex rescripto obtẽto per Corindam, in quo fit mentio tantum de illo stadiorum 15. pro secundo vero modiolorum quinque iurisdictionem adhuc vigere in Rota, & iustitiam non deesse, postquam pro secundo prædio fratres prædicti non docent de possessione acquisita per subhastationem.

11 Quia, † quod duo prædia fuerint subhastata probat relatio Executoris mandati relaxati, asserenti, se vigore illius executionem fecisse super duobus petiis terræ spectantibus ad Vincentium Martium positis in Villa Beroiti vocabulo lo Staffano, et commissio appellationis eiusdem Vincentii ab eadem subhastatione, in qua conqueritur de grauamine, quod pro solutione precii prædii stadiorum

diorum 15. processum fuit etiam ad subhastationē alterius prædii modiolorum quinque, Vnde semper intrat refo matoria quoad vtrumque, quia 12 duo fuerunt subhastata, et, † deficiente probatione possessionis Vincentii post priuationem auctore Prętore per deliberationem alteri factum, defectus iurisdictionis, et iniustitia semper patent. Et ita etc.

Reuerendiss. Domino Coccino Decano

Miranden. Vnionis

Mercurij 27. Iunij 1629.

S V M M A R I A.

1 *Executoriales relaxantur sententia transacta in iudicatum.*
2 *Declaratoria quando detur.*
3 *Declaratoria non potest dari contra successorem, nisi facto nouo processu. Contrarium num. 10. & 12.*
4 *Successor in Dignitate tenetur Interdicto Vnde vi, sicut Antecessor. Decl. vt num. 5. & 14.*
6 *Sententia in spolio est iniusta non probato primo extremo.*
7 *Sententiæ in executione debet Iudex supersedere, vbi potest suspicari de illius iniustitia.*
8 *Declaratoria dari non debet ex sententia iniusta.*
9 *Successorem quamuis afficiat res iudicata cum Antecessore, potest tamen docere de illius iniustitia. & num. 1.*
13 *Finem vnum iudicati singulis sufficit controuersiis.*
15 *Sententia in Maiorata lata contra Antecessorem nocet successori Lim. vt num. 16.*
17 *Citatio per proclama contra interesse putantes requiratur, quando beneficium est plenum, & cū illud obtinente litigatur, & num 18.*
18 *Sententia contra tertium non citatum exequi non potest, nisi sit intrusus lite pendente, seu in illum dolo translata possessio.*
19 *Partibus via aperiri non debet, vt sit de viribus iustitiæ Sacræ Rotæ iudicium assumant.*
20 *Parte non opponente iuribus etiam informibus potest Iudex dare fidem.*
21 *Iura non esse in forma probanti non potest rem iudicatam, etiam quod tempore productionis fuisset oppositum, Generalia contra.*
22 *Iura non esse in forma probanti nec in secunda instantia opponi potest, si in eorum productione non fuerit oppositum, Generalia contra.*

Decisio DCLXIV.

FVit lata sententia Rotalis in spolio cōtra Emanuelem Camelo, 1 † quæ transitum fecit in iudicatum, & propterea fuerunt relaxatę executoriales, quæ, defuncto interim d. Camelo fuerunt intimatę Gaspari de Sua illius successori, atque in Curia reproductæ, & seruatis quatuor terminis de stylo seruari solitis, cum non constet 2 de paritione, petebatur declaratoria, † prout passim his per actis datur, *Cassad. dec. 6. nu. 10. de caus. poss. & propr. Vestr in prax lib. 8. cap. vlt. num. 19. cum alijs, quæ possent allegari.*

Hæc non controuertebantur, sed dicebatur, 3 † declaratoriam non posse dari contra successorē, 4 nisi facto nouo processu, quia, † licet successor in Dignitate teneatur interdicto Vnde vi, sicut Antecessor, *vt not. Abb. in cap. cum dilectus. num. 57. de ord cognat. & ibi etiam Hostien. num. 27. in fin. Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 160. vers. limitatur 3.* 5 † Attamen opus est probare spolium ex nouo processu cum successore, cum iam factus successorem non afficiat, *Seraph. dec. 1314. nu. 6. Put. dec. 297. nu. 3 lib. 1. in correct. Vestr. in prax. lib. 8. c. vlt. nu. 4. vers quæ tamen.*

6 Secundo dicebatur, quod † sententia Rotalis fuit iniusta, cum non probetur primum extremū, 7 & ideo non debet dari declaratoria, quia, † quando Iudex incipit suspicari de iustitia suæ sententiæ debet supersedere in vlteriori executione, *Seraph. dec. 415. num. 3. Rot. dec. 1541. lib. 3. par. 3.* 8 *diuers. & in puncto,* † quod non sit danda declaratoria, fuit dictum in Ciuitaten. Decimarum 10. Iunij 1622 coram bo. mem. Cardinale S. Eusebij. 9 Vnde, † & si res iudicata afficeret Successorem, nihilominus non est præcludenda via Successori, quominus possit docere de iniustitia, *Pinell. in l. 1. par. 3. num. 50. in 4. limit. de bon. matern.*

His tamen non obstantibus contrarium fuit re10 solutum, quia † sufficit, quod executoriales fuerint relaxatæ contra Antecessorem, vt potuerint 11 exequi contra successorem, quia † sententia lata contra Prælatum, seu Rectorem Beneficij nocet, & præiudicat successori, *Abb. cons. 62. col. 2. ante num. 3. vers. & maxime prædictu, ibi, sententia delegati. lib. 1. Oldr. cons. 94. num. 17. & 18. quos refert, & sequitur Aym in cons. 10. num. 8. Pinell in l. 1. par. 3. num. 43 ante fin. vers. pro hac sententia facit. C. de bon. matern. nec non Peregr. de fideicom. art. 53. num. 45. & fuit dictum in causa Casarangustana Pensionis 11. Ianuarij 1619 coram me. Cancer. var. resol par. 2. cap 16. num. 3. Mantic. dec. 74.* 12 *per tot.* & † per consequens executoriales possunt contra Successorem exequi, nec para aliud iudi13 cium subire cogitur, † singulis enim controuersijs vnum iudicati finem sufficere constitutum est, *l. singulis. ff. de except. rei iudic. Mantic. d. dec. 74.*

Non obstant ea contrarium adducta, & primo non obstat decis. Seraph. 1314. dum dicit, quod, 14 † licet Successor in Dignitate teneatur interdicto vnde vi, tamen contra ipsum debet spoliū probari, quia Seraph. loquitur in Successore Maiora15 tus, † in quo licet cōmunis opinio videatur esse, quod sententia lata contra Antecessorem noceat Successori, *vt per Meger. de maiorat. par. 4. q. 14.* 16 *num 1. & seqq.* Attamen Rota tenet † id nō procedere, nisi adsit citatio per proclama contra interesse putantes, *Put. dec 91. part. 3. Achil. dec. 3. de sent. & re iudic. & declarat idemmet Seraph. & in eadem causa in dec. 1241. numer. 1.* vbi quod Rota perpetuo obseruauit, vt saltem requiratur citatio per proclama, ad effectum vt sententia noceat Successoribus in Maioratu, & allegat prædi17 ctas decisiones *Put. & Achill.* † quæ quidem obseruantia Rotæ non applicatur, quando quis obtinet Beneficium, & cum eo litigatur, & non adest aliquis alius, qui prætendat, quia isto casu etiam debet fieri citatio contra interesse putantes, cum beneficio pleno, & non existente alio prætendente non sit ad quid fiat citatio contra interesse putantes, *& dec. Put. 297. numer. 3. lib. 1. & Vestr. in prax. loc. alleg.* expresse loquuntur, quando adest tertius, qui prætendit in beneficio, & non fuit ci18 tatus, quia † contra illum sententia exequi non potest, nisi sit intrusus lite pendente, *Mohed. decis. 1. in fin. de sent. & re iudic. Cresc. dec 19 nu. 3. eod. tit.* quia licet executio non possit fieri contra tertium non citatum, tamen regula fallit, quando dolo possessio est translata in d. tertium, *Bart. in l. 1.*

§. necessario.in fin.ff.de ventr.in poss.mitten. DD.in l.à Diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudic.

Non obstat secundum oppositum, quia pro illius resolutione primo est dicendum, quod nunquam fuit habita ratio decisionis Cardinalis S.Eusebij, 19 † non enim est danda anxia partibus, vt ipsi de viribus iustitiæ huius Sacri Tribunalis iudicium assumant. Et cessat omnis difficultas in hoc casu, cum primum extremum satis probetur ex decisione facta 6.Iunii anni 1618.contra quam licet opponatur, quod iura, super quibus se fundat, non sũt in forma probanti, attamen omisso, quod obiecto satisfecerunt informantes, quatenus esset verum, 20 non suffragaretur, cum † parte non opponente iuribus etiam informibus Iudex possit fidem adhibere, *Rot. dec.* 151.*lib.*3.*par.*3.*diuers.* & hodie 21 † post rem iudicatam, etiam quod fuisset oppositum Generalia contra, dum fuerunt producta, nõ posset amplius opponi, quod non sunt in forma probanti, vt fuit resolutum in causa Bracharen. Iurispatronatus de Padronell. 28. Nouẽbris 1601. 22 coram bo.mem. Cardinali Sacrato, licet, † si non fuisset facta d. oppositio, nec in secunda instantia potuisset opponi, *san.m. Greg.dec.*292. *in fin.& ibi Add.num.*6.

Et ita conclusum vtraq; parte informante &c.

R.P.D. Durano.

Romana Domus

Luna 5.Nouembris 1629.

SVMMARIA.

1. *Fructus etiam illi veniunt in iudicio retinẽdæ, qui sunt ante litem desuper motam percepti, stante mala fide, & num.* 2.
2. *Fides mala inducitur ex litis contestatione.*
3. *Fructus in iudicio retinendæ ordinario veniunt ab initio, & percepti etiam ante litem contestatã ex mala fide (officio tamen Iudicis) ratione dãnorum, & interesse. & num.* 7.
4. *Fructus in summarijssimo iudicio manutentionis non veniunt, nisi à die, quo fuit intentatum; non autem etiam ab initio percepti, & quare. & num.* 7. *&* 10.
5. *Retinenda plenarij, & summarijssimi iudicij differentia. & num.* 6.
8. *Fructus etiam ab initio percepti veniunt in interdicto Vnde vi, aut clam. & num.* 9. *vbi ratio.*

Decis. DCLXV.

1 Firmatum fuit die 27. Iunij præteriti coram me, † etiam fructus perceptos per Capitulum, & Canonicos Sanctæ Mariæ ad Rotũdam ante intentatum iudicium retinendæ per Iu-2 lium Porobellum venire in d. iudicio, ex quo, † vltra præsumptam malam fidem causatam ex litis contestatione, aderat etiam aliunde clara, & inexecrabilis mala fides Canonicorum, iuxta *distinct. Bart. in l.*3. *vers. in dic. ff. de interd. Menoch. de retin. remed.* 3. *n.* 289. *& Hieron. Lau. dec. Auen.* 219. *vers. vel intelligendum est Faber.*

Verum hodie, dũ dicta decisio reuideretur, fuit animaduersum, non fuisse actum possessorio reti-3 nendæ plenario, † in quo est verum stante mala fide venire fructus ab initio, & ante litis contestationem super dicto iudicio perceptos, officio tamen Iudicis, ratione damnorum, & interesse, *iuxta dec. Seraph.* 1168. *& Put. dec.* 61. *in princ. lib.* 3. *in nouiter impress. & sic est intelligẽdus Bart. in d.l.*3. *nõ autẽ ex vi interdicti, vt mieus bene voluit glos. in l.*2. *verb. in hoc interdicto in fin. ff. vti possid. contra tex. in d.l.* 3. *ibi,* eninde ratio habetur fructuum, ex quo ædita sunt, *non retro ff. de interd. l.* 1. *§ ex dic. ibi, non retro computentur. ff. de vi, & vi armat. quæ iura sic, vt supra, necessario intelligenda sunt.*

Sed hic fuisse actum iudicio manutẽtionis sum-4 marissimo, † in quo absolute non veniunt fructus nisi à die intentatæ manutentionis, *iuxta Doctr. Fabr. in §. retinendæ nu.* 14. *vers. item fructus. Inst. de interd. Mantic. dec.* 127. *in fin. Rot. dec.* 317. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 606. *num.* 1. *par.* 2. *recens. nec Menoch. & Hier. Lau.* si bene legantur, videntur dixisse contrarium, sed iuxta supradicta sunt intelligendi.

5 Ratio differentiæ est, quia † in plenario res iuridice discutitur, & incidenter saltim de petitorio, & mature de initio possessionis tractatur, & fertur sententia in forma à qua de iure communi datur appellatio, & propterea bene in eo iudicio constat de causa possidendi, & sic de bona, aut mala fide, & consequenter data mala fide adest æquitas, & sic Iudicis officium pro restitutione fructuum ab initio, *iuxta tex. in l. qui restituere. in fin. ff. de rei vendic. & l. si diu. §. fin. & ibi communiter DD. ff. vti possid. ex regula. text. in l.* 1. *ff. de dol. & magis in specie est tex. in l. videmus generatim §. si* 6 *actionẽ. vers. quod si accept.* … *ff. de vsur.* † In summarissimo autem, in quo versamur, leuiores sufficiunt probationes, & datur manutentio per viã decreti sine præiudicio iurium partium, & regulariter non attenditur iustitia, aut iniustitia, sed nudum possessoris factũ, nec est appellationi locus, *Blazol. cons.* 91. *Rebuff. tit. de remed. possess. gl.* 2. *&* 3. *Couar. cap.* 17. *pract. quæst. per tot. & Milotu. dec.* 7 *Sicil. prima num.* 98. Vnde cessat æquitas; † quinimmo esset prorsus ab omni ratione alienũ, quod in eo fieret condemnatio in fructibus ab initio perceptis, quia esset canonizare malam idem sine debita causæ cognitione, dum propter eam, & non aliter condemnatio fieri potest, & non attenta iustitia, aut iniustitia, & sic bona, aut mala fide, quã differentiæ rationem, licet non ita explicite, iam prius sensit *Rot. in dictis decisionibus Put. & Seraph.*

Neque supradictis obstat *text. in d.l.* 1. *§. ex die. in princ. ff. de vi, & vi armat. & l. is, qui in puteũ. §. quod ait Prætor. ff. quod vi, aut clam & l. si de* 8 *possessione C. vnd. vi.* vbi, quod † ex vi interdicti veniunt etiam fructus ab initio, quia d. iura loquuntur in interdicto vnde vi, aut clam, vt bene dicit *gl. in d.l.* 3. *ff. de interd.* vbi etiam *Rebuff. quorum lon-*9 *ge dispar est ratio.* quia, vltra quod † in eis, quando fit condemnatio, semper mala fides est certa, & ex eorum natura fit restitutio in pristinũ, & sic etiam veniunt fructus, & accessiones ab initio ex vi interdictorum, *iuxta tex. optimum in d.l. videamus generatim. § in Fabriana. ff. de vsur. ibi,* & ideo non restitui Prætor vult, veluti interdicto vnde vi, etiã fructus sunt restituendi. *& late Menoc. de recuper. poss. in prælud. num.* 4. *cum seq.*

Ex quibus Domini, insequendo d. distinctionem 10 inconcusse in Rota obseruatam, resoluerunt † fructus vigore mandati de manutenendo emanati, in hac causa in d. iudicio summarissimo deberi tantum à die petiti mandati, non autẽ ante, & in hoc recesserunt à decisis &c.

Et ita &c. vtraque &c.

R.P.D.

R.P.D. Pirouano

Romana, seu Cartaginen. Pecuniaria

Luna 19. Nouembris 1629.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo quod non debuit relaxari, nec in consequens potest executioni demandari. & num. 7.*
2 *Clausula, sine praeiudicio legitimæ executionis, separat iurisdictionem executiuam ab ordinaria.*
3 *Appellatione in Rota commissa à relaxatione mandati executiui, A. C. non potest coram eodem A. C. ad iudicium manutentionis procedi, sed Rota debet adiri. & num. 6. & 7.*
4 *Causa possessorij, & petitorij vna est iurisdictio, nec datur illorum separatio.*
5 *Index appellationis non prohibetur cognoscere de validitate executionis consumatæ per Iudicem à quo, eamque non rite, & recte factam per viã manutentionis reuocare.*
6 *Appellatione commissa in Rota à mandato executiuo ab A. C. relaxato pro aliquibus terminis pensionis cum clausula, sine praeiudicio, potest nihilominus pro alijs terminis adiri idem A.C.*
9 *Iurisdictionis defectus reddit mandatum de manu tenendo nullum.*

Decis. DCLXVI.

QVæsitum fuit, an mandatum de manutenendo per A.C. decretum sit exequendũ, vel potius de nouo relaxandum, & non 1 potuisse relaxari, † nec per consequens executioni demandari, fuit responsum.

Nam etsi coram eodem A.C.D. Tiberius Caualcrius conuenerit D. Petrum Marzal pro solutione pensionis scutorum 260. auri sibi auctoritate Apostolica reseruata super fructibus vnius simplicis beneficij, ad quam idem Petrus se obligauerat pro Seminario in forma Cameræ, exindeque mandatum executiuum emanauerit, & interposita appellatione causa in Rota commissa fuerit cum clausula, sine praeiudicio legitimæ executionis, 2 quæ separat iurisdictiones, nempe executiuam ab ordinaria, *Lancell. de attent. post. inhib. cap. 20. limit. 13. num. 7. Cas. de Grass. dec. 3. num. 4. de sent. & re iudic. Rot. dec. . . nu. 1. par. 2. recent.* Non 3 † tamen potuit coram eodem A. C. inchoari iudicium possessorium manutentionis per D. Tiberium, prout factum reperitur, causa in Rota pendente in 2 instantia, quia deficit iurisdictio in ipso, & porrit falcem in ea quæ pertinet ad Iudicem 4 appellationis, ex quo † causæ possessorij, & petitorij vna est iurisdictio, nec prout executiuum ab ordinario separari potest, textus est expressus in l. nulli. C. de iudic. cuius verba hæc sunt, pœna immittente ei, qui contra hanc supplicauerit sanctionem, atque alium super possessione, alium super principali quæstione postulauerit, *& per illum tex. Dec. cons. 700. in princ Soccin. iun. cons. 136. num. 5. lib. 2. Affl. dec. 354. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 371. num. 4. idem determinant*, & propterea † con-5 summata executione per Iudicem à quo non prohibetur Iudex appellationis cognoscere de validitate illius, & per viam manutentionis illam reuocare, si non recte, & rite facta sit, *Rot. dec. 91. coram Pap. Greg. XV. & in Virdunen. Vicariæ prima Iunij 1616. corã bo. me. Buratto, in Sinogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617. & in Britonien. Canonicatus 6. Martij 1626. coram bo. me. Patriarca Mar-6 zanedo*, † quod quidem non liceret, si penes A.C. remaneret eadem cognitio super summariissimo retinendæ.

Quare, cũ A.C. abdicata iam iurisdictione per appellationem manum apposuisset ad iudiciũ possessorium iam deuolutum cum petitorio, merito 7 sine iurisdictione processit, † & sicuti defectu iurisdictionis non potuit procedere ad relaxationẽ mandati, ita nec ex persona eiusdem potest de nouo relaxari, sed coram Iudice appellationis, corã quo causa est commissa in Rota, erit procedendũ.

8 Non obstat, † quod adhuc pro terminis pensionis decursis possit adiri A.C. penes quem iurisdictio in exequendo vigore clausulæ, Sine praeiudicio, remansit.

Quia de hoc hodie non quæritur, sed tantummo 9 do de validitate mandati de manutenẽdo, † de qua non cõstat ob defectum iurisdictionis, *Cassad. dec. prima de appellat. Caputaq. decis. 265. par. 2. cum alijs allegatis per Vant. de nullit. ex defect. iurisd. in princ. & num. 8.*

Et ita &c.

R. P. D. Merlino

Burgien. Iuris Præsidendi

Luna 10. Maij 1630.

SVMMARIA.

1 *Decanus, vbi non adest Archipresbyter, eius locum occupat, & absente Episcopo præest in Choro, & functionibus Diuinorum Officiorum, plenamque habet potestatem, eiusque proprium est munus, errantes in Choro corrigere.*
2 *Manutẽtio datur cumulatiuè, ex cumulatiua quasi possessione.*
3 *Silentium alicuius in Choro post illud indictum quando non concludat animum parendi, & nu. 6. 9. 11. 12.*
4 *Iurisdictionis quasi possessio non acquiritur ex actibus æquiuocis.*
5 *Iurisdictionis quasi possessio acquiritur ex gestis, quæ necessario indicent animum obediendi.*
6 *Animus obediendi in actibus negatiuis, vt in silentio, non infertur ex simplici patiẽtia, & omissione loquendi, sed ex potentioribus actibus actualis prohibitionis, & acquiescentia, & nu. 12.*
7 *Iurisdictio in præcipiente non firmatur sine obedientia.*
8 *Obedientia possideri dicitur per obedientiam, alias qui præcipit, si sibi non paratur, nihil in alium possidet, nisi labia sua.*
10 *Mens bona solet culpam timere, vbi etiam non est.*
11 *Subiectio non concludens patientiam subiecti ab agente tamquam ex iure proprio, sed ex passi humilitate non tribuit quasi possessionem iurisdictionis.*
13 *Iurisdictionis quasi possessionem cumulatiuam possunt plures ad inuicem habere actiuè, & passiuè.*
14 *Iurisdictionis quasi possessio in præiudicium alterius possessoris non acquiritur sine illius scientia, & patientia.*
15 *Actus effectum non sortiti non constituunt in aliqua quasi possessione iurisdictionis.*

16 Quasi

16 *Quasi possessio ad sui effectam requirit extremũ, in quo realiter agas, & non abusiuè.*
17 *Indefinita non aequipollet vniuersali in probationũ materia.*
18 *Iurisdictionis praescriptio pbari debet specifice, & in indiuiduo in casu cõtrouerso, nõ autẽ in genere.*
19 *Possessio ad effectam manutentionis probari debet ex actibus ante motam litem, non autem releuant actus, qui dederant caasam liti, vel post eam contestatam gesti fuerunt.*
20 *Iurisdictionis quasi possessio priuatiua quoad aliã acquisita non dicitur ex illius exercitio de eiusdem ordine, sed potius probata cumulatiua.*
21 *Negligentia iurisdictionem exercendi in aliquo actu praeiudicat in omnibus, & in vniuersa iurisdictione.*
22 *Patronorũ negligentiam praesentare quasi possessio praeseruatur per praesẽtationẽ alterius cõpatroni.*
23 *Negatiua debet tempore coarctari.*
24 *Testes debent reddere causam scientiae.*
25 *Testibus viribus insignibus deponentibus de affirmatiua, & de materia conuenienti cum iuris communis dispositione magis creditur.*
26 *Iudicium Silentiariorum officium versatur in indicendo silentium in Choro, & in decidendo causas inter Canonicos.*
27 *Titulus superueniens non aufert, nec mutat ius, sed illud auget.*
28 *Iurisdictio potest compatibiliter exerceri duplici titulo, altero in subsidium, altero principaliter, siue tãquã Iudex delegatus, & tãquã ordinarius.*
29 *Constitutio abrogata allegari non meretur.*
30 *Constitutio non recepta vsu non ligat.*

Decisio DCLXVII.

PErstiterunt Domini in decisis sub die 18. Iunij 1627. coram me, nempè reuocandum non esse mandatũ de manutenendo à Rota concessum Decano Ecclesiae Metropolitanae Burgen. cumulatiue cum Iudicibus quatuor temporũ, Silentiarijs nuncupatis, in quasi possessione praesidendi in Choro, & ibidem silentium indicendi, quia ipse Decanus bene fundatam videtur habere intentionem, tum ex assistentia iuris communis, 1 † ex qua Decanus, qui fungitur vices Archipraesbyteri in Ecclesia Burgen, vbi non adest dignitas Archipraesbyteratus absente Episcopo praeest in Choro, & in functionibus Diuinorum Officiorum celebrationem concernentibus praefertur omnibus alijs, & plenã habet potestatẽ, eiusque proprium munus est, errãtes in Choro corrigere *ex c. 1. & cap. officium. de offic. Archipresb. & ibidem glos. Menoch. cons. 257. nu. 62.* tum etiam ex actuali exercitio, & quasi possessione d. iurisdictionis per testes concludenter probata, 2 † quae possessio cumulatiua est manutenenda, *vt latius in d. decisione coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio emanatis in hac causa deductum fuit.*

Nec obstare modo visum fuit testes, super quibus potissimum insistebant informantes pro Capitulo, deponentes, Iudices Silentiarios indixisse silentium nedum illis de Capitulo, & Choro, sed etiam ipsimet Decano pro tempore, quẽ paruisse affirmant, & aliquando etiam in poenam contumaciae, & inobedientiae mulctatum fuisse, & ab eodẽ Decano identidem requisitos fuisse Iudices ad indictionem silentij, & ab ipso tunc solum indictũ fuisse, cum Iudex silentiarius fuit deputatus, ex quibus inferebatur, Iudices esse in quasi possessione huiusmodi iuris priuatiue quoad Decanum.

Quoniam DD. diligenter examinando depositiones dd. testium censuerunt ex illis nullatenus probari d. priuatiuam quasi possessionem; siquidẽ quoad paritionem Decani, cum à Quatuor Iudicibus fuit indictum silentium, testes non deponunt, quod Iudices nominatim ipsi Decano silentium indixerint, nec quod in vim d. praecepti Decanus tacuerit, sed solummodo asserunt, post indictionẽ generalem silentij factam Capitulo etiam Decanum 3 siluisse, † quod facere potuit citra animum parendi Iudicibus, sed ex quadam decentia, & ne aliorum, qui imperio Iudicum adstringebantur, 4 turbaret silentium, † ex actibus autem aequiuocis non acquiritur quasi possessio iurisdictionis, *Butr. in c. fin. nu. 34. de caus. poss. & propr. Bald. in l. 2. nu. 60. C. de seruit. & aqu. Soccin. sen. cons. 187. nu. 20. vers. tertio considero lib. 2. Gratian. discept. for. cap.* 5 *113. nu. 67. Rot. dec. 717. nu. 5. par. 2. recent.* † sed ex gestis quę necessario animum obediendi prae se ferant, *glos. in c. olim. il 3. verb. timore vbi Anan. nu. 2. Imol. nu. 2. Abb. nu. 5. de restit. spol. Bald. in l. liberti, libertaeque nu. 3. C. de oper. liber. & in l. data opera num. 28. vers. nam interdum. C. qui anus. non* 6 *poss. & in l. 2. nu. 60. C. de seruit. & aqu.* † animusque obediendi in actibus negatiuis, prout est silentium, nõ infertur ex simplici patientia, & omissione loquendi, sed potentiores actus requiruntur, nẽpè positiua actualis prohibitio, & quod prohibitus illi acquiescat, *iuxta trad. per Butr. in d. c. olim. il 3. nu. 11. & ibidem Canonistae communiter. de restit. spol. Ias. in §. acqua nu. 41. Instit. de act. Capic.* 7 *dec. 209. nu. 25. cum alijs,* † sine obedientia autem non firmatur iurisdictio in praecipiente, *Bald. in rubr. de maior. & obed. nu. 1. verb. obedientia Afft.* 8 *dec. 265. nu. 9. & dec. 301. nu. 5.* vbi quod † per obedientiam obedientia possidetur: & qui praecipit, si sibi non paritur, nihil in alium possidet, nisi in bia sua, *vt loquit Innoc. in d. c. olim. il 3. & ibi Anchar. nu. 5. Butr. nu. 11. de restit. spol. Bald. in c. sacramentum. nu. 9. vers. dicit enim. Innoc. de consuetud.* 9 *rect. feud.* † vel potuit etiam Decanus silere ex reuerentia Ecclesiastici nerui, & ex modestia, & bo-10 nitate mentis, † quae solet timere culpam, etiam vbi non est, *vt habetur in cap. & eius vero* 11 *dist. 5. & c. 2. de obseru. ieiun.* † quae quidem subiectio, vt potẽ non concludens patientiam subiecti ab Agente tamquam ex iure proprio, sed ex quadam ipsius passi humilitate, non tribuit vllam quasi possessionem iurisdictionis, *Butr. in d. c. olim il 3. nu. 10. & 11. Host. nu. 5. & 6. Io. Andr. nu. 12.* 12 *Anan. nu. 2. & 3. de rest. spol.* † & tute potuit Decanus silere, dum non audiuit à Iudicibus sibi indici silentium, solumque sibi praeiudicasset, si illi signanter fuisset indictum silentium, & ille parendo huic indictioni siluisset, quod nullatenus probatur; cumque idem Decanus sciret ex huiusmodi voluntaria taciturnitate nullum sibi inferri praeiudicium, nec imponi seruitutem, & saluum esse ius suum indicendi alijs silentium, vtique hinc argui non potest ad iurisdictionem Iudicum ipsi tacenti praeiudiciũ, *ad l. sicut §. videatur. ff. quib. mod. pig. Rip. in l. admonendi. nu. 44. ff. de iur. iur. Ruin. cons. 161. n. 38. lib. 1. Cephal. cons. 445. nu. 28. Rot. dec. 115. nu. 9. par. 1. recent.* Et demum, vt ali-13 qui ex Dominis dicebant, † videtur dari posse, quod Iudices habeant ius imperandi Decano delinquenti in silentio, & è contra idem ius competat Decano in Iudices cõtrauenientes, & sic quod inuicem habeãt cumulatiuam iurisdictionis quasi possessionem.

Quo verò ad mulctas, & punctuationes ob inobedientiam Decano impositas testes non deponunt, quod mulctae deinde fuerint exactae, & punctuationes factae cum Decani scientia, & acquie-14 scentia, † sine qua quasi possessio iurisdictionis nõ acquiritur in praeiudiciũ alterius possessoris, *bene Abb. in c. olim. il 3. num. 8. & 12. de restit. spol. Socc.*

sen.

sen conf.187.nu.21.lib.2. Natt. conf.636.num.70. Put.dec.360.par.1.Rot.dec.803.nu.7.par.1.diuers. & dec.110.nu.6.par.1.& 500.nu.4.& 717.nu.3. 15 *par.2.recent.* † & actus huiusmodi mulctarum effectum non sortiti non potuerunt constituere Iu- 16 dices in vlla quasi possessione iurisdictionis, † quę ad sui effectum requirit extremum, in quo realiter agat, & non abusiue, *Bald.in c.Sacramentum.nu.9. vers.& est ratio.& c.1.olim.il 3.& ibidem Abb. nu.17.de rest.spol.& fuit dictum in Sabinen.Castri Mompei 7. Februarij 1618. coram Illustrissimo D. Cardinali Verospio*. Vltra quod aliqui ex testibus indefinite loquuntur, penas fuisse exactas à frangentibus silentium, quæ depositio verificari potest 17 in alijs præbendatis, & Capitularibus, † in materia enim probationum indefinita non æquipollet vniuersali *Cras conf.33.nu.16. Alex.conf 110.nu. 2.lib.2. Caf.de Graff.dec.13.nu.13. de testib.Surd.* 18 *conf.438.n.68.* & † iurisdictionis præscriptio probari debet specifice in casu controuerso, & in indiuiduo, non autem in genere. *Soccin. sen. d. conf. 187.nu.21.lib.2.Cras.conf.96.n.4. Natt.conf.636. 130.& 133.* Atque alij testes non percutiunt tem- 19 pus ante motam litem, † prout opus est, cum actus qui dederunt causam liti, & qui post eam contestatam gesti fuerunt, non sint habendi in cōsideratione, *Rot.apud.S.M.Greg. XV. dec.4.nu.2. vbi Add. nu.19.& dec.569. nu.4.* & sic eorumdem probationes remanent prorsus incertę, & irreleuantes.

20 Quod autem Decanus † aliquando requisiuerit Iudices, vt silentium indicerent, non excludit ius, & facultatem ipsius circa indictionem pariter silentij, nec infert quasi possessionem Iudicum priuatiuam quoad alios, sed hinc potius desumitur cumulatiua possessio, dum Decanus impulit Iudices ad obeundum munus suum, & ipse tamquam Caput, à quo flueret huiusmodi iurisdictio voluit vti ministerio eorum in exercitium proprij iuris, fortasse, quia tunc ex se commode ob distantiam loci, vel alia de causa imperare nō posset, vel quia 21 hoc tunc neglexerit, † ex qua tamen negligentia in aliquo actu non est dicendum, quod sibi præiudicauerit in omnibus, & in vniuersa iurisdictione *ad nut. per Innoc. & Compost.in c.querelā de elect. Federic.de Sen.conf.147.nu.4. Abb.conf.54.nu.3. vers.nā.vbicumque lib.1. Ruin.conf.50.nu.10.lib.5.* quemadmodum in materia iurispatronatus dici 22 solet, † Patronos negligenter pręsentare pręseruari per præsentationem alterius cōpatroni, *iuxt. conf.Federic.de sen.101.Rot.apud. Cardin. Seraph. dec.1025.nu.5.& coram S. M.Greg. XV.dec.417. nu.9.& ibi Add.nu.15.& dec.452 nu.9.*

Demum quod Decani non indixerint silentiū, nisi eo tempore, quo erant deputati Iudices silentiarij, testes hoc non probant, quia negatiuam nō 23 concludūt, † put opus esset, *Alex.conf.108.n.10.lib. 1.& in terminis iurisdictionis late Rot.dec.325.nu.* 24 *4.corā S.M. Greg. XV.* † Neque reddunt causam, & rationem suæ scientiæ, vt requiritur, *ex c. cum causam de testib. §. & licet Auth. de testib. Bart. eod. tract.nu.2.& Farin.q.70.nu.1.* Et in omnem casum eliduntur ex depositionibus testium examinatorum pro Capitulo affirmantium, se vidisse Decanum indicere silentium, etiam de tempore, 25 quo non erat Iudex, † quibus tamquam Viribus Insignibus deponentibus de affirmatiua, & de materia conuenienti cum iuris communis dispositione magis esse credendum, quam testibus Capituli, *fuit firmatum in alia decisione sub die 18. Iunij 1627. coram me.*

Nec ex eo, quod Decanus aliquando fuerit electus Iudex Silentiarius, potest inferri, eumdem non habere facultatem indicendi silentium, quam si habuisset frustra in vnum ex Iudicibus electus 26 fuisset, quoniam † officium præfatorum Iudicum non versatur in hoc tantum, vt indicatur silentium in Choro, sed in eo etiam, vt causæ inter Canonicos decidantur, vnde nil mirum, si hoc manus De- 27 canus non recusauit, † per titulum autem superuenientem quoad silentij indictionem nō fuit sublatum, aut mutatum ius Decani, sed auctum *ad l. falsa.§.sed & sicut.ff. de cond. & de monstrat.l.qui ad uptionem. ff.de adopt. Oldrad.conf.239. num.1. Mandos. conf.52.nu.9.*

Non obstat decretum, seu Statutum de anno 1508. per quod declaratur, Decanum debere silentium indicere in defectum Iudicum, quoniam ex hoc non videtur sequi concludenter, & necessario, Decanum non habere etiam idem ius cumulatiuum cum Iudicibus, & illis præsentibus nō posse illud exercere; nulla enim in statuto adest taxatiua, per quam limitetur iurisdictio Decani ad casum dumtaxat absentiæ Iudicum, & in subsidium eorum, sed potius mens statuentium videtur esse, vt iurisdictio Decani, quæ pręsentibus erat voluntaria, & facultatiua, eisdem absentibus sit necessa- 28 ria, † nec vlla est repugnantia, quem duplici titulo exercere iurisdictionem, altero in subsidium, altero principaliter, siue tamquam Iudicem delegatum, & tamquam ordinarium, *iuxta tradita per Menoch.præsumpt.16.nu.23.& 24. & præsumpt. 17.in princ.lib.2.* Vltra quod non videtur, hoc esse statutum, sed simplex propositio Decani circa pręt ensiones Iudicum, & Responsio Capituli, & quatenus huiusmodi responsio emanasset per viam sta- 29 tuti, tamen, † cum non fuerit inserta in compēdio statutorum à Sede Apostolica confirmatorum, in quo derogatur quibuscumque decretis, vel statut is capitularibus ibidem nōn insertis, non meretur allegari tamquam abrogata, *Bart.in l.omnes Popoli nu.68.ff.de iust. & iur. & in l.fin.num.3.ff.ad leg. Cornel.de fals.Dec.in c.1. in prima lect.num.37.de Constit. Alder. Masc.de gener.interp.stat.concl.34.* 30 *nu.1.* † cumque nec fuerit vsu recepta non ligat, *Oldrad.conf.259.nu.1. Soccin.iun.conf.76.num.46. lib.4. Mascar.d.concl.11.nu.5.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

Manzanedo Patriarca Hierosolymitano.

Romana Domus

Luna 22. Martij 1627.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, sine præiudicio immissionis, in commissione posita, impedit, vt pars aduersa non possit manuteneri.*

2 *Decl. procedere, donec immissio sequuta fuerit. secus illa sequuta, sed nulliter vel iniuste, dum pars non habuit se pro spoliata.*

3 *Clausula, sine præiudicio immissionis, præseruat executionem faciendam, non impedit, quin possit reuocari facta minus recte, & legitime.*

4 *Iudicis auctoritate electus amittit ciuilem, & naturalem possessionem.*

5 *Lim. secus si Iudex nulliter, & iniuste processerit, cum tunc Iudex non priuet, & detur possidenti manutentio.*

6 *Sententia non conformis libello est omnino nulla, & etiam illius executio.*

7 *Res in dubio præsumitur censualis, non emphiteutica.*

8 Domi-

8 *Dominium probatur ex instrumento inuestituræ.*
9 *Inuestituræ instrumentum requiritur ad effectum priuationis, & deuolutionis.*
10 *Caducitatis pœna locum non habet, nisi expresso iure caueatur, & procedit solum in contractu emphitheutico, non in censuali.*
11 *Caducitatis pœna remissa dicitur ex receptione canonum absque protestatione, seu reseruatione.*

Decisio DCLVIII.

DOmini censuerunt, standum esse in decisis, nempe Ecclesiæ, & Hospitali S. Iacobi Hispanorum de Vrbe dandum esse mandatum de manutenendo ex fundamentis, & iuribus adductis in decisione per me extēsa in hac causa 6. Iunij præteriti, quæ placuerunt Dominis.

Quibus nec obstat, quod contra d. Hospitale fuerit lata super immissione sententia ad fauorē D. Ferantis aduersarii, & postea causa fuerit in Rota commissa sine immissionis præiudicio vnde 1 videtur, quod † stante d. clausula Hospitale non possit manuteneri.

2 Quoniam placuit responsio, scilicet, quod † obiectum procederet, quando sententia non fuisset executa, at in casu nostro fuit illa executioni mādata, & data vigore illius immissio, & sic vis d. clausulæ remansit consumpta. Ideo Hospitale, cum non se habuerit pro spoliato, potuit petere manutentionem, *vt fuit aliàs in Rota resolutum in Hispalen. & Cauten. Permutationis 11. Martii 1596. coram Gyptio registrata apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 490. & in Hortana Parochialis 12. Decembris 1597. coram Peregrino, apud eundē Marches. par. 1. fol. 964. & not. Modern. de clausul. par. 1. claus. 160. num. 3.*

3 Vlterius fuit responsum † d. clausulam preseruare executionem faciendam, non tamen impedire, quin executio facta non possit reuocari, nisi sit recte, & legitime facta.

4 Minus obstat, quod † Hospitale amiserit tam ciuilem, quam naturalem possessionem, eo quo in executionem prædictæ sententiæ immissionis fuit ab ea Iudicis auctoritate eiectum.

Quia vulgare est in Rota sæpe dictum, *vt apud Verall. dec. 186. par. 3. & coram Greg. XV. dec. 105. num. 5.* 5 quod † hoc non procedit, quando Iudex nulliter, & iniuste processit, quia tunc non priuat possessione, & datur possidenti manutentio ex adductis in alia decisione.

Quod autem Iudex nulliter processerit proba6tur nam † sententia non fuit conformis libello, in eo namque petebatur, quod Hospitale cogeretur ad vendendam d. domum infra annum sub pœna deuolutionis, & caducitatis, propterea d. sententia, cum non sit conformis libello, redditur omnino nulla, *Licet. Hely. de simon. c. qualiter, & quādo. §. ad cognoscendas de accusat. l. fin. C. de fideicom. libert. Rot. dec. 468. num. 3 par. 1. & dec. 129. num. 6. par. 2 recent.* & consequenter illius vigore facta executio remansit etiam nulla.

Iniustitia vero deducitur ex eo, quod nullibi cō7stet, quod domus prædicta sit emphitheutica, & † in dubio præsumitur censualis, *Aluar. Valasc. de iur. emphit. q. 32. num. 35. Mantic. dec. 134. num. 3.* Ac etiam non constat de instrumento inuestituræ, 8 † ex quo probatur dominium, † prout requiritur 9 ad effectum priuationis, & deuolutionis, *Rot. dec. 249. num. 1. & 2. par. 1. recent.*

10 Et denique fuit notorie sententia iniusta, cum Ecclesia non potuerit compelli vendere sub pœna caducitatis, † quæ pœna nunquam habet locum, nisi expresso iure caueatur, & procedit solum in cōtractu emphiteutico, *ex adductis in decis. 139. num. 3. par. 1. diuers. & in decis. 543. num. 3. par. 2. recent.* non autem in contractu censuali, in quo nos versamur, vt supra fuit ostensum.

Accedat prædictis, & fuit in decisione in hac 11 causa facta ponderatum, quod † post latam d. sententiam per plures annos Domini directi absque vlla protestatione, seu reseruatione iurium suorū receperunt canones; quo fit, vt censeatur ab ipsis caducitatis pœna remissa, *ad not. per Iul. Clar. in §. emphiteusis. q. 10. nu. 1.* Vnde cessante caducitate prędicta DD. directi, vel ab eis causā habentes nō potuerunt ad sententiæ executionem procedere, & per consequens Hospitale non potuit sua possessione priuari ex superius adductis.

Et ita fuit vtraque parte informante conclusum &c.

R. P. D. Panzirolo

Lauretana Prædij

Lunæ 16. Februarii 1637.

S V M M A R I A.

1 *Iudicis auctoritate possidenti debetur manutētio.*
2 *Iudex rite, & recte procedens priuat ciuili, & naturali possessione.*
3 *Iudicem rite, & recte processisse probatur ex actorum reuolutione.*
4 *Fideiussoris census renouatio euitatur per census extinctionem.*
5 *Dominii reseruatio operatur prælationem.*
6 *Obligatus extinguere debita anteriora non potest in præiudicium anteriorum creditorum extinguere posteriora Lim. vt num. 7.*
8 *Liquidatio fructuum, & expensarum non præiudicat non citato.*
9 *Fructuum restitutio debetur à die motæ litis.*
10 *Possidens in vim pacti, cui erroneè factum fuisse locum putauit, non dicitur malæ fidei possessor, & facit fructus suos.*
11 *Fructuum ad acquisitionem non requiritur titulus, sed sufficit abesse malam fidem.*
12 *Titulus inualidus, & putatiuus à iure non reprobatus, vt rei furtiuæ, vel inuasæ, sed ab errore iuris, vel facti causatus, non obest possessori ad conseruandam bonam fidem.*
13 *Fides bona causari potest etiam ex iniustis, & temerariis titulis.*
14 *Iniustitia, vt aduersus Iudicis auctoritate possidentem competat manutentio, debet esse adeo patens, & notoria, vt nullo velamine possit offuscari*

Decisio DCLXIX.

CVM Flauius Barbarubeus obtinuisset mādatum de Assoclando, illudque executioni iam demandasset contra prędium Aneti, cæpit pretendere Marcolinus d. prædij possessor, quod contra ipsum nulliter, & iniustè fuerit processum; Et propterea in gradu recursus coram me quæsitum fuit, cuinam esset cōcedenda manutentio, & Dominis visum est, quod sit manute1nendus Flauius, † cum ipse appareat prædium supradictum authoritate Iudicis possidere *c. in præsentia de renuntiat. l. iustè possidet, ff. de acqu. poss. Greg. dec. 203. in princ. & num. 2. & dec. 336. nu.*

14. &

14 *& dec.582.num.1.& 2. Rota in rec.dec.173. num.1.par.1.*& passim alibi, † Iudex enim rite, & recte procedendo Marcolinum tam Ciuili, quàm naturali possessione priuauit, *Angel.in l.Clam possidere, §.qui ad nundinas an.2.in fin.Romana.num.3. Alex.num.2.ff.de acq.poss.Rota dec.141.num 2.& dec 805.num. 6.par. 1. diuers.Seraph.dec.1325. num.3.Greg.dec.582.num.4.& 5. vbi Adden.n.8. Rota in recent.dec.173.num.2.par.1.*

3 Quod autem † Iudex rite, & recte processerit dicebatur clare constare ex reuolutione actorum iuxta *decis.Caputaq.160.par.2.*

Et de Iustitia visum est manifeste apparere, quia Achilles Barbarubeus Flauii supradicti pater de anno 1626. compermutauit cum Iulio Cæsare de Angelis quoddam prædium in Contrata Casanouæ, pro quo Achilles ei tradidit alia duo prædia à se possessa, vnum videlicet in Contrata Fontis Spini grugnaleti, & Mortulæ, alterum verò in contrata d. Aneti, & quia d. prædiū Iulii Cæsaris erat maioris valoris, d. Achilles pro adequatione, seu vt in Instrumento dicitur per Giunta, & ricompensa, promisit soluere scuta 1248. in hūc modum, statim scilicet scuta centum in manibus ipsius Iulij Cæsaris, alia scuta quingenta illius Creditoribus pro fructibus decursis, & non solutis, reliqua verò scuta 648. in die Sanctiss. Natiuitatis anno 1627. Et casu quo idem Achilles prędictam quantitatem promptam non haberet promisit in se accollare tot Census anteriores, illosque in termino trium annorum extinguere, cum facultate quod Iulius Cæsar d. duo Prædia ab Achille in compermutationem acceptes vendere posset, pacto apposito, quod pretium ex illis detrahendum deponi deberet penes idoneam personā ad effectum, vt in termino decem dierum post secutam venditionem extinguerentur tot debita anteriora ipsius Iulii Cæsaris, sub pœna nullitatis venditionis, quatenus aliter fieret, cum expressa demum reseruatione dominii in euentum in quem aliquis eorum super dictis possessionibus permutatis molestaretur, Quare cum Achilles postquam omnia in instrumento contenta adimpleuisset, molestias passus fuerit ab Honorio Galeotto Creditore d. Iulii Cæsaris pro annuo Censu contracto de anno 1612. A Capitosso pro alio Censu vendito de anno 1613. & denique pro altero Censu imposito ad fauorem quorundam de Compagnonibus, qui postea creditum cesserunt Giardinis, iuste petiit associari ad possessionem d. Prædii Aneti, in qua antea existebat, tam pro rata fructuum solutorum, quam etiam pro sorte principali Cen-

4 sus illorum de Compagnonibus, † qui cum instarent pro renouatione fideiussoris, ad hoc euitandum pœnam reportatione cessionis iniurium coactus fuit Censū extinguere de propriis pecuniis. *Bald. in l.Creditores, num 18.seq.C.de pignor. Menoch.de adipisc.remed.5.num.77.* & fuit resolutum in *Bonaien.de Zanaliis 13.Iunii 1611.& 4. Iunii 1612.*

5 *coram bo. mem. Vbaldo,* † Quod remedium pariter Achilli cōpetebat in vim reseruationis dominii in eodē permutationis instrumēto cōtentę iuxta tradita per *Bald.in l.Titius in pric.& in addit. ff.de seru.vrban.præd. Fabr.in §.vendita Instit. de rerum diuis. Negusan.de pignor.par.5.memb.2. num 18. vers.& etiam facit, Gratian.discept.730.numer.7.17.18.*

Nec visum est obstare quod Marcolinus habuerit dictum Prædium ab Augustino de Angelis, qui illud in solutum accepit ab ipso Iulio Cæsare pro scutis 370. quia creditum Augustini visum est pati multas difficultates, & pro resolutione huius obiecti sciendum est in facto, quod Iulius Cæsar prædictus, ac Petrus Antonius eius frater de anno 1599. per apocam priuatam, quæ postea de anno 1601. mediante Instrumento in publicam formam redacto fuit, cesserunt quandā eorum terras Nicolaō de Angelis, & Alexandro, ac Francisco eius filiis ac dictorum eius filiorum filijs ipsis tantum specifice nominatis nulla alia persona, neque etiā illorum hæredibus expressis, cum pacto inter cętera, quod dd. Iulius Cæsar, & Petrus Antonius possent succedere in eisdem terris, per hæc verba; *quando della predetta terza Generatione mancasse la linea masculina del detto Miser Nicola, & non altrimente.* Vnde cum de anno 1609. Nicolaus prædictus, ac Alexāder, & Franciscus in d. Instrumento nominati obiissent sine filiis, credentes Iulius Cæsr ac Petrus Antonius, quod esset factus locus supradicto pacto ad eorū fauorē, dictarū terrarum possessionem cæperunt, & in ea pacifice permanserunt vsque ad annum 1629. de mense Augusti, de quo tempore Iulius Cæser conuentus fuit in Curia Maceraten. ab Augustino de Angelis dicti Nicolai Cessionarii filio pro restitutione fructuum perceptorum spatio ānorum 19. eo quia licet ipse Augustinus non esset expressè nominatus in Apoca cessionis, ex quo nōdum erat natus, nihilominus satis esset quod comprehenderetur in Inuestitura facta ad fauorem Alexandri aui vsque ad tertiam generationem. Vltra quod etiam prætendebat se in apoca fuisse comprehensum, ex quo, dum in ea contrahentes paciscuntur, quod durante cessione tenerentur Cessionarii tradere Iulio Cæsari, ac Petro Antonio quolibet anno vnā salmam frumenti, approbant successionem ad fauorem omnium vocatorum in Inuestitura facta prædicto Alexandro auo; ibi, *da seguitarsi di anno in anno, fin tanta, che durera la terza Generatione, come nell' Instrumento, e scritture fatte dal detto Alessandro auo &c.* cum e Alexandri cum non dubitaretur, quod ipse Augustinus esset nepos, Iulius Cæsar non expectata terminatione litis, sed liquidatis fructibus ab ipsis medio tēpore perceptis in scutis 342. illisq; additis aliis scutis 28. pro expēsis ab Augustino in lite factis, pro dicta quātitate prædium controuersum ei tradidit in solutum quod postea idem Augustinus pro eodem pretio vendidit Ludouico Marcolino, qui hodie ex iure Augustini venditoris prætendit Barbarubeum non posse agere contra ipsum ratione molestiarū ei illatarum occasione trium supradictorum Cen-

6 suum; Ex præcipue ratione, † quia, cum Achilles in Contractu permutationis se obligasset pro rata scutorum 648. extinguere tot credita anteriora, non poterat in prejudicium Augustini, qui vigore apocæ erat creditor à anno 1601. extinguere debita contracta à Iulio Cæsare de anno 1608. & 1609.

Verum pro parte Flauii fuit replicatum obiectum prædictum nihil releuare, quia licet prætensum Creditum Augustini originem sumat ab apoca confecta de anno 1599. & in publ. Instrumentū

7 redacta de anno 1601. † Attamen cū dicti fructus percepti à Iulio Cæsare non fuerint liquidati nisi de anno 1629. vtique Achilles valide extinxit Census, quos ante liquidationem in se accollauerat, & cum iuramento, & Camerali obligatione nominatim extinguere promiserat; & de quorum certitudine de tempore extinctionis dubitari non poterat ad text.in *l. Nomen debitoris, cum ibi not.C.quæ res pign.oblig.possunt. Bart.in l.fin. §. si præfatam, vbi Castren. num. 4. C. de iure delib. Greg.dec.311.num.17.& seqq.*

8 Addebat etiam Flauius, quod † ista liquidatiō fructuum, & expensarum in scutis 370. non potuit fieri à Iulio Cæsare in prejudicium aliorum Creditorum ipsis nō citatis, *l.nam ita Diuus, ff.de ado.*

c.cum

c.cũ ex litteris de in integr.restit.c.Pastoralis de re ind. Ansin.in praxi.§.1.num.26.

Praeterea dicebat, quod in omni casu liquidatio apparebat manifeste erronea, dum Iulius Caesar voluit teneri ad fructuum restitutionem ab anno 1609. quo coepit Praedium possidere, 9 † cum tamen solum teneretur illos restituere à die motae litis, & sic ab anno 1629. iuxta *Tex in l.1.§.ex die, ff.de vi, & vi armata, l. quaesitum §. hoc interdicto de Precarat.* Dum enim Iulius Caesar possedit dictas terras, quia per mortem Nicolai, & ipsius filiorũ sine filiis putauit esse factum locum pacto ad eius 10 fauorem, † non fuit malae fidei possessor, & potuit 11 facere fructus suos, *l.4.§.fin.ff. fin. regund.* † cum ad acquisitionem fructuum titulus nõ requiratur, modò absit mala fides, *l. quaesitum, ff. de acqu.rer. domin. Bald.cons.11.in fine lib.1.& cons.118.in fine lib.2. Curt.senior cons.72.col.3.vers.secunda conclusio. Menoc.cons.1173.de recup.remed.14.n.593. late Rota in recent.par.2.dec.320.sub num.1.& 2.* 12 vbi dicit, quod † quamuis adsit titulus inualidus, & putatiuus, modò à iure non reprobatus, vt puta rei furtiuae, vel inuasę, sed causatus ab errore iuris, vel facti non oberit possessori ad conseruandam 13 bonam fidem, † quae potest causari ex iniustis, & temerariis titulis per *tex.in l.sed & si lege, §.fine, ff.de petit.hered.* & fuit resolutum *Coram me in Auenionen.fideicommissi 12. Ianuarii currentis ãni.*

Ex quibus & aliis, qui pro eisdem Flauii parte dicebantur, ° visum fuit dictum praetensum creditum Augustini reddi adeo incertum, vt ex eo nullo modo posset apparere de iniustitia mãdati° de as 14 sociando, † cum illa, vt aduersus Iudicis authoritate possidentem competat manutentio, debeat esse adeo patens, & notoria, vt nullo velamine possit offuscari. *Felin.in c.Ecclesia S.Mariae, nu. 23. vbi DD.de Constitut. Mantic.dec.44.sub. nu. vlt. Caual. dec.337.num.1.& 2. Rota dec.95. num.19. & seq. & dec.96.num.4. & 9.post. Modern.de subhast.*

Et sic parte vtraque informante pro manutentione Flauii decisum fuit &c.

Reuerendiss. D. Coccino Decano

Virdunen. Monasterij

Veneris 27. Nouembris 1637.

SVMMARIA.

1. *Arbitrium intelligitur, prout de iure.*
2. *Arbitrium valdè minuit de rigore iuris, & operatur, vt relicto vtroque extremo rigoroso, seruetur equitas.*
3. *Arbitrium ex equitate intrat pro cumulatione, quando possessorium pendet à petitorio, vel possessio est turbida, & nu. 40.*
4. *Regula secunda Cancellariae non intrat in electione facta in vim concordatorum Germaniae, seu priuilegiorum, vt nu.6.*
5. *Concordata Germaniae extensa sunt ad Ciuitatem Virdunen. Contr.nu.26. Decl. vt nu.27.& 28.*
7. *Priuilegiorum derogatio contenta in regula octaua Cancellariae non trahitur ad regulas antecedentes Contr.nu.29.*
8. *Prouisio quando censenda sit facta de non reseruato nu. seqq.*
9. *Clausula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, & Clausula dudum, apponi solent, vbi Papa prouidet de reseruato, & num.10. Decl. vt nu.33.& 35.*
11. *Clausula apponi solita in prouisione Papae concurrentis vim ordinario in beneficio non reseruato, & earum effectus, & nu.36.37.38.& 39.*
13. *Affectum dicitur Monasterium, in quo Commenda cessauit ob contractum matrimonium, si Papa manus apposuit, quousque aliquis de illo in titulum prouideatur. Ampl. vt nu. 13.*
14. *Electio facta à Capitulo de Praelato non tenet, vbi Papa dedit Administratorem, vel Commendatarium.*
15. *Monasterium taxatum in libris Camerae vltra florenor 200. auri solitum commendari intrat in reseruatione regulae secundae, etiam quod habeat Conuentum.*
16. *Monasteria, quae aequiparantur Episcopatibus prouidentur in Concistorio.*
17. *Mensis Februarij est reseruatus, alternatiua cessante.*
18. *Matrimonij contractus etiam nullus, praeterquam defectu consensus vacationem inducit beneficiorum, & cessationem Commendae.*
19. *Conditionis melioris esse non debet, qui contrahit contra Canones, quam qui secundum Canones.*
20. *Reseruatio regulae 8. locum habet etiam in cessatione Commendae in mense reseruato.*
21. *Regula 8. tollit omnia priuilegia, quantumuis amplissima.*
22. *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, & nu.30. Ampl. vt nu.23. Decl. vt nu.24 & extende declarationem, vt nu.25.*
28. *Extensio limitata vltra limitationem nõ operatur.*
31. *Communicatio priuilegiorum non extenditur ad insolita, nec ad ea, quae de facili concedi non consueuerunt, nisi de illis facta speciali mentione. Ampl. vt nu.32.*
34. *Reseruationem ex capite Prothonotariatus quando non teneatur iustificare prouisus, sed alia pars contrarium probare.*
40. *Cumulatio possessorij cum petitorio intrat ex possessione turbida.*
41. *Possessio solo animo amittitur.*

Decisio DCLXX.

SAnctissimus D.N. rescripsit in hac causa, vt in petitorio, & petitorio etiã sũmarijssimo simul, & semel procedatur arbitrio Rotae, & 1 † quãuis arbitriũ intelligatur, prout de iure, nihilominus 2 † valde minuit de rigore iuris, & operatur, vt relicto vtroq; extremo rigoroso seruetur aequitas, *Bald.cons.177.nu.4.lib.1. prout DD. & decisionibus rotalibus fusè relatis firmat Ludouicus Postius in suo tract. mandati de manuten. obseru.7.num.66.& seqq. Greg.dec.326.nu. 50.* Ideò indubitatum erat 3 apud partes, quod † attenta aequitate, intrat pro dicta cumulatione arbitrium, quando possessoriũ pendet à petitorio, *iuxta Castrens.in cons.43. incipient. videtur dicendum in princ. & nu.2. vers. sed in casu nostro. lib.1.* vel quando possessio est turbida, *Lancell.de attent.par.3.cap.29.quaest.19. nu.4. & seqq. Verall.decis.200.par.2. Rot.dec.265.nu.11. & decis.476.nu.7. & dec.557.nu.3.par.1.recent. quae est apud Cunaller.decis.284.n.1.& 4. prout etiã decis.507.nu.3. apud eundem cum alijs allegatis in decis.242.nu.2.par.2.recent.*

Quantum attinet ad primum, vt excluderetur dependentia possessorij, plura deducebantur ad excludendas quoque reseruationes, seu affectiones Apostolicas, in quibus, velut inficientibus titulum, & possessionem, tota consistebat difficultas.

Primo enim dicebatur, quod cum Capitulum istius Monasterij elegerit, prout expresse declarauit in actu electionis, Abbatem vigore concordatorum Germaniae, in quibus disponitur in haec verba.

ba. Item placet nobis, quòd in Metropolitanis, & Cathedralibus, etiam non immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, fiant electiones canonicæ, quæ ad dictam sedem pro obtinenda confirmatione deferantur intra tempus constitutum per constitutionem Nicolaij tertij, &c. 4 † intrabat exclusio regulæ secundæ Cancellariæ, *Cocchier. super dicta regula nu. 16. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 54. nu. 17.* 5 cum † huiusmodi concordata per Leonem Decimum Pontificem fuerint extensa ad Ciuitatem Virdunen. *Rot. decis. 45. in princ. lib. 1. correct. & fuit dictum in causa Virdunen. electionis Episcopatus 15. Nouembris 1593. & 23. Maij 1594. corā bo. me. Hieronymo Cardin. Pamphilio, & 23. Martij 1595. corā Litta, & in alia Virdu. Canonicatus 13. Februarij 1617. corā Andrea, quæ in illius impressis est dec. 100. Lotterius vbi supra li. 2. quæs. 28. n. 63.*

Secundo deducebantur litteræ Paschalis secundi, in quibus decreuit, vt Religiosi eiusdem Monasterij, à nemine molestari debeant in electione Abbatis, prout addebatur etiam confirmatio Eugenij Tertij qui disposuit, vt obeunte Abbate huius Monasterij pro tempore, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars capituli sanioris, secundum Dei timorem, & Diui Benedicti regulam, prouiderint eligendum. Et denique afferebatur etiam concessio Sanct. mem. Clem VIII factà Congregationi, in illis partibus erectæ, ex sub qua prætenditur esse Monasterium, de quo agitur, qui quidem Summus Pontifex prædictæ Congregationi communicauit omnia, & singula, priuilegia, gratias, indulgentias, immunitates, exemptiones, libertates, fauores, & indulta Monasterio Casinensi, seu Sanctæ Iustinæ da Padua, illiusque singulis Monasterijs per quoscumque Romanos Pontifices, & Sedem Apostolicam, aut alias quomodo libet concessa, & in futurum concedenda, quam communicationem cōfirmauit etiam Sanct. mem. Paulus Quintus. Vnde inferebatur, quod cum Congregatio Casinensis habeat priuilegia Eugenij Quarti, vt quotiescumque Monasteria vacauerint etiam apud Sedem, & [illegible] alitercumque vacare cōtigerit, etiamsi speciales, vel generales reseruationes adsint, electio spectet ad Capitulum si tunc 6 celebrabitur, vel ad Præsidentem, ideò † stantibus dictis priuilegijs Monasterium illud non comprehenditur sub dicta regula secunda, *Garzias. de be-* 7 *nef. par. 5. cap. 1. nu. 219.* Eaque est ratio, quia † derogatio priuilegiorum contenta in regula octaua non trahitur ad regulas antecedentes. *Rot. decis. 767. nu. 3. & 4. par. 2. recent. & fuit dictum in causa Vrgellen. Optionis 10. Ianuarij 1622. cora Reboldo.*

8 Tertio, ac tandem ponderabatur etiā, quod † in gratia, de qua agitur, concessa Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinali Bichio videtur Sanctiss. D. N. habuisse sensum prouidendi de non reseruato, vt potest colligi ex pluribus, & primo dum nō apposuit in dicta prouisione clausulam, Dummo- 9 do collatio ad nos hac vice pertineat, † quæ solet apponi, quando Papa prouidet de reseruato. *Pancien. de offic. & potest. Capituli sede vacant. in 7. prælud. sub nu. 19. Simonett. de reseruat quæst. 61. nu. 3. & fuit dictum in causa Tauinen. Cantoria 14. Octobris 1569. coram Oradino, & in causa Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1601. coram bo. me. Hieronymi Cardin. Pamphilio.* Secundo, dum 10 pariter omisit clausulam, Dudum, &c. † quæ similiter apponitur, quando Papa prouidet ratione vacationis in mense reseruato, *vt fuit dictum in causa Romana Cappellania 9. Decembris 1602. coram bo. mem Card. Millino,* prout etiam regulariter poni consueuit in alijs reseruationibus, vt notat Hieronymus Paulus in praxi Cancellariæ in notabilibus super vacantibus reseruatis post practicam *Rebuff. nouiter impressam fol. mihi 434. vers.* nota quando vacat dignitas principalis. Tertio denique, quod Sanctissimus D. N. habuerit dictum sensum prouidendi de non reseruato, sed simpliciter concurrendi, videtur satis deprehendi ex eo, quod apposuit in hac eadem prouisione clausulā, Dummodo de tempore datæ præsentium eidem Monasterio de Abbate prouisum, aut illud alteri commen- 11 datum canonicè non existat, † quæ clausula videtur æquipollere clausulæ Dummodo de tempore datæ præsentium non sit alterius ius quæsitum, apponi solitæ quando Papa concurrit cum Ordinario in beneficio non reseruato, *Sarnen. super reg. de iure quæsit. nō tollen. quæst. 1. in princ. ex allegatis in Padebornen. Canonicatus 29. Martij 1620. coram me, & notat etiā Hieronymus Paulus loco præcit. post. princ. fol. mihi 456.*

Verum illis minimè obstantibus Domini vnanimiter censuerunt intrare arbitrium pro cumulatione possessorij cum petitorio, & moti sūt, quia cum Sanctissimus D. N. præuia narratiua, quod Commenda per dimissionem factam in manibus Sanctitatis Suæ à Nicolao Francisco, vel per contractum ab ipso matrimonium de mense Februarij cessabat in isto Monasterio, subdens, verum, & vltimum vacationis modum per verba, Etsi ex illo quæuis generalis reseruatio, & in corpore iuris clausula resultet, &c. pro expresso habentes, &c. motu proprio præfato Eminen. & Reueren. D. Cardinali Bichio dictum Monasterium commendauerit, per supradicta verba idem Sanctissimus declarauit, non solum prouidere ex affectione propter commendam, sed ex quacumque alia reseruatione. Et primo quantum attinet ad affectionem, 12 certum est, quod † huiusmodi Monasterium cessante in eo commenda per contractum matrimonij, per appositionem manus Papæ ad eo affectum remanebat, vt de eo nullus alius præter S. D. N. disponere posset, quousque aliquis de illo in titulum prouideretur, *Roman. consilio. 350. numer. 11. & ibi Additiones in littera M. qui allegant concordantes Mohed. decis. 9. nu. 4. de preb. Crescent. decis. 2. de Paroch. & alios cumulat Gonzal. ad reg.* 13 *8. gl. 12.* in quo casu non erat necessaria alia inhibitio, nec decretum, *Gaspar. de Perus. de reseruat. quæst. 10. per tot. Gabriel. cons. 166. nu. 6. lib. 1. Gonzal. vbi supra glo. 52. nu. 6.* & vbi docet, quibus iuribus nitatur effectio, & in terminis electionis, 14 *Roman. d. cons. 350. n. 12.* subiungens, quod † quando Papa dat administratorem, vel Commendatarium alicui Prælaturæ, si postea Capitulum eligat Prælatum, non tenet electio; quia Papa Administratore, seu Commendatarium dando, illius Ecclesiæ prouisionem sibi reseruasse videtur; ita vt quicquid per Capitulum agitur circa electionem, sit irritum, *Compostell. in c. cum nobis n. 12. de elect.* nec dici potest, quod in Commenda concessa præfato Nicolao Francisco nunc Duci Papa disposuerit, quod illo cedente, vel decedente, nō amplius fieret Commenda, sed prouideretur tamquam de regulari, quia decretum istud non refertur ad Monasterium, de quo agitur, sed ad alia beneficia, quæ insimul prædicto Nicolao Francisco fuerant commendata, vt clarè patet ex lectura d. prouisionis.

15 Secundo, † cum Monasterium istud reperiatur taxatū in libris Cameræ vltra florenos 200 auri, intrat reseruatio regulæ secundæ, etiam quod agatur de Monasterio habente Conuentum, cum sit solitum Commendari, *Sarnen. de subroga. collitig. quæst. 15. in fin. Mandos. super hac reg. quæst. 3. n. 3. Anastat. Germon. de indult. Cardinal. §. regularia. nu. 7. & nouissimè Ioannes Cocchier. super hac reg. nu. 20. & fuit dictum in causa Astoricen. Prioratus*

14. Iunij

14. *Iunij* 1599. *coram bo. me. Card. Millino Seraph.* 26 *decis.* 1505. *nu.* 6. *& decis.* 1498. *pariter nu.* 6. † huiusmodi enim Monasteria cum æquiparentur Episcopatibus, prouidentur in Consistorio, *Lap. alleg.* 34. *nu.* 11. *vers. & de illis*.

Tertio considerarunt etiam Domini, quod cessauit Commenda in mense Februarij, † qui est reseruatus, quando non est locus alternatiuæ, per con- 28 tractum matrimonij, † quod inducit vacationem beneficiorum, & cessationem Commendæ, etiam quod nulliter fuerit contractum, præterquam ea 19 defectu consensus, † ne sit melioris conditionis ille qui contra Canones, quam qui secundum Canones contrahit, *cap. cum qui de preb. in 6. Abb. in cap.* 1. *nu.* 7. *de Cleric. coniug. latissimè Gonzal. ad reg.* 8. *gl.* 15. *in princ. nu.* 4. *in* 4. *modo vacandi, & glos.* 57. *nu.* 44. *&* 46. & sic intrat reseruatio regulæ octa- 20 uæ, † quæ habet locum etiam in cessatione Commendæ in mense reseruato, vt bis discusso articulo, *fuit resolutum in Compsana Iuris patronatus* 12. *Nouembris* 1607. *&* 20. *Iunij* 1609. *coram bo. me. Francisco Penia Rotæ Decano, quæ decisiones habentur impressæ in recent. par.* 1. *decis.* 141. *&* 194. 21 quæ quidem regula 8. nedum tollit omnia priuilegia quantumuis amplissima, sed vt videre est ex illius inspectione, *& ex deductis latè per Gonzal. glos.* 35. *per tot. glos.* 40. *& glos* 67. habet decretum 22 irritans, † quod inficit titulum, & possessionem, *vt per Gonzal. d. glos.* 67. *Rot. dec.* 3. *de restit. spoliat. in nou. & decis.* 2. *eod. tit. in antiq. Cassador. decis.* 1. *eod. tit. Mohed. decis.* 15. *de caus. possess. & propr.* 23 † quod procedit, etiam quod decretum non sit positu in reseruatione in corpore iuris clausula, vel alias super certo corpore beneficij, eadem enim militat ratio, vti reseruatio est notoria, *Put. decis.* 190. *nu.* 5. *lib.* 3. *in antiq. & decis.* 196. *eod. lib.* 3. *in correct. Simonett. de reseruat. quæst.* 40. *& fuit resolutum coram me in causa Beneuentana beneficij* 14. *Decembris* 1601.

24 Nec dicatur, hoc esse verum, quando decretum est iustificatum, quia alias non tollit insistentiam facti, *ex decis. allegatis in causa Militen. Parrochialis* 1604. 17. *Iunij coram me*, quia in hoc casu est 25 iustificatum, vt patet ex prædictis, & † hoc procedit quamuis reseruatio requirat aliquam discussionem, si de facili potest iustificari, *Put. d. dec.* 190. *nu.* 5. *lib.* 3. *in antiq.*

His ergo firmatis non afficiunt in contrarium deducta. Non primo quidem concordata Germaniæ, quia quicquid dicendum esset in terminis dictorum concordatorum, de quo articulo hodie non 26 est disputandum: † Ciuitas Verdunen. sub illis non comprehenditur, vt sunt plures decisiones antiquæ, *& fuit dictum in præfata Verdunen. electionis Episcopatus coram bo. me. Hieronymo Cardin. Pamphilio, & in alia Virdunen. Canonicatus* 3. *Ma-* 27 *rtij* 1600 *corã bo. me. Iusto*, Et † quãuis Leo Decimus extenderit huiusmodi cõcordata ad Ciuitatẽ Virdunẽ. ista tamẽ extẽsio nõ fuit simpliciter facta, sed fauore Capituli, quoad alternatiuã mensiũ tãtum, *Ioan. Paul. decis.* 85. *quæ est decis.* 840. *par.* 3. *lib.* 2. *diu. & est eadem cum decis. Puteì.* 45. *lib.* 3. *in corr. Antun. Augustin. in tit. de indult, numer.* 22. *& fuit dictum in Verdunen. Canonicatus* 10. *Aprilis* 1581. *coram bo. me. Card. Seraph. in illius impressis decis.* 510. *& in præcitatis Virdunen. electionis Episcopatus, & Virdunen. Canonicatus.* Ac proinde cũ in casu isto non agatur de alternatiua concessa Ca- 28 pitulo, Leonis Decimi † extensio ad prædictam alternatiuam limitata, nihil operatur, *l. in agris. ff. de acq. rer. domin. l. cãcellauerat ff. de his, quæ in test. delentur. l. cũ seruus. in prin. vbi Bald. ff. de contrah. emp. latè Tiraquell. in tract. cessan. causa. p.* 1. *n.* 142.

Secundo, non efficiunt priuilegia, nam quantũ attinet ad priuilegium Paschalis secundi, & Eugenij Tertij, quatenus illa sint in forma probanti, quod tamen pro parte dicti Emin. D. Cardinalis negatur, in omnem euentum cẽserentur reuocata per regulam decimam quintam, ex qua reuocantur facultates conferendi beneficia reseruata, seu affecta, prout est illud Monasterium ex 29 supra deductis, quæ quidem regula, † licet non legatur inter regulas Innocentij Octaui, attamen à cęteris ab eo Pontificibus, ad nostra vsque tempora approbata, & inter regulas semper inserta repetitur, *vt dicit Corbier. super ead. reg. in princ.* & 30 habet pariter decretum irritans, † quod inficit, vt dictum est titulum, & possessionem. Quo verò ad priuilegium Eugenij quarti concessum Congregationi Casinensi responsum fuit, dictum priuilegiũ non loqui quando Monasterium est solitum, prout in casu isto commendari, & quatenus etiam loqueretur de Monasterijs solitis cõmendari, censeretur reuocatum per dictam reg. 15. & in omnem casũ 31 † communicatio dictorum priuilegiorũ per Clementem octauum cõcessa, & Paulum V. cõfirmata non suffragatur, quia in ea non veniunt insolita, nec quæ ea, quæ de facili concedi non consueuerunt, nisi illorum sit facta mẽtio specialis, *Putr. cons.* 19. *nu.* 9. *Rot. decis.* 55. *nu.* 14. *par.* 2. *diuers. & fuit resolutum in Valẽtina Decimarum* 28. *Nouembris* 1603. *& in Carthaginen. Decimarum* 29. *Martij* 1604. *coram bo. me. Penia.* Quod autem contenta in priuilegio Eugenij quarti cõtineant insolita, & ea, quę de facili concedi non solent, patet ad sensum, cum agatur de maximo præiudicio Sedis Apostolicæ. 32 Nec suffragatur clausula in communicatione posita, ibi in omnibus, & per omnia, quæ licet ea omnia inter se reducat ad æqualitatẽ, ista tamen ęqualitas, siue adęquatio non porrigitur ad ea, quę de facili Princeps non solet concedere, prout nec ad insolita, *Iason. in l.* 1. *nume.* 21. *delegat.* 1. *Butr. in* 2. *cons.* 19. *nu.* 10. *Riminald. iun. cons.* 46. *no.* 100. *vol.* 1. *Natt. cons.* 4. *nu.* 6 *col.* 1. & ad alia obiecta quæ fieri possent, respondent apposite prædictæ decisiones.

Tertio, ac denique non officit Papam vidisse 33 se prouidere tanquam [illegible] non reseruato, nam † quantum attinet ad clausulam, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, licet omissa fuerit, non propterea sequitur, quod Papa noluerit prouidere tamquam de affecto, & reseruato, *vt in puncto dixit Rota in Romana Clericatus Sãti Petri* 21. *Maij* 1603. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, nec in gratia qualis est illa, facta motu proprio tamquam de reseruato, solet apponi huiusmodi clausula, dummodo collatio, prout nec reperiatur apposita in gratia Commendæ motu proprio facta, *in Faentina Monasterij coram Seraphino quæ est d. decis.* 1434. *num.* 12. *&* 14. *in illius impressis*, prout nec etiam reperitur in alia simili gratia motu proprio facta de Præpositura Comen. *vt constat ex decis. in causa Comen. Præpositura* 21. *Iunij* 1611. *coram R. P. D. meo Pironano*, in quo fuit propterea consideratum 34 quod, † cum gratia esset facta motu proprio, tãquã de reseruato ex capite Prothonotariatus, prouisus Apostolicus etiam concurrente alterius partis iustificatione quoad gratiam propriam, non tenebatur iustificare Prothonotariatũ, à quo resultabat reseruatio, sed alia pars tenebatur probare contrarium, *iuxta glos. in Clem.* 1. *in verb. fuisse contrarium* 35 *de prob. Acchill. dec.* 2. *eod. tit.* † Quo verò ad clausulam, Dudum, &c. licet fuerit missa, non inde resultat, quod Papa voluerit prouidere de non reseruato, quia animaduertendum est, quod huiusmodi clausula apponitur, quando Papa prouidet simpliciter de reseruato, vel ratione mẽsis, vel ex alia reseruatione particulari, secus autem quando prouidet principaliter de affecto, *Rebuff. in prax. in*

formam

formam declarat nouæ promissionis.nu. 10. Tandem 36 † quantum attinet ad clausulam, Dummodo, de tempore datæ præsentium eidem Monasterio de Abbate prouisum, vel alteri commendatum canonice non existat, licet Papa illam in ista prouisione apposuerit non ideò tamen inferri potest, quod Papa noluerit prouidere tamquam de reseruato, Nam primo considerarunt Domini, quod huiusmodi clausula, etiam si expressa nó foret, adhuc tamen intelligeretur non solũ exui regulę de non toll. iure quæsit. sed etiam vigore dispositionis iuris communis. *Felyn.in c.Capitulum.num.16.vers. adducitur ratio de rescrip. Sarnen.in d.reg. de iure quæsit.non toll.quæst.1.n.1.& ibi Mandos.q.2.n.5. & dixit Rota in causa Calagurritana beneficij de Fue mazor 21. May 1614.coram bo.me.Buratto quæs. 37 decis.579.nu.1.par.3 recens.* Et propterea † hæc clausula quando apponitur in reseruatis, non operatur, quod Papa noluerit prouidere, tamquam de 38 reseruatis, † maximè ponderando etiam, quod clausula, Dummodo collatio ad uos hac vice pertineat, non ponitur respectu reseruationis expressæ, quam Papa non ignorat, sed respectu clausulæ, siuè præmisso, siue alio quouis modo, ita vt Papa non ponit ea clausulis generalibus aperire vacationem, nisi beneficium sit reseruatum, imò non apponitur, quando Papa prouidet simpliciter de re reseruato absque clausula, siue præmisso, &c. *Hieronym. Paul.in prax.Cancellaria in notabilibus super vacantibus reseruantis, clausula Dũmodo fol.mihi 453.secundum nouam impress.post praxim Rebuff. Seraph.dec.755.nu.4. & allegando d.decis.Comen. bene declarat Lotther.de re benefic.lib.2.q.51.nu.5. 39 & seqq.* Secundo fuit etiam responsum, quod † licet per huiusmodi clausulam, ius Monacorum fuerit præseruatum, id tamen venit intelligendum, quatenus d. ius fuisset canonicum, & validum, nõ autẽ inualidum, prout in casu isto, vt patet ex prædictis, ita in terminis huius clausulę positæ in gratia similis commendæ, *dixit Rota in præcitata Tarantina Monasterij coram bo.me. Card. Seraphino, quæ est d.decis.1484.nu.12.& 14. & rursus in eadem causa 17. May 1609. pariter impressa 1498. nu.4.* Ac proinde cum Papa intellexerit de iure canonico, & valido excludente reseruationes, non potest inferri, quod voluerit potius concurrere, quam prouidere de reseruato.

Quantum denique attinet ad secundum caput 40 principale, quod † cumulatio possessorii cum petitorio inferet ex possessione turbida, id non potest controuerti, cum ea deductis possessio prætensi Electi in Abbatem reddatur, nedum turbida, sed immò nulla, prout eamdem nullitatem agnouit ipsemet electus in suo mandato procuræ, in quo satis declarauit se ipsum habuisse pro spoliato, cũ 41 † possessio solo animo amittatur *Butr.in c.cum ad Sedem n.25. de restit.spol.cum vulgar.*

Et ita cõclusum vtraque parte informante, &c.

R. D. Coccino

Cesaraugustana Distributionum

Veneris 8. Nouembris 1638.

SVMMARIA.

1 *Lis, & instantia capta cum defuncto continuatur, & transit in hæredẽ 1.*
2 *Manutentio debita authoribus dari debet eorum hæredibus.*
3 *Recursus habitus per procuratorem ad Iudicẽ laycum quãdo non faciat incurrere principalem in excommunicationem.*
6 *Dec. Post. Tom. 2.*
4 *Iudices laici in causa Ecclesiastica sunt omnino incompetentes.*
5 *Recursus probatur leuioribus, probationibus, & habitus præsumitur ad instantia interesse habentis Decl.vt num.6.*
7 *Hæredes vt cedant sufficit recursibus habitis ab eorum authoribus ad effectum audientiæ. & n. 10.& 14.Ampl.vt num.11.*
8 *Recursus ad Iudices laycos impedit recurrentibus audientiam, sed non operatur, vt eorum hæredes exigere non possint distributiones ante recursum debitas, nisi, & ipsi recursum, & delictum approbauerint.*
9 *Excommunicatio non transit in hæredẽ, & quare.*
12 *Rectores excommunicati ob grauamina permissa, remanent excommunicati etiam post depositum officium, & eorum successores sunt excommunicati, nisi infra mensem satisfecerint. Decl.vt num. 13.& 14.*
15 *Pro excommunicato, quamuis contrito moriente non est orandum, licet quoad Deum sit absolutus, sed de contritione constito absoluitur etiam post mortem ab eo, qui poterat in vita, & hæredes compelluntur ad satisfaciendum pro eo.*

Decisio DCLXXI.

POst resolutionem factam 7. Nouẽbris 1636. quod sufficiebat, Portionarios antecessores fuisse in possessione exigendi tria legata, vt successoribus deberetur manutentio, & post aliam resolutionem factam 17. Martii huius anni, quod ista manutentio debebatur à die ingressus. Hodie dubitaui, An, & qui hæredes Portionariorum, & Beneficiatorum defunctorum possint petere manutentionem prædictam. Difficultas restringitur ad hæredes Dominici Gil, Francisci Lasani, Didaci la Haceerta, Martini Salazar Ludouici Pons, Didaci Lezana, Pauli Katina, Andreę Omella, Martini Ruiz, & Vincentij Borlæ. Quibus Domini resoluerunt deberi manutentionem, quia omnes dicti Portionarij, seu Beneficiati fuerunt in lite, quatuor enim eorum leguntur expressi in libello alias in partibus dato; Alij vero ad eamdem litem constituerunt procuratorem, qui comparuit in Rota, *vt patet ex deductis in summ. num.1.& 2.* & propterea eorum hæredibus manu1 tentio negari non potest, quia † lis, & instantia capta cum defuncto continuatur, & transit in hæredes, *l.hæres.absens.in princ. ff. de iudic. c.quia licet 2 cod. Soccin.cons.81.num.8.lib.1.* & † sicuti, fuisset debita dictis authoribus manutentio ab eis petita, ita debet dari eorũ hæredibus, *Menoch.de retinen. remed.3. num. 62. Postius in suo eleganti tractatu de manuten.obseruat.55.num.45.& dec.323.num. 18.post.d.trat.de manutẽ.Rot.post. Pacific.de salue. dec.141.n.3.& 4.dec.211.post.Ceuc.de cisib & fuit resolutum in causa Arlen. Pensionis 9. Nouembris 1633.coram me, & postea in causa Leodien.Castri de Nommech 19.May 1633.coram R.P.D. meo Bucabella.*

Capitulũ acquiescebat huic conclusioni, sed apponebat de recursis habitis per dictos Portionarios, & Beneficiatos ad Iudices laicos. Verum Domini considerarunt, quod duos ex eis, videlicet Vincẽtium Rossam, & Dominicum Gil non probari dictos recursus; Quia mandatũ procuræ Vincẽtij est sub die 11. Decẽbris, recursus vero sub die 3 9. eiusdẽ, & † sic præcesserũt d. mandatum. Et mandatum procurę Dominici Gil est sub die 28. Iulij, recursus autem sub die 27. eiusdem, vnde fuerunt ante mandatum. Et cessat omnis difficultas, quia vtriusque mandatum habet clausulam, Ad compa-

uendum coram quacunque Iudice competente, & ita non comprehēdit, sed excludit Iudices laicos, 4 † qui in causis Ecclesiasticis sunt omnino incapaces, & incompetentes, *ex deductis coram me in causa Paduana Decimetta 10. Martij 1603. quæ est dec. impress. 101. num. 1.*

5 Neque obstat, quod † recursus probentur leuioribus probationibus, & præsumuntur habiti ad in- 6 stantiam illius, qui habet interesse, Quia † hoc est verū, quādo agitur ad effectū denegādi audientiā, vel quando agitur de amissione iuris quærendi, *vt post alias resolutiones fuit dictū in hac causa 7. Nouembris 1636. coram me*, secus autem quādo agitur de amittēdo iure quæsito, quo casu recursus debent probari per claras probationes, vel ex talibus præsumptionibus, ex quibus resultet clara probatio, vt in eadem decisione dicitur, quæ omnia 7 cessant in casu isto. Et in omnem euentum † suffragatur hæredibus cessio, vt statim dicetur.

8 Quo vero ad alios, quatuor † licet probentur recursus ad effectum, vt eis viuentibus denegaretur audientia, tamen non probantur ad effectum, vt eorum hæredes amittant distributiones ab Auctoribus quæsitas ante recursus, vel vt illas hæredes exigere non possent, nisi etiam dicti hæredes approbando delictum defunctorum de nouo ex persona propria incurrant excommunicationem, *vt in c. si habes. 24. q. 3. Felyn. in c. responsa num. 4.* 9 *vers. communiter tenetur de sent. excommunic.* † Excommunicatio enim non transit in hæredem, cum feratur in animam propriam delinquentis vere, & non ficte, quia est pœna afficiens personam, nec transfertur in successores, qui delictum, vel culpam non commiserunt, vel approbarunt, *Gemin. in c. vnic. §. verum num. 3. Franch. num. 6. de iur. patron. in 6. Bald. in l. si grege. & ibi Castr. num. 4. Alex. in fin. ff. de leg. 1. Ias. in l. quod in rerū. §. & si* 10 *nanem. num. fin. ff. eod.* & † sufficit, quod hæredes cedant dictis recursibus, *Crescen. dec. 1. num. 2. de sequestr. poss. & fruct. Rot. dec. 64. par. 3. recent. & fuit dictum in causa Illerden. Prioristæ 13. Decembris 1636. coram R. P. D. meo Royas*, prout omnes prędicti hæredes renunciarunt exceptis hæredi- 11 bus Andreæ, & Didaci, † quibus sufficit renunciare ante executionem mandati ad eorum fauorem.

Neque obstat, *tex. in c. aduersus. § ceterum. de* 12 *Immunit. Ecclesiast. vbi*, quod † Rectores excommunicati ob grauamina permissa remanent excōmunicati etiam post depositum officium, & eorum successores sunt excommunicati, nisi infra mensem 13 satisfecerint, quia † procedit in facto, quod habet tractum successiuum, & quotidie grauando operetur, quod successor dicatur cooperari, & esse particeps delicti, *Hostien. in d. c. aduersus. n. 9 & Cardin. pariter num. 9. vers. secus si non habuerit tractū successiuum. & bene declarat glos. vlt. in d. c. aduersus.* 14 sed ad propositū nostrū, † licet recursus posset dici habere tractum successiuum, successores competenter satisfaciunt mediante cessione, vltra quam non est, in quo vlterius pareant.

Nec etiam obstat *tex. in c. à nobis. 28. de sent. excommunic.* quia in eo textu solum disponitur, quod 15 † pro excōmunicato moriente ante absolutionem quamuis contrito non est orandum, licet quoad Deum sit absolutus, sed, si constet de contritione præcedenti, absoluitur etiam post mortem ab eo, qui poterat in vita absoluere, & hæredes sunt compellēdi ad satisfaciendum pro eo, de quo modo non quæritur.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. Ghislerio

Bononien. Bonorum

Mercurij 4. Maij 1639.

S V M M A R I A.

1 *Termino ad appellandum pendente non potest relaxari mandatum in sententia decretum, nec illius vigore capi possessio citra vitium attentatorum.*

2 *Appellatio datur à sententia in possessorio, quæ contineat expressam complicationem, & mixturam possessorij. & num. 6. 14. & 15.*

3 *Titulum, si de moment. possess. intelligitur de mera possessione.*

4 *Causa proprietatis vti maior trahit ad se causam possessionis vti minorem.*

5 *Petitorio, & possessorio simul vbi agitur, causa possessionis accessoriè venit ad causam proprietatis, & illius naturam sequitur.*

6 *Sententiæ in possessorio ex quibus contineant mixturam petitorij. & num. 8. seqq. & num. 15.*

7 *Res liberè dimissa non dicitur, quæ per petitorium potest auocari.*

12 *Appellationis ad effectum sententia verbo inspicitur, non libelli. seu petitionis, & articulorum. & num. 13.*

16 *Sententiæ super immissione, quæ condemnant ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt sunt appellabiles.*

17 *Fructus non debentur à possessore cum titulo, sed solum a violente spoliatore, vel detentante.*

18 *Constitutio Ægidiana in statu Ecclesiastico, & Iustiniana in Ciuitate Bononiæ prohibentes appellationem in possessorijs non procedunt in sententijs mixturam petitorij continentibus, nec in personis, & bonis Ecclesiasticis ex defectu potestatis, & voluntatis. & num. 19.*

20 *Constitutio Iustiniana in Ciuitate Bononiæ non derogat statuto permittente semel appellari in possessorio ex defectu potestatis.*

21 *Statutum Bononiæ appellationem permittens in possessorio locū habet etiam in summarissimo.*

22 *Bononiæ non datur appellatio in summarissimo possessorio expedito in foro Ecclesiastico, constitutione Iustiniana non obstante.*

23 *Manutentionis remedio potest quis vti etiam pro reuocatione attentatorum possessionis respectu, dum se pro spoliato, non habuit.*

24 *Præsumitur in dubio, vt quis se pro spoliato non habuerit.*

25 *Possessio partis aduersæ probatur ex sententiis, & mandatis de immittendo contra ipsam obtentis.*

26 *Petens immitti fatetur se non possidere, sed aduersariū, cui huiusmodi confessio sufficit pro manutentione.*

Decisio DCLXXII.

PRætendens Eques Aloysius Iunior de Romantijs, bona relicta q. Romantij de Romantijs esse partim subiecta fideicommissis factis per Aloysium, & Balthasarem fratres de Romantijs in eorū testamentis, partim verò emphyteotica Ecclesiastica, & per obitum d. Romantij de Romantijs absque filijs in seculo permanentibus esse factum locum vocationi ad eius fauorē introduxit litem coram Auditore generali Bononiæ,

quo vna & eadem die fuerunt latę tres sententię, in prima indeclarauit euenisse casū & purificatas fuisse cōditiones fideicōmissorū ad fauorē Equitis Aloysii, & cōdēnauit Monacos Oliuetanos Monasterii S. Michalis in Busco ex persona D. Lucę d. q. Romātii filii in d. Religione ꝓfeßi, & Moniales S. Marię nouę ex persona Sor Laurę Catherinę d. q. Romātii filię in earū Monasterio professę ad dimittēdū & cū effectu relaxādū omnia, & singula bona descripta in calce Sententię, vnà cum fructibus à die motę litis perceptis, & qui verisimiliter percipi potuerunt, necnon in futurum percipien̄, vsque ad dimissionem, & effectiuam relaxationē, In secunda verò pronunciauit ad commodum dd. Monasteriorū ea personis prædictis esse deducendas, & faciendas nonnullas detractiones, & in tertia decreuit euenisse casum successionis eiusdem Aloysii in assertis bonis emphyteoticis cum condemnatione Monasteriorum ad ea dimitten̄, & cū effectu relaxan̄, vnà cum fructibus à die motæ litis preceptis, & qui verisimiliter percipi potuerunt vsque ad effectualem dimissionem & relaxationem, & quia non obstante appellatione interpositā dd. Sententiis cum ipsemet Aloysius ea ipsa die gratias agendo de prima, & vltima interposuerit appellationem a secunda; ex parte verò Monasteriorū fuerit appellatum die sequenti, statim latis sententiis eadem die fuerunt expedita mandata de immitten̄ ad fauorem Aloysii, illaq. executioni demandata, cum illorum vigore de facto fuerit capta possessio, causa ad Rotam delata, suspenso negotio principali, fuit dubitatum, An constaret de attentatis, quæ essent reuocanda, ita ac Monasteriis esset danda manutentio, & affirmatiue fuit resolutum.

1 Non solùm quia † pendente decendiò ad appellandum concesso circa vitium attentatorum non poterant relaxari mandata de immittendo decreta in duabus sententiis ad fauorem Aloysii, nec illorum vigore capi possessio bonorum, de quibus in sententiis, c. nos solum de appellat. in 6. c. 2. vt lit. pend. eod. lib. Guidobon decis. 104. Rot. decis. 6. num. 1. & 2. par. 2. diuers. & coram bo. me. Buratto decis. 625. num. 1. quod sepius in pluribus causis fuit per DD. resolutum, sed etiam quia, cum

2 † d. sententię, vt ex lecta, contineant expressā complicationem, & mixturam possessorii, & petitorii ab illis ad vtrumque effectum dabatur appellatio, Bald. in l. vnica num. 8. vers. quaro an quid sententia lata in possessorio, & sub nū. 10. vers. querō, quid in conditione, & in fine, ibi, item quia mixtum est Iudicium. C. si de momen. & ibi Contard. illa lit. 2. & limit. 24. Grat. cons. vlt. a. 49. lib. 2. Bald. cons. 141. nu. 7. & cons. 330. nu. 4. vbi num. 5. dicit omnes Doctores tenere, quod in mixto possessorio posset appellari, & na. 9. vers. & huic 1. memb. vol.

3 2 firmat. † titulum ff. de momentanea possessione intelligi de mera possessione, argumentatione l. hoc legatum de legat. 3. Rot. decis. 263. nu. 2. & dec.

4 356. nu. 7. p. 1. diuers. Et ratio est, quia † causa proprietatis vti maior trahit ad se causam possessionis vti minorem, vt per Bald. in d. l. vnica nu. 8. &

5 † vbi agitur petitorio, & possessorio simul, causa possessionis venit accessoriè ad causam proprietatis, & ideò sequitur naturam petitorij, quod est principale.

Nec dubitarunt DD. quin dictę sententiæ essent

6 appellabiles, primo quia † continent mixturam possessorij, & petitorij, dum firmant purificationē fideicommissorium ad fauorem Equitis Aloysij, & successionis illius in bonis emphyteoticis cum cōdemnatione Monasteriorum ad dimittenda, & cū effectu relaxanda omnia, & singula bona, quo casu

7 sententiæ continent mixturam cum petitorio † cum

non possit dici res liberè dimissa, quæ per petitorium potest auocari, Alex. cons. 96. n. 1. & seqq. vol. 5. Soccin. sen. in l. rem q. nobis, num. 14. vers. aduerte tamen ff. de acquir. possess. Scaccia de appll. lib. 3. c. 2. quæst. 17. limit. 6. memb. 9. nu. 21. & 78. Rot. d. dec.

8 316. num. 3. par. 1. diuers. Et † ex verbis sententiæ super purificatione fideicommissi, ibi, euenisse casum, & purificatas fuisse conditiones fidecommissorū iniunctorū per olim DD. Aloysium, & Balthassarē fratres de Romantijs in eorum testamentis, & infrà in executionem d. declarationis, ibi, condemnandos esse, atque compellendos ad d. D. Equiti Aloysio dimitten. & cum effectu relaxan. omnia; & singula bona, &c. clarè dignoscitur fuisse comprehensam bonorum proprietatem, vt bene distinguit, Alex.

9 d. cons. 96. nu. 3. lib. 5. vbi quod † cum iudex dixerit in d. terreno, non autem in possessione d. terreni, apparet fuisse comprehansā proprietatē, & in terminis sententiæ condemnantis reos ad relaxandū prædium, Dec. cons. 62. sub nu. 1. vers. & ista verba conclusionis libelli, ibi, nam dum dicit dictam terram, & non possessionem terræ demonstratur, & manifeste patet, quod iudicatum fuit super petitorio duntaxat, & non super possessorio allegando Alex. in cons. supra allegato Seraph. decis. 452. nu. 6. &

10 decis. 722. nu. 1. vbi † quando agitur in possessorio tam in libello, quam in sententia debet sententiari super possessione rei, non super re, Feder. de Sen. cons. 283. num. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 77. num. 8. Bald. cons. 321. sub num. 2. vers. in tantum debet fie-

11 ri condemnatio lib. 3. Nec facit, quod † iuxta d. decis. Afflict. 77. nu. 7. & 8. verba dimittendo, seu restituendo bona intelligantur de dimissione bonorum quoad possessionem, quia, vt bene declarat

12 Vrsill. nu. 10. † id procedit quando verba præcedētia sonant in possessionem, hic vero ex prædictis sonant in petitorium, eo quia in sententijs nullum adest verbum significans merum possessorium, nec vllibi de possessione facta est mentio, vnde etiam si in libello, petitione, & articulis actū esset mero

13 possessorio, attamen, cum † ad effectum appellationis inspiciantur verba sententiæ, vt per Corn. cons. 10. nu. 3. lib. 4. Bald. cons. 367. in fine. vers. prætereà si in sententia lib. 1. Dec. cons. 27. nu. 2. Contard. in l. vnica limit 2. §. 5. na. 17. vers. prout è contra & nu. 18. & 20. C. si de moment. possess. Seraph. d. dec. 452. nu. 1. & 603. nu. 2. Rot. dec. 263. par. 1. diuers.

14 & in sententia exprimatur petitorium, † hoc sufficit adhoc, vt sit locus appellationi.

Prędicta magis vrgent quoad sententiam super bonis emphyteoticis cum expressa mentione, & canonizatione Inuestiturarum, ibi, ex Inuestituris emphyteoticis Ecclesiasticis, alijsque iuribus de quibus omnibus in actis auenisse in personam, & ad fauorem Equitis Aloysii Iunioris de Romantijs Lauri filij in saeculo permanentis casum successionis dictarum emphyteoticarum concessionum, & inuestitura-

15 rum. possessoria enim prouenientia à Contractu Inuestituræ semper habent annexam causam proprietatis, ideòq; appellationem admitunt, præsertim vbi contractus ipse in sentētia principaliter, & vel causa immissionis exprimitur, Rot. dec. 224. nu. 8. post Postium in tract. de manut. Addit. ad Burat. dec. 625. n. 8. & fuit dictū in Assisien. bonorū 26 Iunij 1626. corā bo. me. Rembolda, & in eadem 22. Iunij 1627. coram bo. me. Card. Virili decis. 79. par. 5. recent.

16 Secundo, Censuerunt DD. † esse locum appellationi, quia in sententijs de quibus agitur condemnantur Monasteria, non solum ad fructus perceptos à die motæ litis, sed etiam ad fructus, qui

17 verisimiliter percipi potuerunt, † qui fructus non debentur à possessore cum titulo, sed solum à violento spoliatore, vel attentante, Bisignet. decis. 1.

 de restit.

de vestit. spoliat. in antiq. Rot. dec. 10. cod. tit. in nou. Cassador dec. 6 nu. 3. de prabend. Put. decis. 253. nu. 2. lib. 1. In Mediolanen. rescissionis Contractus 4. Iunij 1601. corā bo. me. Card. Lancellotto apud Marchesi. de commiss. p. 1. fol. 144. in fine, & in Romana fructuum 13. Nouembris 1602. coram Litta, apud eumdem p. 2. fol. 204. in princ. quæ qualitas non cōcurrit in Monasterijs, contra quæ fuerunt latæ sententiæ.

18 Vnde non obstant † Constitutiones Ægidiana, & Iustiniana prohibentes appellationes in possessorijs, quia vltra quod loquuntur de nudo, ac simplici possessorio, nec propterea locū habent, quādo sententiæ continent mixturam petitorij, vt in pluribus decisionibus Rot. post Pacif. de Saluian. quas refert, & sequitur Post. de manut. obseru. 8. n. 86. & ex supra deductis versamur in sentētijs mixturam proprietatis continentibus) cum † d. Con-
19 stitutiones emanauerint à Legatis habentibus limitatam potestatem, vrget non solum defectus potestatis, cap. Ecclesia S. Mariæ vbi DD. de constit. c. quod Clericis de for. compet. Corn. cons. 145. n. 4. lib. 5. Paul. de Castr. qui testatur de cōmuni cons. 157. in 1. lib. 2. sed etiam defectus voluntatis, cum in dd. constitutionibus nulla fiat mentio de personis, ac bonis Ecclesiasticis, vt post plures decisiones relatas ex sententia à Rota canonizata latè consuluit Honded. cons. 20. nu. 6. & seqq. lib. 2. Adden. ad S. mem. Greg. XV. decis. 581. num. 8. Burat. decis.
20 315. nu. 1. & in specie, quòd † constitutio Iustiniana ex defectu potestatis non deroget Statuto Bononiæ lib. 2. in rub. de appellationibus, disponenti quod in possessorio semel liceat appellare fuit firmatū in Bononien. Bonorum 18. Februarij 1639. coram R.
21 P. D. meo Dunozetto, † quòd Statutum habet locū etiam in summarijssimo possessorio, vt tenuit Rot. in Bonon. de Poetis 28. Nouembris 1594 coram bo. me. Cardinali Marcomōtio, & in Bononien. pecuniaria 23. Ianuarij 1617. quæ est decis. 220. impressa coram bo. me. Buratto.

Non obstat decis. in Bononien. fideicommissi de Blanchis 14. Ianuarij 1636. corā R. P. D. Dunozetto 18. Februarij præteriti, illa nititur præcipuè in eo,
22 quod fuerat pronunciatum in summarijssimo, † in quo etiam supposita prædicta constitutione in foro Ecclesiastico non dabatur appellatio, Denintend. decis. 75. num. 6. qui non est casus noster ex ima dictis.

Quo verò ad secundam partem dubij censuerūt DD. manutentionem concedendam Monasterijs,
23 quia † etiā hoc remedio vti potest pro reuocatione attentatorum respectu possessionis, cum Monasteria nunquam se habuerint pro spoliatis, Seraph. dec. 1176. nu. 6. S. mem. Greg. XV. decis. 9. num. 6. & decis. 40. nu. 3. Rot. decis. 674. num. 1. par. 1. recent.
24 Et † in dubio præsumitur, quod non habuerint se pro spoliatis, Rota coram S. me Greg. XV. dec. 307. nu. 10. & 11. & in Colonien. Monasterij 5. Decēbris 1527. & Elnen. Canonicatus 11. Februarij 1628. coram Eminentiss. Card. Vbaldo, nec de eorum pos-
25 sessione potest dubitari, cum † illa probetur ex supradictis sententiis, & mandatis de immittendo
26 concessis ab fauorem Eq. Aloysii, nam petens immitti fatetur se non possidere, quæ confessio probat possessionem, & sufficit pro manutentione, iuxta decisiones, quæ passim in similibus allegantur.

Et ita informantibus tantum Monasterijs fuit resolutum.

R. P. D. Peutingero

Hispalen. Iuris amouendi Curatos

Veneris 20. Aprilis 1640.

S V M M A R I A.

1 Probationes leuiores satis sunt in manutentione.
2 Testis vnus admittitur pro manutentione.
3 Actus vnicus suffragatur ad manutentionem in iuribus incorporalibus.
4 Testium depositiones quando probent ad effectum manutentionis.
5 Depositiones habentes requisita gl. in cap. 1. de præscript. in 6. plenam faciūt probationem tam ad effectum manutentionis, quam in petitorio, & materia contra ius.
6 Testes examinati contra diuersas personas plenè probant in depositione super statu rei, vel saltim magnum faciunt adminiculum, maxime si cum illis fuit obtentum. & num. 7.
8 Quasi possessio amouendi Curatos quoad aliquos suffragatur quoad omnes alios.
9 Quasi possessio in vniuersalibus extenditur de vno actu ad omnes alios sub eadem specie cōprehensos.
10 Causa vniuersalis actuum magis attenditur, quam exercitium ipsum particulare.
11 Sententia, & mandata de amouendo probant possessionem.
12 Mandata de manutenendo cum dentur possidentibus, possessionem probant.
13 Archiepiscopus Hyspalen. &c. Parochus vniuersalis in tota sua Diœcesi administrant animarū curam per Curatos ad nutum amouibiles.
14 Beneficium nullum dicitur adesse curatum in Diœcesi, cuius vniuersalis Parochus est Archiepiscopus.
15 Verba, sint in manibus, denotant liberam potestatē retinendi, vel dimittendi.
16 Verbum, Commendare, significat deponere.
17 Deponens potest ad sui libitum depositum repetere, & sibi vti possidenti manutentio datur, non autem depositario.
18 Verba, Personæ sibi bene visæ vsque ad suum beneplacitum, denotant temporalitatem, non perpetuitatem.
19 Verbum, Ad nutum, quid importet.
20 Verbum, Voluntas, intelligitur de libera, non de regulata voluntate.
21 Precarium potest ad libitum reuocari.
22 Possessio precaria dicitur iniusta finita domini voluntate.
23 Curati seruitores possunt quandocunque etiam sine causa amoueri, non secus ac seruitores in priuatis domibus, illisque certum salarium, & certa obuentiones, & emolumenta illius nomine assignantur. & num. 24. & 50.
25 Curæ, ac beneficia sæcularia præsumuntur perpetua, non temporalia.
26 Decl. procedere in dubio, secus si ex fundatione, vel Statuto appareant temporalia, seu manualia.
27 Beneficijs in manualibus, vel temporalibus remotio fieri non potest sine causa, & propter statum considerabilem datur manutentio. & num. 28.
29 Contrarium est verius. & num. & seqq. vbi ratio. Decl. vt num. 30. & 37.

32 Be-

31 *Beneficium manuale habenti, seu Cappellano ad nutum amouibili nec manutentio, nec aliquod remedium possessorium competit.*
38 *Odium regulariter non præsumitur.*
39 *Exceptio sapiens obiectum est concludenter probanda.*
40 *Iure suo vtens non dicitur id facere in odium alterius, nec emulationem. & num. 41.*
41 *Causa qualibet, etiam bestialis excusat ab odio, vel malitia.*
43 *Mutatio Curatorum ad nutum non est intollerabilis, sed rationabilis, & quare.*
44 *Curæ aliquæ sunt, quæ nec sunt beneficia perpetua nec manualia, sed potius officia ad exercendum nomine Parochi, seu Curati, vel temporales Vicaria, quæ nec dantur in titulum, nec sunt beneficia. nec ad eas requiritur collatio, aut institutio, sed sola Episcopi approbatio, & licentia administrandi sacramenta. & num 45. & 46.*
47 *Et, qui ad illas admittuntur, dici possunt Adiutores in exercitio Curæ, non vere Beneficiati perpetui, vel manuales, seu potius Vicarij temporales, seu verius Administri, & proprie seruitores. & num. 48. & 49.*
51 *Testes soli de quasi possessione deponentes ad manutentionem sufficiunt.*
52 *Inhibitio Rotalis semper est timenda. Declar. vt num. 53.*

Decis. DCLXXIII.

DOmini dixerunt, dandum esse mandatũ de manutenendo Eminentissimo Domino Card. Archiepiscopo in possessione, vel quasi amouendi Curatos ab exercitio Curæ animarum ad nutum, & liberam eius voluntatem in tota Diœcesi Hyspalen.

1 Licet enim † in materia manutentionis sufficiant leuiores probationes, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Seraph. dec. 624. nu. 5. Ludouis.*
2 *dec. 875. num. 10.* † & vnicus testis admittatur, *Menoch. & Seraph. vbi sup. Rot. dec. 375. nu. 1. par.*
3 *3. diuers.* & † in iuribus incorporalibus vnicum actum suffragari, tradit plene *Rot. dec. 17. num. 1. par. 2. diuers. Rip. in cap. cum Ecclesia. num. 52. & 53. de caus. poss. & propr. Alex. cons. 74. nu. 16. lib. 4. Cranett. cons. 184. num. 4.*

Hic tamen multiplices, & abundantes probationum species, habemus.

Et primo plures testes deponẽtes ex certa sciẽtia de visu per spacium 40. annorum, & amplius, & ab inde supra de auditu à senioribus recensentibus etiam plurimos actus positiuos dictæ amo-
4 tionis libere sine causa, summario nom. 5. & † similes depositiones probare ad effectum manutentionis *tradit Post. obseru. 19. num. 2. 4. & 5.*
5 Immo † talis depositio cum habeat requisita *gl. in 6. 1. de præscript. in 6.* facit plenam probationem non solum ad effectum manutentionis, sed etiam in petitorio, & etiã in materia contra ius, *Abb. in cap cum venissent. num. 8. de institut. Rot. dec. 685. num. 3. par. 1. recent, & dec. 595. nu. 4. par. 1. diuers. Franc. in cap. cum persona in §. fin. de priuil. in 6.*

Secundo alios testes, qui licet fuerint examinati contra diuersas personas, adhuc tamen faciunt
6 plenam probationem, † cum deponant super statu rei, *ad tex. in l. ingenuum. ff de stat. homin. Ludouis. dec. 498. num. 9. Caualer. dec. 575. num. 8.* Et saltim
7 † negari non potest quin magnum faciant adminiculum, cum iuxta eorum dicta ad fauorem Archiepiscopi fuerit iudicatum, *Burratt. dec. 488. nu. 3. Rot. dec. 801. num. 12. par. 5. recent.*

8 Et † hæc quidẽ quasi possessio suffragatur D. Archiepiscopo contra omnes Curatos cum certi
9 iuris sit † in vniuersalibus quasi possessionem de vno actu extendi ad omnes alios comprehensos sub eadem specie, *vt dixit Rot. in alleg. dec. 17. par. 2. diuers. num. 3. & tradunt communiter Petr. Cyn. Salycet. & alii in l. 1. C. de emancipat. liber. Bald. Castrens. Ias. in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. Iudic. Alex. con. 68. num. 18. lib. 2. Socin. cons. 111. nu. 3.*
10 *in lib. 1.* & ratio est, quia † magis attenditur causa vniuersalis actuum, quam ipsum exercitium particulare, *Bald. in l. 1. in 2. lect. C. de emacip. liberor. Felin. in cap. auditis. num. 19. de præscript. & fuit dictũ in Militen. Anterioritatis 16. Ianuarii 1617. coram bo. me. Remboldo.*

Tertio tres sententias conformes, quæ trãsitũ fecerunt in rem iudicatam declarantes, dignitatem Archiepiscopalem posse libere, & ad sui nutum, & voluntatem etiam sine causa remouere
11 Curatos, † quæ sententiæ, & mandata de amouẽdo probant possessionem, *D. meus Decan. decis. 14. num. 3. Rot. decis. 101. num. 4. post Pacifie. dec. 115. num. 4. & 252. numer. 3. post Post. qui idem tradit obseru. 89. num. 2.*

Quarto ex bonis mandatis de manutenendo,
12 Primo à Prouisore, altero à D. Nuncio, † quę mãdata dantur solis possidentibus, vel quasi, *Mantic. dec. 258. num. 8. Caualer. dec. 842. num. 1. Rot. dec. 66. num. 8. post Zacch. de oblig. camer. Post. obseru. 89. num. 10.*

Quæ licet in hoc iudicio possessorio satis superque abundent, in eam tamen sententiam facilius inclinarunt Domini attentis infrascriptis.

13 Et primo, quod † Archiepiscopus Hyspalen. est Parochus vniuersalis in tota sua Diœcesi, & administrat Curam animarum per Curatos adnutum amouibiles, *teste Rot. in Hispalen. Primitiarũ 15. Maij 1628. coram D. meo Nauarro, decis. 166. num. 15. post Post. de manutent. & dec. 480. par. 1. recent. in fin. & in Hispalen. Decimarum coram D. meo Verospio 2. Martii 1635.* vbi etiam dicitur in Diœcesi Hispalen. nullas esse Parochias distinctas, sed Curam residere penes Archiepiscopum.
14 Vnde infertur, † nullum adesse beneficium curarum, *vt tradit Gonzal. gl. 0. num. 65.*

Secundo attento Statuto condito in limine fũdationis beneficiorum, summar. num. 7. quo cauetur, quod omnes Curati omnium Ecclesiarũ sint in manibus Prelati, qui dictas Ecclesias possint commendare personæ sibi bene visæ vsque ad be-
15 neplacitum suum. Considerato primo † illa verba sint in manibus Prælati, quæ innuunt, quod deputandi exercitio Curæ animarum in dictis Ecclesijs pendeant à libera voluntate Archiepiscopi, ducta metaphora ab eo, quod in manibus habemus, cuius retinendi, vel dimittendi libera potestas pendet à nostra voluntate, *vt declarat Rebuff. in l. mulieris appellatione. 13. §. res abesse vers. secundo no-*
16 *ta. ff. de verb. signif.* Considerando etiam † verbũ, Commendare, quod nil aliud est, quam deponere, *tex. est in l. Lucius Titius. 14. ff. deposit. l. commendare 186. ff. de verb. signif. Gonzal. sup. reg. 8. gl. 5. §. 8.*
17 *num. 38. Put. dec. 22. num. 2. lib. 1.* † Deponens autem potest ad sui libitum repetere, quod deposuit nec propterea contra illũ Depositario datur manutentio, sed bene e conuerso, & ratio est, quia omnimoda possessio depositi est penes deponentem, *§. possidere. Instit. de interd. Post. obseru. 58. num. 4.*
18 Considerando denique † illa verba, Personæ sibi bene visæ vsque ad suum beneplacitum ex quibus clare elicitur, huiusmodi Curas non esse perpetuas, sed duraturas ad tempus regulandum à beneplacito Archiepiscopi, quod etiam comprobant testes, & sententiæ supradictæ, dum continent, Ar-

ehiepiscopum ad sui libitum, & voluntatem posse 19 dictos Curatos amouere † id enim importat verbum, Ad nutum, *Garz par. 1. cap. 2. num. 85 Felyn. in cap. per tuas, de maior. & obed. num. 3. Rot. dec.* 20 *778. num. 1. par. 1. diuers.* & etiam † verbum voluntas, quod liberam, & non regulatam voluntatē significat, *Garz. vbi sup. nu. 85. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 7. Felyn. in cap. 1. de constitut. sub num. 51. & fuit dictum in Hispalen. Iuris nominandi 21. Maii 1638. coram D. meo Carillo.*

Tertio attento tenore deputationis fieri solitæ per viam simplicis licentiæ de exercendo officiū Curati nomine ipsius Archiepiscopi de quibus mentionem facit *Rot. d. dec. 480. nu. 1. par. 1. recēt.* 21 *& videre est summ. num. 8.* † quod sonat in simplex precarium, quod potest ad libitum reuocari, 22 *l. 1. ff. de precar.* ex quo fit, vt † possessio precaria dicatur iniusta finita voluntate Domini, *Aretin. in §. retinendæ num. 8. Instit. de interd.* In ipsisque li-23 centijs Curati appellantur seruitores, vnde † tanquam tales possunt quandocunque amoueri sicuti seruitores in priuata domo, *vt dixit Rot. dec. 40. nu.* 24 *1. vers. tum quia de concess. præb. in antiq.* † ipsique tanquam seruitoribus certum salarium pendi solet, certæque obuentiones, & emolumēta hoc ipso salar ij nomine assignātur, *vt habetur in alleg. dec. 166. num. 11. post Post. de manutent.*

25 Non obstat, quod † huiusmodi Curę, & beneficia tamquam secularis præsumantur perpetua, & non temporalia, *ad tradita per Gonzal. sup. reg. 8. gl. 5. §. 6. num. 7. Cassad. dec. 4. num. 2. de præb. Mandol reg. 3. q. 11. num. 2. Paris. lib. 11. q. 3. num. 92. de resignat. Caualer. dec. 72. num. 3.*

Quia licet de iure sic præsumatur, & vera sit in 26 dubio supra dicta conclusio, † non tamē per hoc tollitur, quin fundatione, vel Statuto secularia etiam beneficia possint esse temporalia, seu manualia, *idem Gonzal. d. gl. 5. §. 6. n. 8. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 72. Lap. alleg. 67. nu. 6. Mandos. reg. 14. q. 11.*

27 Minus obstat, quod † in beneficijs manualibus, seu temporalibus remotio saltem fieri non possit sine causa, *vt refert Guttier. lib. 3. q. 11. Gonzal. d.* 28 *gl. 5. §. 6 num. 40. & seq.* † ideoque interim competat manutentio propter statum cōsiderabilem, *ad trad. per DD. in cap. querela de elect. dixit Caualer. dec. 72. num. 1.*

29 Quia † verior est opinio asserentium, in beneficijs manualibus remotionem fieri posse sine causa, *vt concludit idem Gonzal. d. gl. 5. §. 6. qui respondet etiam contrariis, Guttier. qui etiam arguit ad pariter, & demum hanc sequitur d. lib. 3. q. 11. num. 18 Garz. par. 1. cap. 2. numer. 8. Card. in clem. 1. §. præmissa num. 4. in fin. Imol nu. 14. de suppl. neglig. Prælat. Dec. in cap ad nostram num. 23. de confirm. vtil. vel inutil. Sylu. 2. par. q. 68. in fin. Nauar. comment. 2. de regul. num. 65. Rodrig. quæst. regul. tom. 1. q 34 art. 9. Io Andr. in cap. cum singula circa fin. Gemin. num. 10. Anchar. num. 4. Franc. numer. 5. de præb. in 6 eamque amplexa est Rot. dec. 778. num. 1. par. 1. diuers. & fuit dictum in Burgen. Amotionis 11 Decembris 1581. coram Blanchetto, & in Rauennaten Emphyteusis 6. Martii 1637. coram D. meo Dunozetto, & nouissime in Hispalen. Iuris nominandi 21. Maii 1633. coram D. meo Carillo.*

30 Et ratio est, quia † remouens vtitur iure suo, ideo remotus non potest conqueri, ex quo illi iniuriam non facit, *Gonzal. vbi sup. nu. 47. l. iniuriarū. §. 1. ff. de iniur. c. cū Ecclesia Volaterrana. 31. de elect. l. nullus. ff. de reg. iur. Rot. dec. 1. de restit. spolia.* 31 *in antiq.* † Ideoque nec Iudicia officium implorare potest, ne remoueatur, *vt dixit Felyn. in cap. per tuas. num. 4. de maior. & obed.*

32 Et quod † habenti manuale beneficiū, seu Cappellano ad nutum amouibili manutentio, aut aliquod remedium possessorium nō competat, *tradit Garz. d. par. 1. cap. 2. num. 87. dixit Rot. in antiq. d. dec. 1. de restit. spolia num. 1 reprobata opinione Innocentii arg. l. si quis conductionis. C. locat. & dec. 6. eod. tit. in non Bald. in l. cum affirmes. C. de liber. caus. Rebuff de pacif. possess num 329. & 330. & fuit dictum in d. Hispalen. coram D. meo Carillo,* & 33 ratio est, quia † non possident, *vt fuit dictum in proxime alleg. decisione Hispalen. & tradit Gabar. de offic. Legat. in reseru. benef. num. 12.* vel si aliquo 34 modo possidere dicantur, † illa aliqualis possessio est limitata ad tempus, scilicet donec remoueā-35 tur, *Garz. d. cap. 2. num. 87.* vnde † illo elapso non dicitur amplius possessio ex natura temporis limitati, *l. Imperator. ff. de postul. l. statu liberi. §. stichum ff. de leg. 2. & fuit dictum in Elboren. Distributionum. 19. Martii. 1599. coram Corduba refert Garz. d. cap. 2. num. 87. Decian. cons. 108. numer. 19. lib. 5.*

Nec prædictis obstat alleg. dec. Caualer. 72. Tū 36 quia † in eo casu non probabatur. Tum quia 37 † remotio facta erat ob maleuolentiam, & odium in remotos, *vt ibi videre est num. 5. in fin.*

Ita enim singulariter limitatur d. conclusio, quod remotio fieri possit sine causa, dummodo absit odium, vel malitia, *Rot. decis. 778. num. 3. par. 1. diuers. Card. in d. clem. 1. §. præmissa num. 4. in fin. Butr. & Imol. numer. 44. de suppl. neglig. Prælat. Franc. in d. cap. cum singula num. 5. de præb. lib. 6. Gonzal. d. gl. 5. §. 6. num. 48. & 51. Rot. dec. 1. de restit. spol. in antiq. & late in d. Hispalen. coram D. meo Carillo, & in d. Burgen. Amotionis, 11. Decembris 1581. coram Blanchetto.*

Supradicta tamen limitatio in præsenti casu 38 locum non habet, quia † regulariter odium non præsumitur, *Albert. in l. iniuriarum actio. num. 1. & in §. si quis per iniuriam. ff. de iniur. Mascard. de* 39 *probat. concl. 1132. nu. 1.* & † huiusmodi exceptio tanquam sapiens obiectum est concludenter probanda, quod nullo modo fit in præsenti casu, *Rota dec. pen. Cassia. de except. in nou. ad text. in cap. in c. super his, & c. accedens. de accusat.* Pauci etenim Curati ex magno, ac penè ingēti numero, qui per Archiepiscopum in tota Diœcesi deputātur, quique concordiam cum Beneficiatis ab Ordinario initam impugnarunt remotionem ex odio, vel maleuolentia factam excusari minime possunt, Quia si ex hoc capite processisset amotio, multo plures, aut ferè omnes fuissent amoti.

40 Immo † venientem iure suo non facere in odium 41 *dixit Alciat. reg. 5. præsumpt. 23.* † nec ad emula-42 tionem, *Hond. cons. 89. num. 34.* & † quamlibet causam etiam bestialem ab odio, vel malitia excusare, fuit dictum in d. *Hispalen. Iuris nominandi corā D. meo Carillo, Lar. de Cappell. lib. 2. cap. 6. num. 23. & seq. ex l. igitur. ff. de liber. caus.*

43 Non obstat, quod † huiusmodi mutatio sit intollerabilis, vt arguebat *Guttier. d. q. 11. lib. 3.* Quandoquidem est in limine fundationis permissa, & ex hoc resultare potest fauor Cultus Diuini: Curati enim ob timorem expulsionis accuratius inseruient Ecclesiæ, *vt dixit idem Guttier. d. quæst. 11. num. 27.*

Demum cessare videtur hoc casu omnis diffi-44 cultas, quia dicebatur, † huiusmodi Curas nē dū verè esse Beneficia perpetua, sed nē quidem manualia, sed potius officia ad exercendum, scilicet nomine Archiepiscopi curam animarum in eo tantum residentem, quod liquide patet ex ijs verbis, quæ in licentijs apponuntur, & sæpius replicātur, Damus licentiam vt possis deseruire Officio Curati, & ibi, Exerceas Officium Curati, & ibi, Ratione dicti Officij &c. Aut, vt dicam, tempora-

les

45 les Vicarias, † quæ nec dantur in titulum, nec sunt beneficia, *Gonzal. gl. 5. §. 3. num. 35. Garz. par. 1. cap. 2. nu. 93. Rebuff. de nominat. quæst. 15. nu. 61.*
46 † neque ad eas requiritur collatio, aut institutio, sed sola approbatio Episcopi, & licentia administrandi Sacramenta, vt per Archiepiscopum Hispalen. seruatur, *idem Garz. ex mente Sac. Congregat. Concil. allegat. num. 93.*

47 Vnde † dicti Curati solum dici possunt Adiutores Episcopi in exercitio curæ non autem vere Beneficiati perpetui, aut manuales, *vt in Diœcesi Calaguritana notat Gonzal. gl. 6. num. 68. sequendo Oldrad. cons. 67. num. 3. Caputaq. decis. 340. num. 4.*
48 *par. 3.* † seu potius Vicarij temporales, quo nomine Vicarij illos appellat *Rot. in alleg. dec. Hispalē.*
49 *2. Martij 1635. coram D. meo Verospio*, † seu verius Administri, & proprie Seruitores, vt expressis verbis illos nuncupant supradictę licentię, ibi, *Sentiat Officio*, & ibi, *Pro tali Seruitore admittãt*,
50 Vnde † tanquam salariati Seruitores in priuata domo possunt quandocunq; etiam sine causa amoueri, vt supra dictum est, *ex alleg. dec. 50. de cõcess. prab. in antiq. & sæpius laudata dec. Hispalen. Iuris nominandi coram D. meo Carillo.*

Quæ quidem magis clare demonstrant iustitiã
51 manutentionis pro D. Archiepiscopo, † ad quam soli testes de quasi possessione deponentes sufficerent ex supra allegatis.

Neque vero visum fuit obstare, quod pro parte Curatorum opponebatur, testes nullimer examinatos fuisse à Prouisore post inhibitionem Rota-
52 lem, † quæ semper est timenda, *Ludouis. dec. 435. per tot. Andr. dec. 16. & 34.*

53 Quia obiectum cessabat ex facto, † inhibitio enim non emanauit super hac causa, sed super lite obseruationis concordiæ cum Beneficiatis, quæ nihil commune habet cum hac lite super iure amouendi Curatos.

Ex his Domini dixerunt, dandam esse manutentionem Eminentiss. D. Archiepiscopo vtraque parte informante.

R. P. D. Peutingero

Bononien. Aquarum

Veneris 11. Maii 1640.

S V M M A R I A.

1. *Manutentionis ad effectũ in interdicto aquæ quotidianæ, & æstiuæ sufficit probare, semel tantum in anno paraturam fuisse eleuatam.*
2. *Naturaliter quæ contingunt æquo quilibet animo tollerare debet.*
3. *Manutentio signanter ei danda est, qui possidet ex iusta causa.*
4. *Testis vnicus super negatiua attendi non debet in concursu plurium deponentium super affirmatiua.*
5. *Manutentionis in iudicio attenditur sola possessio, non autem quod respicit petitorium.*

Decisio DCLXXIV.

ORta Bononiæ cõtrouersia inter DD. Co: Alexandrum Bentiuolum, & Georgium Mangiolum occasione prædiorum, quæ possident contigua, prætendente Alexandro, paraturam, quæ in eius existit prædio deprimere, adeo vt aquarum cursus, qui ab alijs Manzoli prædijs procedit, impediatur, contradicente isto, ne aquarum excrescentia prædia sua paludosa, ac submersa redderentur, causaque coram Vicario Archiepiscopi Bonon. facto etiam ad locum differentiæ accessu, discussa per sententiam pronunciatũ fuit, Co. Georgium manutenendum esse in possessione excollandi aquas per conductum ad flumicellum prodeuntem, & per ipsam paraturam transeuntem, Co. vero Alexandrum fore manutenendum in possessione tenendi dictam paraturã ad effectum illam tunc solum deprimendi, quandocunque aquas flumicelli excrescere ad irigada eiusdem Alexandri prædia contingeret, donec illæ decrescerent; quo casu manutentio Co. Georgij non depressionis vires suas reassumeret. A qua sẽtentia cum pro parte Co. Alexandri fuisset appellatum, causaque mihi commissa proposui dubium, Cui dandum mandatum de manutenendo, & Domini iuxta sententiam Vicarij Bonon. [cuius tenor datur summ. Co Georgij num. 1.] dãdam esse manutentionem responderunt.

Ratio autem resolutionis fuit, quia testes dati in eo summ. num. 2. deponunt de quasi possessione Co. Georgij cum patientia Co. Alexandri excollandi aquas, ac dicti sui reddunt sufficientem causam scientiæ asserentes à 20. & 25. annis aquas effluxisse per conductum vsque ad flumicellum, neque Co. Alexandrum paraturam aliter vnquã nisi quando aquæ exercuerunt, deprimere consue-
1 uisse, licet, quod † semel tantum in anno paraturã fuisset eleuata probare sufficeret, *ad tex. in l. 1. ff. de aqu. quotid. & æstiu. Ludouis. dec. 100. num. 1. Menoch. de retin. remed. 6. numer. 15. Crauett. cons. 24. num. 7.* quod etiam in caso proposito magis procedit, quandoquidem aquæ istæ naturaliter in flumicellum, tanquam situm magis decliuem, de-
2 fluunt, vnde, † quæ naturaliter contingunt, æquo quilibet animo tolerare debet, *vt habetur per tex. l. 2. §. apud Namusam. vers. & ideo. ff. de aqu. plu. arc.* præsertim cum etiam pro parte Co. Georgij seruetur æquitas, qui in casu excrescentiæ flu-
3 micellis deprimere non prohibet, adeo vt, † cum in reliquo iusta remaneat causa possessionis Co. Georgij, eo magis ipsi debeatur manutentio, *Rot. diuers. dec. 155. num. 6. par. 4.*

Nec obstat distinctio per scribentẽ pro D. Alexandro allegata, quod scilicet dicta procedant in aquis pluuialibus claris, secus vero in aquis turbidis. Quia testes in sommario Co. Georgij num. 2. tam de aquis pluuialibus, quam de aquis turbidis expresse deponũt, maxime primus iuxta quintum, & octauum Interrogatorium ibi, *Detto scolo si è sempre hauuto non sola di acque pluuiali, ma ancora turbide*, & 25. testis inquit; *Stà sempre leuata la paratura per seruitio dell'acqua chiara, & torbida quando fa bisogna*; Quod etiam probat tertius iuxta quintum Interrogatorium, ibi, *Si è sempre hauuto in occasione d'acque piouane, quanto d'acque torbide.* & super octauo ibi, *Vi replico, che la paratura sudetta non hà mai impedito, che le acque, tanto chiare, quanta turbide non si siano scolate, & si scolino nel fiumicello.* Ideo, dum constat, D. Co. Georgium esse in possessione non deprimendæ paraturę, tam quoad aquas pluuiales, quam quoad turbidas, vndequaque prouenientes (quamuis vnus testis Co. Alexandri solus hoc neget respectu aquæ
4 turbidæ) † qui respectu aliorum plurium deponẽtium super affirmatiua non debet attendi, *vt per Rot. dec. 591. nu. 5. coram bo. me. Buratto cum alijs cumulatis per Post. obseru. 38. num. 38.* manutentionem ipsi Co. Georgio iuxta formam d. sententiæ Domini dixerunt esse concedendam.

5 Cetera, † quæ pro parte Co. Alexandri à scribentibus afferuntur nihil profic iũt in hoc iudicio

manutentionis, vbi attenditur sola possessio: Proindeque Dominis visum non est, ea, quæ petitorium respiciunt in præsenti dubio discurrere, sed ex dictis manutentionem D. Co. Georgio interim concedere.

Et ita vtraque parte informante &c.

EODEM

Bononien. Transitus.

Mercurij 4. Julii 1640.

SVMMARIA.

1 *Qui continuat, non attentat. & num. 2.*
2 *Attentata cessant in interdicto retinendæ. Ampl. vt num. 3.*
4 *Continuatione licita licitum quoque est impedimenta remouere ad illius effectuationem.*
5 *Attentare non dicitur possessor, qui continuat, nec attentata purgare cogitur.*

Decisio DCLXXV.

PRætendente D. Co. Georgio Manzolo se in pacifica possessione per viam nuncupatam de Camacino tamquam publicam cū Curribus, & Animalibus transeundi, suosque Antecessores exstitisse; Econtra vero D. Co. Alexander Bentiuolus illam non publicam, & communem, sed priuatam, ac propriam esse asserēs, eandem palis appositis cum clausisset aditus: Iudex in partibus pro D. Co. Georgio manutentionem in quasi possessione transeundi concessit, iniuncto præcepto D. Co. Alexandro de impedimento amouendo, quod executioni fuit demandatum. A quo cū pro parte D. Co. Alexandri fuisset appellatum, causa in Rota mihi commissa, dubitaui, An constaret de attentatis, quæ veniant reuocanda &c. & Domini negatiue responderunt.

Moti ex eo, quia, cum ex testibus D. Co. Georgij summ. num. 1. 2. & 3. constet ipsum fuisse spacio 30. vel 40. annorum in quasi possessione transeundi per dictam viam, minime fuit prohibitus post commissum mandatum de manutenendo suā possessionem, non obstante appellatione, continuare ex vulgata conclusione, † Qui continuat, non attentat relata *per Lancell. de attent. par. 2. c. 4. lim. 1. & infra par. 3. c. 24. q. 19. gl. communiter approbata in c. non solum. § illa vero in verb. reducendum. vers. die tamen. de appell. in 6. Capyc. dec. 72. num. 3. Post. in tract. de manuten. obseru. 7. nu. 40. vers. secus tamen esset.* † cessant enim attentata in interdicto retinendæ, neque ea dantur, vbi continuatur possessio, *vt voluit Soc. cons. 95. col. fi. vol. 3. Franch. in cap. significante. num. 6. de appell. Add. ad Affl. dec. 156 circa med. Capyc. alleg. dec. 72. Ludouis. dec. 69. num. 7. & dec. 357. numer. 1.* † Quę doctrina etiam in fortioribus procederet in casu præcisi rescripti, vt in primis reuocarētur attentata post inhibitionem, vel appellatione pēdente, *Rot. apud Reuerendiss. D. meum Decanū dec. 365. num. 1.*

Qua propter Iudex bene potuit impedimentū remouere, nam † si continuatio erat licita, pari modo licita esse ea, sine quibus effectuari ea minime potuit, censeri debent, *vt in simili dixit Rot. decis. 411. num. 3. par. 2. recent.* † Qui enim possidet non dicitur continuando attentare, proindeque, nec cogitur attentata purgare, *vt dixit Rot. decis. 17. num. 14. par. 2. diuers.*

Ex quibus dixerunt Domini, non constare de attentatis, vtraque parte informante.

R. P. D. Bichio

Romana Manutentionis

Mercurij 4. Junij 1640.

SVMMARIA.

1 *Solutione non tantum trina, sed & vnica acquiritur quasi possessio exigendi.*
2 *Ius ex persona Actoris metitur, quod ex mutatione personæ Rei non immutatur. Ampl. vt nu. 3.*
4 *Inuentarij beneficium non releuat quousque vires hæreditariæ suppetunt.*
5 *Creditum anterius hæredis cum inuentario an impediat alteri creditori manutentionem, & num. 7. & 9.*
6 *Res iudicata in petitorio possessorium absorbet.*
8 *Hæreditas præsumitur opulenta, & soluendo, & num. 10.*
11 *Creditor posterior non repellitur ab anteriori, sed vtrique soluitur, si hæreditas sit soluendo.*
12 *Hæres quamuis beneficiatus tenetur implere obligationem defuncti.*
13 *Exigendi quasi possessio est distincta à possessione bonorum, & ex se simul compatiuntur.*
14 *Possessio vxoris bonorum viri pro assecuratione suæ dotis non aufert viro eorundem bonorum administrationem, sed vxor nō secus, ac quilibet alius creditor dicitur pignus possidere nomine viri debitoris.*

Decisio DCLXXVI.

PLacuit Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio, coram quo vigore specialis commissionis pendent plures controuersiæ inter D. Martam Rapacciolam, & Paulum Fenzonium eius virum ex vna, & D. Lucretiam Cosarrusiam hæredem bo. me. Io. Baptistæ Fenzonii ex altera consulere me Ponente Rotam, An D. Martæ esset danda manutentio in quasi possessione exigendi annua scuta 220. Et affirmatiue fuit resolutum.

Nam ex publicis instrumentis trium solutionū Ioan. Baptistæ nomine factarum Martæ probatur quasi possessio exigendi, † quæ nedum ex tribus, sed ex vnica solutione acquiritur, *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina nu. 13. de caus. poss. & propriet. Roman. cons. 318. nu. 7. Rot. decis. 196. num. 2. par. 1. recent.*

Et suffragatur contra Lucretiam Ioan. Baptistæ hæredem, quia † ius metitur ex persona Actoris, quod ex mutatione personæ Rei non immutatur iuxta *decis. 629. Guid. Pap. quam sequuta est Rot. coram Pui decis. 151. lib. 3. coram Caualer. dec. 83. nu. 7. & dec. 379. nu. 6. coram S. Me. Greg. XV. dec. 275. vbi Add. nume. 18. allegant concordantes, & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 490. num. 6.* † nulla habita distinctione inter hæredem simpliciter, & beneficiatum, dum manutentionis effectus dirigitur contra bona hæreditaria, quia † beneficiū Inuentarii non releuat quousque vires hæreditariæ suppetunt, *Modern. Perusin. de mandat. de manuten. obseru. 36. nu. 9. Cent. de censib. par. 2. q. 5. art. 3. nu. 16. Rot. dec. 99. nu. 1. par. 1. diuers.*

Non obstat, quod Lucretia sit non solum hæres beneficiata, sed etiam creditrix hæreditatis anterior

eior Marta in notabili summa, pro qua retentione illi competere pronunciauit Eminentiss. D. Cardinalis Sacchettus, cuius laudum fuit à partibus emologatum, & in iudicatum transiuit, vnde Informantes pro Lucretia deducebant Primo, quod 5 creditum anterius præbet Lucretiæ iustam causâ, ex qua hæres beneficiatus potest denegare solutionem existenti in quasi possessione exigendi côtra defunctum, *Cenc. de censib. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 3. num. 21. & in his terminis Iacob. Venene. de ann. prælat. par. 1. q. 2. nu. 36. vers. contrarium, & nu. 4.* Secundo, quod exceptio rei iudicatæ super anterioritate crediti, & retentione bonorum, petitam exaduerso manutentionem excludit, quia 6 † res iudicata in petitorio possessorium absorbet, *Menoch. de retin. remed. 3. nu. 685. Gratian disc. 898. nu. 18. & 19. Seraph. dec. 876. nu. 2. dec. 1484. nu. 2. Rot diuers. dec. 92. nu. 5. par. 4.* & fuit dictum in Auersana Pensionis 24. Aprilis 1626. coram R.P.D. meo Pirouano.

7 Ad primum enim fuit responsum, † denegationis hæredis beneficiati tunc obstare manutentioni creditoris, quando vel hic habuit se pro spoliato, vel iusta causa denegandi est clara, & liquida, vt declarat *Modern. Perusin. de manuten. obseru. 64. nu. 10.* talis autem non est anterioritas crediti hæredis, nisi simul côster, bona hæreditaria nô esse idonea vtriusq; crediti satisfactioni, & quoniã præ8 supponitur in contrariũ, cũ immò † hæreditas opulêtâ prætendatur, *Couar. in c. si hæredes n. 9. vers sed & si de testam Seraph. dec. 1194. nu. 4. & 5. Reuerend. Vrgellen dec. 1. nu. 33. Rot. recent. dec. 690. nu. 2. par. 9 nouem aliis relatis ab Adden. ad Burat. decis. 589. num. 23. & 24.* ideò † donec ab hærede negatiua probetur, datur manutentio creditori posteriori in quasi possessione exigendi, quam habet, vt articulo maturè discusso, & reprobata contraria opinione Iacob. Venene. exaduerso allegati, fuit magistraliter decisum *in Romana Census coram bo. me. Robusterio impress. dec. 99. par. 1. diuers. & apud Cenc. de censib. decis. 232. quam successiue sequuta est Rot. coram bo. me. Penia, & Grano in dec. 55. nu. 10. & dec. 251. num. 6. & 7. inter impress. Cenc. & tradit idem Cenc. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 3. num. 19. & 20. Modern. Perusin. de manuten. obser. 56. num. 12. & obseru. 64. nu. 8.*

Ad Secundum respondetur, hodie non agi cum Lucretia ad effectum prælationis crediti in concursu, vel de illa amouenda tamquam creditrice à possessione bonoru viri, super quibus adest res iudicata, sed peti manutentionem à Marta in quasi possessione exigendi annuam præstationem, cuius exactionem ex bonis hæreditariis retardare non potest Lucretia, quæ simul est creditrix, & hæres comunis debitoris, nisi post ea quam docuerit, bona hæreditaria non sufficere pro satisfactione cre10 diti proprij, & aduersariæ, quia sufficiût, † prout interim præsumitur, ex credito anteriori hæredis beneficiati non repellitur creditor posterior, sed 11 † vtique satisfieri debet de bonis debitoris, *l. cũ, qui à debitore 18. ff. qui pot in pig hab. Al. x consi 142. nu. 15. vers. nec prædictis. lib. 5. Gayll. obseru. 92. nu. 13. lib. 2. Giurb. dec. 16. nu. 17. & seqq. Caualer. dec. 652. nu. 5. Rot dec. 294. nu. 14. dec. 559. num. 5. par. 1. recen. & fuit dictum in Romana, seu Sab. Census 29. Nouembris 1624 coram bo. me. Vbaldo* 12 *seniori*, & Lucretia † quamuis hæres beneficiata tenetur adimplere obligationem defuncti, *Aym. cons. 225. nu. 52. Gabr. cons. 125. num. 11. lib. 1. Rot dec. 67. nu. 3. coram bo. me. Greg. XV. dec. 88. nu. 13. & 14. par. 4. recent.*

Tandem non obstat, quod Lucretia reperiretur in possessione bonorum Io. Baptistæ viri pro securitate suæ dotis, antequam Marta acquireret quasi 13 possessionem exigendi, quia † nulla inter vtranque possessionem adest incompatibilitas, & potuit Io. Baptista, postquam vxori possessionem bonorum tradiderat pro securitate dotis, Martam pariter constituere in quasi possessione exigendi, quæ est di14 stincta à possessione bonorum, † præsertim quia huiusmodi possessio vxoris non abstulit viro eorumdem bonorum administrationem, sed immò vxor non secus, ac quilibet alius creditor dicitur possidere pignus nomine viri debitoris, *l. serui nomine ff. de vsucap. l. secundum §. creditori ff. qui pot. in pign. hab. Bart. in l. ab emptione n. 2. ff. de pact. Ias. in l. 1. §. per seruum n. 8. ff. de acq. poss. Surd. cons. 431. nu. 14. Rot. in Romana Hæreditatis de Cencijs 29. Decembris 1622. coram R.P.D. meo Pirouano*, vbi ob hanc rationem fuit decreta manutentio hæredi debitoris aduersus viduam retinentem bona hæreditaria iure pignoris pro credito dotis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R.P.D. Bichio

Perusina Parochialis

Lunæ 10. Iunij 1641.

SVMMARIA.

1 *Manutentio concedi solet cuilibet possessori, aut detentori.*
2 *Instrumentalis possessio, alio tunc non possidente, probat possessionem manutenibilem.*
3 *Etiam quod possessio non fuerit capta de Iudicis mandato.*
4 *Factum nudum possessionis etiam de facto solum attenditur.*
5 *Prædoni quoque conceditur manutentio.*
6 *Possessio bonorum habens præsumitur anterior.*
7 *Possessio anterior præfertur posteriori. Ampl. vt num. 8.*
9 *Continuatio possessionis præsumitur, nisi illius amissio exaduerso probetur. Ampl. vt nu. 10. & 11.*
12 *Pro spoliato se quis habuisse non præsumitur.*
13 *Ciuili in possessionem retinenti competit manutentio aduersus occupatorem naturalis.*
14 *Manutentio absque tituli productione datur in beneficialibus non secus ac in profanis.*
15 *Beneficia esse Regularia, & ad Abbatem spectare probatur ex deputationibus.*
16 *Papa vt dicatur ex concessionibus beneficij in titulum habuisse animum illius statum mutandi debet constare, alias in dubio non præsumitur. Amp. vt nu. 17.*
18 *Religio Cassinen habet priuilegia, ne eius bona præscribi possint minori spacio 100. annorum.*
19 *Ad imprimendum nouum statum in beneficio requiritur cursus 40. annorum.*
20 *Ordinarius non habet potestatem mutandi statum beneficij.*
21 *Beneficij possessor est manutenendus, donec discutiantur petitorium concernentia.*
22 *Regularis, & præsertim Monachus Cassinen. capax dicitur etiam ad beneficia curata.*
23 *Deputatio ad administrationem beneficij non impeditur ex lite, in qua illud beneficium comprehensum non probatur.*
24 *Qui est in quasi possessione conferendi potest continuando conferre etiam lite pendente super ipso iure conferendi.*

Decisio DCLXXVII.

1 VAcante Ecclesia Parochiali S. Andreæ de Agliano, nec non simplici beneficio sub inuocatione S. Angeli eiusdem loci prędictæ Parochiali perpetuo vnito per obitum Frācisci de Alexandris, Abbas Monasterij S. Petri de Perusia Ordinis Casinensis prætendens ad se spectare illorum collationem in ipsorum Economū, Procuratorem, & Administratorem deputauit Dō Nepotianum de Perusia Monacum eiusdem Congregationis, cui hodie Rota censuit, dandum esse mandatum de manutenendo, † quod concedi solet cuicunque possessori, aut detentori ad statum possessionis, seu detentionis, *Rot. in impress. post Modern. de manuten. dec. 51. nu. 8. dec. 57. nu. 7. & 18. decis. 215. nu. 21.* & in puncto simili Monaco Casinensi ad administrationem Parochialis deputato fuit data manutentio in Sorana Beneficij 4. Februarij 1632. coram R. P. D. meo Verospio, & in Perusina Beneficij prima Iulij 1637. coram R. P. D. meo Roxas.

Possessio verò Dō Nepotiani apparet ex actuali appræhensione secuta de anno 1639. die 14. Februarij hora 18. prout ex publico instrumento, 2 † quod alio tunc non possidente probat possessionem manutenibilem, *l. prædia, & ibi glo. & DD. ff. de acq. possess. Put. dec. 650. n. 4. lib. 1. Gas. de Grass. dec. 5. nu. 2. de caus. poss. & propriet. cum alijs in his terminis alleg. in d. Sorana, & Perusina Beneficij.*

3 Quamuis † possessio non fuerit capta de man- 4 dato Iudicis, *Greg. XV. dec. 107. n. 1.* quia † in hoc summarissimo iudicio non attenditur nisi nudum factum possessionis, & sufficit possessio de facto, *Rot. dec. 461. nu. 8. par. 2. diuer. dec. 284. nu. 11. par. 5. recent. deci. 569. num. 3. coram S. M. Greg. XV. vbi* 5 *Add. nu. 6.* vnde † etiam Prædoni manutentio cōceditur, *Menoch. de retin. remed. vlt. nu. 18. Rot. d. decis. 641. nu. 8. & dec. 661. nu. 2. par. 1. recent.*

6 Dictaque possessio D. Nepotiani, † quia habet horam, præsumitur anterior possessione Magij ad uerintij, *Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 792. Surd. cons. 117. nu. 13. lib. 1. Mohed. dec. 12. nu. 3. de restit.* 7 *spoliat. Rot. dec. 514. num. 1. par. 2. recent.* † ideòque præferenda est possessioni Magij posteriori, *Bart. in l. si duo nu. 4. ff. vti possid. Alex. cons. 88. num. 12. lib. 5. Dec. cons. 302. sub nu. 7. Surd. cons. 28. nu. 63. & seqq.* & in terminis possessionis instrumentalis an- 8 terioris, † quod ea prefeatur in cōcursu posterioris etiam cum perceptione fructuum, fuit dictum in Cusentina Capellę 26. Octobris 1601. coram bo. me. Card. Mellino, & in Cremonen. Prębendę 21. Maij 1607. coram bo. me. Card. Lancellotto relatis *ab Add. ad S. M. Greg. XV. dec. 171. nu. 3.*

Neque dubitari potest, quin D. Nepotianus suā possessionem continuauerit vsque ad tempus motę 9 litis, quia † continuatio præsumitur, nisi exaduerso probetur possessionis missio, *Menoch. præsūpt. 64. n. 6. lib. 6. Rot. dec. 4. par. 2. diu. dec. 401. n. 4. dec. 523. sub nu. 1. par. 1. recent. dec. 218. num. 3. & 4. in* 10 *impress. post. Modern. de manuten.* † non obstante, quod Magius postea possessionē naturalem fuerit 11 ingressus, quia † cum non fuerit lapsum decennium, & Don Nepotianus non habuerit se pro 12 spoliato, † vt presumitur, *Giurbag. cons. 4. num. 10. lib. 2. Greg. XV. dec. 307. nu. 10.* adhuc possessionē 13 ciuilem animo retinuit, † ex qua debetur manutentio aduersus occupatorem naturalis, *Greg. XV. dec 9. nu. 6. decis. 307. num. 6. 7. & 12. Rot. dec. 17. in fin. par. 2. recent. dec. 115. par. 5. cum alijs alleg. per Modern. de manuten. obseru. 57. nu. 57. & seqq.*

Non obstant, quæ exaduerso obijciuntur aduersus titulum Don Nepotiani.

14 Primo, quia † in beneficialibus non secus, ac in profanis datur manutentio etiam sine productione tituli, *Rot. dec. 698. nu. 3. par. 2. recent. dec. 242. nu. 16. in impress. post. Cesc. de censib. 323. nu. 2. coram Greg. XV. dec. 112. nu. 8. post Modern. de manuten.* & in his terminis in d. Sorana Beneficii coram D. meo Verospio impressa *ibid. dec. 328. nu. 8.*

Secundo, quia Don Nepotianus habet titulum deputationis ab Abbate S. Petri, quem esse in quasi possessione deputandi à 200. circiter annis, probatur ex pluribus deputationibus datis in summ. 15 Don Nepotiani nu. 1. † per quas Regularia esse beneficia, & ad Abbatē spectare probatur, *Buratt. dec. 606. nu. 1. & seqq.* & quæ dicuntur de posterioribus prouisionibus Apostolicis horum beneficiorum in titulum per 40. annos continuatis, discutienda erunt in petitorio, in quo videbitur, An Papa habuerit animum mutandi statum horum 16 beneficiorū, † vt requiritur, nec in dubio præsumitur, *Rot. dec. 749. nu. 8. par. 1. diuers. & dec. 337. sub nu. 2. vers. hic autē non adest voluntas. par. 2. recent. ex doctrina Calderin. cons. 19. vers. ex hoc patet. de præben. Lap. in c. cum de beneficio nu. 2. eod. tit. in 6. & ibi etiam Gemin. nu. 9. vers. dicit tamen. Achill. dec. 9. de præben. Buratt. dec. 636. num. 8. vbi alleg.* 17 *concord. Add. ad Greg. XV. dec. 434. nu. 20.* † eoq; minus præsumitur, nisi probetur, quod Papa habuerit scientiam anterioris status regularis, vt late, *Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 34. num. 53. & pluribus seqq. vsque ad nu. 71.* Prout etiam videndum erit, 18 An stantibus priuilegijs Apostolicis, † per quæ conceditur Religioni Casinensi, nè contra eius bona compleatur præscriptio minori tempore 100. annorū adsit decursus tēporis legitimi ad præscri- 19 bendum pro imprimendo nouo statu † in beneficijs necessarij, *c. cum de beneficio. de præben. in 6. Seraph. dec. 1227. nu. 3. Rot. recent. dec. 401. nu. 15. par. 5.* nulla habita ratione prouisionum Ordinarij 20 † cui deest potestas mutandi statum beneficij, *Rot. dec. 308. nu. 8. in fin. par. 1. recent. Buratt. decis. 636. nu. 8. vbi Add. litteru E. allegat concord.*

21 Interim † autem donec de prædictis cognoscatur, manutenendus est Don Nepotianus, deputatus ab Abbate, vt in specie *Seraph. decis. 287. num. 4. cum alijs allegatis per Modern. de manutent. obser. 46. num. 18. & 19. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 33.* 22 *nu. 23.* † cuius capacitas etiam ad beneficia curata in controuersia deduci non potest, cum habeamus casum decisum in terminis Monachorū Casinēsium à Sacra Congregatione Eminentissimorum Concilij Tridentini Interpretum sub die 6. Septembris 1638.

Tandem non obstat, quod possessio Don Nepotiani stante lite inter Ordinarium Perusinum, & Abbatem S. Petri super iure conferendi.

23 . . . . Quia † ea non loquitur de omnibus beneficiis existentibus in Diœcesi Perusina, & propterea non est impedimento deputationi ad administrationem huius beneficii, quod in lite comprehensum non probatur, *Lotter. de re* 24 *benefic. lib. 2. q. 2. sub nu. 14.* præter quod † etiam pendente lite super iure conferendi potuit Abbas, continuando suam quasi possessionem conferendi, conferre *Lap. alleg. 136. sub. nu. 5. & seqq. Lotter. de re benefic. d. lib. 2. q. 20.* & fuit dictum in Ferrarien. Canonicatus 7. Nouēbris 1625. coram bo. me. Remboldo.

Et ita vtraque, &c.

EODEM

E O D E M

E A D E M

Lunæ 7. Aprilis 1642.

S V M M A R I A.

1 *Mandatum de manutenendo concessum antecessori suffragatur etiam successori, & n. 12.*
2 *Monaci possessio, & quidquid aliud ipse acquirit, acquiritur Monasterio, & nu 6.*
3 *Monachus in particulari est incapax dominij, & possessionis.*
4 *Immò ipsemet quasi possidetur à Monasterio.*
5 *Seruus non possidet sibi, sed domino.*
6 *Monachus in possessione æquiparatur seruo.*
7 *Et est vtilis Monasterio in acquirendo, sed non potest amittere.*
8 *Possessio Monasterio, quod nunquam moritur, aut mutatur, acquisita non amittitur reuocatione morte, vel quouis alio facto Monaci, vt idem dicitur de possessione Ecclesiæ.*
9 *Officio Administratoris, & Vicarij acquiri potest per ipsum Administratorem, & Vicarium possessio, eaque per Officium retinetur etiã Officiali mutato, & nu. 10.*
11 *Mandatum de manutenendo probans possessionem Monaci, & Officialis, dicitur probare possessionem Monasterij, & Officij.*

Decisio DCLXXVIII.

SVB die 10. Iunii anni proximè præteriti fuit concessum mandatum de manutenendo in administratione Curæ animarum Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ de aghano, Beneficiique illi vniti D. Nepotiano de Perusia Monacho Casinen. in Administratorẽ, & Economũ d. Parochialis deputato ab Abbate S. Petri, quo D. Nepotiano reuocato nuper ad Claustrum, eique in d. administratione per Abbatem suffecto D. Hironymo de Arctio Monaco pariter Casinen. contigit dubitari, An huic suffragetur mãdatũ de manutenẽdo D.
1 Nepotiano cõcessũ † fuitque affirmatiuè resolutũ.
2 Illa enim † possessio Parochialis capta per Don Nepotianum fuit ex eius persona acquisita Monasterio, cui acquiritur, quidquid Monacus acquirit, *c. de Monacis 16. q. 15. c. de lapsis 16. q. 6. c. in præsentia de probat. c. cum ad Monsterium de sta. Monac. Abb in c. cum olim il. 2. n 6. de priuileg. Archidiac. in c. vnic. nu. 3. 18. q. 1* & in puncto Monaci deputati ad regimen alicuius Ecclesiæ, *Ang. Auth. in §. quod seruus communis n. 2. Inst. de stipul seru. alijque allegati à Modern. Pedemont. disquisit. Clerical. par. 1. tit. de bon cleric. §. 8. nu. 6.* nam † Monacus
3 in particulari est incapax dominii, & possessionis, vt ex dispositione *Sac. Concil. Trident. sess 25 c. n. de regula. Menoch. conf. 722. nu. 37. & 59. Io. Illigers. de iust. & iur. tract. 1. cap 3. dubit 8 num. 2 n.*
4 † immò ipsemet quasi possidetur à Monasterio, *Gronag conf. 40. sub. nu. 1. lib. 2.*
5 Et, sicuti † seruus non possidet sibi, sed domino, *§ in potestate Instit. de his qui sunt sui, vel alien. §. item nobis Instit. per quas person. nob. acquir. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Petr. Gregor. Tho-*
6 *los. sintagm. iur. par. 2 lib. 14 nu. 7.* † ita Monasterio possidet Monacus, qui seruo in hoc æquiparatur, *glos. in l. cum heredes §. fin. verb. non puto. ff. de acq. poss. Innoc. in c. olim. il primo n. 3. de priuil. Ludouic. Molin de iust, & iur. tom. 1. tra. 2. disput. 140. fol. 525. col. 1. vers. vt enim. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 249 Rot. Bonon. diuers. dec. 86. nu 40.*

Neque Monasterium, reuocato ad Claustrum Don Nepotiano, cuius ministerio possessionem
7 acquisiuit, eam amisit, quia, † persona Monaci est quidem vtilis Monasterio in acquirendo, sed nul-
8 lius momenti ad effectum amissionis, † postquam enim possessio fuit semel quæsita, per ipsummet Monasterium, quod nũquam moritur, aut mutatur, retinetur, ita vt reuocatione, morte, vel quouis alio facto Monaci non amittatur sicuti de possessione Ecclesiæ *not. Abb. in c. cum venisset. num. 5. & 6. de restit. spoliat. Garz. de benefic. par. 5. nu. 38. Cyriac. contron. 300. nu. 38. Scraph decis. 1127. nu. 2 Rot diuers. dec 390 sub nu. 2 par. 1. & dec. 9. nu. 11. par. 2. Caualer. dec 209. nu. 1. Rot. recent. dec. 78 num. 5. & 6. p 6. & in Barchinonen. Portionũ. 20. Nouẽbris 1641. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

9 Idemque † procedit, quatenus d. possessio dici posset quæsita ipsi Officio Administratoris, & Vicarii deputati ab Abb. S. Petri, put potuit acquiri, *Rot. dec. 623 nu. 2. par 2. recent. dec. 166. nu. 1. dec. 337. nu. 7. & 18. post tract. Moder. Perusin. de ma-*
10 *nuten.* quia † pariter per ipsum Officium retinetur etiã mutato Officiali *ex alleg. per d. Modern. de manuten, obser. 55 nu. 92. & 94.*

Et per consequens mandatum de manutenendo
11 concessum Don Nepotiano † eo ipso, quod probat illius possessionem, probat possessionem Monasterii, vel officii, reuocatoque ad Claustrum D.
12 Nepotiano, † suffragatur Don Hieronymo eius successori ad effectum, vt nomine Monasterii, vel Officii obtinere possit similem manutentionem, *Innoc in c. cum super. nu. 4. de caus. poss. & propriet. & ibid. Hostiens. sub. nu. 9. Io. Andr. n. 6. Natt. conf. 562. nu. 10 & seqq. Paris. cons. 24. nu 7. lib. 1. Caputaqu dec. 182. nu 9 par. 3. Seraph. dec. 1417. nu. 3. Coccin. dec. 490. nu. 2. Rot. dec. 1. nu. 1. de rest. spoliat. in nou. d dec. 335. nu. 18. post. tract. de manuten. & in terminis de Cappellanis manualibus fuit decisũ in Salamantina Stipendiorum 16. Ianuarij 1606. coram bo. me. Card. Horatio Lancellotto relata in Cæsaraugustana Distributionum 13. Iunij 1636. coram bo. m. Coccino, quæ est dec. 308. n. 6. p. 7. recent.*

Et ita decisum, &c.

R.P.D.Cerro

Perusina manutentionis

Mercurij 21. Maij 1642.

S V M M A R I A.

1 *Possessio instrumentalis, alio tunc in possessione nõ existente, est manutenibilis.*
2 *Et ad manutentionis effectum trãsit etiam in aliũ ex clausula constituti.*
3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, nec impedit manutentionem anteriori possessori. Ampl. vt num. 4.*
5 *Continuatio possessionis non datur absque eo, quod possessio procedat.*
6 *Possessio defuncti non continuatur in hæredem, nisi id admittat Statutum. Contrarium num. 10.*
7 *Aditio facit quem hæredem, & dominum rerum hæreditariarum, non autem possessorem, nisi etiã possessionẽ actualẽ capiat. Am. vt n. 9. & 1*
8 *Possessio in acquirendo plus facti habet, quã iuris.*
11 *Possessio desinit cum defuncto, & quare.*
13 *Continuari non potest possessio, quæ non est in rerũ natura.*

14 Dona-

14 *Donatio de rebus litigiosis est nulla. Lim. vt nu. 15 16. & 19.*

17 *Dos non minus dicitur, quæ cõstituitur pro nuptijs spiritualibus, quam quæ datur pro matrimonio carnali.*

18 *Argumentum valet à matrimonio carnali ad spirituale, quia ea in iure æquiparantur, & eisdẽ priuilegijs potiuntur.*

Decisio DCLXXIX.

FRancisco Petrogallo, cui Calidonia fecit donationem, & renunciationem omnium iurium, & actionum sibi competentium cõtra bona, & hæreditatem tam Annibalis Veglię Aui paterni, quam Pauli eius patris cum clausula constituti Domini dixerunt, esse dandum mandatum de manutenendo in possessione quartæ partis bonorum, de qua agitur.

Constat enim de possessione Calidonię ex instrumento adeptionis, summario numer. 6. vnde 1 † sicut illi danda esset manutentio, non obstante, quod sit instrumẽtalis, cum de illo tempore alius non extitisset in possessione, suffragatur, & est manutenibilis, *vulg. l. prædia. cum ibi not. ff. de acq. poss. Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 268. nu. 1. & ibi Add. num. 8. & in recent. dec. 92. num. 1. & dec. 618. num. 1. par. 1. & dec. 56. nu. 1. & dec. 525. nu. 1. par. 2. & alias innumeras cumulat Post.* 2 *de manut. obseru. 21. num. 25.* † Ita danda est Francisco, in quem vigore clausulę constituti transiuit omnis possessio, quæ erat penes Calidoniam constituentem, etiam ad effectum, vt illi competat manutentio, *l. quod meo. & l. interdum. ff. de acq. poss. Ostasc. dec. 133. num. 6. & 7. Rot. coram Gregor. dec. 437. num. 2. & ibi Add. num. 6. & coram bon. mem. Andr. dec. 61. nu. 2. & coram bo. me. Buratto dec. 179. num. 5. & dec. 299. num. 2. post Pacif. de Salu. interd. & in recent. dec. 511. num. 2. par. 2. & dec. 358. num. 2. par. 4. & dec. 265. nu. 2. post Modern. de manutent. & fuit dictum in Romana Palatij 16. Nouembris 1629. coram R. P. D. Carillo.*

Non obstat possessio illorum de Veglijs. Quia, cum Calidonia eã ceperit 22. Augusti, & Veglij 3 die 24. eiusdem mensis, & sic post biduum, † tanquam posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, nec potest impedire manutẽtionem anterioris possessoris, *cap. licet causam de probat. Surd. cons. 481. n. 4. Rot. in recent. dec. 476. n. 4. p. 1. & dec. 35. n. 3. p. 2. & dec. 25. n. 1. & dec. 471. n. 2. p. 4. & dec. 173. num. 2. apud Post. de manutent. & coram* 4 *Buratt. dec. 179. nu. 6.* † Eoque magis quia Veglij ceperunt possessionem non citata Calidonia, quæ erat in possessione, vnde illi nullatenus præiudicare potest, *gl. in cap. licet Episcopus. in verb. se non vocato de præben. num. 6. Rot. dec. 476. num. 3. par. 1. recent. & dec. 802. nu. 8. par. 1. diuers. & coram Card. Seraph. dec. 1041. num. 2. & dec. 169. num. 6. apud Post. de manuten.*

Nec releuat verbalis cautela, qua Veglij vsi sūt in apprehensione possessionis, dicentes, illam apprehendere animo continuandi. Quia, Aut intellexerunt de continuatione proprię possessionis, &, 5 † cum non constet, quod ipsi haberent aliquam possessionem anteriorem, cessat omnis continuatio, quia hęc sine præexistenti possessione non datur, *Post. de manut. obser. n. 74. & Rot. post eum dec. 196. n. 4.* Aut intellexerunt continuare possessionẽ Quintiliani eorũ aui, & Annibalis eorũ patris de- 6 functorũ vti eorũ hęredes, & † de iure talis continuatio non datur, nisi adsit statutum cõtinuans possessionem defuncti in hęredem, de quo hic nõ 7 docetur, *l. cum hæredes. 23. ff. de acq. poss.* † Quamuis enim quis adeundo efficiatur hęres, dominiũque omnium rerum hęreditariarum acquirat, nõ tamen acquirit possessionem, hęc enim sunt inter se diuersa, & propterea ex translatione dominij non infertur translatio possessionis, *l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. poss.* sed opus est actuali 8 apprehensione, quia † possessio in acquirendo plus facti habet, quam iuris, *tex. expressus in l. denique. & ibi gl. in verb. plurimum ff. ex quib. caus. maior. & gl. in l. si fratres §. item respondit. in verb. domi-* 9 *nium ff. pro soc.* † quę conclusio procedit non solũ in hęredibus extraneis, sed etiam in hęredibus suis quibus ex aditione non acquiritur possessio, nisi illam actualiter apprehendant, vt reprobata opinione Accursii, *qui in l. in suis. in verb. quodammodo. ff. de lib. & posthum. & in §. sui Instit. de hæ-* 10 *red. qualit. & differ.* † censuit in suum hęredem transferri, & continuari ne dum dominium rerũ paternarum, sed etiam possessionem, tenent communiter omnes, *glos. in l. cum miles. in verb. quasi coniunctum. ff. ex quib. caus. maior. Bart. in l. 1. §. veteres num. 2. ff. de acq. poss. Alex. in l. si sorori. C. de iur. delib. Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian.* 11 *tollen. vbi dicit,* quod † existentia sui hęredis facit quidem hęredem, sed non possessorem. *Innoc. in cap. in patriam. sub num. 2. C. de probat. pulchre Ias. cons. 10. nu. 8. & seqq. lib. 1. Cephal. cons. 30. num. 8. lib. 1. Honded. cons. 18. num. 11. lib. 2. Gayli obs. nu. 129. num. 2. & 3. & obseru. 152. numer. 3. & seqq. lib. 2. Gabr. de acq. poss. conclus. 1. num. 1. & late alios cumulans Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. par. 1. declarat. 3. num. 6. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 116. num. 1. & seq. Mar. Anton. var. resol. 100. num. 5. Scacc. de appell. cap. 1. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 116. & seqq. Afflict. dec. 299. numer. 4. & in puncto similis clausulæ Ias. Ludouic. dec. Perus. 69. per tot. & hanc opinionem perpetuo tenuit Rot. & signanter coram Verall. dec. 40. num. 1. & 2. par. 2. & diuers. dec. 27. sub num. 13. par. 1. & in recent. dec. 260. num. 4. & dec. 297. num. 2. post med. par. 3. vbi, quod est communis, &, quod hanc opinionem seruat Rota, & coram bo. me. Coccin. dec. 464. num. 3. & in Antoniana Bonorum coram Litta impress. apud Marches. de comm. par. 1. fol. 989. sub num. 1. & in alijs multis apud Post. de manuten. videlicet dec. 120. n. 11. dec. 150. n. 9. dec. 195. n. 2. & passim* 12 *in alijs.* Et ratio est, quia † possessio cũ ipso defuncto definit, quippe quæ pendet ab animo, qui cum eo moritur, nec ad hæredes transit, *vt per tex. in l. 4. ff. locat. arguens in his terminis Alex. in l. in suis. sub num. 8. ff. de lib. & posthum. Castr. in l. si sorori. sub num. 2. C. de iur. deliber. Ios. Ludouic. dec. Perusin. 69. num. 10. & 11. Rot. coram Duran. dec. 62. num. 2. & tribus seqq.* Vnde, cum possessio defun- 13 cti cum ipso extinguatur, † possessio, quę in rerũ natura non est, continuari non potest, *Zas. in tract. de feud. par. 6. num. 41. Gayl. d. obseru. 129. num. 3. vers. ergo possessio lib. 2. & præallegati DD.*

14 Denique non obstat, quod, † cum super istis bonis penderet lis, donatio de illis facta tanquam de rebus litigiosis sit nulla. Quia duę fuerunt allatę responsiones, quæ Dominis placuerunt. Prima, quod donatio non fuit facta à Calidonia animo vexandi collitigantem, sed ad effectum habendi dotem tradendam Monasterio, intra quod cupie- 15 bat Deo in Religione famulari, & † sic valuit nõ obstante vitio litigiosi, non solum tanquam facta ex iusta, & rationabili causa, & non animo vexandi, *gl. in l. per diuersas. in verb. venditionis. C. mãd. Gabr. alios adducens de action. concl. 5. nu. 14. Soc. Sen. cons. 170. num. 3. ante fin. vers. Et probatur in simili. lib. 2. Menoch. cons. 513. num. 17. & de præ-* 16 *sumpt. lib. 3. præsumpt. 129. num. 16.* † Sed etiam tanquam facta causa constituendi dotem, quo casu

sa constituendi dotem, quo casu vitium litigiosi non impedit alienationem, vt est tex. *expressus in l. fin. & ibi Odofred. num. 1. Richard num. 21. C. de litig. Ang. in auth. multa. sub an. 7. eod. tit. Bald. in l. ante diuisionem. in fin. C. de iur. dot. Padill. in auth. res, quæ. num. 43. C. comm. de leg. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4 num. 464. & num seq. Crauett. cons. 431. num. 2. Natt. cons. 401. num. 1. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 281. num. 3. & seqq.* Quorum tutum dispositio dubitari non potest, cum habeat locum in dote, quę datur pro ingressu Mona-

17 sterij, cum † non minus dicatur dos, quæ constituitur pro nuptiis spiritualibus, quam quę datur pro matrimonio carnali, *Bald. in auth. nisi rogati in princ. C. ad Trebell. Sanct. me. Greg. XV. dec. 301.*

18 *num. 4.* Et † valet argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, quia in iure æquiparantur, *cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non contest. cap. inter corporalia. &c. fin. de translat. Episc. Euerard. in loc. argument. loc. 77. num. 1. & iisdem priuilegiis potiuntur, Barbos. de offic. et potest. Episc. par. 2. alleg. 20. num. 19.*

19 Altera responsio fuit, quod † donatio facta à Calidonia non fuit particularis de certis rebus, sed vniuersalis de omnibus bonis, & ideo valet, & sustinetur non obstante lite, quia iura, & bona litigiosa possunt cedi, & donari cum vniuersitate bonorum, *Decian. cons. 309. nu. 11. et 12. lib. 3. Cephal. cons. 64. num. 15. Menoch. cons. 513. nu. 14. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. num. 470. Carpan. ad Statut. Mediolan. par. 1. cap. 68. num. 89. Rot. in Camerinen. Donationis coram Cardin. Marquemontio impress. apud Marches. de comm. par. 2. fol. 57. num. 12. & in recent. dec. 173. num. 21. et seqq. et dec. 228. num 8. par. 7. et fuit dictum in Bononien. Transactionis 28. Februarii 1639. coram Reuerendiss. D. meo Merlino Decano.*

Et ita resolutum vna tantum parte informante &c.

F I N I S.

Hieronymus Spinuccius Phil.ac Teol.Doct.& Sancti Off.re uis. vidit &c. ideo (si placet Admodum R. P. Inquisitori) ad imprimen. transmittatur.

Si videbitur, Eminentiss.& Reuerendiss.D.D.Cardinali Asculit.Episc.Mac.Impr.

Claudius Angel.

Imprimatur Antonius Franciscus Pel.Eminentissimi, & Reuerendiss. D.D.Cardinali d'Asculo Episc. Maceraten.Vicarius Generalis.

Extrahatur, & Imprimatur Fr. Io. Baptista Tulianus Vic. Sancti Off.Maceraten.Ord.Præd.

Impr.Fr.Gaspar Mainardus Vic.Gen.S.Off. Taurini, &c.